eleganter deducit hoc quidam Paulus
Vergerius Hyſter in libello De ingenuis moribus, in prin.
& latè do. Maria. Senen.doctor immortalis, in c.cùm dile-
31 cta.ĩ.de exceſ.præla. ¶ An † autem ad ſufficientem demon
ſtrationem perſonæ ſufficiat aſſerere eius nomẽ proprium,
ſi non dicitur de appellatiuo? Vide Bar.quod non, in l.j.ff.
de lib. & poſth.per l.hac conſultiſſima.in prin.C.qui teſta.
face.poſ.& l.forma.in prin.ff.de cenſi.niſi eſſet aliquod no-
men rarum & ſingulare, de quo nulla poſſet eſſe dubitatio,
ut no.glo.parua, & ibi Doct.in d l.hac cõſultiſſima.& glo.
fin.Bar.& alij in d.l.j.& Bart.in l. demonſtratio.in vij.q.ff.
de condi.& demon.& in l.libellorum.ff.de accuſ.Et Bal.in
l.certum.ff.ſi certum pet. Vel, niſi probatū eſſet, plures non
eſſe eiuſdem nominis: quia tunc ſufficit expreſſio ſolius
nominis proprij, ſecundum Bar.in l.ſi in rem.ff.de rei uen.
& do.Ant.in c.ij.de libel.obl.vel, niſi expreſſa eſſet qualitas
adhærens perſonæ, ſecundum Imo.in c.ex tranſmiſſa.ĩ.de
renun.per illum tex.in uer.P.rubeus.Et cõcordat ibi Imol.
cum eo, quod dixi de ſingularitate, dando exemplum bidel-
li, qui uocabatur Cerberus. Quæ omnia limita, niſi ſtatutū
pro forma requireret certam expreſſionem, ut per Bald. in
d.l.j.ff. de lib. & poſth.& Pet.de Anch.in repe. c.j.in lxij.
col.uer.quæro ẽt, ſi ſtatutum. ĩ.de conſti. ¶ Secunda con-
32 cluſio. A † nomine appellatiuo & ab etymologia licitè ar-
guitur, per c.ſorus.ĩ. de uerb.ſign.& l.ſi pupillus.§.territo-
rium.ff.de verb.ſig. quia nomina appellatiua ſunt immuta
bilia, d.l.ſi quis in fundi.ſecundū do.Ant.do.Ab. & Dom.
hic.& Bar.& omnes in l.ij.§.appellata.ff.ſi cer.pet. De qua
concluſione vide Bal.in c.j. §.ſi quis de manſo.de cõtrouer.
inueſti. per do. Abb.in c.j.de iudi. per Bart.in l.j. in princ.
ff.de tute.& in l.j.ff.de teſta.& in l.j.in princ.de acqui.poſ.
& in l.omnes populi. in vj.q. principali.ff.de iuſt.& iur.&
in l.liberorum.uer.ſecundò principaliter. ff.de uerb.ſign.&
in l.j.per illum tex. ff.de fur.per.Bald.in l.nõ ſine.C.de bo.
quæ lib.per do.Ant. & Imol.in c.cùm ſecūdum.ĩ.de præb.
33 ¶ Et in dictis locis limitatur primò iſta concluſio, niſi † no
mina appellatiua haberent diffinitionem, & illa diffinitio
repugnaret etymologiæ. Vnde licet teſtamentum dicatur
teſtatio mentis, non tamen omnis teſtatio mentis eſt teſta-
mentū: quia repugnaret diffinitioni codicilli. Et licet mu-
tuum dicatur de meo tuum, non tamen quoties fit de meo
tuum, eſt mutuum. Similiter dixit Ioã. And.in c.j.de cõſec.
eccle.lib.vj.quod non omnis locus, in quo ponuntur cine-
res hominis, dicitur cœmiterium, ut latiùs etiam per præ-
dictos, quorū dicta limitat Salic.in d.§.appellata.& Raph.
Cu.in l.j.de acquir. poſſ. eſſe uera in ſermone affirmatiuo,
ut in dictis exemplis: ſecus, ſi negatiuè, quaſi dicẽs, quòd
ubi non eſt teſtatio mentis, non eſt teſtamentum. Et ſimili-
ter de ſecundo exemplo. ¶ Sed hanc declarationẽ reprobat
Lud.in d.l.j.& Ful. in d.§. appellata.quia in re mobili non
cadit propriè pedum poſitio, & tamen cadit poſſeſſio.l. ſi
rem mobilem.eod. tit.& per Doct.in d.l.j. Similiter dicitur
furtum à furuo, id eſt, nigro, & tamen furtum etiam factū
de die dicetur furtum, l.j.ff.de fur. Vnde ſiue negatiuè, ſiue
affirmatiuè, loquamur. procedit iſta limitatio. ¶ Secundò li
34 mita, etiam † quando nulla eſſet diffinitio, niſi nomen ap-
pellatiuum eſſet impoſitum non eˣ eſſentiali natura rei, ſed
ex eo, quod deſideratur, & rationabiliter debet eſſe in nomi
nato: quia tunc nõ arguitur à nomine appellatiuo. Vnde li
cet imperator dicatur Auguſtus, quaſi augens, tamen ſi nõ
auget imperium, nõ deſinit eſſe imperator. Et ſic pontifex,
quaſi pontem motum faciens, ſi non facit, nõ perdit nomẽ.
Iſtam doctrinam tradit do. Abb. in c.j.de iudi. dicens, hoc
35 eſſe bene notandum. ¶ Tertiò limita. ut † procedat, quando
in ipſa etymologia uerbi nõ datur exceſſus, in aliquo, & cõ
ſonat diffinitioni: ſecus. ſi daretur exceſſus, & quandoque
plus importaret, quam nomen, quandoque plus no-
men, quam etymologia: quod poteſt eſſe tribus modis.
¶ Pri-

a Suſpicio] Facit, quod habetur in clemen. exiui. §.cæterum in fin. & ibi Card. de uerb.ſign.

¶ Primu, quando etymologia excedit nomen, putà presby
ter: quia dicitur presbyter, quaſi præbens iter, c.cleros.21.
diſt. & tamen multi hoc facientes non dicuntur presbyte-
ri. ¶ Secundus modus eſt, quando nomen excedit etymolo
giam: exemplum, priuilegium dicitur lex priuatorū, 3. diſ.
priuilegium. Et tamen poteſt eſſe lex exiſtentium in digni-
tate, ut ibi per glo. ¶ Tertius modus eſt, quando etymolo-
gia ex .dit & exceditur: exemplum, rex dicitur à regendo
hic excedit etymologia nomen, quia multi non exiſtentes
reges regunt: hæ etiam multi non exiſtentes imperatores,
imperant. Item nomen tūc excedit etymologiam quia hoc
nomen Rex, ſumptum eſt à regno, ſub quo includūtur oēs
regimina habentes, c.ſolitæ. de ma. & obe. Ita dicit ad lite-
ram Vgutio in c.priuilegia.3.di. quem non refert ibi Arch.
ſecundum Dom. hic, & etiam ibi, dicens eſſe notabilia uer
ba. ¶ Quartò limita, niſi nomen appellatiuum eſſet impoſi-
tum fictinè, ſecundum Dom. hic, dicentem eſſe tex. nota-
bilem in c.3. de regula. lib. 6. ¶ Quintò limita, niſi eſſet impoſi
tum ab euentu ut patet in Scipione Africano ſic appellato
ob uictam Africam: non, quia Africanus, ut no. gl.1. in l.li
cet. C. de elec. quam ad hoc not. Domi. ibi, & hic. ¶ Tertia
36 concluſio. Mutatio † nominis proprij ex cauſa permittitur,
a ſecundum do. Anto. do. Abb. & Domi.
hic, & Dom. poſt alios in proœ. Specu. po
nentes cauſam quare mutauit nomē Pa
pæ. Et idem de profitentibus: & alleg. l.j.
C. de no. muta. Ideo dixit Bal. in l.3. C. ad
leg. Viſcell. quòd gibellinus poteſt ſe in-
titulare guelſum, ut ſit capax officiorum.
Et dicit Bar. & Bal. in l. filium. C. de ſuis
& legi. quòd filius guelfi pōt facere ſe gi
bellinum. Et idem dicunt de alijs nominibus ſectæ: ſecus
37 in nominibus gentis, ſecundum eos. ¶ Hanc † concluſio-
nem limitat Ang. in d. l.j. C. de nominis mutatio. non pro
cedere in ſeruo, per illum tex. & ibidem Bal. in princi. C. &
Doc. hic, & in dicto proœ. ¶ Item limitat non procedere in
mutatione facta in fraudem. Vnde infert, quòd deſcripti in
libro ſumantum non poſſunt ſibi mutare nomen. Et idem
dicit de nuento de nocte. & ſequitur Ioan. de Ana. in c.ea,
quæ. lib. de ſymo. Ideo dicit Bart. in l. falſi. ff. de falſ. quòd ta-
lis fraus punitur pœna falſi. Et ſequitur Ioan. de Ana. poſt
Petr. de Anch. in c. accedens. lib. de cri. fal. & idem Bal. in l.j.
C. quæ res uen. non poſſ. loquens de artifice mutante ſignū
proprium cum alieno, uel uſurpante ſibi alienum in frau-
dem: ſecus ſi non in fraudem, & non ſint ſigna deputata de
publico. De quo per Bar. in trac. de inſignijs & armis, cum
concor. Similiter dixit Bal. in rub. C. de fi. inſtru. uer. uenio
ad ſecundum. quòd qui mentitur nomen ſuum in contra-
hendo, uel in inſtrumēto, punitur de falſo, per l. Paulus. ff.
de ſolu. Et idem eſt in uſurpantibus ſibi nomen falſum, pu
tà in mentiente ſe militem, per l. eos. ff. de fal. & ibi Bar. in-
fert ad mentientem ſe doctorem, ut puniatur pœna falſi. Et
tenet Pet. de Anc. in c. ut Apoſtolicæ. de priuil. in 6. & Ana.
lib. in rub. de mag. & in rub. de cri. fal. Et aliquid per Lud. in
ſing. 833. inci. Qui utitur. & Bar. in l. reddatur. C. de profeſ.
& med. li. 10. Et facit, quod no. Bar. in l. ſub prætextu in fi.
38 C. de ſacroſ. eccl. ubi dicit, quòd † mentiens ſe clericum pu
nitur arbitrio iudicis. Sed ultra hoc faciens actus clericales
punitur pœna falſi. Et idem de mentiente ſe comitem, uel
notarium, cùm non eſt, ſecundum Bald. in l. data opera. C.
qui accuſ. niſi olim fuiſſet: quia ingerendo ſe officio, à quo
fuit depoſitus, mitius punitur propter primordium ueritа-
tis, ſecundum eum. Et quòd notario non liceat mutare ſi-
b gnum, b no. Bal. in procemio C. & Arch.
in c. cùm redemptor. 12. q. 2. facit §. opor
tet. in auth. de fide inſtrum. ubi etiam ex
ſignis fit comparatio: & de iſtis uide Bar.
in l. demonſtratio. ff. de condi. & demon.
de eo, qui uocabatur Petrus, & ſecit ſe
uocari Petrucium. & dicit Bal. in proœ.
ffforum. in 12. q. quòd non ualet epiſtola,
uel ſcriptura, in qua ſcribēs mutauit no-
men. Et iſta declara, ut ſubtiliter per Bal.
in l. fi. in 6. q. C. de hære. inſti. dum dicit,
quòd ſi loquens in prima perſona mutat
ſibi nomen, etiam in fraudem, actus non
uitiatur: ſecus, ſi loquatur in tertia perſo
na, niſi faceret actum in prima, ut ſi Pe-
trus diceret, Ioannes te deſponſas: quia
attenditur factum, per tex. notabilem in
c. tua nos. de ſponſ. ſecūdum ipſum: pro
quo facit gl. in l. quæ extrinſecus. in uer.
appellatione. ff. de uer. obl. dicens, quòd
ualet ſtipulatio, promittis iſtum equum,
& ibi eſt bos. ¶ Quarta concluſio. Nomē
39 † appellatiuū, ſeu datum ab euentu, du-
rat ſtante habitu, etiamſi ceſſet exercitiū
ipſius nominis, ſecundum Iaco. Butr. &
Bar. in proœm. ffforum, & do. Ant. & do. Abb. & Domi. hic,
quia imperator non minus dicitur Auguſtus, licet non au
geat. Et hoc, quando habitus de facili eſt reducibilis ad a-
ctū. Vnde non minus dicitur mercator, licet actu non mer
cetur: nec ſcholaris, licet nō ſemper intret ſcholas. Et hinc
eſt, ſecundum eos, quòd eccleſia habens curā habitu nō de
ſinit eſſe parochialis, licet non habeat actu, ſecundum glo.
in c. licet canon. in uer. parochialis. de ele. in 6. Et Doct. in
c. de multa. de præb. quamuis in dictis locis contrariū dica
tur in hoc ultimo, & no. Bal. in l. ſed & milites. §. fi. ff. de ex
cu. tut. & in l. ſi is, qui. §. fi. ff. eo. tit. & per Imo. in cle. in ple
riſq; de elec. & Pet. de Anc. in c. 8. de ele. in 6. cum ſi. Tamē
hoc non obſtante, cui per unam limitationem reſpondebi-
tur, tranſire pōt concluſio, quæ eſt ualde notabilis, ſecundū
Doct. hic: quia quandoque fiunt legata mercatoribus, uel
ſcholaribus, uel ſi. us illi percipiunt de legato, qui ſunt tales
habitu, ſed non exercitio. Et pro hoc facit glo. magna ante
fin. in c. ſtatutum. de ele. in 6. ſecundum eum. Pro quo uide
Bar. in l.j. per illum tex. C. de colleg. lib. 11. & in rub. C. de
nauicula. li. 11. Et hinc eſt, quòd doctor etiam non docens,
dicitur doctor, ſecūdum Pet. de Anc. in c.3. de paroc. & do.
40 Abb. in c.1. in ult. col. de iud. ¶ Quid † ſi is ſi eſt ignarus, uel
nō aptus docere, an gaudeat priuilegio? Pulchrè diſputas
do. mens de Are. in c. clerici. lib. de iudi. Et quòd gaudeat facere,
poteſt ultra ipſum tex. in fi. in c. quæ ipſis. 38. diſt. uerſ. uix.
45 iuncto c. 2. in fi. de cog. ſpi. in 6. ¶ Hanc † concluſionem li
mita primùm, ſecundum Dom. hic, niſi apparerent uerba
requirentia habitum & actum ſimul. Allegat no. per gloſ.
in d. c. licet canon. & tex. in c. 2. in fin. de ele. non reſi. in 6.
Quando autem eſt ſimplex locutio, procedunt prædicta, ſe
cundum eum. Pro quo facit optimè in ſimili ſolenne con-
ſil. do. Card. 135. quod incipit, Titius ciuis Feltrenſis. ubi
conſuluit, quòd licet ſtatutum prohibens forenſem acqui-
rere bona in loco, non comprehendat mulierem nuptam
extra locum, quia non deſinit eſſe ciuis, ut per Bar. in l. im-
peratores. §. idem reſcripſerunt. ff. ad muni. & Bal. in c. cùm
quidam. ff. de iuriſd. om. iu. & do. Anto. conſi. 4. incip. Viſa
forma. ad fi. cum concor. Tamen iſtud non procedit, quan
do ſtatutum non loquitur ſimpliciter decretiuè, ſed utitur
uerbis denotantibus actualitatem facti: putà, quòd habēs
acquirere ſit ciuis faciens factiones, &c. quia non dicatur
illa nupta talis, & ideo erit incapax, ſecundum eum, quod
42 not. ¶ Secundò limita, niſi † ſcholaris diuertiſſet a ſtu-
dio, ut uagaretur ſine cauſa: quia tunc non gaudebit pri-
uilegio ſcholaribus indulto, ſecundum collecta hic per
dom. Abb. per tex. in cap. cùm ex eo. in uerſi. ſtuder. tex. de
elect. in 6. & per text. in c. generaliter. in uerſic. non deua-
gantes. 16. quæſt. 1. & idem no. dom. Abb. in c. 1. de iudi. &
Ioā. de Lig. in proœ. Clem. & idē dixit Spe. in tit. de reo. uer.
ſed quid ſi ſcholaris. quòd diſpoſitio l.j. C. qui ætate. non proce
dit in ſcholari nō ſtudēte, per c. gloria. ibi, bene uixiſſe. 15.
q. 2. bonus tex. in c. abbate. de uer. ſig. & pulchrè Pet. de An
ch. conſi. 228. inci. primò inquirandum eſt. dum probat, quòd
non ſeruiēs in diuinis ſine cauſa nō gaudet priuilegijs col
legij. ¶ Eſt uerum, quòd Bar. in l. ſub prætextu. C. de ſac. ſa.
eccl. & in l. ſemper. §. fi. ff. de iure im. & Bal. in proœ. ffori, &
Lu. in l. ſeminarios. per illum tex. C. de teſta. mi. dicunt indi
43 ſtinctè, quòd ſi † deſcriptus in matricula alicuius artis ar-
tem ipſam non exercet, non habet artis priuilegia, & facit
tex. in l. ne quidam. C. de teſtamen. milit. & in d. l. ſemper.
§. negotiatores. Sed tamen uidetur diſtinguendum, ut
per dom. Card. in proœmio Clem. & dom. Abb. hic, ui-
delicet an aliquis ex cauſa deſtiterit ab exercitio, ani-
mo tamen redeundi, an uerò aliter deſtiterit & ſine cau-
ſa.

a *Permittitur*] *Ad materiā iſtam uide plenè per do. Alex. in 1. conſi. ff. §. nos. & per Bald. in l. i. C. de her. inſti.*

b *Signum*] *Adde, quod alias teneretur de falſo, Bald. poſt Gul. in l. comparationes. C. de fide inſtru. & do. Fran. Padu. in d. 1. conſ. C. alle. in tex. et Lanf. in c. quoniam contra. uer. inſtrumenta. de proba. Itē nec nomen, ut ibi per eos. Et adde, quod nec ualet inſtrumentū cum ſigno notarij non conſueto Bal. et Phil. in c. ſignificauit. de appe. per tex. ibi, et per l. ſi. ff. de aſſeſ. et Inſt. de pub. iud. §. iuſ uidētū.*

ſa, quòd de hoc nulla ſit uerisimilitudo. In dubio autem non præſumitur animus deſiſtendi. Probatur in §. pauonum. Inſtit. de rer. di. Et inſpici debet conſuetudo proxima non remota, l. mella. §. 1. ff. de ali. & ciba. leg. Et ita intellige prædicta. Et iſta confirmari poſſunt ex eo, quod not. domi. Ant. in c. cùm deſideres. de ſen. exco. & in c. Raynutius. ȷ̄. de teſta. & in c. in noſtra. ȷ̄. de procu. & Bal. in l. j. C. de iur. & fac. igno. & Bal. in l. militem. C. de procu. & Sal. in l. non prohibentur. C. qui acc. cũ con cot. In quibus dicitur, quòd milites non exercentes militiam non gaudent priuilegijs militum. Bene facit, quod dicitur de uidua non caſtè uiuẽte, per Bal. in l. bis ſolis. per illum tex. C. de reuo. do. & in l. conſentaneum. C. quomodo & quando iu. per Angel. in l. cùm quædam. ff. de iur. om. iu. per Spec. in ti. de tut. §. nunc dicendum. uer. item excipitur. cum ſi. bonus tex. in c. dicat aliquis. ad fin. 32. q. 4. facit l. fi. ibi, priſtinum exerceant. ff.

44 de excu. tut. ¶ Tertiò limita, ut † non procedat concluſio, ſecundum Domi. hic, quando materia eſſet talis, quæ requireret habitum & actum ſimul, & aliquis priuaretur exercitio: quia dato, quòd retineret nomen appellatiuum, & de facili eſſet reducibilis ad actum, non tamen retinet priuilegia nominis. Vnde canonicus excommunicatus licet retineat in habitu nomen canonici, & de facili poſsit abſolui, non uocabitur ad electionem, ut not. Inno. c. cùm dilectus. ȷ̄. de conſue. & c. cùm Cumana. ȷ̄. de elec. ſecundum eum: pro quo facit ſimilis doctrina Bal. in l. ſub prætextu. ubi dicit, quòd quædam ſunt, quæ dantur clericis in honorem ordinis clericalis non immediatè propter ſeruitia, quæ faciunt eccleſiæ, ut priuilegium fori. Et iſtud habent clerici etiam non ſeruientes. Quædam uerò conferuntur clericis immediatè propter ſeruitia, ut præbenda: & qui nõ ſeruit, non debet eam habere, niſi ſit impeditus in re literaria, ut ibi per eum. ¶ Quartò limita ex dictis Bar. in l. legatis. in

45 prin. ff. de leg. 3. ubi dicit, quòd † ad acquirendum nomen alicuius artis, quam quis poteſt aſſumere à ſeipſo, non ſufficit ſemel ipſam exercuiſſe, per l. j. in prin. ff. de trib. quod limitat Bal. in rub. C. de conſti. pecu. in ult. q. niſi hanc uocem mercantiam præcedat profeſsio, uel deſcriptio in matricula mercatorum. Et generaliter, quando ex unico actu quis aſſumat nomen, uide dom. Abb. in c. 1. de iudi. ubi ponit regulam cum tribus exceptionibus latè per Ioann. de Ana. poſt Pet. de Anc. in c. 1. de ele. percuſſ. per Domi. in

a c. 1. de ui. & ho. cle. in 6. Et qui dicantur artifices, ᵃ mer-

b catores, ᵇ & negotiatores, uide per Fed. conſil. 207. incipi. Nos Griſoſolus. per Lud. in leg. ſi publicanum. §. de rebus. ff. de publica. per Barto. in trac. de teſte. in uerſi. cerdonem. & in uer. mercatorem. per Imo. in c. fin. de oi. & ho. cle. per do. Car. & Imo. in c. relatum. el 2. de teſtam. per Ang. conſi. 33. inci. ſuprà dicta prima reformatio. Per Imol. in cle. fin. de teſti. per Domi. in ca. quanquam. de ecuſib. lib. 6. per Alb. in 2. parte ſtatutorum, q. 207. & q. 209. per Bal. in l. j. C. de exerci. Et in conſil. incip. Statuto cauetur, quòd nullus artifex. per Io. de Anan. in c. 1. de ſagitta. per Domi. in c. ſicut. 47. diſt. per Petr. de Anc. in repe. c. 1. uer. quarto, quis dicatur mercator. de conſti. per Bar. in l. mariti. §. 1. ff. de adulte. & ibi ponit de hac quarta limitatione. ¶ Vltimò, in

46 † quantum tangunt hic dom. Anto. & do. Abb. utrùm nomen Papæ, uel Antipapæ ſit apponendum in inſtrumento, dic, ut per eos, & aliàs ſatis ſcripſi in c. j. de fide inſtru. Similiter, dum tangunt, utrùm ſcholaris ex mora in ſtudio ſortiatur ibi domicilium, dic, ut per eos, & plenius per Imol. in c. dilectus. el 2. infra de teſti. & ibi dicetur.

SVMMARIVM.

1 *Homo qualis debet eſſe, ſi non uult ſubijci legis exercitio. & nu. 2.*

3 *Fieri quotidie dicitur etiam illud, quod ſit aliquo interuallo interpoſito.*

4 *Habitaſſe in ciuitate continuè dicitur, qui communiter ſtetit, dato quod aliquando caſu occurrente habitauerit per annum in comitatu.*

5 *Teſtator, ſi legat ad pias cauſas domũ ſub cõditione, ſi hæredi dederit Eccleſia decem tribus continuatis terminis, an conſequetur legatum dans temporibus interpolatis.*

6 *Probatur cõtinua poſſeſsio probãdo extrema.*

7 *Lex poſitiua an ſit ſeruanda in foro conſcientiæ. Vide remiſsiuè.*

8 *Similitudo tanquam ſuperflua, eſt reijcẽda: Hoc habetur pro regula: fallit in certis caſibus, ut nu. 9. uſque ad finem.*

REX PACIFICVS. ¶ Proœmium iſtud nõ ſummatur, ſed pro ſummario diuiditur, ut hic per Docto. qui colligunt multa ex eo, ſed ſolum refero duo, quibus eſt addendum. ¶ Et primò not. ex princ. ſecundũ

1 do. Abb. qualis † debet eſſe homo, ſi non uult ſubijci exercitio legis. Debet enim eſſe pudicus, pacificus, modeſtus: lex enim non eſſet neceſſaria, ſi homines ratione regerentur. Nam per legem nemo compellitur benefacere, ſed malè facere prohibetur, 23. q. 5. c. ad fidem. Vnde dicit Inn. in c. paſtoralis. de offi. ordi. quòd homines poſſent in tantum ratione regi, quòd non ſubijcerentur legi, id eſt, exercitio legis. Ad hoc ca. de Conſtantinopolitana. 22. diſt. Et per hoc declaratur illud, qui ſpiritu Dei aguntur, non ſunt ſubiecti legi, c. licet. de reg. quia nõ ſunt ſub exercitio legis, ex quo ducuntur lege priuata. De qua lege priuata, & publica eſt bonus tex. in c. duæ ſunt. 19. q. 2. ſecundum ipſum. ¶ Adde glo. ordinariam in cle. ad noſtrum. in uer. 2. ieiuna. re. de hær. quæ dicit, quòd quis non poſſet eſſe adeo perfectus, quin ſubijciatur legi traditæ a ſuperiore, ſaltem quo ad habitum. Quam gl. reaſſumit Ion. in rubr. ȷ̄ de conſti. & do. Card. in d. cle. ad noſtrum. uer. in ſecundo. & do. Abb. in c. ſolitæ. de maio. & obe. dicens, quòd d. c. licet. debet intelligi de lege peccati, non autem de lege iuriſdictionis, per illum text. ibi, ſuper bonos & malos. ¶ Fa

2 tendũ † tamen eſt ſecundum eum. Quòd exercitium iuriſdictionis non competit contra bonos. Vnde ſi non eſſet peccatũ, non oporteret habere ſuperiorẽ, ſed homines eſſent æquales, d. c. de Conſtantinopolitana. Et ſecũdum iſta intellige, quod no. ibi Dom. dum dicit, ꝙ uiuẽs rectè, non eſt ſubditus iudici, ſed æqualis. Et de his ẽt. ꝑ Imo. in l. tam his. §. j. ff. de do. cauſa mor. & bonus tex. in c. omnis anima. ȷ̄. de cenſi. per quẽ dicit ibi do. Abb. ꝙ nemo poteſt eſſe in hoc ſeculo, qui non recognoſcat ſuperiorem. Et facit c. nulla. 93. diſt. & dicit Io. de Lig. in d. c. licet. ꝙ ubi re uera conſtat aliquem ductum ſpiritu diuino, non credit, quòd ſubſit alicui legi humanæ: intelligit legi impeditiuæ illius ſpiraminis, ut ibi. Et quia lex ſpiritus ſuperat omnẽ legem inferiorẽ, tamen quia eſt quaſi impoſsibile hoc ſcire, tunc in caſu dubij ſubijcitur legi diſpoſitiuæ. Et iſta eſt ratio, quare ibi petitur licẽtia, ut uideatur, quo ſpiritu mouetur. Dicit ẽt do. Ab. ibi, ꝙ iuſtus liber eſt à lege peccati, ſed nõ à poteſtate ſuperioris, allegãdo gl. in d. cle. ad noſtrũ. Et iſtis adde, quæ dixi aliàs in c. fi. de præſum. declarando, quõ intelligatur text. hic, & in c. omnis ætas. xij. q. j. dũ dicitur, ꝙ natura prona eſt ad malum, & tamen quilibet præſumitur bonus, ut dixi ibi. Et dixi etiam ibi, utrùm uitia & uirtutes ſint nobis à natura, ¶ Secũdò no.

a *Artifices] Vide, quod not. in l. fi. ff. de excu. tu. & ibi Bar. in utraq; lectu. ubi dicit, quod propriè ille dicitur artifex, qui de præſenti per ſe artem exercet, nec qui in præteritum exercuit, & adde Bar. Cep. in l. eum, qui uectigal. de uerb. ſignific. Item adde do. Alex. in 2. conſti. ff. et adde tex. & ibi Bar. de excuſ. artif. lib. 10. & quod nõ magiſtri, ſed etiam diſcipuli, artifices dicuntur: ad quod etiã adde Bar. l. legatis. §. ornatricib. in fi. ff. de leg. 3.*

b *Mercatores] Vide Bald. in tra. de mercatore. & per Bart. & Alex. in 2. conſtit. ff. & in l. 2. ff. de fur. et in l. legatis ſer. de legat. 3. & glo. & Bar. in l. 1. §. 1. in prin. ff. de trib. ꝙ mercator non dicitur, qui ſolum unum actũ mercandi exerceat, ſed ex conſuetudine emendi et uendendi. Et uide per Ange. et Docto. in l. Titius. §. fin. de exc. tut. Vbi etiã uide, an appellatione mercatorum ueniat locator eorum in ſtatuto? Ad quod uide etiam Bar. et Bal. in d. l. legatis. Sed quid de eo, qui mutuat? Dic, ꝙ non dicitur mercator: quia contractus mutui nõ eſt ultrò citroq; obligatorius: Ang. in l. cuicunq;. §. Labeo. de inſti. et probatur in l. quaſitum. §. ſed et ipſe. de fide inſt. et adde Arch. 78. diſt. eijciens. qui dicit, uſurariũ dici mercatorem: ſicut & ille, qui ancillas expenit. Sed quid de eo, qui artẽ exercebat, ſed nunc de præſenti non exercet? Dic, quòd dicitur mercator, dum modò eã nõ dereliquerit animo non exercẽdi eã, quia præſumitur à proximis, non à remotis. Ia. But. in proœ. ff. et Ale. in l. ſemper. §. negotiatores. ff. de iur. immuni.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

3 uot.ibi, quotidie. quòd † illud poteſt dici quotidie fieri,
quod ſit ab aliquo interuallo interpoſito. Nam non quoti
die lites generantur, quòd inducunt dom. Aoton. Imo. do.
Abb.& Domi. hic, ad concordiam teſtium, qui dicunt,
quem reſediſſe, uel poſſediſſe, ut non uitietur dictum, ſi
aliquo interuallo non reſedit, uel non poſſedit. Idem di-
cunt de dictione Semper, allegando Dyn. in l.j.ff. ſolut.
matri. quia intelligitur, Ideſt Temporibus congruis, ut e-
tiam tenet Archi. in c. ſacerdotibus. 31. diſtinct. glo. in c.
ſi quis uoluntate. 50. diſtin.& glo.j. in c.ſi clericus laicum.
de for. compet. Et quòd ſimiles dictiones intelligantur ci-
uiliter, uide glo.& ibi Arch.in c. ſacroſancta. 22. diſtinctio.
ubi dicitur quod de uerbo Sine intermiſſione. Et ibi uide
pulchrè Dom. latè inferentem ad dicta teſtium, quod etiam
ipſe facit multum ſolicitè ſtatim in locis allegandis. Idem,
ſi dicatur, nunquam dies præterit, ut probat tex. & ibi Do
mi. ad fin. in c. tenere. 31. diſtinct. Idem de dictione Nun-
quam, ut eſt tex. cum glo. in c. nunquam. de conſe. diſt. 5.
Idem, ſi dicatur Omni tempore. ut eſt glo. in ca.1.85.diſt.
Idem, ſi dicatur Indeclinabiliter fieri: quia intelligitur de
debitis horis, & non continuè, ut not. glo. in c.1. de offic.
archidia. Idem, ſi dicatur Continuè, per c.cùm cauſam. in
uerb. continuè, & ibi do. Abb. infra de elect. & tex. in c. fin.
in fi. de uerb. ſignific. in 6. & in c. cùm olim. de cauſa poſ.
& proprie. Idem, ſi dicatur Impræteermiſsè, ut in c. denique
21. diſt. & ibi Dom. Idem, ſi dicatur Diu noctuque, ſecun
dum Arch. & Domi. in c. ſtatuimus. 42. diſtinct. & in c. ſa
croſancta. ſuper gloſ. j. 22. diſtinct. Idem, ſi dicatur Aſſi-
duè, ſecundum gloſſ. fin. in c. de quibuſdam. & ibi Domi.
57. diſtinct. Et text. in c.2. & ibi Domi. 22. diſtin. & in c. fre
quens. 54. diſtin. & in c. frequens. de reſtitu. ſpol. in 6. & in
prooemio 6. per Dom. facit glo. pen. in c. fi. de uerbo. ſign. in
6. ubi dicitur de continuo, domeſtico, uel commenſali, in-
telligitur ciuili modo: & ibi Domi. allegat multos tex. fa-
cit tex. in l. ſi quis ita. ff. de hære. inſtit. ubi qui eſt obliga-
tus eſſe cum aliquo, non intelligitur omni momento. Et
multa de prædictis alleg. Doc. hic. ¶ Adde Ang. in l.j.§.j.
4 de flu. ubi dicit per illum text. quòd † ille dicitur ſemper
habitaſſe in ciuitate, qui communiter ſtetit, dato quòd ali
quando caſu occurrente habitauerit etiam per annum in
comitatu: & dicit, quòd teſtis dicens ſe uidiſſe ſemper Ti
tium poſsidere, intelligitur de tempore poſſedibili, non au
tem dum dormiebat, aut comedebat, aut abſens erat. Al-
legat not. in §. ſedebunt. in authen. de iudi. & tex. in l. ab
hoſtibus. §. ſed quod ſimpliciter. ff. ex quibus cau. maio.
Idem de uerbo ſemper, dixit Angel. in authen. de hære. &
Fal. in prin. per tex. ibi, & facit glo. in authen. ut determina
tus ſit numerus clericorum. in uerb. ſemper. ¶ De iſtis po
nit copioſè Ludouicus Roman. in conſilio ſuo 263. Viſo
puncto. & in l.j.ff. ſolut. matrimo. bonus tex. in l.j.§. quo
tidiana. ff. de aqua quoti. & æſtiua, & adde Bal. in 1. conſti-
tutio. C. in fine prin. ubi tenet idem, quod Angel. in d.l.j.
de flu. & idem Bal. in l. aduerſus. in fin. C. de uſur. & in l. fo-
ramen. ff. de ſer. urb. prædio. & Specu. in titu. de teſte. §. poſt
quam. uerſic. quid ſi plures. in fine. ¶ Et adde Ludo. Rom.
in l. ſi ita ſtipulatus eſſem. cum l. ſequen. ad fi. ff. de uerbo.
5 oblig. ubi † dicit, quòd ſi teſtator legat ad pias cauſas do-
mum ſub conditione, ſi hæredi dederit eccleſia decem tri-
bus terminis continuatis, nihilo minus conſequetur le-
gatum, quamuis dederit temporibus interpolatis. Et ita
dicit ſe nouiſsimè ponderare tex. in l. Paulus reſpondit. §.
Caius. ff. de libe. cauſa. ubi dicitur, quòd ſi relinquitur li-
bertas alicui, ſi continuo triennio ſeruierit hæredi, debe-
bitur libertas, etiamſi ſeruierit annis interpolatis. Facit
text. in c. cæterùm. de reſcript. ubi dicitur Continuò fieri,
quod ſit modico interuallo. Ad idem c. cùm de beneficio.
in uerſicu. continuò gubernatum. de præben. in ſexto. Et
tamen uno mortuo interuenit electio alterius, ut in ſimi-
li notat. domi. Abb. in d. c. cùm cauſam. facit text. in l.
cùm de lanionis. §. Sabinus. ff. de fun. inſt. per quem dicit
Barto. ibi, & Ludo. Roma. in ſingul. 681. incip. Communi-
ter ſunt ſtatuta. quòd ſtãte ſtatuto, quòd qui per tot annos
ſteterit in ciuitate, efficiatur ciuis, & aliquis ſtetit nõ cõti-
nuè illis annis, ſed pro maiori parte, & tamen peruenit ad
tempus, erit ciuis. Facit text. melior de iure in c. ſignifica-
tum. j. de præb. in uer. quotidie. & in uerſ. quanto frequen-
tiùs ſalua honeſtate. Et ibi no. Inn. do. Aut. & alij. Facit gl.
2. q. 2. in c. nunquam. & in c. hi, qui 31. q. 1. Et facit gl. ſolẽ-
6 nis in c. uolumus. 16. q. 4. dicens, eſſe † probatam continuã
poſſeſſionem probando extrema. Sequitur do. Aut. in c. ac-
cedentibus. de priui. & do. Abb. in c. cùm eccleſia. de cauſa
poſ. & propri. latè Lud. in l. Celſus. ff. de uſuc. cum ibi alle-
gatis. Sed iſta & ſimilia intellige ſanè, quando dicta uerba
iunguntur actui, quem impoſſibile eſt ſingulo momento
adimpleri. Sed ubi poſſibile eſſet, tunc denotant continui-
tatem temporis non interpolati. Ita probat text. in c. ſacer-
dotibus. 31. diſtinct. ubi dicitur, ſemper caſtitas obſerue-
tur, & intelligitur continuato tempore. Et ita per illũ text.
limitat prædicta Domi. ibi. Et idem repetit in c. ſi laicus.
ea. diſt. ibi, ſi rex. & in c. ſanctimonialis. per illum text. cum
glo. 23. diſtinct. Vbi ſanctimonialis debet portare habitum
ſemper, & intelligitur ſine interuallo. Et hoc modo intel-
ligi poteſt l. Mæuia. ff. de manu. teſt. & quod no. Bald. in l. ſi
ea. C. de condi. inſer. Similiter prædicta de dicto teſtium in-
telligantur, niſi interceſſiſſet magnum interuallum, per id,
quod conſuluit Pet. de Anch. in conſi. 291. incip. Viſis arti-
culis. ubi reprobat teſtes dicentes eum continuè poſſediſ-
ſe, qui diu abſens erat. Similiter credo, quòd dictum Rom.
in dicta l. ſi ita ſtipulatus. non poſſet extendi extra caſum
ſuum, qui procedit fauore piæ cauſæ, ſicut lex, Paulus. pro-
cedit fauore libertatis. Alias enim ſi uerbum illud Tribus
annis continuatis, coniungatur actui poſſedibili, uidetur
nihil importare, ſi ſufficeret præſtatio interpolata. Bene fa-
cit, quod ſenſit dom. Abb. in c. fin. de frig. ubi dicit, quòd
triennium, de quo ibi, debet eſſe continuum non interpo-
7 latum. ¶ Vltimò, in † quantum dom. Abb. hic. latè exami-
nat, an lex poſitiua ſit ſeruanda in foro conſcientiæ, uide
eum latiùs in dicto c. 1. de conſt. & ibi dicetur. ¶ Et dum
tangit, quando rubricæ poſſunt allegari: adde quæ aliàs
dixi in rub. de acc. Et dum tangit, an extrauagantes poſ-
ſunt allegari, adde, quæ dixi poſt eum & alios in c. paſtora-
lis. de fi. inſt. Sed non omitto, quod Dom. hic ponit regu-
8 lam, quòd † ſimilitudo tanquam ſuperflua eſt reijcienda,
per iſtum text. Fallit in quinque caſibus, ſecundum eum ul
9 tra alios. ¶ Primò, quando † aliqua dari poſſet diſſimilitu-
do quantumcunque modica: alleg. no. in c. ſi. de exceſ. præ
la. & no. iſtum text. in uerſic. nimiam ſimilitudinem. ¶ Se-
cundò fallit, quando diuiſione aliqua poſſet iuuari. Allegat
c. literas de reſt. ſpo. ¶ Tertiò fallit propter difficilem ſepa-
rationem, ut ſi clauſula aliqua ſepararetur ab alijs connе-
xis, totus intellectus confunderetur. Allegat l. 1. C. de no.
C. compo. & l. 2. §. ſi quis autem. C. de ue. iur. enu. ¶ Quar-
tò fallit, quando repetitur ut aliquid addatur, uel declare-
tur. Allegat c. ſuper quæſtionum. iuncto c. cum te. de offic.
dele. ¶ Quintò, fallit, quando idem ponitur in diuerſis titu
lis propter diuerſum reſpectum. Allegat c. ſignificantibus.
de lib. ob. & c. ſignificãtibus. de app. in 6. ¶ Sextò fallit ultra
Domi. ut per Io. An. in c. nobis. in prin. de iur. pat. dum po-
nit, quare principia capitulorum in hoc libro non reſecan-
tur: quia fuit, ne confunderentur illi, qui tunc ſtuduerant
priores compilationes: ſicut hodie eſſet confuſio, ſi mutata
hac compilatione mutarentur principia nobis nota, ſecun
dum ipſum. ¶ Et iſtæ fallentiæ ſunt notabiles, ſecundum
Domi. quia per ipſas poſſunt ſaluari poſitiones & articuli,
ſi de nouo fierent in iudicio, ut non obſtante prima poſi-
tione his reſpectibus poſſunt aliæ fieri, ſecundum eum,
qui hoc no. Et adde, quæ aliàs dixi in c. licet cauſam. j. de
prob. dum tetigi, quòd poſt terminum ad probandum po-
teſt probatio prima declarari. Et quando ſimile dicatur, idẽ
dicetur in c. capitulum. de reſcript. Et de argumento à ſimi
li dicetur poſt do. Abb. in c. tranſlato j. de conſti. ¶ Vltimò
ad hoc prooemiũ iunge, quod no. Io. And. poſt Vin. in c. 2.
in fi. de pur. Canon. ubi dicit, quòd reſecata non paſſim in
iudicijs alleganda ſunt.

DE SVMMA TRINITATE ET FIDE CATHOLICA.

TITVLVS I.

SVMMARIVM.

1 *Confiteri poteſt quis non ſolùm ea, de quibus habet ueram ſcientiam, ſed etiam, quæ firmiter credit.*
2 *Opinio uehemens an habeatur pro ſcientia.*
3 *Deus tribuit legē humano generi per Moyſen & alios prophetas.*
4 *Legere quando quis poteſt per alium, quæ debent concurrere.*
Neceſſitas, uel morbus excuſat ab eo, quod quis agere debet. Poſt nu. 4. uerſ. & aduerte.
5 *Eccleſia uniuerſalis eſt unica, & an errare poſſit.*
6 *Claues eccleſiæ ſunt duæ: una eſt poteſtatis, altera ſcientiæ.*

CAPITVLVM I.

FIRMITER. ¶ Loco ſummarij diuiditur per Docto. eum quibus in materia ita tacitè tranſeo: quia ſine perfecta Theologia expediri non poteſt. Ipſam itaque meritò etiam omittunt Dom. & Imo. hic, nolentes ponere falcem in alienam meſſem. Sed incidēter extra materiam refero aliqua dicta aliorum, qui-
1 bus eſt addendum. ¶ Et primò not. ſecundum do. Abb.
2 ibi, ſimpliciter confitemur. quòd † quis poteſt confiteri, non ſolùm ea, de quibus habet ueram ſcientiam & cognitionem, ſed etiam, quæ firmiter credit. Sicut etiam patet in poſitionibus, ad quas quis reſpondit per uerbum Credit, ut in cap. 2. de confeſ. in 6. & quod ibi no. per gloſſ. & in c. cùm cauſam. de iur. cal. in l. 2. C. eod. per Inno. in c. ex literis. de iureiur. & in d. c. cùm cauſam. ubi dicit, quòd interrogatus de ueritate poteſt reſpōdere de his, in quibus habet indubitatam credulitatem. Et ita reſidet dom. Abb. ¶ Adde Bal. in l. filium. ff. de his, qui ſunt ſui, uel alien. iur. ubi dicit, quòd ſi teſtis dicit, ſcio pro certo talem eſſe filiū talis, non loquitur incongruè, ſed intelligitur de ea certitudine, quæ haberi poteſt, quia pro certo ſciri non poteſt, ut ibi. Et dicit Domi. in c. de capitulis. per illum text. 2. diſtin. quòd quis dicitur pro certo ſcire, quādo eſt certificatus ab uno fide digno. Allegat etiā c. ſicut pro certo. de ſimo. & Archi. in c. in domo. de pœni. diſtin. 4. facit gl. in l. Titio fundus. ff. de condi. & demon. de qua dicetur in c. cùm contingat. de reſcript. & pro dicto Domi. eſt bonus tex. in c. j. j. de ſcrut. & ibi do. Ant. circa prin. & do. Ant. in c. quoties. de teſti. & in c. inquiſitionem. de elec. & in c. ex literis. & in c. fi. de iureiu. & Archi. & Io. de Fātu. in c. teſtes. 3. q. 9. & Imo. in l. in repudiāda. ff. de acqui. hær. & Pau. de Caſ. in l. ſi poſthumus. §. fi. per illum tex. in uer. quē ſcio. ff. de lib. & poſth. Allegat etiā tex. in l. ſi quis ita. §. pe. ibi, & ſi certior factus. ff. de teſt. tute. & dixit Domi. poſt Archi. in c. beati. 2. q. 7. quòd etiam cum iuramento poteſt quis aſſertiuè dicere id, quod non uidit, ſed tenet pro indubitato: & allegat etiam tex. in c. Iulianus. 11. q. 3. & Inno. in dict. c. cùm cauſam. Et
2 † adde glo. notabilem in l. ſi quis extraneus. §. ſciendum. ff. de acqui. hær. quæ ſentit, quòd uehemens opi. conſona ueritati idem operatur, quod certitudo: & ibi de ea exclamat Bal. dicens, quòd multa ſunt, de quibus non pōt haberi uera certitudo. Tamē uehemens opi. iuncta cum ueritate idē operatur, quod certitudo: & ſunt uerba Oldr. in d. §. ſciendum. Ex quibus fecit Per. de Ancha. ſtupendum conſilium conſil. 366. inci. Viſo diligenter puncto. determinās, quòd in ſubſtituto, caſu quo maſculus non naſcatur, poteſt haberi iſta conditio pro impleta etiam ante partum, ſi ex uehementi cōiectura fœtus fœmineus ſit in utero, & poſtea hoc apparet ex partu: quia præcedens opi. uerìſimilis attentis pluribus. de quibus ibi inducta ueritate poſtea detecta facit illam opinionē haberi pro certitudine. Vnde dictus ſubſtitutus tranſmittet hæreditatem, etiam ſi eā adierit ante partum: & idē ipſe conſuluit conſ. 385. inci. Viſis diligenter, allegando & Inn. in d. c. cùm cauſam. ¶ Item quòd uehemēs opi. habeatur pro ſcientia, uide gl. in l. 1. §. pe. in uer. ſciant. ff. de aqua plu. arc. & in l. ſi duos. §. pe. uer. ſcire. ff. uti poſ. & ſentit gl. in l. ſi liberi. ff. de pec. & gl. notabilis in l. ſi paterſamiliās in uer. ſcit. ff. de hære. inſti. Et illam notant ibi Bal. & Imo. & Bar. in l. qui bona §. qui alieno. ff. de dam. infect. & do. Ant. & do. Abb. & Imo. in d. c. cùm cauſā. & ibi ſubtiliter per Bal. Et faciūt iſta ad q. Fe. cōſ. 83. inci. Titius electus in prælatū. & cōſ. 565. incip. Domine Alex. de eo, qui iurat ſe nō credere, & poſtea conuincitur de cōtrario, utrùm dicatur periurus, quaſi aſſertiuè falsū aſſeruerit. Et de hoc, quādo reſpondens per uerbum Credo, obligetur, quantum reſpondens per uerbum Scio, uel Ita eſt: Remitto pro nūc ad do. Abb. in d. c. cùm cauſam. de iur. cal. & Bal. in l. 2. C. eo. tit. & Per. de Anch. in c. 2. eo. tit. in 6. & Io. de Ana. in c. j. de deli. pue. & Bal. in l. fi. C. de arb. tut. & do. Abb. in c. unico. de lit. conteſ. & gl. in uer. crederem. in c. cùm ad ſedē. de reſti. ſpo. & Bart. in l. j. de interro. act. & Bald. in l. 3. C. quibus ad liber. procla. non licet. & in l. 2. §. quod obſeruari. præalleg. & Domi. in c. j. de cōfeſ. in 6. & do. Abb. in c. at ſi clerici. In prin. de iudic. & Ioā. de Ana. in c. cùm oporteat. de accuſ. Et Domi. in c. fin. de iureiuran. in 6. uerſic. ſed nunquid. & Bal. in l. data opera. C. qui accuſ. ¶ Et expone iſtum text. in uer. ſimpliciter, id eſt ſine ambiguitate, uel obſcuritate, ſecundum Lud. in l. j. §. ſiquis ſimpliciter. ff. de uer. obl. ubi allegat iſtum tex. deinde tractat de alijs diuerſis ſignificationibus huius uerbi, reputans iſtam utilem inueſtigationem propter ſtatuta, quæ dicunt: ut in poſitionibus reſpōdeatur ſimpliciter, de quo ibi per eum inferentem Bar. ibi, & Bal. in l. j. C. de ædi. act. & poſtea ibidem Ludo. aliter loquitur. Et hoc facit ad cōmiſſiones reſcriptorum dicenter, Procedas ſimpliciter: de quo uerbo ponit etiam Bar. in l. de ætate §. quod autem. & §. nihil. ff. de interro. act. & in l. j. §. ſi accuſatus. ff. ad Turp. per Bal. in l. manifeſtiſſimi. C. de fur. & in l. gallus. §. j. ff. de lib. & poſt. & in l. fi. C. de dotis promiſ. & in l. iubemus. C. de app. & in c. ſuper literis. j. de reſcrip. per Bar. in l. bona fides. in prin. ff. depoſi. & in l. æden. C. loc. per do. Abb. poſt Ant. in d. c. cùm dilecti. j. de iudi. per do. Ant. in c. ex parte. el j. de offi. dele. per glo. j. in c. ei, cui de præb. in 6. per glo. in uer. ſimpliciter. in c. is, qui. de elec. per gloſ. Bal. & do. Card. in c. pe. de offi. dele. per Imo. in cle. ſæpe. de uer. ſigni. per Bar. & alios in l. j. in prin. per illum text. ff. de uul. & pup. & Bal. in l. inteſtato. C. de ſuis & leg. ¶ Secūdò
3 not. in uer. & ſancta. quòd † Deus tribuit legem generi humano per Moyſen,[a] & alios prophetas.
Ex quo colligitur, quòd licet quis poſſit per alium docere, non poteſt tamen per alium diſcere: per quod arguit hic. Goſ. & ſequitur Ioannes And. dom. Ant. & domi. Abb. contra nobiles & delicatos mittentes repetitores ad ſcholas, ipſi uerò iacent in lecto. Sunt enim quædam, quæ ſic requirunt operam perſonalem, quòd per alios expediri non poſſunt, l. inter artifices. ff. de ſol. & c. fi. de offi. deleg. Per quæ iura & ſimilia latè diſputat Ioan. And. in regula, qui per alium. in Merc. Verùm
4 † doctor poſſit legere per ſubſtitutum, inuitis illis, quibus operas ſuas locauit? In quo do. Abb. tranſit cum Bart. in l. nemo. ff. de duob. reis. ubi dicit, quòd ſi doctor erat ſolitus ſæpe ſubſtituere ex cauſa, uidetur tacitè actum, ut poſſit ſubſtituere ex cauſa, & ſic contractus recipiat interpretationem ex cond. perſonæ: quod no. ſecundum ipſum, qui pro hoc allegat. l. excepto. C. lo. Et ſubdit idem eſſe, ſi erat conſuetudo in ſtudio, ut quis poſſit alium ſubſtituere: quia hoc uidetur tacitè actum, argum. l. quòd ſi nolit. §. ſi aſſidua. ff. de ædili. edict. quod etiam not. ut conſueta intelligantur appoſita in contractibus. Facit l. cùm quid. ff. ſi cert. pet. cum alijs alleg. per eum hic, & in c. cùm M. ubi de hoc dicetur, j. de conſtitu. His uerò ceſſantibus tenet, quòd non poſſit per alium legere, niſi æquè bonum, & ſi in contractu hoc actum fuerit, per d. l. inter artifices. Magna tamen eſt differentia inter doctores: Nā ſi uous habet eandem peritiam reſpectu diſciplinæ fortè non habet peritiam docendi, & ipſam diſciplinam tradendi, ſecundum ipſum poſt dom. Anto. hic. ¶ Adde, quòd non poſſit, Bald. in l. fin. ff. de excuſa. tut. ubi dicit per illum text. in uer. per ſe ipſum

[a] *Per Moyſen*] *Adde, prout habes Exod. xxxiiij. & xxxv.*

ipſum.quòd ad hoc, ut doctor habeat ſalarium, debet legere per ſe, & non per ſubſtitutum. Allegat etiam gloſ. in l. j. C. de mancipijs & colo. lib. 11. Et idem dicit Bal. & Salic. in l. j. §. Vt autem. C. de cadu. tollen. per illum text. per quem etiam ita diſputando tenuit Bartol. Brixien. & refert Ioan. And. in d. regula, qui per alium. Idem Pet. de Anch. in d. c. is, cui. de offic. deleg. in 6. & in c. extirpandæ. §. qui uerò. de præben. & gloſſ. pen. in l. quiſquis. la j. C. de epiſc. & cleri. & Spec. in tit. de ſala. §. uerum. uer. quid ſi doctor. & ſentit ipſe in ſimili in tit. de cauſa poſſ. & propri. §. j. uerſ. quid ſi promiſit. Et ſimile de uaſallo in ſeruiendo domino ponit gloſ. in c. latorem. 13. q. 2. & Bal. in d. l. quiſquis. la j. ¶ Hæc autem concluſio limitatur in dictis locis, ut non procedat, quando conſuetudo aliter ſe haberet, ut etiam per Bart. & Imol. in d. l. nemo. & facit, quòd no. do. Card. in clemen. j. in 14. q. de offic. uic. de qua fiet mentio in c. cùm omnes. ſupra per gloſ. fi. j. de conſtit. Item non procedit dicta concluſio, quando legeret per ſubſtitutum de conſenſu eorum, quorum intereſt, ſecundum do. Card. in cap. fi. de offic. delega. Item, ſi ſubeſſet infirmitas, uel neceſſitas, ſecundum Bald. in d. l. fi. ff. de execu. tu. arg. l. ſi potuerit. ff. de manumiſ. teſt. ¶ Et aduerte: quia illis caſibus, quibus quis poteſt legere per alium, uidetur neceſſarium, quòd alia concurrant: puta, quòd legat per doctorem, non per ſcholarē, propter notabilem doctrinam Bald. in l. parabolam. C. de epiſc. & cleric. ubi ex illo text. aureo latè colligit, quòd qui non eſt ad electionem idoneus à principio, non poteſt per alium ſurrogari: & reprobat iudices electos ad officia non competentia ciuibus, qui in abſentia ſubſtituunt ciues, ut ibi per eū. Vnde ſi forenſis ex ſtatuto non poſſet regere cathedram matutinam, prout Bononiæ ſeruatur, nō poterit doctor illam regens ſubſtituere forenſem, per hanc doctrinam. Item requiritur, quòd neceſſitas, quæ facit doctorem legere per alium, ſit talis, quæ cauſet impoſſibilitatem: & non ſufficeret, ſi cauſaret ſolam difficultatem, ut decidit Spec. in dicto uerſic. quid ſi doctor. quia in obligationibus uoluntarijs, quibus quis nemine ſe cogente ſubijcit, ſola difficultas nō immutat obligationem. Alleg. l. continuus. §. cùm ita. ff. de uerbo. oblig. Et ideo conſuluit Spec. in tit. de ſtat. mo. §. j. uerſ. 29. quòd doctor legens ſi proponat ingredi religionē, priùs finiat conductam ſuam, allegando Hoſtien. de oblig. ad ratioci. §. quis obligatus. uerſ. quid de illo. Item requiritur, quòd ſubſtituat æquè peritum, ſecundum Bartol. in d. l. j. §. ne autem. C. de cad. tollen. & in d. l. nemo. & do. Abb. hic. Ex quo ſequitur, quòd difficile foret inuenire ſubſtitutum doctori ſingulari. Et idem de ſolenni ſcriptore dixit Bald. in l. ſi hi. C. loca. Et pro eo, quod ſuprà dicitur, neminem poſſe per alium addiſcere facit, quod dicitur de actibus concernentibus indiuiduam complexionem: quia per alium expediri non poſſunt, ut de adulterio dixit gloſ. in l. ſciant. in uer. alio. de elect. in 6. & l. j. §. ſed & ſi cùm quis. in uerſic. per hanc ff. de ui & ui ar. & do. Abb. in c. mulieres. de ſenten. excommu. & Ioan. And. in regula, rati. in Merc. & Arch. in c. omnes. 16. q. 7. cum ſi. Committitur tamen mandato, quo ad effectus ciuiles, ut per Domi. in d. c. ſciant. & Bartol. in l. non ideo. in 11. q. de accuſ. & Bart. in d. §. ſed & ſi. eum concor. ¶ Tertiò not. in uer. una uerò,
5 quòd † unica eſt eccleſia uniuerſalis. Et de iſta dicitur, quòd errare non poteſt, c. loquitur. & c. arrepta. 24. quæſt. 1. ſecundum Doc. hic. Quibus adde Domin. in c. decretum. 19. diſtinct. ubi dicit, quòd hoc non intelligitur de Papa, quia errare poteſt, ut ibi. Idem dicit poſt Hugo. quòd Papa cū Cardinalibus adhuc in tantum errare non poteſt, licet aliqui errent. Et adde, quòd iſtud, Etiam errare, non poteſt intelligitur, ſcilicet in fide, ſeu articulis fidei: nā pro hoc orauit Christus ad patrem ibi, Ego pro te oraui, Petre, ut non deficiat fides tua. In alijs autem eccleſia uniuerſalis bene poteſt errare: quia eadem ratio eſt in eccleſia uniuerſaliter repræſentata à toto concilio, quæ eſt in eccleſia particulari. Poſſet enim eccleſia uniuerſalis errare excommunicando fortè illum, qui non erat excommunicandus ex aliqua cauſa latenti, iuxta c. inquiſitioni. de ſenten. excom. Et declarat do. Abb. in c. à nobis. el ij. in princ. eod. tit. Exponens etiam illud, quod dicitur, iudicium eccleſiæ debere ſe conformare iudicio Dei, c. ut noſtrum. ut eccleſ. benefic. quia intelligitur, in quantum poſſibile eſt, aliàs non. Vnde in occultis errare poteſt, & ſic non conformare ſe Deo, qui ſolus nouit ſecreta, c. erubeſcant. 32. diſtinct. & dict. c. ut noſtrum. ſecundum eum. Et iſta faciunt ad quæſt. utrùm eccleſia poſſit errare in canonizatione ſan-
b ctorum, [b] quàm tetigi in c. uenerabili. j. de teſtib. referendo Cardinalem ſancti Sixti in tractatu de poteſtate Papæ, q. 41. ¶ Vltimò no. ibi, ſecundum claues eccle-
6 ſiæ. quòd † duæ ſunt claues eccleſiæ. Et dicunt Doct. quòd una eſt poteſtatis, altera uerò ſcientiæ: quia habens exercitium clauis debet eſſe diſcretus. Alij dicunt, quòd unica eſt clauis, ſcilicet poteſtatis: ſed requiritur alia clauis ad exercitium. Pro hoc c. tanta. j. de exceſ. prælat. ubi de claue fit mentio in ſingulari. Alij dicunt, quòd una eſt clauis in foro contentioſo, alia in pœnitentiali: de quo per gloſ 20. diſtinct. in princ. & ar. diſt. §. j. ſecundum do Abb. ¶ Adde Domi. 20. diſtinct. in ſumma, & Pet. de Anch. in regula, peccatū, in 5. q. de re. iur. in 6. per Cal. in repet. cap. noſtra. de pœn. & remiſ. per Bald. in l. fi. in fi. C. ſi à non compe. iud. per Hoſt. in ſum. de pœn. & remiſ. §. 1. per do. Abb. poſt gloſ. j. in d. c. tanta. & in d. c. licet. de elect. latiſſimè per omnes in 4. ſententiarum, diſtinct. 19. maximè per Richar. ponentem 30. q. Et aliquid dixi aliàs in quodam tractatu meo De indulgentia plenaria.

b Sanctorum] Quæ autem requirantur in Canonizatione ſanctorum: dic, ſecundum Innocen. in c. audiuimus. infra de reliq. & ue. ſan. quod regulariter requiruntur probationes de fide & excellentia uitæ, & miraculis eius: de teſti. uenerabilis frater noſtro. Et adde, quod canonizatio ſanctorum, ſecūdum Innoc. ubi ſupra. eſt canonice & regulariter ſtatuere, quod aliquis honoretur pro ſancto: puta, quod ſiat officium pro eo ſolenne, ſicut pro alijs ſanctis, qui ſunt ſuarum conditionis: ut ſi confeſſor ſiat, officium confeſſorū: ſi martyr, martyrum. Sed quid ſi quis nō dicit ſanctum, qui eſt uel dicens eſſe, qui nō eſt, an peccat? Dic, quod ſic, quia abominabilis eſt Deo, & Christum uiolat, ut per Spec. in ti. de fer. §. 3. uerſic. ſolennes. Sed nunquid fundēda ſit oratio ad non ſanctū? Dic, quòd ſic, ſecundū Innoc. loco alle. ſicut ad aliquem uiuum, qui creditur bonus, ut pro ſe intercedat ad Deū: quia Deus fidem illorum attendet, etiamſi ille non eſt bonus, precatorē acceptures: argumen. 32. diſtinct. §. uerum. 15. q. ult. c. fi. Nō tamen licet de eo facere officium ſolenne, uel preces ſolennes. Sed nunquid poſſit aliter, quam Papa, canonizare? Dic, quòd nō, prout per Inno. loco allegato.

DE CONSTITVTIONIBVS,

TITVLVS II.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutio quid ſit, & unde dicatur.*
2 *Geſta ardua per Papam ſine cardinalibus non obligant ſucceſſorem, quia debet eorum conſenſum requirere.*
3 *Scriptura an ſit de eſſentia legis. & nu. 4.*
5 *Scriptura an ſit de eſſentia gratiæ Apoſtolicæ.*
6 *Fiat, quod ponitur à Papa in ſupplicationibus, intelligitur ſcilicet pro tunc, & non in futurum.*
7 *Conſtitutio an debeat ſcribi ſecundum idioma legiſlatoris, an ſecundum idioma locorum, ad quos dirigitur, ſi non eſt idem idioma. Adde num. 8.*
9 *Ius unde ortum habuit.*

¶ Præſuppoſitis alijs, quæ circa præludia iſtius Rubricæ tangunt hic Doc. præſertim do. Anto. & Imol. conſiderādum eſt, inquātum per expoſitores dicitur, quòd
1 † conſtitutio dicta eſt, quaſi ſimul ſtatutio: quia Papa ſolus non poteſt condere legem maximè in arduis, in quibus tenetur requirere dominos Cardinales, per c. per uenerabilē. §. rationibus. qui filij ſint legi. no. Ioan. Mona. in c. ſuper eo. de hære. in 6. & Bald. in l. cùm multa. C. de bo. quæ lib. & Ioā. de Lig. in tractatu De bello, & do. Card. in repet. c. perpendimus. de ſenten. exco. Et ideo dum gloſ. 3. diſt. in ſumma appellat epiſtolam decretalē, quam Papa facit ſine Cardinalibus, intelligitur in materia non ardua, ſecundum Mod. hic. ¶ Adde elegans conſilium do. Car. 138. incipiēs, Ad quendā in carcere.
2 Vbi dicit, quòd † ardua geſta per Papam ſine cardinalibus, nō obligāt ſucceſſorē: quia debet eorū cōſenſum requirere.
Vnde

Vnde reuocatæ fuerunt collationes Celeſtini: factę ab eo ſolo. Allegat Ioan. Mon. in d.c. ſuper eodem. Idem tenet domi. Card. & Imol. in c. ex geſtis. de cle. non reſi. & domi. Abb. in c. quæſiuit. de his, quæ fiunt à maior. par. ca. & in diſputatione incip. epiſcopus & quidam rector Parmenſis. & in c. j. in fi. de offic. leg. & in c. literas. de reſtitu. ſpo. & in d.c. per uenerabilem. & Pet. de Monte in ſua monarchia, & domi. Ant. poſt Hoſtien. in c. requiſiſti. de teſta. & Ioan. Andr. in c. antiqua. de priui. & ibi domini. Anto. in j. q. domi. Card. in c. petitio. de homi. & ibi Ana. & Archi. in c. ſunt quidam. xxv. q. j. & in ca. cùm redemptor. aij. q. ij. & in c. Adrianus. lo ſecundo, lxiij. diſtinct. & Domi. in c. j. in notabilibus, de renun. in vj. & Bal. in l. fi. in uer. & ideo Vrbanus. C. de diuer. reſcri. & do. Car. conſi. cl. incip. Quæſitum fuit ſæpe à me. Et faciunt iura, in quibus Papa dicit De fratrum noſtrorum cõſilio & aſſenſu, ut in c. ad Apoſtolicæ. de re iudicata, in vj. & in c. j. de ſchiſma. eodem lib. cum alijs, quorum adunantia nihil importaret. Et multa accumulauit Ioan. And. in alio propoſito, in regula, nullus ex conſilio. de regul. iu. in vj. in Mercurial. Sed quòd imò Papa poſsit ardua expedire ſolus, & actus teneat, & per conſequens conſtitutio meliùs dicatur communis ſtatuitio, non autem ſimul ſtatutio, probatur ratione: quia illa nõ dicitur poteſtas libera, ad cuius exercitiũ alius requiritur, ut probat gloſ. uulgata in cle. dudum. in uerſi. liberè: de ſepul. No. Io. And. in c. licet. de præb. in vj. Sed Papa habet poteſtatem liberam. Ergo non tenetur alium requirere. Et quòd ſit libera, patet per clem. ij. ut lit. pen. & c. ij. de præbe. in vj. c. ſignificaſti. ad fi. de elect. & tex. optimus in c. cũcta. in uer. ſine ulla ſynodo. ix. q. iij. Et ideo dicitur, quòd ſoli Petro datæ ſunt claues, per illa uerba, quodcunque, &c. xxiiij. q. j. c. quodcunque. Ad idem, quod ſcribit Auguſt. de Ancho. ordinis Eremitarum, in tract. De poteſtate eccleſiaſtica. Et refert Archiepiſcopus Florentinus in ij. parte tertiæ partis ſuæ ſummæ ſub rubrica De poteſtate Papæ, ubi probat, quòd Papa in canonizatione ſanctorum non tenetur de neceſsitate requirere conſilium Cardinalium: quia Cardinales non aſsiſtũt Papæ per modum determinationis, ſeu limitationis, ſed magis miniſterij & conſilij, ſecundum eum. Pro quo facit: quia cùm eccleſia militans ſit exemplata ad inſtar triumphantis, ſecundum gloſ. in uer. eccleſiæ. in element. j. de hæret. rationabile eſt, quòd ſicut in iſta eſt unicus Deus, cui omnia obediunt, ita in iſta ſit unicus uicarius, qui omnia conceſſa ſolus poſsit. Ad idem quod no. Ioan. And. in c. ſanè. de conuer. coniu. ubi dicit, quòd ſolus Papa creat cardinales: & ſequitur ibi dom. Ant. ſentientes, quòd non tenetur eos requirere de neceſsitate in creatione cardinalium. Ad idem tex. optimus in c. fundamenta. §. decet. de elect. in vj. & ibi gloſ. in uer. contingeret. quæ dicit, quòd non compellitur cõſulere fratres. Et idem glo. j. in c. ad Apoſtolicæ de re iudi. in vj. & ibi Dom. & glo. noua in extrauaganti Benedicti. XII. uas electionis. ſuper uer. conſi. & plenior in extrauaganti Clementis VI. unigenitus. ſuper uerſi. conſi. dicentes, Ioan. Mo. ideo aliter dixiſſe in d. c. ſuper eo. quia cum eſſet Cardinalis, promptè ſuſtentabat partes collegij Cardinalium: ideo ſuſpectus: & ipſemet in ſua glo. Extrauagantis Bonifacij VIII. excommunicamus. ſuper uerſic. clericos. retractat certam ſuam opinionem, quam in prærogatiuam Cardinalium aliàs tenuerat in ſimili, in c. j. de ſchiſma. in vj. dicens, forſan mihi non credendum, quia pro me dixi: & ſic uidetur iſta opinio communis, quam tenet Ioan. de Ana. in c. firmiſsimè. de hære. & dom. Abb. in d. c. ex geſtis. & Dom. in d. c. ſuper eod. dicens idem de imperatore, quo ad ſuos barones: & allegat Hug. in c. in iſtis. §. leges. iiij. diſtin. Bene facit gloſ. j. in c. in iſtis. iiij. diſtin. & glo. ij. in c. Anaſtaſius. xix. diſtin. & glo. in uer. Cornelia. in c. quodcunque. xxiiij. q. j. & in c. legimus. in uer. maior. xciij. diſtinct. & glo. fin. in c. nemo. ix. q. iij. In quibus habetur, quòd dictũ Papæ præualet dicto concilij [a]: quod ampliare uidetur dom. Abb. in c. maiores. de baptiſ. per illum text. etiam ubi agitur de fide & ſacramẽtis cõtra quaſdam gloſ. de quibus per eum ibidem. ¶ Et iſta pars uidetur ſuſtentabilior, & adducta in oppoſitum loquuntur de honeſtate. Et ſic loquitur d. §. rationibus. prout apertè colligitur ex text. & gloſ. in d. §. decet. Imo ſi eſſet conſuetudo in contrarium, nõ ualeret: quia eſt contra ſupremam poteſtatem principis. Ergo nulla, ut per Innocen. in c. bonæ, el ij. de poſtul. præla. ſecundum do. Abb. in d.c. ex geſtis. Et idem, ſi de hoc eſſet lex expreſsè: quia par in parem, &c. c. innotuit. de elect. & per tacitã contrauentionem eam tolleret, iuxta l. quidã conſulebant. cum materia ff. de re iudi. maximè in facto proprio, iuxta clement. j. de probat. Et cum iſtis concor. Paul. de Caſt. conſil. cclxx. quod incipit, In Chriſti, &c. In facto præſenti. allegando glo. Gul. in extraux. Execrabilis. quæ incipit, ſcilicet Cardinalium. & Arch. in c. quàuis. de offic. ord. in vj. Bene facit, quod no. beatus Thomas in iiij. diſtinct. xiiij. in fi. ubi dicit, quòd Papa non utitur baculo, ſicut epiſcopi: & aſsignat inter alias rationes unam, quia ſcilicet non habet coarctatam poteſtatem, quod curuatio baculi deſignat. Et ſic uult, quod habeat liberam poteſtatem. Et dixit Bald. in c. j. qui ſeud. da. poſ. quòd habens plenam & integram adminiſtrationem, non tenetur alterius conſilium requirere. ¶ Tangunt etiam hic Scribentes du-
3 bium diſputabile, uidelicet utrùm † de eſſentia legis ſit ſcriptura? & dicunt communiter, quòd non: & ſic poteſt probari per teſtes, ſecundum domi. Anto. & domi. Abb. & Imol. hic, imitantes Ioan. And. qui de hoc ad ſatietatem ſcripſit in regula, nemo poteſt. de reg. iur. in 6. Idem tenet Ioan. And. & Domi. in c. j. per illum text. de renũc. in 6. & Io. And. in Spec. in rub. de conſtit. & in c. fin. j. de conſuet. & ibi do. Anto. & Bartol. & Rapha. in l. humanum. C. de leg. & Ang. in §. ex non ſcripto. Inſt. de iur. natu. & Bald. in §. omne inſtit. eodem ti. & adducitur tex. in l. j. in uer. uel de plano interlocutus eſt ff. de conſt. princ. & in c. conſuetudo. in uer. Romæ. j. diſtinct. in c. j. in uer. non ſcriptæ. de iurein. in 6. & in c. ſi quis. in uer. uel non ſcriptam. j. q. 5. & in c. inſtitutus. 25. q. j. in uer. in noſtra præſentia. in cle. dudum. in uer. uerbo, uel ſcripto. de ſepul. quæ iura allegat Ioan. And. in d. regula. Et ideo dicunt Ioan. And. & Bald. in add. Spec. in tit. de lega. §. finitur. uer. ſed pone legatus. quòd de eſſe conſtitutionis nõ eſt ſcriptura, etiamſi contineat excõmunicationem: quod no. ad c. j. de ſenten. excom. in 6. Idem dicas de ſtatuto epiſcopi excommunicantis ſine ſcriptis, ſecundum Domi. ibi in prin. & in c. Romana. §. caneant. de ſenten. excõ. in 6. Hanc partem tenet Ioan. And. in c. j. de poſtul. præla. in 6. & do. Abb. in d. cle. dudum. ad fi. & in c. j. de poſtul. præla. & Archi. in c. in primis. 2. q. j. & Petr. de Anch. in repe. c. ſeq. in x. car. Et ideo dicit Bal. in l. j. §. fi. C. de cadu. tol. quòd perdito uolumine ſtatutorum põt eorũ tenor probari per teſtes, quæ probatio eſt quoddam notorium, ſecũdum eum. Facit l. j. in fi. C. de emen. Iuſti. C. dum præcipit imperator, ut conſtitutio ponatur in ſcriptis, ne ſciatur: & ſic præſupponit, quòd non minus eſt lex. & idem dicitur in plurimis conſtitutionibus Authenticorum. Facit c. duo ſunt. in uer. ſcriptis confirmata. 19. q. j. ¶ Sed quòd de eſſentia legis ſit ſcriptura, tenet Alber. in prima parte ſtatutorum, quæſt. 14. & in l. de quibus. poſt gloſ. ff. de legi. & in l. humanum. C. de legibus. Idem tenet ibi Sal. poſt Cy. dicens hanc eſſe cõmunem opinionem, * per text. ibi, & in l. lege. C. eodem tit. & in d. §. ex non ſcripto. Idem Bald. in d. l. de quibus. in to. oppoſitione. Et ideo dicit Bald. in c. in cauſis. de re iudic. quòd de eſſe conſtitutionis eſt, ut ponatur inter alias conſtitutiones: aliàs dicitur extrauagans, per authen. habita. C. ne fi. pro pa. & per no. in l. cùm prolatis. ff. de re iud. Et hanc partem tenet Domi. poſt Archi. in c. lex eſt. per illum tex. j. diſtin. & in c. conſuetudinis. per illum tex. 11. diſt. Et faciunt multa iura adducta per Ioan. And. in dicta regula, nemo. Facit gloſ. in uerſicu-

a *Concilij] Sed pro ampliatione materiæ quæro, nunquid Papa poſſit ſe ſubiicere concilio generali? Dic, quod nõ: ſecundum Io. And. in ca. cum uenisſent. de iudic. & gloſ. in c. ſanè. de offic. delega. Contra tamen not. in c. nos ſi incompetenter. ij. q. vij. ubi Papa ſe ſubijcit alterum iudicio. Vide Io. Pe. de Peru. in l. eſt recepta. de iuris. om. iu. ubi Alexã. & Doct. poſt Bart. Et niſi ſe ſubijciat, iudicari non poteſt à conſilio, prout eſt gloſ. in d. c. nemo. ix. q. iij. alleg. in text. & gloſ. in c. mandaſti. ij. q. iij. §. hinc etiam xvj. diſtinct.*

uerſiculo interpretatus. in principio in capit. j. de poſtul.
prælà. dicent, quòd interpretatio principis redigenda eſt in
ſcriptis. Et concordant gloſ. in §. ex his omnibus. t.e.q.t.
& in l. ſi de interpretatione. ff. de leg. & in l. j. C. de legi.
Idem etiam tenet Bal. in rub. qui ſeud. da poſ. & facit tex.
in §. ſingulorum. in uer. tunc. & in uer. ſcribi. Inſtit. de
rer. diuiſ. & in §. cùm ita. j. diſtinct. Et utraque opi. ſine
4 periculo ſuſtineretur. ¶ Nihilo † minùs prima pars funda-
tur fortioribus iuribus: ſed eam declara ex uerbis Bald. in
d. l. humanum. ad fi. cum quo tranſit Pet. de Anch. in d.
regula, nemn. dicendo, quòd aut quæritur, an ſcriptura ſit
de forma ſubſtantiali legis, uel ſtatuti: & dicendum eſt,
quòd non. Aut quæritur, an ſit de forma accidentali, i. ad
inducendam obligationem ex lege: & tunc requiritur ſcri
ptura, quia ante ſcripturam lex non ligat: Sicut dicitur in
contractu. qui prius habet eſſe, quàm obliget, ut in con-
tractu conditionali. Et per hanc diſtinctionem facilè con-
cordantur rationes & iura utriuſque partis, & facit text.
in d. c. duæ ſunt. in uerſic. confirmata. & in c. lex. & in c. ea
uerbis. j. diſtinct. & in l. ſed & ea. & in l. imò magnæ. ff. de
legi. bonus text. in c. j. de poſtul. præla. ibi, ſolenniter edi-
tam ac publicè promulgatam. Et ideo dicit Bald. in c. j. §.
decedenti. qui feud. da. poſ. quòd æquitates humanæ non
habent in ſe pondus ſtatuti, niſi ſint roboratæ ſcriptura.
5 ¶ Quid † autem de conſuetudine? Dic, ut per domi. Anto.
plenè in c. fin. de conſue. & Ang. in d. §. ex non ſcripto. &
Bar. in d. l. de quibus. cum concor. ¶ Et poſſunt iſta meritò
induci ad utilem q. utrùm ſcriptura ſit de ſubſtantia gratiæ
Apoſtolicæ, quam ponit Ioan. And. poſt Archid. in procœ-
mio vj. & ibi Domi. in §. uniuerſitati. & Bald. in d. l. huma-
num. in fi. & in l. fin. in fin. C. de ſer. cō. manu. & in l. ſi qua
per calumniam. uerſic. deinde uos uidetis. C. de epiſ. & cle.
& in l. fin. C. ſenten. reſcin. non poſſ. & in l. falſus. C. de fur.
in uer. nunc uidendum econtrà. & Innoc. in c. conſtitutus.
in gloſ. ſed in omni. de reſcript. & Bart. in l. ſi. ff. de conſtit.
princ. & in l. idem Vlpianus. ff. de excu. tut. & gloſ. & Ar-
chid. in c. inſtitutionis. 25. q. 2. & Domini de Ro. conclu-
ſione 481. incip. Signata ſupplicatione. in antiquis, & in
conclu. 481. incip. licet Romanæ. in nouiter impreſſis, & ſo
lennius deciſ. 456. inci. circa ſecundum dubium. in eiſdē.
¶ Et concluſio eſt, quòd ſtatim etiam prolato ſimpliciter
uerbo dicitur gratia facta ante literarum cōfectionem: ſed
non poteſt probari, niſi per literas. Non ergo requiritur ſcri
ptura ad effectum gratiæ, ſed ad eius probationem. Et ideo
ſi Papa moreretur ante confectas literas, gratia non expi-
rat. Et literæ ſucceſſoris debent mentionem facere de di-
ſpoſitione prædeceſſoris: quod eſt ualde notabile & menti
tecōdum, ſecundum Bal. ad literam in d. l. humanum. Pro
quo uide, quod no. Domi. de Ro. deci. 62. quæ. incipit, itē
no. quòd ubi gratia. Vbi ex iſtis inferunt, quòd ſi quis mo-
ritur ſignata ſibi ſupplicatione, illud beneficium uacat per
eius mortem: per hoc nō tamen probaretur reſeruationem
Papæ ex tali ſignatura expiraſſe: quia oportet eam probare
per tranſumptum regiſtri Apoſtolici, ut ibi plenius. Et ad-
de do. Ab. in c. in noſtra. ad fi. de reſcrip. ubi dicit, quòd ma
lè facit capitulum recipiendo, ut prælatum, illum quem
Papa pronunciauit epiſcopum, ſi non oſtendit literas, licet
de pronunciatione conſtet, & illa ſola fecerit eum epiſco-
pum. ut ſupra poſt Bald. in d. l. humanum. Vnde prouidet
quædam extrauagans Bonifacij VIII. quæ incipit, iniun-
ctæ. quòd obedientes talibus promotis in curia non oſten
dentibus literas incurrent graues cenſuras. Et de ipſa me-
minit Pau. de Leaza. in commento c. nullus. de elec. & ſu-
per rub. Inſti. & in commento. c. 2. infra de conceſ. præben.
Et tales pronunciati appellantur electi, ſecundum domi.
Abb. in c. tua. infra de his, quæ fi. à præla. ſine cōſenſu cap.
6 ¶ Et † iſta uerificant notam ſolennem deciſionem Card. in
c. quiſquis. j. de elec. ubi refert ſe obtinuiſſe in quadam ar-
dua cauſa, quòd illud fiat, quod Papa ponit in ſupplicatio-
nibus, intelligitur pro tunc, id eſt, de præſenti, & non de
futuro: & miratur de gl. ibi. Adducit etiam ſtylum curiæ,
ſecundum quem ad illam diem ſemper conficiuntur lite-
ræ. Et facit illud Geneſis j. Fiat lux, & facta eſt lux, ſecun-
dum ipſum, quem ſequitur ibi Dom. ante fi. Et hoc pla-
cet, licet de uerbo Fiat, aliter dicat Bal. in d. l. fi. C. de ſeruo
communi manumiſ. Et rationem, quare gratiæ nō poſſint
probari per teſtes, aſſignat do. Card. concordans cum præ-
dictis in procœmio Clementinarum, §. ſanè in v. q. quia dif-
ficillimum & quaſi impoſſibile eſſet ſciri à teſtibus omnē
continentiam gratiæ & omnem formalitatem. Non tamen
eſt omnino impoſſibile: aliàs in nullo priuilegio permitte-
retur probatio tenoris per teſtes: quod tamen permittitur,
ut in caſu c. cùm olim. el 2. & ibi per Innoc. de priuile. Et
dicunt Domi. de Rota in dicta deciſ. incip. Circa ſecundū.
quòd licet ſupplicatio ſignata habeat fundamentum neceſ
ſarium, tamen ante confectas literas eſt quædam res infor
mis, quæ poſtea eis confectis reducitur ad ſuum uſum per
fectum per adiectionem clauſularum. Et hinc eſt, quòd an
te confectas literas nulla diſpenſatio prodeſt, ut in regula
cancellariæ Romanæ, quæ incipit, Item cùm conceſſio-
nes. quia multa petuntur, quæ poſtea ex ſtylo limitantur,
quando reducitur ſignatura ad formam, ut ibi dicitur.
¶ Tribus tamen caſibus admittitur probatio per teſtes in
hac materia. Primus eſt, quādo agitur de probanda aliqua
qualitate ipſius gratiæ, ut probat text. notabilis in c. audi-
tis. j. de teſti. in inte. Et ibi ualde notauit do. Anto. & do.
Abb. pro quibus optimè facit gloſ. in c. duobus. in uerſic.
appareat. de reſcript. in 6. & in c. ſi à ſede. in eodem uerbo,
de præben. in 6. quæ dicunt, quòd prioritas gratiæ poteſt
probari per teſtes. ¶ Secundus caſus eſt, quando ſumus in
foro conſcientiæ: quia in eo poteſt quis uti gratia conceſ-
ſa per Papam, licet, non habeat literas, ſecundum do. Abb.
in cle. dudum. ad fi. de ſepul. per illum text. in uerſi. uerbo.
quem ſic intelligit. ¶ Tertius caſus eſt, quando agitur de
probando tenorem gratiæ, cuius literæ ſunt perditæ: quia
probata amiſſione probatur tenor per teſtes, per d. c. cùm
olim. & ibi latè per omnes, & per Bartol. in l. ſicut iniquū.
C. de fid. inſtr. cum concor. ¶ Vlteriùs ultra omnes quæri
poteſt in hac Rubrica nō abs te, nec impertinenter, utrùm
7 † conſtitutio ſit proferenda ſecundum idioma legiſlato-
ris, an uerò locorum, quibus dirigitur, ſi in eis non eſt idē
idioma. Et reſpondit Ludo. Ro. in l. j. §. fin. ff. de uerb. ob-
lig. quòd dictanda eſt ſecundum idioma uſitatum inter
eos, quibus dirigitur, per text. in authen. de non alienan.
§. alienationis. uerſi. penult. & in l. ſed & ſi pupillus. §. pro-
ſcribere. ff. de inſtito. ibi, literis Græcis, an Latinis? putà ſe-
cundum loci conditionem, &c. Facit, quod no. ibi Pau. de
Caſt. & domi. Anto. in c. fi. de eo, qui mit. in poſſ. cauſa rei
ſer. facit tex. in c. 1. 86. diſtin. ibi, à Græcis Græca, & Lati-
nis Latina lingua edita ſunt. Facit l. 1. circà fi. uerſic. ac au-
tem per ſcripturam. C. de uete. iur. enuc. facit c. oportet. 7.
q. 1. ibi oportet uerbi ordinem pro audientis capacitate
dirigere, & c. ſit rector. 43. diſtinct. & §. fin. ea. diſtinct. & c.
quoniam in pleriſque. de offic. ord. bonus text. in clemen.
ne in agro. §. ſanè in ſingulis. de ſtat. mo. ibi, propter in-
niores & rudes uulgariter exponantur. Ex quo inferūt ibi
Doct. ut refert domi. Cardi. in §. regula. quòd teſtibus idio-
tis uulgarizari debent capitula, ſuper quibus examināntur.
Allegant Spec. in titul. de teſte. §. tractandum. & ſequitur
Domi. in d. c. ſeptuaginta. Facit, quod ipſe no. in c. locutio.
in fi. 38. diſt. ubi dicit, quòd ſi Græcus producitur in teſtem
in Italia, uerba capitulorum debent ſibi uulgarizari uerbis
Græcis, adhibito interprete. Et ideo docet Baldus in l. j. C.
de erro. aduoc. quòd ubi aduocatus conſiterent præſente
clientulo ignorante linguam Latinam, non ſcribat nota-
rius actum præſente parte, ex quo non intellexit. Ad quod
etiam uide Bartol in l. ſi quis filiabus: in fi. ff. de teſta. tut.
& pro iſtis uide gloſſ. in l. decreta. ff. de re iudic. & glo. Bar.
& Bald. in l. iudices. C. de ſenten. & interloc. om. iudic. ubi
ſententia, quæ fertur inter Græcos à iudice Latino, feren-
da eſt uerbis Græcis. Et iſta confirmant deciſionem Rotæ,
quæ in ſe eſt rationabilis, maximè ne ſubditi inducantur
in laqueum, contra c. de uidu. 37. quæſt. 1. & talis debet eſ-
ſe legis natura, 4. diſtinct. erit autem. ibi, non captioſa. fa-
cit tex. in authen. ut factæ nouæ conſtitutiones. circa me-
dium. ¶ Sed quatuor caſibus uidetur aliter dicendum. Pri
8 mus eſt, quando † ab illis; ad quos conſtitutio dirigitur,
intelligitur idioma conditoris: quia poteſt ex illo lex di-
ctari, ut probatur in l. 1. in princip. ff. de exc. tuto. & ibi per
Bartolum. ¶ Secundus caſus eſt, quando conſtitutio indif
ferenter concernit omnes nationes: quia ſufficit editio in
lingua Latina, tanquam communiori. Ita probatur ex uer
bis

bis Ludo. in d.c.ſi.& in c.cùm ſecundum.& in ca. quo ad tranſlationem.de tempor.ordin. ¶ Tertius eſt, quando cõſtitutio cõcernit certum genus hominum diuerſis idiomatis, qui tamen habitant inter Latinos. quia ſufficit eadem Lingua: & tales ſunt Iudæi. Ad hoc induci poteſt, c.poſt miſerabilem.de uſur.c.& ſi Iudæos. & c.in nonnullis.j.de Iudæ.iunctis dictis Bal.in l. iuris ignorãtia.C.qui admitt. ¶ Quartus caſus eſt, quando conſtitutio concernens certum genus certi idiomatis promulgatur in loco, in quo ſit copia hominum utriuſque linguæ, putà in concilio generali. Ita poteſt allegari in c.fin.j.de baptiſ. Si autem ea curia mitteretur Græcis epiſtola decretalis, uidetur reddenda literis Græcis, iuxta c. in nomine patris.73. diſtinct. ibi, hanc operam Græcis literis mittendã decernimus. maximè, ubi ſunt in curia docti in utraque lingua, ut communiter eſt per c.ij.de priuileg. in vj.&c. Adrianus el j.lxiij.diſtin. ibi, Anaſtaſius utriuſque linguæ peritus. Vbi autem apud legiſlatorem non eſt talium uirorum copia, excuſaretur & incumberet onus his, quorum intereſt adire tranſlatores, ut ſatis probat tex.in l.ij.§.pen.ibi, in Græcam uocẽ transformare.C.de uete.iur.enu.Et iſto caſu crederẽ, quòd duo menſes, de quibus in c.ij.j.eo.nõ currerent, niſi à die, quo interpres adiri potuiſſet. ¶ An autem poteſt lex promulgari partim literis Græcis, partim Latinis? Videtur, quòd ſic. arg.l.j.ff.de cõtrah.empt.&.§.item pretium.Inſti. de emp. & uendi.& facit, quod de ſententia ſcribit Bal. in l.iudices C.de ſenten.& interlo.omn.iud. Et q̃ de teſtamento ſcribitur per eundem in c.ad audientiam.el ij.j.de reſcript. Quæ omnia no.tanquam priùs non tractata. ¶ Vltimò ſciendum, quòd do.Anto.& Imol. hic plenè tractant de multi-
9 plici ſpecie iuris, & † unde unumquodque ius ortum habuerit. De quo dic, ut per eos. Et dicit hic Domi. quòd de hoc ſatis poſuit Gratianus à.j.diſtinct.uſque ad vij. latè etiam per Arch.in prin. Decretorum, & do.Anto. in c.firmiter.§.hæc ſancta.ſup.de ſ.tri.per beatum Thom.ij.ij.q.67. artic.ij.cum ſequen.& per Archiepiſ.Floren. in quodã tractatu de Legibus. Et dixit gloſ.in c.principium.in uer.ſuperbiæ.de pœni.diſtinct.ij.quòd ius cœpit à ruina angelorum. Et in quantum Doct.inſtant in diffinitionibus conſtitutionis: adde, quæ dicentur in c.prox. Et tene menti, quod dicit hic do.Abb.de ſtatuto in præiudiciũ certæ perſonæ, de quo latiùs dicetur in c.cùm omnes.j.eod.tit.

SVMMARIVM.

1 *Iuris Canonici conſtitutiones omnes ligant.*
2 *Statutum epiſcopi an dicatur ſtatutum canonum.*
3 *Ius municipale an ueniat appellatione iuris.*
4 *Sanctio uerbum, & uerbum Dogma, quid ſignificent.*
5 *Conſtitutio canonũ ligat omnem creaturam, quia conditori canonis & uicario creatoris omnis creatura ſubdita eſt.nu.6.7.9.*
8 *Sponſus eccleſiæ eſt ipſe dominus Ieſus Chriſtus.*
10 *De neceſſitate ſalutis eſt ſubeſſe Romano Pontifici.*
11 *Canones omnes ligant. Et hoc habetur pro regula.*
12 *Dicens, uel credens, canones non ligare, tanquam conditi ſint à nõ habente poteſtatem, debet ut hæreticus reputari.*
Vide limitationes ibidem.
13 *Canones tranſgredientis pœna qualis ſit.*
14 *Veniens contra canones, incurrit pœnam Canonicam.*
15 *Conſtitutio generalis qualiter cognoſcitur, & quibus ſignis.*
16 *Quicquid ſtatuitur in fauorem eccleſiæ, intelligitur ius generale, niſi contrarium inueniatur expreſſum.*
17 *Papa quando reſpondet ad conſultationem alicuius, an uideatur condere ius commune.*
18 *Verba iuriſconſulti narrantis factum, uel allegationes, an poſſint allegari.*
19 *Lex abrogata in quibus caſibus poteſt allegari.nu.20.*
21 *Lex concilij in quibus caſibus obligat.*
22 *Veniens contra legem concilij ex contemptu, peccat mortaliter.*
Vide alium caſum, nu.23.
24 *Papa ſolus an poteſt tollere conſtitutiones concilij. Et nu.25.*
26 *Reſcripta Papæ, quæ ſunt contra ius, præſumuntur in dubio obtenta per importunitatem.*
27 *Papa nunquam præſumitur uti plenitudine poteſtatis, niſi illud exprimat.*
28 *Poteſtas, quam Papa habet ſupra ius, difficiliùs extenditur ad cõſtitutiones concilij.*
29 *Papa non poteſt tollere legem ciuilem, quæ ad forum ſeculare, licet non ſubijciatur legi ciuili. Adde nu.30.*
31 *Princeps licet ſit ſolutus legibus, non tamen eſt ſolutus dictamine rationis.nu.32.*
33 *Papa ſubijcitur uinculo iuramenti.*
34 *Papa licet non ligetur lege poſitiua, aſtringitur tamen menti legis, et æquitati naturali determinãti aliquid circa peccatũ.n.35*
36 *Papa non poteſt diſpenſare, ut aliquis ſaluetur ſine confeſſione.*
37 *Pagani & Iudæi non ſunt ſubiecti canonibus.*
38 *Lex Canonica punit Iudæos delinquentes contra legem ueteris Teſtamenti.*
39 *Regula huius capituli an procedat in foro conſcientiæ.*
40 *Hæres obtinens hæreditatem ex teſtamento facto ſine ſolennitatibus, an teneatur in conſcientia.*
41 *Gabella, quæ non eſt licitè impoſita, poteſt licitè fraudari.*
42 *Teſtimonium falſum ferens, qualiter puniatur.*
43 *Contra præſcriptionem ſtatuti ſuper pœna non poteſt quis uexari in conſcientia.*
44 *Bona amiſſa an quis poſſit licitè retinere.*
45 *Declaratio qualiter requiritur in pœnis incurſis.*
46 *Reus condemnatus ex delicto, an teneatur in conſcientia ſoluere condemnationem.*
47 *Lex ciuilis & Canonica, an ſint ſeruandæ in conſcientia.*
48 *Iudices poſſunt ex magna cauſa tranſgredi leges & canones.*
49 *Epiſcopus quando poteſt ſtatuere contra ius Canonicum.*
50 *Fauore Reipublicæ poteſt uiolari ſtatutis.*
51 *Verba, Liberam facultatem, quid importent.*
Et ibidem de clauſulis inſertis in reſcriptis, uidelicet, Committimus iudicio tuo, Pronuncies ſecundum ſenſum tuum, & de multis alijs, per ordinem uſque ad uerſ.primum eſt.
52 *Iudex an poſſit tollere exceptionem ſub forma uerborum poſita in reſcripto.*
53 *Habens procedere ut uir bonus, debet procedere, ut in propria cauſa faceret, ut non faciat alteri, quod ſibi fieri non uellet.*
54 *Quando caſus non eſt deciſus per leges, aut canones, tunc eſt ſequẽda ſententia Doctorum.*
Ponit pro regula, quam limitat quinque modis per ordinem uſq; ibi, Secundo nota.
55 *Opiniones quando ſunt hincinde probabiles, laudatur iudex, qui diuidit materiam diuiſibilem.*
56 *Iudex, qui imitatur opinionẽ magiſtri ſui, excuſatur in ſyndicatu.*
57 *Arbiter poteſt iudicare ſecundum ſenſum ſuum.*
Fallit in certis caſibus, uſque ad finem capituli.

CAPITVLVM I.

CANONVM ſtatuta. ¶ Iuris † Canonici ſtatuta omnes ligant: & eorum ritu, tam in pronunciando, quàm in decidendo, iudicia ſunt regulanda. Hoc dicit. Primò ſtatuit, ſecundò confirmando declarat: ibi, & nemo. ¶ Et imitando ſemper domi. Abb. clarum & uſitatum aurigam noſtrum, primò not. quòd appellatione canonis uenit omnis cõſtitu- 1
a tio eccleſiaſtica [a]. Vnde largo mõ ſumpto uocabulo canon idem eſt, quod conſtitutio eccleſiaſtica, uel Canonica. Et dicitur canon idem, quod regula: quia hominem ducit ad regulatam uitam. Strictè autem ſumitur pro conſtitutione edita in concilio generali, ut not. gloſ.iij.diſtinct. in ſumma, ponunt etiam, quòd ſit decretalis epiſtola, dogma, ſanctio, interdictum, & mandatum. Et de pragmatica ſanctione uide gloſſam in cap.j. de rerum permut. Et ſcias. quòd omnis canon, ſeu conſtitutio eccleſiaſtica poteſt appellari lex, per c. lex.j.diſtinct. ſecundum dominum Abb. hic. ¶ Addit
2 Bald.hic, quòd † ſtatutum epiſcopi non

a Eccleſiaſtica] Adde diſt.xiij. canõ. Et adde, quòd in una ſignificatione eſt id, quod in concilio generali, uel prouinciali ſtatuitur: & ſic capitur hic. Sed propriè dicitur ea non promulgatur à Papa, licet quãdoque dicantur & ſtatuta prouincialia, in d.§.porro. ſecundum Cardi.

poſt gloſ. in clem. 3. ra vj. quæſtio. de priuileg. In alia autem ſignificatiōe uidetur poni, quādo ab emphyteuta ſoluitur: & ſic uidetur ſumi ab Azo. in ſumma, C. de iur. emphyt. uer. ex hoc autem contradic. Et adde, quod etiam dicitur illud, quod ſumitur pro pedagio, uel uectigali. ff. de pub. et uectig. Et adde, quod quando Papa uult condere canones, poſſunt epiſcopi contradicere, quòd nō conueniunt conſuetudini regionis eorum, diſtin. iiij. erit autē lex. & no. l c. ſeq. uer. iudicem. ubi quæritur, an ſententiæ Papæ præualeat ſententia epiſcoporum? & dicitur, quod non: quia orbis maior eſt urbe xciij. diſt. legimus. poſt medium, & ibi gloſ. Quòd ſtatutū concilij præiudicet ſtatuto Papæ: argum. contra. ibid.

dicitur ſtatutum canonum: quia ſequeretur, quòd ius municipale eſſet ius commune. Sed in contrarium adduco Cal. in titul. de regula. conſil. 19. incip. Abbas habet priuilegium. ubi conſuluit, quòd habens poteſtatem diſpenſandi ſuper irregularitate impoſita a canone poteſt diſpenſare cum monacho irregulari ex celebratione facta poſt incurſam excommunicationem ex conſtitutione ordinis. ¶ Et adde Calderinum in titulo iſto, conſilio decimoſexto, incipiente, An canonis appellatione. ubi idem conſuluit de ſtatutis capituli, ut poſſint dici canones. ¶ Sed ſaluando Bald. dicendum eſt iſta procedere in materia larga, puta ſi datur facultas diſpenſandi, quæ eſt ſanotabilis, ut no. Ioan. And. in cap fin. de ſymo. & ibi dixi. Sed in materia odioſa appellatione canonis intelligitur per excellentiam ſolùm de promulgato a Papa, ut uoluit Pau. in elem. 1. de priuil. per illum text. in princip. ubi in materia odioſa ponuntur, ut diuerſa, canones & ſtatuta inferiorum. Et hoc reputat ſingulare dom. Card. ibi, in prin.
3 in 16. q. ¶ An † autem appellatione iuris ueniat ius municipale, ponit dom. Abb. in rubr. infra de conſuet. & ibi dicetur. ¶ Et iſtis adde Imol. ſupra in rub. in j. col. & dom. Abb. ſupra in prooemio, & eundem in prooemio Clementinarū, ubi facit ſingula. gloſſ. ibi, in uerbo, ſanctio. & uide Innocen. in ca. 1. de conceſ. præben. in 6. ubi concordat cum gloſſ. 3. diſtinct. in ſumma, quam etiam ſequitur dom. Abb. in cap. quia. de iudic. & uide Domi. poſt alios ſuper dicta gl. ubi dicit, quòd licet illa ſint propria nomina conſtitutionum, tamen quandoque permiſceantur. Et dicit Archid. in cap. ſi Romanorum. 19. diſtinct. quòd decreta dicuntur Conciliorum, Decretales Romanorum pontificum, aliorum uerò patrū ſcri-
4 pta opuſcula nuncupantur. ¶ Et † de uerbo, Sanctio, uide etiam dom. Card. in clemen. 2. ult. col. de ui. & hone. cle. ubi refert Matthæum dicentem, quòd obligat ad mortale. Et de hoc etiam per Domi. in cap. ſi omnes. 19. diſtinct. & gloſſ. in clemen. ſæpe. in uerſic. conſtitutione. de uerb. ſignific. Et de uerbo Dogma, uide gloſſ. penult. in clemen. 1. de uſu. Et de uerbo Statutum uide Alber. in prima parte ſtatutorum, q. 1. ubi inter alia dicit, quòd licet iura antiqua appellarent ſtatuta ius municipale, l. ſemper. §. 1. ff. de iure immu. cap. nouerint. cum ſim. de ſenten. excom. tamen iura noua appellant ſtatuta etiam leges communes, ut in lib. feudo. in cap. 1. de ſtatutis contra
5 lib. eccleſ. ¶ Not. ſecundò, quòd † conſtitutio canonis ligat omnem creaturam. Vnde dicit Innocen. qui quotidie allegatur, quòd conditori canonis & uicario creatoris omnis creatura ſubiecta eſt. Pro quo dom. Abb. allegat illud Io. x. Fiet unum ouile & unus paſtor, cap. fin. infra de baptiſ. & nihil excipit a ſubiectione paſtoris. Et ideo Innocen. in cap. quod ſuper his. de uoto. exponit illa uerba. Quodcunque ligaueris, ſcilicet præcepto, uel ſtatuto. Et optimè facit illa authoritas ad propoſitum: quia nihil excepit dicendo, Quodcunque, ſecundum dom. Abb. hic.
6 ¶ Pro † dicto Innocen. faciunt notata per epiſcopum Florentinum in ſecunda parte tertiæ partis ſuæ ſummæ ſub rubrica de ſtatu ſummi Pontificis, ubi poſt Aug. de Anch. in tractatu de poteſtate eccleſiaſtica aſſumpto Pſalmiſta pro themate, dum dicit, Minuiſti eum paulo minùs ab Angelis, &c. latè probat, quòd nedum circa terreſtria, coeleſtia & infernalia gerit Papa uicariatum Chriſti: ſed etiam ſuper Angelos bonos & malos, quibus eſt maior iuriſdictione, ſacramentorum adminiſtratione, cognitione, & præmio. Et referunt Chryſoſtomum dicere, quòd huiuſmodi mortali omnium, quæ in coelo & quæ in terra ſunt, poteſtatem commiſit Deus, & ualidiorem coelo eccleſiam eſſe monſtrauit. Et oīa probant rationibus efficaciſſimis, quas referre omitto: non, quia inutiles nobis ſint, ſed quia per ipſos uideri poſſunt. Per quam rationem omittam etiam rationes ſequentium dictorum. ¶ Et adde Inno. latè in cap. quòd ſuper his de uoto. & in c. 2. de translatione prælat. & Bald. in c. 1. in j. col. qui feu. da. poſ. & ibi dicit, quòd Papa eſt pater patrum, & cum omni prælato concurrit in poteſtate & iuriſdictione. Allegat Io. Mo. in c. ſi eo tēpore. de elec. in 6. & adde uel poteſt, quòd diſputat beatus Tho. in tractatu. Contra errores Græcorum, q. 66. ubi probat, quòd Papa eſt primus & maximus omnium prælatorum, allegando inter cætera Chryſoſtomum ſuper Matthæum in expoſitione huius uerbi, Acceſſerunt diſcipuli ad Dominum, dicentes, Quis eſt maior? ubi dicit, quoddam humanum ſcandalū conceperunt, quod in ſe iam occultare non poterant, & tumorem cordis non ſuſtinebant in eo, quòd uiderant Petrū ſibi præferri & præhonorari: & uide beatum Tho. in dicto tractatu, q. 71. ubi probat, quòd Papa in totam eccleſiam Chriſti uniuerſalem prælationem habet: & inter alia allegat Chryſoſtomum ſuper homilia, 85. dicentem, Iacobum localiter in loco terminauit, Petrum autem totius orbis magiſtrum & doctorem: & allegat eundem ſuper actibus Apoſtolorum dicētem, Petrus a filio ſuper omnes, qui filij ſunt, accepit poteſtatem, non ut Moyſes in gente, ſed in uniuerſo orbe. Allegat etiam Io. a. Fiat unum ouile, &c. Et dicit gl. in c. ſerpens. in uerſic. quod Deo. de poeni. diſt. 1. quòd Papa obtinet uicem Dei in terris.[a]

Et per illum tex. dicentem, quòd Cain commiſit ſacrilegium, dicendo mendacium Deo, infert, quòd dicens mendacium Papæ pōt accuſari de ſacrilegio tanquā ſacrilegos. Subdit beatus Tho. in d. tractatu, q. 66. quòd dicere, Papā non habere uniuerſalis eccleſiæ primatum, eſt error ſimilis errori dicentium, Spiritum
7 ſanctum a filio non procedere ¶ Nam † ipſe Chriſtus Dei filius eccleſiā conſecrat, & ſibi conſignat ſpiritu ſancto, quaſi ex ſuo charactere & ſigillo. Et ſimiliter Chriſti uicarius ſuo primatu & prouidentia uniuerſalem eccleſiam tanquam fidelis miniſter Chriſto ſubiectam ſeruat. Et ad tex. in c. nullus. cum ſeq. 99. diſt. ubi Papa prohibet ſe appellare uniuerſalē Papam: reſpondet beatus Tho. in tractatu. Contra impugnantes religionem: quòd hoc non eſt, quia ipſe nō habeat authoritatē immediatè & plenam in qualibet eccleſia, ſed quia non præficitur cuilibet particulari eccleſiæ, ut proprius & ſpecialis illius eccleſiæ rector. Sic enim ceſſarent omniū aliorum Pontificum dignitates, ſecundum eum. Et adde beatum Tho. in 4. parte, q. 8. ar. 1. & 4. ſen. diſt. 15. ubi dicit, quòd Papa eſt caput uniuerſalis eccleſiæ, & probat rationib. Et dicit Bal. in c. j. in j. col. quis dicatur dux, marchio, comes. quòd Papa, tanquā pater patrum cum omni prælato concurrit in iuriſdictione & poteſtate. Allegat Io. Mo. in d. c. ſi eo tempore. & dicit, quòd Papa eſt ſummus ſacerdos.[b] ¶ Et ſcias, quòd Ioan. Scotus in quodam ſuo tractatu. De perfectione ſtatuum diſputando concludit in 9. q. quòd Papa eſt uicarius Chriſti non ſolùm, in quantum Chriſtus fuit eccleſiæ prælatus, ſed in quātum fuit totius Iudeæ & mundi dominus: & quòd iuſtè de ſtatu & bonis
8 fidelium poteſt ordinare. ¶ Adde † etiā beatum Thom. in tractatu ſuo. Contra impugnantes religionem: ubi probat, quòd ſponſus eccleſiæ propriè loquendo eſt Chriſtus. Alij cum dicuntur ſponſi, ſicut miniſtri ſponſi exteriùs cooperantes ad generationem ſpiritualium filiorum, quos quidem non ſibi, ſed Chriſto generant: qui quidem miniſtri in tantum ſponſi dicuntur, in quantum uicem ueri ſponſi obtinent.

a In terris] Imò eſt uicarius Petri, non Dei. lxiij. diſt. ego Ludouicus. ui de tex. cum gl. & Card. in cle. j. in princ. de iureiur. xcvj. diſt. Conſtātinus. quod imò Dei, non puri hominis uices gerit, de tranſla. per totum: & eius legatione fungitur, xix. diſt. omnes.

b Sacerdos] Adde do. Soci. conſi. clxxiij. incip. Viſa bulla Bonifacij, & lando. uer. tertio loco dico. in j. parte, char. xxxiij. quod Papa unicus eſt fons iuſtitiæ, fugans tenebras: nam ei præſumūtur illa tria concurrere, quæ conſiderantur in actibus hominis: bona uoluntas, modi congruitas, conceſſa poteſtas.

tinent: & ideo Papa, qui obtinet uicem ueri ſponſi in tota
eccleſia, uniuerſalis eccleſiæ ſponſus dicitur. Et quamuis
epiſcopus ſuæ diœceſis ſponſus ſit, & presbyter ſuæ eccle-
ſiæ, non propter hoc ſequitur, quòd ſint plures ſponſi u-
nius eccleſiæ, ſecundum ipſum. Et ratio eſt, quia ſacerdos
ſuo miniſterio cooperatur epiſcopo, tanquam principali.
Et ſimiliter epiſcopi Papæ, & Papa Chriſto. vnde Chriſtus,
Papa, epiſcopus & ſacerdos non computantur, niſi ut u-
nus ſponſus eccleſiæ: & de hoc per eundem in 4. diſtinct.
9 18. ¶ Et † iſtis etiam adde beatum Thomam in ſuo tra-
ctatu De rege & regno, ad regem Cypri, ubi latè probat,
quòd omnes reges & principes Chriſtiani, & per conſe-
quens, omnes fideles tenentur eſſe ſubditi Romano pon-
tifici: & dicit Innocen. in c. j. in fi. de offic. ordi. quòd Pa-
pa eſt uicarius ſummi regis, & præeſt regibus & imperato-
ri: & ſi quis eorum eſt rixoſus etiam notoriè: & exiſtente
infamia, uel accuſatore, poteſt contra eum procedere. Et
hoc dictum ſequitur Domi. in c. certum. 10. diſtinct. &
uide Innocen. in c. cùm oporteat. poſt princi. gloſſ. magnæ.
de accuſ. ubi dicit, quòd uniuerſi ſubſunt Papæ: & dicit
Innocen. in c. cùm dilecti. de foro competenti, quòd Pa-
10 pa eſt ordinarius omnium. ¶ Et † uide beatum Thomam
De erroribus Græcorum, conſilio 72. ubi probat, quòd
de neceſſitate ſalutis eſt, ſubeſſe Romano Pontifici: &
allegat Cyrillum in libro Theſaurorum, & Maximinia-
num in epiſtola directa Orientalibus. Et uide eundem in
dicto tractatu c. 68. ubi probat, quomodo Papa habet
plenitudinem poteſtatis. Et uide eũdem in 4. 19. diſtinct.
ubi probat, quòd habet ipſam, ſicut rex in regno: ſed
Epiſcopi aſſumuntur in partem ſolicitudinis, quaſi iudi-
ces ſingulis ciuitatibus præpoſiti, propter quòd eos ſo-
los uocat fratres. Facit c. ad honorem. de authori. & uſu
pal. & c. decreto. 2. q. 6. Et dicit domi. Card. in c. ad hoc.
de offic. Archid. quòd Papa dicitur cardo omnium eccle-
ſiarum: & idem Hoſtië. in ſumma in uer. 3. eodem titul.
facit textus in §. j. in authen. de eccle. titul. Et pro iſtis
facit, quia procedit præſcriptio, per quam quis eximitur
penitus ab imperatore, & non eſt acephalus: quia ſubeſt
Papæ, & ad ipſum recurritur pro iuſtitia contra illos, qui
in terris ſuperiorem non habent, ut per dom. Card. in
clementina. paſtoralis. §. rurſus. de re iudic. & domi. Abb.
in c. j. de proba. & ibi dixi in 5. nota. Et iſta ſunt adducta
ſolùm ad probandum ſuperioritatem Papæ in omnes. Ge-
neraliter autem de eius poteſtate aliqua dicentur in c. quæ
in eccleſiarum. infra eodem. Et per quæ uerba fuerit Pe-
tro data poteſtas, dicetur infra. eodem c. tranſlato. ¶ Capio
modò gloſſ. primam, ſecundam, & quartam, cum dictis
omnium Doctorum pluribus additis. Ex quibus, prius
præmiſſa regula, ordinaui decem fallentias ad iſtum text.
11 in quo ſtat regula, quòd † canones ligant omnes, & iſta
regula ante omnia confirmanda eſt, ut ſit adeò uera, quòd
qui contrauenerit canoni, maximè ex contemptu, peccat
mortaliter, ut plenè habetur in c. nam concupiſcentiam.
infra eodem. diſtinguendo inter legem præcepti & cõſilij,
& ſuper modo cognoſcendi, quando obliget ad mortale.
Et in tantum procedit iſta regula, quòd dixerit gloſſ. repu-
tata ſing. in c. ſacerdos. 2. q. 7. quòd à prælato non ſer-
uante canones poſſunt ſubditi leuare obedientiam ante
latam ſuper hoc ſententiam. Et ſequitur Ludouicus. Ro.
in ſingul. 510. incip. Curialis. Sed intellige ipſam, ut
per domi. Abba. in c. cùm non liceat. 10 j. collatione. de
reſcript. & in c. ſciſcitatus. in tit. proxi. & in c. ego N. de
iureiur. in 2. colum. dum modò non negligat ſeruare ex
contemptu. Imò ſi iſta gloſſ. intelligeretur de non ſeruante
ex ſimplicitate, uel malitia, eſſet falſa, ſecundum Domi.
in d. c. ſacerdotes. & no. domi. Cardi. in clemen. j. in 9. q.
de æta. & quali. Quomodo autẽ cognoſcatur contemptus.
ſcripſi opportunè in c. cùm quidam. in 5. declaratione, de
12 iureiuran. & aliquid dicetur infra. in j. fallentia. ¶ Et † in
tantum procedit iſta regula, ut dixerit gloſſ. ſingula. in c.
generali. in uerb. nihilo minùs. de electio. in ſexto, quòd
credens canones non ligare, tanquam ſint facti à non ha-
bente poteſtatem legis condendæ, poteſt, ut hæreticus,
condemnari: & ipſam approbat domi. Cardi. in d. clemen.
j. & ibi latè Imol. & Domi. c. ſi Papa. in penult. col. 40.
diſtinct. & in c. huic ſedi. 17. diſtinct. & in c. j. de libel. 20.
diſtinct. in fin. & Pet. de Anchar. in repet. huius c. in j. char.
uer. ſed quæro ultra pœnam. & Imol. in c. j. in princip. de
uita & honeſt. cleri. & hic, & Ioan. de Ana. in c. j. in j. colũ.
de maledic. & in c. per tuas. el 2. ad fin. poſt alios ibi de ſy-
mon. & domi. Abb. in c. 2. de foro competenti, ubi per ip-
ſam dicit, quòd inducentes nouam religionem irrequiſito
Papa peccant mortaliter, quia tranſgrediuntur legem, de
qua in c. fi. de relig. domi. ¶ Quinimò plus uoluit gloſſ.
in d. uerb. inhibentes. quòd tranſgreſſor canonis eſt depo-
nẽdus: quod intelligunt hic Ioan. de Ligna. & Imol. duo-
bus concurrentibus. Primò, dum modò tranſgrediatur
ex contemptu, aliàs non, per id, quod not. Archid. poſt
beatum Thomam in c. quicunque. 81. diſtinct. & ibi etiam
uide Domi. ubi dicunt, quòd tranſgrediens canonem ex
concupiſcentia, uel ira, uel alia cauſa, non dicitur princi-
paliter motus cauſa tranſgrediendi. Ideo non punitur de
contemptu. Secus, ſi ex nulla cauſa, ut dixit gloſſ. in c.
Metropolitanum. 2. quæſt. 7. & dixi in d. c. cùm quidam.
¶ Secundò intelligunt, dum modò tranſgreſſor fuerit mo-
nitus, per c. cùm non ab homine. & c. ut ſi clerici. infra.
de iudic. quæ iura licet non probent, tamen æqua eſt limi-
tatio. Nec obſt. quòd uerba huius capituli ſint affirmati-
ua, & per conſequens non requiratur monitio, iuxta do-
ctrinam aurea Imol. & Ioan. And. in c. extirpandæ. de
præbend. quam plenè examinaui in c. 2. de magiſtr. quia
procedit, ubi agitur de pœna mitiori imponenda. Secus,
ubi agitur de pœna graui, ut eſt depoſitio, ſecũdum Imol.
hic, ſub dubio tamen. Et ſequi uidetur Ioan. de Ana. in
c. præterea. de apoſta. Et reuera eſt magna limitatio ad not.
in d. c. extirpandæ, ſed fortè non procedit: tum, quia eſt
contra intentionẽ multorũ, quos in d. c. 2. adduxi: tũ, quia
ubi agitur de depoſitione, non requiritur monitio, ſecun-
dum gl. in d. c. indignè. 12. q. 2. ¶ Adde aliud requiſitum ad
dictã depoſitionem, uidelicet dũ modò pluries contrauene
rit: ſecus, ſi ſemel, ſecundum Pan. & Imol. in cle. j. de æta. &
qua. & Dom. in c. generali. præalleg. per c. honoratus. 64. di
ſtin. ¶ Et adde aliud requiſitum, dum modò lex, quam tranſ
grediuntur non imponat ſpecialem pœnam trãſgreſſori: quia
tunc illa ſufficeret, ſecundum Ioan. And. & Domi. in d. c. ge
13 nerali. ubi uide. ¶ Generaliter † autem de pœna tranſgre-
dientis legem, uel ſtatutum, ubi non eſt certa pœna, uide
Bald. in l. nemo martyres. C. de ſac. ſan. eccle. & in l. legis
uirtus eſt. ff. de leg. & in l. non dubium. in princ. C. de legi.
& Bart. in l. prætor. in princ. ff. de ope. no. nun. cum cõcor.
14 ¶ Et iſtis adde, quòd † ueniens contra canones incurrit
infamiam Canonicam, ſecundum do. Abb. in c. illud. in 3.
nota. per illum text. de mai. & obed. Et ex iſtis confirmatur
ſatis reg. prædicta. ¶ Modò dubia in ea occurrentia expe-
dias per fallentias. ¶ Fallit igitur primò in conſtitutioni-
bus particularibus reſpectu certarum perſonarum, uel lo-
corum: quia iſtas non tenentur alij ſeruare, ſecundum glo.
1. & omnes hic, & facit text. in §. ex his. 61. diſtinct. & in
15 c. non autem. 7. quæſt. 1. ¶ Cognoſcitur † autem conſti-
tutio generalis multis modis, de quibus per gloſſ. ordi. in
c. ut circa. in uerſic. perpetuò. de elect. in 6. Et latè Bald. in
l. j. per illum text. C. de leg. Et ibi dicit, quòd ex uerbis co-
gnoſcitur conſtitutio particularis: putà, ſi eſt interlocuto-
ria principis non redacta in corpore iuris, uel ſi eſt ibi uer-
bum Concedimus, uel uerbum Donamus, uel uerbum
Diſpenſamus, ſeu aliud ſonans in relaxationem iuris com
16 munis. ¶ Et adde, quòd † quicquid ſtatuitur in fauorem
eccleſiæ, intelligitur eſſe ius generale, niſi contrarium in-
ueniatur expreſſum, ſecundum Bald. in authen. niſi rogati.
C. ad Treb. per text. in §. hoc ergo. in authen. de non alie.
¶ Et ſub hac fallẽtia includi poteſt notabile dictum Arch.
in c. priſcus. 55. diſtinct. ubi dicit, quòd quando Papa ex
certa cauſa facit legem diſpenſatiuam contra regulas, illa
lex non eſt ſeruanda in iudicando, ſi ceſſat eius cauſa, ſed
ſtandum eſt regulis: & ita intelligit illum text. Nec obſt.
quòd aliquando Papa reuocat illud, quod fuit ſtatutum
diſpenſatiuè, quaſi per hoc uideatur, quòd ſtaret, niſi re-
uocaret. Patet in c. cùm ex literis. in uer. nos igitur. de
reſtit. in inte. & in c. licet ex quadam. de teſti. j. quia reſpon
detur, ut latè per Domi. in c. priſcus. quod fit ad tollendam
dubitationem, non quòd ſit neceſſarium, & facit. c. j. in
fi. de pœnis. ¶ Hanc fallentiam intellige ſanè, niſi lex con

cernens certum genus perſonarum, uel certum locum, re-
dacta eſſet in corpore iuris, prout ſunt plurima in hoc uol.
quia tunc efficitur lex generalis, & ab omnibus eſt ſeruan
da, niſi appareret de contraria uoluntate principis, prout
apparet in d.c.non autem. cum ſi.& in c.& qualitas. cum
ſeq. 16.q.j. & in c.ſciendum. 29. diſt. Ita dixit Hoſtien. in
c. cùm ſuper.j̄.de ſepul.alleg.§.ſed quod principi. Inſti. de
iur.natu.gen.& ci. & gloſ. no.in c. conſtitutis.de conceſ.
præben. Nec mirum.ſecundum eum:quia ſententia princi
pis lata inter certas ſubſtātias facit ius generale, c.in cauſis
de re iudic. & ſequitur ſolus Domi. & idem tenent Ioan.
And.& do.Ant.in d.c. cùm ſuper. & uide bonam gloſ. 19.
diſtin. in fin. & omnino do Abb.& Imol. poſt alios in c.
j. j̄. de loca. ¶ Et pro iſta declaratione facit optimè: quia
17 † quoties Papa reſpondet ad conſultationem alicuius, qua-
muis dirigat uerba ad caſum conſulentis, tamen cenſetur
condere ius cōmune, ſecundum gloſ.fi. in. c. conſultatio-
ni.de tempo.ordi.& gloſ. in c.ex tua.de fi.presby. quas gl.
approbat do.Card. in clemen.fi.j̄.in 2.oppo. de præben. &
do.Abb.in c.uenerabilis. de iudic. & in c.fi. de iur. cal. &
in c.j de dolo.& contu.& in c. paſtoralis.in princip. de ex-
cept.& in c.ſi diligenti.de foro comp.& in c.cùm ſimus.de
regul.& Imol.poſt Card.in c.in noſtra.in tit.proai. Et Ana.
poſt.Card.in c.2.de adult.& Ana.in c.j.de uſu.& in c.fi.de
deli.pue.& Imol.in c.j.de uita & honeſta.cleri.& Domi. in
c.de libellis. circa med.20. diſtinct. & eſt text. non ſolitus
18 allegari in c. ex multa.in princip. de uoto. ¶ An † autem
uerba iuriſconſulti narrantis factum, uel allegationes, poſ-
ſint allegari pro lege? Dixit Ludo. Ro. conſil. 190.quod in
cipit, Spectabilis domine. dicens fore gloſ. ſing. in l. j. in
gloſ.magna, ibi, uel dic tertiò. C. quando non peten. par-
tes: & alleg.Ioan. And. in c.dilectus.el 3. de præben.& idē
dicit do.Abb.in c.per uenerabilem.in notabilibus, qui fil.
ſint le.& gloſ.in uer. facto. in fin. in c. audiris. de elect. in
clemē.2.in uer.uſuræ.prope fi.de iudic.& facit gloſ.in uer.
ſic non teneris.poſt princ.in c.2.de dol. & contu. in 6. per
quam dicit ibi Dom quòd non licet arguere à uerbis legis
narrantibus factum. Ad quod etiam alleg. gloſ. in c. j. uer.
collationem.de re.permu.in 6.ibi, ſatis poteſt dici.Et ideo
dixit Fede. in conſil. 409. incipien. Viſo puncto prædicto
& motiuis, quòd uerba narratiua legis non conſtituunt
ius.Idem Sal.in l qui ſe patris. C.unde lib.& in l.accuſatio
nem. C.qui accuſ. & ideo dicunt.Ioan. And. & do.Anto.in
c. publicato.de elect.& dom. Anto. in c. cùm Apoſtolica.
de his, quæ fiunt a præla. quod non licet ſumere argum. a
contrario ſenſu ex uerbis narratiuis legis, per c. ſi Papa. de
priuile.in 6.quod intelligit Imol.in d.c.cùm Apoſtolica.ni
ſi intentio legis fundaretur in illis uerbis narratiuis, argu.
clemen.1.de proba. ¶ Et hinc ſolet dici; quòd ſi ex deciſio-
ne iuriſconſulti non remanet allegatio partis impugnata,
illa etiam poteſt allegari, ex quo in l. refertur, ſecundum
Imo. j̄.c. proai. & ita uidemus plerunque allegari per Doc.
autheticos decretales in ea parte, in qua referuntur allega
19 tiones partium. ¶ Fallit † ſecundò regula huius tex. in con
ſtitutionib. abrogans, ſecundum glo.& Doc. hic, & glo.in
ca.nouit. in uer.uidelicet.j̄ de iud. Imò utens eis incurrit
pœnam falſi, ſecundum glo. & Bart.in l.fi.ff.de fal. Et Petr.
de Anch.conſi.483.incipien. Prima facie. Et idem de pro-
ducente ſcienter ſtatutum correctum, ſecundum Bald. in l.
j. poſt princip. C.de Iuſti.C.confirm. Et de differentia inter
arrogare & derogare, uide gloſ.§.leges.c.in iſtis 4. diſtinct.
¶ Excipiuntur tamen certi caſus per d.Anto. Domi.& Imo.
hic, quibus de lege ſubrogata fieri poteſt mentio. ¶ Primus,
quando non adducitur ad deciſionem, ſed in argum. ſecun
dum gloſ. & Bartol.in d.l.fin.& in l.3.in fi.princ.ff.de con-
tug.cum eman.lib. & Domin.in c.ſi eques.uerſi.illum.in
fi.de reſtit.ſpo.in 6.& in c authoritate. de conceſ. præben.
in 6.ad fin. Et ita limitatur text.in authen. de nan. uſu.in
princip. ibi, conſtitutionem præcedentem in totum eſſe
inutilem.ſecundum Nic.de Nea.in d.l. j. quòd correcta le
ge non dicitur correcta eius ratio, niſi expreſsè dicatur.l.
eos.ff.de cap.dimi.facit gloſ. in c. fuerunt. & ibi Domi. 7.
diſtinct. Si tamen eſſet lex abrogata, quia erat iuri nouo
contraria, nullo modo poſſet allegari, ut ſentit Ioan.And.
poſt Innocen.in cap.1.j̄.de purg. Cano. per tex. ī. in proce
mio, in fin. ſecundum dom. Anto. Imo. & Domi. hic: &
idem, ſi poſita fuiſſet extra iuris uolumina, ſecundum
Bald. poſt Oloſ.in authen.dos.data.C.de dona. ante nup.
& in cap. tranſlato infra eod. & Bar. in d.l. fin. & in d.l.j.
& Imo. hic contra dom. Anto. niſi allegetur a conditore
legis, prout fit.in cap.Raynutius infra de teſta. ſecundum
Domi. in cap.ſi Romanorum. 19. diſtinct. ¶ Secundus ca-
ſus eſt, quando lex non eſt in totum abrogata, quia in par
te non abrogata poteſt allegari, ſecundum Bald. in l.j.C.
de Lati.li.tol. Ad idem uide Paul.de Caſt. in l.3.C.de Inſt.
C. confir. ubi dicit, quòd ſi in ſtatutis nouis non ſunt an-
nullata antiqua, & occurrat caſus non deciſus a nouis, ſed
a ueteribus, aliter tamen, quàm diſponat ius commune, de
bebit cauſa decidi per ſtatuta uetera, poſtquam non ſunt a
nouis reprobata. Et ſic dicit ſe conſuluiſſe in ciuitate Sena
rum, per illum tex.a contrario ſenſu. Et idem fortè ſen-
tit Bartol. in l. omnes populi. in fin. ff. de iuſti. & iure.
¶ Alius caſus eſt, quando lex abrogans reprobaretur, per
cap. cùm omnes infra eodem. ibi, ſecundum priorem con
ſuetudinem. Idem eſſet, quando lex abrogata tranſiiſ-
ſet in priuilegium non ſubditi, ſecundum Innocen. in
c.nouit. ſuper uer. Theodoſius. de iudi. & Ioan. And. in
Spec. in tit.de cenſi. §. nunc dicendum. cum concor. quas
aliàs dedi in cap. 1. in j. notabili, de proba. Idem ſi lex ab-
rogata eſt canonizata, ſecundum gloſſ. in cap. in primis.
in uerſi.lex Cornelia. 2.q.1.quam ſequitur dom. Abb.in c.
1. de præſum. & Imol.in c.1.j̄.tit.j. & hæc limitaus, dum
modò ſit canonizata per Papam. Et eſt gloſſ. licet ipſe non
dicat, in cap.1.in uer. tractatus. Et ibi Domi. de reb. ec-
cleſ.non alie. in 6. ¶ Idem, ſi eſſet decidendus caſus præ-
teritus ante legem abrogatam, ſecundum Bartol. in d.l.
fin. de falſ. & Bald. in d.l.j.C. de Iuſti. C. confirm. niſi lex
noua diſponeret expreſsè de præteritis, ut ibi. Idem etiā,
ſi allegaretur ad corroborationem legis nouæ, per cap. ſu-
per eod.infra de cogna. ſpiri. ¶ Idem, quando lex abroga
ta concordaret cum lege noua, ſecundum Archi. in cap.
fi.de offic.leg.in 6. ¶ Et licet Imol.hic dicat, ſe hoc non in-
telligere, tamen exemplificari poteſt, ſi fortè nouus legiſ-
lator annullans omnes ueteres leges conderet nouas
in aliquibus illis concordes. Idem, quando lex non eſt
de. De quo per Card. pulchrè in diſputatione incip. Bononienſi ſtatuto. Et ideo dixit do. Abb. in c. relatum. el 1. de teſta. quòd contractus mulieris factus ſine fraude ualet in foro conſcientiæ, etiam non ſeruata forma ſtatuti loquentis de conſenſu propinquorum. Et idem dom. Abb. in c. porrectum. de regul. dixit propter gloſſ. a. ibi, quòd profeſſio facta omiſſa forma, quæ traditur in regula, ligat quo ad Deū. ¶ Hanc fallentiam intellige procedere non generaliter, ſed ſolùm in certis caſibus, quos ſpecialiter enumero. Primus eſt, quòd canon, uel lex fundatur ſuper præſumptis: quia ſi in foro animæ certum ſit præſumptionem illam nō eſſe ueram, præualet ibi ueritas, etiam quando lex induceret præſumptionem iuris & de iure, ſecundum Ioan. And. in propoſito, in c. is, qui fidem. de ſponſ. ex cuius uerbis hanc doctrinam firmat do. Abb. ibi, & Pet. de Ancha. in dicta regula, poſſeſſor. uerſiculo adducit ſimile. & Bald. eleganter in l. cùm quis. uerſic. quæritur, an lex poſitiua. C. de iur. & fac. ign. & Cald. in diſputatione, quæ incipit, uſurarius emit. & Rich. in 4. ſententiarum, diſtinct. 28. quæſt. 1. art. 3. & ſolenniter art. ſeq. & Ioan. de Ana. in capit. ex literis. de raptor. & in c. in ciuitate. de uſu. & dom. Abba. hic. & eſt text. optimus in c. inquiſitioni: infra de ſenten. excom. & ibi dom. Anton. & tex. in c. tua nos infra de ſponſ. quos text. declara ſemper, ut per Rich. in d. art. 4. Et hinc eſt, quòd licet condemnatio iniuſta non ſuſpenſa per appellationem liget in foro contentioſo, in quo lex præſumit pro ſententia, c. in præſentia infra de renun. & l. Herennius. §. Caia. ff. de eui. non tamen ſemper in foro conſcientiæ, ut not. dom. Anton. in c. quod ſicut. in uerſic. dic quartò. de elect. & Bald. in diſput. incip. ſtatuto cauetur. & do. Anton. in c. quia plerique. uerſic. ex his patet. de immun. eccleſ. ¶ Secundus caſus, in quo procedit hæc fallentia, eſt, quando lex eſt iniuſta: quia non tendit in utilitatem communem, ſed princeps edidit eam propter ſuam utilitatem, contra c. erit autem. 4. diſtinct. Item poteſt eſſe iniuſta: quia excedit authoritatem condentis. Facit c. ut animarum. de conſtitut. in ſexto. Vel ex forma: quia non diſtribuit æquè onera ſubditis, ſicut debet facere bonus paterfam. Hæc ſunt uerba beati Tho. ij. ij. q. 96. art. 6. ¶ Ex quibus uerbis infert hic dom. 41 Abb. quòd † licitè fraudari poteſt gabella, quæ non eſt licitè impoſita. [c] Et allegat Bartol. in l. uectigalia. ff. de publica. ubi dicit per illum text. quòd talis fraudator non tenetur neque Deo, neque mundo: quia quando ſunt ſine permiſſu principis, ſunt extorſiones, niſi ipſimet ciues eas ſibi imponerent, ut ibi per eū. Et ſic habes incidenter unum caſum, in quo licitè fraudatur gabella: pro quo uide Hoſtien. & alios in c. innouamus infra de cenſi. & declara ex notatis c. ſuper quibuſdam, ubi tex. opti. infra de uerbo. ſignifi. ¶ Alius caſus eſt, quando gabella, uel ſolutio pedagij eſt nimis barbarica, ſecundum Bald. in l. 2. C. de iure annu. au. putà, quando ſoluitur ultra tertiam octauæ partis, ſecundum Bald. in rub. ff. de rer. diuiſ. per l. fin. C. de uectig. ¶ Alius eſt, quando ceſſat cauſa, per quā ab initio licitè fuit impoſita: putà, refectio pontis nunc ſubmerſi, ſecundum Hoſtien. in ſum. de cenſi. §. ex quibus. uerſicul. ſed quid ſi mercatores, ut etiam per Bald. in l. cœlum. ff. de inſti. & iure. & in l. cùm proponas. C. de nau. fœno. & in rub. j. de cōſue. ad fin. & in rub. C. de fi. inſtrum. & dn. Abb. ā. in proœmio, rex pacificus. & eleganter per Pet. de Anch. in d. regula, poſſeſſor. in 17. col. uerſic. tertiò quæritur. ¶ Tertius caſus, in quo procedit hæc fallentia, eſt, ubi a lege imponitur pœna: quia reſpectu pœnæ non procedit in foro conſcientiæ, ſed ſatis eſt, quòd ſacerdos imponat pœnitentiam pro delicto, ſecundum gloſſ. uulgatam in c. fraternitas. 12. q. 2. quam dicit hic dom. Abb. ſe neſcire alibi. Et confirmat duplici ratione: primò, quia pœna imponitur per iudicem in foro contentioſo, in §. in hoc quoque. c. 33. quæſt. 2. ſecundò, quia pœna imponitur, ut cæteris metus incutiatur, l. aut facta. in fin. ff. de pœn. quæ ratio ceſſat in foro animæ. Hinc ſingulariter dicit Innocent. in c. ſicut dignum. de homi. ante fin. quòd ſi quis infert damnum proximo non ex propoſito, nec lata culpa, non tenetur reſarcire damnum in foro pœnitentiæ, ſed ſatis eſt reddere pœnitentiam: ſecus eſt in foro contentioſo, l. qui occidit. ff. ad l. Aqui. & c. ſi egreſſus. & c. fin. de iniur. quod dictum ſequitur do. Abb. hic, & in c. cùm cauſam. j. de teſti. & in c. quoniam contra. de proba. & in c. dilecti. de arbitr. & Lud. Roma. in ſingulari 107. incip. pridie. Et aliàs dixi in d. c. ſicut dignum. Poteſt etiam eſſe alia ratio gloſſ. in c. fraternitas. quia peccatū non uidetur dimittendum, non dato eo, quod ablatum nō eſt, regula, peccatum. à contrario ſenſu, de regul. iur. in 6. Sed impoſitum loco pœnæ non eſt ſuper eo, quod eſt ablatum, ſed ultrà. Ergo eo non ſoluto peccatum dimitti poteſt. ¶ Quibus rationibus oſtenditur, non eſſe mirum, ſi ſit differentia inter forum contentioſum, eccleſiaſticum & cōſcientiæ. Et ita facit Arch. in d. c. fraternitas. ſuper uerſic. recipiat. ubi pro foro contentioſo allegat c. pen. 23. cauſa, q. ult. & quia eccleſiaſtica perſona poteſt petere fructus perceptos & percipiendos, c. grauis. de reſtitut. ſpo. & pœnam cōuentionalem, c. dilecti. j. de arbitr. & omne intereſſe, c. peruenit. & c. conſtitutus. j. de fideiuſſo. Item facit c. quoniā in fin. ibi, ſoluat quadruplum. 18. diſtinct. & c. cùm deuotiſſimam. 12. quæſt. 2. & c. procurationes. in fin. ibi, tantundem. de cenſi. & adde uerba Tho. de quibus. j. in 2. limita. & Bald. in rep. l. data opera. uerſic. ſed quid de bannito. C. qui accuſ. ubi expreſsè dicit d. gl. procedere, quo ad forum pœnitentiale, non quo ad forum contentioſum. ¶ Præterea pro d. gloſſ. facit dictum Vinc. in c. j. de cuſt. eucha. quod re- 42 fert ibi dn. Abb. ubi dicit, quòd † ferens falſum teſtimoniū puniatur de falſo, & de omni damno inde ſequuto: tamen in foro animæ punitur de ſolo teſtimonio, non de damno. Sed tamen hoc dictum non admitterem: quia cùm in iſto caſu non committatur falſum ſine dolo, l. querela. C. de fal. Latè Pet. de Ancha. conſilio 20. uidetur iſte ratione doli, uel ſaltem latæ culpæ teneri ad damnum, cui dedit cauſā, per id, quod not. do. Anton. in c. ad aures. circa princip. de æta. & quali. & Hoſtien. Ioan. An. & do. Anton. in c. calumniam. j. de pœn. & do. Abb. in c. j. de ſor. cal. & do. Anton. in c. tua nos. de homicid. cum concor. quas ibi dedi, dum dicunt, quòd aduocatus tenetur in foro conſcientiæ de eo damno, quod parti iniuſtè illatum eſt ex patrocinio ſuo. Et ita in propoſito, maximè quia, ut dicit Bald. in l. presbyteri. la j. in fin. C. de epiſcopis & cle. Error in teſte eſt lata culpa. Et fatetur Innoc. in d. c. ſicut dignum. quòd ad emendationem damni ſequuti ex lata culpa tenetur quis in conſcientia. Vbi autem teſtes per obliuionem, uel negligētiam in non præmeditando, adeo ineptè teſtificaretur, [a] quòd pars ex ipſo patitur dānum, procederet dictum Vincent. cùm obliuio in teſte ſit lata culpa, ſecundum Bald. in dict. l. presbyteri. Et per prædicta confirmatur opi. glo. in d. c. fraternitatis. Et de illa gloſſ. fit etiam mentio per dom. Abb. in cap. ſuam. de pœnis. per Imol. & Lu. in l. ſtipulatio iſta. § alteri. ff. de uerb. oblig. per do. Abb. in d. c. cùm cauſam. & per do. Anton. in c. fin. j. de præſcript. & per Bald. in d. l. data opera. C. qui accuſ. non poſ. & do. Abb. in c. ſi egreſſus. j. de iniur. & in proœmio huius libri, uer. rex pacificus. & in c. dilecti. j. de arbit. & in c. fin. infra de arbitr. & in c. fin. infra de ſepul. in c. audiuimus infra de ſymo. per Domi. in c. quoniam quidem. 18. diſtin. per Lud. in repetit. rubricæ. ff. de arbitr. in fin. per domin. Matthæ. ſuo not. 24. ¶ Per illam gloſſ. dicit Bald. in l. poſt deciſionem. C. de ſuc. quòd in foro animæ attenditur ſola ſatisfactio. Per illam gloſſ. dicit Roma. in rubr. ff. de acquiren. hæred. quòd hæres non conficiens inuentarium, non tenetur ultra uires hæreditatis in foro conſcientiæ: de quo abundè per Ioan. de Ana. in capit. in literis infra de rap. Per illam gloſ. dicit Bald. in authent. ad hæc. C. de uſur.

c *Impoſita] Pro quo articulo uide Angel. de Peruſ. gloſſ. & Alexan. in d. l. uectigalia. alleg. in textu, poſt Bart. & Bal. in cap. j. quæ ſint regalia. & adde Angel. in d. l. 2. C. de iure aur. annul. alle. in text. & per Bald. in l. j. C. de cadu. tol. & in l. 3. C. de naut. fœno. & ad de Alexan. in l. ſi publicanus. §. in uectigalib. de publica.*

a *Teſtificaretur] Sed quid ſi obſcurè loquatur ex dolo? Dic idem, quòd tenetur ad intereſſe, & falſarius teſtis dicitur. 22. quæſt. 2. ne quis. & Bartol. in l. ea, quæ. ff. de contrahen. emp. & in dicta l. presbyteri. alle. in textu, C. de epiſc. & cle. & Bald. in l. nullum. C. de teſti. & in c. j. ſi inter do. & uaſal. lis oria. & Ang. in authent. de teſtibus. in prin. & Bal. in Margarit. teſtes, & in l. præſcriptione. in fin. & ibi Bartol. C. ſi contra ius.*

43 quòd † contra præſcriptionem ſtatuti ſuper pœna non po-
teſt quis uexari in foro conſcientiæ. Per illam glo. dicit Bal.
in l. iubemus. §. ſanè. C. de ſacroſan. eccle. quòd malæ fidei
emptor teneatur ſoluere in foro conſcientiæ rem & preciū,
non pœnam. Et Bald. in l. id, quod pauperibus, in 9. q. C.
de epiſcop. & cleri. Et in l. quibus diebus. §. dominus. ff. de
condi. & demonſt. dicit, quòd executor habens ſatisfacere
de debitis teſtatoris ad exonerandum eius animam, non te
netur ſoluere pœnas. Per illam glo. dicit Bald. in l. j. in fin.
C. de uectigal. commiſ. quòd conſcientia non ligat, quos
natura non obligat. Per illam gloſ. dicit Petr. de Ancha. in
c. ſi propter. poſt princip. de reſcript. in ſexto in c. t. de con
ſtitut. eod. lib. quòd iura inducta ad uindictam, ceſſant in
foro conſcientiæ. Per illam gloſſ. dicit do. Anto. in ca. t. de
dolo & contu. quòd pœna l. ſi quis in tantam. C. unde ui.
ceſſat in foro conſcientiæ. Per illam gloſſ. dicit Pet. de An-
cha. conſilio 42. incipien. pro clariori. quòd religioſi non
debent capere bona ſibi debita in pœnam hæredis admini-
ſtrantis, ante executa legata, quando executio ex hæredis
adminiſtratione non fuit impedita. Per illam gloſſ. conſu-
luit dom. Anton. conſilio 49. incipien. Caſus: Emphyteu-
ta. quòd non decet prælatum priuare emphyteutam alie-
nantem eo irrequiſito, quando ſtatim reuocauit alienata.
¶ Recipit tamen gloſſ. d. ca. fraternitas. quinque limita-
tiones. ¶ Et primò limitatur, ſecundum do. Abb. hic, niſi
lex imponeret pœnam ipſo facto: quia tunc non putat ip-
ſe, quòd poſſint retineri bona publicata cum bona con-
ſcientia, quia ius eſt ſtatim quæſitum fiſco, ut nota. in c. 2.
de præſcript. in 6. ſecundum ipſum, qui etiam idem te-
net latius. in c. dilecti. infrà de arbitr. per not. in ſimili in
l. commiſſa. ff. de publi. ubi pœna ipſo facto commiſſa exi-
gitur ab hærede, licet aliàs hæres non teneatur ex delicto
44 defuncti, C. ne ex delict. defun. per totum. ¶ Nec † obſt.
huic limitationi, licet ipſe non dicat, quòd quis in con-
ſcientia licitè retinet bona ipſo iure amiſſa, utendo præ-
ſcriptione, c. 2. de præſcriptio. in ſexto, quia ibi erat igno-
rantia pœnæ. Patet ex text. in uer. bona fide. ¶ Nec etiam
obſt. quòd pœna non conficientis inuentarium ſit impo-
ſita ipſo iure, l. fina. §. ſi uerò. C. de iur. delibe. & tamen non
incurrit in foro conſcientiæ, ut dictum eſt: quia lex im-
ponit illam pœnam propter præſumptionem fraudis. Ideo
ſi ueritas eſt in contrarium, non ligat lex in foro conſcien
tiæ: ſecus, ſi uerè interueniſſet fraus. Ex quibus habes
duas nouas reſtrictiones ad hanc limitationem dom. Abb.
45 ¶ Non obſt. etiam huic limitationi, quòd † in pœnis im-
poſitis ipſo iure requiratur declaratio ca. cùm ſecundum.
de hæred. in ſexto, quia non requiritur declaratio, ad hoc
ut pœna incurratur: eſt enim iam incurſa: ſed ad hoc, ut
bona poſſint apprehendi per fiſcum, cui non conſtat de de-
licto incurſo, ſecundum Barto. in l. eius, qui delatorem. ff.
de iur. fiſc. Nec in declaratis imponitur pœna, nec de ea
fit mentio, ſed dicitur delictum commiſſum eſſe: quo de
clarato ſtatim pœna iam incurſa exigitur, ſecundum do.
Abb. in c. peruenit. el primo. de appella. Et priùs non de-
buit apprehendi: quia fortè non conſtabat, ſecundum do
mi. Abb. in c. uerum. de fo. compe. Et hinc eſt, quòd ſi deli-
ctum eſt notorium, non eſt neceſſaria alia declaratio, ſe-
cundum do. Abb. in cle. præſenti. de cenſi. & ca. cùm non
ab homine. de iudic. Et Domi. in d. c. cùm ſecundum. in
princip. Si ergo pœna eſt debita ipſo iure, licet non poſſit
exigi, non reſtat, quin, quantum ad Deum, reus non te-
neatur rem uerè alteri debitam reſtituere. Aliàs enim eſ-
46 ſet parua differentia, an † pœna imponatur ipſo iure, an
per ſententiam, ſi ſemper inciperet eſſe debita ſolùm à die
declarationis. Sed declaratio fit, ut ſciatur delictum, ut
eſt dictum. Quæ not. tanquam priùs non tacta. ¶ Limi-
tatur ſecundò d. gloſſ. niſi reus eſſet condemnatus de de-
licto: quia tenetur in conſcientia ſoluere condemnatio-
nem. Ita firmat Bald. in l. id, quod pauperibus. in 9. q. C.
de epiſcop. & cler. Et ſimpliciter refert Petr. de Anch. in d.
regula, poſſeſſor. uerſi. tertiò quæro. Not. beatus Thom.
2. 2. quæſt. 62. art. 3. ubi dicit, quòd condemnatus ad pœ-
nam tenetur eam ſoluere, quo ad Deum: quia per ſenten-
tiam uidetur quæſitū ius fiſco, ut in præcedenti limi. Vnde
uult ibi beatus Tho. multū in terminis, quòd tex. Exo. 22.
ibi, quinq; boues pro uno reſtituat. & in c. ſi bos. j. de iniu.
eſt ſi. intelligātur, quo ad pœnā, quæ imponitur per iudicē.
Et ideo antequàm quis ſit condemnatus per iudicem, non
tenetur reſtituere plus, quàm accepit. Et ex dictis beati
Tho. art. ſeq. multùm declaratur dictum Innocen. d. cap.
ſicut dignum. & impugnantes d. gloſſ. & dictum Inno-
centij non uidentur uidiſſe beatum Thom. Et per hanc
limitationem infertur, quòd capto in bello iuſto non licet,
quo ad Deum, fugere, ſecundum glo. j. in c. ius gentium.
1. diſtinct. quia ratione captiuitatis eſt acquiſitum domi-
nium à lege. Vnde non licet priuare dominum re legitimè
quæſita, ſecundum Dominic. ibi, & do. Abb. in c. ſicut. in-
fra de iureiur. ¶ Limitatur tertiò, ut non procedat, quando
pœna non deſcendit à lege, ſed ex partium conuentione:
quia tunc pars ex arbitrio magis libero & ſpontaneo ſe o-
bligat, & ideò tenetur ſoluere in foro conſcientiæ, ſecun-
dum Petr. de Anch. in d. regula, poſſeſſor. Eſt enim perinde,
ac ſi condemnatio interueniſſet, poſtquam pacto quis ſe
alteri obligauit. ¶ Limitatur quartò, niſi pœna legalis eſ-
ſet ſubrogata loco inæſtimabilis intereſſe & impoſſibilis
reſtitutionis: putà, pro membro uel debilitato, uel trunca
to: quia cùm illud ablatum reſtitui non poſſit effectuali-
ter, ipſa pœna ſubrogatur loco eius ablati. Vnde ſicut ab-
ſolutio impeditur non reſtituendo ablatum, ita non reſti-
tuendo ſubrogatum loco illius. Ita eleganter determinat
Pet. de Ancha. in regula, peccatum. uer. ſed dubium rema
net. de regul. iur. in ſexto. ¶ Et per hoc deueniri poteſt ad
intellectum gloſſ. in uer. per uiolentiam. in cle. paſtoralis.
de re iud. cum qua tranſit do. Abb. in c. t. de teſt. cog. Et in
c. ſi uerò. el j. ad fin. infra de iureiu. & in c. ſicut. el 3. eodem
titu. & Lud. in l. ſtipulationes non diuiduntur. ff. de uerb.
obligat. cum ſi. quia ſi captus ex cauſa iuſta fugiat, peccat
mortaliter, attento quòd peccatum, propter quod eſt ca-
ptus, non poteſt reſtitutione dimitti: putà, homicidium,
proditio, uel quid ſimile: & ideo cum pœna ſuccedat loco
ſatisfactionis, non remittitur, niſi ſatisfaciat in ipſa, dicta
regula, peccatum. Ex quo fortè attentari poſſet, quòd ubi
fugeret ille, qui eſſet captus ex furto, uel damno taliter,
quòd immineret ei ſatisfactio, & non eſſet condemnatus,
non teneretur redire, ſi modò ſatisfacit per hanc rationem:
maximè, quia ignoſcit lex ei, qui ſanguinem ſuum quali-
tercunque redemit, l. j. ff. de bo. eo. qui ſibi mor. conſci. pro
pter quod pauci reperirentur, qui ad carcerem ullo caſu
redirent, ut dicit Petr. de Anch. in d. regula, poſſeſſor. uerſi.
tertiò quæro. imò d. glo. penitus reprobatur in d. regula,
peccatum. per text. in d. cap. fraternitas. Et faciunt uerba
Barto. in l. uis eius. de proba. ubi dicit, quòd fugiens nun-
quam tenetur redire, per d. l. j. Sed tamen prædicta gloſſ.
poteſt procedere cum ſaluatione prædicta, quam alibi non
reperies, licet etiam Imol. poſt do. Anton. in d. cle. paſtora-
lis. eandem gloſſ. reprobet. ¶ Limitatur quintò & ultimò
gloſſ. in d. c. fraternitas. ut habeat locum in ſolutione pœ-
næ, quæ ſit pœna ex parte utriuſque, & conferens lucrum
damnum paſſo. Secus, ſi eſſet pœna ex parte ſoluentis, &
non ex parte recipientis: putà, in ſatisfaciendo damnum
paſſo ſine lucro damnificantis. Ita declarat pulchrè Domi-
nic. per gloſſ. fin. ibi in c. commiſſa. §. fin. de elect. in ſexto.
Quod intellige, niſi damnum eſſet datum ex culpa leui,
uel leuiſſima, ut ſupra dictum eſt poſt Innocentium in d.
c. ſicut dignum. ¶ Extra prædictos tres caſus non proce-
47 dit regulariter hæc ſexta fallentia: quinimo † lex ciuilis
& Canonica ſeruanda eſt in foro conſcientiæ, quando eſt
iuſtè facta ab habente poteſtatem, & fundans ſe ſuper cer-
to, ſecundum gloſſ. j. ibi, iure poli, in cap. quæ in eccleſia-
rum. & ibi Bald. & alios infra eodem. Et do. Abb. eleganter
in d. proœmio, & Petr. de Anch. conſilio 21. incip. Videtur
prima facie. & Ioan. Andr. in c. 2. de uerbo. ſignifica. libro
ſexto. Et beatus Thom. pulchrè in 1. 2. quæſtio. 96. quem
refert Summa Piſana in uerſ. lex. §. utrùm leges humanæ.
& Innocent. in c. cùm contingat. infra de iureiur. & de his
etiam per Pet. de Ancha. in repetit. c. ſi propter tua debita.
uer. ex prædictis diſtingue, an lex Canonica. de reſcript.
in 6. Et ideo dicit Bal. in c. in omni. de teſti. poſt princ. quod
qui à lege humana excuſatur, non peccat, niſi ſit contraria
legi diuinæ, c. ſi. de præſcri. Et ideo in foro cōſcientiæ leges
ſeruandæ ſunt, aliàs ſequeretur, q̄ omnis legū forma & ſu-
btilitas duceret ad inferos: & ſcientia legum eſſet magis
damnata,

damnata, quàm maleficiorum, ſecundum eum. Et ideo dicit Calde. in titul. de conſtitut. conſi. 20. incip. an ſi ſtatutum ciuitatis. & eſt conſi. Pet. de Anch. de quo ſ. proximè,

48 quod † ſtatutum diſponens, ne mulier poſſit relinquere, niſi tantùm extraneis in præiudicium filiorum, ualet in foro conſcientiæ quod aliàs limitaui conſulendo Ferrariæ, niſi hæreditas eius eſſet adeo opulenta, quòd exceſſus quātitatis taxatæ à ſtatuto parum præiudicaret uenientibus ab inteſtato. quia tunc legatarius, quantum ad conſcientiam, uidetur tutus: & inter cætera mouit me ſolenne conſilium Pet. de Anch. 41. quod incipit, Prima facie. ubi ſic limitat ſolenniter text. in c. quicunque 17. q. 4. Ad quod uide, quæ latiùs reaſſumpſi in c. eccleſia. in 9. q. circa medium, ĩ. eod. maximè poſt do. Abb. conſi. 63. Et confirmatur hoc ex dictis Cald. in d. diſputatione, uſurarius emit. cum quo trāſeo præter quàm in eo, quòd dicit emptorem rei eccleſiaſticæ non eſſe tutum in conſcientia, quando alienatio fuit facta omiſſa forma canonum, in caſu tamen licito. quia cōtrarium tenet do. Anto. in d. c. Plerique. & do. Abb. in c. fin. in fin. de teſt. in uteg. Pro quibus facit, quia canon requirens ſolennitatem fundatur in præſumpta fraude, & ideo ceſſante præſumptione ceſſat, quo ad Deum. Et ſic intellige allegata in princip. huius fallentiæ, maximè quod not.

49 Abb. in c. relatum. quia † ſtatutum requirens conſenſum propinquorum fundatur in præſumptione fraudis. Eſt uerum quod Lud. Roma. in l. is, cui. ff. de uerb. obl. nititur probare, quòd lex ciuilis non obliget ad peccatum, ſed rationes ſuæ procedunt ſolùm, ubi lex non eſt iuſta, uel repugnat legi diuinæ, uel Canonicę, ut in locis prædictis. Quæ autem ſint illæ leges, uide in Summa Piſana in loco præalleg. uer. ſed nunquid. ubi ponuntur 18. ¶ Et not. quod ubi lex nutrit peccatum, eſt ipſo iure nulla, ſecundum do. Abb. eleganter in c. fi. ĩ. de præſcript. nec eſt opus irritatione: quod not. ad ſtatutum nutriens peccatum. ¶ Fallit ſeptimò regula huius text. niſi iudices ex magna cauſa transgrediantur canones, ut ſentit hic Innocent. in ult. gloſſ. Et ex iſto dicto infert Bald. in l. & ſi ſeuerior. C. de infam. quòd in pupillo committente homicidium, poteſt ratione ætatis commutari pœna mortis. Et ex iſto dicto infert Bald. in l. ſi quis filio. §. hi autem. ff. de iniuſt. teſt. quòd propter metum periculi, uel ſcandali, poteſt magiſtratus legem tranſgredi. Et ex iſto dicto infert Bal. in l. obſeruare. in 10. q. ff. de off. procons. & leg. quod excuſatur in ſyndicatu is, qui ob multorum ſalutē tranſgreditur ſtatuta. Et ex iſto dicto dicit Bald. in c. Obertus. qualiter olim feu. alie. pot. quòd propter caſum terribilem licitum eſt tranſgredi leges. Et ex iſto dicto infert Bald. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de infam. quod non dicitur periurus, qui ex cauſa tranſgreditur ſtatuta. Ex iſto dicto dicit Bal. in c. 1. ĩ. de re iud. quòd æquum eſt quandoque legem tranſgredi, & quòd iſtud dictum ſaluat multos aſſeſſores. Et ex iſto dicto dicit Sal. in d. l. & ſi ſeuerior. quòd ſicut poteſtas iurat ſeruare ſtatuta, ita etiam leges. Ideo eas imitando poteſt ex cauſa tranſgredi ſtatuta. Et de iſto dicto meminit etiam do. Abb. in c. ſuper his. ĩ. de accuſ. & Bald. in c. j. §. iniuria. de pa. iura. fir. & hic. ¶ Et pro iſto dicto allegatur text. not. in l. ſi hominem. ff. man. ubi procurator generalis ex magna cauſa poteſt inhibere procuratori ſpeciali. Et per illum text. dicit Bald. in d. l. oēs populi. ff. de iuſt. & iur. quòd epiſcopus ex magna & euidēti cauſa poteſt ſtatuere contra ius Canonicum. Et per illum text. dicit Baldus in rub. C. qui admi. in princip. quòd poteſtas ex magna & euidenti cauſa poteſt uenire cōtra ſtatuta iurata. Et per illum text. dicunt Domini de Rota concluſ. 262. incip. In religioſo. in nouis, quòd epiſcopus ex magna cauſa poteſt diſpenſare contra ius Canonicum etiam concilij. Et idem do. Abb. in c. at ſi clerici. §. de adulteriis. de iudic. Et per illum text. dicit gloſſ. in c. tempora. 25. q. 7. & in c. latorem. 32. q. 5. quòd inferior poteſt mutare pœnitentiam iniunctā à Papa ex magna cauſa. Et quòd emergentia caſus horribilis inducant iuſtam trāſgreſsionē legū, probat concluſio diſputata per Pet. de Anch. ſub quo reſpondit do. Abb. uidelicet quòd diſpoſitio c. cùm non ab homine. ĩ. de iudic. non habat locum in homicidio horribili commiſſo per clericum, putà pro aſſaſſinamento, uel parricidio: quia non data incorrigibilitate, de qua ibi. ſtatim poteſt degradari, ut per Pet. de Anch. conſi. 257. Et per do. Abb. in c. at ſi clerici. in princ. de iudic. & per Pet. de Anch. in regula, ea, quæ, in 19. q. de re iu. in ſexto do. Abb. & Ana. in c. j. ĩ. de homicid. facit gloſſ. in §. per contrarium. Inſtitut. de hæred. quæ ab inteſtat. dicens, quòd propter immanitatem criminis fertur ſententia contra mortuum. Vnde dicit gloſſ. ſingul. in l. ij. ff. arbo. ſur. cæſa. quòd propter immanitatem criminis reus mortuus tradi poteſt beſtijs in cibum. Facit text in c. mulier. 15. q. j. ubi pecus traditur morti propter immanitatem criminis. Facit text. in l. per oēs. C. de defenſ. ci. ubi propter immanitatem criminis denegatur reo audientia. Et pro iſtis facit text. in l. ſed & reprobari. §. fin. in uerſ. maximè diſciplinatos homines. ff. de excuſat. tut. Per quem dicit Bald. ibi, propter eminentem ſcientiam alicuius licitum eſt eum eo tranſgredi leges & ſtatuta. Facit c. de multa. in fin. ĩ. de præbe. Et iſta ſunt dicta admodum trita, quæ poſuit Lud. Ro. in conſi. 308. incip. omnipotentis, &c. in terminis propoſitæ conſultationis. & in l. ſi uerò. §. de uiro. in 46. fallen. ff. ſol. ma. Et adde Bald. in c. Rodulphus. ĩ. de teſt. & in authent. & nouo iure. in 3. not. C. de ſer. fu. & in l. j. in 3. not. per illum tex. C. de præci. impe. offe. ubi ſequitur do. Innocen. hic. Bene facit d. l. ſi hominē. pro qua ultra præallegata addo Bald. in repet. l. ij. uer. uenio ad ſecūdum. ff. de in rem uer. ubi dicit, quod ex magna cauſa poſſet epiſcopus facere ſtatutum, quod certo caſu iuramentum non ualidaret contractum, per text. in d. l. ſi hominem. ¶ Per illum tex. dicit etiam do. Abb. in c. ſi quis contra clericum. ĩ. de fo. compet. quòd à delegato epiſcopi poteſt appellari ad uicarium epiſcopi ex magna cauſa: putà, ſi epiſcopus eſt abſens, ſicut in d. l. ſi hominem. procurator generalis prohibet procuratori ſpeciali, ne attentet negotium ſibi commiſſum. ¶ Per illum text. dicit Angel. in tract. de ſyndicatu. not. 183. quod officialis, quis ex aliqua euidenti utilitate reipub. uenit cōtra ſtatuta, non tenetur in ſyndicatu. ¶ Per illum text. dicit Bald. in l. error. in fi. C. de iur. & fact. ign. quòd procurator ex magna cauſa reuocat confeſsionem domini. ¶ Per illū text. dicit Abb. in c. de cætero. ĩ. de re iudic. quòd ex magna cauſa poteſt nudus executor admittere exceptionem. ¶ Per illum text. dicit do. Abb. in c. nouit. ĩ. de iudic. quòd ex magna cauſa poteſt Papa exercere iuriſdictionem temporalem in præiudiciū gladij imperialis. ¶ Per illum text. dicit Bald. in l. ſi ut proponit. uer. ſed nunquid nuntius. C. quomodo & quando iud. quòd quandoque procurator reſcindit utilitatem domini. ¶ Per illum text. dicit do. Abb. in c. 1. ĩ. de proba. & in c. fin. ante fi. ĩ. de conſuetud. quòd ex cauſa noua poteſt induci conſuetudo contra legem reprobantem omnem conſuetudinem. ¶ Per illum text. dicit Bartol. in j. conſtitut. C. §. quibus. quòd in generali poteſtate condendi ſtatuta non uenit facultas corrigendi antiqua niſi ex magna cauſa. ¶ Per illum text. dicit Bald. in l. ſi in aliquem. ff. de offic. procons. & leg. quòd generalis uiſitator poteſt corrigere malè factum à ſpeciali uiſitatore. ¶ Per illum text. dicit Bald. in d. l. ſi hominem. ſe mille uicibus dixiſſe, quòd officiales poſſunt tollere ſtatuta ſpecialia ex cauſa noua, uel de nouo ueniente ad notitiam. ¶ Per illum text. dixit Lud. conſi. 37. incip. Viſo puncto. quòd legatus de latere poteſt corrigere propriam conſtitutionem ex magna cauſa, alias non. ¶ Per illum text. & per c. ſignificauit. de offic. ordi. dixit do. Card. in c. ſtuduiſti. ĩ. de offic. deleg. & ibi bona gloſſ. quòd ex magna cauſa poteſt ordinarius ſe impedire de cauſa commiſſa delegato. ¶ Per illum text. & multa alia facientia ad propoſitū conſuluit Pet. de Anch. conſi. 80. incip. domina Eualina. quòd abbatiſſa habens diſtribuere bona teſtatoris, poteſt ex ſuperuenienti paupertate ſui monaſterij retinere bona pro ipſo monaſterio. Ad quod uide do. Card. in cle. j. in 30. q. de teſta. Et illum text. ualde etiam ponderat do. Abb. in ſua diſpu. incip. Epiſcopus & quidam. & communiter Lud. Rom. conſi. 225. quod incip. Omnipotentis. &c. quo ad primum. Facit quod not. Bald. in l. fin. ff. de ſena. quòd lex, quæ tranſiuit in contractum, poteſt ex cauſa noua reuocari. Ad idem adduci poteſt text. in §. fin. in fi. 22. q. 2. & in l. diui fratres. §. j. in uer. niſi magna ſit cauſa. ff. de lib. cau. & in §. mandatum. in fin. Inſtit. mandati. & in l. iij. in princ. ff. de cond. inde. & in l. iiij. §. ait prætor. in fin. ff. de re iudic. & in l. filiusfamiliás. §. fin. ff. de procur. & quod not. Ioan. And. in Specul. in titul. de deleg.

§. reſtat.

§. reſtat. uer. quid ſi ſtatuto. in ſi. addi. quæ incipit, Oldr. ¶ Addè etiam quod noc. Bart. in l. cùm nauarchorum. C. de
50 naui. libro undecimo ubi dicit, quòd ſtante ſtatuto, quòd † priores nihil faciant contra ordinamenta adunautiæ generalis, tamen ſi cognoſcunt priores aliquid ardinatum eſſe, cuius obſeruantia eſt damnoſa reipu. poſſunt illud remouere, per text. ibi, & in l. legatum. ff. de uſufruct. leg. Bonus text. in l. ut gradatim. §. quoties. de mu. & hono. & facis optimè, quod noc. Bart. in l. ambitioſa. ff. de decre. ab ord. fa. & Ioan. An. titul. de inſtru. edi. §. compendioſè. uerſ. ſed nunquid. tractando, quando inferior poſſit per conſuetudinem diſponere cōtra legem ſuperioris. ¶ Nihilominus Lud. in d. §. de uito. in alij. ſal. nō audet firmare dictum Innocen. hic: ſed dicit, quòd in tali emergentia caſuum inopinatorum conſuli debet ſuperior, per text. in l. diuus. in ult. ibi, imperatori reſcribatur. ff. de ſal. ni latiùs per ipſum: pro quo uide Abb. in terminis, in c. dilecti. el ij. ǰ. de appel. ubi latè idem dicit, quærendo, vtrùm à delegato epiſcopi poſſit appellari ad eius uicarium: & diſtinguit, utrùm epiſcopus ſit præſens, uel abſens: & ſic intelligit d. l. ſi hominē. Et ita puto limitanda omnia prædicta, ut non procedant, quando ſuperior conſuli poſſet. ¶ Nec eſt conſonum, quod dixit Bald. in d. rub. C. qui admi. quòd poteſtas authoritate propria poſſit tranſgredi ſtatuta iurata ea cauſa: quia aliàs nunquam eſſet petenda abſolutio à iuramento: quia non conceditur, niſi exiſtente cauſa, ut traditur in c. j. ǰ. de iureiur. Imò dicit Bald. in authē. hodie. C. de indic. quòd minoribus magiſtratibus & poteſtatibus terrarum non eſt licitum tranſgredi leges uel ſtatuta propter emergentiam caſuum, cùm iurent præciſè ſtatuta: ideo debent ea tenaciter obſeruare, nec ab eorum forma recedere. Bene fatendum eſt, quòd ubi ſuperior non poteſt adiri, & periculum a eſt in mora, prædicta procedunt [a], per c. unicum, ad fin. ne ſe. na. in vj. & per id, quod ſingulariter dixit Innocent. in c. uenerabilem. ǰ. de elect. ubi dicit, quòd etiam in iuramento licito poteſt quis contrauenire propria authoritate imminente neceſſitate ineuitabili: & ſequuntur Doc. ibi, & Bal. in l. non dubium. C. de legi. cum concor. ¶ Et prædictis adde, quòd ubi aliquid fiat contra regulas iuris ea cauſa, exprimenda, eſt ſecundum. Lud. conſilio cccclxxxiij. incip. dubitatur primò. allegans Innocent. in c. præterea. de dilat. quem ita ſingul. alleg. Old. conſilio cclxxxvij. ſecundum eum. ¶ Fallit octauò regula iſtius text. quando in aliqua diſpoſitione diriguntur ad iudicē uerba importantia liberam uoluntatem, uel facultatem: quia tunc non tenetur ad obſeruantiam iuris, ut colligitur ex no. per do. Anton. & Imol. hic, dicentes, quòd in iis, quæ committuntur facultati iudicis, poteſt uti ſuo ſenſu. Exemplum ex no. in cle. diſpendioſam. de iudic. in uer. poteſt. iuncta l. quicquid. ff. de indic. & ex no. per Ioan. An. in Specul. de cita. in §. ſequitur. uer. ſed nunquid tradetur. in fin. addit. ¶ Et de his uerbis Liberam fa-
51 cultatem, q† non importent arbitrium boni uiri, uide Bar. in l. alio. in 2. col. C. de ali. & cib. le. & facit, quod de uerbo Liberè, dicitur in ca. i. ǰ. de reſcript. Nec obſtat. c. j. §. fin. de pace iuram. firm. Per quem text. dicit ibi Bald. quòd licet talia uerba uideantur ſignificare præciſam libertatem, tamen intelliguntur ſeruato ordine iuris: quia text. ibi non dat dominus liberam facultatem ſed dat eam, quando priùs conuicerit uaſallum. Et de iſtis uerbis, Liberam fa- b cultatem [b], uide Imo. in c. quæ in eccleſiarum. ǰ. eod. per illum text. ubi dicit, quòd intelligitur de facultate non regulata à iure. Et idem ipſe ſentit in c. j. ǰ. titul. proxi. & in c. cùm dilectus in ulti. not. ǰ. de conſue. & in c. j. in ij. not. ǰ. de offic. ord. & in cle. ſæpe. circa fin. de uerb. ſignifi. & Bald. in l. j. in princip. uer. iiij. modo liberſi. C. de ſacr. ſanc. eccle. Poteſt etiam omitti conſuetudo, ſecundū Imo. in c. irrefragabili. in princip. ǰ. de offic. ord. Et de uerbo Liberè, dicetur in d. c. j. ¶ Et ſi dicatur Cōmittimus iudicio tuo dic, quòd importat arbitrium boni uiri [c], ſecundum do. Ant. & Imol. hic, quibus adde gloſſ. in c. trita. in uer. iudicauerit. xxxv. q. ult. & Pe. de Auch. in d. cle. ſæpe. & Bald. in l. uoluntatis. C. de fideicom. & Raph. & Imol. in l. ſi ſic. ff. de leg. j. Facit, quòd not. Bal. in l. uendentis. C. de contrah. empt. quòd iudicium æquiparatur diſcretioni, iuncto eo, quòd dicetur in ſeq. q. Aliter tamen de hoc uerbo Iudicio, dixit Angel. in l. ſi ſic. & in l. Thais. §. Lucius. ff. de fideic. lib. uer. Sed not. bene per prædicta, cum quibus concor. Benedict. de Plumbin in d. §. Lucius. & facit c. illud. de cle. excō. mi. & c. inter corporalia. ad fin. ǰ. de transla. præla. & tex. c in c. uerum. ǰ. de fo. compe. & in l. cùm prætor. §. j. cum gloſſ. in uer. iudic. ff. de iudic. ¶ Et ſi dicatur Diſcretioni tuę dic, quòd importat arbitrium boni uiri, ſecūdum do. Ant. & Imol. hic: quibus adde gloſſ. 2. in c. cùm uirum. ǰ. de regul. & do. Abb. in c. cùm autem. de iure pa. & Imol. in c. eccleſia. ante fin. ǰ. eod. & do. Anton. in c. cùm inferiori. ǰ. de ma. & obe. dū exponunt c. nos ſi in competenter. 2. q. vij. Et quando dicimus de arbitrio boni uiri, intelligitur, id eſt, non de uoluntate libera, ſed ſecundum ordinem iudiciarium, cùm iudex dicatur bonus uir, l. continuus, ff. de uerbo. ſignific. & per Bartol. in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorū. ff. pro ſoc. & Docto. in locis allegatis & allegandis. Et ſi dicatur, Prout tibi uiſum fuerit, uide Bald. in titul. de pa. Conſtan. in uerſic. in animam noſtram. ubi dicit, hæc eſſe uerba uoluntatis, non arbitrij, alleg. l. creditori. §. Lucius. ff. man. & not. per Ioan. And. in c. 2. de iur. cal. in 6. ubi plus dixit, quòd à ſententia lata uirtute talis commiſſionis non poteſt appellari: & idem Innocent. in c. fin. ǰ. de ferijs. & Bald. in l. ceſſante. in princip. C. quomodo & quando iu. Quod reprehendunt do. Anton. & Imol. hic: quia dicta uerba, Viſum fuerit, important arbitrium boni uiri, l. fideicommiſſa. §. quanquam. de leg. 3. & ita tenet Lap. & Dominic. in c. ij. de iur. cal. in vj. Allegant gloſ. fin in c. 1. de confeſ. eo. lib. & glo. in c. ij. in uer. uiſum fuerit. de arbitr. in ſexto, & in c. ſuper his, in uer. arbitrium. de accuſ. ¶ Et ſi dicatur, Committimus uoluntati tuæ, non eſt commiſſarius ſubiectus regulis iuris, ſecundum Ant. & Imol. hic: quib. adde Lu. in l. filiusfamilias. ff. de do. & Bal. in l. ſi cū ea. C. de do. promiſ. & do. Abb. in c. abbate. ǰ. de uer. ſig. & do. Ant. & Abb. in c. j. ǰ. de his, quæ fi. à maio. par. ea & in c. ij. circa prin. de ſeq. poſ. & fru. & Ant. in c. ex parte. in pe. no. ǰ. de conſue. & Bal. in l. cùm antea. C. de arbit. & Bartol. in l. centeſimis. §. fi. uer. quarto, quæ eſt uirtus. ff. de uer. obl. & Bal. in l. fi. in prin. C. de contrahen. emp. & in l. j. in princ. ff. de mili. teſt. & Imo. in l. j. ff. de leg. ij. & Bald. in l. uolūtas. C. de fideicomm. & in l. & ſi poſt tres. ff. ſi quis cau. & in l. cùm quidam. ff. de l. ij. & Bart. & Imol. in l. fi. ff. de præto. ſtip. & Domi. in c. habeo. xvj. diſtinct. & in c. ſcimus. xliij. diſtinct. & in c. cùm beatus. & in c. qui emendat. alv. diſtinct. & in ca. antiquis. liij. diſtinct. & in c. uaſet. lv. diſtin. & in c. ſatis peruerſum. ea. diſt. & Barto. in l. creditor. §. Lucius. ff. man. & Angel. & Imo. in d. l. ſi ſic. & Bar. in extraua. ad reprimendum. in uer. uidebitur. & Imo. in cle. ſæpe. ¶ Et ſi dicatur, Conſcientiæ tuæ committimus, remittit hoc Imo. ad gloſ. in c. ſtatutum §. aſſeſſorem. in uerſi. relinquatur. de reſcri. in vj. quæ dicit, quòd poteſt ſequi, quòd uoluerit, nec poterit appellari [a]: quod ipſe intelligit quo ad hoc, ut iudex teneatur deferre appellationi: tamen bene poteſt appellari, quo ad finem, ut negotium deuoluatur ad ſuperiorem, ut ipſe poſſit delibera ſe, an id, quod geſtum fuit, poſſit reuocari: argum. c. paſtoralis. §. præterea. de offi. deleg. Allegat gl. quæ ſic debet intelligi,

a Procedunt] Vide plenè per Iaſo. Ma. in l. i. C. de preci. imper. off. in i. not. cum concor. ibidem per eū ſignatis. Et limita & dic, prout per Bald. Sal. & Ia. May. in d. authent. hodie. ad leg. in tex. & adde, quod habetur per Fran. de Are. in d. authent. hodie. quem uide.

b Liberam facultatem] Adde Bal. in c. 1. §. fin. per illum text. de pace iu. fir. & do. Alexand. de Imol. in l. ſi ſic. uerſ. quid de uerbo, liberam. ff. de leg. i. & adde omnino Pans.

in c. j. per illū tex. de his, quæ fi. à ma. par. c. ubi dicit ſic, quod uerbū Facias ſecundum uoluntatem tuam, refertur ad abſolutam uoluntatem, & non ad arbitrium boni uiri, & adde etiam Bart. in d. l. ſi ſic. in fi. prin. & uide Bal. in rub. C. de pe. iudic. qui ma. iud. in ij. q.

c Boni uiri] Adde Bar. in extraua. ad reprimendum. uerſic. uidebitur. contra glo. in l. Tham. §. Lucius Titius in teſtamento. & ibi Bart. de fideicom. lib. & Lud. in ru. de arbitr. & Lanfran. in tract. de arb. j. parte.

a Appellari] Adde Lud. in rub. de arbit. Sed quid ſi dicat, ſuper quibus tuam conſcientiam oneramus, quid importat? uide domi. Socin. conſi.

conſil.60. inci.uiſo eleganti ſſimo conſilio.uer. circa quintam dubitationem.cum uerſ. ſeq. in 1.parte.

in cle.1. in uerſic. oneramus. de iure pa. de quibus gloſſ. meminit etiam Bald. in l. 1.uerſic. pone, quòd ſtatutum dicit.C. de rebus cre.& in c. 1.§. ſacrum.in fin. de conſue. recti feu. & aliter ipſas concordat Bald.in l.2.circa fi.C.de ſent. ex breui.re.cum quo concordant uerba domi. Anto.in c.ſignificaſti. el 1. de homic. ubi aliàs de hoc dixi poſt Ant. Et cum Imol. hic concordat pulchrè domi. Abb. in d.cle.1. ¶ Et ſubdit Domi.in d.§. aſſeſſorem.quòd quando teſtator imponit alicui, ut diſtribuat eius bona ſecundum ſuam conſcientiam, poteſt nihilominùs epiſcopus dicere rationem diſtributionis, per illam gloſſ. Quod dictum extollit pro multùm quotidiano. Et idem ſenſit expreſſe Oldr. conſil.61.incip.cùm Regi Franciæ.in fin. Facit, quod not.Ioan.And.in tit. de inſtr.edi.§.nunc aliqua. uerſic. ſed nunquid.per Pet.de Ancha.in cle.1.de teſta. per Bald. in l. nulli.C.de epiſc.& cle.& in l.captatorias.C. de teſta. mili. ¶ Et de hoc uerbo Conſcientiæ, uide Angel.& Imol.in l.ab executore.in prin.ff.de appell.& in l.inter ſtipulantem.§.1. ff.de uerb.oblig.& Angel.& Pau.de Caſt. in l.de pupillo.§. qui opus.ff.de ope.no.nun.& Domi.in c.1.de iur.cal.in 6. & Rom.in l.qui bona.§.qui damni.ff.de dam.infe. & in tex.1.rub.ff.de arbit.& Lap.alle.15.in fin.& Bald. in repe.l.1. ff.de iuſtit.& in c.ſi ſacerdos.infrà,de offic. ord. & Pet. de Ancha.conſil.376.inci.Primò & ante omnia.ubi dicit,executorem taxantem alimenta ſecundum conſcientiam,teneri ad uocandum hæredes. ¶ Et ſi dicatur, Facias iuſtitiam, dic,quòd includit poteſtatem decidendi,ſecundum Domi. in c.quoniam.per illum text. de immu. eccleſ. in 6. & Pet. de Ancha.& Imol.in cle.auditor. de reſcrip. & Pet. de Anch.in c.in præſentia.in ult.no. de prob. Et duo importat, uidelicet ut ſeruetur ordo iudiciarius, & pronuncietur de iure,ſecundum Angel.poſt gloſſ.in authen.de hære.& Fal. §.exhæredatos. Et ſi ſit commiſſio de ueritate & iuſtitia, intelligitur de ueritate, cui ius patrocinatur. Et ideo non poterit condemnare ex nudo pacto, ſecundum Bald. in l. nemo.in fi.C.de ſen.Et quòd non poſſit omittere iuris tramitem,tenet Bald.in c.cùm uenisſet.j.de teſti. Poteſt tamē inducere partes ad concordiam.Probatur in authen.ſi quis uerò.C.de iudi.& in c.cauſam, quæ.in uerſicul. concordia, uel ſententia.de teſt.& in c.querelam.de ſymo.Et dicit Bal. in l.pe.ff. de iuſt. & iu. quòd iſta uerba, Quod iuſtum eſt, decernas, reſtringuntur ad petita Allegat.Comp.in c.ſuper literis.j.de reſcrip.Et ita dicit debere intelligi reſponſa dominorū temporalium.Et dicit Bal.in l.iuſtitia.ff.de iuſt.& iu.quòd iſta uerba, De iuſtitia & ueritate & iure pronunties, important obſeruantiam iuris communis & municipalis. Et iſta decidunt dubium, utrùm ſi princeps rogatus ſuper remiſſione ſententiæ committenda, dicat, Fiat iuſtitia, an poterit reuideri: quod Bald. relinquit indeciſum in c.1.j.de offic.dele. Sed quòd poſſit corrigi, probant uerba gloſſ.& Angel.in d.§.exhæredatos. ¶ Et ſi dicatur, Sola facta ueritate [b] inſpecta, [b] reſpondit dom. Ant.in c.2.in.3. no.j.de iu.cal.quòd iſta uerba plus important, quàm quòd cognoſcatur ſummariè & ſine figura iudicij.Et no.Roma.conſil.10.quod incipit, Viſo puncto. ante fin. Et de iſta clauſula multa ponunt Do. de Ro. deciſ. 33. inc. quando committitur.in nouis,& latiſſimè do.Abb.in c.dilecti.j.de iudi.ubi tenet, quòd nulla ſolennitas iuris poſitiui uidetur remota, ſed ſimpliciter cauillatio & ſuperflua ſubtilitas. Quæ concluſio uidetur contra Bald. in c.1.§. inueſtitura.de no.for.fidc. & in l.1.iuxta princ. C.de iu.deli.& Roma.in rubr. ff. de arb. Tamen ipſam tenet domi. meus de Are. in d.c.dilecti. ubi eſt uidendum. ¶ Et ſi dicatur, Reiecta iuris ſubtilitate, uide Bal.in l.mancipium.§.ſi communi.in ad di. ff. de euic. ubi dicit, quòd tunc reus conuentus nō poteſt opponere exceptionem certi ordinis:quod poteſt eſſe uerū, quando ordo eſt de cauſa ad cauſam in eadem perſona. Sed quando eſſet de perſona ad perſonam, ſicut in fideiuſſore & principali,eſſet maius dubium:quia priuilegium conceſſum fideiuſſori per authen. præſente. C. de fideiuſ. eſt fundatum in æquitate: & propterea non uidetur poſſe tolli per ea, quæ ipſe not.in l.fi. §.ſed & ſi quis.in princ.C.communia de leg. dicens, quòd quando agitur contra tertium poſſeſſorem hypothecaria, arbiter, qui procedit de æquitate. non poteſt reiicere exceptionem excuſſionis. Et uidetur tex.in l.ſi fideiuſſor.§. quædā.ff.man. ubi probatur,quòd iſta uerba ſignificant iudicem debere inſpicere ipſum factum principale, non autem exceptiones non reſpicientes ipſum factum principale:de quo etiam per Doct.in d. c.dilecti. ¶ Et ſi dicatur, Committimus arbitrio tuo, uide Imol. in l. filius familiàs. ff. de dona. ubi dicit, quòd important arbitrium boni uiri, niſi dirigantur uerba ei,qui aliàs haberet iudicare, ut bonus uir: quia tunc intelliguntur de libero arbitrio,ut uerba aliquid operentur, ſecundum eum. Et ita poteſt intelligi,quod not. Innoc.in c.fin.j.de fer.& uide Bal.in l.milites. uerſic. ſecundò ponamus.& uerſic.tertiò ponamus.C.de teſt.mi.ubi ponit de prioribus habentibus plenum, liberum & generale arbitrium: & uide Bald.in l.presbyteri.la 1. uerſic. quæro 1: pone, quòd poteſtas.C.de epiſc.& cle.ubi dicit,quòd ſi poteſtas habet arbitrium procedendi ſine aliqua ſolennitate, non poteſt procedere ad ſententiam, niſi ſibi conſtet de facto:& ideo non credit dictis teſtium non iuratorum: & uide Bal.in c.1.in fi.in tit.de allodijs.& uide dom. Ant. in c. ſignificauerunt. de teſti. ubi dicit, quòd licet ſit in arbitrio iudicis dare quartam dilationem,tamen ſi fuerit iniuſtè denegata, poteſt per ſuperiorem concedi. ¶ Et adde, quòd iſta clauſula importat ſummariam cognitionem in procedendo, non in decidendo, ſecundum gloſſ. in cle. ſæpe. in uerſic.defenſiones.de uerb.ſign.& idem Bart.in l.ſi in lege. in princ.ff.loca. dicens, quòd ad hoc, ut arbitrium ſit plenum, dicatur in procedendo & condemnando. Et quòd importet rectum arbitrium, probatur in l.hac lege. in uerſic. arbitrio.iuncta l.fi.in fi.C.de pac.conuen. & uide Bal. in l. cùm antea C.de arbi. ubi dicit, quòd ratione liberi arbitrij non poteſt iuri alterius derogari: & maximè, quando læſio eſt ultra dimidiam. Alle.gloſ.in d.cle.ſæpe. et uide do. Abb. in c.1.j.de ſe.poſ. et ſtu.ubi ponit,quòd hoc uerbum Arbitrium, intelligitur de iuriſdictione, niſi ex circunſtātijs et alijs uerbis,quæ ſequuntur, appareat, quòd ſonet liberam uoluntatem, ut ibi:et facit c.ne innitaris.j.eod. ¶ Et ſi dicatur, Videas,quid iuris: uide Ang.& Imol.in l. ſi fundum ſub conditione.§.Stichus.ff.de leg.1. ubi dicunt,quòd iſte poterit decidere omne dubiū, quod elici poteſt ex puncto. Similiter dicit Angel. in l. eius, qui in prouincia.ff. ſi cer. pe. quòd per iſta uerba reſpōderi poteſt,nedum cauſæ principali, ſed etiam appendicijs. Alleg.no.in c.3. infra de conſue.Et facit, quod habetur in c.tua nos.j. de ſponſ. & in c. j.de offic.dele.& in c.j.de reſtit. in integ. & uide Ang. in l. quærebatur.ff.de teſt.mili.ubi dicit,illum tex. in uerſicul. quid iuris. eſſe quotidianum: quia conſultor electus cum illis uerbis poteſt inueſtigare omnia antecedentia & ſequētia & annexa puncto, per d.l.eius,qui. Ad idem uide Ang. in l.40.ff.ad l.Falc.& latè Mod.in c.intimaſti.de app. ¶ Et ſi dicatur,Procedas de facto, uide Bartol. in conſil.82. inci. Punctus quæſtionis uertētis.ubi dicit,quòd importet hoc, quòd poſſit procedi de facto ſine cauſæ cognitione & probatione, per tex. cum gloſſ.magna in prin.in l.ictus fuſtiū. ff.de infa.& importat, quòd poteſt procedere, etiamſi iuris rigor repugnet, per tex. cum gl.in uerſic. reducere. in l.uerum.§.ex facto.ff.de minor. Et ſic concludit, quòd tunc ualet ſententia, licet ordo iuris ſeruatus non fuerit: & uide Bald.in c.conſanguinei.j.de ſe iud. ¶ Et ſi dicatur, Procedas de iure & de facto, uide Imo.poſt alios in c.Quintaualle.in 4.differentia,j.de iureiur.& Bald.in l.ſolam. in fi. C. de teſti.ubi dicit,quòd poteſt procedere ad inſtar arbitratoris aliàs deputati: & uide domi.Abba. in c. cùm tempore.

net.

procedatur & decidatur ſummariè, ſimpliciter ac de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij, & ſola facti ueritate inſpecta, quibuſcunque ſolennitatibus aut ordinibus iudiciarijs prætermiſſis, quid importat in procedēdo, & quæ omittuntur, & quæ non? uide do. Socin.in conſil.96. incipi. Viſo proceſſu. in prima parte.

b Inſpecta] Vide Bartol. in extrauagan. ad reprimendum. & omnino per Ioann. Papi. in ſum. in l. realt. uer. ſine ſtrepitu in ſia. & Lanfr. in cle ſæpe.de uerbo.ſign. & Io.de Imol. in d.c.dilecti. alleg. in tex.de iudi. Et adde, quòd hæc clauſula non facit agi ex pacto nude, Bal.in l.nemo.in fi.C.de ſen. quia intelligitur de ueritate legibus roborata. Sed quid ſi dicas, ſ

ner. an autem. ĵ. de arb. ubi dicit, quòd iſte modus loquendi non eſt ita approbatus, prout ille, Simpliciter & de plano, &c. quia poteſt admitti probatio etiam non legitima. Et ideo infert poſt Lapum in allegationibus, quòd prælatus compromittens in cauſa eccleſiæ non poſſet apponere illam clauſulam in compromiſſo. Et ſubdit Bal. in d. l. ſolã. quòd etſi non poterit credere teſti reddenti nullam, uel malam cauſam dicti ſui, poteſt tamen teſtes recipere die feriata, & omiſſo iuris ordine. Et hic adde Lu. in l. 1. in fi. prin. ff. de uerb. oblig. & Bald. in l. ſi non ſpeciali. in fin. C. de teſta. & Bald. in d. l. j. ff. de mil. teſt. & Bald. in l. milites. C. eod. tit. ¶ Et ſi dicatur, Pronuncies ſecundum ſenſum tuum, intelligitur de propria uoluntate, ſecundum do. Anton. & Imo. hic per iſtum tex. & idem Domi. in c. relatum. 37. diſtinct. Contrarium putat hic domi. Abb. quis proprius ſenſus eſt, ut iudicet, ut bonus uir: ſicut de uerbo Si exiſtimaueris, Si placuerit, & ſimilibus, dicitur in d. § quanquam. ac hic per eam. Pro quo facit text. in l. diuus. in uerſic. ſenſu ſanioris. ff. de offi. præſi. & in c. utinam. in uerſic. ſenſu ſan. 77. diſtin. & quod dicit Apoſtolus primo ad Rom. Tradidit illos Deus in ſenſum reprobatum. Facit l. fi. in uerſic. regalẽ ſenſum contemnat. C. de legi. Intellige, niſi dicta uerba iungãtur cum uerbis denotantibus iuris obſeruantiam, prout in tex. noſtro. ¶ Et ſimiliter dicitur de uerbo Prudentiæ tuæ, infrà eod. c. ne innitaris. ubi intelligitur de mala prudentia propter uerba adiuncta: & facit illud, inflatus ſenſu carnis ſuæ non tenens caput. ¶ Et ſi dicatur Secundum mentem tuam,[a] uide Bal. in l. uoluntas. C. de fideicommiſ. ubi dicit, quòd intelligitur, prout eſt regulata à iure; ac ſi diceretur Secundum iudicium tuum: & dicit Bald. in l. fin. C. de pœ. iu. qui ma. iud. quod importat, id eſt, ſecundum conſcientiam tuam. ¶ Et ſi dicatur Secundum libitum tuum, importat liberam uoluntatem, l. fideicõmiſſaria libertas. la 2. ff. de fidei. li. no. Imol. in l. ſi ſic. ff. de leg. 1. & Bart. in l. alio. ff. de ali. & cib. leg. & in extrauag. ad reprimẽdam. in uerſic. uidebitur. ¶ Et ſi dicatur Secundum prudentiam tuam. dic, quòd importat arbitrium boni uiri, ſecundum Imol. in c. ne innitaris. infrà eo. & domi. Abb. in c. 1. de ſeq. poſ. & fruc. niſi per alia uerba adiuncta importet de prudentia mala, prout in d. c. ne innitaris. licet aliter per illum tex. dicat ibi domi. Anton. & malè, ſecundum eos. ¶ Et ſi dicatur Procedas prærua ratione, uide latè Imol. in c. ex inſinuatione. infrà tit. proxi. ubi dicit poſt domi. Anton. quòd ſonat in monitionem, non in conditionem. ¶ Et ſi dicatur Secundum cor tuum, dic, quòd importat liberam uoluntatem, & probatur in ſummo opere, 1. q. 3. ibi, non ex corde noſtro, ſed ex præcepto diuino. ¶ Et ſi dicatur Secundũ conſcientiam, uide ultra prædicta tex. in c. non ſolùm. de regula. in 6. qui probat, quòd intelligitur de bona: & not. Bald. in diſputa. ſua inci. Stante ſtatuto. & uide ipſum omnino loquẽtem pulchrè de conſcientia, in d. l. fi. C. de pœn. iu. qui ma. iud. Et utrùm teneatur citare, uide Bald. in l. certum. C. unde cog. & Roma. ibi, & in rub. de arbit. Et quòd non requiratur citatio, tenet Bal. in d. l. certum. per no. per gloſſ. in cle. 1. de offic. deleg. Et dicit Bald. in l. 2. C. quando prouo. non eſt ne. quòd ſufficit in tali commiſſione taliter & qualiter inquirere: quia ad nullum ordinem arctatur: & alleg. gloſſ. in d. cle. 1. Vide etiam Bald. in l. fin. C. de teſti. & in d. l. capiatorias. & Imol. poſt Angel. in l. illa. ff. de uerbo. oblig. ¶ Et ſi dicatur Secundum beneplacitum tuum, uide Abb. in c. uerum. de fo. com. & Bald. in l. fin. § 1. C. commu. de leg. ubi dicunt, quòd importat arbitrium boni uiri. ¶ Et ſi dicatur Secundum imperium tuum, poteſt uti iuris rigore, c. de gradibus. 25. quæſt. 8. ¶ Et ſi dicatur Secundum quod tibi uidetur, uide Bartol. in extraua. ad reprimẽdam. in uerſic. uidebitur. & Anton. in c. cùm ad ſedem. infrà de reſtitut. ſpo. & importat arbitrium boni uiri, in l. Labeo. ff. de ſta. ho. no. domi. Anto. in c. quærenti. in pe. not. per illum tex. de uerbo. ſignifi. & Lap. in alleg. 69. & Domi. in c. Catholica. in notabi. 11. diſtinct. facit, quod ſuprà. dictum eſt de uerbo, Viſum fuerit. poſt gloſſ. in c. 2. in uerſicul. niſum. de corp. uit. ¶ Et ſi dicatur, Leuato uelo,[b] uide Bartol. in l. ne quid. ad fi. ff. de incen. rui. & nau. ubi dicit, quòd idem importat, quod ſummariè. Idem, ſi dicatur Manu regia, ut per Bal. in l. 2. in principio. ff. de iuſt. & iu. ¶ Et ſi dicatur Secundum ſpiritum tuum: dic, quòd non importat uoluntatem liberam, ſed regulatam ratione, ut probatur in c. ſicut in ſacramentis. de conſecr. diſtin. 4. ibi, percipiant, quæ ſunt ſpiritus, ne ut animalia uiuant. Faciunt uerba Ioan. Mo. in c. fundamenta. de elect. in 6. relata per Domi. ibi in fi. & Bal. in l. tutor. §. quæ tutoribus. ff. de exc. tut. & facit c. licet. de regula. & c. duæ ſunt 19. quæſt. 2. ibi, ſpiritu Dei ducuntur, &c. De quibuſdam ex prædictis, & quædam alia ponit latè quidam domi. Carbaldinus de Viſo, in repe. l. nequicquã. §. ubi decretum. ff. de offic. procon. nuper ab impreſſoribus diuulgata. ¶ Sed circa hæc & ſimilia ſubiungo quatuor notanda. Primum eſt, quòd uerba importantia liberam uoluntatem non operantur ſecundum effectum ſuum, quo ad tertium: ſed ſolùm inter eos, de quibus diſpoſitio loquitur: quo autem ad tertium, ſeruabitur ius commune, ſecundum Imol. hic per c. ſuper eo. ĵ. de offi. deleg. & c. paſtoralis. ĵ. infrà de priu. quod eſt diligenter menti tenendum pro limitatione d. §. Lucius. ſecundum eum. & idem tenet Lap. alleg. 61. inci. Viſis literis. & ſequitur domi. Anto. hic.

51 ¶ Secundò no. quòd † quæcunque clauſula ponatur in cõmiſſione ſub quacunque forma uerborum, nunquam prætextu talis commiſſionis poterit iudex auferre exceptionẽ acquiſitam parti, quantumcunque ſit de rigore iuris inducta: quia per huiuſmodi clauſulas iudex habet poteſtatem circa proceſſum, & circa ea, quæ facit ipſe, nõ circa ius quæſitum parti ante proceſſum. Ita ſolenniter uoluit Bart. in extraua. ad reprimendũ. ſuper uerſic. uidebitur. iuxta fin. de quo exclamat Mattheſi. no. 14. incip. not. quòd ubi iudex. ¶ Tertiò not. quòd per dictas clauſulas nunquam tollitur, quin actus factus uia regia & omiſſo iuris ordine debeat notificari parti: ſi enim non notificatur, uidetur proceſſum doloſè. Hoc probat gloſſ. no. in l. 2. C. de dec. lib. 10. per quã Bald. in l. cos. §. apoſtolos. C. de appell. refert, ſe conſuluiſſe, quòd arbitri, quibus data erat poteſtas prorogandi compromiſſum abſentibus partibus, non poſſunt efficaciter dicti prorogaſſe, niſi ſaltem poſt quàm facta eſt, notificetur partibus. Quod bene not. Et idem uult Bald. in l. prima C. de ſent. ex breuic. rec. & Rom. in l. filiusfamiliàs. ff. de donat. & Spec. in tit. de arb. §. excipitur. uerſ. ſed pone. ¶ Quar-

53 tò not. quòd † habens procedere ut bonus uir,[a] debet procedere, ut faceret in propria cauſa, ut alteri non faciat, quod nollet ſibi fieri, per l. 1. ff. de ſolu. quam facit ſingularem Bald. in l. j. C. de his, quæ pœ. no. Reliqua in materia huius 8. fallen. proſequere, ut per Imol. & Roma. in l. filiaſfamilias. ff. de donatio. & Imo. & Petr. de Ancb. in d. cle. ſæpe. & Roman. in d. rub. de arb. & Anton. & Imo. hic. ¶ Nonò fallit regula huius de-

54 cretalis, quando † caſus occurrens non eſt deciſus à canonibus, nec à legibus: quia tunc imitanda eſt Doctorum ſententia, per text. in c. 1. infrà, de deci. ibi, non lege, ſed arbitrio magiſtrorum, & ibi domi. Anton. & domi Abb. & in c. ſunt nõnulli. in uerſic. tantorum patrum. 16. q. 1. & in c. 2. de presby. non bapt. ibi, doctorum patrum ſententiam teneas. & in l. ſi idem eam eodem. ff. de iuriſd. om. iu. Per quam dicit ibi Angel. quòd ad deciſionẽ cauſæ poſſunt ſecundum defectum allegari dicta Domi. & refert Io. de Ana. in c. in ciuitate. infrà de uſu. & latè & pulchrè per Mattheſi. in tractatu De electione opinionum. Et ubi Doct. diſcrepant, imitanda eſt regulariter opinio communis, ſecundum Ioan. And. & omnes hic: pro quibus eſt tex. in c. nouimus. infrà, de uerb. ſignifi. ibi, opinio à pluribus approbata. & ibi dom. Ant. & c. de iudicijs,

a Secundum mentem tuam] Adde Alex. in l. ſi ſic. in uerſic. quid de uerbo Conſcientia. ff. de leg. j. cũ con cor. ibi per eum adductis.

b Velo] Adde te-

a Vt bonus uir] Quis autem dicatur bonus uir, Reſponde, quòd iudex, ut eſt text. in l. ſed ſi unius. §. prætor. et ibi Bartol. ff. de iniur. & textus in l. continuus. §. cùm ita, de uerb. obli. & l. uir bonus. in ſolu. & glo. not. in c. potuit. in uerſi. celeri. ad fin. de loc. Item epiſcopus diœceſanus in caſu cle. 2. de ſepul. ſecundũ Car. ibi, 12. not. Item architectus in arte ſua, Ange. in l. qui luminibus. ff. de ſer. & Alexã. conſil. 174. in 2. parte, ubi etiam dicit ad eum tanquam in arte peritum, ut bonum uirum, eſſe recurrendum, quando eſt in

eſt l. in de facultate tollendi innito ni cano, l. plane. ff. fa. erciſc. & Bar. poſt gloſ. in l. ſocietatem. §. arbitrorum. in uerſi. quæris gloſ. quis eſt iſte bonus uir. ff. pro ſoc. Item executor teſtamenti in arbitrando, quæ ſint pauperes uirgines, quando factum eſt relictum datum pro uirginibus pauperibus maritandis, quòd executore male arbitrante recurritur ad iudicem, Bal. in authen. præterea. C. unde uir & uxor.

3. quæſtio. 3. ibi, in quo plurimi concordant. & l. j. ff. de off. quæſto. ibi, crebrior apud ueteres opi. & gloſ. in c. ſi. de pœni. diſt. 1. & in c. 1. in uerſic. de cætero. de poſtula. prælat. in 6. & ideo iudicans contra communem facit litem ſuam, nec excuſatur in ſyndicatu, ut per Bart. & Angel. in l. ſi. C. de pœna. iu. qui ma. iud. & do. Abb. in c. prudentiam. in princi. de offic. deleg. & Pet. de Aneh. in cle. ne Romani. de elec. & Ang. in l. terminato. C. de fru. & lit. expenſ. & domi. Anto. in c. ex literis. de ſponſ. & Abb. in c. 1. de decl. & Domi. in c. quis neſciat. in notab. 1. diſtin. Et illa dicitur communis, quam plures grauioresque accipiunt, c. in Canonicis. 19. diſtinct. & in §. uerùm illa ſententia. de pœnit. diſt. 3. ¶ Hæc limitantur primò, niſi opinio pauciorum doctorum, uel unius, fundaretur ſubtiliori & meliori ratione: quia illa præponitur communi opinioni, ſecundum Ioan. And. & omnes: hic. Allegat do. Abb. bonum tex. in c. capellanus. in uer. ſubtiliori ratione j. de fer. & in l. ij. ibi, non ex multitudine C. de uete. iur. enuc. & idem do. Abb. in d. c. capellanus. & in c. ex literis. el j. j. de ſponſ. & do. Abb. in c. de libellis. 20. diſt. & Io. de Ana. in c. tua. j. de uſur. & Imol. in c. cùm quidam. §. quod dicitur. el ij. ff. de acqui. hær. & Bald. in c. ne in unitatis. j. eo. & domi. Abb. in c. cùm ſint. de decl. & Dom. in c. 1. de ſum. trin. in 6. & in c. 1. de poſtu. præla. eo. li. & dom. Abb. in c. 3. j. de cenſi. & in c. ut debitus. j. de app. ¶ Secundò limita. niſi contra communem opi. ſit authoritas gloſſ. quia illa, quantum ad ueritatem, præualet, ſecundum uulgatam doctri. Iac. But. in l. unica, C. qui pro ſua iuriſ. Sequitur Imo. in c. cùm contingat. de iureiur. & Bald. in l. hæreditas. C. depoſ. & in l. præcibus. C. de impub. & alijs ſub. & domi. Anto. in c. 1. in prin. de off. dele. & Bal. in c. 1. de ſtat. feu. & in authen. ceſſante. C. de legi. hære. & Sal. in l. traditionibus. C. de pac. & domi. in c. zelatum. 37. diſt. & Imol. in c. paſtoralis. in prin. j. de reſcri. ¶ Tertiò limita, niſi opi. ſingularis unius doctoris, uel minoris partis, eſſet pro matrimonio: quia illi ſtatur cõtra cõmunẽ, ſecundũ Hoſt. in c. ſi uir. j. de cog. ſpi. de quo exclamat domi. Abb. ibi, & Imo. in l. j. ff. ſol. mat. & dom. Abb. in c. 1. de te iud. ¶ Quartò limita, niſi eſſet opi. Arch. ſuper 6. quia illa præualet alijs, ſecundum Rot. in anti. deciſ. deci. 348. ¶ Quintò limita, niſi una opi. faueat poteſtati clauium: quia præualet non fauẽtibus, ſecundum Hoſt. in cap. ruſſus. j. qui cle. uel uo. & ibi Ioan. And. prope ſi. ¶ Et in hac fallen. poſſunt referri quinque notanda. Primò, quòd cuicunque, licet magno commentatori, non tenemur ſtare, niſi probet opinionem ſuam per authenticam ſcripturam. Ita dicit Arch. in c. noli te. 11. q. 3. per illum tex. quem inducit contra ſcholares dicentes, Hæc opinio communis eſt, Et dixit animoſe do. Cald. conſilio. 78. loquens de Ioan. And. quòd nec ſibi nec alteri uoluit unquam in opinionibus cedere, niſi quantum eum urgeat

55 ratio. ¶ Secundo no. quòd † quandocunque ſunt opiniones hincinde probabiles, laudatur iudex, qui diuidit per mediũ materiam diuiſibilem, ut eleganter probat Pet. de Aneh. cõſil. 206. incip. inter contraria & uaria conſilia. ¶ Tertiò no. quod lex habens duos intellectus, non poteſt allegari eius deciſionem eſſe tanquam legem, ſecundum Bald. in l. in ambiguo. ff. de reb. du. Sentit gloſſ. ſi. in prin. in c. j. de conſt. in 6. ¶ Quartò no. quòd ubi gloſſ. uel alius refert plures opi. præſumitur in dubio approbare ultimã, ſecundum gloſſ. in l. qui filium. ff. ad Treb. & Ludo. in conſil. 81. incip. quæro a te. & Hoſt. & Io. And. in c. 1. de ſent. excom. in 6. & Lud. in l. 3. §. Neratius. ff. de acqui. poſſeſ. & Imo. in c. ſi. de præſcrip. & Bal. in c. j. an apud iud. uel domi. & facit text. in c. capellanus. in uerſic. poſterior ſententia, defer.

56 ¶ Quintò no. quòd † iudex, qui imitatur opinionem magiſtri ſui, excuſatur in ſyndicatu, [b] ſecundum Oldra. in l. j. in §. quæſitum. ff. de fund. inſtru. & domi. Abb. in c. 1. infra, de poſtu. prælat. & Angel. in l. terminato. C. de fruc. & lit. expen. quia tenetur diſcipulus defendere opinionem magiſtri, ſecundum Ioan. And. in c. omne. j. de ma. & obed. Intellige, niſi ueritati repugnet, iuxta illam Philoſophi j. Ethico. ſententiã, Amicus Socrates, amicus Plato: magis amica ueritas. ¶ Sextò not. quòd ſententia contra communem opi. Doc. non eſt ipſo iure nulla, ſicut lata contra legem, ſecundum Ang. poſt Imo. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de uer. obl. ¶ Decimò fallit regula huius de-

57 cretalis in † arbitro, qui poteſt iudicare ſuo ſenſu, ſecundum Ioan. And. hic: & ſenſit glo. ſi. hic, & allegat l. qualem. ff. de arbi. ¶ Hoc limitant primò, niſi in ſententia exprimeret errorẽ iuris, per id, quod habetur in l. apud Celſum. §. item quæritur. ff. de do. except. ſecundum Imol. hic: pro quo uide dom. Ant. in c. Quintaualle. j. de iureiur. & glo. in uer. iniquam. in l. diem proferre. §. ſtare. ff. de arbit. & in l. iij. in §. commiſſæ. ff. eo. ¶ Secundò limitatur, niſi expreſſè dictum fuiſſet in compromiſſo, quòd iudicaret de iure, ſecundum Bart. ſolenniter in d. §. ſtari. De quo dicetur in c. cum dilecta. infrà, de reſcript. ¶ Tertiò limitatur, niſi ſit arbiter iuris, qui debet pronunciare ſecundum iura: ex quo poteſt appellari ab eius ſententia, ut per Pet. de Aneh. in c. ab arbitris. de offi. deleg. in 6. & Bar. in l. ſi. C. de iudi. & Bal. in l. quid ergo. §. ex compromiſſo. ff. de iuſa. & in l. imperator. ff. de tranſact. & in l. ſi dictum. §. ſi compromiſſo. ff. de euic. cum concord. Et de hac fallentia uide etiam per Bal. in c. ex literis. j. eo. & in l. ſi irruptione. ff. ſi. regun. a & Imo. in c. paſtoralis. in prinic. infra de reſcr. Et per has fallentias concluſa ſunt noſtro ordine omnia neceſſaria dicta Doc. in hac decretali, quæ citius fuiſſent expedita, ſi ordinatè ſcriberem. Sed tarditatem nemo opponat labori ex urbanitate, non ex debito, aſſumpto.

[b] In ſyndicatu] Adde domi. Soci. conſil. 34. incipi. In præſenti conſultatione. uerſ. pro qua allegat. ibi, nã dicebas in prima parte.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutio reſpicit futura, non præterita.*
2 *Statutum an ualeat, quod unus puniatur pro alio.*
3 *Retractatio actus an ſit pœna.*
4 *Ignorãtia iuris procedens ex lata culpa nõ excuſat delinquentẽ.*
5 *Libellus an debeat exprimere dolum in maleficijs.*
6 *Prohibens factum damnatum in iure, & addens pœnam, non ligat probabiliter ignorantem reſpectu pœnæ.*
7 *Lex à quo tempore ligare incipit? cum ſex limitationibus.*
8 *Scientia conſtitutionis an præſumatur poſt lapſum duorũ menſiũ.*
9 *Libellandi practica contra uolentes eſſe hæredes, uel non.*
10 *Poſt duos menſes an admittatur ignorantia promulgationis conſtitutionis.*
11 *Ignorantia an probetur per iuramentum. Et ponit pro regula, quod ſic: fallit in ſeptem caſibus, ut num. 12. 13. 14. 15. 16. 17.*
18 *Iuramento alicuius non ſtatur de conſiſtentibus in animo, quando eſt præſumptio contra eum. 19.*
20 *Caſus, in quo poſt iuramentum admittitur probatio.*
21 *Bannum ut liget, opus eſt, ut proclametur per totam ciuitatem.*
22 *Incipiens bladum extrahere extra prouinciam, ſi interim fiat ſtatutum, ne bladum extrahatur, non comprehendit ipſum, quia iam incepit extrahere.*

CAPITVLVM II.

1 COGNOSCENTES. ¶ Conſtitutio † reſpicit futura, non præterita. H. D. Et materia ſummarij expedietur in c. ſi. j. eo. ¶ In gloſ. prima in ſi. Declara hanc gloſſ. prout no. glo. in c. antiqua. infra de priui. & Bal. in aut. C. res inter alios acta. & gloſ. & Archidiac. in c. renouantes. 22. diſtinctio. & beatus Tho. in ſecunda ſecundæ, quæſt. 108. artic. ult. & Archidia. in §. ſi ergo. 27. quæſtio. prima. Et mens glo. eſt, quòd ſine culpa & cauſa non eſt quis puniendus, ut hic, & in regula, ſine culpa. de reg. iur. in 6. Sed ſi ceſſat culpa duntaxat, poteſt imponi pœna ratione cauſæ ſubſiſtentis: & intellige cauſæ ſcilicet legitimæ: nam ſi non eſt legitima, non dicitur cauſa, ſed occaſio, cap. nouit. infra de iudic. c. ſolitæ. de maio. & obedi. Et hinc eſt, quòd propter publicam utilitatẽ poteſt quis priuari re ſua, l. item ſi uerberatum. ff. de rei uend. & dicetur in c. quæ in eccleſiarum. infrà, eodem. Et de multiplici culpa uide Lud. Rom. conſi.

conſil.466.in ci.qun ad primum.& gloſſ.in §. præterea. In-
ſti.qui.mo.re contrahi.nb.& Bald. in l. pig. C. de pig. act.
2 ¶ Et iſta faciuns ad q. ampliabilem, utrum † ualeat ſtatu-
tum, quòd unus puniatur pro alio: de qun per Bald. in rub.
C.res inter alins acta. & in l.4.C.de conſti.pec. & in l.1.C.
ne fil pro pa.& in l.dotis tuæ. C.de iur. do. & in l. ſi qua.ff.
de his, qui ſunt ſui, uel alieni iur.& in l.de quibus.ff.de le-
gi & in l.1.ff.ſi ex nox.cauſa ag. & in c. ex reſcripto. de iu-
reiur.& in rub.C.de exerci. & in l. ſancimus.C. de pœn. &
in l.obſeruare.§. proficiſci.ff.de off. procõſ. & in l. ſi quia
in tauiam.C.unde ui.& in l.ſi filius.C. de bo. proſcti. & in
l.ſi.§.1.C.de te indic.& in authen.ſi captiui. C. de epiſc. &
cle.per Bal. Ang. & Imo.in l.lege Cornelia.ff.de uul.& pup.
& per Ang.& Sal.in l.ſancimus. ſuperiùs allegata, per Ang.
conſil.62.incip. Nobilis miles dominus Raymundus . per
Bartol.in l.cum filius.§.in hac.ff. de uerbo. oblig. & in di-
ſputa.incip.Peruſinæ ciuitatis.per Bald. in authen. & om-
nino.C.ne fil.pro pa. per Alb.in 1.parte ſtatutorum, quæ-
ſtio.57. per Ioan.de Ana. in c.2. ubi pleniſſimè, infrà, de
delic.puero.per Ioan.de Platea. in rub.C. de decu.libro 10.
per Lud.Roma.plenè in l.filius familiàs.ff.ſol.mat. Et ma-
gis communis opinio eſt, quòd ualeat ſtatutum ex cau-
ſa, quòd unus puniatur pro alio, dum modò non corpora-
liter.Et de hoc ultimo eſt gloſſ.reputata ſingularis, in c. ne-
mo.in uerſic.ſupplicium.23.quæſtio.5. de qua meminit e-
tiam Ioan.And.in addi. Specul in tit.de fideiuſ.§.1.in uer-
ſic.quæ autem ſit differentia.& latè Salyc. poſt Cy. in l. ad
Commentarienſem.C.de cuſt.reo.& Pet.de Ancha. & Imo.
in rub.infrà, de fideiuſ.& Lud. Rom. conſil.15. Et ſeipſam
limitat illa gloſſ. niſi eſſet conſuetudo, quòd quis pro alio
puniretur pœna corporali; quod not.ſecundum Roma. ſin-
gulari conſilio 30. incip. tu ſcis. & Pet. de Ancha. in dicta
rub.& Bald.in d. conſil. incip. In nomine Domini; uide-
tur, quòd uigore dicti arbitri, &c. ¶ Sed circa hoc dictum
ſoleo ſubſiſtere; quia aut conſuetudo eſt irrationabilis, &
non debet ualere, c.ſi.infrà de conſuetu. Aut eſt rationabi-
lis, & pariformiter deberet ualere ſtatutum. Conſequens
eſt falſum, ut in locis præallegatis; ergo & antecedens:
¶ In gloſſ. in uerſic. diſpendijs. Not. ſingulariter, ſecun-
dum domi. Abb.in eo, quòd ponit tanquam diuerſa, retra-
3 ctationem actus, & damnum, quaſi † retractatio actus non
ſit pœna. Et ultra alios pro hoc uide text. in c.ſi quis pre-
sbyterorum.de re.eccleſ. non alie. & in l. eius, qui delato-
rem. ff.de iur.fiſ.& in c.penult. de poſtu. præla. & not. do-
mi.Abb.in procemio Decretalium, in uerſic. Gregorius. &
Ioannes And.in c.ſi.de elect.in 6.& in regula, odia. de reg.
iur.in 6.& Bald.in l.nemo.C.de ſacroſanc. eccle. & domi.
Card.& Ioan.de Ana.in c.ex inſinuatione.de ſymo.& Imo.
in l.ſi uerò.§.de uiro.ff.ſol. mat. et Pet. de Anchar. & Do-
mi.in c.ſi.de elec.in 6. ¶ In contrarium, quòd ſit pœna,
uidetur text.in c.ſi religioſus.de elect.in 6.& in l. ſenatus.
ff. de contrahen.empt.& in c.diſpendia. iuncto prin c. cum
ſi.de reſcrip.in 6.& in c.cùm ſecundum.de præb. in uerſic.
iniuriam.& in c.bonæ.el ſecundo de elect.in cap.decreuer.
89.diſtin & in c.ſtatutis.2.quæſtio.1.& in c.petiſtis.infra,
de priuil.et in l.ſi.C.de fide inſtrum.& in c.ſuper literis.in-
frà, tit.proxi.& in l.turpia.ff.de leg.1.& ibi Bald.& Imol.&
gloſſ.uulg.in c.decet.in uerſic.proceſſus.de immu. eccl. in
6.& domi.Abb.in c.ſin.de fer.& Ioan. And. in dicto c. di-
ſpendia. Sentit Bartol.in l.ſanctio.ff.de pœ. Pro quo con-
cor.uide Bald.in l.non dubium.C.de legi. Cum quo tran-
ſit Pet.de Anch.ſupra c.proxi. in repe. in uerſic. iuxta præ-
dicta quæro. & domi. Abba. hic aliter etiam diſtinguit
Imol. in c.ſin.infrà, de pac.& Roma.in l.prætor.in princ.ff.
de ope.no.nun.Sed tranſeo cum Innocen. quem ad hoc ne
mo allegat, in c.ſi uerè.circa medium, infrà, de ſenten. ex-
com. ubi dicit, quòd irritatio contractus non eſt naturalis
pœna contrahentium contra legem, uel mandatum ſupe-
rioris. Naturalis autem pœna eſt, ubi ponitur pœna corpo-
ralis, uel pecuniaria, uel prout iudici uidebitur, ubi pœna
non eſt ſtatuta, ſecundum eum: de qua etiam per Domi. in
d.c.nemo deinceps.de elect.in 6. & Bald.in c. 1. de reſc. &
do.Car.in cle.1.1.quæſt.de reg.& Pau.in procemio Cle. in
uerſic.de cætero.& gloſſ.antepenult. iuncto text. in c. 1. de
poſtu. præla. in 6. ¶ In gloſſ. ſin. Pertranſeunt hic Doct.
gloſſ. per quatuor quæſtiones. Prima eſt, utrùm lex, uel
ſtatutum afficiat uerè ignorantes. Secunda, utrùm lex in-
cipiat ligare poſt duos menſes à tempore publicationis ip-
ſius. Tertia, utrùm ſcientia legis præſumatur poſt lapſum
duorum menſium. Quarta, utrùm poſt dictum tempus
admittatur probatio in contrarium. Et expedio dicta Do-
ctorum per concluſiones cum additionibus. ¶ Circa pri-
4 mam faciam tres concluſiones. Prima eſt, quòd † ignoran-
tia iuris procedens ex lata culpa non excuſat delinquen-
tem, & æquiparatur dolo, per l. magna negligentia.ff. de
uerbo.ſignifi.& l.quod Nerua.ff.depoſ. & plenè per Barto.
ibi, & in l.1.ff.ſi quis teſt. liber eſſe iuſ. ſue. Et dicitur lata
culpa: putà, quia homines loci communiter ſciebant, l. la-
tè.ff.de uerb.ſignifi. ¶ Fallit primò, ubi lex requirit dolum
expreſſè, uel tacitè: quia tunc ſolum pro modo culpæ eſt
puniendus, non ut dolus, ſecundum Bartol.in dict.l. quod
Nerua.& domi. Abb.hic, per c.ſi quis ſuadente.17.quæſt.4.
iuncto cap.ſi uerò.el ſecundo de ſenten. excom. ubi percu-
tiens clericum ignoranter, non incurrit pœnam dicti cano-
nis. Et dicitur requirere dolum expreſſè, quando uerba ſta-
tuti hoc important: tacitè uerò, quando ponit actum, qui
ſit in perſonam alterius: ut ſi ſtatutum dicit, quòd qui per-
cuſſerit, aliquem puniatur tali pœna: nam iniuria non po-
teſt eſſe ſine dolo, 15.quæſt. 1.c.1. Et uide Angel.in l.ſi quis
id, quod.§.doli.ff.de iuriſd.om. iu. ubi dicit per illum text.
quòd ubi dolus requiritur, ignorantia iuris excuſat à dolo.
¶ Fallit ſecundò in caſibus, in quibus lata culpa non æqui
paratur dolo, de quibus per Bartol.in dictis locis, & domi.
Abb.in d.c.2.de depoſ.& Lud. in l. in actionibus. ff. de in
lit.iur.& Bald.in l.data opera.C. qui accuſ. & in l. quicun-
que.C. de ſer.fug.& in l. cunctos.C. de ſum. tri. & Angel.
ſolenniter in l.1.ſi quis teſt.lib.& Pau.de Caſt.conſil.93.&
Bald.in l.pignus.C. de pig. actio. & Bald. & Pau. de Caſt.
in propoſito, in l.1.ff.de legi.& Bald.in l.2.ff.ne quis eum,
cum concor. In quibus dicitur, quòd ubi requiritur expreſ
ſè dolus, non ſufficit probare latam culpam. Idem, ubi agi-
tur de pœna corporali. Contra quod ultimum Angel. excla
mat in dicta l.1.& in dicto §.in actionibus. per text. in l.mi
lites.C.de cuſt.reo.& in l.quid ergo.§.abortionis.ff.de pœ.
Sed ex uerbis Old. conſil.92.inci.rex habebat caſtrum. ui-
detur, quòd dicta iura ponant caſum ſpecialem. ¶ Ex ad-
5 de, quòd † non oportet, quòd libellus in maleficijs expri-
mat dolum, ubi actus de ſui natura ſemper malus eſt, ſe-
cundum Ang.in l.ſi uacantia.C.de bo.ua.lib.10. per l.1. C.
de ſica.& Bald.in l.nec exemplum.C. de ſal. & facit, quod
ipſe not.in authen habita.C. ne fil.pro pa. & de his dixi a-
liàs plenius in c. lator. infrà de homi. ¶ Secunda conclu-
ſio. Ignorantia iuris procedens ex culpa leui, uel leuiſſima,
excuſat à pœna criminali, & obligat ſolùm ad reſartionem
damni, ſecundum Cy.in l.data.C.qui accuſ.per l qui ædes.
ff.de incen.rui.nau. Niſi eſſet factus exceſſus, qui non poſ
ſet puniri per reſartionem damni: quia tunc etiam crimi-
naliter puniri poterit, ne ſit impunitus, ſecundum domi.
Abb.hic ita intelligentem text.gloſſ.& Bart.in l.reſpicien-
dum.ff.de pœnis.ut hic per eum: cui adde not. in locis ſu-
prà.alleg.& Angel.in l.1, qui cum telo.C. de ſica. & Inno-
cen.in c.ſicut dignum.de homi.& Bartol.in l.2.ff. de offic.
præfec.urb.& Pet.de Ancha.conſilio 453. inci. pro deciſio-
ne quæſiti.& Saly.in l.quæ fortuitis.C.de pig.actio.& in l.
data opera C.de accuſ.& Pet.de Ancb.in cle.1.de homic.&
in Bal.l.ex morte.C.ad l. Aquil ¶ Tertia concluſio. Statutũ
6 † prohibens factum damnatum à iure, & addens pœnam,
non ligat probabiliter ignorantem reſpectu pœnæ, ſecun-
dum Domi.poſt Ioan, And.plenè in c.2.de conſti.in ſexto:
quia habens animum delinquendi non debet puniri ul-
tra menſuras intentatas, per capit. ſi uerò. el ſecundo de
ſenten. excom. Non obſt. quòd dans operam rei illicitæ
punitur de caſu ſubſecuto, & ſit ultra intentionem: quia
uerum eſt, ubi ſufficit culpa, putà pro irregularitate. cap.
lator. de homi. ſecus, ubi requiritur dolus, ſecundum ip-
ſum: uel ſecus, ubi agitur de alia pœna, quàm irregularita-
tis. Patet ex text.in l. ſi quis ingenuam. §. in ciuilibus.ff.
de capti.& in l.uerum.la 2. & in l.qui iniuriæ. in princ.ff.
de fur. Item, quia ratione pœnæ eſt contemptus ſuperioris,
in quo iſta non eſt, & uoluntas & propoſitum diſtinguunt
maleficia, c. cùm uoluntate. de ſen. excom. Item uidetur
caſus in d. cap. 2. ubi non ponitur ſpeciale in excommu-
nicatione,

nicatione, ſecundum ipſum poſt dom. Anton. ibi. Idem Io. And. in Specul. de conſti. verſic. quid ſi eſt extraneus. & verſic. ſeq. Et facit quæſtio diſputata per Ioan. And. in regula, cùm quis. in Mercu. de committente adulterium ignoranter. ¶ Contrarium tenet Cyn. & Bart. in l. 1. C. de ſum. tri. per l. vulgate. §. ſi quis æs. ff. de fur. & per l. ſcientiam. §. qui cùm aliter. ff. ad l. Aqui. Idem tenet Pet. de Anch. in c. 1. in 12. q. ſuprà eo. & gloſſ. mag. & domi. Anto. & domi. Marianus in c. à nobis. el 3. de ſen. excom. & Pet. de Anch. in d. c. 2. de cõſti. in 6. reſpondens ad illum tex. quòd loquitur in materia ſpeciali, in qua requiritur contemptus: & ignorans non cõtemnit, l. ſi ignorans. ff. loca. Et idem Bartol. in l. 1. ff. de ſica. Imol. hic poſt Io. de Ligna. reſpondens ad iura proximè allegata, dicit, quòd prima opinio procedit, ubi pœna imponitur ipſo iure: quia non ligatur probabiliter ignorans. a Secus, ubi eſt imponenda per iudicem: quia tunc iuſtè poteſt illam imponere contra ueteniatorem facti damnatum. Et de hoc dicto meminit etiam Imo. in c. ſi. ſ. eo. Sed do. Ant. hic dicit, quòd non punitur pœna ſtatuti, ſed aliter ratione culpæ, per not. per gloſſ. & Bartol. in d. l. 1. ff. de leg. Sed domi. Abb. in d. c. à nobis. dicit, quòd ſecunda opinio eſt uerior de iuris rigore, cùm in facto damnato non ſit probabilis ignorantia, ſed de æquitate prima opinio procederet, ſecundum eum. ¶ Pro prima opi. adduci poteſt primò tex. in c. ſi quis cum matre. & in c. ſi quis cum duabus. & in c. quidam fornicatus. 33. quæſt. uit. ubi dans operam facto damnato, & ignorans qualitatem, per quam deberet magis puniri, excuſatur à pœna illius qualitatis. ¶ Secundò facit text. in c. nullus. 50. diſtinct. & in c. quoniam. 47. diſtin. cum cõcor. quas dicam in c. ſi. infrà eod. ubi conſtitutio, quæ aliàs extenditur ad præterita, putà declaratoria, non extenditur reſpectu pœnæ: quod non eſt ex alia ratione, niſi ut ignorãs non ſubijciatur pœnæ. ¶ Tertiò pro hoc facit, quia dum reus incurrit in pœnam, uidetur concurrere quædam ratio naturalis ad pœnã, ut probat tex. in l. imperatores. ff. de iur. fiſ. ibi, te huic pœnæ ſubdidiſti. Not. Inn. in c. in noſtra. qua ſi in ſi. de iniur. & Bartol. in l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iur. & do. Car. in cle. paſtoralis. in prin. in 7. q. de re iud. cum concor. Ignorans autem non conſentit, c. cùm olim. de re iud. Et in obligatis requiritur conſenſus, ſaltem interpretatiuè, l. 1. ff. de pac. cum ſi. Ergo hic non poteſt cadere præſumptio alicuius conſenſus. Et per conſequens, nec pœna. ¶ Quartò facit, quia conſtitutio noua non ligat ignorantes, ut hic: ſed iſta reſpectu pœnæ eſt noua. Ergo, &c. Et quòd ſit noua, probatur ex uerbis Domi. in c. in iſtis. §. leges. & Bat. in l. ſi. C. de proxi. ſacro ſcr. lib. 12. & facit l. iuriſ gentium. §. adeo. ff. de pac. & l. edita. C. de eden. ¶ Quintò facit l. cum, qui. §. pen. ff. de iniur. Ex quibus hanc partem aliàs arguendo ſuſtinui. ¶ Circa ſecundum, utrum † lex incipiat ligare b poſt duos menſes à tempore publicationis ipſius, ex dictis omnium pone concluſionem cum fallentijs, concludendo, quòd ſic: per tex. in authen. ut factæ nouæ conſtitutiones. ubi in gloſſ. Et erit iſtud tempus à die publicationis factæ in prouincia, ſecundum dom. Abb. hic, licet Ioan. And. in data Sexti diſtinguat inter iura Papæ & imperatoris: & non bene, ſecundum ipſum: tum, quia ius ciuile de hoc loquens non reperitur immutatum à iure Canonico. Ergo illi ſtandum eſt, per c. 1. de ope. no. nun. tum etiam per text. in c. 1. de poſtu. præla. & in c. quod dicitis. 16. diſt. ubi dicitur de prouincia. Et idem Imo. hic, niſi conſuetudo eſſet, quòd ſolũ publicarẽtur ĩ curia: quia illi ſtaretur, per c. cũ dilectus. de cõſue. ſecundũ eũ: & uide, quod no. do. Car. in cle. dudũ. §. uns etenim. in 5. q. de ſepul. ¶ Limita primò ut non procedat concluſio in ſtatutis particularibus: quia ſtatim poſt publicationem ligant præſentes. Sed de abſentibus eſt arbitrium, quando præſumantur ſciuiſſe de publicatione. Nec certa doctrina dari poteſt, ſecundum Hoſt. in procemio Summæ. §. conſtitutio. in uer. quid de conſtitutionibus. & tangit Io. And. ſuper gl. ſi. lib. 6. in Nouel. & Bart. in l. omnes populi. in 6. q. ff. de iuſti. & iur. & Bal. in l. leges ſacratiſſimæ. C. de legi. & Fed. conſi. 241. & Pet. de Anch. in repe. c. prece. uer. quæro etiam, an ſicut in legibus. & Oldr. in conſi. 219. & Domi. in c. quod dicitis. 16. diſt. De conſtitutionibus autem concilij prouincialis dic, ut hic per do. Ab. ¶ Secundò limita, niſi quis ſciret conſtitutionem ante lapſum duorum menſium, ſecundum gl. in c. 1. in uer. hactenus. de re. ecc. non alie. in 6. & Bar. in l. omnes populi. in 7. q. de iuſt. & iur. & Hoſt. in ſumma huius tit. in §. quoniã, & Io. de Lig. do. Card. Imo. & do. Abb. hic, & Domi. in d. c. quod dicitis. & in c. propoſuiſti. 82. diſt. & ſentit Bald. hic, licet dom. Anto. non ſimet. Et pro ipſo facit, quia dicta authen. utitur uerbis ſonantibus, quòd lex nõ liget priùs: ſed iſtud non tollitur dupliciter. Primò per regulã, cùm quid. de re. iur. in 6. & per c. cùm contingat. de off. dele. ubi fruſtra expectatur euẽtus, cuius nullus expectatur effectus, & per tex. qui fortiter facit, ſecundũ Imo. hic in c. 1. uer. nec ſi forte. de conceſ. præben. in 6. Et licet ſit allegatio partis, tamẽ ex quo non reprobatur, uidetur per cõſequẽs a Papa approbari. Et pro hac limitatione facit, quod no. Bar. in l. contra. ff. de legi. & in l. quæro. ff. de acti. emp. & Bald. in l. ij. C. de peri. & com. rei uen. & Lud. in ſing. 286. inci. numquid n. 2. ubi dñt, q̃ q̃ ſciebat ordinatũ eſſe in conſi. de minori pretio tritici, & ante publicationẽ talis ſtatuti uendidit pro pretio ſolito, tenetur emptori ad intereſſe. ¶ Tertiò limita, niſi ſit cõſtitutio priuilegiatiua: quia non operatur effectum antequàm innoteſcat priuilegiato, ſecundum Barto. in d. l. omnes populi. & dom. Abb. & Imo. hic, per d. c. 1. uerſic. quia in priuilegijs. de conceſ. præben. lib. 6. Et optimè facit tex. in l. qui abſenti. ff. de acqui. poſſ. & quod no. glo. in c. quanto. 2. q. 1. Idem no. do. Card. poſt multa in procemio Cle. §. uniuerſitati. in v. q. & Bar. in l. ſi. ff. de conſt. prin. & Domi. in c. ignorantia. 38. diſt. Et per hoc, quòd priuilegium nõ dicatur acquiſitum ante notitiam eius, uide, quod dicit Bal. in rub. C. qui admit. uerſi. uel dic, quòd iſtud decretum. & Petr. de Anch. conſi. 391. incip. præmitto. & Domi. in d. ca. 1. & Lud. Rom. in l. qui abſenti. præallegata, & Bal. in l. fin. ff. de conſtit. princip. & in l. falſus. C. de fur. vbi dicit, quòd operantur hoc, quòd reuocari non poteſt, per l. qui fundos. C. de omni agro deſer. lib. x. quàm allegat Bal. in l. qui ſe patris. C. unde liber. & bene facit c. ſi tibi. de præben. in 6. & uide Bald. in l. leges generales. uer. tertium, ſi iubetur. C. de legi. ubi dicit, quòd ſtatutum priuilegiatiuum non indiget publicatione: quia ceſſat cauſa, propter quam eſt neceſſaria publicatio, ſcilicet generalis obſeruantiæ: ex quo uiderentur prædicta procedere ſolùm reſpectu notificationis ipſius priuilegiati. Sed tamen putarem conſiderandum, utrum natura ſtatuti ſit talis, quòd indigeat obſeruantia aliorum, ut ſi fieret ſtatutum, quòd quilibet de tali domo habeat certũ reditum a pluribus exigendum: quia ſaltem, quo ad illos, obſeruantia eſt generalis. ¶ Pro iſta limitatione adduci poteſt elegans deciſio Io. Mo. in c. generali. de elec. in 6. in addition. ubi dicit, quòd ſi Papa tranſtulit epiſcopum abſentem, & abſoluit eum a uinculo priori, ut eſt moris, c. 2. §. ſicut ergo. de tranſla. epiſc. c. bonæ. 2. in ſi. de tranſla. præla. tamen non uacat prior cathedralis eccleſiæ: quia abſolutio non eſt pura, ſed conditionalis, l. ſi cõſenſerit. & probat per multa iura, & ſic dicit in curia declaratum, niſi conſtet Papam aliud uoluiſſe: & hoc dictum refert & ſequitur Io. And. latè in regula, quod ob gratiam. in Merc. & plenè Lu. Ro. conſi. 345. Ad idem, quod no. Pau. de Caſt. in conſi. 81. incip. In cauſa præſenti. ubi tenens indiſtinctè, quòd priuilegium non quæratur abſenti, conſuluit, quòd mulier poteſt repudiare donationem ſibi factam nondum acceptatã, omiſſa ſolennitate ſtatuti loquentis de alienationibus mulierum: quia loquitur, ubi ius eſt quæſitum in re, quod nõ eſt hic, per d. c. ſi tibi. in uer. ut tonm. Non obſt. l. magis puta. §. fundum. ff. de reb. eo. quia loquitur in legato, quod acquiritur ignoranti, licet reuocabiliter, cum dependeat a uoluntate

a Ignorans] Ad. de Spec. in tit. de conſtit. uerſi. uenit uerò econtrà. & Bald. in Margar. in uerb. conſtitutio. uerſi. 1. & Alex. in l. omnes populi. de iuſti. & iur. quòd conſtitutio non ligat ignorantes, qui ignorantiam probant dilucidè: ſed ignorantes ſupinè, ligat, ſicut ſcientes, ut quia ſit generalis ubique: Paul. de Caſt. cõſ. 145. quia generalis conſtitutio non iuſtè ignoratur, ut ibi.

b Ligare] A quo tempore autem ligat conſtitutio, uide omnino do. Alex. de Imo. in l. omnes populi. 8. q. de iuſtit. & iur. & adde Specu. in tit. de conſt. & ibi, & an forenſes, & an delinquentes, uel contrahentes. ibidẽ in uerſ. & not. quòd conſtitutio. & adde Pau. de Caſt. conſil. 145.

luntate iuris tantùm. Ad idem, quod no. Bar. in l. Labeo.
propter gl. paruam. ff. de tutelu. ubi dicit, quòd dilatio ſta-
tuti abſenti non currit, niſi fuerit ſibi notificata. Bo. tex. &
ibi Bal. in l. ij. ibi, ad notitiã eius perducẽdo. C. ubi in rẽ act.
no. gl. pe. in clem. appellãti. de app. & Bald. in l. j. in fi. C. de
temp. app. & in l. ſi ea. C. qui accuſ. & in l. eos. §. Apoſtolos.
C. de app. & in l. j. C. de ſen. ex breuic. reci. & in l. j. ff. ſi quis
cau. Ad idem ſolennis diſputatio Iac. de Bel. in diſputatio-
ne, Peruſini elegerunt. quam poſuit in authent. de col. §.
& hac lege prohibemus. & quod no. Cal. in tit. de offi. de-
lega. conſil. 5. ubi dicit, quòd ualent geſta per legatum, an-
te quàm ſciat reuocationem. Facit, quod no. Domi. in cap.
ignorantia. 38. diſt. & Bartol. in l. ex ea. ff. de mili. teſt. Et
ideo diſputant plenè Domini. de Ro. deciſ. 457. in nouis,
utrum teneant geſta per executorem Apoſtolicum, qui &
nondum ſciebat ſe reuocatum, & erat ? de quo per Innoc.
in cap. fi. de præſump. & Io. An. in regula, eum qui. de re.
gu. iur. in Mercu. & d. Card. in cle. 2. in pen. quæſt. ut lit.
penden. & Bart. in leg. multum. ff. de condi. & demon. &
Bald. & Roma. in l. ſed & ſi de ſua. ff. de acqui. poſ. Et iſta
inducuntur contra Bar. in l. fi. C. de ſen. paſ. ubi dicit, quòd
reſtitutio deportati acquiritur abſenti & ignoranti, ſicut de
libertate ex teſtamento relicta dicitur in l. eius, qui in pro-
uincia. ff. ſi cer. pe. Cui reſponderi poteſt, quòd ſit ſpecia-
le in ultimis uoluntatibus. Sentit Bar. in d. l. fi. ff. de con
ſtitu. prin. & expreſsè Pau. de Caſtr. in d. conſi. & facit l.
cùm pater. §. ſurdo. ff. de leg. ij. Vel ſit ſpeciale fauore li-
berationis deportati ſicut eſt ſpeciale in libertate ſerui. Hãc
limitationem intellige ut requiratur certitudo in perſona
priuilegiata, ſed reſpectu eius cuius damnum tangit pri-
uilegium non requiritur notitia, ut probatur in d. c. j. uer.
nam ſi alicui. & uer. ſimiliter. de conceſ. præben. in 6. Eſt
uerum, quòd gloſſ. in procemio Cle. in uer. de cætero. intel
lexit illud procedere in priuilegio nõ inſerto in corpore iu-
ris per uiam conſtitutionis: nã quando hoc eſſet imitaretur
naturam conſtitutionis, & non priùs operaretur, quàm de
ſeipſo ſciretur. Sed tamen etiam in inſerto idem eſt reſpectu
eius, quem lædit, ſecundum Lud. Rom. conſi. 330. inci.
Omnipotentis, &c. circa primum. per l. pe. ubi hoc no. Bar.
in terminis, C. de decu. lib. 10. quem tex. dicit Lud. eſſe ſin
gularem, & ſe neſcire alibi, & mirari, quòd à nullo Cano-
niſtarum allegetur contra gloſſ. in d. procemio Cle.

¶ Quartò limita, niſi ſit conſtitutio habens clauſulas decre
ti, ſi ſecus actum fuerit, &c. quia ſtatim ligat, ſecũdum do.
Ant. & latiùs Imo. hic: quia prædicta clauſula ligat ignoran
tes, c. j. de cõceſ. præben. in 6. & c. ſi poſtquam. & c. ſi benefi
cia. de præben. eo. lib. 6. & in c. pe. in uer. licet ab ignoranti-
bus. eo. ti. & lib. & no. gl. in uer. attentari. in cl. j. de conceſ.
præben. & in c. eo tempore. in uerbo, ignoranter. per illum
tex. de elec. in 6. No. domi. Abb. poſt alios in c. cæterùm. j.
de reſcrip. Et hanc limitationem no. etiam Pau. in proœ.
Cle. & Lap. in cle. j. de elect. adducens no. per Arch. 19. diſt.
§. j. ſuper glo. j. cuius uerba potiùs faciunt in oppoſitum.
Nec obſt. quòd clauſ. decreti uideatur adijci per modum ac
ceſſorij: quia, ſecundum ipſum, trahit ad ſe principale, &
immutat eius naturam, ſicut in ſimili dicitur in c. debito-
res. j. de iureiu. Et pro hoc facit: quia decretũ principis fa
cit ignorantẽ haberi pro ſciẽte, quo ad retractationẽ actus,
ut in dictis iuribus. Modò ubicunq; præſupponitur ſcien
tia conſtitutionis, non eſt opus publicatione, ut dixi in ſe-
cunda limi. præcedentis art. Ergo dicta limitatio uidetur
uera. ¶ Contrarium firmat d. Car. in d. cle. 1. in 18. q. quia de
cretum appoſitũ ſub conditione ſuſpenditur in euentũ con
ditionis, cle. 1. de conceſ. præben. Sed cùm conſtitutio pro-
mulgatur, eſt ſub conditione, quo ad uim ligandi. ſ. ſi pu-
blicatur, & ſi lapſi fuerint duo menſes. Et iſta ratio multum
urget, ſecundum eum, reſpondentem ad iura, quæ dicunt
decretum ligare ignorãtes, quia ibi diſpoſitio ſemper tenuit
& nullã tacitã conditionẽ habuit: & ideo alias rationes fir
mat Ro. conſi. 130. uer. quo ad tertiũ, in quo quæritur. Et
poſito, quod prima opi. eſſet uera, quã tamen non affirmo, limi
ta, niſi conſtitutio eſſet pœnalis: quia decretũ reſpectu pœ-
næ nunquam afficit ignorantes, ſecundũ gl. 3. in cle. nolen
tes. de hære. & Io. And. in c. ubi qui. de reſcr. in 6. & ſentit.
Arch. 19. diſt. §. j. allegãdo bo. tex. in l. fi. ff. de decre. ab or. fa.
Et ſic habes duos caſus, in quibus decretũ non ligat igno-

rantes. ¶ Quintò limita, niſi conſtitutio ponat tempus, poſt
cuius lapſum uult ligare: quia ſtandum eſt tempori deter-
minato. Sic intellige c. cùm ſingula. de præben. in 6. adeo
quòd ſi conſtitutio dicat, quòd ex nunc uult ligare, imme
diatè ligat: intellige reſpectu nullitatis actus, non aũt pœ
pœnæ reſpectu: quia abſurdum eſſet ad pœnam ligare igno
rantes, ut hic: & no. glo. in d. cle. 2. in uerſic. ex nunc. Nam
uerba generalia debent reſtringi ad hoc, ut abſurdum non
includant, ſecundum do. Abb. & Imol. hic, qui ita dicunt
intelligendam eſſe. l. non dubium. C. de legi. & c. uides. 10.
diſt. cum concor. in quibus dicitur geſta contra legem eſſe
nulla. ¶ Et hic adde, quòd ubi conſtitutio emanat ſuper ma
teria, quæ non eſt ſemper in uſu, ſed contingit per interual-
la, non ſufficit talem legem eſſe ſemel ſtatutam & publica-
tam, ut populus non excuſetur ab ignorantia, ſed debet oc
currente caſu ad hominum memoriam reduci. Ita declarat
Pet. de Anch. in c. ubi periculum. in fi. de ele. in 6. per illum
tex. in fi. uerſi. & ne tam ſalubre. facit etiam gl. fi. in c. j. in
fra de locat. & ibi uide Imo. ¶ Sexto & ultimo limita, niſi
ſit conſtitutio quæ poſſit ex aliqua cauſa extendi ad præte-
rita, puta ſi eſſet declaratoria uel alterius naturæ compre-
hendentis præterita. ut in caſibus dicendis in c. fi. j. e. quia
ſi extenditur ad præterita, fruſtra expectabuntur duo men-
ſes, ſecundum omnes hic. Et idem dicas de conſtitutio-
ne extrauaganti redacta in corpore iuris: quia ſtatim ligat,
cùm ſemel habuerit tempus duorum menſium à tempore
publicationis ſuæ, ſecundum dom. Ant. & Imo. hic. Nun-
quid autem regulæ cancellariæ habeant uim legis genera-
lis poſt publicationem, & quid de deciſionibus Rotæ, tetti-
gi poſt domi. Card. in c. paſtoralis. de fi. inſtr. ¶ Circa ter-
8 tium, utrùm præſumatur † ſcientia conſtitutionis poſt la-
pſum duorum menſium, decide, ut colligitur ex prædictis.
Nam in conſtitutione inferioris tempus præſumptæ ſcien-
tiæ eſt arbitrarium ſecundum loci qualitatem: quia uici-
niores citiùs præſumuntur ſcire, c. quoſdam. & c. quanto.
infrà. de præſumption. In conſtitutione imperatoris præ-
ſumitur ſcientia poſt duos menſes à publicatione facta in
prouincia, d. authen. ut factæ nouæ conſtitutiones. Idem
dicas in conſtitutione Papæ reſpectu prouinciæ, in qua pu
blicatur. Si autem publicatur Romæ, dicit hic do. Abb. tem
pus fore arbitrarium, cùm durũ ſit extendere illam authen.
ad conſtitutionem Papæ Romæ publicatam, cùm habeat
aſtringere prouincias uniuerſ. Et ſic limitatur dictum do
mi. Ioan. And. præalle. ſecundum eum, cuius uerba indu-
cas ad extrauagantes & regulas cancellariæ, quæ publican
tur ſolùm Romæ. ¶ Et poſſent iſta non immeritò adduci
ad materiam citationum, quæ fiunt per edicta publicata,
de quibus dicit domi. Card. conſil. 154. inci. redempto-
ris, &c. in q. quæ uertitur inter And. quòd iſta citatio nun
quam eſt ualida regulariter, per clemen. 1. de iudi. etiamſi
eſſent multi, quorum intereſt: quia ſi tangit eos omnes ſin
gulariter, non dico uniuerſaliter, oportet eos nominatim
citare. Sed ubi uniuerſaliter tangit, bene ualet, per l. j. C. de
decur. Et ideo conſuluit ipſe, quòd edictum, per quod iu-
bentur uaſalli uenire ad inueſtituram accipiendam, intra
tempus ſub pœna priuationis, arctat eos, ex quo ſunt cer-
ti. Et idem conſuluit Card. in conſil. 26. incip. Abbas.
ſancti Benedicti. in ſecundo dubio: de quo nunquam ſis
oblitus, quia poteris infringere mille ſimilia edicta. Et ſic
concluditur, quòd ubi eſt aduerſarius certus, nunquam ſuf
ficit citatio per edicta. Ad quod uide diligenter Bald. in
authent. ſi omnes. C. ſi ſe ab hæred. abſt. & Bartol. in extra
ua. ad reprimendam. in uerſic. per edicta. Imo fortius di-
xit Domi. in cap. fin. de elec. in 6. quòd ubi contradictor
eſt incertus, ſi tamen de facili potuiſſet ſciri, non ualuit ci-
tatio generalis, ut ibi per ipſum. Pro quo optimè facit,
quod no. Bald. in l. ſi curatoris. C. de iure delib. ubi dicit,
quòd non ſufficit proclama generale, quòd qui uult eſ-
ſe hæres, compareat: ſed debent citari illi, quos proxi-
ma cauſa ſucceſſiuus tangit, per l. j. §. denunciari. ff. de
uen. inſpic. Simile no. idem Bald. in l. eam diuus. ff. de
adopt. & in l. obſeruare. §. proficiſci. ff. de off. proconſul.
9 Et ideo dicit eleganter Angel. in d. l. ſi curatoris. quòd †
ſingulariter eſt notanda forma, qua utuntur practici
aduocati. Non enim dirigunt libellum in genere con-
tra uolentem eſſe hæredem defuncti, ſed ſigillatim nomi-

nant proximos, ut eſt dictum: quos faciunt interrogari, an
uelint eſſe hæredes? Idem uo. Angel. in l. ſi quis inſtitua-
tur. ff. de hære. inſti. Vbi autem aduerſarius non eſt cer-
tus, ualent tales citationes, per tex. in cap. fin. ȷ̄. qui ma.
accuſ. poſ. & ibi per Inno. & omnes. per Bar. in l. fi. de iure
do. per Bal. in l. fi. C. de edic. diui Adri. tol. & in l. quinqua-
ginta. ff. de excuſ. tu. & in l. poſtquam. C. ſi contra ius, uel
uti. pub. per Imol. poſt Inn. in c. fi. de maio. & obe. & per do.
Abb. poſt do. Card. in c. uenerabilis. de iudi. per Innoc. in c.
Albericus. de teſtib. & in c. præterea. de app. per Bal. in l. ij.
C. de teſta. per Lud. conſi. cccex. incip. Omnipotentis, & c.
ut clarior reddatur. per Auge. in l. ſi diui. ff. ex quibus ca. in
poſ. eat. & in ſuo tractatu, De inuentario, poſito hodie poſt
eius lec. Autenticorum impreſſam. ¶ Et ubi eſt facta talis
citatio in certo termino, auditur comparens poſt terminũ,
donec iudex impoſuerit ſilentium illis, qui non compar-
uerunt in termino, ſecundum Inn. in d. c. fi. Et ſequitur
Bald. in l. diffamari. C. de ingenu. & ma. & Angel. facit
feſtum in l. j. C. ut nemo priua. inſerens, quòd audiretur
talis uolens probare. Hoc intellige, dum modò res ſit inte-
gra, d. c. fi. qui ma. ac. poſ. ¶ Item intellige, niſi eſſet ter-
minus legis: quia eo elapſo non auditur, ſecundum Inno.
in d. c. fi. per l. ſi ob commiſſa. C. de adul. Et ſequitur Bal.
in l. ſi pro ea. C. qui accuſ. & in d. l. diffamari. & in c. j.
in prin. quo tempore miles. de quo etiam per Aug. in l. ſi
inſulam. ff. de uerb. obl. & glo. in cle. ſæpe. in uer. non ob-
ſtante. de uerb. ſig. & Pau. de Caſ. conſi. 31. Et intellige præ-
dicta, dum modò edicta ponantur in tali
loco, quod per quemlibet legi poſſent[a], ſecũ
dum Pau. de Caſ. in l. ſi pupillus. §. præ-
ſcribere. ff. de iuſti. per illum tex. ¶ Et ad
materiã pondera dicta Archi. in §. hi. qua-
ſi in fi. 22. q. 5. in fi. ubi diſputat, an Saul
rex debuerit punire filium, qui comede-
rat ſtante publico edicto patris, ne quis
ederet, quod ipſe dicebat ſe non audiuiſ-
ſe. ¶ Circa quartum & ultimum, utrùm

a *Poſſent*] *Adde Bald. in l. manda tum. C. mand. 4. quæſt. per tex. fin. in l. iubemus. C. de defen. ci. & ui de etiam in l. etiam C. de execu. rei iu.*

10 † poſt duos menſes admittatur probatio ignorantiæ conſti
tutionis, non eſt dubium, quòd admittitur, per c. fi. qui
ma. accu. poſ. & l. fi. ff. de decre. ab ordi. faci. Sed ſtat dif-
ficultas, utrùm ſufficiat iuramentum? in quo ſunt multæ
uarietates, de quibus hic per Scribentes. Sed omittendo
11 eorum ordinem, eſt uidendum generaliter, utrùm ignoran
tia probetur per iuramentum? & in hoc
generaliter uidetur, quòd ſic,[b] ut per glo.
ord. in regula, præſumitur. de regu. iur.
in 6. & tex. cum ibi allegatis in d. c. fi. &
gloſſ. in c. propoſuiſti. 82. diſt. in uer. ap
probatur. & in c. ſtatutum. in uer. pri-
mum. de reſcrip. in 6. & in c. j. in uer.
ſcienter. de temp. ordi. eo. lib. & in c. qui
humanis 12. q. 2. Et per tex. in c. ſi uerò.
el 2. infrà de ſenten. excommu. & in c. pa-
ſtoralis. de excep. & in c. nulli. de elec. in
6. & in l. ſi tutor. C. de peri. tutu. & in
d. §. proſcribere. & in l. non omnis. §. à
barbaris. ff. de re mili. & per Archidi. in c. in primis. 2. q.
j. & per alios, de quibus ȷ̄. ¶ Fallit primò iſta regula, niſi
12 † ignorãtia, quæ allegatur, poſſet alio modo probari, quam
per iuramentum: quia tunc iuramentum non ſufficiet, ſe-
cundum domi. Card. in cle. j. in 8. q. de conſangui. & affi.
per no. in c. præſentium. de teſti. in 6. & ſubdit poſt Lau-
dinum, quòd ubi iuratur, præſumitur ignorantiam nõ fuiſ-
ſe affectatam: quia non præſumitur deierare, cap. literas.
ȷ̄. de præſump. Et hoc eo caſu, quo ſufficit iuramentum,
ſecundum eum. ¶ Fallit ſecundò, niſi lex præſumat ſcien-
13 tiam, & determinet ſuper tali ſcientia: quia † ad tollendã
hanc præſumptionem non ſufficit iuramentum, ſecun-
dum Paul. & Domi. in capitul. eodem. in uerbo, ſci-
enter. de temp. or. in 6. per tex. opti. in capitul. uidua. in-
frà de regula. & ibi habes exemplum. An autem aliquo mo
do admitteretur alia probatio contra hanc præſumptio-
nem iuris & de iure, dixi aliàs in capitul. quanto. infrà
de præſump. ¶ Fallit tertiò, ubi agitur de præiudicio al-
14 terius: quia † tunc ignorantia non probatur per iuramen-
tum, ſecundum Domi. poſt Pau. in d. c. cos. per tex. in c.

b *Quòd ſic*] *Ad de glo. in l. ſi cui. §. his de crimini-bus. de accu. et ad de, q. eſt uerũ, cũ agitur de his, quæ ſunt intrinſeca, ſe cundũ Lan. in cle. j. de conſan. & affi. & ſecundum Car. ibi q. 8.*

ex inſinuatis. de procura. Quod intellige primò uerùm,
quando iuramentum non iuuatur aliquibus præſum-
ptionibus, ſecundum eum. Allegat Pau. not. per ſe in cle. cõ
ſtitutionem. in gloſſ. magna, de electio. Secundo intellige
quando agitur de graui præiudicio, ſecus ſi de leui, ſe-
cundum dom. Abb. in cap. quoſdam. ad fi. ȷ̄. de præſump.
15 per d. cap. propoſuiſti. 82. diſtinct. ¶ Fallit † quarto, ubi
ſtatutum prohibeat allegare ignorantiã:
c [c] quia ualet, ſecundum Bar. in l. diuus.
in princ. ff. de ſal. & Bald. in l. j. ff. de ll.
& do. Abb. in c. ad falſariorum. in prin.
de cri. fal. facit tex. in d. c. uidua. & in
§. pen. in authent. in medio litis ſacras
iuſſiones non fieri. ibi, nec ignorantiam
in ea proponat. & in l. ſicut. in fin. C. de
præſcr. xxx. an. ibi, etiãſi legis ignoran
tiam excuſare tentauerit. Eſt uerſi, quòd
Bald. in l. j. uerſi. item dicta conſtitutio
C. de cadu. tol. & Sal. in l. ita nubis pu-
dor. C. de adul. & in l. ſcoarus. C. de his,
qui ſibi aſcribunt. & Ludo. in l. j. in §.
nunciatio. ff. de ope. no. nun. & in l. j.
§. occiſorum. ff. ad Silla. & Ant. in d. c.
ad falſariorum. uidentur intelligere tale ſtatutum de igno-
rantia ſupina: ſecus de iuſta. Sed iſta eſſet nimia reſtrictio
ad ſtatutum, quia nihil operaretur. Et ſicut lex aliquando
firmat pedem præſumendo ſcientiam, d. ca. uidua. cum ſi-
mil. præalle. idem uidetur poſſe dici ſtatutum ex cauſa iu
ſta. l. omnes populi. ff. de iuſt. & iu. niſi probaretur ignoran
tia illis modis, quibus aliquando admittitur probatio con
tra præſumptionem iuris & de iure, quos dixi in d. c. quan
16 to. ¶ Quintò † fallit, niſi agatur nedum de probanda igno-
rantia, ſed de probanda iuſtitia ignorantiæ: quia ad hoc
probandum non ſufficit iuramentum, ſecundum Bald. in
l. j. uer. item apparet. C. ad Macedo. per no. ibi, & in c. pa-
17 ſtoralis. ȷ̄. de excep. ¶ Sextò fallit, quando † allegatur igno
rantia eius, quod publicè notum fuit, & cuius non eſt ue-
riſimilis ignorantia, ut notant Do. de Rota deciſ. 442. inci.
extra Rotam petebatur conſilium. ubi ſequuntur opi. Bal.
conſulentis contra Petrum fratrem ſuum, quòd clericus,
qui non fuit abſens a diœceſi, non poteſt per iuramentum
probare ignorantiam edicti epiſcopalis publicè promulga-
ti: quia allegat turpitudinem ſuam, id eſt, dolum præſum-
ptum, id eſt, latam culpam. Vnde non debet audiri ad ex-
cuſationem delicti, cùm debuerit ſcire, eſto quòd re uera
fuiſſet ignorans, arg. l. quod te. ff. ſi cert. pet. Item iuramen-
tum non ualet, niſi deferatur ſibi a iudice, c. ſicut. de proba.
c. fi. de iureiur. Sed iudex non debet deferre iuramentum
in ſupplementum probationis ei, contra quem eſt uehe-
mens præſumptio ex facti qualitate ſiue notorietate, ut no.
in l. j. C. qui, & aduerſ. quos. Iura autem, quæ allegantur
in regula, loquuntur, quando ignorantia eſt ueriſimilis, ſe-
cundum ipſos poſt Bald. ¶ Pro hac opin. adduco, quòd
18 † in conſiſtentibus in animo alicuius, non ſtatur eius iu-
ramento, quando eſt præſumptio contra eum, ut dicit
Bartol. in l. inter omnes. §. rectè. ff. de fur. & Bald. in au-
thentic. cui relictum. C. de indi. uidui. cum concor. quas
aliàs dedi in c. ſignificaſti. el j. ȷ̄. de homi. Sed contra iſtum
præſumitur per iura prædicta, & probat ignorantiam ſolo
dicto. Ergo illi non ſtatur. Facit dictum notabile Bart. in
l. omnes. la ij. C. de agric. & cenſi. lib. 11. ubi dicit, quòd
receptans ignoranter illum, qui notoriè eſt bannitus, non
excuſatur ratione ſuæ ignorantiæ. Et ſic tollitur una ra-
tio dicti Petri contrarium tenentis, ut in dicta deciſione,
dum dicit, quòd licet præſumatur, non eſt præſumptio
iuris & de iure: quia licet admittatur probatio, non ta-
men per iuramentum, ut dictum eſt. ¶ Hanc opin. te-
net etiam dom. Card. in clemen. conſtitutionem. §. cæte-
rùm. in 7. quæſt. de elec. & Innoc. dom. Anton. & Imo.
hic, dicentes, quòd ignorantia legis debet probari diluci-
dè, & ſic non per iuramentum: quia non eſt probatio dilu-
cida, ſecundum glo. in l. fi. in princ. ff. quod met. cau. &
Archi. & Domi. in c. pia. ſuper uer. apertiſſimis. de excep.
in 6. & d. Abb. in c. cum dilectus. de ord. cog. & gl. in l. cũ
de indebito. ff. de proba. & in c. cupientes. §. quod ſi de uigintí.
in uer. facta fide. de elec. in 6. cũ concor. & adducit etiã do-
mi.

c *Ignorantiam.*] *Sed quid ſi ſtatutum dicat, quòd ignorantia nõ poſſit probari per iuramentum? Dic, quod omnino afficit ignorantes, Bal. in d. l. j. alle. in tex. in fi. ff. de leg. & do. Alex. in l. de pupillo. §. nunciationem. de ope. no. nunc.*

mi. Ant. hic c. j. uer. non facilè. j. de poſtul. præla. attento, quòd nihil ſit facilius, quàm probare per iuramentum. Et cum iſtis tranſeo, licet domi. Abb. dicat etiam arbitrarium.

19 ¶ Aduertendum, quòd † ubi quis nedum iuraret ſe ignoraſſe, ſed ultrà probaret plenè cauſam ignorantiæ: quia ſcilicet abſens. uel infans, uel carceratus, uel ſimile iuſtum impedimentum, poſſet tunc ignorantia probari iuramento probata plenè eius iuſtitia: & ſic fatetur Bald. in rationibus, quas adducit in dicto conſil. dicens, quòd iura loquentia de probanda ignorantia per iuramentum loquuntur, ubi ignorantia eſt ueriſimilis, ſed non explicat, an illud, quod facit eam ueriſimilem, poſſit probari iuramento? & uidetur, quòd non. per id, quod eſt dictum in præcedenti fallentia. Et quia tales actus iuſtificantes ignorantiam, non ſunt de conſiſtentibus in animo. Et cum iſtis uidetur concor. Cal. conſi. 4. in ti. de ſen. excom. & latè domi. Car. conſi. 56. Inci. Lite in Ro. curia pendente. & Domini. de Rom. deciſ. 263. inci. ſi propter negligentiam patroni. in formis. Et idem dicas, ſi conſtitutio non fuit promulgata: quia licet fuerit ſolenniter edita, non ligat, & probatur iurit ignorantia iuramento, ſecundum domi. Abb. latè conſil. 35. incip. Facti contingentia talis eſt: in ciuitate Senarum. Per cap. j. de poſtu. præla. & c. erit autem. 4. diſ. ubi, de eſſe legis eſt promulgatio & edictio. Et hoc no. Et iſtis adde beatum Thom. in Quodlibetis, Quodlibeto 29. ubi poſt multa uidetur dicere, quòd agens contra conſtitutionem Papæ, quam neſcit propter negligentiam, non excuſatur. Si uerò habet ſufficiens impedimentum, putà quia eſt in carcere, uel ultra mare, excuſatur. ¶ Fallit ſeptimò & ultimò, niſi † aduerſarius probaret cõtrariũ per legitimas probationes, quia tunc eliditur probatio ignorãtiæ facta per iuramẽtũ, ſecundũ Bar. in l. ſi cui. §. iiſdẽ. ff. de accuſ. & ibi habes exẽplũ. & no. glo. in uer. affectata. in c. cor. de tẽp. ordinat. in 6. quã alle. Io. de Imo. in l. qui. bona. §. qui damni. ff. de dam. infec. Bene facit, quod no. Angel. in l. qui reſtituere: ff. de rei uendi. & in l. qui uat. ff. de fur. & in authen. de exiben. reis. in princ. cum concor. quas aliàs dedi in c. propoſuiſti. j. de proba. ubi dicit, quòd de certa re ſtetur iuramento alicuius, tamen admittitur probans contrarium per legitimas probationes. ¶ Vlteriùs, in quantum dominus. Anton. hic refert Arch. in capitul. quod dicitur. 16. diſtinct. dicere quòd † ad hoc, ut bannum liget, oportet, quòd uadat per totam ciuitatem: adde Bald. qui ipſum ſequitur in capi. j. in titul. de mili. uaſa. qui conſu. eſt. & Domi. in d. c. quod dicitis. Sed intellige uerum, niſi bannum eſſet publicatum in locis eminentioribus ciuitatis: quia tunc ſufficit, a ſecundum do. Abb. & Imol. hic, per cap. 1. in uer. ſolenniter. de poſtu. præla. & per d. c. quod dicitis. ubi non eſt neceſſe ſingulorum auribus inculcare, ſecundum eos. Pro quibus facit gloſſ. in uer. publicè. in cle. 1. de ſepul. & in c. exceptionem. in uer. publicè. de excep. & tex. in l. ſed & ſi pupillus. §. proſcribere. ff. de inſt. ibi, non in loco remoto, ſed euidenti. Et bona gl. in c. ſi capitulum. In uer. factam. ibi. ſufficit, quòd in loco congruo. de conceſ. præben. lib. 6. Et in terminis de banno no. Fede. conſi. 212. inci. Super themate præmiſſo. ante fi. ¶ Vltimò, in quantum dicunt hic Hoſt. Ioan. And. & do-

22 mi. Anton. quòd ſi † aliquis uolens portare bladum extra territorium in cœpit e trahere, poſtea caſu deſtitit, ſi interim fiat ſtatum imponens pœnam extrahenti, non impediat ipſum extrahere, ex quo priùs inceperat, per l. Cæſar. ff. de publica. adde, quod in ſimili dicit Bart. in l. j. C. de naufra. lib. 12. ubi dicit, quòd ſi uolens, conducere nauim ad unum locum, fuit tractus ui uentorum ad alium locum, non tenetur ibi ſoluere gabellam, per d. l. Cæſar. & per l. interdum. §. ſi propter. ff. de publica. Et ibi hoc ſequitur Lud. Similiter dicit Bald. in authen. habita. C. ne fil. pro pa. quòd prohibitus ingredi locum, ſi illuc trahatur per uim, non incurrit pœnam, per d. l. Cæſar. Et ideo dicit Abb. in ſecunda parte ſtatutorum, quæſt. 13. quòd ſtatutum puniens ducentem ſues per portam ciuitatis, non ligat illum, qui fugiens deprædatores conduxit eas per portam ciuitatis, per d. l. Cæſar. per quam etiam infert, quòd ſi finita treuga aliqui de una parte ingreſſi nauim, conducuntur ad aliam partem ui uentorum, non poſſunt ab hoſtibus captiuari. Et intellige dictum Hoſti. & Doc. hic, quando quis deſiſtit fortuitò ab incœpto, ut fuit in caſu d. l. Cæſar. Secus, ſi ſponte diſtulerat: quia tunc, ex quo ſtatutum imponit pœnam extrahenti, comprehendit talem, qui extrahit nunc, ex quo prius nondum portauerat, ſecundum Imo. hic. Monetur per gloſſ. in cle. 2. in uer. in poſterum. de æta. & qual. & in cle. 1. in uer. deputatis. de teſta. niſi ex quo iam cœperat, ageretur de eius maximo damno, adeo quòd factum ſequens poſſit dici habere neceſſariam dependentiam a præcedenti, iuxta gl. in d. cle. j. de teſti. ſecundum eum: quod benè no. Et adde, quæ dicentur in c. fi. j. eo. ad intellectum dictarum gl.

a Suffici.] Adde Ang. in l. j. §. hæc ſtipulatio. ff. ſi cui plus quam per. l. Falc. facit c. cum in tua. de his, qui ma. accuſ. poſ. & adde Roſ. in l. j. in rub. ſi quis ius di. non obtemp. et Ioan. And. in cle. grauis. uer. præconio. de ſ n. excom. Vnde adde, quòd bannum publicè factum quis ſcire præſumitur. Inno. in c. j. de poſtul. præla et Bal. in Margarit. decretorũ. uerſ. tertiò arguitur contra. in authen. qui ſemel. C. quomodo & quando iudex. & ibi Domi. quod uerum eſt, niſi quis ſit abſẽs et neceſſitate: e.

quia bãnitus, uel ex uoluntate, ſecundũ Bart. in l. planè. in prin. in lec. Nic. de Neap. ff. de excuſ. tu. Vnde non ligat bannitos, ſecundum Bar. ibi. Itẽ oẽs ligat, ſecundũ Bal. in d. c. j. alleg. in text. uerſ. deprædari domino. de mili. uaſ. qui contu. eſt.

S V M M A R I V M.

1 *Abolito titulo regis, an ſit abolita lex eius.*
2 *Statuta facta a carente iuriſdictione, qualiter cognoſcitur, an ualeant, uel non.*
3 *Connexum, quod comprehenditur intellectualiter, non dicitur comprehendi expreſſe.*
4 *Inſtrumentum quando non poteſt reprobari, niſi per aliud inſtrumentum.*
5 *An illud, quod reſultat, habeatur pro expreſſo.*
6 *Connexa ea dicuntur, quæ eandem originem habent.*
7 *Beneficium unitum an poſſit peti per impetrantem. Qualiter cognoſcitur, quòd beneficium ſit principale. Ibi, & num. 8.*
8 *Officia duo ſi uniuntur, an præfectus in illa habeat duplex ſalarium.*
9 *Claues principaliter fuerunt tradita Petro Apoſtolo.*
10 *Iudicium idem eſt de ſimilibus ad ſimilia.*
11 *Similia quæ dicantur.*
12 *De ſimilibus ad ſimilia non proceditur in certis caſibus. Vſque ibi, ultimò tangit hic.*
13 *Lex, uel ſtatutum, an poſſit ſemper extendi ad ſimilem caſum.*
14 *In fauorem reipublicæ factam legem extendendam, quæ non extenditur aliàs.*

C A P I T V L V M III.

TRANSLATO. ¶ Quod de uno connexorum ſtatuitur, ad aliud connexum extenditur. Vel ſic: Poteſtas legis condendæ & mutandæ eſt penes uicarium Dei: & quod de uno connexorum dicitur, de alio dictum intelligitur. H. D. ¶ Primò, in quantum per iſtum text. di-

1 cit hic Bal. quòd † abolito titulo regis eſt abolita lex ſua, intellige de tyranno, non de alio, propter gloſſ. in l. decernimus. C. de ſacr. ſan. eccleſ. Et adde tex. in c. fraternitatis infra de hæreti. Et quòd poſſint allegari leges principis aboliti, ſi ſunt iuſtæ, uide tex. in c. ut inquiſitionis. de hæret. in 6. ibi, per Fede. tunc in deuotione Rom. eccle. exiſtentem. Bo. tex. in c. turbat. & c. qui de menſa. 36. diſt. & in c. 2. in uer. gentilium. j. de conceſ. præben. & per domi. Card. in cle. 1. in 6. no. de magiſt. & dom. Abb. in ca. 1. ſ. de ſum. tri. ubi bonus tex. ad fi. ¶ Et ad cognoſcendum, quan-

2 do † ſtatuta a carẽte iuriſdictione facta ualeant, uide Bal. in d. l. decernimus. quod de l. Lombarda no. Bald. in l. ſi inuita. C. de nup. & in authen. dos data. C. de do. ante nup. Et quomodo intelligatur Bald. hic, dum ſentit, legem Moſaicam eſſe abolitam, uide gloſſ. ordina. & ibi Scribentes, in c. non peccatum. §. bis ita. 6. diſt. & Imol. in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de uerb. obl. & beatum Tho. 2. 2. q. 86. art. 1. & do. Abb, & Imo. in c. 1. j. de conſue. & ibi dice-

tur. ¶ Secundò eſt addendum: quia dicunt domi. Anto.
3 & Imo. hic, quòd † illud connexum, quod cōprehenditur
intellectualiter, non dicitur comprehendi expreſſè. Et in-
ferunt alia duo pulchra. Primò, quòd beneficium datum
inſtrumento guarentigiato, ut contenta in eo habeant exe-
cutionem paratam, non intelligitur in his, quæ intellectu-
aliter ex eo eliciuntur. Unde ſi in eo continetur factum,
non tamen poterit peti ex eo intereſſe cum illo priuilegio
ſtatuti: quia intereſſe uenit uirtualiter, l. ſtipulationes non
diuiduntur. §. Celſus. ff. de uer. ob. Unde non eſt expreſſum.
¶ Secundò inferunt, quòd ſi in ſententia exprimitur ali-
quid, propter quod datur in alio tacitè concluſio contra
ius, non eſt ſententia nulla, ex quo in ipſius uerbis non eſt
aliquid contra ius expreſſè ſed uirtualiter. Et allegant Inn.
qui hoc dicit in c. P. & G. ante fi. gloſſ. magnæ, infrà de of-
fic. dele. ¶ Adde pro iſtis notabilibus dicta domi. Anto.
ſupra in proœ. & ibi dom. Abb. ubi dicunt, quòd non di-
cuntur legi ex tenore illa, quæ eliciuntur uirtualiter. Et
confirmat dictum Inn. in d. c. P. & G. quod etiam ualde no.
Bald. in cap. quo ad translationē. infrà de offic. leg. & Do.
in cap. quiſquis. 4. q. 5. & domi. Ant. in c. 2. de teſt. cog.
& domi. Abb. in cap. excommunicato. ꝑ. de reſcript. & do.
Ant. & Imo. in c. 1. ꝑ. de re iud. & Domi. in cap. in tantum
21. diſtinct. domi. Ant. in cap. cùm contingat. ꝑ. de reſcript.
& in c. ſicut. prope fi. infrà, de re iud. ¶ Adde etiam gloſ.
no. in l. iuriſgentium. § quod fere. in uer. approbatur. ff.
4 de pac. quæ dicit, quòd † ubi non poteſt reprobari inſtru-
mentum, niſi per aliud inſtrumentum. tamen id, quod ta-
citè, uel intellectualiter reſultat ex inſtrumento, poteſt re-
probari per teſtes, quaſi non ſit expreſſum. Et idem Bart.
in l. 1. C. de apoch. publ. lib. 10. ¶ Adde etiam dom. Anto.
conſi. ſuo 23. incip. quia hic agitur. ubi dicit, quòd in ca-
ſu c. abbates. de priuil. in 6. non dicitur expreſſè concedi
ſolēnis benedictio, niſi de ea ſpecialiter & nominatim dica
tur. Allegat c. paſtoralis. §. t. infra, de reſcri. & in c. ut cir-
ca. io uerſic. omnia & ſingula. de elec. in 6. Ad idem, quod
no. Bald. in l. legem. in prin. C. loc. ubi dicit, quòd taci-
ta reconductio, de qua ibi, non erat ſub forma ſcripturæ, ſi
cut prima: quia ſcriptura debet uideri & legi, & non ſuffi-
cit intellectus ſeparatus a carne, id eſt, intelligentia pura.
Ad idem, quod no. Bald. in l. generali. ad fin. C. de ſacr.
ſan. eccleſ. ubi dicit, quòd ſcriptum & non ſcriptum non
differt, niſi quo ad executionem paratam. Ad quod uide
Bar. in l. fi. uer. procedo ulterius. C. de edi. diui. Adri. tol.
Ad idem uide Bar. in l. 1. in fi. prio. ff. de his, quæ in teſt. de
len. ubi dicit, quòd inſtrumentum non meretur executio-
nem in his, quæ ueniunt ex tacita ſtipulatione, ſed ex ex-
preſſa. & idem Bal. in d. §. quod ferè. Ad idē, quod no. gl in
cle. 2. in uer. ſpecialis. de offi. or. & in c. inquiſitores. in uer.
expreſſè. de hæ. in 6. & in cle. 1. in uer. expreſſè. de præben.
probantes, quòd talia uerba requirunt expreſſam mentio-
nem, non autem, quæ comprehendatur ex uerbis quantun
cunque generalibus. Ad idem, quod no. Bal. in l. ſi quan-
do. §. generaliter. C. de inoffi. teſt. & ibi Sal. ubi dicunt, quòd ſi
filius accepit certam quātitatem patrimonij, dicens, quòd
non uult plus accipere in bonis paternis, tamen poteſt pe
tere ſupplementum legitimæ: quia ad illam requiritur ex-
preſſa renunciatio. Ideo non ſufficit, quòd uirtualiter eli-
ciatur ex dictis uerbis. Ad idem, quod no. Bal. in l. 13. C. de
pact. qui fi. diſtr. ubi dicit, quòd ſtante ſtatuto, quòd ſtatu
ta ſeruentur ad literā, non fiet extenſio: quia litera eſt, quæ
oculo uidetur, non quæ intelligitur. Ad idem, quod not.
Domi. in c. humanum genus. 1. diſt. ubi infertur ex glo. in
uer. prohiberut. quòd non dicitur expreſſum, quod conti-
netur ex mente, uel quadam conſequentia uerborum. Et
ideo infert, quòd ubicunque in preſcriptis beneficialibus
ex iuris diſpoſitione requiritur expreſſa mentio, non ſuffi-
ciat mentio deſcendens ex conſequentia uerborum, ſed re
quiritur expreſſa. Et idem dom. Abb. in c. ad aures. de re-
ſcri. cum concor. Similiter inferunt dom. Anton. & Domi.
hic, quòd ſtante ſtatuto, quòd poſitioni reſpondeatur uer
bis expreſſis, ſi in reſponſione ponatur unum uerbum, per
quod aliud ſequitur, non uidetur expreſſè, ſed intellectua
liter reſponſum. ¶ Sed contra prædicta, & dom. Anton.
& Imol. hic eſt deciſio formalis Bal. in l. ad probationem.
la 3. C. de proba. ubi dicitur, quòd ſtipulatio præſumpta
dicitur de tenore inſtrumenti: eſto, quòd in inſtrumento
non ſit ſcripta. Allegat Angl. in d. §. quod fere. & alia, dicens,
primum cōſilium, quod ipſe edidit, fuiſſe ſuper hoc. Et idē
ipſe tenet in l. unica, §. & ut plenius. C. de rei uxo. act. per
illum tex. & in l. ubi adhuc. C. de iure dot. Facit, quod ip-
ſe not. in l. 1. C. de fideicom. & Imol. in l. 1. ff. ſol. ma. maxi
mè per l. ſi duo patroni. §. pen. ff. de iureiur. Ad idem, quod
notat Pet. de Anc. conſi. 186. incip. Viſa diligenter. ubi ad
intellectū clauſulæ bullæ Bonifacij conceſſæ populo Ferra
rienſi, in qua priuantur non expreſſi in inueſtitura, ſi eam
non petierint: dicit, quòd illi dicuntur expreſſi, qui cōpre
henduntur tacitè ex uerbis inueſtituræ, ſumpta interpreta
tione a iure communi. Et ſubdit generaliter, quòd ubicun
que requiritur expreſſio in perſonis, uel rebus, ſufficit,
quòd includantur ſub natura uerbi expreſſi. Ad idem, quod
no. Bar. in l. ſi quis ad declinandam. C. de epiſc. & cler. ubi
dicit, quòd licet epiſcopus nō ſit expreſſè ſcriptus in teſta-
mēto, tamen habet beneficiū l. edicto. C. de edic. diui Adri.
tol. quia repræſentat pauperes expreſſè ſcriptos in teſtamē
to. ¶ Ad idē, quod no. Ang. l. ita ſtipulatus. §. Chryſogonus.
ff. de uer. obl. ubi dicit, quòd ſtatutum loquens de ſcriptura
priuata manu debitoris, ut habeat executionem paratam,
habet locum in ſcriptura ab eo ſubſcripta: quia uidetur uir
tualiter totam ſcripſiſſe. Ad idem tex. in c. cùm olim. in fi.
ibi, patebat expreſſè. de cenſi. per quem dicunt dom. An-
ton. & dom. Abb. ibi, quòd inſtrumentum dicitur clarè &
expreſſè probare, non ſolùm, quod continetur in eo dire-
ctè, ſed etiam indirectè: & quòd inſtrumentum manda-
tur executioni etiam in his, quæ ex inſtrumento indirectè
probantur: & ſic dom. Anton. eſt ſibi contrarius. Ad idem,
quod not. domi. Abb. in c. ſuper quæſtionum. in prin. de
offi. delega. notans ualde illum text. in uer. liquidò. quod
ſi intentio ſcribentis elicitur ex coniecturis, dicitur liqui-
dò comprehendi. Ad idem, quod no. Aug. in l. ait prætor.
in princip. ff. de ope. no. nun. ubi no. illum text. cum glo.
quòd illud dicitur expreſſum, quòd tacitè ineſt, & ex mē-
te colligitur. Et per hoc dicit, uirtualiter appellantem
ab interlocutoria ſatis dici ſigillatim cauſam grauaminis
exprimere, ſi comprehenditur neceſſariò ex uerbis, li-
cet in indiuiduo non exprimat. Quod eſt notabile ad
intellectum clement. appellanti. de appellatio. Et idem ip-
ſe poſuit conſili. 113. incip. quædam domina Nanos. &
in leg. ubi autem. §. quiſllud. ff. de uer. ob. & in l. 1. C. de
libe. & poſth. de quo per Inno. in cap. 2. de ope. no. nun.
cum concor. Et de gloſſ. in d. l. ait prætor. meminit Lud.
Rom. concordans cum prædictis. conſi. 271. incr. In Chri
ſti, & c. uis tota præſenos dubitationis. Et quia per hoc
redditur dubium dictum domi. Anto. & ſequacium hic,
nec reperio aliquem ponentem hæc omnia ad confictam:
ideo pro nunc credo dictum ſuum malè ſuſtentabile per
proximè adducta. ¶ Sed generaliter, utrùm illud, quod in-
ſultat, habeatur pro expreſſo? dicerem, quòd ſic, maximè
per d. c. cùm olim. præter quàm in duobus caſibus.
5 ¶ Primus, ubi † illud, quod uenit uirtualiter, non deduci-
tur taliter, quod de neceſſitate inferat, ſed perſuaſiuè, uel ar-
gumentatiuè. ¶ Secundus caſus ſit, quando lex, uel ſtatutū
facit mentionem de tenore: quia quod uirtualiter elicitur,
non dicitur de tenore, ut per gloſſ. quæ ſic loquitur in d. §.
quod fere. Idem, quando requiritur, quòd aliquid exprima
tur expreſſè ſigillatim & formaliter, uel ſimilibus modis;
quia oportet, quòd exprimatur propter gloſſ. in d. c. inqui-
ſitores. & Domi. in d. c. humanum. Et non ſequitur. illud,
quod elicitur, habetur pro expreſſo. Ergo ubi requiritur ex
preſſa mentio, ſufficit, quòd eliciatur: quia dico, quòd li-
cet fingatur expreſſum, quo ad hoc, ut æquiparetur expreſ-
ſis, d. c. cùm olim. tamen ubi pro forma requiritur expreſ-
ſa expreſſio, non ſufficit æquipollens per uiam intellectus,
licet fortè ſufficeret æquipollens per uerba omnino ſimi-
lia, & idem per omnia importantia, ut. ꝑ. dicam. Nec proce-
dit indiſtinctè dictum Angel. in d. l. ait prætor. ut patet ex
notatis in d. cle. appellanti. & in d. cap. 2. Et pro hoc facit,
quod no. Bald. in l. legitimos. in prin. ff. de legi. tut. & Cy.
Bartol. & Angel. in l. fin. §. omnem. C. ad Tertul. & Bartol.
Pau. de Caſt. & Lud. Rom. in d. l. prætor. in prin. & Angel. in
authen. ut hi, qui obligatas. §. fina. ubi dicunt, quòd in in
ſtrumento tutelæ, uel curæ, tutor, uel curator promiſit uti-
lia

lia facere & inutilia prætermittere, non ſufficit, niſi addatur, & pupillum defendere: quia ſic requirit text. in d.§.omnem. quamuis Bald. ibi, & in d.l.legitimos. dicat, quòd ſi non diceret hoc uerbum Defendere, ſed æquipollens, ſufficeret altera illa uerba Vtilia facere, &c. quæ non important ſpecialem defenſionem. Quod bene not. ad declarationem prædictorum: quia per hoc uidetur, quòd ſufficerent uerba omnino æquipollentia, licet non eſſent iſta formalia, quæ requiruntur à lege, uel ſtatuto. Facit optimè, l.2. iuncta l.j.ff. de libe. & poſthu. Et iſta omnia, tanquam priùs non reducta, ſubmitto iudicio peritorum. ¶ In tex. ibi, ſub eadem ſponſione. Nota, ſecundum Bal. hic quòd
6 † propter ſimultaneam originem in unam naturam ſpecies diuerſæ annectuntur, quando eſt eadem origo in cauſa efficienti. Ad hoc ergo, ut aliqua ſint connexa, non ſufficit, quòd eodem tempore ſint facta, niſi ſimul fiant. ¶ Non obſtat, quòd caſus omiſſus remanet in diſpoſitione iuris communis: quia non dicitur omiſſum, quod eſt connexum, ſecundum eum dicentem, quòd uendita uacca uenit uitulus, qui eſt in corpore, & etiam qui nondum paſcitur herbis. Facit text. in l. quid ergo.§. ſufficit.ff. de contrario iudicio tutelæ. Per quem colligit ibi Bald. quòd connexorũ idẽ eſt iudicium. Et pulchrè Per eundẽ de connexis, in c.j. de capi. qui ent. uend. Facit gloſſ. in c. quia in tantũ infrà, de præben. ubi diſpenſatio extenditur ad connexa. ¶ Adde notabile cõſilium Pau. de Caſt. 30. ubi dicit, quòd procurator apponens manus ad connexa mandato, non dicitur excedere fines mandati. Et idem in delegato dixit gloſſ. j. in c. licet ergo. 7. q. j. Et idem in arbitro dixit Innoc. in c. cùm dilectas. de arbi. Et idem in teſte dixit Bal. in l. peremptorias. circa fi. uer. quarto, actor. C. ſen. reſcin. non poſ. Et hic adde Imol. in c. cùm M. j. eo. ubi dicit, quòd per collationem præbendæ conſuetæ conferri Canonico, confertur canonicatus: non, quia ſit acceſſorium: eſt enim dignius, ſed ratione connexitatis, argum. c. ſi quis obiecerit. j. q. 3. Et ſic reſpondetur motiuo Pet. de. Aneha. contrarium tenentis in regula, acceſſorium. in 8. opp. de reg. iur. in 6. & uide Bald. in c. cùm omnes. j. eod. ubi dicit, quòd licet aliquid ſit connexum eccleſiæ, non tamen eſt idem. Vnde cœmiterium eſt annexum eccleſiæ, non tamen eſt eccleſia: & clauſtrum eſt annexum domui, non tamen eſt domus. ¶ Et adde Bald. in l.j. prope fi. C. qui bo. ced. poſ. ubi dicit, quòd licet milites noſtri temporis non habeant inſignia obſeruantiæ ueteris, habent tamen inſignia obſeruantiæ nouæ, quæ iure cuiuſdam translationis ſucceſſerunt loco ueteris, per illum textum. ¶ Subdit Bald. hic poſt multa, quòd ſi uilla annexa alteri habet ſtatuta, quæ non ſunt compatibilia cum ſtatutis alterius, ſeruantur ſtatuta uillæ dominantis: ſecus, ſi ſunt compatibilia. In quo uide Ioan. And. in Spec. in rubrica, de treu. & pa. & Bald. in l. cunctos populos. C. de ſum. tri. & Bart. in l.j.§. cohæredem. ff. ad legem Fal. & in l.j.C. de metropoli Beryto. lib. 11. & Inn. in c. paſtoralis. j. de priuileg. & glo. in c. j. ne ſe. ua. & in c. recolentes. de ſta. mona. & in c. & temporis. 16. quæſt. j. & Bald. in l. etiam. C. de iure domi. & in l. quicquid. C. de adao. diuer. ind. Et Bart. in ſuo tractatu De tyberiade in rub. de inſula. uer. ſed quæro, illæ gentes. & in l. ſi conuenerit. §. ſi nuda. ff. de pig. ac. Et eius dicta communiter tenentur in hoc. ¶ Sed adde notata per Angel. conſil. 243. incip. punctus præpa. & ibi pulchrè, quòd ſi Papa uniuit monaſterium ſancti Pontiani prope Lucam, monaſterio de Monte Oliueti diœceſis Lucanæ, beneficium ſubiectum ſancto Pontiano conſuetum conferri clerico ſeculari mutat naturã, & efficitur monaſticum, ſicut alia beneficia Montis Oliueti, dum modò unio fiat per incorporationem: ſecus, ſi uniretur, quo ad unionem, uel protectionem, ut ibi per eum: & fuit doctrina Bartol. in d.§. ſi nuda. quam etiam approbat domi. Anton. in repe. c. fi. infrà, de conſue. & domi. Floria. in l. repetundarum. §. Hermaphroditus. ff. de teſta. & dom. Abb. in ca. 1. de relig. dom. ¶ Limita etiam, dum modò unio fiat perpetuò: ſecus, ſi ad tempus, ſecundum Bald. poſt Cyn. in d.l. etiam. C. de iure domi. & Petr. de Anchar. in repe. cap. canonum ſtatuta. in uerſic. iuxta. ſuprà, eod. dicentis, quòd ſi banniti non poſſunt morari in diſtrictu, poterunt tamen morari in caſtro unito diſtrictui ad tempus. Vide Bartol. in l. ſi quando. in fi. C. de appell. ubi dicit, quòd quando unum officium unitur alteri, illud, quod unitur, extinguitur, adeo quòd ſi appelletur ab eo, qui retinet illa duo, debet indiſtinctè appellari ad ſuperiorem officij, cui facta eſt unio, non habita conſideratione uniti: & eſt bona gloſſ. ſecundum eum, cum cap. 1. ne ſe. uac. ¶ Limita iſta, ſecundum Inno. in d.c. paſtoralis. ubi dicit, quòd ſi eccleſia, cui facta eſt unio, eſt grauata debitis, non poſſunt alienari res eccleſiæ unitæ, ut ſatisfiat. Et idem de bonis caſtri uniti decidit Bart. in l.j. de metropo. & in d.§. ſi cohæredem. Pro quo facit, quod no. Arch. 21. quæſt. 1. in ſumma, circa fin. ubi dicit, quòd ſi eccleſia matrix non ſoluit iura epiſcopalia, non poſſunt eccleſiæ ab ea dependentes propter hoc interdici, nec eorum bona pignorari: & allegat in arg. cap. dudum. 2. de elec. & cap. ſuuẽ. de offic. deleg. licet aliud uelit domi. Anton. in cap. cum te. de ætate & qual. Et fortè opinio eius procederet in eccleſia pleno iure alteri incorporata. ¶ Et iſtis adde Pet. de Anch. conſil. 109. incip. Pro impetrante. ubi pulchrè declarat, quando
7 † impetrans beneficium uacaturum, quod ſpectet ad collationem talis, poſſit petere beneficium unitum beneficio illius? & concludit, quòd ſi ſunt æquè principaliter unita, quòd non habebit illud, quod eſt unitum: ſecus, ſi acceſſoriè. Et in dubio, quomodo præſumatur unio, recurritur ad coniecturas, uidelicet præeminentiam, denominationis obſequia, & ſimilia. ut ibi per eum utiliter, & per Oldrad. quaſi in eiſdem terminis, conſil. 223. incip. factum tale eſt: dominus Clemẽs. & conſ. 260. incip. Quòd unio. cum tribus ſeq. ¶ Et iſtis adde, quòd ex denominatione cognoſci poteſt, quod beneficium ſit principale ex duobus unitis, ſecundum gloſſ. in uerſi. eccleſijs. in cle. per litteras. de præben. Quo non apparente, attenditur, quod eſt dignius, ſecundum dom. Anton. & Imo. ibi. Et an ſubiecta principali parte alicuius caſtri, domino intelligantur ſubiectæ aliæ partes, uide Ludo. Rom. quòd nuu, conſil. 404. incip. Omnipotentis, &c. an dictum caſtrum. allegando Bald. in ca. 1. §. ad hæc. de pa. iura. fir. Et de iſta materia, quando duæ diuerſæ naturæ uniuntur, uide etiam, quod not. Angel. in §. illud. in authen. ut ind. ſine quoquo ſuff.
8 ubi ponit, ſi † duo officia uniuntur, an illis præfectus habeat duplex ſalarium, & duplicata onera? & uide etiam Angel. in authen. ut deter. ſit nu. in fin. per Bald. Angel. & Imol. in l. ex pupillari. & in l. ſed ſi plures. §. filio ff. de uulg. & pupil. per Angel. in l. de quibus. ff. de leg. per gloſſ. in cap. cùm capella. infrà, de priui. per Bartol. in l. inficiando. §. infans. in fin. de fur. ¶ In gloſſ. a. ibi, in Petrum. Dic, ſecundum dom. Anton. & alios poſt Phi. quòd primò ſacerdotium fuit translatum in Chriſtum, qui fuit de tribu Iuda de Aaron, qui fuit de tribu. Leui. Nam primo ſacerdotium erat apud illam tribum, ſcilicet Leuiticã. Ratio: quia de illa tribu ſolùm, & non de alia poterant promoueri. Sed Chriſtus poſtea tranſtulit in Petrum & eius ſucceſſores. Et ſic not. ſecundum dom. Anton. do. Abb. & Imol. & Domi. hic, quòd teſtes concordant per multiplicationem actus, ut ſi aliqui teſtes dicunt, quòd poſſeſſio fuit tradita: & aliqui dicunt, quòd fuit tradita, alteri ſcilicet, debemus intelligere, quòd utriſque fuit tradita ſucceſſiuè, ut hic per eos: pro quibus facit cap. 1. de conſti. in ſexto, ubi dictio Poſt, denotat actum mediatum & immediatum: & ibi Domi. in 2. not. infert ad ſaluationem teſtium, addendo gloſſ. in uer. ſed tertia. in c. cùm Vinto nienſis. infrà, de elec. & tex. in c. ſi. infrà de exceſ. præla. facit gloſſ. in l. in operibus. ff. loca. quæ dicit, quod dicitur fieri ſimul, quod fit cum prioritate & poſterioritate temporis. [a] Et ita ad teſtes not. Bartol. ibi, & in l. ſi plures. ff. de iniur. & gloſſ. in clemen. 2. de appell. in uer. decernimus. & ibi domi. Anton. refert de hoc fuiſſe miratum quendam Florent. & facit gloſſ. in cap. bonæ. de elec. Et in hac gloſſ. dubitant Docto. per quæ uerba fuit translata poteſtas in Petrum? dic quo dic, ut per domi. Abb. hic, qui optimè loquitur. Sed adde dom. Card. ſancti Sixti, in tractatu. De poteſtate Papæ, quæſt. 23. ubi dicit, prophetam prædixiſſe,

a Temporis.] Adde text. in l. ſi fundus. §. ſi duo. & ibi Bartol. in ij. not. ff. de pig. & uide Bartol. in d.l. in operibus. alleg. in text. ff. loca. in j. oppo.

quando dixit eduxit me de lacu miſeriæ & de luto fęcis; & ſtatuit ſupra petram pedes meos. ¶ Et adde, quod habe-
9 tur † in Summa Piſana in uer. Papa. ubi ad illud, quòd Petro principaliter fuerint traditæ claues, no. Euãgeliũ Luc. 5. c. quia cùm Dominus dixiſſet Apoſtolis, ut laxarent retia: ſoli Petro dictum fuit. Duc in altum. Idem probat Raymũdus in tertio lib. 27. rubrica, dum ſoli Petro dictum fuit, ut piſcaretur hamo, ut præeminentior iuriſdictio ſignificaretur, & denotaretur maximus Chriſti ſucceſſor, ſecundum eum: & uide text. in c. in illis 80. diſtinct. dum dicit, nec inter Apoſtolos fuit par inſtitutio, ſed unus præfuit omnibus, Facit, quod habetur in euangelio Ioan. j. dum dicit Chriſtus Petro, & uocaberis Cephas, c. nulla. 63. diſtinct. & Eccleſiaſtici 44. Ecce ſacerdos magnus, qui in diebus ſuis placuit Deo, & inuentus eſt iuſtus: & Deuter. 18. Suſcitabo prophetam de fratribus ueſtris: quicunque illũ non audierit, illius ego ultor exiſtam. Et uide Arch. in cap. ſcripturæ. 8. quæſt. j. ubi declarat illa uerba Euangelij, Diligis me plus alijs, &c. Item quòd per illa uerba, Paſce oues meas, fuerit data poteſtas Petro, uide Innocent. in c. licet ex ſuſcepto. in gloſſ. magna, de foro compe. & domi. Abb. ibi, & in diſputatione ſua incipiente, Epiſcopus & quidam rector. not. gloſſ. in uer. paſce. in c. ſignificaſti. de elect. & in c. in nouo. in narb. commendare. & ibi Arch. & Domi. 21. diſtinct. & gloſſ. 2. in uer. conſiderandum. 1. diſtinct. & gloſ. 2. in cle. paſtoralis. de re iud. ¶ In gloſſ. fi. in fin. Not. glo.
10 iuncto text. qui quotidie allegatur, quòd † de ſimilibus idem debet eſſe iudicium: & ſubdit hic domi. Abb. quòd allegans ſimile habet hoc probare, ſaltem coloratè: quia non eſt credendum, nec ſtandum ſimplici uerbo arguentis. Ad hoc c. cùm dilecta. de confir. util. uel inuti. & l. ci. ff. de probationib. & c. actor. 6. quæſt. 5. Negans uériſimile coloratè inductum habet probare diſſimilitudinem. Ad hoc cap. 2. de transla. prælat. ¶ Nec ſufficit allegare aliquam diſſimilitudinem in genere, ſed debet eſſe diſſimilitudo in eo, ad quod fit comparatio. Vnde non expedit, ut tota res ſit alteri rei ſimilis: ſed ſatis eſt, quòd ſit ſimilis in eo, ad quod fit comparatio, ut probatur in d. c. dilecta. Nam ſimilitudo non eſt aliud, niſi rerum inter ſe differentium comparatio. De quo per Ioan. Andr. in c. non poteſt. de præb. in 6. Et ſic limita dicta Doc. ſecundum domi. Abb. ¶ Adde Cyn. in l. non poſſunt. ff. de legi. ubi quærens, quod dicatur ſimile, b allegat Philoſophus in 6. Metaphiſicæ, dicentem: Quorum qualitas eſt una, dicuntur ſimilia: & illa, quorum ſubſtantia eſt eadem, dicuntur
11 eadem. ¶ Et † quæ dicantur ſimilia, habet in dubio declarari per iudicem c, ſecundum eum. Ad quod ultimum uide Innocent. in c. cauſam. 2. in gloſſ. 5. infrà, de iudi. Et quòd procedatur de ſimilibus ad ſimilia, eſt regulare, & probatur in §. item ſi adhuc. uerſi. & huic ſimile. Inſtit. manda. & in c. in cauſis. de re iudicata cum ſi. & per Bald. ponentem diuerſa genera ſimilitudinis in l. data opera. C. qui accuſa. non poſſunt. ¶ Et ampliantur iſta etiam in pœnis maleficiorum, in quibus procedi poteſt per ſimilia, ſecundum glo. in l. ſi quis id, quod ff. de iuriſd. omn. iudi. & idem not. Innocent. in c. qualiter. ſecundo de accuſ. & eſt tex. in c. primo. §. porro. cum ſeq. quæ fuit prima cauſa bene. amitt. quem text. dicit ibi Bald. eſſe meliorem de corpore iuris. ¶ Ad hoc pulchrè Bald. in l. j. C. de interdi. dicens, quòd ſtante ſtatuto, quòd percutiens aliquem in platea puniatur capite, habet locum in eo, qui percutit in palatio dominorum. ¶ Et ſi ſtatutum punit percutientem in gula, habet locum in percutiente in maxillis: quia quo ad periculum, eſt locus ſimilis. Et uide domin. Abb. in capitulo conſtituint. in ſecundo notabili, infra de appellationibus. ubi dicit per illum textum, quòd procedit argumentum a ſimili, licet illud non ſit omnino ſimile a, quod dicit not. Et adde, quòd ubi duo ſunt ſimilia, magis ſimile eſt eligendum, ſecundum Bald. in d. l. data. ¶ Et adde, quòd ubi in ſtatuto diceretur, & idem de ſimilibus, tunc ſtatutum poteſt latè interpretari, ſecundum Bald. in l. quibus. ff. de legi. & ibi Ioan. de Lig. in c. fin. de conſuet. & ibi dom. Anton. & Imol. in l. ſi uerò. §. de uiro. ff. ſol. matri. Et procedit argum. a ſimili, dato quòd ſit aliqua diſſimilitudo, ut. s. per do. Abb. & per eundem in c. quemadmodum. per illum tex. j. de iureiur. & do. Anton. in cap. non debet. de conſangui. & affini.
12 ¶ Sunt † tamen certi caſus, in quibus non proceditur de ſimilibus ad ſimilia, putà in caſibus expreſſis de per ſe in iure: quia caſus prouiſus & expreſſus non indiget aliqua interpretatione, nec iuris ſimilitudine, ſecundum Bald. in c. inter cæteras. j. de reſcrip. per l. fin. C. de pact. conuen. & facit l. continuus. §. cùm ita. de uerb. oblig. Et idem dicit Bald. in l. ſi quis ſeruo. C. de fur. Idem dicas, ubi tractatur de legum correctione, ſecundũ Bald. in d. c. inter cæteras. per no. in authent. quas actiones. C. de ſacr. ſanct. eccleſ. Et hac ratione dicit hoc argumentum non habere locum in priuilegijs cõceſſis contra ius commune. Et idem in hoc ipſe dicit in d. §. porro. dicens, fore gloſſ. ſingularem in §. item miſta. Inſtitut. de actio. & allegatur ſimile in l. fina. in uerſicu. aureos. ff. de in ius uocand. ¶ Item non arguitur a ſimili, quando eſt aliquis caſus, in quo conſtitutio extenditur ad præterita, ſecundum Ioan. Andr. in cap. deteſtanda. de conceſ. præben. in 6. & Bald. in 1. cap. circa fin. in titul. an maritus ſuccedat uxori in feudum. ¶ Idem, ſi diceret ſtatutum, quòd ſtatuta intelligantur ad litteram, prout iacent: quia non fiet extenſio ad ſimilia, ſecundum Bald. in l. ij. C. de pa. qui ſi. diſtra. ¶ Idem, ſi ſtatutum læderet in aliqua parte ius naturale, ſecundum Bald. in cap. 1. in titul. an agna. uel cog. ſuc. in feud. ¶ Idem, quando ſtatuens ſuit motus ſola uoluntate, & non habet de ratione, ſecundum Bal. in l. iij. C. de iur. dot. ¶ Idem, ubi ſtatutum odioſum loquitur per dictionem taxatiuam, ſecundum Bald. in l. fin. C. de interdict. matri. ¶ Idem, ubi imponitur pœna priuationis: quia illa nunquam imponitur, niſi lex expreſſè hoc dicat, ſecundum Bald. in authent. ex teſtamento C. de colla. per tex. in §. ſin autem. in authent. de non eli gen. ſecundo nuben. facit gloſſ. in cap. fin. in fin. de iure patro. cum concor. Et de iſta materia, quæ ualde dilatabilis eſt, dic, ut etiam traditur per Dominic. in cap. relatum. 37. diſtinct. & 44. diſtinct. in ſum. per Bald. in Specul. in titul. de diſputa. & al. in l. ſi quis non dicam rapere. C. de epiſc. & cle. & in l. iij. C. de inſti. & ſubſt. & in l. ſi extraneus. ff. de condi. ob cau. per Bartol. in l. gallus. §. & quid ſi tantùm. ff. de libe. & poſth. per gloſſ. in c. de quibus. 20. diſtinct. & in c. conſuetudo. 1. diſtinct. per Bal. in l. ſi te. C. de infam. & in l. tranſigere. C. de tranſact. & in l. ij. in princip. C. quæ ſit lon. conſue. & dom. Abb. in cap. de multa infra de præben. & in c. ad audientiam. de cleri. non reſi. Et ibi dicit, quòd ſicut caſus exceptus a iure extenditur ad ſimilem caſum per identitatem rationis, ut optimè probat ca. cùm dilecta. de confir. uti. uel inuti. ita caſus exceptus a ſtatuto extenditur ad ſimilem, ubi ſtatutum diſponeret non contra ius, ſed præter ius. Sed ubi diſponeret contra ius commune, uel præter, dicit, quòd fortè diceremus oppoſitum: quia caſus a ſtatuto non prouiſus debet remanere in diſpoſitione iuris communis. l. commodiſſimè. ff. de libe. & poſth. ¶ Et iſtud multum declarat prædicta, quòd ſi aliqua diſpoſitio non legalis diſponit in uno caſu, ille non trahitur ad ſimiles, in quibus ius commune aliter diſpoſuit: quia caſus omiſſus, &c. ¶ Sed prædicta procedunt, ubi caſus omiſſus non eſt deciſus a iure communi, ut etiam per dom. Abb. hic. Et ad hoc facit

elegans

a Omnino ſimile] Adde tamen text. j. q. j. ſicut uiteri, & ibi gloſſ. in uerbo, Ergo. & cap. cum ergo. & Bar. Cepol. in cap. j. iiij. pars. principalis, in iiij. col. de cognit. feud. quod non procedit dato uno diſſimili. Quod intellige, dato diſſimili illo caſu, licet in alijs ſit ſimilitudo, c. cùm dilecta. de cõfir. utili, uel inutil. Et debet diſſimilitudo probari per allegantem. Lud. Pōt. in l. iij. §. hac autem. de dam. infec. et Alexand. in l. iura de le. & Specul. in tit. de diſp. & allegat. §. poſt hæc. uerſic. uiribus. & ſeq.

b Simile] Vide domi. Alexan. in l. quod Nerua. ff. depoſiti. Et adde, quod ſecundum Phyſicum et Philoſophum ſimile non eſt idem l. non poſſunt. C. de legi. & l. ad ſimilitudinem. C. de epiſco. & cler. & adde Bart. in d. l. quod Nerua. in fin. uerſic. oppo. nullum ſimile. & Bald. in l. meminimus. in uerſicul. not. in §. cùm igitur. C. de leg. hær. d.

c Per iudicem] Adde Bald. in addit. ad Specul. in titu. de diſput. & alle. uer. ſi ſtatutum dicat.

elegans conſilium Pet. Anch. 351. quod incipit, Ex ſerie teſtamenti. ubi conſuluit, quòd ſubſtitutus filio naſcituro nõ eſt uocatus, ſi filius nunquam naſcitur, licet tunc uideatur prima facie fortius uocatus: quia iſte eſt omiſſus. Ergo, &c. Et dat doctrinam, quòd caſus contingens præter ordinationem diſponentis nunquam includitur, etiamſi ſit in eo maior ratio diſponendi. Et mouetur præcipuè per text. optimum in c. cui de non ſacerdotali. de præben. in 6. ¶ Quod fortè locum habet in diſpoſitione hominis, ſed in ſtatuto fit extenſio ad caſum omiſſum etiam odioſum ex maioritate, uel identitate rationis, ut fortiter probat Sali. in quodam conſi. quod eſt in conſilijs Pet. de Ancha. conſi. 345. incip. In quæſtione prædicta arguitur ad partes. ¶ Et intelligeretur, ubi per talem extenſionem non ueniretur contra ius, ut ſupra dixi. Et pro iſtis facit elegans conſilium dom. Abb. 17. quod incipit, Stante ſtatuto. ubi dicit, quòd ſi ſtatutum prohibet mulierem teſtari irrequiſitis filijs, uel nepotibus, ultra certam ſummam, niſi in caſu neceſſitatis, quòd quando ipſa alicoat in iſtu caſu neceſſitatis, non tenetur eos requirere, quòd iſte caſus ut omiſſus remanet in diſpoſitione iuris communis, ut ibi per eum. Cætera dic, ut in locis præallegatis. ¶ Vltimò tangit hic domi.

13 Abb. utrùm † lex, uel ſtatutum poſſit ſemper extendi ad ſimilem caſum? Et pro nunc tranſeo cum dictis ſuis, quia ad attingendum perfectè materiam opus eſſet longo tractatu. Sed remitto ad ſolennem tractatum domini Matthæi de Mathe. de extenſione, & aduotata per Imol. in l. ſi nerò. §. de uiro. ff. ſolut. matri. & dom. Anton. in repetit. c. fin. infra de conſue. & per Dominicum in cap. 1. de temp. ordin. in 6. & Innocent. in clement. 1. de elect. Et quamuis pelagus ſit ampliſsimum, tamen rememoro quatuor dicta quotidiana. ¶ Primò, quòd licet in materia correctoria procedatur ſtrictè, & non fiat extenſio, ut per gloſſ. in clement. in gloſſ. ut hi, qui. in uerſic. eiſdem. de æta. & quali. tamen ubi agitur de ſalute animæ, & euitando peccato, diſpoſitio correctoria & odioſa de tali materia loquens, extenditur ab identitate rationis. Fuit theorica Ioan. Andr. in capit. ex tenore infra qui fil. ſint leg. & ſequuntur ibi dom. Anton. & dom. Abb. Idem not. Bartol. in authent. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. uendit. uerſic. quæro. utrùm iſta authent. habeat locum in caſibus. & dom. Abb. in cap. quæſiuit infra de diuor. & Domi. in ca. pro humani. §. fin. de homi. in 6. & dom. Anton. in cap. ad eminentiam. in fin. infra de ſenten. excom. & Lud. in l. ſequitur. §. ſi uiam. ff. de uſucap. & Imol. in repet. ca. cùm contingat infra de iureiurand. Et iſtud ſeruiet ad multa.

14 ¶ Aliud eſt notandum, quòd † lex, quæ aliàs non extenditur, ſi eſt facta in fauorem reipublicæ, poteſt extendi ab identitate rationis. Fuit doctrina Bartol. in l. ſi conſtante. in 9. q. ff. ſol. matr. & in l. ij. §. exercitus. per illum text. ff. de his, qui no. infa. & in l. quemadmodum. C. de agr. & cenſi. lib. 11. & exclamat Lud. Rom. de hoc conſi. 105. inci. In Chriſto, &c. Viſo themate. Et ex hoc conſuluit Pau. de Caſt. conſi. 23. incip. Viſo puncto. quòd ſtatutum Brixiæ, per quod poteſtas poteſt committere appel. a diffinitiua extendi, poteſt etiam ad appellationẽ ab interlocutoria: quia in hoc uerſatur utilitas publica, ne cogantur ire Venetias pro impetratione commiſſionis. Sed potius fuit dictum de diffinitiua, quàm de interlocutoria: quia de illa poterat eſſe maius dubium, cùm ſit maioris importantiæ. Et hoc not. ¶ Tertiò no. quòd ubi conſtitutio eſſet eluſoria, ſi non extenderetur, tunc etiamſi ſit exorbitans & correctoria, extenditur. Probatur ex gl. in clement. 1. de ſepult. in uerſic. ſepelitur. in fin. in qua habes exemplum. Et eſt optima glo. in c. quanquam. in gloſ. fin. de uſu. in ſexto. extendens illam conſtitutionem odioſam de teſtamento ad codicillos & omnem ultimam uoluntatem, ne ſit eluſoria. Et hanc doctrinam multùm not. Ioan. de Ana. in rub. de apoſtatis. & dicit do. Matthæus in dicto tractatu, ſe habuiſſe hanc doctrinam dom. Anton. de But. dum ſub eo diſputando ſuſtinuiſſet: & facit cap. ſi ciuitas. ibi, ne uilipendi ualeat. de ſenten. excom. in ſexto, & in l. non dubium. ibi, nec pœnas inſertas. C. de leg. & cap. commiſſa. §. j. de elect. in ſexto. ¶ Quartò not. quòd licet Bartol. in l. j. ff. de uerb. ſignific. dixerit, quòd lex non poteſt extendi, quando in ea non eſt expreſſa ratio, tamen Bal. in l. maximum uitium. C. de liberis præte. in pulchra q. limitat hoc non procedere, quando cognoſcimus, quòd ſolùm una ratio poteſt reddi: quia ex illa coniecturata poſſumus legem perinde extendere, ac ſi eſſet in l. expreſſa: & hoc per not. reaſſumis Pau. de Caſt. conſilio ſuo 334. & do. Abb. in c. fin. de reſcrip. & do. Philippus in c. ſuggeſtum. in princ. de appell. inducens ad hoc illum tex. & Pau. de Caſt. conſil. 347. & pulchrè Imol. in l. fin. uerſic. & nota diligenter. ff. de hæred. inſtit. & facit gl. fin. dum dicit, nam ob quam aliam. in l. quamuis. C. de fideicom. & quod not. Sali. in l. ſi ſerui ueſtri. C. de noxa. & ſequitur etiam d. Abb. in c. cùm inter uniuerſas. j. de elect. Et iſta ſufficiant tanquam magis quotidiana. Reliqua dic, ut in locis præallegatis.

SVMMARIVM.

1 *Veniens contra legem, an ſemper peccet mortaliter.*
2 *Lex præcepti qualiter cognoſcitur.*
3 *Quando materia ſubiecta eſt præcepti, qualiacunque ſint uerba legis uel canonis, impropriantur, & importent præceptum.*
4 *Si non eſt dubium, quòd materia ſit cõſilij, tunc qualiacunque ſint uerba, impropriantur, ut importent conſilium.*
5 *Vbi non conſtat, an uerba ſint præcepti, uel conſilij, attendantur eius uerba, an ſint conſilij uel præcepti.*
6 *Et quæ ſint illa uerba, uide in ſequentibus, num. 7. & 8.*
Et uide ibidem pulchras limitationes.
9 *Religioſi ſi ueniunt contra regulam ſuam, an ſemper peccent mortaliter. num. 10. excipit tres caſus, ut nu. 11. & 12.*
13 *Veniens contra ſtatutum laicorum, an peccet.*
14 *An ratione partis falſæ poſsit licitè negari tota diſpoſitio.*

CAPITVLVM IIII.

NAM CONCVPISCENTIAM. ¶ Omne prohibitum a lege peccatum eſt, quod ſequitur ex eo. H. D. ¶ Tangunt hic Doct.
1 utrùm † ueniens contra legem, ſemper incidat in peccatum mortale? Et dic regulariter, quod ſic, per c. 1. de maio. & obed. & c. quod præcipitur. 14. q. 1. notat Bartol. in l. ſi quis pro eo. in 5. membro. ff. de fideiuſſ. & d. Card. poſt Matthæum in cle. 2. de ui. & honeſt. cle. & in cle. dudum. §. fin. de ſepul. & Dominic. poſt Archi. & Ioan. And. in cap. deteſtanda. de conceſ. præben. in ſexto. etiamſi ſit lex principis ſecularis, ut not. gloſſ. in capit. quis autem. 10. diſtinct. etiamſi ſit ſtatutum municipale, ut ſentit gloſſ. 3. in c. 2. de conſtitut. in ſexto, quam ibi notat Dominic. & idem in legibus ciuilibus, ut dixi in capit. 1. in ſexta fallentia, ad fin. ſupra eod. Amplia, etiamſi in l. præceptiua ſit alia pœna impoſita, ſecundum Dominic. in capit. perpetuæ. in notabilibus, per illum text. de elect. in ſexto. & dicit ad idem eſſe optimum tex. in cap. commiſſa. in fin. eod. tit. & lib. & ibi hoc etiam repetit Dominic. Et dicit idem Dominicus in capit. in nomine domini. 23. diſtinct. quòd licet electio facta de Papa, non ſeruata iſta forma teneat, tamen Cardinales eam omittentes peccãt mortaliter. ¶ Hæc intellige, quando lex eſt præcepti, d. c. quod præcipitur. Si autem eſt conſilij, regulariter non obligat, [a] niſi in certis caſibus, quos declaraui in cap. 1. in 3. fallen. ſ. eod. Et aliquid etiã per do. Abba. in clement. 1. de cele. miſ. Et Archi. in c. in malis. 11. q. 4. ¶ Cogno-
2 ſcitur † autem lex præcepti tam ex materia ſubiecta, quàm etiam ex uerbis, ut hic latè per omnes, & Dominic. in c. denique. §. hæc & ſi legibus. 4. diſtinct. & Imol. in c. cùm contingat. de iureiur. & do. Abb. in c. 1. de ui. & ho. cle. & in c. clerici. lo grande, tit. eod. & in cle. 1. de teſti. De quorum dictis feci tres concluſiones, inſertis aliorum dictis. ¶ Pri-
3 ma concluſio. Si † non eſt dubium, quòd materia ſubiecta eſt præcepti, tunc qualiacunque ſint uerba legis, uel canonis, impropriantur, ut importent præceptum. Probatur in cap. rogo. & ibi gloſſ. & Arch. 11. q. 3. & in c. reuertimini. 16. q. 1. iuncto dicto Archi. ibi, dum exponit Hortor, id eſt, præcipio. Facit cap. 1. in uerſic. hortamur. j. de teſta. & gl. in cle. 1. in eod. uerſic. de teſti. & in cap. ſicut inquit. in eo.

[a] *Non obligat.*] *Adde tex. ij. q. 6. qui deſiſtat. & c. ij. in fin. de maio. & obed. & xiiij. q. j. c. fin. & per Abb. in c. omnes. de pæ. & remiſ.*

uer.ij.q. vij: bonus tex.in cle.exiui.uer. item quia præſ.de
uerb.ſign.& not.Archi.in c.ignorantia.38. diſtinct.& glo.
in c notum.2.q.1.etiamſi eſſent uerba denotantia conſiliũ
reuerentiæ,ut per gl.in c.ad aures.de æta.& quali. in uerſi.
conſulis.cum concor.quas dedi in d. c.1.in 3. ſallentia, ſu-
4 pra eod.¶ Secunda cõcluſio.E conuerſò † ſi non eſt dubium,
quòd materia eſt conſilij.tunc qualiacunque ſint uerba, im
propriantur, ut importent conſilium. Probatur in d.c. dile-
ctiſſimus.eum gl.in uer.præcipimus.12.q.1. & in c. ſi quis
ingenuus.coniuncta gloſſ.1.in fi.29.q. 2.& in c. hac ratio-
ne.31.q.5.Et bene facit,quod not. gl. fin.in c. non ſolùm.
28.q.2.& gloſſ.in l.cùm pater.§.inteidum.ff.de leg.2.& gl.
2.in capit.qui patrem.60.diſtinct.& in ca. domino ſancto.
in uer.neceſſe.l.diſtinct.& in c.mandaſtis.2. q.5. & in cap.
Guiliſarius.in uer.mandauit.23.q.4.probatur in cap. ma-
gnæ.de uoto.in uer.nonete. iuncto cap.1. in uerſi.liberum.
eod.titul.& in l.age.C.de tranſactio.& in l.ij.ff. manda.&
Inſtitut.eod.titul.§ j.no.Bart.in l.j.C.de pact.& Dominic.
in cap.ſponſus.ad fin.23.diſtinct.& pulchrè Archi.in cap.
ignorantia.38.diſtinct.Ex cuius uerbis dicit ibi Dominic.
not. quòd uerbum Monitionum, ſtat præceptiuè, quando
profertur in materia præcepti. & econtrariò uerbum præ-
cepti ſtat monitiuè, quando materia nõ eſt præcepti. ¶ Ter
5 tia concluſio. Vbi † non conſtat, an materia legis ſit præce
pti, uel conſilij, & poteſt habere ſe ad utrunque, tunc at-
tenduntur eius uerba, an ſint conſilij, uel præcepti: & ſe-
cundum illorum naturam denominatur lex. Datur exem-
plum, ſi lex diceret, Inhibemus: nam æquipollet inhibitio
præcepto, ſecundum Arch.56.diſtinct. in ſumma, in fi. ubi
dicit, quòd in expreſſa prohibitione ſemper continetur præ
ceptum. Idem de uerbo Interdixit, c.interdixit.35.diſtinct.
Et allegat hic do.Arch.in c.ſi non licet.23.q.5. ubi hoc nõ
dicit. Idem de uerbo Iniungimus, ſecundum gloſſ. in cle.
quia contigit. in uer.iniungimus. de relig. do. Et de uer-
bo Iubemus, not.gloſſ.in cle.paſtoralis.in uer. de more. de
re iudic.& in cle. præſenti. in uer. iubemus. de cenſi. & ibi
do.Abb.Idem, ſi dicitur Mandamus, ſecundum do. Anto.
& Imo.hic, & Arch.in §. hæc & ſi legibus. 4. diſtinct. ubi
concludit, quòd conſtitutio in dubio dicitur præcepti, niſi
ratio ſubiectæ materiæ, uel uerborum aliud inducant. Et
adde, quòd ſi lex loquitur per uerba exhortatiua, uel con-
ſultatiua, non ligat contrauenientẽ ad peccatum, d.§. hæc.
& fin.& d.c.quod præcipitur. Et de uerbo Oportet, quòd
ſit neceſſitatis, allegat hic do.Anto.gloſſ.in c. domino ſan-
cto.l.diſtinct.& eſt gloſſ.in l.j.in uerb. oportet.ff. de iuſtit.
& iure. Et aliquando eſt honeſtatis, ſecundum ſubiectam
materiam, ut not.gloſſ.in c.5.in uerſic. oportere. 25.q.5.de
qua meminit gloſſ.in c.1.in uer.oportet.de præſcrip.in ſex
to, & idem dom.Abb.in cap.fin.ibi, quod met. cauſa.¶ De
6 †uerbo autem. Debet, quòd ſit neceſſitatis, uide gloſſ. in
cle.attendentes.in uer.debet.de ſtatu mo. & Bartol in l.iij.
C.de pig.quem ſequitur Ioan.de Ana.in c.iij ĩ.de adul. Et
limita, niſi iungatur cum uer.ſapiente conſilium, ut ſi dicat
humiliter, Debet, ſecundum gloſ in c.teſtamentum.in uer.
debet.vj.diſtinct. & Dominicus hic. Et de hoc etiam per
do. Abb.in c.cùm locum.ĩ.de ſponſ.& in c.intelleximus.ĩ.
de iudic.& in c.j.de do.& contu.& in c.cum ſuper. de cau-
ſa poſ.& propri.& in c.j.de deſponſ.impub.Et ibi dicit per
illum tex. q ratione ſubiectæ materiæ põt uerbum Debet,
importare honeſtatẽ, etiam ubi additur uerbum Omnino,
per illum text.quem etiam pro caſu ſpeciali allegat.gloſ.in
d.cle.attendentes. ¶ Adde iſtis gloſ. in l. ſæpe.ff. de offic.
præſi.quæ dicit, quòd uerbum Mando, importat neceſſita-
tem, nõ tamen adeo præciſam, quin poſ-
ſet per auxilium expedire. Sed uerbum
Præcipio a, operatur, quod non per aliũ:
& ſequitur Imo.in clem. ſæpe. de uerbo.
ſignifi.& Bald.in l.legis uirtus.ff. de legi.
Et quòd præceptum magis arctet, quàm
mandatum, uide Card.in clem. fin. in q.
ad fin.de proeu. & in c.quoniam Abbas.
de offi. dele. & in cle.j.in octauo notab.
de iudic. ¶ Et eſt utilis dicta differentia
7 in alio, quia † ſi committitur cauſa per
uerbum Præcipio, in materia, in qua po-
terit iudex procedere ut ordinarius, effi-

a Præcipio] Quid uerbum præcipis, differat à uerbo Mando, ui de gloſ. & Alex. in l. & quia. de iuriſ. om. iu. & gloſ. & Alexan. in l. ſæpe.de offic. præſi.allè. in tex. et Arch. xiiij.q.j. quod præcipitur.

citur delegatus: quia commiſſio ſit alio modo, quàm in-
eſſet, cùm ex hoc non poſſit delegare, ut aliàs poſſet. Et ad
hoc ultimum uide glo.& Doct.in c.cum aliquibus.in uer.
facultatem.de reſcript.in ſexto.Et gloſ. fin.in c.hi, qui. de
præben.in ſexto. Et gloſ.penult.in c. licet. ubi bonus text.
de offic.ordin.& text.in c.graue. eod. titul.cum concor. Et
quòd uerbum Mando, non importat regulariter neceſſita-
tem, uide Arch.in c.quiſquis.14.quæſt.j.Et quomodo mã-
datum eſt ultra conſilium & citra præceptum, uide Archi.
omnino in c.quod præcipitur.poſt princ. ea.cauſa, & quæ-
ſtione. ¶ Et iſtis adde Imol. in cap.eam te. per illum text.
infrà de reſcript. & Roſ. in rub. de ac. manda. in libellis
iuris Canonici, ubi non admittit differentiam inter man-
datum & præceptum: quia non eſt de iure ſcripto. ¶ Sed
tamen prædicta tenentur communiter, ut etiam per Specu.
in titul. de legato.§.reſtat. uer.ſed licet tunc mandatum. &
in §.finitur. uer. ſed pone de facto. & per Imol. in cle. fin.
uer.ſecundò quæro.de procur. & in l.qui in aliena.§. is pu-
tà.ff.de acqui.hæred.& Bartol.in.l.ij.C. communia de leg.
& Bald.in.l. pen. C.quomodo & quando iudex.& Rom.in
8 l.j.§.j.ff. ſi quis ius di.non obtemp. ¶ De † aliquibus autẽ
uerbis ſit dubium: putà de uerbis imperatiuis: & concludi
tur, ſecundum do. Ant. do.Abb.& Imol.hic, quòd aut con-
ſuetudo eſt introducta ſuper hoc, & illi ſtatur, c. cum dile-
ctus.de conſue.& bene probatur in cle.exiui.§.nos itaque.
de uerb.ſignific. Si uero non extat conſuetudo, & materia
ſit in ſe grauis & ponderoſa: & tunc, ſi cauſa fuit cogitata
& ponderata per ſuperiorem, inducit præceptum, aliàs ſe-
cus. Exemplum in dicto Euangelij, Si quis te percuſſerit
in una maxilla, & c.nam illud Exhibe, non importat præce
ptum, 13.q.1.cap. paratus. ubi text. op. ſecundum prædi-
cta. ¶ Prædicta tamen recipiunt ſex notabiles limitatio-
nes. Prima limitatio colligitur ex notatis per Ioan. Andr.
in c.fin.ſuper glo. de cognat.ſpi.in ſexto, & ibi per Domi-
nic.ubi dicunt, quòd ſi conſuetudo reſiſtit, ut quia commu
niter ſit contrarium, tunc attenuatur lex loquens per uer-
ba præceptiua, adeo ut eius contrauentio reputetur leuis
culpa. Ad quod uide Archi. in ca. uiolatores.25.quæſtio.1.
ubi etiam latè probat prædictam concluſionem, quòd ue-
niens contra canonem peccat mortaliter: & maximè, quan
du ex hoc poteſt excommunicari, per c. ſi quis omnem.1.
quæſtio.7.& c. generali.& c.ſi quis dogmata.23.q.1. Ergò
peccatum mortale,11.quæſt.3. nemo. Refert autem Ioann.
de Deo dicentem, hoc uerum; quando ex contemptu hoc
fit, ſcilicet contra canones, per c.nulli.19.diſtinct. aliàs fal
ſum eſt.Quotidie enim facimus contra honeſtatem & mo-
deramen canonum, & eſt ueniale in quibuſdam, 25.diſtin-
ctio. c.unum orarium.§. nunc autem. in fin. Sed hoc dicit
Arch. ſe intelligere ſecundum id, quod habetur in c. quia
per ambitiones, ibi, non reſpicientes .64. diſtinctio. & ita
reſidet uolens, ut puto, quòd hoc non procedat, ubi obſti-
natè quis perſeuerat, per illum text. Quomodo autem co-
gnoſcatur contemptus, dixi in c.primo in 3. fallentia, ſu-
pra eodem. ¶ Secundò limita, niſi id, quod lex præcipit,
fundaretur principaliter ſuper utilitatem eius, cui manda-
tur: nam tunc materia non poteſt dici præcepti, ut dicit te
xt. & ibi gloſſ.in l.cùm pater.ff. de legatis ſecundo, & ple-
nè Ioan. de Imol.in c.cùm contingat. uerſ. dom. Anto. hic.
infrà de iureiur. ¶ Tertiò limita ex eo, quod ſingulariter di
cit beatus Thomas, in hac materia, ſecunda ſecundæ, quæ
ſtio.186.articu.9. in reſponſione ad ſecundum articulum,
dum dicit, quòd ubi lex loquitur per uerba communia, pu
tà Statuo, uel Decerno, uel quid ſimile, tunc non obli-
gat contrauenientem, ſaltem ad mortale: quod reputat
hic dom. Abb. multum notabile: & aſſignatur ratio: quia
ſicut non omnis contrauentio legis inducit mortem tem-
poralem, ita non debet inducere mortem æternam. Nam
quodlibet mortale eſt morte dignum, uigeſimaquinta di-
ſtinctio.§. cernimus. Et ex quo lex aliquando loquitur per
uerba ſtrictiſſima, aliquando per uerba non ita ſtricta, de-
bet eſſe differentia in quantitate peccati. Quod facit ad cõ
ſtitutionem religionum, in quibus dicitur, Statuimus,
Ordinamus, & c. ¶ Sed conſidera: quia in dubio uerba im-
portant præceptum, ubicũque ratio ſubiectæ materiæ, uel
uerba ipſa aliud non demonſtrant, ſecundum Archidia.
in d. §. hæc & ſi legibus. & dom. Antonius. & Imol. hic.
Et dicta

Et dicta uerba Statuimus, Ordinamus, & ſimilia, ſunt apta importare præceptum. Ergo, &c. ¶ Item, quia ſtat regula c. ſi quis. de maiorit. & obedientia. in uer. non obedient. & capit. qui reſiſtit. 11. q. 3. dicens, peccare mortaliter non obedientem ordinationi ſuperioris prælati. Quòd uerbum Decerno, importet neceſſitatem, probat text. in d. §. hæc & ſi legibus. ibi, decretam neceſſitatem importat. & expreſſe not. Archi. in c. j. 76. diſtinct. ſuper uerſic. decernimus. dicens, quòd importet neceſſitatem. & ſequitur do. Ant. hic, dicens, ſe ita reſpondiſſe uni magiſtro. ¶ Ad illud, quòd non omnis contrauentio debeat inducere mortale, dici poteſt, quòd quanto lex ſtrictiùs loquitur, tantò grauior eſt contrauentio: quia etiam in peccato mortali eſt dare gradus, iuxta notata in c. cùm quidam. ſupra. de iureiur. Et hoc erit peccatum mortale, licet nõ in tanto gradu, ſicut quando uerba ſunt ſtrictiora. Poteris tamen cogitare. ¶ Quartò limita ex eo, quòd not. do. Abb. in c. licet ex quadam. infrà. de teſtib. ubi dicit, quòd ius diuinum eſt de neceſſitate ſalutis, non ſic ius humanum. & allegat Archi. in c. ut nam. 76. diſtinct. ubi dicit, quòd licet ueniens contra ius diuinũ ſemper peccet mortaliter, [a] non tamen ſic ligatur ueniens contra ius humanum. Nam poteſt euitare mortale, ſi habet aliquam cauſam rationabilem contraueniendi: & remittit ſe ad dicta ſua hic, ubi tamen hoc attingit: & uide latiùs Archi. in d. loco, ubi expreſſè ponit hanc differentiam inter ius diuinum & humanum. Et ſic not. quòd ubi lex humana eſt inducta certo reſpectu, contraueniens legi, & nõ illi reſpectui, nõ peccat. Ad quod uide omnino do. Abb. in c. quoniam contra. de proba. in ult. notabili, & quod dixi ibi, & in cap. j. in ſexta fallentia, ſupra. eodem. ¶ Quintò limita ex dicto Bald. in l. ab eod. uer. ſed quid ſi propter. C. quomodo & quando iudex. ubi dicit, quòd ſi errat in ſubtilitatibus legum, nõ peccat mortaliter: & ideo ueniens contra legem, quia non intellexit eius uerum ſenſum propter obſcuritatem, excuſatur; [b] & allegat Innocent. in c. per tuas. de ſymo. Bene facit, quod not. do. Card. in cle. ſi u. in 4. quæſt. de reg. & in cle. t. in 25. q. de reb. eccleſ. non alie. & in cle. t. in §. ſanè. in 3. opp. de uſur. & Bald. in l. 1. C. de errore calcu. & in l. 1. C. de no. C. compo. & per omnes in l. cum prolatis. per illum text. ff. de re iud. cum concor. In quibus error iuris obſcuri, uel quo ad ignorantiam, uel quo ad inualiditatem actus, nõ conſideratur. ¶ Sextò declara prædicta;

9 ut † non procedant in religioſis contrauenientibus conſtitutionibus regulæ. Sed in ipſis dic, ut per beatum Tho. ſecunda ſecundæ, quæſt. 186. artic. 9. quem refert & ſequitur Arch. in c. t. 27. quæſt. 1. & do. Abb. & Imol. hic concludentes, quòd non omnis contrauentio regulæ obligat ad mortale, per dict. cle. exiui. ſed conſiderantur uerba cuiuslibet capituli regulæ, aliàs uita religioſorum eſſet periculoſior, contra c. nos nouimus. 17. q. 2.

10 Nec obſt. quòd † ueniant contra uotum, quo ſolenniter promiſerant ſeruare regulam: quia profeſſio non refertur ad omnia contenta in regula, ſed ſolùm ad tria ſubſtantialia regulæ: & ueniendo contra iſta,

11 obligantur ad mortale: in † alijs ſolum ad ueniale, niſi in tribus caſibus. ¶ Primò, ubi ex contemptu contrauenit, ſecundum prædictos: quibus adde, quod dixi in terminis in c. cùm quidam. j. de iureiur. ¶ Secundò, niſi aſſumeret in conſuetudinem: quia ueniale per conſuetudinem efficitur mortale, ut in d. c. unum. §. criminis. 25. diſtinct. ſe-

12 cundum dom. Abb. hic. ¶ Tertiò, ubi † quis ueniret contra præceptum, ſiue oretenus à prælato factum, ſiue in regula expreſſum: quia hoc eſſet facere contra obedientiæ uotum, ſecundum beatum Tho. ubi s. Iſta reaſſumit eleganter do. Abb. in c. relatum. j. ne cle. uel mona. ſentiens, quòd inter Prædicatores & Minores non ſit illa differẽtia, quam ibi not. Hoſtien. Et adde, quòd conſuetudo longiſſimi temporis tolerata per ſuperiorem monaſterij, excuſat contrauenientes regulæ etiam in uerbis præceptiuis: & probatur rationibus, de quib. per eum. Pro quo bene facit, quod not. do. Card. in cap. cùm ad monaſterium. j. de ſta. mo. ubi dicit, quòd ſi in certo monaſterio nõ eſt memoria, quòd eſus carnium ſit prohibitus, aſſumens de nouo habitum, non peccat ſequendo mores aliorum, maximè Papa ſciente & tolerante. Et idẽ dicit de alijs rebus concernentibus ſolennitatem. Et ſequitur ipſum do. Abb. in c. Deus, qui. de uita & ho. cle. confirmans ex dictis beati Tho. de quibus ſupra. Et per rationem: quia ſi uotum pariter concerneret omnia contenta in regula, fruſtra ſpecificè notarentur illa tria, paupertas, &c. ut ſit in c. cùm ad monaſterium. in fin. Per quod apparet, quòd contenta in regula non ligant ex uoto, ut ubi per eum, qui fortè ut iudex in cauſa propria ſæpe iſta reaſſumpſit. Et adde Bald. in l. fin. in ult. q. C. ſi ſer. extero. ubi dicit, quòd religioſi tenentur ad tria ſubſtantialia regulæ ex uoto: ſed ea accidenti ad orationes, & ieiunia, & obſeruantiam ſuarum conſtitutionum: & ſuper his poſſet diſpenſari, licet contra ſubſtantialia nõ. Allegat Archi. qui hoc dicit in c. j. de relig. do. in 6. & ibi aliquid per Domi. & per eundem in c. 2. de conſtitut. in 6. Pro quibus uide Arch. in c. de monachis. 16. q. 1. ubi idem repetit.

13 ¶ Quid † autem de contrauenientè ſtatuto laicorum non habenti concurſum legis diuinæ, uel Canonicæ, an incurrat peccatum? Vide Innocent. in c. cùm contingat. uerſic. & ſic per prædicta. de iureiur. ubi probat, quòd non: quia laici nequeũt obligare ad peccatũ: & reputat hoc nouum, & ab alijs non tactum, per quod dicit aperuiſſe uiam ueritatis in artic. difficili, de quo ibi per eum. Sed an iſtud dictum ſit uerum, recurrere oportet ad ea, quæ dixi in c. j. in 6. fallentia, ſupra eodem. & notata in locis ibi allegatis, ut etiam dico in repetit. c. eccleſia in j. q. prope princip. j. eod. Et de iſtis ſæpe interrogaberis. ¶ In gloſ. a. in fi. Not. quòd licitè negatur cognitio totius ſubiecti ratione partis incognitæ. Ex quo inferunt domi. Anton. Imol. & Domi. hic,

14 ut ſit † ratione partis falſæ poſſit negari tota poſitio. Et quia ipſi non inſtant, dic, ut per gloſ. in c. 2. de confeſſ. in 6. in glo. magna, & in c. præſentium. in uer. ſigillatim. de teſti. in. 6. per do. Anton. in c. cùm Apoſtolus. j. de cenſi. per eundem & do. Abb. in c. unico, de plus peti. per do. Ant. & Innoc. in c. dilecto. de maio. & obe. per Bal. in c. j. ſupra. eodem. per Spec. in tit. de lit. conteſt. §. nunc dicendum. circa princip. & in titul. depoſi. §. 7. uerſ. 11. & ibi Io. An. per Domi. in d. c. 2. & in c. non loca. 40. diſt. per Pe. de Anch. in d. c. 2. per Paulum de Leaza. in Commento c. ex parte. j. de confeſ. per Bal. in l. a. §. quod obſeruari. C. de iureiu. cal. per Ang. in l. ſi quis cùm totũ. ff. de except. iud. per Bal. in l. j. C. de lit. conteſt. & in l. ea, quæ. C. de condi. inde. per Bartol. & omnes alios in l. j. § ſi quis ſimpliciter. ff. de uerb. oblig. per do. Card. conſ. 38. incipien. quidam habens unum filium. ¶ Et breuis cõcluſio eſt, quòd non debet negari tota poſitio, [c] ſed admitti pars uera: quia petens totum, nõ uidetur excludere partem. ¶ Limitatur hoc primò: niſi faciens poſitionẽ proteſtetur, quod non uult habere partem: quia tunc põt totum negari, ſecundum gloſſ. in d. c. a. facit c. cùm apoſtolus. de cenſi. & c. cum ad quorundam. j. de exceſ. præla. ¶ Secundò limitatur, niſi materia ſit indiuidua: quia poterit tota negari, ex quo cõfitendo partem confiteretur totum, ſecũdum Bar. in d. §. ſi quis ſimpliciter. ¶ Tertiò limitatur, niſi petens petat id, q. eſt debitum, ſed qualificatè: putà in diem, uel ſub conditione: quia negari põt, & tunc non cenſetur eſſe debitum, ex quo eſt ſub conditione contractũ. Qualitas enim facit rem cenſeri omnino diuerſam, d. l. j. §. ſi quis ſimpliciter. & latiùs in dictis locis. Et hodie inoleuit practica, quòd faciens poſitionem dicit, petatur

a *Mortaliter*] *Adde Bart. in authen. ſacramenta. C. ſi aduer. uend.*

b *Excuſatur*] *Sed quid ſi peccatum ineſt legi, ſtatuto, uel conſuetudini? Dic, quod non ualet lex, ſtatutum, uel conſuetudo. Ergo, &c. ut per Specul. in titul. de diſput. & alleg. §. v. et c. ſed nunquid in cauſa. Vnde adde, quod illud ſtatutum, quod ſine peccato ſeruari non poteſt etiam uenia li, debet caſſari, c. fin. & ibi, ſicut uerſ. not. abolendam. & Doctor. de præſcript.*

c *Tota poſitio*] *Adde do. Alexan. in l. j. § ſi ſtipulantur. de uerb. oblig. ubi etiã per Bart. qui tenet idẽ per text. in d. l. ſi quis, cum totũ. de except. rei iud. ſupra. in text. alleg. cuius opin. eſt communis, ſecundum Alexand. ibi. qui dicit uerum, ſi ſit falſa in parte, in quantitate non: ſi in qualitate, tunc põt tota negari. Et ſic, dicit ipſe, debere intelligi d. gloſſ. in c. ij. de confeſſ. in vj. ſupra. in text. alleg. et in c. præſentium. de teſti. eo. lib. quicquid dixerit Bal. in d. l. ij. §. quod obſeruari. ſupra. alleg. in textu, C. de iuramento. cal.*

petatur de tanto: & ſi non credit de tanto, dicat de quanto, ſecundum Angel. in dicta l. ſi quis cùm totum. ff. de except. rei iudic.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutiones Decretorum ſunt præferendæ ſingularibus opinionibus.*
2 *Verbum Prudentiæ tuæ, poſitum in reſcriptis, qualiter accipitur.*
3 *Dicta ſanctorum Patrum ſunt imitanda. Vide fallentias tres ſuper hac ſententia, num. 4. 5. & 6.*
7 *Caſus, in quibus dicta ſanctorum Patrũ præualent dictis Papæ.*
8 *Sancti patres quando habent inter ſe diuerſas opiniones, quæ præualeant.*

CAPITVLVM V.

1 NE INNITARIS. ¶ Conſtitutiones † Decretorum ſingularibus opinionibus præferendæ ſunt. H. D. Et uide bo. gloſſ. in c. 1. in gloſſ. 2. 74. diſtinct. ¶ In text. ibi, prudentiæ tuæ. Not. ſecundum dom. Ant. & Dominic.
2 quòd † hoc uerbum Facias ſecundum prudentiam tuam, intelligitur etiam de prudentia à iure non informata, cũ ſi dirigatur ad perſonam aliàs in iure inſtructam. Quod uo. pro arbitris, quibus datur poteſtas, ut faciant ſecundum prudentiam ſuam. Sed Imol. & latiùs domi. Abba. hic tenent contrarium: quia licet hic ponantur impropriè pro malo ſenſu, ut denotant alia uerba, tamen aliàs intelligitur prudentia uoluntas ſubmiſſa rationi: nam ubi deficit ratio, eſt fatuitas, non prudentia. Pro hoc: quia uerbum Placet, & multa ſimilia huic uerbo prudentia, important arbitrium boni uiri, ut latè dixi in c. 1. ſ. eod. Et adde, quòd intelligendo de prudentia mala, non eſt ſuperflua iſta decretalis, attento c. 1. ſ. eo. quia hic additur de dictis patrum ultra id, quod ibi dicitur de canonibus: nec eſt de indubitabili iſte tex. intelligendo de mala prudentia: quia plerunque uitia oppoſita uirtuti mentiuntur ſe uirtutes, ut in c. ſæpe. 41. diſtinct. Opponitur autem prudẽtiæ aſtutia, dolus, fraus & ſimilia, ut latè per beatum Tho. 2. 2. q. 55. per totum. Et ideo ne quis opinetur talia uitia, tanquam prudentia, prædominari dictis ſanctorum, inducta eſt hæc authoritas. Et de hac uirtute prudentiæ, & quotuplex ſit, & de multis alijs, uide beatum Tho. ſecunda ſecundæ, quæſt. 47. cũ ſeq. ¶ In text. ibi, ſanctorum patrum. Collige regulam ex text.
3 quòd † dicta ſanctorum patrum ſunt imitanda. Ad idem text. 20. diſtinct. c. 1. & fin. & c. cùm Apoſtolica. & ibi dom. Abb. de his, quæ fiunt à præla. No. Innoc. in c. cùm uenerabilis. de except. Bo. text. in c. ſunt nonnulli. in uerſic. tantorum patrum. 16. quæſt. 1. & in c. ſancta Romana. 15. diſtinc. ubi dicitur, quòd debent ſeruari uſque ad unum iota: & eſt gloſſ. in c. noli meis. 9. diſt. & illud eſt regulare. ¶ Fallit pri-
4 mò, ubi † ſunt dicta retractata, prout fecit Auguſtinus, qui multa de ſuis dictis retractauit, ut in lib. ſuo Retractationum, ſecundum omnes. Ad hoc facit c. quodam loco. 26. q. 3. Et faciunt, quæ de ſtatutis & legibus correctis dixi in cap. 1. in 2. fallentia, ſ. eod. ¶ Fallit ſecundò, quando
5 † inter eos eſt uarietas: quia licet eligere opi. quam quis uult, ſecundum Ioã. An. hic, quem omnes ſequuntur. Dat exemplum de Salomone damnato, in quo ſunt opin. & de corpore beatæ Virginis, an fuerit aſſumptum in cœlum, ut hic per eos. Quibus adde Bald. idem tenentem in l. captatorias. uerſic. & ideo conſulo. C. de teſt. mili. & Angel. in l. cùm prolatis. ff. de re iudi. & in l. fin. C. de pœna iudic. qui malè iudic. & Bald. in l. reſcript. C. de preci. impera. offeren. & Aug. & Imol. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de uerbo. oblig. & beatum Tho. in 4. ſententiarum, diſtinct. 13. quæſtio. 2. artic. 1. ¶ Et quamuis Io. de Fan. in c. hæreſis. 24. q. 3. dicat, quòd eligens ſibi unam opi. errat: quia eſt in peccato ſpontaneo: & ſequitur Ioan. de Ana. in c. 1. ĩ. de hæret. tamen pro communi opi. uidetur multùm facere tex. in c. in quibus. 22. quæſt. 2. & ita tolerat eccleſia in multis articulis extra fidem, ubi eſt uarietas inter Scotiſtas & Thomiſtas, ut in materia conceptionis Virginis, & ſimilibus. Et dum dicunt Doct. de Salomone, uide gloſſ. in c. Salomon. 32. quæſtio. 4. quæ dicit, quòd fecit pœnitentiam, & fuit ſaluus: ſed hoc non reperitur in aliquo loco authentico, ſecundum Archi. ibi. Audio tamen, quòd Hieron. in ſua apologia appellat eum ſanctum, ita dicens quibuſdam
6 à Domino reuelatum. ¶ Fallit tertiò, ubi † dicta ſanctorum patrum ſlent contraria deciſioni ſummi Pontificis: quia illa præualet, cùm ſibi data fuerit poteſtas legis condendæ, ſuprà eod. tranſlato. non illis, ut eſt gloſſ. 20. diſtin. In ſum. & not. domi. Abb. hic: pro quo optimè facit cle. 1. §. fin. de ſum. tri. Et hinc eſt, quòd in deciſionibus cauſarum præualent canones, ut eſt gloſſ. in d. ſum. not. Arch. & Domi. in §. Auguſtinus. 26. diſtinct. & facit c. de libellis. 20. di-
7 ſtinct. ¶ Sed † ſunt tres caſus, in quibus dicta ſanctorum præualent ſcriptis Papæ, ſi meliori ratione fundantur. Primus, ubi Papa ſcribit interpretando, non autem legem faciendo, prout fecit Innocent. IIII. Et ita ipſe not. in c. per tuas. ĩ. de ſymo. & Archi. & clarius Domi. 20. diſtinctio. in ſum. & meminit do. Abb. in c. capellanus. ĩ. de fer. Et dicit Hoſtien. in c. ſolet. de ſentent. excom. in 6. quod ſæpe audiuit Innocen. uiua uoce dicentem, quòd non intendebat, ut gloſſ. ſuæ facerent ius; & refert ibi Ioan. And. ¶ Secundus caſus eſt, ubi agitur de interpretatione diuinæ Scripturæ: quia præualent dicta ſanctorum, ſecundum gloſ. 20. diſtin. in ſum. & Archi. & Domi. in §. Auguſtinus. 26. diſtin. & facit c. de libellis. 20. diſtinct. ſaluo, niſi ageretur de materia neceſſaria ad ſalutem, ut de fide, uel ſacramentis, ſecũdum domi. Abba. hic; quia in iſtis, ſi Papa errat, corrigitur à ſolo concilio, c. nulli fas. 19. diſtinct. c. ſi Papa 40. diſtinct. Et pro hoc facit d. cle. 1. §. fin. ¶ Tertius caſus eſt, ubi dictum ſanctorum patrum eſt fundatum authoritate noui, uel ueteris Teſtamenti, ut eſt gloſſ. in uerſic. illorum. in d. c. de libellis. & tex. & gloſſ. in §. fin. 36. quæſt. 2. & not. dom. Abb. in c. qualiter, & quando. el 2. in prin. ĩ. de accuſ. & hic, Lud. Roma. in ſingulari, 679. incip. Dicas, quæ authoritas. quia ex quo eſt contra nouum, uel uetus Teſtamentum, conſtat de eius errore, 25. quæſtio. 1. ſunt quidam. ¶ Sed conſidera, quòd ceſſante hac ratione inferri poſſet, quòd hoc non procederet, ubi Papa faceret legem expreſsè limitantem ius diuinum; quia cùm hoc poſſit ex cauſa, ut dicetur. ĩ. eod. quæ in eccleſiarum. non præualebit authoritas ſancti. Vbi autem authoritas ſancti habet pro ſe canonem, utrùm præualeat alteri canoni, conſiderabitur, quis canon ſit poſterior, ut patet ex c. tria. & c. placuit. 36. quæſt. 2. iuncto c. fin. ĩ. de
8 rap. ¶ Quando † autem ſancti patres habent inter ſe diuerſas ſententias, quæ præualent? Vide gloſſ. ordinariam, in c. ut ueterum. 9. diſtinct. quam approbat Ludou. de Ro. in l. ſi uerò. §. de uiro. in 15. fallentia, ff. ſolu. mat. & in l. 1. §. fin. ff. de uerb. oblig. & in l. 1. ff. ſi cer. pet. & dom. Abba. hic. Et ex ipſa trahit ibi Domi. notabile argumentum, quòd ſicut gloſſ. uult ſtari magis uni, quàm alteri, attenta profeſſione cuiuſque, ut Hieronymo in tranſlatione Scripturarum, Gregorio in Moralibus, &c. quia magis in illis inſiſtebant: ita etiam in teſtibus eiuſdem profeſſionis habentis diuerſa membra; ut ſi circa uulnerum qualitatem diſcordat iudicium Phyſicorum & Chirurgicorum, magis ſtetur Chirurgicis, tanquam magis in ijs uerſatis, licet Phyſici idem profiteantur, ſecundum eum. Quod not. ad examen doctoris; quia in approbationibus data uarietate inter doctores utriuſque iuris, præualebunt uoces eorum, qui magis uerſantur in ea facultate, in qua ſit examen, dato quòd alij in ea non uerſati eam profiteantur, propter dictum gl. Quod bene not.

SVMMARIVM.

1 *Statutum ſi fiat in odium alicuius particularis perſonæ, an poteſt ab eo appellari. num. 2.*
3 *Statutum factum ſine iuſta cauſa in præiudicium tertij, tandiu tenet, quandiu ille tolerat, ſed eo ſupplicante, uel querelante, reuocabitur.*
4 *Iniquitas ſtatuti nunquam tranſit in rem iudicatam.*
5 *Legis natura eſt plura comprehendere.*
6 *Quemadmodum ex cauſa poteſt ſtatui in præiudicium ſingulariũ perſonarum, ita poteſt fieri in fauorem perſonarum ſingulariũ.*
7 *Canonici ſuper quibus ſtatuere poſſunt.*
8 *Fauorabile eſt redire ad ius commune.*
9 *Epiſcopus quando poſſit ſtatuere ſine capitulo.*

so *Capitulum*

10 *Capitulũ an poſſit ſtatuere ſine epiſcopo. Vſq; ibi, nunquid aut.*
11 *Eccleſiæ inferiores an poſſint ſtatuere ſine epiſcopo.*
12 *Congregato collegio, utrum tacentes habeantur pro conſentienti-bus. Et ponit limitationes tres.*
13 *Vniuerſitates an poſſint ſtatuere.*
14 *Illi poſſunt ſtatuta, & ſuis pœnã adijcere, qui habent iuriſdictionẽ.*
15 *Habentes rem communem, ut ſinguli, an poſſunt ſuper illa diſpo-nere, ſi omnes non conſentiant, etiamſi mille eſſent contra unum.*
16 *Pro debito uniuerſitatis poteſt imponi collecta.*
17 *Regula, Quod in rebus collegij ualet, quicquid maior pars collegij facit, an & quando locum habeat.*
18 *An maior pars collegij poſſit deputare aliquid de bonis communi bus pro paupere ſtudente inuita minore parte.*
19 *Caſus, in quibus non habetur reſpectus ad partem ſaniorem, ſed ad maiorem.*
20 *Maior pars quomodo eſſe dicatur, an reſpectu totius collegij, uel partium comparatione.*
21 *Pars expulſa a collegio, non facit collegium.*
22 *Abſentes longe à ciuitate, an ſint uocandi ad actus capitulares.*
23 *Actus capitulares quando noceant exiſtētis.*
24 *Canonici an poſſint ſeparatim conſentire in actibus capituli, uel an debeant ut collegium cõgregari? Et ponit pro regula, quod debeant collegialiter conſentire, non ſingulariter. Super qua regula ponit ſex notabiles declarationes, num. 26. 27. 28. 29. 30. 31.*
25 *Vniuerſitas non tenetur de delicto, niſi delictum fuerit commiſ-ſum ab uniuerſitate communicato conſilio.*
29 *Electores Imperij an eligant ut ſinguli, an ut collegium. Poſt num. 29. uerſic. ſed hoc intellige.*
32 *Familiaris factum an præiudicet domino. Facultas & merita diſtinguunt ueſtimenta & cibaria. Poſt num. 31. uerſic. in glo, penult. Ruſtici uiuentes debent ire pedes. Poſt. num. 31. uerſ. & ſimiliter.*
33. *Caſus, in quibus nulla conſuetudo excuſat non reſidentem.*
34 *Qualiter ſit intelligendum quòd uocandi ſunt duæ partes.*
35 *Antiquior de collegio an poſſit congregare alios.*
36 *Statuta alicuius profeſſionis, etiamſi ſint citra ius, approbãtur.*

CAPITVLVM VI.

CVM OMNES. ¶ Abſque cauſa rationabili non poteſt maior pars capituli tollere conſuetudinem priuatam utilitatem nutrientem. H. D. Diuiditur, ut hic per Docto. Et quæ ueniunt examinanda in gloſſ. non tangam in notabilibus. ¶ Per iſtum tex. infert hic do. Abb. ad dictum Bart. in l. omnes populi. ff. de iuſtit. & iure. ubi dixit,
1 quòd ſi † ſtatutum ſit in odium alicuius particularis perſonæ, poteſt ab eo appellari: arg. l. 1. in fin. ff. de doli excep. Sed dicit dom. Abb. quòd appellatio non eſt neceſſaria, ſed ſufficit condictio, per iſtum tex. ubi non fuit appellatum ab iniquitate ſtatuti, ſed ſuperior fuit aditus per uiam querelæ: nec mirum, quia cùm nec extraiudicialia tranſeant in rem iudicatam, poteſt grauamen uedum per appellationẽ, ſed per querelam tolli, ut in c. cõcertationi. de appel. in ſexto. Subdit etiam do. Abb. hic, quòd tale ſtatutum eſt ipſo iure nullum. Et quòd ibi fuit reuocatio facti, imo ſimplex prouiſio aduerſus iniquitatem: & probat hoc per c. erit autem lex. 4. diſtinct. ubi lex debet eſſe iuſta, & honeſta, & rationabilis: [a] & idem tenere dicit Bartol. in l. omnes populi, quòd ſit nullum ipſo iure. ¶ Sed pro declaratione huius articuli facias breuiter tres concluſiones. Prima concluſio. Si
2 ſtatutum † ſit ex cauſa rationabili ſpecialiter contra aliquem in eius præiudicium, ualet & tenet. Ita dicit Angel. in l. impetrata. C. ſent. reſcin. non poſ. Allegat l. neque. Dorotheum. & l. dotin j. C. de decu. lib. 10. & l. Antiochenſium. ff. de priuile. cred. & alia. Et ita dicit ſe pridie conſuluiſſe ſex docto. Idem tenet do. Ant. Imol. & Domi. hic, & Bal. in Repertorio ad Innocent. in uerſic. ſtatutum. in 3. q. & Angel. pulchrè in conſi. 63. incip. nobilis miles. dom. Raymundus de Bertholomæis. Vnde dicit Bal. in l. amiſſione. §. qui deficiunt. ff. de cap. dim. quòd ſpecialis perſona poteſt iudicari hoſtis, & rebellis, & banniti, & priuari ciuitate. Idem Bal. in l. 1. ff. de legi. Bonus text. in l. uenditor. §. ſi conſtat. & ibi Bartol. ff. com. præd. & l. 1. in gloſſ. 2. in uerſic. ... ff. de his, qui ſunt ſui, uel alie. iur. Nec obſt. c. erit autem. 4. diſtinct. quia reſponde, ut in fin. tertiæ concluſionis ſequentis. ¶ Hanc concluſionem limita primò, dum modò omnes de concilio ſint in hoc concordes, & non ſufficit maior pars, ſecundum Angel. eleganter conſilio 167. incip. uiſis & examinatis. Allegat gloſſ. in l. 2. dum refert Io. C. quæ ſit long. conſuet. Et ita dicit intelligi Dyn. in §. ſi conſtat. & eſt limitatio notabilis ad l. quod maior. ff. ad municipa. pro qua facit optimè, quod not. Bald. in l. milites. prope fi. C. de teſt. mi. ubi dicit, quòd ſi priores habent amplam poteſtatem à populo faciendi ſtatuta, tamen non poſſunt talia ſtatuta facere. Et idem not. Bartol. in l. toties. ff. de pollici. & in l. ambitioſa. uerſicul. quæro, poſito. ff. de decret. ab ord. fac. & Angel. elegantiſſimè conſilio 137. incip. Viſis omnibus ſtatutis, Sed iſta limitatio poſſet procedere, ubi lex fieret generalis ſine cauſa, quod fieri poteſt, ut j. dicetur: ſecus, ſi cum cauſa: quia maior pars ſufficiet, ſecundum Imol. in c. fi. in uerſic. circa ſecundam partem. j. de cõſue. & ibi limitat gloſſ. in dict. l. 2. ¶ Secundò limita, dum modò ciuitas reficiat æſtimationem damni, quod infert in ſonti ex cauſa pro bono publico, ſecundum Moder. in l. fi. ff. de appel. recip. Et ita intelligunt d. § ſi conſtat. quem ad hoc faciunt ſingul. & ſic damnum mitigatur. Et pro hoc uide omnino, quæ dicentur in c. quæ in eccleſiarum. in ſecunda concluſione, j. eod. ¶ Tertiò limita, dum modò tale ſtatutum fiat à populo libero uendicante ſibi iura imperij, uel regalia: quia talis poteſt apponere manum ad reſtituta principi, ut in c. per uenerabilem. cum ibi no. j. qui fil. ſint legi. Secus, ſi non ſit liber, ſecundum Bart. in l. Antiochenſium. ff. de priui. cre. quem ſequuntur dom. Anto. & Domi. hic, dicentes, quòd ſi tamen fiat, non eſt nullum ipſo iure, ut in ſeq. concluſione. ¶ Sed aduertit hic Imo. & non malè, quòd etiam populus non liber poſſit ex cauſa hæc ſtatuere, per d. §. ſi conſtat. ſicut epiſcopus cum Capitulo ex iuſta cauſa alteri eccleſiæ præiudicat, ut per gl. & Docto. in c. conſtitutus. j. de reli. do. Sed dictum Bart. poſſet procedere, ubi fieret ſtatutum generale ſine cauſa: quia populus liber poterit, per ea, quæ j. dicam: aliàs non. Ita tenet Imo. in c. proxi. uerſic. & per prædicta. ¶ Secunda concluſio. Sta-
3 tutum † factum ſine iuſta & apparenti cauſa in præiudicium tertij, tam diu tenet, quam diu ille tolerat: ſed eo querelante, uel ſupplicante, reuocabitur; & hoc, non facta illa differentia, quam facit Bart. in d. l. omnes populi. an ſtatutum ſit generale, uel perſonale; ſed conſiderato ſolum, an in ſe contineat aliquam iniquitatem. Ita concludit generaliter dom. Abb. in c. conſuluit. 3. ad fi. j. de ap. Cui addunt
4 Moderni ibi ſolùm hoc, uidelicet † quòd iniquitas, ſeu iniuſtitia ſtatuti nunquam tranſit in rem iudicatam. Vnde quandocunque ex interuallo citra medium appellationis poteſt ſequi retractatio iniqui ſtatuti. Et ita eſt tex. ſingul. hic, ſecundum eos; pro quibus uide Bal. in l. 1. §. ſimilique modo. in fi. C. de Lat. lib. tol. ubi dicit, quòd fortior eſt ſententia diffinitiua iudicis, quam ſtatuti; quia à ſententia ſtatuti poteſt ſemper principi ſupplicari. ¶ Et quòd ſtatutum iniquum teneat, donec irritetur, no. Aug. in l. 2. in prin. per illum tex. ff. quod quiſque iuris. ubi probatur, quòd dolus in ſtatuendo non reddit ſtatutum nullum ipſo iure. ¶ Et procedit concluſio, etiamſi ſtatutum fiat in actu fauorabili; quia ad inſtantiam illius qui coactus conſenſit, reuocabitur, ſecundum Moder. in l. fi. ff. de ap. reci. per text. quem dicunt ſing. in l. ſi priuatus. ff. qui, & à quib. Et uide Pet. de Anch. & Imol. in c. fi. j. de his, quæ fiunt à maio. par. ca. ubi etiam tenent, ſtatutum non eſſe nullum, prout tenent hic omnes, excepto dom. Abb. Et ſic limitatur c. erit autem lex. 4. diſtinct. per d. l. 2. quod quiſq; iuris. Et poteſt dici, quod non eſt propriè lex, ſed beneplacitũ, ut ſtatim dicetur poſt Bal. Neq; ſequitur, non eſt honeſta, ergo nulla. Patet inſtantia ex ſeq. limitatione, & ex eo, quod no. gl. in l. j. §. ſexum. in uerſ. prætor ratus. ff. de poſtu. & quod ibi Aug. Et de iſtis uide, quod no. Pe. de Ancha. conſil. 63. inci. querela expoſita. & Bar. in l. dotalem. ff. de manumiſ. teſt. & Bald in l. 2. §. cùm poſtea. ff. de orig. iur. & do. Ab. in c. fi. j. eod. & in rub. ĩ. eo. ¶ Hanc concluſionem intellige ueram, quando ſtatutum concernit certum hominem, per tex. in l. fi. ff. de app. recip.

Et rationabilis] a Adde Card. in cle. j. §. j. ule. q. de ſequeſt. poſſeſ. & 16. queſt. 3. inter cætera. & ibi gl. a ſingul.

recip.& in l.1.de doli excep.' Secus, ſi ſtatutum eſt genera-
le, quod poteſt omnibus adaptari: putà, quòd filia dotata
non ſuccedat: quia tunc non poteſt de iniquitate redargui,
5 & eſt propriè ſtatutum: aliàs autem non: quia † de natura
legis eſt, plura comprehendere, aliàs non eſt lex, ſed quod-
dam beneplacitum, iuxta l.1.ff.de conſti. pecu. Ita decla
sat Bald.in l.iudicibus.in princ.C.de ap.'& in c. ad noſtrã.
in fin.de ap.& clarè l.quiſquis.C. quorum ap. non reci. Et
ibi addit, quòd etiamſi eſſet uerbum generale, ſed effectu
ſingulare, poteſt contra ſtatutum opponi ſemper exceptio
doli, per tex.quem dicit no.in d.l.1.de doli excep. aliàs lex
populi generalis ſeruanda eſt, ſecundum eum. Et ideo di-
cit Bald.in 1. conſti.C. in §.quibus. in fi. quòd licet ualeat
ſtatutum generale cogens ad compromittendum, tamen ſe
cus in cogente perſonam ſpecialem: arg.l.toties.ff. de polli
cit. Similiter dicit Bald.in l.nemo.in fi.C.de Iudæ.quòd li-
cet ſtatutum poſſit per legem generalem limitare prætia
rerum omnibus uenditoribus, non tamen certis perſonis'.
Et idem magiſtraliter not. Bar.in d.l.toties.& in d.l. Antio-
chenſium.& do.Floria.in d.§.ſi conſtat.quibus adde Bal. in
l.2.C. quibus ad liber procla.non licet. ubi dicit per illum
tex.quòd ualet ſtatutum, quòd qui capit
bannitum, fiat dominus eius[a] quod ali
bi non reperitur, ſecundum eum. Vide
etiam Bart.in l.penult.in fi.C.de fi.inſtr.
& in. haſtæ fiſ. lib. 10. Adde etiam Bal.in
l.1.C.ne ea deſic. defun. ubi dixit, quòd
à pœna per ſtatutum impoſita non poteſt appellari. Quod
limita, ut per ipſum ibi, & per gloſ.in c.cupientes.§. quòd
ſi.in uerſic.priuatos. de elect. in 6. cum concor. ¶ Et dum
dixi, quòd etiamſi conſtitutio utatur uerbis generalibus, ſi
tamen ex coniecturis poteſt colligi, quòd ſit edita in dam-
num tertij, poteſt ipſe conqueri. Adde do. Abb.in rub. ſu-
pra eo.ubi pro hoc allegat Bart.in d.l.omnes. & iſte tex. eſt
menti tenendus, ſecundum eum. Pro quo uide Bal.in d.l.
quiſquis.& in c.cum ordinem.j.de reſc.ubi allegat Io.·Mo
na.dicentem, quòd uerba non poſſunt dici generalia, quan
do non poſſunt uerificari, niſi in uno indiuiduo, & quòd
ſtatutum debet eſſe generale, non ſolum uerbis, ſed etiam
facto: & hoc eſt quotidianum, ſecundum eum. Pro quo fa-
cit conſilium do.Pet.de Anch.conſil.150.quod inci. Opti-
mis rationibus.& conſil. 11. maximè in ſubſcriptionibus,
ubi reprobatur ſtatutum terræ Spalatri, quod generaliter
imponebat onus frumento deferendo ex una porta: quia in
effectu, licet non in uerbis, præiudicabat Molendinis Ar-
chiepiſcopi citra illam portam exiſtentibus. Et idem in ſi-
milibus terminis ipſe conſuluit latè conſi.193.inci. Pro cõ
munitate. Sed in eiſdem terminis contrariũ conſuluit Bal.
ut dicitur in d.conſil do.Pet.11.& idem latè Cal. in titu.de
conſtitut.conſi.21.quorum dicta fundantur ſuper publica
utilitate, & ſic, cum cauſa ſit ſtatutum: & ideo in illis ter-
minis fortè ſuſtineretur eorum opinio, maximè ubi popu-
lus eſſet liber, & ex cauſa faceret ſtatutum: putà, quia eſſet
impotens. In cauſa autem communis Spalatri concurre-
bat uiolatio iuris eccleſiaſtici. Ideo ſecus per notata in c.ſi.
6 de immu.ec.in vj.cum concor. ¶ Tertia concluſio. Sicut †
ex cauſa poteſt fieri ſtatutum in præiudicium ſingularium,
ita ex cauſa poteſt ſtatui in fauorem ſingularium. Ita not.
Alber.in j.parte ſtatutorum, q.22.& eſt tex.in l.neque Do-
rotheum.C.de decuri.lib.10. Et ita dicit ibi Io.de Platea te
nuiſſe Ang.per illum te.in d.l.Antiochenſium.& facit opti
mè tex.in l.dotitij.C.de decur.lib.10.Idem tenet Bald.in l.
leges generales.uer.tertiũ, ſi iuberetur.C.de legi. Et ibi di-
cit, quòd tale ſtatutum non indiget publicatione: quia ceſ-
ſat ratio, per quam aliàs ſtatuta publicantur.ſ. ut generali
ter obſeruentur: & ſeruli in c.ij.uer.tertiò limita ſup. eod.
Hanc cõcluſionem tenet etiam Pet.de Anc. in c.ſi propter.
in 10.not.de reſc.in 6.per illum text. & eſt bonus tex. in l.
ambitioſa. ff.de decre.ab or.fac. ¶ Nec obſt.text.in ca. erit
autem lex.in 4.diſt.in uer.nullo priuato commodo. & in l.
j.in uer.cõe præceptum.ff.de le.& in l.iur.uer. generaliter.
ff.eodem tit.quia reſpondetur ex doctrina Bald.in authen.
habita.C.ne fil.pro pa.dum dicitur, quod tribus modis di-
citur aliquid ordinari ad bonum cõe.Et tertius modus eſt,
quando ordinantur ſtatuta ad bonum ſingulare alicuius,
qui priuilegium meretur ratione uirtutis, ut ibi, & in l.

a *Dominus eius*] *Adde dom. Alex. in 1. conſi. ff. §. omnes.*

Aquilius.ff.de duna.& in l.j.§.j. cum ſi.ff.de iuſti. & iure.
Et ex hoc datur occaſio multiplicandi uirtuoſos utiles rei-
pub.Et iſta reſponſio ſeruit etiam ad primam cõcluſionem
ſupra poſitam, ut non dicatur lex ex toto in damnum pri-
uati, ſed etiam in fauorem communis boni. ¶ In glo.ſ.ibi,
in præiudicium aliorum & malo zelo. In reddendis ratio-
nibus nullitatis iſtius ſtatuti inſiſtunt hic omnes dando di
uerſos intellectus: & reputatur diuinatiuus intellectus
Compoſt.quod ideo reprobatur, quia defuit conſenſus epi-
ſcopi, iuxta c.cum conſuetudinis.j.de conſue.& quia non
fundat ſe Papa ſuper poteſtate ſtatuentium, ſed ſuper iniu-
ſtitia ſtatuti. Vnde dic breuiter, quod ſi fuiſſet omnibus cõ-
mune, ualuiſſet contra antiquam conſuetudinem, etiamſi
aliqui reſtitiſſent, dũ modò facerent ad utilitatem eccleſiæ,
ut quia indiget ſuffragio miniſtrorum, ſecundum omnes
cõmuniter hic: pro quibus facit tex.cũ glo.2.& ibi Arch.
& Domi.in e.tenere.31.diſt.ubi probatur, ualere ſtatutum
eccleſiæ, quod Canonici aſtringantur ad continuã reſiden-
tiam: de quo uide gloſ.in uer. in templo.in c. propoſuiſti.
31.diſt.& Inn.in c.ſi.j.de cle.non reſi. Et ex dicto Compo.
7 colligit hic do.Abb.notabile, quod † ſuper reſidentia, & ſic
ſuper ſtatu eccleſiæ, non poſſunt canonici ſtatuere ſine Epi
ſcopo, ſed ſolùm ſuper his, de quibus dicetur infra. ¶ Sed
fortè in caſu iſto potuiſſent ſtatuere ſine epiſcopo, dato q
eſſet ſtatuere ſuper ſtatu eccleſiæ, ſi æqualis fuiſſet conſtitu
tio: quia per remotionem conſuetudinis, quæ hic uigebat,
ſtatus eccleſiæ reuertebatur ad ius commune, quo omnes
iubentur reſidere: ideo nimirum, ſi propter reditum ad ius
commune tollitur ſolennitas aliàs neceſſaria, arg.l.ſi unus.
§.pactus. in uerſic. in priſtinam naturam redijt.ff. de pact.
& c.ab exordio.35.diſtin. ¶ Et confirmatur iſte intellectus
quatuor exemplis & uno ſimili: ex quibus oſtenditur con-
8 ſenſum alterius aliàs neceſſarium poſſe omitti propter † re
ditum ad ius commune, qui eſt fauorabilis. ¶ Primò ex eo,
quod no.dom.Ant.in c.ſtatuimus.j.de tranſact. ubi dicit,
quòd licet prælatus inferior non poſſit regulariter tranſige
re ſine conſenſu epiſcopi, c.de cætero. eo. tit. tamen quan-
do agitur de recuperando priſtino iure eccleſiæ deperdito,
poterit facere tranſactionem ſine cõſenſu epiſcopi ad hoc,
ut res faciliùs reuertatur ad naturam ſuam. Et dicit eſſe
tex.de hoc ſingularem in c.1.de pact.in 6. & illum text. ad
hoc etiam allegat dom. Abba. in c. ueniens.j. de præſcrip.
¶ Secundò probatur exemplo ciuis, quod dicit Domi.'d.c.
ab exordio.ubi dicit, quòd licet clericis iam promotis non
poſſit ſuperior iudicere aſperiorem uitam eis inuitis, ut ha
betur in c.propoſuiſti.82.diſt. & per gl. or. in regula, quod
omnes. de reg. iur. in 6. tamen ſi indicit aſperiorem uitam
redeundo ad ſtatum antiquum, à quo erant collapſi, non
requiritur conſenſus omnium. ¶ Tertiò probatur ex tex.
in c.cum Apoſtolica.uerſic.in reuocatione.j.de his, quæ ſi.
à præla. ubi ſolennitas conſenſus capituli neceſſaria in a-
lienatione rerum eccleſiæ, non requiritur in actu, per quem
res eccleſiæ reuertitur ad naturam ſuam, ut per Ioan. An.in
Spec.in tit.de locato.§.nunc aliquo. uerſic.15.in addi. par-
ua. ¶ Quartò probatur ex deciſione conſilij Fed.de Se.con
ſilio 14. ubi dicit, quòd licet exemptus non poſſit ſe alteri
prælato ſubmittere ſine conſenſu prælati, tamen in eum,
qui aliàs erat ſuus ordinarius prælatus, poteſt ſe ſubmit-
tere alio non requiſito: quia res facilè redijt ad ſtatum
ſuum. quod diſputat latè dom. Abb.in ſua diſpu. quæ inci-
pit, duo clericali ordine inſigniti. Et ad hoc faciunt, quæ di
centur in c.cum acceſſiſſent.j.eod. per illum tex. ¶ Quin-
tò pro iſto intellectu adduco dictum domi. Abba. in capit.
ad audientiam infrà de cle. non reſi. ubi concludit, quòd
9 licet † epiſcopus in ſtatuendo ſuper ſtatu eccleſiæ debeat
requirere capitulum, capit. nouit infrà de his, quæ ſi. à præ-
la. tamen ſi uult ſtatuere tollendo conſuetudinem ſuper
non reſidentia Canonicorum, poteſt hoc
a ſolus,[a] quando eccleſia ualde indiget
miniſtris. Vbi autem non indigeret, re-
quiritur conſenſus maioris partis, ſecun
dum eum. Et ſic intellige eum in ſuo cõ-
ſilio 67.incip.epiſcopus Lucanus. Et ad
hæc faciunt, quæ dicentur in c. cum ac-
ceſſiſſent.in primis chartis, j. eod. per il-
lum tex, ¶ Cæterum ad illud, quod col-

a *Solus*] *Quid autem poſſit facere epiſcopus ſine capitulo, not. 75. diſt. ſi quis. 12. q. 2. ſine. c. alienationes. & c. nos. 15. q. 2. epiſcopus. & c. nullus.*

c. quibus. in tex. de his, quæ fi. à præla. Sed in quibus caſibus requiras conſenſum capituli, uide Ab in c. 1. & in d.c. nouit. alleg. in text. eod. tit.

ligit do. Abb. hic ex dictis Doctorũ. canonicos non poſſe ſtatuere ſuper reſidentia, uel alias ſuper ſtatu eccleſiæ ſine conſenſu epiſcopi: adde Pet. de Ancha. idem tenentem in repe. c. 1. uerſic. in ſexta q. ſ. co. & Arch. & Domi. in c. catholica. 11. diſt. & in c. contumaces. 50. diſt. & Old. conſil. 181. incip. De authoritate. & do. Ant. in c. conſtitutus. uerſic. oppono primò. ſ. de reſcript. & ibi Imol. in 1. & 14. col. Et ideo dicunt hic Ioan. de Ligna. & Pet. de Ancha. quòd nõ poſſunt Canonici ſine epiſcopo bona communia capituli diſtinguere per præbendas: quia alteratur ſtatus eccleſiæ: quicquid in hoc dixerit glo. in c. ſacerdos. in uerſi. domibus. 1. quæſt. 2. ¶ Et non ſufficit, ſi ex poſt ſuperueniat conſenſus epiſcopi, ſecundum Domi. poſt Io. de monte Merlo in c. ſuſceptum. de reſcr. in 6. & Bald. in c. 1. de alie. feu. pater. & omnes in c. cùm conſuetudinis. ſ. de conſue. Nec ſufficit authoritas uicarij non habentis ad hoc ſpeciale mandatum, ſecundum Fed. conſil. 264. quod incipit, Si canonici. quem ſequitur Lud. Ro. in ſingulari, 704. incip: Ex longæua. Vnde dixit Domi. in c. 2. de offi. uica. in 6. quòd in taxatione numeri Canonicorum requiritur conſenſus epiſcopi, uel uicarij habentis ad hoc ſpeciale mandatum: quia ſoli Canonici non poſſunt numerum mutare: no. do. Ant. in c. cum acceſſiſſent. uerſic. omnia hæc uerba. ſ. eo. allegando Fed. conſil. 257. Sufficeret tamen confirmatio Papæ ſequens, ſecundum do. Ant. in c. cùm M. ſ. eo. per illum tex. & ſentiunt Doct. hic, dum reſpondent ad c. cum dilectus. ſ. de ele. non teli. facit cap. conſtitutua. ſ. de reſcri. ¶ Vbi autem Canonici facerent ſtatuta in pertinentibus ad ipſum capitulum, tenent, ut per gl. ord. quæ ponit exempla in c. 2. in uerſic. ſtatutum. de uerb. ſig. lib. 6. quam approbãt hic latè do. Anto. & Imol. & do. Abb. in c. cùm conſuetudinis. ſ de conſue. & facit gloſ. in c. cùm aliquibus. in uerſic. ſtatutum. de reſc. in 6. Nec obſt. quòd ſtatuere ſit iuriſdictionis, quam capitulum non habet, niſi ſede uacãte: quia reſpondebitur in fi. huius articuli ibi, quartò eſt aduertendum.
10 ¶ Aliàs † autem regulariter non poſſunt ſtatuere Canonici ſine epiſcopo. Fallit, quando ſedes epiſcopalis uacat, ſecundum Fed. conſi. 16. inci. Capitulum eccleſiæ. quia ſi capitulum habet iuriſdictionem epiſcopalem in illo caſu, ita poteſt ſtatuere ſuper ſtatu eccleſiæ, ſicut ipſe epiſcopus: & durat ſtatutum etiam in tempus futuri paſtoris, ut ibi per eum, quem ſequitur Pet. de Anch. in d. repe. & Imo. poſt do. Ant. in cle. ne Romani. de elect. facit gloſſ. penult. in cle. ult. de rerum permu. dicens, quòd capitulum ſuccedit in his, quæ ſunt iuriſdictionis epiſcopalis, & quæ epiſcopus habet facere unà cum capitulo. Sed iſtud eſt huiuſmodi in d. c. cùm conſuetudinis. Ergo, &c. ¶ Et hoc amplia, etiamſi uellent facere ſtatutum contrarium alteri ſtatuto epiſcopi, ſecundum Domi. 18. diſt. in ſum. poſt Lap. in c. unico, de ma. & obe. in 6. & per rationem prædictam, per quam improbat gloſſ. & Arch. contrarium tenentes in c. ſi qua de rebus. 12. q. 2. quia licet non poſſit capitulum reuocare ſtatutum eccleſiæ reuocando iura & bona ſpectantia ad ipſam eccleſiam, per hoc non ſequitur, quin poſſit reuocare ſtatutum, quod fortè tendit ad noxam, & facere aliud ſtatutum rationabile: quia per hoc eſt uti iuriſdictione ſibi conceſſa, ut per Domi. in d. loco, & in c. unico, in 14. q. de ma. & obe. in 6. & Pet. de Ancha. in c. 1. ſ. ne ſede uac. & Imo. in c. 2. eo. tit. uoi idem tenent. Nec obſt. quòd inferior non tollit legem ſuperioris, cle. ne Romani. de elect. cum ſi. quia in quantum capitulum ſuccedit epiſcopo, non eſt inferius, ſed par, ſecundum Card. conſil. 38. incip. Quidam habens unum filium. in ſecundo dubio. ¶ Licet prædicti hoc dicant, aduertendum eſt tamen quatuor modis. Primo, quòd in his, quibus capitulum non ſuccedit, non poteſt ſtatuere. Ideo dicit hic do. Car. quòd ſtatutum factum ab epiſcopo in materia feudi, non poteſt per capitulum reuocari: quia in ſpeciali iuriſdictione non ſuccedit, ut in c. uerùm. ſ. de fo. compe. & eſt gloſſ. in c. ſcriptum. in uerſic. temporis. ſ. de elect. & ibi no. dom. Abb. & Card. in cle. attendentes. in priuc. in 4. q. de ſta. mo. cum concor. ¶ Ex hoc etiam infert do. Car. quòd ſi epiſcopus feciſſet ſtatutum contra aliquos, qui ſubmiſerant ſe ſponte ſibi, & aliàs non erant ſibi ſubditi, tale ſtatutum non poteſt capitulum reuocare: quia competit illud ius epiſcopo iure ſpeciali. Et iſta dicta dicit hic dom. Card. fuiſſe bis diſputata, & obtenta Bononiæ, per Cald. Sed in uno alio ipſe diſcrepat ab eo, dum dixit, quòd ſi capitulum non uult ſtatuere, ſed diſpenſare, non poteſt, cùm diſpenſatio competat epiſcopo de iure ſpeciali: quia imò, ſecundum eum, eſt iuriſdictionis. Et ita dicit ſe conſuluiſſe, & eſt conſilium ſuum 38. præalleg. quod aliàs retuli extensè in c. 1. in 2. quæſt. ſ. de iniciũ. tangendo, an capitulum ſede uacante poſſit abſoluere à iuramento. ¶ Secundò eſt aduertendum, quòd ubi non imminetet neceſſitas ſtatuendi, non poſſet capitulum ſede uacante facere ſtatuta in materia, in qua aliàs non poſſet, uiuente epiſcopo: quia cùm iſtud ſit uoluntariæ iuriſdictionis, ut eſt glo. hic, & not. Lap. in c. j. de conſtitu. in 6. & concernat totam diœceſim, non tranſit in capitulum, propter doctrinam gl. ſolennis in c. j. in uer. capituli. de hære. per quam poſt multa ita determinat Domi. in ſum. 18. diſt. Sed ubi ſubeſt neceſſitas, ſecus: quia licet non ſit actus contentioſæ iuriſdictionis, tamen ſufficit, quod ſit iuriſdictionis neceſſariæ, ut probatur ex dictis do. Ab. in c. cùm olim. uerſ. extra gl. de ma. & obe. ubi reprobat deciſionem gl. in d. cle. j. tenendo, quod imò capitulum ſede uacante poſſit uiſitare: non, quia ſit falſum illud, quod in his, quæ ſunt uoluntariæ iuriſdictionis, capitulum non ſuccedat: ſed quia actus uiſitandi eſt neceſſarius, c. ſopitæ. cum ſi. ſ. de cenſibus. Et ſic ſentit, quod ſufficit iuriſdictionem eſſe neceſſariam, licet non ſit contentioſa. Et idem probatur ex multis dictis Do. in d. c. unico, & Doc. in d. c. olim. cùm dicunt, capitulum ſuccedere in multis, quæ non ſunt iuriſdictionis contentioſæ, ſed neceſſariæ. ¶ Tertiò eſt aduertendum, quia ſi uellent Canonici ſtatuere uacante ſede ad præiudiciũ prælati, uel eccleſiæ, non ualeret ſtatutum, etiamſi iurarent ſtatutũ ipſum obſeruare, ut uoluit Lap. alleg. 20. loquẽs de ſtatuto facto à capitulo ſuper diminutione charitatiui ſubſidij. Et hoc intelligerẽ in his, quæ de iure communi, uel laudabili & approbata conſuetudine competunt epiſcopo: ſecus, ſi præiudicium afferretur ſibi in iure uõ Canonicè quæſito, cùm tũc ceſſent rationes, de quibus ibi per Lap. ¶ Quartò eſt aduertendũ: quia uideretur capitulum non poſſe facere ſtatuta aliquo caſu, contra gloſſ. in d. c. 2. de uerb. ſig. lib. 6. quia penes ipſum non eſt iuriſdictio, ut dicit hic Inn. Ergo nec poteſtas ſtatuendi. Conſequentia patet ex no. per Bart. in l. omnes populi. in j. q. principali, ff. de iuſtit. & iu. dum dicit, quod qui non habet iuriſdictionem, non poteſt ſtatuere: & ſentit Inn. in c. cum acceſſiſſent. ſ. e. Sed reſponde ex dictis Bal. in l. nulli. C. de ſen. & in l. decernimus. uerſi. redeo ad primum. C. de ſac. ſan. eccle. & Pet. de Ancha. in repe. in c. canonum. uer. primò quæro. ſ. eod. & Ang. in d. l. omnes populi. ubi dicunt, quod ſtatuere ſuper deciſione cauſarum, & ſic ſuper his, quæ pertinẽt ad iuriſdictionem, eſt iuriſdictionis propriæ, per d. l. nulli. & ibi Baldus. Aliàs ſtatuere non eſt iuriſdictionis, ut ſentit propriè Bar. in d. l. omnes, quia omnes populi poſſunt ſtatuta facere, ut ibi: & etiam uniuerſitates in negotijs ad eas ſpectantibus, l. receptitia. in fi. & ibi gl. fi. C. de conſt. pe. & l. fi. & ibi Bart. ff. de colle. illi. & tamen omnes uniuerſitates non habent iuriſdictionem. Patet in l. ſi duas. §. eſt autem. uerſi. decet. ff. de excuſ. tu. no. Bart. in l. j. ff. de dam. infe. & Inno. in d. c. cum acceſſiſſent. ¶ Reliqua in hac materia, maximè de cõſenſu epiſcopi dicentur in c. cum conſuetudinis. de conſue. & uidetur de mirabili opi. Cal. in iſto tit. conſi. 2. ubi uoluit, ualere ſtatuta Canonicorum, per quod ordinant perpetuum officium in eccleſia: maximè, ſi tale ſtatutum fuerit diu obſeruatum epiſcopo non reluctante. Et uide eundem in d. tit. conſi. 3. ubi notanter conſuluit, quòd non ualet ſtatutum Canonicorum factum à duabus partibus, non uocatis alijs, qui ſunt præſentes in loco, niſi fieret ſtatutum in aliquo illorum caſuum, quibus abſentes ſunt uocandi;
11 de quibus infra dicetur, ſecundum eum. Et hoc dictum limita ex his, quæ concludentur infra in q. an in omnibus arduis ſint abſentes uocandi. ¶ Nunquid autem eccleſiæ inferiores poſſint ſine epiſcopo ſtatuere? Dicit hic domi. Abb. quòd non in grauibus: ſic intelligens Innoc. hic, qui hoc dicit in c. requiſiſti. in fi. gloſſ. magnæ, ſ. de teſti. & c. cùm acceſſiſſent. ſ. eod. Cùm enim epiſcopus ſit generalis

ſponſus

ſponſus omnium eccleſiarum ſuæ diœceſis, quælibet eccleſia eſt regenda prouidentia epiſcopi generalis, c. regenda. 10.q.j. quod eſt notabile, ſecundum do.Abb. hic, & idem do.Anto.Imo.& Domi.hic concludentes, quòd in his, in quibus eccleſiæ habent adminiſtrationem, poſſunt eo modo ſtatuere, quo capitulum ſtatuit eccleſiæ cathedralis, ut hic per eos. ¶ Quibus adde do.Anto.idem tenentem in c. imperatorum.uerſic.in cauſis inferioris.j̄. de iura.cal. & in c.conſtitutus.uerſic.dicunt Doct.j̄.de reſcrip.& do.Abb.in c.1.j̄.de his,quæ fiunt à ma.par.ca.& Bal.in Reperto. Inn. in uerſi.ſtatutam.in 5.q.& Domi.poſt Arch. in c. Catholica.in prin.11.diſt.& Bal.in c.cùm conſuetudinis.j̄. de conſue.& Domi.in c.2.in fi.de uerb.ſig.lib.6.& Gul.de monte Lau.in cle.1.ſuper uerſic.inualeſcant. de cele.miſ. & do.de Rot.deciſ.167.quæ incipit, De collatione præbendarum.in fi.& uide tex.in cle.cupientes.§.quòd ſi fortè.in uerſic. ſtatutu pœnalia faciant. de pœnis. per quem dicit hic Domi. quòd poſſunt per ſua ſtatuta adijcere pœnas iuri communi:& idem do.Car.ibi in notabilibus, & uide eundem in d. cle.1.in uerb. ne igitur. in 2. q. ubi concludit, quòd tales non poſſunt facere ſtatutum ſuper reſidentia, quia pertinēt ad epiſcopum, c.contumaces. & c. non oportet. de conſec. diſt.5.Et idem tenet hic Dominicus. Valeret tamen conſuetudo, maximè in religioſis, per quam non per uiam ſtatuti, ſed diſpenſationis aliquibus datur licentia ſe abſentandi, dum modò eccleſia non patiatur damnum in diuinis, ſecundum do.Card.poſt alios in d.cle.1.dicentes,quòd c.cōtumaces.præalle.loquitur in clericis immediatè ad epiſcopum ſpectantibus. ¶ Alio modo declarant etiam iſta ex dictis Hoſt.Io.And.& do.Ant.in c.2.j̄.de inſti. ubi dicūt, quòd iſti prælati inferiores poſſunt in ſuis eccleſijs unà cū capitulo determinare numerum Canonicorum, licet epiſcopus poſſit corrigere, ſi malè fuerit determinatus, ſecundum eos. Sed contrarium tenet Arch. in c. nulli epiſcopo. §. ſi ergo. 12.q.1.motus per tex.ubi eſt caſus, in l. in eccleſijs.in fi.C.de epiſ.& cle. Sed credit hic Domi.qui ſolus tangit hoc dictum Hoſt.& ſequacium,eſſe uerius, pro quo dicit eſſe tex. opt. in c.nimis.lo 1.j̄. de exceſ.præla. ubi non ſpectat ad epiſcopum determinare numerum fratrum Minorum & Prædicatorū in eccleſijs ſuis. Nec dicatur, quòd illud eſt ideo, quia ſunt exempti:quia tunc nō erant exempti, ſecundum eum alleg. Innocē.in c.nimis. lo 2.eo.tit.Et idem tenet Domi.18.diſt.in ſum. Tamen opi. Archi.tenet do.Abb.eo non allegato,in d.c. 2. de inſti. propter dictum Inno.in d.c.requiſiſti.quia ex hoc mutatur ſtatus eccleſiæ. Et tenendo hanc partem dici poſſet ad c.nimis. lo 1. quòd ibi non mutatur ſtatus eccleſiarum, quia non percipiunt religioſi reditus, ſicut clerici. Et bene facit, quod proximè dixi poſt do.Car.in d.cle.1.Bene crederem,quòd ubi prælatus inferior haberet ex conſuetudine, uel priuilegio, ius creandi præbendas & canonicatus in ſuis eccleſijs, procedere poſſet prima opi.per id, quod not. Cal. in tit. de præb. conſil. 14. Quæ omnia, tanquam noua, ſunt notanda: de quibus etiam uide aliquid per Domi.in c.fin.de offic.uica. in 6.& do.Abb.in c.edoceri.de reſcri. Iuxta hæc poſuit Innocen. ſingulare dictum in c.ueſtra.j̄.de loca.quòd non ualet ſtatutum epiſcopi in concernentibus eccleſias inferiores, niſi illi, quorum intereſt conſentiant, uel ad minus ſint præſentes. Quod dictum pro notabili ſequuntur hic do. Anto. & Imol. ¶ Adde Fed. conſil. 17. & Arch. in c. pronunciandum.in fi.de conſe.diſtinct.3.& dom.Abb.in c.fi. infrà de ferijs.& conſilio 72.incip.in negotio Guidonis. & Alb. in ſecunda parte ſtatutorum, q.100.& dom. Ant. in c. quæ in eccleſiarum j̄.eo.& do.Abb. in c.ex literis.j̄.eo. qui omnes ſequuntur hoc dictum Innoc. Eſt uerum, quòd Io. And.& do.Ant.in d.c.ueſtra.dicunt,quòd non ſufficit præſentia, quia in præiudicialibus tacens non conſentit[a], ſecundum Innocen. in c.in geneſi.de elect. ¶ Sed dicit do.Abb. & bene, in d.c.ueſtra. quòd illud fallit, ubi aliquis uocatur, ut conſentiat, uel contradicat: quia ſi eſt actu præſens, & non contradicit, habetur pro conſentiente, propter illud dictum Inn. Vnde dicūt do.Ant.& do.Abb.in c.nonne.j̄. de præſumpt.quòd taciturnitas eius, qui contumax eſt in reſpondendo, habetur pro conſenſu, per c.ſi poſt præſtitum. de cōfeſs.in 6.& l.de ætate.§.qui tacuit.ff.de interro. uct. & not. Bar.in l.2.C.quando fiſc. uel priua. ¶ Ad idem glo. in cle. dudum. in uer. recuſare. de ſepul.& quod no. Innoc. in c. licet. ſuper uer. recuſare. de regula. & text.in l. nulla differentia.ff.de author.tu. Bene facit, quod no. Innoc. in c.1. de his, quæ fi.à ma.par.ca. ubi dicit, quòd licet minor pars capituli non poſſit appellare, quando aliquid fit à maiori in præiudicium tertij, quia eorum non intereſt, tamen poteſt contradicere. Imò ad hoc tenentur, aliàs tacendo illaqueantur peccato: quia uidentur conſentire iniuſtè geſtis: qui enim tenetur loqui, & tacet, habetur pro conſentiente. Et de hoc dicto exclamat do. Abb.ibi, & in c. continebatur. eod.ti.& in c.in cauſis.infrà de elec. Ad quod uide etiam Io.de Ana.in c.ueniens.j̄.de ſymo. & do.Abb. in c. dilectus.lo 2. eo.tit.& in c. grauem.j̄. de poſtu. præla. & de his etiam per Roman.in l.quæ dotis.ff. ſolu.matr. ¶ Et

12 † ex his reſultat una doctrina multum quotidiana, quòd ubicunque aliquod collegium congregatur, ut ſinguli conſentiant, ſi tacent, habentur pro conſentientibus, per prædicta. ¶ Hoc limita tribus modis. Primò, ut non procedat, ubi agitur de alienatione rei eccleſiaſticæ: quia in ea requiritur conſenſus expreſſus,ſecundum Arch.in c. ſacerdotes.16.q.3. & in c.ſine exceptione.12.q.2. & Io.And.in regula,is, qui tacet. de reg.iu.in 6.in Mer. & hoc, quando agitur de alienatione perpetua: ſecus, ſi temporali, ſecundum glo.in c.continebatur.j̄.de his, quæ fiu. à præla. & in c.1.in uer.perpetuas.de reb.ec.non alie.in 6.Io.An.in Spe. ſuper rubrica, de reb.ec.non alie. ¶ Secundò limita, dū modò ad reſpondendum detur aliquantula deliberatio: quia taciturnitas poſt interrogationem non ſtatim habetur pro reſponſione, ut dicit Innocen.in c.in cunctis.j̄.de elec.& ſequitur Bal.in l.1.§.ſi actor.C.de iura.calum. ¶ Tertiò limita, ut non procedat,quando illi tacerent propter timorem, non audentes contradicere his, quæ proponuntur, per id, quod no. Domi.poſt Vgo.& Arch.in c. de eo. uerſ. quæro, pone. 50.diſt. ubi dicit, quòd ſi Canonicis tacentibus epiſcopus contulit præbendam in eorum præiudicium, poſſunt eo mortuo agere contra inſtitutum: nec nocet taciturnitas, quia de facili uiuente epiſcopo cōtradicere non poterant:[a] & facit cupit.1. quod met.cau.Et quòd tacens etiam propter uerecundiam,non obligetur, eſt gl. in cap.plerique.in uerſic.tacent.2.q.7.& gl.pe.in c.unuſquiſque.11.q.4.no.Bart. in l.1.§.quæ honorādæ.ff.quar.rer.actio non datur. cum concor. quas aliàs dedi in c.nonne.j̄.de præſump.limitando, ſecundum do. Abba.dum modò cauſa cognita conſtet, quòd ipſa reuerentia fecerit quem tacere, ut ſentire uidetur text. in d.§.quæ honorandæ.in uerſi. cauſa cognita. Aliàs ſola præſentia non inducit ſufficientem reſpectum reuerentiæ, per tex. ſing.in c. unico,§. porrò. de deſpon. impub.lib.6.ut latiùs dixi in d.c.nonne. Vbi inuenies, an & quando tacens præſumitur conſentire. ¶ Et aduerte, quòd iſta puto procedere, ubi illi de collegio uocantur, ut conſentiant uel diſſentiāt: ſed ubi ſimpliciter in eorum præſentia unus gereret nomine aliorum actum arduum, & ipſi tacerent, certè quamuis incurrant peccatum ex non cōtradictione, ſi tamen actus requirit ad ſui ualiditatem eorum conſenſum, non ualebit. Ita declarat do. Abb. & ſic eum intelligo in c.in cauſis.j̄.de elect. per id, quod ibi dicunt Doct. non ualere compromiſſum in facto electi, ſi fiat ab uno nomine aliorum ipſis præſentibus & non contradicentibus. ¶ Tangunt etiam dom. Ant.

13 Imol. & Domi. an † aliæ uniuerſitates poſſunt ſtatuere, concludentes cum Hoſt.contra Innocen. quòd ſi uniuerſitas non habet rectorem,poteſt ſtatuere & pœnam adijcere: ſecus,ſi habet rectorem, in quem tranſtulit iuriſdictionem:

quia

a Secūdum Inno.] Vide eum in d. c. in Geneſi.in gloſ. ſua,in uerbo, collatio. et adde Ange.in l. mutuum. de ſ.v. urb. præd.

a Non poterant] Vnde adde, quòd taciturnitas conſenſum nō arguit, quando tacens cōtradicendo non poſſit impedire actū geri, ut notatur in l. Caius. de pigno. act.& per Sal.in l. inuitus. C. de procu. & Bar.in l.Titia. la j. §. Lucia. poſt glo.de leg.j.& in l.quæ dotis. uerſi. ſecundo caſu, quā de reſpicit. ff. ſolu. matri. ubi alleg. Pet.de Ancha.& Bal.in l. ſi ſine.C. ad Velle.in uerſ. quarto quæro. Aliter dic,quod ſicut in d.l.Caius. et l. inuitus. C. de procura. & Alexan. in l. Lucius. ſolu.matri. & Innocen.in c.ex parte. de reſcript.

quia non poteſt ſine eo ſtatuere, arg. l. ſi curatorem. C. de in integ. reſti. mi. Et idem dicit Angel. in l. 1. in princ. ff. ſi quis ius di. non obtemp. Et iſtud eſt regulare. ¶ Fallit primò, quando rector habet iuriſdictionem tantùm, & non adminiſtrationem: quia in pertinentibus ad illam, non poteſt uniuerſitas ſtatuere, arg. l. 1. §. 2. ff. quod cuiuſque uni. no. Nam ſicut præpoſito ſuo dat iuriſdictionem ſupra ſe, l. fin. C. de iuriſd. om. iudi. ergo eadem ratione poſſunt facere ſtatuta circa adminiſtrationem ſibi reſeruatam, ſecundũ prædictos. Pro quibus uide Pet. de Ancha. in repe. c. 1. uerſic. primò quæro. ſuprà, eod. ubi dicit, quòd uniuerſitas, quæ nullam habet iuriſdictionem, ſicuti uniuerſitas caſtri, uel uillæ, non poteſt facere ſtatuta, niſi ſuper his, quæ non pendent à iuriſdictione, ſed à rerum ſuarum adminiſtratione. Allegat in fi. gloſſ. in d. c. 2. de uerb. ſigni. lib. 6. & facit gloſ. 2. in l. uacuatis. C. de deco. libro 10. Et idem dicit de uniuerſitate habente iuriſdictionem, quam tranſtulit in ſuperiorem. ¶ Fallit ſecundò, quando uacat rectoris officium: quia ſicut ſuccedit uniuerſitas eccleſiaſtica prælato, c. cùm olim. de ma. & obe. & dixi ſuprà, ita etiam ſecularis, ſecundum Imol. hic dicentem, ita ſentire ultimatè Hoſtien. & domi. Ant. hic, licet Domi. aliter eos referat limitando d. c. cùm olim. ut procedat ſolum in eccleſiaſticis, ſed non aſſignatur bona ratio differentiæ. ¶ Et ſubdunt omnes prædicti hic, quòd † eo caſu, quo uniuerſitas poteſt ſtatuere, poteſt etiam pœnam adiicere ſtatuto, arg. l. 1. ff. ſi quis ius di. non obtem. niſi eo caſu, quo habet ſolam adminiſtrationem: quia imponere pœnam eſt iuriſdictionis, & facit tex. cum ibi not. in l. fin. ff. de iur. om. iud. Vnde dicit Ang. in d. l. 1. quòd licet caſtra & uillæ, quæ iuriſdictionem non habent, poſſint facere ſtatuta, ſicut quælibet uniuerſitas, ut ſtatim dicam, tamen ſtatutis non poſſunt pœnam adijcere: quia illi demum poſſunt mulctare, qui habent exercitium iuriſdictionis, ut ibi. ¶ Hoc limita primò, niſi haberent poteſtatem ſtatuendi conceſſam ab habente iuriſdictionẽ, ſecundum Bart. in l. ambitioſa. uerſic. tertia regula. ff. de decre. ab ord. faci. & Bal. in l. 1. in fine, C. ſi rec. prouin. l. 2. C. quomodo & quando iud. ¶ Secundò limita, niſi carentes iuriſdictione obligarent ſe adinuicem ſub pœna ad obſeruantiam ſtatuti: quia hoc poſſunt, ſecundum Domi. hic, alleg. gloſſ. in uerſic. firmitate. in c. cùm aliquibus. de reſcrip. in 6. Et idem ponit hic Imol. ad fi. dicens, poſſe gloſſ. illam intelligi, quando promittunt ſuperiori obſeruare ſtatutum ſub certa pœna ſibi applicanda, iuxta not. in l. ſtipulatio. §. alteri. ff. de uerbo. oblig. Et quòd uniuerſitas habens iuriſdictionem, poſſit facere ſtatuta pœnalia, uide Bartol. in extrauag. qui ſint rebelles. in uerſic. mille librarum. ¶ Et quòd uniuerſitates carentes exercitio iuriſdictionis poſſunt ſtatuere in concernentibus reſpectu artis, uel profeſſionis ſuæ,[b] uide pulchrè Bart. & ibi habes exemplũ, in l. fi. uer. quæro, ſuper quibus. ff. de colleg. illic. & per eundem in l. omnes populi. in j. q. ff. de iuſt. & iur. & in l. fi. ubi bo. text. C. de iuriſ. om. iu. Et ibi dicunt Bart. & Bald. quòd extra ea, quæ pertinent ad artem, non habent iuriſdictionem, nec poſſunt facere ſtatuta. Subdit etiam ibi Bal. quòd ſtatuta eorum non ualent, niſi confirmentur per ſuperiorem. Sed contrarium ipſe tenet in hoc in l. receptitia. in iij. no. C. de conſti. pec. quia ſunt confirmata à iure, ut ibi, & in authen. de fideiuſ. §. pe. Quos te. dicit eſſe multùm notabiles. Et procederet hoc, ubi in loco non eſſet princeps: aliàs ſecus, per id, quod no. Bal. in l. humanum, in fin. pe. col. C. de legi. ubi dicit, quòd licet populi poſſint facere ſtatuta, tamen ſi princeps eſt ibi præſens, non ualent ſtatuta ſine eius cõfirmatione, per illum tex. Nã non eſt dubium, quòd ſenatores poſſunt legem conſtituere. Tamen ſi eſt ibi princeps, debent ab eo cõfirmari, d. l. humanum. Quod dicit Bald. eſſe menti tenendum. Et adde, quòd ubi ſtatuunt in concernentibus iuriſdictionem ſibi conceſſam, nulla requiritur confirmatio, ſecundum Bald. in d. l. omnes populi. & Pet. de Ancha. in repe. c. j. de conſti. ubi princeps eſſet in loco, per prædicta. ¶ Demum in hac materia aliter inſiſtendum nõ eſt quia opportunà eam tractat Pet. de Anch. in repe. d. c. j. cũ pluribus ſeq. ſup. eo. quærendo, an uniuerſitates, collegia cerdonum, iudices perpetui, uel ad tempus, legati Apoſtolici, eccleſiarum collegia, item & uniuerſitates poſſint ſtatuta facere? Et reaſſumunt omnia dicta Bar. & Bal. in d. l. omnes populi. Ideo dic, ut per eum, & aliquid per Bar. in ſuo conſi. ccxxvij. inc. Capitaneus patrimonij. per Io. And. & alios in c. ex literis. infrà. eo. per Bal. in rub. ſup. eo. & in c. uenientes. de iureiur. & in l. fin. ff. de iuriſ. om. iud. & in repe. §. ius autem ciuile. circa princ. Inſti. de iure na. gen. & ciui. & in c. cùm acceſſiſſent. poſt. Inno. j. eo. per Alber. in prima parte ſtatutorum, q. vj. & ſeq. & 22. per Imo. j. c. prox. per Bal. in l. j. in fi. C. ſi rector prouinciæ. per Bar. in l. ambitioſa. uer. tertia regula. ff. de decre. ab or. fa. per Bal. in tit. de pa. Conſtan. in uer. ſecundum mores illius ciuitatis. per do. Ab. j. c. prox. ubi concor. cum prædictis. Et addit, quòd uniuerſitas habens iuriſdictionẽ, & non recognoſcens ſuperiorem de facto, poteſt omnia ſtatuere, quæ poteſt princeps, per not. in l. infamem. per Bar. ff. de publ. iudi. & in cap. per uenerabilem. j. qui fil. ſint le. Ad quod uide, quæ dicentur. j. c. proxi.

15 ¶ In † ea. gloſſ. ibi, nihil ualet, niſi omnes conſentiant. No. gl. quæ in hoc, & in ſeq. allegatur pro magiſtra, quòd habentes rem communẽ, ut ſinguli, non poſſunt ſuper illa diſponere regulariter, niſi omnes conſentiant, ut l. per fundum. allegata in gloſſ. Et ad hanc regulam uide etiam gloſſ. in c. quod omnes. de reg. iu. in ſexto & gloſſ. & Dy. in c. iure communi. eo. tit. & li. & gloſſ. 3. in c. ſi archiepiſcopus. j. de tem. or. & in c. quia propter. in uerſic. nec omnium. de elect. & ibi dom. Ant. & eundem in c. in cauſis. eo. tit. & in c. conſtitutus. lo ſecundo de appel. & Imol. in c. 1. j. de his, quæ fi. à ma. par. ca. & Innocen. in c. in noſtra. j. de iniurijs. & in capit. humilis. circa prin. de ma. & obe. & Arch. in c. quia epiſcopi. 5. quæſt. 3. & Domi. c. Nicæna. 31. diſt. Et ideo dicit Bar. in l. fiſtulam. ff. de ſer. urb. prædi. quòd ſi ſunt plures habentes domum cõmunem, non poteſt aliquid fabricari uno inuito. Et exemplifica, ut ibi per eũ. Bn. tex. l l. ſi quis hac. §. quoties. ff. qui, & à quib. & in l. fi. & ibi Bal. C. de author. præſtã. & pulchrè Bar. in l. & ſuum. §. fi. ff. de pact. & in l. nulli. ante fi. ff. quod cuiuſque uniuerſi. nomi. Et ibi dixit, quod ſi eſſent mille, factum omnium nõ nocet uni. Et per hãc regulam decidit Old. q. conſi. 33. incip. quæſtio talis eſt: de quodam habẽte partem pro indiuiſo in uno molendino, an poſſit reſiſtere alijs uolẽtibus uendere: & aliam q. decidit Lapus allegat. 87. inci. utrùm Romana eccleſia. Et uide pulchram doctri. domi. Ant. in c. ſi diligenti. infra. de for. compe. ubi dicit, quod ſi priuilegium eſt conceſſum collegio ut collegio, renunciari non poteſt ei per ſingulos, etiam ad commodum ſingulorum, ut ibi: ſed ubi eſſet conceſſum uniuerſis ut ſingulis, prout fuit in d. c. ſi diligenti. poteſt renunciari per ſingulos, ut ibi. Dicitur autem conceſſum ut ſingulis. ſecundum eum, quando ius conceſſum etiam ſub nomine collectiuo concernit utilitatem ſingulorum. Nec ex oppoſito priuilegij aliqua infertur iniuria, aut uituperium uniuerſo: aliàs autem hoc ceſſante dicitur conceſſum collegio ut collegio. Ad hoc l. ciuibus. ff. de rebus. dub. Quod bene noi. ¶ Recipit autẽ iſta regula quinq; fallentias, de quibus hic in gl. & per Doct. & per Dy. in d. regula, quod omnes. & per glo. fin. in c. epiſcopus. 65. diſt. & gloſſ. in c. ſi plures. 16. quæſt. 7. & Bar. pulchrè in l. quod maior. ad fi. ff. ad municipl. & Hoſt. in ſum. huius tit. §. quando oer. cùm quæritur. & ad fi. §. ¶ Et prima fallentia eſt, ubi maior pars utitur re ad uſum ſuum naturalem deſtinata, ut in §. in commune. Inſti. de re. diuiſ. ¶ Pro qua fallentia no. quod not. Inn. in c. ſuper eo. j. de reg. & do. Ant. Imo. & Abb. poſt Hoſt. in c. cũ dilecti. in 2. col. ibi, quod met. ca. ubi dicunt, quòd licet ad inducẽdam uitam ſtrictiorẽ religioſis requiratur cõſenſus ſingulorum, ut per gl. in regula, quod oẽs tãgit. de reg. iur. in 6. & Arch. in c. geſta. 74. diſt. & Lap. alleg. 85. tamen ubi agitur de reformatione, per quam reducuntur ad antiquũ ſtatum, ſufficit conſenſus maioris partis. Et idem tenet Domi. in c. ab exordio. 35. diſt. & poteſt eſſe ratio: quia utitur re ad uſum ſuum deſtinata. ¶ Secundò fallit, ut in gl. ubi agitur de dilatione concedenda, de qua in l. maiorem. ff. de pac. & in l. fi. C. qui bo. ced. poſ. ¶ Tertiò, fauore adminiſtrationis bonorũ pupilli, l. 3. ff. de admi. tu. & l. fi. C. de bo. author. iu. poſ. ¶ Quartò fauore litiũ dirimendarũ, c. prudentiam,

b *Profeſſionis ſuæ*] b *Et adde, quod nõ ſeparatim in forma ſingulorum, ſed uniuerſaliter debet ſtatuta ſua facere, ut per Innocen. hic in gloſ. in uer. conqueſti. & Bald. in Marga. uniuerſitas. uerſic. j.*

dentiam.de offic.dele.& c.fi.ĵ.de re ind.¶ Quintò in caſu c.
poſtulaſti.de iui.pat. Sed ſecundum do.Car.& Imo.hic, me
liùs facit c.3. eod. tit. ubi ſi eſt diſſenſio inter plures patro-
nos, ſtatur maiori parti, licet competat eis iuſpatronatus,
ut ſingulis: quod eſt fauore eccleſiarũ. ¶ Fallit ſextò in re cõ
petente pluribus, ut ſingulis, non iure ſinguli, ſed iure eccle
ſiæ: ut in præbendis, quæ competunt ſingulis Canonicis,
non ut collegio, ſed tamen competunt iure eccleſiæ, & non
iure ſingularũ. Super ipſis enim poteſt altera pars ſtatuere
deputando ad uſum piũ, ſecundum do. Abb. hic per tex. in
c.fi.ĵ.de his, quæ fi.à ma.par. cap. quem dicit ſe neſcire ali-
bi. Et ſic nedum maior pars diſponere poteſt de bonis capi-
tuli, ut hic per Doc. ſed etiam de ipſis præbendis competen
tibus pluribus ut ſingulis. Et idem no.do.Ant.& Imo. rete
ctis alijs intellectibus, in d.c.fi. Sed hoc intellige, quando
diſponunt ſuper reditibus ſuperfluis: quia tunc propriè di-
ſponunt de re ad uſum deſtinatum, 12.q.1.§.fin.ſecundum
do.Abb.in c.fi.in fi. hic. Et de tex.in d.c.fi.meminit etiam
do. Abba.in c.cùm olim.de conſue. Et ſubdit do.Abb.in d.
c.fi. quòd ſolus epiſcopus poteſt compellere Canonicos ad
dandum congruam portionem fabricæ de eo, quod eis ſu-
pereſt ultra commodum eorum uictum, per tex.in c.1.& c.
de his.ĵ.de eccl.ædi.& in c.ſi monachus.16.q.1.& per no.
per Ioan.And.in c.ſi propter tua debita.de reſcrip.in 6. ¶ Et
16 ex hac fallentia infertur, quòd ſi † collegium, uel uniuerſi-
tas nõ habet bona, ex quibus ſatisfacere poſſit pro debito,
poteſt imponere collectam ſingulis de uniuerſitate: & cogi
poſſunt per ſuperiorem, ſi habent bona, unde ſatisfacere
poſſint, ut per gloſſ. ordinariam in l.3.§. quòd ſi nemo. in
uerſic.proconſul.ff.quod cuiuſque uniuerſ. no.quam ſequi
tur do.Abb.hic, & Pet.de Anch.Imol.& do.Abb. in d.c. fi.
pro quibus uide gl.fi.in c.cùm dilecta.ĵ.tit.proxi.cum con
cor. quæ ibi dicentur. ¶ Septimò fallit in caſu notato per
Bar.in l.4.§.Cato.ff.de uerbo.oblig.dum dicit, licet iniuria
tangat omnes hæredes, tamen ad ſatisfaciendum ſtatuto
loquenti de pace ſufficit habere pacem à maiori parte, per
iura allegata ĵ.in 2.fallen.& ſequitur Pet.de Ancha. in cle.
2,de iur.pa.& idem Bal.in l.2.C.de lib.& eo.lib.& Cyn.in
l.1.§.fi.ff.de uen. inſpi. Tamen in hoc communiter tene-
tur contrariũ,[a] ut per Aug.in l.pro hærede.§.fi.ff.de acqui.
hær.& Ro.in d.§.Cato.& Sali. in d.l.2. quia uindicta tangit
ſingulos: & iura allegata per Bar.loquuntur, quoties maior
pars creditorum remittit partem debiti: ſecus, ſi totum de-
bitum, prout eſſet hic. ¶ In ea.gl.ibi, ſi uerò ſunt plures, ut
17 collegium. No.aliam regulam, quòd † in
rebus collegij ualet, quicquid facit ma-
ior pars collegij:[a] pro qua uide tex.gloſ.
& Bart.in l.quod maior.ff. ad munici. &
gloſſ.in c.1.in ueſ.tractatus.de re.eccle.
non alie.in 6.& in cle.paſtoralis. in prin.
uer.plures.ĵ.de reſcri.& Docto.allegatos
in regula præcedenti, & do.Car. in cle.1.
in 10.q.de re.permu. & hic adde do.Ab.
in c. cum in ueteri.ĵ. de elect. ubi ex di-
ctis Hoſt.colligit unũ, quod reputat ſin-
gulare, uidelicet quòd ubicunque eligũtur ſimpliciter plu-
res ad conſulendũ, uel conſentiendũ, ſeu aliquod officium
extra iudiciũ exercendũ, ualet, quicquid facit maior pars,
dũ modò minor non contemnatur. Quod eſt menti tenen-
dũ, ſecundum eũ. ¶ Et amplia regulã, etiã quãdo agitur de
destructione eius, quod fecit tota uniuerſitas, ut latiſſimè
per do.Abb. in ſermone habito per eũ in concilio Baſilienſi
inci. Maximũ unus.per rationes, quas ibi uideatis. ¶ Fallit
primò iſta regula, quando fit actus in fauorẽ perſonarũ nõ
imminẽte neceſſitate, ſed ſolũ ex mera uoluntate: quia tũc
requiritur cõſenſus olum, ſecundũ Io. An. in c.unico, de re.
permu.lib.6.& gl. hic: cũ qua concordant Inn.Hoſt.Io.An.
do.Ant.& Imo.hic, & Pau. ĩ cle.unica, de re.permu.& Inn.
in c.humilis.in fi.gl.2.de ma.& obe.& Ioan.An.in regula,
quod oẽs.in Merc.& Fede.in tract. De re.permu.q.20. Et
ideo infert hic do.Ant.quòd contradictio unius impedit re
laxationem banni, uel pœnæ: quia tales & ſimiles actus nõ
ſunt neceſſitatis. Subdit tamẽ poſt Hoſt.ꝙ hoc caſu ſtatutũ
non eſt nullũ, ſed reuocari põt uno inſtãte, & ẽt citra appel
lationẽ, per c.cõtinebatur.ĵ.de his, quæ fi.à præla.& c.quis
aũt 54.diſt.ut hic per eũ. Et hãc fallentiã tenet ẽt Inn.in d.

a Pars collegij] Adde Abb. ſecul. a & Phil.in c.conſtitutus.ĵ.de app. & do. Alex. in l. omnes populi. de iuſt. & iu. & in d.l.quod maior.al le.in tex.

c.humilis. inferens ꝙ nõ ualeret trãſactio capituli, niſi oẽs
conſentiant, cũ ſit actus uoluntarius, niſi ſecundũ eũ, ten-
dat euidenter in utilitatẽ eccleſiæ. Et iſtis adde Bal.in l.1.in
prin.ff.de magi. conuen. ubi dicit, ꝙ in actu nõ neceſſario,
nec conſueto, illi ſoli obligantur qui conſenſerunt, non to
tũ collegiũ, etiãſi maior pars conſenſiſſet. Et infert ad con-
demnationẽ latã contra ſyndicũ conſtitutum à maiori par
te in caſu nõ neceſſario, ut ſoli conſtituentes teneantur. Et
idẽ dicunt de actu, per quẽ incidunt in excõicationem, uel
pœnam pecuniariam: quia ipſi ſoli tenentur. Similiter dicit
Bal.in l.per fundũ. allegata in gl. ꝙ ſi maior pars pluriũ col
legarũ in officio facit aliquid contra, uel præter naturã offi
cij, non obligantur non conſentientes. Alleg. d.l.§.1.ff. de
magiſ.conue.& Inn.hic. Similiter dicit Ang.in d.l.per fun-
dũ.ꝙ factũ per maiorem partẽ non obligat abſentes, in his.
quæ ſunt de genere prohibitorum. Alle.d.§.1. ¶ Hanc fal-
lentiam declarat Io.An.in d.regula, quod omnes. & hic, ut
18 † non procedat, quando maior pars ſtatueret aliquid utile,
quamuis non neceſſariũ. Nam concludit poſt Compoſt. &
Hoſt.hic, ꝙ maior pars poteſt deputare aliquid de bonis cõ-
munibus in ſubſidiũ pauperis ſtudentis inuita parte mino-
ri: quia hoc eſt utile eccleſiæ. Secus, ſi deputaret de ſingula-
ribus præbendis, ſecundum Io. An. Sed Imo. & Domi. di-
cunt idem de bonis præbendarum, quando ſuperfluerent:
maximè, quia eſt hoc concedere ad uſum naturalem, ſecun
dum eos dicentes ita tenere do.Ant. Sed caue: quia in lec.
mea impreſſa dicit do.Ant. Tene contrarium: quia non ap-
plicatur hoc ad utilitatem eccleſiæ, ſed extrinſecã. Tamen
dicerem, ſicut dicit Cõpoſt.attendendum eſſe in facto, utrũ
probabiliter ſperetur hoc futurum in utilitatem eccleſiæ at
tenta qualitate clerici ſtudentis, & paucitate literarum. Et
cum eo, quod dixi de utili, concordat Lap.alleg.31.incip.
nunquid maior. Sed cõſidera: quia Bal.in d.l.1.de ma. con-
ue. expreſsè ſentit, quòd nedum ſi eſt neceſſarium, uel uti-
le, ſed etiam ſi eſt conſuetum, ſufficit maior pars. Iſta pro-
cedunt tenendo opi. huius gl. ſed tenendo indiſtinctè, ſiue
iſta ſit neceſſitas tantum, ſiue utilitas tantũ, ſufficiat, quòd
aliquid fiat à maiori parte, per dict.l.quod maior. quæ indi
ſtinctè loquitur, iſta non eſſet ita dubia. Et ita tenet domi.
Card.in cle.1.in 10.quæſtio.de re.permu.& domi. Card. &
domi. Abba. hic, niſi, ſecundum eum, maior pars aliquid
ſtatueret redundans in dedecus capituli. Sed hoc ceſſante
tene contra gloſſ.propter regulam d.l. quod maior. ſecun-
dum eos. Et in hoc conſidero, quòd licet opinio gloſſ. &
ſequacium ſit æqua, quòd non conſentientes non obligen
tur in actu non neceſſario, nec utili, tamen uidetur im-
putandum eis, cur nõ appellauerunt, iuxta c.1.de his, quæ
fi.à ma.part.c. Per quem tex. uidetur, quòd citra appellatio
nem, uel contradictionem teneant geſta maioris partis etiã
minùs rationabiliter. Sed concluderem, quod actus uolun
tarius tenet, niſi à minori parte oſtendatur de irrationabi-
litate, per d.c.1.& ſimiliter actus utilis tenebit, cùm non ſit
in eo dare irrationabilitatem. ¶ Fallit ſecundò prædicta re-
gula, ſi illi de capitulo uellent aliquid facere contra priuile-
gium, uel conſuetas conſtitutiones ſuas: quia unus ſolus
poteſt contradicere, ſecundum Innoc. in ca. accedentibus.
quaſi in medio, uer.imò plus dicimus.ĵ.de priuile.& ſequi
tur do.Abb.in c.ueniens.ĵ.de præſcri. Bene facit, quod no.
Innoc. in c.humilis.de ma. & obe. Ex cuius uerbis infert
Lud.Ro.in rub.ff.de arbi.quod ubi maior pars uult ſtatue-
re contra id, quod omnes ſimul ordinaſſent, non poteſt, ſed
requiritur conſenſus omnium. de quo per eundem conſil.
352. Sed Bald.in l.fi.in princi. C.de auth. præſtan. tenet in
hoc contrarium, dicens, quod contra communem ordina-
tionem poteſt maior pars uenire: quia repræſentat uniuer-
ſos. Alleg.l.aliud.§.refertur.ff.de re.iur. ¶ Poſſet diſtingui,
utrùm mouerentur ex neceſſitate tãtum, an ex uoluntate,
ut uult Inno.quem prædicti non notant in d.c.humilis.in
fi.2.gloſſ.& iſto caſu procedat dicta diſtinctio neceſſitatis:
& pro Bal.faciunt not.per gloſſ. Arch.& Domi.in c.in his.
11.diſt.& in c.dilecto.per Doc.ĵ.de præbe. & in c. cùm ac-
ceſſiſſent.ĵ.eod.cum concord.quas ibi dicam, ubi dicitur,
quòd poſſunt illi de collegio collegialiter tollere ſtatuta
ſua, uel aliter diſpenſare cum eis etiam iuratis. Et non dici
tur, quod requiratur omnium conſenſus. Vnde ſtabit regu
la d.l.quod maior. cum ſim. Pro hoc etiam facit, quia in
conden-

condendis ſtatutis ſufficiunt duæ partes ex tribus, ut per Bar. in l. omnes populi. in 2. q. ff. de iuſt. & iu. & ibi dicetur poſt do. Ab. Et in tollendis ſtatutis ſufficit eadẽ ſolennitas, quæ requiritur in eis condendis, ut per Bar. in d. l. oẽs populi. Ergo, &c. Et facit glo. in l. cũ proponeretur. ff. de leg. 2. de qua per Bar. in l. 2. C. de bo. poſ. ſecundũ tab. & I l. errore. C. de teſta. ¶ Tertiò fallit, ubi agitur de admittendo ad uocem in capitulo unum extraneũ: quia unus ſolus impedit uolũtatẽ aliorum, ſecundum Cõp. in c. ſcriptum. j. de elec. quem poſt alios refert & ſequitur do. Ab. dicens, eſſe notabile uerbum: & Lu. Roma. ĩ ſing 470. inci. Quia heri. Intereſt enim cuiuslibet, ne forinſeci admittantur, cum ex hoc diminuatur cuiuſq; poteſtas, ſecũdum ipſos: pro quibus facit, quia licet unus de collegio poſſit dare uocẽ per alium & inuito collegio poſito in electione, ut latè no. do. Ab. in c. quia propter. §. pen. per illũ tex. à ſpeciali, j. de elect. nõ tamẽ uocem ſuã dare põt extraneo, cum intereſſit collegij, ne eius ſecreta extraneis pateant, ut ſentit Ioã. An. in regula, quod alicui. in Mer. & expreſsè do. Ab. in c. conſtitutus. j. de app. Et ſic intelligitur c. pe. de elec. in 6. ſecundum eum. ¶ Quartò fallit, ubi tractatur de reformatione alicuius officialis in ciuitate: quia licet in electione ſufficiat maior pars, tamẽ in reformatione requiritur oĩm conſenſus, ut eſt tex. in auth. de defen. ciui. §. & ſi quidẽ. in uer. nullo reluctãte. quem oẽs ſaciunt ſing. ſecundum Lud. ĩ rub. de arbi. ſic illum tex. alleg. Bal. in c. quoties. j. de pac. & Ang. in l. iuris gentium. §. ſi. ff. de pac. & Lu. Ro. in d. ſing. incip. Quia heri. & ſing. 676. inci. Ad eligendum. & illum tex. alle. Bart. in d. l. quod maior. & in l. oẽs populi. in 2. q. principali, dicens, ꝙ ponit caſum ſpecialẽ. ¶ Quintò fallit, ubi tractatur de reuocatione libertatis in ſeruitutem, ſecundum Lud. in d. rubri. per tex. in l. ſi quis hac. §. quoties. ff. qui, & à quibus. quem Aug. & Raynerius faciunt ibi ſingul. ſecundum eum: & ratio ſpecialitatis erit fauor libertatis. ¶ Sextò fallit in caſu notabili, quẽ ponunt do. de Ro. deci. mihi 454. incip. utrùm ſi è grauamine. in anti. & eſt hodie de app. 2. ubi dicunt, quòd ſi appellatum fuit à pluribus delegatis Apoſtolicis, & maior pars non deferat, & minor deferat, præualet delatio minoris partis contra regulam d. l. quod maior. tum propter reuerentiã ſedis Apoſtolicæ, ut in c. ſi duobus. j. de app. tum quia maius dignum, &c. Allegant in ſi. gl. & Arch. in c. 2. in ſi. de iu. pat. in 6. & glo. in c. ſi capitulo. de conceſ. præben. eo. lib. Et unum hoc dicto tranſit ſimpliciter Ludo. in l. 2. in prin. uerſi. quid ſi concurrat. ff. de uerb. oblig. Sed in contrarium facit, quod no. Bal. in authen. hodie. uerſi. ſed quid ſi appellauit. C. de app. ubi dicit, quòd ſi ex duobus iudicibus unus dat apoſtolos, alter dat refutatorios, perinde eſt, ac ſi apoſtoli non eſſent dati: quia inter diſcordes nulla eſt iuriſdictio. Allegat l. Pedius. §. ſi. ff. de arbi. & ſequuntur Mod. in c. ſi. in 7. q. j. de app. niſi dicas, Rotam ponere caſum ſpecialem in appellatione ad Papam. Sed huic ſpecialiteti obſt. regula l. quod maior. & dictum Bald. Ideo cogitabis. ¶ Septimò fallit, ubi maior pars non fuit in collegio, & uult ratificare extra collegium illud, quod fecit minor pars: quia requiritur conſenſus omnium, ſecundum Ludo. in d. rub. de arb. per tex. in c. in cauſis infrà de elec. quem pro notabili dicit allegari à Bald. in d. l. per fundum. de ſer. ruſt. præd. ¶ Octauò fallit in caſu Bald. in l. ſi aſcribatur ad fin. C. de appell. quando actus debat expediri à duobus collegijs: nam non ſufficit maior pars iungendo unum collegium cum minori parte alterius, ſed requiritur maior pars utriuſque: quia minor pars non reputatur membrum collegij, a & ſic non dicetur factum ab utroque collegio. Allegat not. in c. à collatis. de appel. in 6. per Ioã. An. Ad quod uide Angel. in l. liber homo. §. Titius. lo primo ff. de hære. inſti. & dom. Ant. in c. ſcriptum infrà de elect. & ibi Imol. & do. Ant. in c. t. j. de paroc. & pulchrè conſuluit dom. Abba. conſil. 57. incip. Ex inſtà ſcriptis literis. ubi dicit, quòd ſi Papa mandat epiſcopo Sanenſi, ut aliquid expediat cũ conſulibus, non ſufficit, quòd epiſcopus cum aliquibus conſulibus faciat maiorem partem: ſed requiritur ipſe & maior pars conſulum, per text. quem dicit nota. cap. paſtoralis infrà de reſcri. ubi quando

a Collegij] Sed quid ſi maior pars collegij cedat, & remanet minor? Dic, quòd repræſentat collegium, & poteſt uti ſigno collegij conſueto, ut per Bal. in l. ſi. C. pro ſoc.

iunguntur in ſimili plura corpora, non ut facientia unum corpus, ſed ut diuerſe, ad hoc ut actus dicatur factus ab omnibus, ſeu maiori parte, oportet quòd interueniat conſenſus partis cuiuslibet corporis. Hæc intellige, ubi actus expediri habet tanquam à duobus corporibus: ſecus, ſi ambo unirentur, ut unum: quia tunc elicietur maior pars habito reſpectu ad totum numerum perſonarum, ſecundum domi. Abba. pulchrè in d. c. paſtoralis. in fin. princ. Et cognoſcetur, an conueniant ut corpora ſeparata, an ut unum corpus, ex coniecturis & ſubiecta materia, ſecundum eum. ¶ Nonò fallit, ubi agitur de impediendo actum, ne fiat per uniuerſitatem: quia tunc ſufficit contradictio minoris partis, per c. 1. de his, quæ fi. à ma. pa. ca. & ibi omnes Docto. Imò ſufficit contradictio unius, c. Nicæna. & ibi Archi. & Domi. 21. diſt. Intellige, dum modò allegetur rationabilis cauſa, cur non fiat, ut in dictis iuribus. Vnde dicit in c. ſi. j. de præſumpt. quòd unus ſolus cum iuſtitia poteſt impedire uniuerſos. Alleg. Arch. & bene, in c. epiſcopum. 61. diſtinct. & ibi dicit, quòd præualet ille omnibus alijs: & ſubdit, quòd ubi capitulum ſola uoluntate contradicit prælato, ualet, quod facit prælatus, ſecundum id, quod not. gl. ſi. in c. t. 65. diſtinct. Subdit Bald. in d. c. ſi. quòd ſi publicato ſcrutinio electionis & collatione facta omnes de capitulo recedant, unus ſolus ſingulariter remanens in capitulo eligere poterit. Alleg. Arch. & bene, in cap. ſi fortè. non longè poſt medium, 65. diſtinct. de quo etiam per do. Abb. in c. in cauſis. de elec. ¶ Decimò fallit, ubi collegium, uel uniuerſitas uult facere ſtatutum non generale, ſed derogãs iuri ſingulorum perſonarum; quia non ſufficit conſenſus maioris partis, ſed requiritur omnium concordia, ſecundum Angel. conſil. 267. inci. Viſis & examinatis. Ita dicit notare gl. ſecundum eũ in l. 2. uer. ſed Ioannes dicit, C. quæ ſit lon. conſue. Et ita intelligit l. uenditor. §. ſi cõſtat. ff. cõi. præd. & alle. Ion. in rub. j. de conſue. dicentem, ꝙ ubi conſuetudo derogat iuri ſingulorũ perſonarũ, oportet illorum tacitũ, uel expreſſum conſenſum interuenire: & ſic dicit intellige Inn. in c. in noſtra. j. de iniur. & ꝙ no. in l. ſi quis in bello. ff. de cap. ¶ Et facit iſta fallentia ad q. utrùm maior pars uniuerſitatis poſſit per impoſitionem oneris grauare ſingulos de uniuerſitate: De quo per Bar. Imo. & Ro. in l. 4. §. actor. ff. de re iudi. & gl. in l. aliud. §. refertur. ff. de reg. iu. & Bal. in l. 2. C. quæ ſit lon. conſue. & in l. etiam. C. de exec. rei iud. Et uidetur concludi, ꝙ ſi fit ex cã neceſſaria, poſſit: & facit c. ſi. de his, quæ fi. à ma. par. ca. ſecus ex cauſa uolũtaria, ut ſi, de iuſſtor: de quo aliud dicetur in c. cũ dilecta. de reſcri. ¶ Vndecimò fallit, quando requiritur iudicium plurium per uiã conſilij: quia cũ requirens non teneatur ipſum ſequi, c. cũ in ueterĩ. de elec. plenè Bart. in l. 3. §. ſi plures. ff. de exer. cũ conent. poteſt minorem partem præferre maiori, nec actus uitiatur, ſecundũ Io. An. & alios in c. nec epiſcopi j. de tẽp. ord. poſt Inn. quem etiam ſequuntur Imo. & Ang. in l. ad imperatorem ff. de app. & Aug. in l. maiorẽ. ff. de pac. & Io. An. in c. nullus ex conſilio. de reg. iu. in 6. & Bal. in l. t. in 6. q. ff. de off. conſul. Secus, ſi arctaretur nedum requirere, ſed imitari eorum conſiliũ: quia tunc tenetur imitari maiorẽ partẽ, ut in dictis locis. ¶ Duodecimò fallit, ubi ex forma legis, uel ſtatuti requireretur conſenſus oĩum: tunc. n. licet quod fit à maiori parte, uideatur fieri ab oĩbus, per fictionẽ d. l. quod maior. tamen iſto caſu non ſufficit, ſecundum gl. no. in c. ubi periculũ. §. idem quoq; in uer. ſingulis. de elec. in 6. & hoc, ut dictio uniuerſalis expreſſa aliquid operetur, & facit, quod no. do. Ab. in c. conſtitutus. 2. j. de app. cuius dictum ponetur paulò poſt. ¶ Decimotertiò fallit, quando maior pars nõ eſt ſanior: quia actus nõ tenet ſed requiritur copulatiuè, quod ſit maior & ſanior: ut per glo. ordinar. in §. nunc ergo requiritur. 63. diſt. & in c. eccleſia lo ult. in gl. ſi. j. de elec. & ibi plenè per do. Abb. cũ ſequen. & ibi Bald. in fin. & per gl. Arch. & Domi. in c. canonũ. 19. diſt. per do. Abb. in c. prudentiam. in princip. de offic. deleg. per gloſſ. in c. cã noſcitur. j. de his, quæ fi. à maior. part. ca. in uerbo, ſanioris. & do. Abb. in c. quia propter. in §. notabili, de elec. per Imol. in l. Pomponius. alias incipit, ſi uni. ff. de re iudic. per Bald. in l. 3. in princ. ff. de teſta. per Bald. in l. in albo. C. de decu. lib. 10. per glo. in l. ubi abſunt. ff. de tut. & cur. da. ab his. & Dominic. & Archidia. in d. c. Nicæna. quia multa iura copulatiuè requirunt maiorem & ſaniorem partem,

tem, d. c. quia propter. & c. coram. eod. titu. & c. 1. de his, quæ fi. a maio. parte ca. cum alijs allegatis in d. c. eccleſia. quamuis Inno. in d. c. quia propter. & Comp. in d. c. eccleſia. exponant Et, pro Id eſt: ſed malè, ut in locis prædictis. Vide tamen, quod ſequitur. ¶ Decimoquartò fallit notanter, quando capitulum uult committere uices ſuas in certo actu aliquibus de capitulo: quia talis ſubdelegatio, ſeu ſubſtitutio debet fieri de licentia omnium, ſecundum Archi. poſt Hug. in c. epiſcopus. 16. quæſt. 7. Quod eſt quotidianum, & non tritum. ¶ Modo ad intellectum prædictorum collige quatuor notanda. Primò nota duos caſus in
19 † quibus non habetur reſpectus ad ſanioritatem, ſed ſolùm ad maioritatem. ¶ Primus eſt in actibus merè prophanis, & non eccleſiaſticis, ſecundum Docto. in dictis locis, & glo. in d. l. ubi abſunt. quia iura ciuilia requirunt maiorem partem, l. maiorem. ff. de pac. l. nominationum. C. de decu. lib. 10. l. aliud. §. referetur. ff. de reg. iur. Et maior dicitur dignior, d. l. maiorem. Et caue: quia etiam in eccleſia maior pars in dubio præſumitur ſanior, niſi cõtrarium probetur, ſecundum do. Anto. in d. c. cũ noſcitur. ¶ Secundus caſus eſt in electione Papæ, per c. licet. ǰ. de elec. ubi de ſanioritate nihil dicitur, ſecundum Dom. in d. c. Nicæna. ¶ Secun-
20 dò not. quòd † non dicitur maior pars partium comparatione minoris, ſed reſpectu totius collegij: ut eſt text. in c. eccleſia. lo 1. infra de elec. & eſt ſpeciale in electione prouincialis de ordine minorum, quæ ualet facta à maiori parte reſpectu partium minorum, ele. exiui. §. demum. de uer. ſig. Et idem poſſent illi de uniuerſitate inter ſe ſtatuere, ut eſt glo. no. in c. ſi cui. in uer. præter. de elec. in 6. Pro quo facit in ſimili glo. in c. conſtitutus. in uer. omnium. ǰ. de appella. per quam no. ibi do. Abb. ꝙ illi de uniuerſitate poſſunt ſtatuere, ut non ualeat actus à maiori parte factus, ut in cap. quia propter. de elec. ǰ. uel niſi propter iſtam reformationẽ impediretur utilitas eccleſiæ, ſecundũ do. Ab. ibi. ¶ Tertiò
21 not. quòd ſi † maior pars collegij eſt expulſa ratione partialitatis, uel ſectæ, actus factus ab ea non tenet, ſecundũ Bal. in l. j. ff. quod cuiuſque uniuerſ. no. ubi dicit, quòd ſi maior pars expulſorum de ciuitate Tuderti recognoſcit Papam in dominum, non tenet actus populo: ſecus dicit, ſi non eſſent expulſi ſub nomine ſectæ: quia tũc faciunt collegium licitũ. Alleg. Inno. in c. cũm ex iniuncto. ǰ. de ope. no. nuo. Et de hoc Plenitùs. Proximè dicetur. ¶ Quartò not. quòd tunc demum maior pars præiudicat abſentibus, quando in maiori parte omnes repræſentantur, ut in negotijs uniuerſitatum, d. l. quòd maior. Secus in iuribus ſingularium perſonarum, ſecundum Bal. in auth. ſi omnes. ad ſi. C. ſi minor ſe ab hære. abſti. ¶ In eadem glo. ibi, dum tamen alij abſentes uocentur. Hoc eſt clarũ intelligendo de illis, qui non ſunt in capitulo, tamen ſunt in ciuitate: quia ex quo ſunt in loco, debent omnes uocari, in l. ij. C. de decu. & clarè per Cal. in tit. de conſti. cõſil. iij. Per Fed. conſil. cij. incip. Nobilis quidam. per Alber. in 1. parte ſtatutorum, q. 165. intelligendo ſanè, ut dicetur in ſi. primæ opi. ſeq. allegando
22 Fed. conſi. 148. ¶ Sed † maius dubium eſt in illis, qui ſunt extra ciuitatem, & longè abſentes, an iſti ſint uocandi ad actus capitulares? In quo ſunt duæ opi. & quælibet diuerſimodè fortificatur. ¶ Prima fuit opi. gl. ord. in c. præſentiũ. in uer. ipſorum. de teſti. in 6. quòd abſentes non uocantur, [a] niſi in tribus caſibus: de quibus in ea. Et hanc opi. tenet hic do. Car. & Imo. qui dicunt, hanc eſſe cõem: & cõfirmãt, quia alienatio rei eccleſiaſticæ eſt res ardua, ut de ſe patet: & tamen in ea nõ uocantur abſentes, ut eſt tex. cum gl. in c. hoc ius. 10. q. 2. ibi, maiore parte ibidem ſeruientiũ cõnſentiente. Et hanc opi. ſequitur Bal. hic dicens, quòd illi tres actus exceptuãtur: quia in illis quodammodo pẽdat ſtatus eccleſiæ. Et dicit ſe addere quartum, uidelicet in alienatione magnarum rerum, puta nobilium grangiarum, quæ æquiparãtur cauſis ſtatus, l. propter litem. ff. de excuſ. tu. Secus, ſi in alienationib. tolerabilis præiudicij. Et quod dicit d. gl. de electio. intellige, ſecũdum eã, de electione, quæ tribuit ius & titulũ, non in electione œconomi, uel guardiani, qui reuocantur ut procuratores. Et iſtis nõ obſt. l. 3. §. cũ cognita. ff. de bo. poſ. ubi abſentes uocãtur: quia ibi materia pertinebat pleno iure ad abſentẽ, hic non: quia quod cõe eſt, meũ non eſt. Hanc opi. tenet ẽt Bal. in d. auth. hoc ius porrectũ. per illũ tex. & alleg. Archid. in d. c. hoc ius. ubi hoc tenet ſuper uer. ibidẽ. Et hanc opi. ſentit Bar. in l. oẽs populi. ff. de iuſt. & iur. & firmat Imol. in c. cũ Apoſtolica. ǰ. de his, quæ fi. a præl. & Cal. in ti. de conſti. cõſ. 3. & Imol. in c. fi. ǰ. de ma. & obe. dicẽs, ꝙ iſta eſt cõis opi. & tenenda, per d. c. hoc ius. Idem tenet etiã Old. conſ. 59. inci. Impugnatur electio. & Fed. cõſ. 207. Si uero. in fi. & Bal. c. cũ olim. prope fi. ǰ. de re iud. & Cal. in tit. de his, quæ fi. à præ. conſ. 4. & do. Ant. in c. cum inter uniuerſas. ǰ. de elec. & Fed. conſi. 143. inci. caſus talis eſt, alij qui ſunt Canonici. Et ibi plus dicit, ꝙ extra dictos tres caſus non ſolum nõ ſunt uocandi abſentes, ſed ẽt beneficiati præſentes in terra, & nõ ſeruientes in diuinis, non uocabũtur, per d. c. hoc ius. in uer. ſeruientiũ. quod no. & ſequitur Lau. de Rodul. in repe. c. ſine exceptione, uer. inſuper quæro ſeptimò. 12. q. 2. addens, ꝙ licet illa nõ ſint uerba Fed. tamen ſatis uidentur ab eo approbari, ex quo inſeruit in ſuo opere. ¶ Secũda opi. fuit Inn. in c. 2. ultra medium, ǰ. de no. ope. nun. ubi dicit, ꝙ in negotijs arduis ſemper debent uocari abſentes, niſi expreſsè ſtatuatur contrariũ. Et hãc opi. ſequitur ibi do. Ant. uer. tene menti. dicẽs, quòd licet totus mundus recurrat ad gl. in d. c. 2. tamen intelligi debet ſecũdum d. opi. Inn. ibi: & ipſum ẽt ſequũtur do. Ant. & Domi. hic, & do. Ant. in c. licet de uitanda. ǰ. de elec. & in c. hominibus. de ma. & obe. & in c. 1. ad fi. ne ſe. ua. & Domi. in c. 2. de teſti. in 6. & Domi. & Ab. in d. c. 2. de ope. no. nuo. & in c. 1. de his, quæ fi. à ma. par. ca. & facit gl. ibi, in uer. conſtituti. quæ ad hoc non ſolet allegari, ſecundum eum: & probatur iſta opi. quia qua ratione uocari debent abſentes in caſibus enumeratis in d. gl. uidelicet propter eorum arduitatẽ, eadẽ ratione deberẽt uocari in caſibus ſimilis importantiæ, potiſſimũ cùm non ſit facere extenſionẽ in materia nõ fauorabili. Ad hoc bonus tex. in c. cùm dilecti. ǰ. de cõfir. uti. uel inuti. Per quem do. Ab. ibi infert, quòd nedũ conſtitutio, ſed ẽt caſus exceptus extenditur ad identitatẽ rõnis. Vnde do. Ab. ibi, & hic, improbat gl. in d. c. 2. & allegat ẽt Bar. in l. ſecũ. ff. de uſuc. & fatetur, quòd in materia reſtringibili ſecus eſt, ut per gl. in l. 1. C. de pat. qui fi. diſt. ut ibi per eum: & per eundem pulchrè in d. c. cùm inter uniuerſas. dum oſtendit, quòd ſola cauſa arduitatis induxit diſpoſitionẽ illorũ triũ caſuum: quia dato, quòd hoc ibi non exprimatur, tamẽ ex quo aliqua ratio coniecturari non poteſt, illa ſumenda eſt, & ab ea poteſt fieri extenſio, ac ſi eſſet expreſſa. Allegat Bal. & bene, in l. maximũ uitium. C. de lib. præ. Cui, quantum ad hoc, adde Pau. de Caſt. conſi. 334. & do. Abb. in c. fi. ǰ. de reſcri. Bene facit gl. in c. ſtatutũ. in prin. in uerſ. copia. de reſcri. in 6. quã ſequitur do. Abb. in c. 1. in prin. ǰ. de arbi. & in c. paſtoralis. in princ. ǰ. de reſcri. & ibi dicetur: quæ uoluit, quòd arbitri iuris debẽt aſſumi in caſibus, in quibus eſt eadem æquitas, quæ in caſibus à iure expreſſis loquentibus de arbitris iuris. Et tenendo hanc opi. quæ facilius ſuſtentatur, reſpondet hic do. Abb. ad d. c. hoc ius. quòd alienatio rei eccleſiæ factæ in caſu licito, non eſt res magni præiudicij. Et adde, quòd ubi eſſet maximi præiudicij, non procederet, d. c. hoc ius. ut ẽ. dixi poſt Bal. hic. ¶ Vel poteſt dici, quòd illud eſt ſpeciale, ne fortè eccleſia, quæ patitur neceſſitatem, habeat diu cum periculo expectare. Vel expone Seruientium, i. deputatorum ibi ad ſeruitium. Non obſt. etiã c. fin. de ma. & obe. ubi in arduis ſufficiunt præſentes, quia ita mandauit ibi ſuperior, ſecundũ gl. ibi. Et aduerte: quia licet ibi ſentiat tunc demũ uocandos abſentes, quãdo præſentes maiorẽ partem nõ conſtituunt, tamen idẽ uidetur, ſi conſtituant maiorem: arg. c. 2. de arbi. in 6. ubi licet præualeat conſenſus maioris partis, requiritur tamen uocatio abſentis: & licet arbitri conſentiant ut ſinguli, tamen eorum conſenſus requiritur ad inſtar collegij, ex quo præualet maior pars, ut dicetur infrà, proxi. uerſ. quanta declaratio.

a Non uocantur] Pro qua materia uide plenè & notabiliter do. Iaſ. May. in l. placet. C. de ſacroſanct. eccl. cum alijs concor. per eũ pro & contra in hoc paſſu allegatis. & uide Bart. in l. nulli. in fin. quod cuiuſq. uniuerſi. no. qui dicit per l. 2. C. de decurio. li. x. quod abſentes ſunt uocandi, etiã quando maior pars ſuf-

ficit, uel duæ partes, contra Ange. in auth. de alien. emp. §. hoc etiam. verſ. ſed tunc eſt uidendum. Et ad materiam iſtam uide, et adde, quæ latè et ſingulariter habentur per Panor. in ca. 2. ǰ. de op. no. nunc. & in c. 1. de his, quæ fi. à ma. parte ca.

tin. Facit etiam lex, nominationum. C. de decu. ubi propter paucinres, qui intereſſe non poſſunt, dicitur, non eſſe retar dandam executionem: quaſi innuat, quòd debet requiri, ſi poteſt: nec eſt mirum, quòd licet actus poſſit ualere factus à maiori parte, tamen ſunt inquirendi abſentes: & ſic ſolennitas prima facie leuis uidetur neceſſaria, cōtra l. 1. de uen. inſpicien. cum ſi. quia poteſt effici non leuis, ſi fortè illi uocandi traherent alios in ſuam ſententiam, ut in ſimili not. Bart. poſt Oldra. in l. 1. §. ſi plures. ff. de exer. & domi. Card. in clem. 1. in 10. q. de offic. ord. cum concor. Et ſic prædictæ duæ opi. uidentur corroboratæ. Et quamuis prima dicatur communior, tamen ſecunda uidetur ſuſtentabilior. ¶ Sed utramque opi. declara duobus modis. Et prima declaratio ſumitur ex dictis Bar. in d. l. omnes populi. præalleg. & do. Abb. hic, uidelicet quando aliqui ſunt abſentes ex propria culpa, ut quia propter delictum fuerunt expulſi, uel relegati. Vnde non ſunt uocandi ad aliquem actum, per l. amiſſionem. §. qui deficiunt. ff. de cap. dimi. & c. præter hæc. 32. diſt. & idem no. do. Ab. in d. c. bonæ. lo 1. in 1. no. ǰ. de elec. & in d. c. 2. de ope. no. nun. Sed ubi ſine culpa, ut ſi timore tyranni, ſtant extrà, dicendum fortiùs, quòd ad hoc ut actus ualeat, ſemper uocabuntur, ſiue ſint negotia ardua, ſiue leuia, ut ſaltem mittant procuratores, ſecundum Inn. pulchrè in d. c. 2. de oper. no. nun. Pro quo facit, quod not. Barto. in l. ſi quis à filio. §. ſi patri. ff. de leg. 1. ubi dicit, quòd ſi pars remanens in populo ſubmittit terram alicui domino non requiſitis exititijs, actus non tenet. Quod intelligit Bal. ibi, ſi eſt facta à minori parte: ſecus, ſi à maiori. Allegat Inn. in d. c. 2. & ſubdit, quòd ſi exititij conſtituunt maiorem partē, apud eos dicitur eſſe ius uniuerſitatis: & ſequitur ibi Imol. niſi, ſecundum eum, exititij etiam conſtituentes maiorem partem eſſent expulſi iuſtè: quia tunc eorum iniuria extincta eſt, dict. §. qui deficiunt. Et adde Lap. alleg. 85. quæ incipit, Vtrùm Romana eccleſia. ubi dicit, non tenuiſſe ſubmiſſionem factam per Tudertinos de terra illa in fauorem Papæ: quia non fuerunt requiſiti iniuſtè expulſi. Et pro hoc, quòd expulſi non perdant ius ſuum, facit optimè text. in cle. 1. de ſo. comp. & text. in c. 1. ǰ. de arbi. per quem not. ibi do. Abb. quòd clericus exulans ſine culpa non debet priuari beneficio Et probatur in c. tanta. uer. poſt atroces. de exceſ. præla. & ibi do. Ant. & per eundem in d. c. 2. uerſi. quæro, an exul. de ope. no. nun. & Domi. in c. ſi epiſcopus. de ſup. neg. præla. in 6. Et procedit hoc etiam reſpectu diſtributionum quotidianarum, ſi ſolis conſueuerat intereſſe diuinis, ſecūdum Ioan. And. in c. unico, de cle. non reſi. in 6. Cal. latè in tit. de

c quia præſupponit contractum ualere, [c] c. j. de reſti. in inte. ¶ Sed pro opi. do. Ab. quod contractus ſit nullus, ubi alienatio quamuis ſolennis non ſit in caſo licito, uide gloſſ. in uer. rediret. in c. j. de reſti. in inte. Et ibi eum ſequuntur do. An. & do. Abb. & ibi etiam latè Imo. & Imola hic, & Domi. poſt Ioa. And. & omnes in c. 2. in prin. de reb. eccle. non alie. in 6. & do. Ab. in c. nulli. de reb. eccle. non aliena. & Hoſ. & domi. Ab. in c. tua. j. de his, quæ ſiunt à præla. & Hoſti. in ſum. de reſti. in integ. §. in quibus. uer. item in contracti. & propter. ut in d. c. 2. in uerſi. forma & caſibus. à iure permiſſis. & in d. cle. 2. in uer. neceſſitas, aut utilitas. facit l. magis puto. §. ſi æs alienum. ff. de reb. eo. ubi nõ ſufficit alienationem rerum minoris fieri cum ſolẽnitate legitima, niſi etiam fiat ex cauſa legitima, & in caſu cõceſſo. ¶ Vno caſu ſaluatur opi. contraria, uidelicet quãdo alienatio fieret cum ſolennitate in caſu conceſſo apparenter, ut quia credatur ſubeſſe utilitatem eccleſiæ, & exiſtẽte re uerè ſit contrariũ: quia tunc contractus tenet, ſed datur reſtitutio in integrum, ſecundum do. Ant. in c. cum Apoſtolica. j. de his, quæ ſiunt à præla. & ſequitur ibi Imola. & idem Imo. poſt Io. And. in d. c. j. de reſti. in integ. Et ideo ceſſabit reſti. in integ. ubi etiam apparenter eſt facta alienatio in caſu non licito: quia erit nulla: ſed cõpeteret reſtitutio, ubi eſt licitus apparenter: & ſic ceſſat ratio in contrarium adducta. Caſus autem licitos in materia enumerat Hoſtien. in ſum. de reb. eccle. non alie. §. ex qui. cau. & glo. in d. ſum. Et quod non ſit nulla ipſo iure alienatio, quando eſt in caſu licito ſaltem apparenter, eſt gloſſ. in d. c. cùm Apoſtolica. in uerſic. profuturum. & glo. j. in c. ad noſtram. j. de reb. eccle. non alie. not. Arch. 12. q. 2. in ſum. & domi. Anto. poſt Ioa. An. in c. j. circa princ. j. de ſol. Et duas differentias in ſimili inter actum nullum exiſtenter & apparenter, ponit Pau. de Caſt. conſi. 27 ¶ Vlterius per iſtum text. cum gloſſ. poſuit hic Inno. aliqua dicta famoſiſſima, tractando

a *Tradita à iure*] *Quæ autem ſolennitates requirantur et exigantur ad alienationis ualiditatẽ, & ex quibus reddatur nulla alienatio, uide not. per do. Soci. conſ. 15. inc. Viſis prædictis publicis inſtrumentis. uerſi. circa quã conſultationem. cũ uerſ. in j. parte. et uer. poſtquã non obſtãſum. cum uer. ſeq. & conſi. 29. inci. Viſo quodã inſtrumento. uer. uerum prædictis non obſtãtibus, & uerũ. cum uerſ. ſeq. in d. parte. & uerſi. 3. principaliter.*

b *Non licito*] *Aduerte tamen, quod in dubio præſumitur facta ex iuſta cauſa, ſi interuenerit conſenſus capituli & ſuperioris, ut per do. Soc. cõ. 15. inci. Viſis prædictis publicis inſtrumẽtis. uer. tertius uerò tractatus. circa princip. in j. parte.*

c *Valere*] *Sed adde, quod nunquã obſtat, quo minus fiat ſibi reintegratio poſſeſſionis. Quod eſt ſingulariter ſecundũ do. Soci. in conſ. ſua 29. incip. Viſa quodã inſtrumento. uerſ. uerũ prædictis non obſtantibus. ibi, & ſi a-pud. in j. parte.*

tractando De poteſtate principis in ſtatuendo, & ipſa reaſ-
ſumunt hic ordinatè do. Ant. do. Imo. & do. Ab. inſerentes
dicta Legiſtarum in l. fin. C. ſi contra ius, uel uti. pu. & Cy.
in leg. re ſcripta. C. de preci. impera. offe. Et ex dictis ſuis &
aliorum alibi in multum reſtrictis, reſecatis ſuperfluis, feci
ſupraſcriptas concluſiones quatuor declarantes. Primò, an
princeps ſtatuat contra ius diuinum. Secundò an circa ius
gentium, uel naturale. Tertiò, an circa ius ciuile, uel poſi-
tiuum. Quartò, an in dubio præſumatur moueri ea cau-
1 ſa. ¶ Prima concluſio. Princeps † ſecularis poteſt per ſuam
legem limitare, ſeu interpretari ius diui
num d ex cauſa. Vnde licet lex diuina di-
cat, Non occidas, tamen in multis lex to
lerat homicidium, ut in toto tit. ff. de ſi-
cari. Similiter licet lex diuina contente-
tur de duobus, uel trib. teſtibus, capitul.
omni. ĵ. de teſt. tamen lex uult hoc non
procedere in certis caſibus. Patet in l. hac conſultiſſima. C.
de teſta. in c. præſul. cũ ſi. 2. q. 4. Et hanc concluſionem po-
nunt omnes prædicti, & Bar. in j. conſt. Digeſtorum, uer.
item quæro, quid de reſcri. & gl. fi. in l. j. ff. de conſti. prin.
& Bal. in authen. ad hæc C. de uſu. & in l. ij. ad fi. uer. ſecun
dò quæritur. C. de preci. impe. offe. Et tales leges ualent
etiam, quo ad forum conſcientiæ, ut dixi in c. 1. in 6. fallen
tia, ſupra eo. Et quod dixi per uiam legis, procedit etiam
per uiam conſuetudinis, quæ tantum poteſt circa ius diui
num, quantum lex, ut per do. Abb. in c. fi. ĵ. de conſue. Et
quod dixi in principe, procedit etiam in populo habente
iura imperij, ſecundum prædictos: quia poteſt ea in terris
ſuis, quæ poteſt princeps, ut per Bartol. in l. acta. §. de am-
plianda. ff. de re iud. & in l. infamem. ff. de pub. iud. & in l.
hoſtes. ff. de cap. & per omnes in c. per uenerabilem. ĵ. qui
fil. ſint legi. Et talis eſt populus Floren-
tinus, e ſub cuius mercede nunc uiuo,
ſecundum Bar. in d. l. hoſtes. Et ibi dicit
idem de ciuitate Piſana. Idem de Floren
tinis tenet dom. Abb. conſil. ſuo. 91. &
conſi. ultim. & Lud. Rom. conſi. 456. &
dicit dom. Ab. in dicto conſi. quòd tan-
tam poteſtatem habent in ſuo territorio,
quantam imperator in ſuo. Et quòd iſta
poſſunt induci etiam a ſtatuto, no. Petr.
de Ancha. conſi. 200. inci. Iure diuino.
& pleriquе allegandi in ſeq. concluſio-
ne. ¶ Per iſtam concluſionem infertur
principaliter, ſecundum omnes prædi-
3 ctos, quòd † ualet ſtatutum, quòd ban-
nitus impunè occidatur: f quia banni-
tus eſt transfuga, & hoſtis ciuitatis. l.
amiſſione. §. j. ff. de cap. dimi. Hoſtis au-
tem ciuitatis poteſt impunè occidi. l. j. ff.
ad l. Cor. de ſica. & in l. minimè. ff. de re
lig. & ſumpt. funer. & ita no. Bar. in l. ut
nim. & in l. omnes populi. ff. de inſt. &
iu. in d. §. j. & in l. ubi pactum. C. de tran
ſac. & in l. ij. C. quando liceat ſe ſine iu.
uind. & do. Abb. poſt alios in c. fin. ĵ. de
conſue. per Pet. de Anc. in c. t. in 3. prin
cipali quæſito, ſupra eod. per Bald. in d.
l. ij. & l. data opera. C. qui acc. non poſ.
& in l. decuriones. C. de cauſ. ex quib.
inſa. irro. per Alb. in 4. parte ſtatutorũ,
q. 17. & per do. Anto. in c. ſi uerò. j. ĵ. de
ſen. exc. per Domi. in cap. non eſt pecca-
tum. §. his ita circa medium, diſt. 6. Imò
dixit Bal. in l. ij. C. quando li. ſe ſine ind.
uin. quòd non ualet pactum factum cũ
bannito de eo non offendendo: quia eſt
cõtra utilitatem publicam. Et eſt de hoc
ſolennis diſputatio Bar. quæ inci. Luca
næ ciuitatis ſtatuto. ¶ In hoc tamen de
offendendo bannitum collegi nonem ca
ſus, in quibus ſtatutum nihil operatur,
nec excuſat homicidam. ¶ Primus caſus
4 eſt, quando † hoc ſtatutum non fieret
ex cauſa legitima. Vnde dicit Hoſt. in

d *Ius diuinũ*] *Ad de Lud. ponentem in fin. uer. teſtu. et uerſi. quid ſi contra, etc.*

e *Florentinus*] *Ad quod adde do. Soci. conſ. lxxij. inci. in præſenti conſultatione, in j. parte, quòd ciuitas Florentiæ cũ ſuo comitatu et diſtrictu non recognoſcit ſuperiorem, ex quo præſcripſit merũ & mixtũ imperium, & tantam poteſtatem habet in populo, & ſibi ſubditis, occaſione dictæ præſcriptionis, quãtã imperator in uniuerſo. Et adde, quod idẽ dicendo eſt de ciuitate Senarũ, cùm ſuperiorem non recognoſcat, & principis habeat poteſtatem, ſecundum præfa. do. Soc. conſi. ſuo 74. incip. In præſenti conſultatione. uerſic. quartò pro hoc. ibi, qua uiam magnifica. in d. parte.*

f *Occidatur.*] *Ad. de Flo. contra Pau. de Caſt. in l. binas ædes. de ſer. urba. præd. & addit. quod refert Flo. in l. fin. qui bis*

c. ſi. ĵ. de conſue. quòd ſi ſtatutum hoc
permitteret pro pecuniario debito: non
ualeret: & eſt gl. 4. q. 1. in ſum. circa me-
dium, & ſequuntur hic dom. Anton.
Imo. & Dom. dicentes, quòd oportet, ut
bannum ſit pro culpa digna morte. Bene
facit, quod not. Bal. in l. ſi mora. ff. ſol.
mat. ubi dicit, quod ſtatutum diſponẽs
ſimpliciter, quòd bannitus pro maleſi-
cio poſſit impunè offendi, non intelligi-
tur de bannito propter contumaciam:
quia non eſt propriè maleficium, ſed cul
pa, ut ibi dicit gl. & dicetur in c. ex lite-
ris infra eo. ¶ Secundus caſus eſt, quan-
5 do † filius occideret patrem bannitum:
quia non iuuatur ſtatuto, quòd non præ
ſumitur ad hunc caſum cogitaſſe Dy. &
Ange. in l. ſi adulterium cum inceſtu. §.
liberto. per illum tex. ff. de adul. & Ang.
in authen. de inceſt. nup. in princ. quo-
rum opi. tenenda eſſet ante factum. Ta-
men ſi caſus occurreret, tenẽda eſſet opi.
contraria, quam ſequitur Bart. in d. §. li-
berto. & Pet. de Anch. in rubr. ĵ. de his,
qui ſi. occi. & ibi Io. de Ana. quem ſe-
6 quor. ¶ Tertius caſus eſt, quando † quis
occideret bannitum pendente quæſtio-
ne ſuper ualiditate banni, & apparente
poſtea bannum eſſe nullum, ſecundum
Bald. in l. uniuerſa. prope fin. C. de preci.
Impe. offer. Allegat Dy. in l. ſi quis filiũ.
§. ſi quis. ff. de iniuſto irrito; teſtam. &
Bar. in l. j. §. ſi ſeruus. ff. de acq. poſ. Ad
quod uide Lud. Ro. ibi, & per Bart. in l.
non putauit. §. non quæris. ff. de contra
tab. & Ang. in l. cùm uerò. in prin. ff. de
fideicom. lib. & Bald. in l. appellatione
C. de app. & in l. j. C. ſi a non compe. iu.
& in l. cum, qui duas. C. de adult. & in
d. §. ſi quis. ¶ Quartus caſus eſt, quan-
7 dò † bannitus toleratur in ciuitate: quia
talis tolerantia præſtat ei ſecuritatem, li
cèt nondum ſit de banno cancellatus, ſe
cundum Sal. in l. nullus. C. de Iudæ. &
ſequitur Io. de Ana. in ca. ſicut. ĵ. de Iu-
dæ. dicens, hoc eſſe ſingulare dictum,
& ſe uidiſſe ſeruari Bononiæ. ¶ Quintus
8 caſus eſt, quando † quis offenderet, uel
occideret non ritè bannitum, ſecundũ
Barto. in l. j. ff. de adul. & Ang. in l. iij.
uer. condemnatum. ff. de re iudic. Bald.
& Imo. in l. huiuſmodi. §. ſi ita cui. ff. de
leg. j. & Ange. in l. ſi. C. ſi ex ſal. inſtr. &
Bald. in l. noſtram. C. de teſta. & Ange. in l. ſi duo. ff. de ac
qui. hæ. & in l. filius. ff. de lib. & poſth. & Bald. & Sal. in l.
cum, qui duas. niſi de hoc eſſet probabilis ignorantia,
ſecundum Bartol. in l. j. §. ex hoc reſcripto. ff. de uen. inſpi.
9 ¶ Sextus caſus eſt, quando † bannitus occideret ſeipſum:
quia ex eo, quòd eſſet bannitus, non euitat pœnam, de qua
ff. de his, qui ſibi mor. conſci. per totum, ſecundum Io. An.
in Spe. in. ti. de pœ. §. j. in prin. in uer. ſed quæro. ubi refert
Rich. Malumbræ dicentem, fuiſſe punitum quendam do-
ctorem pœna ſtatuti: quia cum eſſet bannitus, interfecit ſe-
ipſum. Ad hoc not. in c. contingit. primò, ĵ. de ſentẽ. exc.
per glo. in l. pactum inter hæredem. in gloſ. mag. circa me-
dium, ff. de pac. per Bar. in l. Stichus. ff. de pecu. le. & l. cu-
ſtodias, ff. de pub. iud. cum concor. ¶ Septimus caſus eſt,
10 quando † occidens bannitum ignorabat eum eſſe banni-
tum: quia non uidetur tunc occidiſſe, ut miniſter reip. ſe-
cundum Bal. in l. ſi quis hæredem. C. de inſti. & ſubſt. ſub
condi. fac. & Pe. de Anch. in repe. cap. canonum. uer. quæ-
rit. etiam Bar. ĩ. eo. & Bar. in l. inter omnes. §. rectè. ff. de
fur. de quo per eundem, & Doc. in l. generoſa. ff. de inſa. &
l. ſi quis in graui. §. utrùm: & ibi per Lu. ff. ad Syllan. & Bar.
in l. ſi. C. de cri. expi. hæ. & Lu. lariſſimè in repe. in l. j. C.
de hær. inſt. Facit elegans dictum do. Ant. in cap. quanto.
in fi.

nos de uſuf. quod quidam diſputans terminauit, non poſſe occidi, licet alij communiter contra tenuerint, per c. fi. de homic. Sed do. And. de mon. Vbia. in conſil. ſtatuto cauetur, quod bannitus, cõcordat opin. quòd procedit dictum Bar. in loco ſupra in tex. alle. & in conſ. ſuo inci. Statutum Caſtri plebis in bannitis ex graui delicto, i. in perſonam, non ſi in pecuniam. Vide Bal. in conſi. ſuper punctis: mihi Bal. de pu. tranſmiſſis. quòd poteſt occidi, ſecundum ueram opi. & do. Nellus in tra. bãnitorum, ſecunda parte 2. temporis, 7. quæſt. ubi dicit, hoc eſſe commune apud Doc. Quid econtra? Adde Paul. de Caſt. in l. inſcius. in princip. uerſic. ſic ergo no. ff. de lib. & poſt. qui loquitur in caſu tamen: & Ang. in conſ. 84. inci. Viſo themate. in fi. ibi, an tale ſtatutũ ſit ualidum. Vide do. Soci. conſ. clvij. incip. præſens conſultatio pulchra & ſubtilis attentis ſtatutis, in princip. in j. parte.

in fi. j. de iureiu. ubi dicit, quòd in foro pœnitētiæ debitor non euitat periurium non ſoluendo in termino iurato, quē ſibi ignoranti creditor prorogauerat, licet ſecus in foro contentioſo: quia non eſt in mora. ¶ Octauus caſus eſt, quan
11 do † occideret extra territoriū, in quo uiget tale ſtatutum. quia ibi non erit tutus ab homicidio, ſecundum Pe. de An. in repe. c. j. ſ. co. uer. 3. principaliter. ubi uide, & per Imo. in cle. paſtoralis. de re iud. & Bal. in Repert. Inn. in uer. excōicatus repellitur. & ī c. excōicatos. 11. q. 3 ¶ Nonus & ultimus
12 caſus eſt, quādo † ſtatute & legitima cauſa mortis fieret tale ſtatutū ad rancorē uindictæ quia non ualet, ſecundum do. Ant. Imo. & Domi. hic allegantes glo. in §. ſi ergo. 15. q. 5. & tea. in c. non eſt crudelis. & in c. miniſter. 23. q. 5. & beatus Tho. 2. 2. q. 64. & Io. An. in Spec. ſuper rub. de conſtit. Et glo. fi. quam uide in c. conſuetudo. j. diſt. Et ideo ſtatutum Florentiæ permittens conſortibus uindictas interfectorū cōſanguineorum ſuorum non ualet, cùm hoc compromittatur ea rancore uindictæ, ſecundum eos. Et idem tenet Domi. in d. c. conſuetudo. propter glo. ibi. & in c. non eſt peccatum. §. his ita. 6. diſt. ¶ Procedit ergo dictum ſtatutum de bannito, quando fit ad bonum commune ciuitatis & iuſtitiæ: quia tunc talis occiſor uidetur deputatus executor iuſtitiæ. Et in dubio præſumitur ſtatutum hoc concedere propter bonum publicum, ſecundum Bal. in l. j. C. quādo licet ſe ſine iud. uindi. Quinimo dicit do. Abb. in c. fi. j. de conſue. alleg. Ioa. An. in d. rub. de conſt. quòd quando ſtatutum non daret læſo, uel conſortibus hanc facultatem cauſa uindictæ, ſed daret ius occidendi uſſeuſurem læſo tāquam miniſtro legis, ut faciat ſibi iuſtitiam, ualet. Quod eſt notabile uerbum. & nunc tranſeo, licet aliàs dubitaue
13 rim. ¶ Et ſi diceres, quòd † iſtud eſt dare legem uerbis, nō ſenſui, quia omnino animus erit cum rancore propter præſumptum odium: Reſponderi poteſt, quòd ſufficit ſtatuentes ad bonum intuitum hoc conceſſiſſe, ſcilicet pro intereſſe publico. Vnde ſi occidens hoc non intendit, peccat quidem, ſicut etiam peccaret non læſus à bannito, occidendo eum ea odio, ut ſ. dictum eſt, & j. dicetur. Vnde animus eius non attenditur, ſed intentio ſtatuentium. Et iſtis adde, quod no. Ricar. in 4. ſen. diſt. 37. q. 2. art. j. ubi dicit, quòd ſi uir procurat apud iudicem, ut uxor adultera interficiatur non amore iuſtitiæ, ſed libidine uindictæ, peccat mortaliter. Et dicit Inno. in c. dudum. ſecundò, in gloſſ. quæ incipit, quòd electionis tempore. de elec. quòd eccleſiaſticus non debet admittere illum, qui accuſabat libidine uindictæ: quia peccat. Et ſequitur Arch. in c. quætendum. 2. q. 7. ponens ſigna cognoſcēdi hoc. ¶ Cæterum quia de ualiditate ſtatutorum non ſemper diſputari poteſt (unde dicit Lud. Ro. conſi. 392. quòd Florentini nolunt ut diſputetur de ualiditate ſtatutorum ſuorum) ideo nut. quòd tale ſtatutum de uindicta procedit, ubi quis eam faciet proprijs manibus: ſecus, ſi per alium, ut eſt gloſſ. ordinaria & ſingularis in l. eum fundum in uer. poſtea. ff. de ui & ui ar. Per quam dicit Bald. in c. ad noſtram. j. de proba. quòd poteſtas occidendi priuato conceſſa non poteſt delegari. [a] Et de ipſa meminit Bal. in l. accuſationis. C. quod me. cauſa. & in c. 1. §. quia uerò. de pac. iur. fir. & teneo. & in l. ad officium. in fi. C. communi di. & in l. ut uim. ff. de iuſt. & iur. in repe. l. j. C. unde ui. & in leg. ij. C. de ſerui. & aqua. & ſentit Bartol. in l. non ſolùm. §. ſi mandatu. in 2. q. ff. de iniu. ¶ Hoc intelligo, quando in priuilegium contra ius cōmune conceditur alicui uindicta: quia non explicat per alium: & facit l. ſeruus ſi hæredi. poſt prin. ibi, perſonæ duntaxat ff. de ſtatu lib. Secus, ubi competeret uindicanti de iure communi: quia tunc poteſt alteri committi. & ſuccedit regula, qui per alium. de reg. iur. in 6. Ita uidetur ſentire Bald. in d. §. ſi quis. uerſi. quæro, nunquid ſi poſſum. Et ſic tranſire poteſt, quod ipſe no. in l. Gracchus. C. de adu. per illum tex. in uer. patri paruerſit. per quem non uidetur inferendum generaliter contra gl. præalle. attento, quòd

a *Delegari] Adde do. Ale. & Pau. de Ca. l. ſi cùm dotem. §. trāſgrediamur. ff. ſol. matri. & Ale. in l. non ſolùm. §. ſi mandato. de iniu. & in d. l. cùm fundum. §. fin. de ui & ui ar. alleg. in tex. Adde tamē, quod is, cui permittitur poteſt conuocatis amicis uindictam ſumere impunè: Pau. de Ca. in l. refectionis. cōmunia prædio. & Bart. Cepo. de ſer. urb. c. xxiij. ubi dicit, ſtatutū ſic intelligi & ſi ſtatutum permittat cōpetenti uindictā, tenetur de exceſſu, ſi percuſſus à ſolo, percutiatur cū multitudine amicorum: Bald. in l. ſi familia. ff. de iu. om. iudi.*

lex toleret uindictam aliquando non, quia faueat uindicanti, ſed ut remaneat excuſatus potius propter iuſtum dolorē, quem difficile eſt temperare, l. ſi adulterium cum inceſtu. §. imperatores. ff. de adul. Et hinc eſt, quòd ſi occiditur adulter ex interuallo, non excuſatur occidēs, ut in l. quod ait lex. §. quod ait. ff. de adulter. Vnde ceſſante hac ratione in expediente per alium, ceſſare uidetur legis permiſſio. Et ideo ſuſtinendo indiſtinctè glo. in d. l. cùm fundum. poſſet intelligi, niſi ille alius uindicans eſſet filius læſi, cui lex permittit uindictam. Et ita loquitur d. l. Gracchus. quam ſic intelligit Bart. in d. §. ſi mandatu. Et ratio ſpecialitatis in filio fit: quia cenſetur eadem caro cum patre, ut in §. hac authoritate. 35. quæ. 1. & l. fi. C. de impub. & al. ſub. facit l. ſciendum. §. legati. ff. de leg. Et tex. elegans in l. cum ſimus. prope fi. C. de agri. & cenſi. lib. 11. cum concor. quas aliàs reduxi in c. afferte. j. de præſumpt. Et hanc conſiderationem nu. tanquam nouam. ¶ Et generaliter circa dictum ſtatutum de occidendo
14 bannitum collige tria notanda. ¶ Primò, quòd † licet occidere bannitum, non ſapiat pœnam, ex quo à ſtatuto permittitur, tamen reſpectu delicti non ſapit innocentiam: quia homicidium ſine immunditia eſſe non poteſt. Ita dicit Bal. in c. 1. j. de iud. Similiter dicit Bal. in l. ij. uer. ſuper 5. ff. de iureiur. in repetitione, quòd dictum ſtatutum non diſponit ſuper aliquo ſpirituali, ſed ſolum ſuper pœna temporali, ſuper qua ſtatutum poteſt diſponere tam æquè, quàm iniquè: quia in temporalibus habet ſummam poteſtatem, ſecundum eum. Sed per hæc non inferas, quòd occiſor peccat, quando facit zelo reipublicæ & animo exequendi ſtatutum: ſed tunc demum peccat, quando animo fundendi ſanguinem humanum & ex odio. No. Io. And. in d. rubri. de conſti. & beatus Tho. 2. 2. q. 64. & Bal. in l. ut uim. ff. de iuſti. & iu. Alb. in 4. parte ſtatutorum. q. 19. & ſic intellige Bald. in cap. fi. j. de præſcr. in prin. ¶ Ex quo ſequitur, quòd ubi a lege, uel ſtatuto permittitur homicidium ad uindictam, non excuſatur talis in foro conſcientiæ. Et de hoc eſt glo. ſing. inter hæc. 33. q. 2. dicens, patrem occidentem adulterum filiæ non excuſari in conſcientia: quia lex concedit ad uindictam. Et cum eo concor. Arch. ibi, & pulchrè Io. de Ana. in c. interfeciſti. j. de homic. & do. Abb. in c. ueniens. ſecundò, in fi. j. de ſponſa. & in c. cùm eſſes. j. de teſti. & Ricar. in 4. diſt. 37. q. 2. art. j. ¶ Et ſi diceres, quòd imo illa glo. probat, quòd priuatus occidens bannitum uigore ſtatuti peccat, in quantum dicit, quòd nemo excuſatur ab homicidio, niſi quem canon excuſat, & quod canon excuſat ſolum iudicem, ergo iſte non excuſabitur: Reſponderi poteſt, quòd ſicut canon concedit iudici, ita etiam concedit miniſtro ſuo, c. miles. cum multis ſi. 23. q. 5. Cùm ergo quilibet ſit ſurrogatus à l. municipali loco miniſtri iudicis, dicitur factum à iudice, quod fit à tali, arg. regulæ, qui per alium. de regul. iur. in 6. Et quia ſurrogatum ſapit naturam, &c. in cle. j. de ſup. negli. præla. cum ſi. ¶ Et Verùm autem ille exequatur, ut proficiat reip. uel malo animo, ſtabitur dicto ſuo in foro cōſcientiæ, per no. in c. ſignificaſti. primò, j. de homic. cum concor. Quæ omnia nota: quia alij non declarant. ¶ No. ſecundò, quòd ſtante dicto ſtatuto ſuper licita occiſione banniti, poſſunt & ſibi bona auferri impunè, ſecundū Bal. in c. in literis. j. de reſt. ſpo ponderantē ad hoc pro ualde ſingulari tex. cū gl. ibi in uer. prædo. in ſi. Et idem Bald. in l. fi. circa medium, C. ſi contra ius, uel uti. pub. alleg. tex. in l. j. §. quod prætor. ff. de alea. Per quem dicit melius probari, quàm alibi, quòd illa uerba Impunè offendi, intelliguntur in ære & in perſona [b]. Idem tenet Bart. in l. nec in ea. ff. de adul. & Bal. in l. 3. in fi. C. ſi pen. ap. mors interue. & Pa. de Ca. in l. in ſuis. per illū tex. ff. de lib. & poſth. Quod intelligit uiuente bannito. Sed eo mortuo non licet in bonis ſuis furari, ſecundum Bald. in l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iur. Pro quo facit, quod no. Pau. de Caſ. conſi. 31. ubi dicit. quòd uigore dicti ſtatuti non licet bannitum mortuum

b *In ære & in perſona] Pro qua materia uide Ange. & Ioan. An. de Peruſia in l. ſi non ſpeciali. C. de teſt. & Iaſ. May. omnino in l. omnes populi. de iuſt. & iu.*

& iur. & Ho. in l. ſi is, qui bona. de uſufru. & per Alex. in apoſt. ad Bar. in l. j. C. ſi cõtra ius, uel util. publ. et uide eũ in l. j. C. de bo. auth. iud.

ſpoliare, niſi ab ipſo occiſore, dummodò incontinenti: quia ſicut ſibi licuiſſet priùs auferre bona, poſtea occidere: ita idem, ſi ſtatim poſt occiſionẽ faciat: quia ea, quæ incontinenti, &c. in l. ſecta. uer. dicebam. ff. ſi cer. pe. cap. officij de elect. ¶ Et iſtis adde Bart. in l. 2. ff. de ſepulch. uiol. & Pet. de Anch. in cle. j. in j. oppo. de conceſ. præb. & do. Car. in repe. c. perpẽdimus. de ſen. excom. ubi dicunt, quòd ſi licitum ſit bannitum occidere: ergo & uulnerare. Et adde, quòd ſi ſtatutũ ſimpliciter diceret, quòd liceat bannitum offendere, intelligitur etiam occidendo, ſecundum Bart. in ſuo notab. conſ. 188. inci. Statuto caſtri plebis. & Ioan. And. in Spec. in tit. de conſti. §. j. ad fi. & Bar. in l. 3. ff. de adimen. leg. & Pau. de Caſ. in l. in ſuis. ff. de liba. & poſth. & Ang. conſi. 284. incipien. Viſo themate. in fi. & facit c. fin. de homicid. in 6. de quo etiam Bal. in ſuo ſpeculo, in uerſi. bannitus. ubi ponit unam limitationem ad hoc, quæ tollitur per dictum conſi-
25 lium Bar. ¶ Nota tertiò, quòd † ſtante ſtatuto, quòd homicida non poſſit eſſe de prioribus, ſi aliquis occidat bannitum non ex officij neceſſitate, ſed ex priuata inimicitia, nõ poteſt eſſe de numero priorum, & eſt infamis infamia facti, ſecundum Bald. in l. decuriones. in fine, C. de infami. quia licet iſtud homicidium ſit tolerabile, tamen non eſt laudabile: ſecus in iudice, cùm faciat pro executione iuſtitiæ & ex neceſſitate. Si tamen ſtatutum diceret, quòd poſſet occidi licitè & impunè, non eſſet maleficium, propter illud aduerbium Licitè: quod enim licet, maleficium non eſt, ſecundum eum, per l. is, qui aggreſſorem. C. ad l. Cor. de ſica. ibi, nullam calumniam metuendam. Et hoc dictum ſequitur do. Ioan. de Ana. in c. ſi perfodiens. ȷ̃. de homi. Quæ omnia no. ad intellectum dicti ſtatuti: de quo etiam aliqua ponit do. Flor. de ſanc. Pe. in l. minimè. ff. de relig. & ſump. fu. ¶ Expedita hac ampliatione ad concluſionem ſupra poſitam de poteſtate principis circa ius diuinum, limi-
26 ta eam primò ſecundum omnes hic, dum † modò princeps ſtatuat in materia, quæ per ipſum ius diuinum reperitur aliquando limitata: ſicut in iſto, Non occides, quaſi ſemel limitata, ſemper ſit ex cauſa limitabilis. Secus dicunt, ſi nunquam fuit limitata: putà, ſi uellet ſtatuere, quòd liceret contrahere matrimonium cum matre. Et pro hoc facit dictum Bald. in l. fin. C. ſi contra ius, uel uti. pub. ubi dicit, quòd uirtute ſtatuti permittentis occidere bannitum, non eſt licitum mulierem bannitam adulterare, cùm adulterium nunquam ſit de iure diuino permiſſum. ¶ Secundo
27 limita, dum † modò princeps interpretetur ius diuinum ſtatuendo in his, in quibus habet iuriſdictionem, ſcilicet in rebus profanis, ſed in ſpiritualibus interpretatio pertinet ad Papam, ſecundum do. Ab. hic. per c. per uenerabilem. in ti. qui fil. ſint legi. & per id, quod no. Fede. de Se. conſi. 96. incip. Apparet quædam lex. ubi dicit, non ualere ſtatutum laicorum conuincens uſurarium ex certis coniecturis: quia cum in talibus non habeant laici iuriſdictionem, non poſſunt ſtatuere etiam interpretando. Facit cap. tuam. ȷ̃. de ord. cog. & quod no. Bar. in l. Titia. ff. ſol. mat. ſecundum eum. Et iſtud multipliciter confirmari poſſet, præſertim ex notatis per do. Anton. & do. Abb. in ca. j. ȷ̃. de ſponſ. per Bald. l. & ſi contra. ad fin. C. de nup. per. Fede. conſi. 55. per dom. Abb. conſi. 85. incip. Stante quadam conſtitutione. per gloſſ. in c. 1. 30. q. 3. per Archi. & Domi. in §. hinc colligitur. 2. q. 3. & per omnes in c. fin. C. de ſe-
28 cund. nupt. In quibus locis dicitur, quòd † non potuit imperator diſponere ſuper matrimonio etiam ex cauſa rationabili, faciendo, quòd non ſit matrimonium, ubi eſt de iure diuino, & non procedit titulus C. de interdi. matri. inter pup. & ui. & C. ſi rec. prouin. & C. de ſec. nupt. cum ſi. quia non pertinet ad imperatorem de talibus diſponere. Similiter dicitur de iuramento, de quo per Imo. in repe. cap. cùm contingat. necnon tunc teſtat. uidere. ȷ̃. de iureiur. ubi ſemper uide: & tangitur in pluribus locis, de quibus memini in quadam rep. mea. cap. 2. ȷ̃. de ſponſ. & plenè per do. Abb. in diſputatione inci. Stante ſtatuto, conſi. ſuo 71. incip. In hac cauſa. nec poſſunt ordinationes alicuius poteſtatis ſecularis ualere in talibus, etiam ſi ſumma ratione iuſtificentur, ut patet ex no. per Io. And. in c. ſtatutum. de hære. in 6. & Petr. de Anch. conſi. 17. & omnes in cap. 1. ȷ̃. de ſponſ. propter defectum poteſtatis, ut ibi aliàs plenè dixi. ¶ Limita tertiò, quòd in caſibus, in quibus princeps poteſt ſtatuere contra ius diuinum, debet exprimi cauſa rationabilis: quamuis enim aliàs præſumatur cauſa, ut infrà in 4. concluſione, tamen hos caſu non præſumitur: quia non debet inferior uiolare ſtatutum ſuperioris ſine aperta cauſa, ſecundum dom. Abb. hic, per id, quod no. Inn. in c. quanto. ȷ̃. de conſue. ubi idem dicit de Papa, nedum quando ſtatueret contra ius diuinum, ſed etiam quando ſtatueret contra uniuerſalem ſtatum eccleſiæ: & ſequuntur multi, ut ibi dicetur. ¶ Et iſta limitatio confirmatur ex ſequentibus, & eam ponit etiam Bal. quem uide in l. ij. uer. ſed dubitatur. C. de iur. an. anul. Et hæc ſunt, quo ad primam concluſionem: In qua actum eſt de princi-
29 pe ſeculari. ¶ Secunda concluſio. Papa † ex cauſa poteſt interpretari & limitare ius diuinũ conſtitutione, uel reſcripto, licet in totum tollere non poſſit: quia inferior, &c. cle. ne Romani. in prin. de elec. & quia ius diuinũ eſt immutabile, 5. & 6. diſt. per totũ: no. glo. in c. a nobis. ȷ̃. de deci. & ita cõcludunt hic omnes Doc. & Inn. in c. ſuper eo. in fi. ȷ̃. de biga. & in c. poſt translationẽ. in fin. ȷ̃. de renun. & latè Pet. de Anch. in repe. c. 1. ȷ̃. eod. & in regule, poſſeſſor. & ſeq. de reg. iu. in 6. ubi ad hos dat plurima exempla, ſubdens, hoc potius laborioſum, quàm ſubtile eſſe. Bene facit c. licet. infra de ſer. & ibi not. Abb. in 2. notab. & tex. in cle. præſenti. de cenſi. in uer. negotiandi, & in c. nõ minus. ibi epiſcopus & clerus. ȷ̃. de immu. ec. iuncta gloſ. in uer. diuino. in c. quanquam. de cenſi. in 6. & uide multa exempla per Cal. in diſpu. inci. Bononienſi ſtatuto cauetur. & latè per Albe. de Roſa in j. parte ſtatutorum ante medium illius partis, q. 46. & Hoſ. latè in ſum. de reſcrip. §. quàs uires. ſub. §. poteſt autem. & Ioan. And. in c. cum ad monaſterium. de ſtat. mo. & in regula, ſemel Deo. de reg. iu. in 6. ubi elegantiſſimè loquitur: aliquid per Domi. in cap. cognoſcamus. 42. diſt. & in c. ut conſtitueretur. 1. diſt. Bald. in §. ius autem ciuile. uer. deinde principaliter. inſti. de iu. nagen. & ciui. per beatum Thomam in 4. diſt. 27. q. 3. arti. j. circa fin. per do. Abb. in c. ſignificatum. in j. notab. de regu-
30 la. ¶ Et hinc eſt, quòd † in matrimonio etiam de præſenti
a cõtracto diſpenſat ex cauſa [a], ut per gl. & omnes Doc. in c. ex publico. de conuer. coniu. cum ſoncor. & etiam in conſummato, ut per Io. And. ſolenniter in regula, actus. de reg. iu. in 6. ubi ſemper uide. Et de ipſo meminit Bald. in l. ſi filius. ff. de adopt. Et ad hoc propoſitum multa inuenies per Pet. de Anch. conſi. 367. incj. Reuocatur in dubium in quantum pro filio regis Angliæ laborioſè conſuluit, quòd Papa ex cauſa poſſit diſpenſare, ut uxorem patrui defuncti poſſit nepos id eſt, filius fratris, accipere in uxorem. Et de hac poteſtate in matrimonialibus uide omnino per Hoſt. in ſum. qui cle. uel uo. §. quis nocent uer. uidetur igitur, quòd ſummus Pontifex. & latiſſimè Modernos, ſcilicet do. Ia. de Farraria in c. ad diſ-
a ſoluendum. ȷ̃. de deſpon. impub. & Pet. de Anch. in c. j. de ſponſa. in 6. & in conſilio quod allegabitur in ſequẽti ampliatione. ¶ Et idem uidemus in uoto, ut per gloſſ. & Doc. in c. non eſt uoti. ȷ̃. de uoto. Idem in iuramento, ut per omnes in c. quanto. ȷ̃. de iureiu. Idem in irregularitate prouenienti ex homicidio, ut per Ioã. de Ana. in c. ad audientiam. ȷ̃. de homici. cum concor. Idem in diſpenſando cum obligatis ad officium, ut per do. Ab. in c. 1. de celeb. miſſa. Et in iſtis adde beatum Tho. in ſuis quodlibetis. quodlibeto 4. arti. 14. ubi dicit, quòd licet Papa non diſpenſat cõtra ius diuinum, tamen ex magna & euidenti cauſa diſpenſat, ut bigamus promoueatur: item poteſt tamen diſpenſare, quòd ſacerdos non indutus ueſtibus ſacris cõſecret corpus Chriſti. Et idem in alijs, quæ proceſſerunt ex conſtitutione humana, ut ibi latius per eum, quẽ refert Car. ſancti

a Ex cauſa] Adde, quòd Papa ex conſenſu cuiuſcunque ſponſi ex poteſtate abſoluta poteſt matrimonium diſſoluere, nulla legiti. cauſa ſubſiſtente: ex poteſtate uerò ordinaria poteſt aliqua rationabili cauſa ſubſiſtente, ut no. per do. Soc. conſi. 28. inci. circa primũ quæſitũ. uer. nec obſtat, ſi diceretur. in j. par. & in d. conſ. in uerſ. circa ſecundam q. cum uer. ſeq. uſq; ad fi. ubi habes, an & quando Papa ſuper matrimonio diſpenſare poſſit.

Sixti in tract. De poteſtate Papæ, q. 64. & uide Inno. in c. 1. ǰ. de bap. ubi dicit, quòd Papa poteſt ex cauſa mutare uerborũ formam in baptiſmo, puta facere quòd dicatur, Ego te baptizo in nomine Trinitatis. Ex quo inferri poteſt, quòd ubi a lege diuina datur certa forma, poteſt eam mutare in æquipollentem: quod non eſt in alijs, quib. eſt data certa forma, ut dicetur in c. cum dilecta. ǰ. de teſt. Neque liceret inferiori mutare dicta uerba baptizando, aliàs actus eſſet
21 nullus, ſecundum eundem in prin. eiuſdem capi. ¶ An † autem poſſit Papa ſtatuere contra epiſtolas Pauli? Dic tenuis ſiuè, quia alij non tangunt, ut per Pe. de Anc. conſ. 118. incip. circa bigamos non promouendos. per glo. & Domi. plene in cap. lector. 3. diſt. 4. per Inno. & omnes, & maximè Domi. in c. ſuper eod. de biga. per Archi. in cap. ſunt quidam. 25. q. j. per Card. ſancti Sixti in dicto trac. q. 63. per gl. in c. propoſuit. de conceſ. præb. & ibi per do. Abb. & ibi per Imol. & per Imol. in c. quanto. ǰ. de conſuetu. per Ioan. de Ana. in c. ſi uir. ǰ. de adult. per Spe. in tit. de legato. §. nunc breuiter. uerſ. primò, nec contra Apoſtolum. & per Ioa. An. poſt glo. in uerſi. durum. in c. poſt translationem. ǰ. de renun. Et tranſeo cum dictis do. Ab. in c. propoſuit. cum quo concordat Dom. in c. ſi. in fin. 16. diſt. ¶ Et iſta concluſio ampliatur primò ex dictis beati Tho. in trac. Contra impugnantes religionem, quem refert do. Card. q. 63. ubi dicit: quòd Papa poteſt facere leges contra ſtatuta ſanctorum: & reſpondet ad c. ſunt quidam. 25. q. j. quod loquitur, ubi dicta eorum concernunt fidem. Idem tenet Archiepiſcopus Florentinus in 3. parte ſuæ Summæ ſub tit. De poteſtate Papæ, q. 24. allegans glo. in c. ſicut. 15. diſt. & addit quoſdam dicere, quòd poſſet tollere ſingula, ſed nõ omnia, quia iſtud eſſet deſtruere uniuerſalem ſtatum eccleſiæ. Et ita reſidet. ¶ Secundò amplia, ut procedat concluſio etiam ad effectus concernentes laicos in temporalibus: & in hoc plus poteſt, quam imperator, ſecundum do. Abb. hic. Allegat c. 3. de homic. in 6. ubi etiam ex cauſa graui concernente ſtatum totius Chriſtianitatis ſtatuit Papa contra laicos in cõcernentibus iur diuinum. ¶ Adde Pet. de Anc. conſi. 401. quod incip. Viſo & diligenter inſpecto. ubi uult, quòd Papa diſpenſando poteſt approbare matrimonium ex defectu inducto a canone etiam mortuo altero coniuge, etiam nullum in præiudicium eorum, quib. excluſa prole prius illegitima bona obueniebant etiam in terris imperij, & ualidatur matrimonium ex nunc, pro ut ex tunc. Sed ubi fuiſſet impedimentum legis diuinæ, poteſt ex cauſa ualidare matrimonium ex nunc, non autẽ ut ex tunc, quaſi plus poſſit contra ſuam conſtitutionem legis Canonicæ, quam legis diuinæ. Et iſta ſapienter colligit ex dictis Io. And. in c. per uenerabilem. uerſi. 2. infià. qui fil. ſint leg. Et hoc bene no. ¶ Adde etiam no. per do. Ant. in c. cùm eſſes. ǰ. de teſta. & ibi latè per do. Abb. in repe. dum uoluit, quòd diſpoſitio huius capituli procedit etiam in teſtamentis laicorũ; adeò quòd etiam in terris imperij non requirantur ſeptem teſtes quia ex quo Papa fundat ſe ibi in iure diuino, uiſus eſt corrigere leges: de quo per alios Scribentes, maximè Feli. in d. c. cùm eſſes. & Lud. Ro. plenè in repe. authen. ſimiliter C. ad leg. Fal. in 24. priuilegio ultimarum uoluntatum; & aliquid per Imo. in c. 2. ǰ. de prob. cum concor. ¶ Cæterùm limitatur iſta concluſio uno modo, uidelicet niſi Papa uellet diſponere circa ius diuinum, quod in l. ueteri, uel
a noua non reperitur limitatum ſecundum omnes hic, dicentes tamen, quòd ubi ex cauſa uellet limitare iſtud nunquam limitatum, poſſet: in quo conſiderabam, quòd hoc modo nulla erit differentia inter limitatum & non limitatum: quia ſemper requiritur cauſa. Sed crederem, quòd in præceptis decalogi, & ubi agitur de peccato, quod ſemper fuit peccatum, nullo modo poſſit diſponere. Et moueor per doctrinam Richar. de Mediauilla in quarto ſententiarum, diſt. 38. q. 2. art. 2. in uer. uidetur ergo mihi. ubi concludit, quòd Papa per ſuam diſpenſationem non poſſit ex quacunq; cauſa diſpenſare ſuper concubinatu cũ concubi
25 nario. Et dicit magiſtraliter, quòd † ubi actus nullo modo poteſt fieri bene, neque abſque corruptione debiti ordinis ad Deum, talis actus per quamcunque diſpenſationem non poteſt eſſe ſine peccato. Dat exemplum in concubinatu, ubi concubinatus ſemper eſt cum muliere, quæ non eſt ſua, quantum ad talem uſum, nec ſimpliciter, nec ad tempus: & quicunque utitur re non ſua, quantum ad uſum, nec ſimpliciter, nec quantum ad tempus, corrumpit debitum ordinem ad dominum rei: & quia multipliciter non eſt ſui ipſius, ſed Dei, ut copulans ſe carnaliter cum muliere non ſua, quantum ad talem uſum, debitum ordinem ad Deum corrumpit. Et ideo hoc licitum eſſe nõ poteſt, niſi per authoritatem diuinam. Reſpondet ad illud Gen. 21. de Abraham, qui ex diſpenſatione copulauit ſe Sarræ, cui Sarra ſecundum rei ueritatem fuit uxor. Sed quia non habuit authoritatem matrisfamiliàs, nec proles ei ſuccedere poterat, quo ad hoc, erat ancilla, ut ibi per eum ponẽtem aliam doctrinam, quòd omnis actus tollens debitum ordinem proximi ad proximum, non poteſt fieri ſine peccato mortali per quamcunque diſpenſationem. Et pro iſtis uide, quod no. Bald. in cap. lator. infra de re iud.
23 ubi dicit, quòd ſi † rex habet uxorem ſterilem, non poſſit Papa diſpenſare, ut poſſit ducere aliam uxorem, uel concubinam: quia Scriptura dicit, Duo in carne una. Et concubinatus fornicatio eſt, contra quam ordinatur matrimonium, ſecundum eſt. Et pro prædictis adduci poſſent, quæ latè habentur in ſumma Aſteſana, lib. 1. tit. 3. art. 5. ubi relatis multis Theologis concluditur, quòd Papa non poteſt diſpenſare ſuper præceptis decalogi: & tangitur in eadem Summa, lib. 3. titu. 4. in fi. Et idem tenet Io. de Ana. poſt Ioan. And. in cap. cùm Chriſtus. ǰ. de hæ. allegando Spec. in tit. de delegato. §. nunc breuiter dicendum. uerſi. 2. quia licet præcepta decalogi non ſint articuli fidei, ſunt tamen articularia fidei: i. adeò annexa ei, quòd ſine ipſis ſalus haberi non poteſt, ſecundum eos. ¶ Et per hanc limitationem iuſto ad id, quod no. beatus Thom. in 4. diſtin. 17. q. 42. ubi dicit, quòd Papa non poteſt nouos articulos fidei facere, aut editos remouere. Et adducit rationes, ex
24 quibus infert, quòd † ſicut non poteſt diſpenſare, quòd quis ſine baptiſmo ſaluetur, ita nec quòd ſaluetur ſine confeſſione, licet poſſit diſpenſare in confeſſione, ſecundum quod obligat de præcepto eccleſiæ. Et hæc dicta extenſè ſequitur do. Card. in d. tractatu, q. 46. Bene facit, quod no. d. Abb. in c. propoſuit. ǰ. de conceſ. præben. ubi dicit, quòd Papa nunquã diſpenſare poteſt contra Apoſtolum, in quantum de fide ſcripſit, per tex. in c. ſi is, qui præeſt. 11. q. 3. ubi habẽtur uerba Apoſtoli ad Galatas j. dicentis, Etiamſi nos, aut angelus de cœlo euangelizauerit uobis, præter quàm quod uobis euangelizati ſumus, anathema ſit: & idem gl. in c. ſunt quidam. 25. q. 1. & Spec. in tit. de lega. §. nunc breuiter. uerſi. 5. nec eſt contra Apoſtolum. Et quod dictũ eſt de articulis fidei, declara, ut per Ioan. And. in d. c. cùm Chriſtus: niſi ſtatueret interpretando articulos, ut aliter crederetur, quàm prius crederetur, ut ibi per eum. Et cum iſtis concord. Ang. in l. bene a Zenone. C. de quad. præſcr. dicens; quòd Papa non diſpenſat in pertinentibus ad articulos fidei; ſed bene in his, quæ pertinent ad uniuerſalem ſtatum eccleſiæ: quia in his eſt maior Apoſtolo. Allegat Inn. in c. ſuper eo. ǰ. de biga. Et iſtis adde Ioan. And. in c. per uenerabilem. ſuper gl. 5. ǰ. qui fil. ſint leg. ubi dicit, quòd Papa non põteſt diſpenſare, ut ualeat matrimonium, in quo non affuit conſenſus. Et adde pulchra uerba Franc. de Marone in 4. diſt. 2. q. 1. artic. 2. ubi quærens, utrum Papa ex plenitudine poteſtatis omnia poſſit?
a dicit, quòd a Chriſto non eſt data poteſtas Petro in his, quæ ſunt iuris diuini, uel naturalis, licet poſſit ea interpretari: nec poteſt deſtruere leges, quas ipſe Deus inſtituit: nec obligare ad culpam, ut quòd mendacium iocoſum ſit peccatũ, quia talia ſunt de iure diuino: licet poſſit per obedientiam præcipere, ne fiat, ſeu dicatur mendacium iocoſum: quod præceptum ſi quis tranſgrederetur, incurreret peccatum inobedientiæ: quia præceptum tranſgreditur, non quia ueniale efficiatur mortale. Item nõ poteſt ſoluere illud præceptum, Non furtum facies, nec quòd matrimonium conſummatum, & alia huiuſmodi, nec etiam noua facere, ſeu addere, ſecũdum ipſum formaliter. Ex quibus omnibus uidetur,

a Omnia poſſit] Adde do. Soc. conſi. xiij. incip. præſens conſultatio eſt facta. uerſ. xiij. circa uerſ. ſed. in ij. parte, quod Papa omnia facere põt, dũ modo contra fidem non ueniat: et in omnibus, et per omnia poteſt dicere & facere, quicquid ſibi placet, auferendo etiam ius ſuũ, cui uult: quia nemo eſt, qui ei dicat, Cur ita

quòd

2. 14

facis? et eius uolũ
tas non eſt reſiſtẽ
dum, cũ n de fa-
ctis ipſius dubita-
re, ſacrilegium eſ
ſe uideatur, ut per
eundem Socin. in
conſi. clxiiij. inci.
Viſa bulla Boniſa
cij. uerſ. quinimo
in caſu noſtro. in
fi. in j. parte.

quòd dictum Doct. hic, dum dicunt,
quòd cũ cauſa poteſt Papa limitare præ-
ceptum Dei, nunquam limitatum, ma-
lè poteſt exemplificari, & malè practica-
ri: quia nulla cauſa poteſt eſſe legitima
ad faciendum, quòd faciat de peccato
nõ peccatum: & ideo debet ſibi reputare
hoc impoſſibile, ſicut pulchrè dicit do.
Card. in c. licet. ĩ. de elec. in repe. c. per-
pendimus. de ſent. excom. & conſi. 141.
quòd ſecundum Theologos omne inde
cens eſt impoſſibile Deo. Facit c. ſi Pau-
lus. 32. q. 5. Non tamen nego, quin opi.
Doct. ſit ſuſtentabilis caſu, quo poſſit dari cauſa legitima,
quod non erit facile attentis his, quæ de concubinatu dixe
runt ſ. Richar. & Bal. Et iſta nota: quia per alios non de-
clarantur. ¶ Demum in hac concluſione illud omitten-
25 dum non eſt, quod multos tangit, uidelicet † quòd ubi
Papa diſpenſat ſine cauſa uera in his, quæ ſunt de iure diui
no, diſpenſatus non eſt tutus, quo ad Deum, ut eſt gl. or-
dinaria, & ibi per omnes in cap. non eſt uoti. in gl. 2. ĩ. de
uoto. quam ſequitur etiam Imo. in c. cum olim. ĩ. de cle.
conin. & in c. 1. ſ. eod. & dom. Abb. in c. cùm ueniſſens
ĩ. de iudi. & in ca. ſignificaſti. de elec. & Ioan. de Ana. in
c. 1. ĩ. de ſimo. & idem no. Inno. in cap. 2. ĩ. de renun. lo-
quens in diſpenſatione ſuper iuramento. Et idem ſequitur
ibi do. Anto. & Imo. extendentes ad omnem diſpenſatio
nem iuris diuini. Et idem tenet Richar. in 4. diſt. 38. q. 9. a
artic. 2. in fi. ſol. dicens, quòd ubi non eſt cauſa diſpenſan
di rationabilis, non eſt diſpenſatio, ſed diſſipatio: & alleg.
Bernar. in lib. De conſideratione, ad Eugenium Papam,
in 24. c. Idem generaliter tenet beatus Tho. 2. 2. q. 88. art.
ult. & latè per Ioan. And. in c. de multa. de præben. quem
ſequuntur ibi omnes pulchrè. Idem tenet Inno. in c. cùm
iamdudum. in fi. ĩ. de præben. & do. Ant. poſt Ioan. And.
in c. dudum. al 2. ĩ. de elect. & do. Abb. in c. cùm adeò. ĩ.
rit. pro ai. & in c. conquerente. circa princ. de cle. non re
ſi. & in c. conſtitutus. ĩ. de relig. dom. & Pet. de Anch. in
cap. 1. uer. ea his deciditur. ſ. eod. & do. Abb. in c. cùm
eccleſiaſticæ. ĩ. de excep. & in §. qui uerò. in repet. uer. ſex-
tum examinandum. ĩ. de præben. ubi latiſsimè, & Spe. in
tit. de lega. §. nunc oſtendendum. uerſi. 23. & Ioan. And.
in regula, ſemel Deo. de reg. ius. in 6. & in regula, actus le-
gitimi. de reg. iur. in 6. & Pet. de Anch. in repe. c. ſi propter,
in 2. & 3. oppoſ. de reſcri. in 6. & in regula, poſſeſſor. uer.
quintò quæro. de reg. iur. in 6. & do. Abb. in diſpu. epiſco-
pus, & quidam rector Parmenſis. Et inuenies in iſtis locis,
quòd ſi probatur diſpenſationem fuiſſe ſine cauſa in his,
quæ ſunt iuris diuini, diſpenſatio non tenet etiam in foro
contentioſo: quia in talibus non præſumitur cauſa, ſecun
dum do. Abb. hic, & pulchrè Pet. conſi. 308. incip. Niſi
legibus & canonib. & ĩ. dicetur. Si uerò exprimitur cauſa,
quæ reuera non docetur falſa, & tamen eſt falſa, illa non eſt
tutus, quo ad Deum. Bon. tex. in c. manet. 23. q. j. & in c.
ſententiam. 35. q. 9. & in §. ſi. 25. q. j. uerſus ſi. ibi, ualet er-
go. Et adde, quod tunc diſpenſans peccat, ut in dictis lo-
cis, & expreſsè no. Arch. in c. ſunt quædam. 25. q. j. & do.
Abb. in c. per uenerabilem. in princ. qui fil. ſint. leg. Vbi
aũt diſpenſat contra ius poſitiuum, ſufficit ſola uoluntas,
ſecundum Inno. in c. cum ad monaſterium. ĩ. de ſta. mo. &
Spec. in tit. de leg. §. nunc breuiter. circa fin. & alios, quos
allegaui ſuc. j. in 4. fallen. ſ. eo. & tunc præſumitur cauſa,
quo ad diſpenſatum, per ĩ. dicenda. Et hæc ſunt quo ad ſe
cundam concluſionem: atque ſic diffinitum eſt de iure di-
26 uino. ¶ Tertia concluſio. Ex † cauſa rationabili, & nõ ali-
ter, poteſt princeps ſtatuere contra ea, quæ ſunt de iure na-
turali, uel gẽtium, ſecundum omnes * hic, & in d. l. ſi. C. ſi
contra ius, uel util. publ. dummodò interpretando, non in
totum tollendo: quia ius naturale immutabile eſt, 5. diſt.
per totum: & propter concluſionem. C. de bo. dam. per to-
tum, C. ex qui. cau. ſer. liber. acc. per totum, & C. de quadri-
en. præſc. l. bene à Zenone. & l. ſi quis ſepulchrum. ff. de re-
ligio. & ca. Ita quorundam. ĩ. de iud. ubi Papa inducit ſer-
uitutem certo caſu contra libertatem, quæ eſt de iure natu-
rali. Facit c. uergentis. infrà. de hær. Et hinc eſt, quod ſi
imperator, uel alius princeps ſtatueret ſine cauſa, quòd
certo caſu dominium de uno in alium transferatur, nec
in foro animæ, nec in foro ciuili ſeruanda eſt talis con
ſtitutio, ſecundum Archi. & Dominic. in cap. ius ci-
uile. j. diſt. & quamuis non dicant, ſunt uerba Innoc. in c.
quia pleriq; e. paulo ante fi. ĩ. de immu. eccl. de quibus fa-
cit feſtum do. Card. conſi. cxlvij. incip. Dominus noſter
Papa, ad finem: & ſequitur etiam Dom. in c. j. de ſum. trini.
in 6. Et dicit hic d. Abb. hanc eſſe rationem opinionis Le
giſtarum & Canoniſtarum, quòd ubi certum eſt cauſam
non ſubeſſe, non poteſt princeps ſtatuere in damnum pri-
uati in his, quæ ſunt de iure naturali, per cle. paſtoralis. de
27 re iudic. Vbi † etiam imperator non poteſt tollere ea, quæ
ſunt de iure naturali, & ſic non poteſt alieni auferre rem
ſuam ſine cauſa, quia licet habeat iuriſdictionem in uni-
uerſo. l. deprecatio. ff. ad legem Rhod. de iac. non tamen ha
bet dominium rerum priuatarum, quæ olim fuerunt con-
ceſſæ occupantibus, Inſti. de rer. diui. quaſi per totum. Et
procedit concluſio etiam reſpectu bonorũ infidelium: nam
ſine cauſa nec Papa, nec imperator poteſt eis auferre bona.
De quo remittunt ad Inno. & alios plenè in c. quod ſuper
his. ĩ. de uoto. ¶ Cauſa autem legitima eſt fauor publicus,
per tex. principalem in hac materia, in l. item ſi uerberatũ
ff. de rei uen. ubi fundus tertij datur ad uſum militibus fa
uore reipublicæ. Hanc concluſionem tenet etiam Barto. in
proœ. Digeſtorum. per tex. quem dicit meliorem de mun-
do in l. uenditor. §. ſi conſtat. ff. commu. prædio. per quod
dicit, quòd nec princeps, nec ciuitas poteſt aliquem pri-
uare dominio rei ſuæ ſine cauſa. a Ad
hoc etiam uide Bar. in l. j. in fi. ff. de con
ſtit. princ. & glo. Bart. & alios in l. ue-
nia. C. de in ius uocan. & Dom. in c. au
thoritate. de priuil. in 6. & Bal. in l. ſi te
ſtamentum. C. de teſtamen. & Ang. Are.
in l. ſi conſtat. ff. de appella. & Bart. in l.
iubemus nullam. in prin. C. de ſacroſan.
eccl. & prætetea in locis allegandis per
totam hanc concluſionem, & ex dictis
Bal. in l. reſcripta, uer. no. ergo hic ali-
qua de principis poteſtate. C. de preci.
impe. of. & do. Abb. in diſput. epiſco-
pus, & quidam rector Parmenſis. ¶ Per iſtam concluſionẽ
infert Bal. in l. reſcripta. ad fi. C. de preci. impe. of. quòd ſi
aliquis habet ab imperatore poteſtatem legitimandi ſpu-
rios etiam poſt mortem parentum, & mortuo patre contin-
gat, quòd uenientes ab inteſtato adeant hæreditatem ante
legitimationem, non poteſt legitimatio ſequens eis obeſſe:
quia dominium acquiſitum de iure gentium, non poteſt ſi
ne cauſa eis auferri. ¶ Per iſtam concluſionem, infert Bart.
in l. quæcunque. C. de fid. inſtru. & iure haſtæ fiſc. lib. 2.
quòd pro publica utilitate illi, qui emerunt a fiſco bona ex
bannitorum, poſſunt cogi reſtituere ipſa reuertentib. ban-
nitis, ſi hoc eſt in capitulis pacis. ¶ Per iſtam concluſionẽ
concludit Petr. de Anch. in d. repe. c. ſi propter. in 2. & 3.
oppo. quòd ſi princeps per reſcriptum concedit rem meam
ſine cauſa alteri, non teneor in foro conſcientiæ obedire.
¶ Per iſtam concluſionem infert do. Card. c. quia diligen-
tia. infrà, de elec. quòd ſi bannito cõceditur reſtitutio ple
niſſima, recuperat bona alienata per fiſcum, non obſtante
confiſcatione, licet dicat, hoc non debere fieri. Ad quod
uide Pet. de Anch. in conſi. 400. quod inci. Probata tanta
ui. ubi reſpondet ad c. quamuis. de reſcript. in 6. & plenè
ponit Bar. poſt eum, & alij in l. gallus. §. & quid ſi tantum
ff. de libe. & poſth. cum concord. Et cum iſtis adde gloſſ.
penult. in l. Barbarius. ff. de offic. præto. quæ dicit, quòd
princeps poteſt alicui auferre rem ſuam cum cauſa, ſed nõ
ſine cauſa. Et licet omnia dicantur eſſe principis, intelligi
tur, quo ad protectionem, ſecundum ipſam. Ad quod ulti
mum uide etiam gl. 3. in l. ſi. C. de quad. præſcr. & glo. fin.
in c. ius mili. 1. diſtinc. ¶ Pro iſta concluſione eſt text. in c.
in noſtra. ĩ. de iniur. quem pro multùm ſolenni ad hoc pro
poſitum inducit do. Car. conſ. 86. incip. do. Nicolaus Mar
chio Aſtenſis. quia ſecundum unum intellectum, ſtante
diſcordia inter nobiles & populares Brixiæ, commune Bri-
xiæ facta pace fecit ſtatutum, quòd una pars ab alia non
peteret damna perpeſſa propter diſcordiam, & ſic commu-
ne abſtulit ſingulis de uniuerſitate actiones ſuas. Et ſecun
dum

a Sine cauſa] Ad
de do. Alexand. in
j. conſti. ff. & in
rub. ff. ſi cer. pet.
& in conſili. 93.
4. parte, & conſi.
136. in j. parte,
& Paul. de Caſt.
conſil. 105. &
per Oldra. conſil.
223.

dum alium intellectum eſt ſenſus, quòd commune fecit ſtatutum, quòd neutra pars poſſit à communi petere reſtitutionem damnorum: & hoc derogando alteri ſtatuto, per quod commune ſe obligauerat. Et ſecundum hanc lect. fortiùs & ſingulariùs probat hoc c. ſecundum eum, quòd etiam ſe liberando poteſt uniuerſitas tollere actionem: quod ideo eſt mirabile: quia ex quo præſupponimus, quòd cõmune ſe obligauerat per aliud ſtatutum ad dictã reſtitutionem, illud ſtatutum tranſiuerat ad naturam cõtractus, uel priuilegij, & ſuccedit poſtea doctri. Inno. in c. nouit. de iudic. cum concor. quas dicam in c. cùm M. Ferra. infrà eo. Sed illa procedit, ſecundum eum, quando uniuerſitas obligaſſet ſe non ſubditis: ſecus, ubi ſubditis quia ex cauſa, prout ſuit ibi, cauſa pacis poteſt tollere actionem ſingulorum etiam ueniendo contra proprium contractum: quod ipſe multum no. in facto arduo, de quo aliquid dicetur infrà proa. uer. tertia declaratio. & eſt bene notandum ad ampliationem. Et iſtis adde, quæ dicentur in fi. huius concluſionis. ¶ Modò aduertendum eſt, quoniam iſta concluſio Doc. cõtinet duo membra, quorum quodlibet ſeparatim multipliciter declarandum eſt ex dictis Doc. alibi. Eſt enim primũ membrũ: quòd cum cauſa poteſt princeps tollere ea, quæ ſunt iuris naturalis: & ad iſtud dabuntur quatuor declarationes. Secundum mẽbrum eſt à contrario, quod ſine cauſa non poteſt: & circa iſtud dabuntur ſeptem declarationes, & demũ tria notãda. Ex quibus multa (ante ſparſa & intricata) erũt ordinata.

28 ¶ Prima declaratio primi membri eſt, quòd † licet ex cauſa princeps poſſit uni auferre rem ſuam, & dare alteri, tamen illud eſt uerum, dum modò ſoluat pretium rei illi, cui eam auferr, ſecundum Arch. formaliter in c. per principalem. poſt prin. 9. q. 3. Allegat l. ult. C. pro qui cau. ſer. liber. acci. ſed uult allegare l. ſerui. ubi bonat tex. ibi, pretium a fiſco percipiant. & gl. in l. fi. eo. tit. Et addit, quòd illud, quòd dicitur. Omnia ſunt principis, intelligitur ſcilicet fiſcalia. Alleg. Odoſ. in l. bene à Zenone. C. de quad. præſcri. Et ita intelligit d. l. itẽ ſi uerberatum. & l. Lucius. ff. de eui. Et hoc ultimum tenet etiam Archi. in c. quamuis. 25. q. 8. contra Hoſt. in Summa, de præſcr. §. quæ exigantur. uer. & licet. ubi dicit, quod omnia ſunt principis, quo ad proprietatem & maius dominium, quia imò ſolùm, quantum ad iuriſdictionem generalem, ut ibi per eum allegantem etiã Spec. in tit. de ferijs. §. quoniam. uer. uigeſimotertiò quæritur. ubi idem tenet. ¶ Hanc declarationem tenet etiam Ang. Are. licet non alleget Arch. in l. fi. ff. de ap. reci. dicens, quod illi priuato debet refici æſtimatio rei ſuæ, per tex. in d. l. uenditor. §. ſi conſtat. ff. commu. prædi. ubi ſatisfaciat domino. Sed tu uide Bal. in d. l. ſerui. ubi dicit elegãter per illum tex. quòd ſi ciuitas uult facere aliquam foſſatam per agrum alienum, debet ei ſoluere pretium. Et ſimiliter dicit, quòd ſi reſpublica propter delictum unius cõſortis deſtruit domum communem, tenetur ſocio inſonti ſoluere pretiũ partis ſuæ. Alleg. etiam l. mulier in opus ſalinariam. ff. de capt. & quod no. in l. j. in prin. ff. de iuſ. & iur. & in l. j. C. de omni agr. deſer. li. 11. Et ſubdit, quod licet princeps priuet aliquem dominio ſuo, non tamẽ gratis, per illum tex. quẽ multùm no. Et cum iſtis per illum tex. concor. gl. licet dicat non ſeruari, in l. ſi locus. §. fi. ff. quemad. ſer. amit. & Bar. in l. fi. §. Titius. ff. de pig. act. & in l. hactenus. §. j. ff. de aqua. plu. ar. Et hanc declarationem ponunt etiam Bal. & Ang. in l. itẽ ſi uerberatũ. §. j. ff. de rei uen. & Ang. clarè conſi. 137. inci. Viſis omnib. ſtatutis & reformationib. & do. Abb. in c. omnes leges. j. diſt. allegãdo gl. in d. l. ſi locus. & Bar. in d. §. Titius. Facit gl. in c. j. §. ad hæc. in uer. non poteſt. de pa. iur. fir. quæ dicit, quòd ſi uaſal. perdit feudũ ſine culpa ex facto domini, tenetur dñs de alio feudo ei prouidere. Per quã inſert ibi Bal. quòd ſi Papa auſert beneficium uni ſine cauſa, tenetur ei prouidere de alio ſimili. Quod dicit eſſe notatu dignum. Similiter dicit Inno. in c. niſi cam pridem. j. de renun. quòd ſi cogit epiſcopum inuitum ſine culpa ſua renunciare, debet ei prouidere de bono cambio: & dicetur in ſeq. membro in prima declaratione. Et iſta limita, niſi inter laicos diſponeret Papa diſponendo principaliter in materia ſpirituali, & conſequenter in temporali, per id, quod dicetur in tertia declaratione ſequentis membri.

29 ¶ Secunda declaratio eſt, quòd † licet ex cauſa poſſit princeps auferre rem ſuam uni tamen ſi cauſa illa ceſſat, debet res ipſa ſibi reſtitui, [a] ſi poteſt, ſecundũ Inn. in terminis in c. quia plerique. j. de immu. eccle. & do. Ant. Imo. hic: aliàs in foro contentioſo & conſcientiæ actas principit non tenet ceſſante illa cauſa: & facit tex. in c. priſcis. Et ibi Areb. & Dominic. 55. diſt. ubi dicitur, quòd lex diſpenſatiua ceſſat ceſſante cauſa diſpenſationis. Adde ad idem in terminis elegans conſi. Ludouic. Ro. 404. quod incipit, In Chriſti, &c. in caſu propoſitæ, & cæt. ubi conſuluit, quòd licet ſtatutum Peruſinum irritaret ex cauſa contra ius naturale omnia pacta creditorum facta cum debitorib. ceſſantibus, uel fugitiuis, ne intuitu inopiæ inducerentur ad pacta nimis larga & liberatoria, tamen per hoc non irritantur pacta facta cũ eis, poſtquam ad pinguiorem fortunam illi peruenerunt: quia tunc ceſſat illa cauſa ſtatuti: ergo & ſtatutum. Et pro hoc allegat inter cætera tex. cum gl. in uer. donec. in c. cũ tu. j. de uſu. ubi odioſa conſtitutio edita contra uſurarios odio uſuræ ceſſat ceſſante uſura, ſecundum eum: qui etiã pro hoc allegat tex. in l. fin. C. qui non poſ. ad libe. perue. Per quem dicit Bald. ibi, quòd ſi mulier priuatur patria ex forma ſtatuti propter maritum bannitum, eo mortuo reuerti poteſt. Allegat etiam l. j. C. de nau. fœno. per quam dicit ibi Bal. quòd conſtitutio aliquid promittens propter periculum, ceſſat eo ceſſante. Et adduci poſſunt generalia iura, de quib. in c. cùm ceſſante. j. de ap. & in c. poſt tranſlationem. de renun. per gl. & Doc. Sed ſufficiat remittere ad Lud. Ro. conſi. 417. inci. Omnipotentis, &c. in propoſito. ubi plurima allegat conſulendo, quòd ſi aliquis populus cogitur ſoluere cenſam ſuperiori protegenti terrã eius, & illa terra demoliatur, non cogitur amplius ſoluere. Similiter Lud. Rom. conſi. 459. inci. Omnipotentis, &c. in propoſito. ubi conſuluit, quòd beneficium ciuilitatis conceſſum a Senenſib. Piſanis propter concordiam inter eos exiſtentem, ceſſat rupta inter eos guerra: & allegat multa iura, de quib. per eum ibidem.

a Reſtitui.] Adde dom. Soc. conſi. 164. incip. Viſa bulla Bonifacij. uerſicu. uidemus etiam in ſimili. in j. parte.

30 ¶ Tertia declaratio eſt, quòd † quando princeps, uel habens iura principis, non poteſt etiam cum cauſa auferre rem ſuam non ſibi ſubiecto, [b] ut determinat ſolenniter do. Pau. de Caſt. in ſuo conſil. 181. incip. In Chriſti, &c. primum dubium procedit. dicens, quòd Papa non poteſt alicui laico ſibi non ſubiecto temporaliter aliquo modo etiam cum cauſa per ſuum reſcriptum auferre dominium rei ſuæ: quia cùm iſte ſit actus iuriſdictionalis, ut no. in d. l. fi. C. ſi contra ius, uel util. iuriſdictio non poteſt exerceri in nõ ſubditos, arg. c. per uenerabilem. j. qui fi. ſint leg. Imò uult fortiùs, quòd hoc procedat etiam in clerico, qui non eſſet ſubditus, niſi ratione clericatus: quia non eſſet ſuppoſitus temporali iuriſdictioni Papæ: nam dominium rei, quam non haberet, ut clericus, ſed ut laicus, quilibet, putà ex ſucceſſione. uel ſuo contractu aliunde, quàm de bonis eccleſiæ, non poſſet ſibi Papa auferre, ſicut a ec laico, cùm habeat ut laicus, arg. l. ſi pater. §. j. ff. de adopt. Ad hoc. l. de eo. §. fi. cum ſimi. ff. ad exhib. ſecundum eam. Quod bene not. Bene facit, quod nouiſſimè dicit idem do. Pau. conſi. 216. incip. Præſuppoſito ſine præiudicio. probans, quòd Papa non poteſt tollere laico ius quæſitum per l. Canonicam, ſicut imperator non poteſt tollere clericis ius a l. quæſitum. Et cum iſtis uide Imo. in clem. 1. ut lit. pen. ubi dicit, quòd Papa non potuit proprio motu declarare Florentiæ, quòd hoſpitale priuatum eſſet publicum: & uide etiam Pau. de Caſt. conſil. 156. incip. In Chriſti, &c. uiſo & examinato. uerſus finẽ. & ibi idem dicit de imperatore reſpectu laici ſibi non ſubditi, & alleg. Inno. in c. in noſtra. j. de iniur. & in ca. nouit. j. de iudi. ſuper uerſi. Theodoſius. ubi licet imperator poſſit reuocare in præiudicium ſibi ſubditi legem ſuam, tamen ſecus in l. conceſſa non ſubdito. Et ibi Paul. tenet idẽ, quod dictum eſt de clerico, licet ibi non exprimat, quòd

31 † etiam cum cauſa non poſſit, ut exprimit in alio conſilio. Similiter dom. Ant. in c. conſtitutus. j. de relig. dom. dixit, quòd

b Subiecto.] Ad quod adde Paul. de Caſt. conſ. 156. & conſ. 216. & Abb. in c. ſuggeſtum. de deci. et in ca. nouit. de iudi. ubi etiam uide Innoc. & do. Soci. conſi. 164. incip. Viſa bulla Bonifacij. uerſic. quinimo etiam in 9. parte.

quòd plenitudo poteſtatis Papæ in clericos reſpectu eccleſiarum non procedit reſpectu bonorũ ſuorum patrimonialium, de quibus Papa non poteſt ad libitum diſponere, ſicut nec princeps ſecularis de bonis ſubiectorum. Et dicit do. Abb. in d. c. conſtitutus. quòd hoc dictum eſt ſingulare, & quòd non recordatur ſe alibi legiſſe ad ampliationem eius, quod dicit Inno. in c. inquiſitioni. ĩ. de ſent. excom. de quo fit mentio in c. ſi quando. ĩ. de reſcri. quòd Papa nõ poteſt diſponere de temporalibus laicorum, ut idem ſit de temporalibus clericorum. Sed pro dicto do. Ant. eſt tex. no. in d. c. cùm dilectus. ĩ. de iure patro. Per quem dicit ibi do. Abb. in 3. not. quòd in patrimonialib. clericus cenſetur laicus. Vnde non poteſt à Papa priuari patrimonio ſuo, ſicut nec laicus ab imperatore, per no. hic. Sed in iſtis locis non exprimitur id, quod eſt maioris importantiæ, uidelicet ꝙ etiam cum cauſa non poſſit Papa præiudicare clerico in patrimonialibus: de quo ĩ. & optimè do. Innoc. in d. c. inquiſitioni. de quo in tertia limitatione ſequentis membri. Et puto iſtud ueriſſimum in terris non ſubiectis Papæ. ¶ Vbi autem Papa diſponeret in terris ſuis non ſolùm circa clericos, ſed etiam circa laicos, poteſt ex cauſa eis tollere ius quæſitum. ut ſentit do. Paul. in d. conſi. & eſt in terminis cõſilium do. Card. 86. quod incip. Do. Nico. &c. ubi cõſuluit, quòd Papa potuit ex cauſa irritare contractum ſolenniter initum inter Bononienſes & Marchionem Ferrariæ, qui promiſerat eis dare nouanculã & bazanũ: qui cum omnes eſſent ſubditi Romanæ eccleſiæ, potuit Papa ex cauſa inter eos hoc: maximè, quia cùm illæ ſint terræ eccleſiæ, non potuerunt taliter obligari. Et iſtis adde, quod no. do. Abb. conſi. 41. inci. Saluatoris. Et quòd Papa in terris ſubiectis temporaliter eccleſiæ, habeat illam poteſtatẽ, quam habet imperator in terris imperij: tenet do. Ant. c. per uenerabilem. ĩ. qui fil. ſint. legit. poſt Ioan. And. ibi per c. licet. cum ibi no. de for. compet. & c. ſi duobus. in fi. ĩ. de app. Et facit glo. 2. & ibi latè Doct. in c. nouit. ĩ. de iudi. dum traditur, quod poteſtas gladij temporalis fuit originaliter apud Papam. Vnde dicit Iac. But. in proœmio C. de dona. Conſtan. quòd fuit quædam reſignatio potiùs, quam donatio. Et bene facit à fortiori una deciſio Paul. de Caſt. in fin. ſo-
32 quen. declara. ¶ Quarta declaratio eſt, quòd † inferior à principe non poteſt etiam cum cauſa alicui auferre rem ſuam, ſecundum Bal. in l. ij. uerſ. no. quòd plenitudo. C. de ſerui. & aqua. ubi dicit, quod ſolius principis priuilegium eſt auferre & alteri dare de plenitudine poteſtatis. Et ideo conceſſa comiti poteſtate legitimandi ſpurios, non intelligitur cõceſſa per hoc facultas præiudicandi legitimis,[a] uel iuri quæſito, uel radicato alteri, ſecundum ipſum ibi: & in c. domino guerram. uer. eſt autem ſciendum. in tit. hic finitur lex. & in l. reſcripta. ad fi. uer. ex prædictis apparet. C. de preci. impe. of. & latè per Paul. de Caſt. l. gallus. §. & quid ſi tãtùm. ff. de li. & poſth. & Bal. in l. cũ filius. ff. de reſ. mi. & do. Ant. in c. per uenerabilẽ. qui fil. ſi. leg. Et ideo dixit Bar. in propoſito in l. toties. ff. de pollicita. ꝙ ſi ciuitas dedit alicui poteſtatem ſtatuendi in pertinentibus ad bonum publicum, non cenſetur dare poteſtatem priuandi quem iure ſuo, etiam ex cauſa boni publici: ut dicitur in c. cum omnes. circa prin. ĩ. eo. Et hinc eſt, quòd princeps concedendo inferiori aliquid de ſibi reſeruatis, intelligitur ſemper concedere, ut ex exerceat cum debita cauſæ cognitione, & non cum illa plenitudine poteſtatis, quam habet concedens, ſecundum Inno. in c. cum ad monaſterium. in glo. niſi ex cauſa. in fi. de ſtat. mo. & in c. dudum. ij. uer. item & ſi Papa. ĩ. de elec. & in c. ueniens. in glo. 1. ad fi. ĩ. de fi. presby. & do. Abb. in c. at ſi clerici. §. de adulterijs. infra de iudi. & in c. præterea. infra de teſti. cog. & Bald. in l. ſi teſtamentum. poſt prin. C. de teſta. & Imo. in c. 1. ĩ. eod. & in c. de multa. in-

a *Legitimis] Adde do. Soc. conſil. ccxij. inci. Prima conſultatio: dicendum. uer. quibus præmiſſis. circa prin. in 4. parte, quod Comes Palatinus non poteſt legitimare in præiudicium filiorũ, niſi ſuper hoc ſpecialem habeat poteſtatem a principe. Generalis enim conceſſio poteſtatis ad ea nõ extenditur, quæ ſupremæ inerant principis poteſtati, ſecundum eum. Vnde dicit ipſe, ꝙ licet legitimo ſit ſibi conceſſa poteſtas, ut poſſit legitimare, quo ad ſucceſſiones, ac ſi eſſet de legitimo matrimonio natus, tamẽ per hanc*

ſta de præben. & in l. quidam conſulebant. ff. de re iud. Et dicit Bal. in c. 1. ſi de inueſti. inter do. & uaſa. lis oria. quòd ſolus princeps in ſuo reſcripto poteſt mandare, Facias ſic: ſed inferior a principe debet mandare, Facias iuſtitiam. Alleg. Inno. in ca. ſignificantibus. de offic. de leg. Et ideo dixit Fed. de Senis conſ. 200. quòd legatus non põt ſine cauſa auferre uni eccleſiæ, & dare alteri, licet ſecus ſit in Papa, ut in ſequenti mẽbro dicetur. Et idem ſentit Bald. in cap. 1. uerſic. quæritur de lega. qui ſeu. dare. poſ. Et clarè de legato conſuluit Ro. conſi. 37. incip. In Chriſti. uiſo puncto, &c. do. Car. cõſi. 67. incip. Tenor talis eſt: plebs S. Mariæ de Cento. Poſſent tamen iſta per principẽ ſpecialiter concedi inferiori, ſecundũ Bald. in d. l. ij. de ſer. & aqua. Et pro iſta declaratione optimè facit gl. ordinaria in c. ſi. in glo. mag. ad fi. de hære. in 6. de qua per do. Abb. in c. 1. in prin. infra de reſcr. & ibi opportunè dicetur, quæ uoluit, quòd inferior a principe nõ cõmittit cauſam ſp. re. ¶ Sed hanc declarationem & omnea deciſiones dicentes, quòd in generali conceſſione non cõprehenduntur ea, quæ ſunt principi reſeruata ſpecialiter, intellige in conceſſione facta magiſtratui temporali, qui non conſtituitur dominus & princeps prouinciæ: ſecus in eo, qui perpetuò conſtituitur princeps & dominus, ut ſunt reges, duces, comites, & ſimiles, qui ex priuilegio inueſtituræ conceſſo eis ab imperatore, uel Papa ſuper gubernatione plenaria & perpetua conſequuntur omnes prærogatiuas reſeruatas concedenti in materia conceſſa. Et ideo tales poſſunt legitimare & rem alterius auferre cum cauſa. Ita latè & multum ſolenniter determinat Paul. de Caſt. loquens de Duce Mediola. conſil. ſuo 215. incip. In Chriſti. ad primum. prope fin. per rationes, de quib. per eum. Quod perpetuò no. quia eſt aurea limitatio. Sed tamen nõ eſt ſine dubio: quia non probat eam efficaciter, & repugnant allegata per ipſum in eodem conſilio, ſcilicet quòd in generali inueſtitura non ueniunt illa reſeruata: & contra ipſum uidetur deciſio Pet. de Ancha. conſi. 327. incip. Viſis diligenter actis & actitatis. ubi dicit, quòd licet dominus Veronæ eſſet generalis uicarius imperatoris, non tamen potuit reſtituere ad famam: quia in generali commiſſione tales caſus non ueniunt. Allegat. c. ſi. de offi. uic. in 6. & l. 3. ff. de offi. eius, cui man. eſt iuriſdi. Ad idem, quod no. do. Ab. conſi. 61. incip. Saluatoris, eiusq; Genitricis. ubi dicit, quòd dominus Arimini & terrarum Marchiæ Anchonitanæ & alij, qui recognoſcunt Papam in ſuperiorem, non dicuntur principes, nec poſſunt committere cauſas, nec tollere appellationem, ut ibi per eum. ¶ Sed cogitabam, quod ſtantibus iſtis ſaluari poteſt dictum Pau.
33 de Caſt. in tribus caſibus. Primus eſt, quando † in priuilegio perpetuæ inueſtituræ eſſent illa uerba, quæ refert fuiſſe in priuilegio ducis Mediolani uidelicet, quòd poſſit ea facere in ducatu Mediolani, quæ nos & Romani reges & imperatores gerere poſſemus de plenitudine poteſtatis: nam iſto caſu uirtute horum uerborum, uel ſimilium, fortè procedit dictum ſuum: & ideo nil mirum, ſi ipſe reſpondendo ad illud quòd talia non tranſeunt: reſpondet ſecundo loco, quòd illud eſt uerum, uiſi ſint talia uerba in priuilegio, quaſi non ſatis fretus de prima reſponſione. Et hoc modo intelligo conſi. Ang. 214. quod incipit, In cauſa accuſationis. dum dicit, quòd dux Mediolani habet in ſuo ducatu plenitudinem poteſtatis, & quicquid ſibi placet, eſt lex. ¶ Secundus caſus, quando Papa, uel imperator conſtituens uicarium perpetuum certi loci in cõceſſione ſolet exprimere alia grauiora: quia tunc in ſimplici conceſſione illa ſubintelliguntur, quæ conſueta ſunt exprimi. Ita in terminis decidit Lud. Ro. loquens de domino Fani, conſi. 59. incip. In Chriſti nomine, &c. ad diſcutiendum. dicens, eſſe tex. ſingularem in c. quo ad translationem. uerſi. & ſi quædam. ĩ. de offi. dele. & hoc faciunt, quæ dicentur in c. cùm M. F. in 3. no. ĩ. eo. ¶ Tertius caſus eſt, in principibus, qui in ſuis terris de facto uicem imperatoris obtinent, & fortiùs in his, qui non recognoſcunt imperium. Ita dicit Ioan. And. in addi. Spec. in tit. de inſtr. edi. §. poſtea. in

generali poteſta. tem non cenſetur habere poteſtatem legitimandi exiſtẽtibus filijs legitimis, niſi ſubderetur illa clauſula, dum modò, etc. ut nor. per eũ in ſuo conſi. ccxlvj. inci. eleganter & ſubtiliter. uer. ſed reſtat nunc. in d. parte.

ro. in addi. quæ incipit, hæc ſubſcriptio. in fi. remittens ad dicta ſua in c.ſuper quibuſdam. ubi bonus tex.infra de uerb. ſign. & in c. cùm te.C.de re ind. Facit, quod de rege Franciæ dicitur in c. per uenerabilem infra qui fil. ſint legi. Et quod no. Bart. in l. hoſtes.ff.de capti. & in alijs locis allegatis ſupra in 1. concluſione. Quod procedit in his, qui non recognouerunt imperium à tanto tempore, cuius initij memoria non exiſtat. An autem hoc poſſit procedere in ſubiectis Papæ, nõ aggredior nunc. ſed uide do. Card. in cle. paſtoralis. uer. ut illud in a. oppoſ. de re iudi. in cle.præſenti.in 7.q.de cenſi.& Old. conſ.254.& omnes in c. nouit. j.de iudi. & ibi aliquando dicetur. Et iſta ſunt quotidiana. ¶ Secundum uerò membrum huius cõcluſionis erat, quod princeps ſine cauſa non poteſt iuri alicuius præiudicare, auferendo uni, & dando alteri, uel quid ſimile faciendo. In quo ante declarationes non omitto, q Ang. in d.l.item[a] ſi uerberatũ.dicit, quòd imperator de plenitudine poteſtatis poteſt auferre dominium rei alicui nulla ſubſiſtente cauſa: & dicens contrarium mẽtitur ſecundum eum, per l.bene à Zenone.C. de quadri. præſcri. Et infert ad certas conceſſiones factas à Papa de bonis quorundam Peruſinorũ, ut ibi per eum. Et idem uoluit Ang. in l. 3. §. ſi is, pro quo.ff. quod quiſque iur. & in l. omnes C. de quadri. præſcr. per d.l. bene à Zenone. ¶ Sed nihilo minùs tenẽda eſt opinio contraria, quòd ſine cauſa nõ poteſt: & eſt communior * & rationabilior, ſecũdum Raph.Fulgo.in d.l.fi.C.ſi contra iur, uel util. pub.dicentem ſe ita conſuluiſſe: quia ubi princeps iur unicuiq; non tribuit, non eſt in eo iuſtitia, ut ibi per eum. ¶ Sed

a Quod Ang. in d.l.item] Adde, quòd cõtra Ang. ad hoc conſuluit do. Soc.& eum referendo contra eũ tenet in ſuo conſi. 164. incip. Viſa bulla Bonifacij. uerſ. ſecundũ ſun dementum eſt. in 2. parte.

34 pro intellectu d. l. bene à Zenone.ubi † donatio principis de re alterius conualidatur quadriennio elapſo,adeò quod dominus rei amplius nõ auditur, eſt aduertendum:quia illa lex non intelligitur ita ſimpliciter, prout eam inducit Aug.ſed recipit quinque limitationes. ¶ Primò enim limi
35 tatur, ut † habeat locum, quando fiſcus bona fide poſſidebat,credens,quod res eſſet ſua:quia tunc donatio eius confirmatur dicto ſpatio temporis, aliàs non. Ita illam l.intelligit Bar.in l.fin. poſt prin. ibi, fallit ratione poſſeſſionis: C. ſi contra ius, uel utili. pub. Et ſuit intellectus Iac.de Are. in l. 2.C.de com.rer. alie. & ſequuntur ibi Bal. & Aug. Et ideo dicit Bal.in l.j.C. de hære.uel act. uen. quòd ad hoc, ut acquirens à fiſco non poſſit euictionem pati, & ut derogetur iuri tertij,oportet, quod fiſcus poſſederit.& cum ſolennitate alienauerit rem ut propriam,& dicit, quod ſic antiqui intellexerunt d. l. bene a Zenone. & idem ſenſit Bal. in l. fi. ſi aduer. fiſc.ponens etiam, quid, ſi alienetur res, ut aliena, uel creditũ fiſci? Et ſubdit Bal.in d.l.ij.quod ſi emptor poſſidet, præſumitur etiã fiſcum poſſediſſe in dubio. Sed ſi emptor non poſſidet, ſed agit, præſumitur contrarium, niſi probet fiſcum bona fide poſſediſſe. ¶ Et pro iſtis dictis uide omnino do.Abb.in c.pen.uer. ego incipiam.j. de re ind. ubi dicit, quod d.l.bene à Zenone. debet intelligi, quando princeps tradit rem ſuam ratione poſſeſſionis, quam habebat. Tunc enim contractus tenet. Sed is, cuius eſt res, debet agere ad pretium contra fiſcum. Et hoc dicit eſſe notandum: quia multi errant in intellectu illius l.ſecundum eum. Et hunc intellectum probat optime tex. in l.ij.C.de cõmn.re.alien.ubi ſpeciale eſt in fiſco, quod rem, quam habet communem cum priuato, poteſt totam uendere, licet ſocius poſſit partem à fiſco petere. Et ideo per locum à ſpeciali ibi probatur, quod ubi fiſcus non habet communionem in re priuati, non poteſt illam uendere. Vnde intelligitur d.l.bene. ut dictum eſt. Et pro hac limitatione ad illam legem, eſt gloſſ.notab. ultra prædictos in l.j.in uer. diſtrahatur. C.de uen.re.fiſc. lib.a.nolens illam l.non procedere, ubi princeps ſcit rem eſſe alienam: quod etiam apertè decidit dn. Abb.in c.ij. prope.fi. de reb. eccl. non alie.quia tunc priuaret imperator aliquem ſine cauſa: quod non poteſt,ut traditur hic,ſecundũ eum. Et per hanc primam limitationem reſpondetur ad l. bene à Zenone.ex qua reſponſione naſcitur una limitatio ad hoc ſecundum membrum.¶ Sed ulteriùs, nec extra propoſitum, limita, &

36 ſecundò, illam † l. bene a Zenone. non habere locum in eccleſia donataria principis: quia rem alienã non præſcribit quadriennio, ſecundum gl. in uer. conſenſu. in c.quicunque militum. 11. q. 2. Et ſequitur Lud. Rom. in ſing. 625. quod incipit, regula eſt.dicens,quaſi omnes Doc. ſua hæc idem conſuluiſſe, de illa gloſ. mentione non facta: & allegat illa gl. bonũ tex. in c. placuit.j.& ibi gl. 16. q.3.& eſt gl. in §.quas actiones. in uer.quadriennij. in d. c. pla
37 cuit. eadem cauſa, & quæſtione. ¶ Tertiò limita, ut † non procedat in rebus eccleſiæ donatis alteri a principe, quia ille non præſcriberet: non autem quadriennio, ut eſt tex. in d.c.quicunque militũ. in uer.ſeculari, de principe.¶ Quar
38 tò limita, ut indiſtinctè † non teneat de iure Canonico, ut eſt gl.ſing. in c.2.in uer.irrita.de reb.eccl. nõ alie. quod intelligunt ibi Doc. ſcilicet in præiudicium eccleſiarum. Sed inter laicos ſentiunt maximè d. Abb. quòd procedat, intelligendo eam, ut dictum eſt: & pro hoc facit, quia aliter intelligendo non procederet in terris eccleſiæ, per text. in c. ſi duobus.j.de app. & ibi per d. Abb. eum concor. quas dixi in c.1. in 4. fallen.ſ.eo. Quod ſi eſſet uerũ, multũ ener
39 uaret d.l.¶ Quintò limita illã legem, dum † modò princeps donet rem alienam, dicendo ſe facere de plenitudine poteſtatis, ſecundũ Bal.in proœ.huius libri, & ibi dicit, quòd omnis modicus error ſumpſit illam. l. Tamen hæc limitatio repugnat illi legi indiſtinctè loquenti, nec uidetur neceſſaria intelligendo eam ſecundum primam limitationẽ, ad quam fortè Bald. non conſiderauit in d. proœ. nec etiã in d.l. bene a Zenone. In princ. dum dicit, in aliquib. lec. q illa.l. habet plus de bono, quàm de æquo & bono. ¶ Recipit modò hoc ſecundum membrũ ſeptem declarationes.
40 ¶ Prima eſt, quòd † licet Papa non poſſit priuare quem iure ſuo ſine cauſa, tamen in beneficialib. põt quem priuare[b] pro libito ſuæ uoluntatis, ut latè per Archi. in ſua tract. De hæreſi, incip. Sanctiſſimo in Chriſto patri. uer. & quia tanta eſt præeminentia. ubi dicit, quòd in talibus Papa eſt dominus, quantum ad uſum, quia eis uti poteſt,ſicut placet, & decet ſuã potentiam, ſiue ſtatũ. Allegat.12.quæſt. 2.bonæ rei. & c.per principalẽ.9. q. 3. & c. nunc nero.ea. cauſa, & q. Et bonus tex. in c.2.in prin.de præb.in 6.& in cle. 1.ad fi. ut lit. pen.ubi dicitur, quòd in talib.habet plenã & liberam poteſtatẽ. Et iſtud etiã uoluit Paul.de Ca. conſ.181.præalleg.quia dominiũ rerum eccleſiaſticarum propriè loquendo non eſt apud aliquẽ, ſed apud Chriſtũ, ſecundũ Inno. in c.cũ ſuper. de cauſa poſſ.& proprie.cuius Papa eſt uicarius cum omnimoda põte in terris. Vnde cũ aufert rem alicui particulari eccleſiæ,potius dicitur auferre adminiſtrationẽ, quàm dominiũ, iuxta c.2.de dona.quia dominiũ eſt potius apud ipſum Papam, cùm ſit apud Chriſtũ, cuius ipſe eſt uicarius, uel apud ipſam eccleſiã catholicã, quæ eſt unica, ut loquitur 24.q.j.cuius ipſe eſt princeps. Pro deciſione alle.gl.& Doc. in c.conſtitutus.j.de reli. do. & in c.antiqua.j.de priui. Et ad intellectũ huius rationis de dominio rerũ eccleſiæ uide omnino dn.Ab.in d. c. cùm ſuper. & Do.pulchrè in c.unico, uer. quarto, quare eccleſiæ. de ſum.trin.in 6.& Imo.in c.conſtitutus.de reſer.& ibi fortè dicetur propter gl.magnã ibi in uer.adminiſtratio ſola.¶ Pro iſta declaratione uide d.
41 Ant.in c.conſtitutus.j.de relig.domi. ubi dicit, quòd † de reb. eccleſiaſticis põt diſponere Papa, ut uult, etiã ſine cauſa, remouendo unũ a beneficio ſuo, per d.c.2. de præb.in 6. Et hinc eſt, quòd in talib. multò magis põt authoritas Papæ, quàm in alijs,ut ſæpe inſiſtit d. Ab. uidelicet in c.cũ a nobis.uer.ego credo.j.de teſti.& in cle.1. uer.ego limitatẽ. de proba.& in c.inter quatuor. uerſi.an aũs de abſoluta.j. de ma. & obe.& in c.cùm inter in uer. ego uerò de excep. j.& in c.1.in 3.not.de fi.inſt.& hic, & in c.cum inter R.de elec.& in c.ea, quæ.in fi.de re iud. Et hinc eſt,quòd licet in reſcriptis præiudicantib. iuri alterius requiratur clauſula. Non obſtante, uel ſecunda iuſſio, per notata in d.l. reſcripta.C.de prec.impe.offe. & in d. l.fi. C. ſi contra ius. & dicetur in cap.nonnulli.in prin.j.de reſcrip. tamen in beneficialibus ualet reſcriptum ſine dicta clauſula, ſi aliter, conſtat

b Priuare] Adde quòd idem tenet & conſuluit do. Soc. conſil. 156. incip. pro fundamento deciſionis. uer. quib. præmiſſis. in fi.ij. parte. & in cõſ. 164.in ci. Viſa bulla Bonifacij. uer. ſecundus caſus. in d. parte.

ſtat de intentione Papæ, ſecondum do. An.& Imo.hic poſt eum. Simile no. Imo. poſt Ioā. And. in d.c.ex parte.iuſtà eo. Et hinc eſt, quòd Papa abſque alia reſeruatione poteſt ea ſola uoluntate præuenire omnes collatores beneficiorum, ut per Fede. in tracta. De permutatione beneficiorum, q.4. Et hinc eſt, quòd poteſt ſine cauſa concedere immunitatē uni eccleſiæ contra aliam, ſecundum gl.ſi. in c.conqueſtus.9.q.3.& Arcb.in c.reſeruatis.25.q.2.& Hoſt.in c.ſi. de conſti. uti.uel inoti. Facit gl. in uer. a quocunque in c.cōſtitutus. præalle. ¶ Per iſtam declarationem infertur ad illam glo. reputatam ſingularem in c.per principalē 9.q.3.quæ dicit,
42 quòd † Papa poteſt ſine cauſa deponere epiſcopum, licet dicat ſecus, ſi uellet omnes epiſcopos deponere, quia iſtud eſſet turbare uniuerſalem ſtatum eccleſiæ, & eam ſequitur Dom.ibi, & do.Card. conſi. 85. inci. Venerabilis uir.& in cle. j. in ult.notabili, ut lit.peu.& do. Abb. in c. tranſlato. ī.eo.& Dom.in c.in iſtis.4.diſt.& Imo.in c.ad ſupplicationem.in ulti.notabili, ĵ.de renun. & Pet.de Mōte in ſua monarchia, & Dom.in c. j. 10.diſt. Bene facit gl. in c. ſi gratioſe. de reſcri. in 6. Per quam dicit ibi Dom. quòd Papa in titulis beneficialib. habet pro ratione uoluntatē, & quòd ad libitum poteſt prælato auferre titulum beneficialē. ¶ Sed d.Car. in conſi.141.incip. Sanctiſſimus dominus noſter. dicit, quòd licet diſpoſitio plenaria beneficiorum ſpectet ad Papam, tamen ita debet hoc intelligi, ut euitetur inconueniens, ne alicui fiat iniuſtitia, Et dicit non eſſe uerum, ꝙ ſine cauſa poteſt quem priuare beneficio, uel epiſcopatu: ſed debet intelligi cum cauſa. Et ita dicit intelligendam d. gl. Mouetur: quia acceptans beneficium ſibi collatum uidetur per quaſi contractum ſe obligare ad adminiſtrationem illius c.niſi cùm pridem.§.uerum.ĵ.de renun.ibi, ſponſam tuam, cui de figendo manum apud extraneum te fide media copulaſti. quem tex. cum glo j. dicit ſe ſolitum allegare pro ſingulari. Et hæc eſt ratio, quare beneficiatus nō poteſt dimittere beneficium ſuum ſine licentia ſuperioris. cap.admonet. & cap. quod in dubijs. infrà de renun. Talis ergo contractus non debet ſine cauſa diſſolui. Alleg.no. per Inno. hic, & tex. in c. j. de proba. Vbi ex contractu cum ſubdito inito princeps ligatur, ut latius per ipſum in d.conſil. Et pro hac parte contra d. gl. uide do. Abb. in diſputa. inci. Epiſcopus, & quidam rector Parmenſis.& in c.ſi.de conſti. uol.uel inuol. Et adducit quatuor rationes, quarum unam dicit eſſe ſubtilem & ueriſſimam, quia uidelicet Chriſtus non tribuit poteſtatem ſoli Petro, ſed omnibus Apoſtolis, & ipſi tanquam capiti, ut habetur in c. tranſlato. ſ. eo.& dixit Petro, Paſce oues meas. Vnde ſi uellet deponere ſine cauſa, non diceretur Paſcere, ſed Necare. Et ideo ſicut Petrus non potuiſſet unum Apoſtolum remouere ab apoſtolatu ſine cauſa, ita nec Papa epiſcopū, cū epiſcopi ſint loco apoſtolorū, 68.diſt.c.quorū uices. Pro hoc allegat gl. in c.j.10.diſt. quæ dicit, ꝙ Papa inuito epiſcopo non pōt epiſcopatum diuidere.[a] Ergo multo minùs
43 ei auferre. ¶ Et hic uidemus, quòd † Papa omni cauſa ceſſante non poteſt epiſcopum transferre inuitum, ut per In. And. in regula, quod ob cauſam.de reg. iur. in 6. niſi ſubeſſet cauſa, putà incompaſſibilis reſiſtentia populi etiam iniuſta: quia tunc poteſt eam transferre cum bono cambio, ut per Inno. in capitul. niſi cùm pridem. infrà. de renun. & tunc fit remotio ſine culpa, ſed non ſine cauſa: & hoc caſu, quando ceſſat omnis cauſa ſurgens ab epiſcopo, ſed alia ſubeſt. Et procedere poſſet dicta gloſſ. ſecundum domi. Abb. in dictis locis, quem uide. ¶ Et idem tenet Lud. Rom. conſil. 345. incip. Omnipotentis, &c. uer. ex his igitur. & ſentit domi. Abb. in capitul. conſtitutus. de relig. dom. addens, quòd tempore ſuo ſtatutum fuit in concilio Baſilienſi, ut nec epiſcopus, nec abbas poſſit transferri inuitus ſine cauſa rationabili. Et idem dom. Abb. in cap.fin. in fin. de poſtu. præla. dicens, ita fuiſſe ſtatutum hic Piſis in concilio, cui præfuit Alc. Papa. Circa quod uide ipſum latiùs ibi, & per Ioan. Andr. in d. regula, quod ob gratiam. & Archi. in cap. ſicut. §.ecce. 7. q. 1. & Fed. in tracta. de permutatione beneficiorum, q. 9. 24. 26. & 30. & per gloſſ. fin. in cap. epiſcopus de loco. & in cap. omnis. 7. q.2. per Lud. in l.liberta.ff. ſolut. matr. per dom. Abb.in cap. quæſitum infra de rerum permu. in cap. quoniam. iuſta de iure pa.& in cap. 1. de elec. per Angel. in d. l. bene a Zenone. & per Lud. in d. conſil. Et communiter dicitur, quòd requiritur cauſa rationabilis, & quòd prouideatur de idoneo cambio:[b] propter quod ultimum uidetur, quòd Papa non poſſit cogi inuitus cedere, cùm ſibi non poſſit dari bonum cambium, ſecundum Innocen. in cap. niſi cùm pridem. ¶ Sed contrarium latè tenet dom. Card. conſi. 150. incip. Quæſitum ſæpe fuit a me. in uerſic. quintus modus. probans, quòd ad ſedandum ſchiſma poteſt concilium cogere Papam, ut cedat & contentetur de cambio non
44 æquè idoneo. ¶ Et † quamuis reſpectu beneficiorum latiſſima ſit poteſtas Papæ, tamen reſpectu bonorum ipſarum eccleſiarum ſecus eſt. Vnde nō pōt auferre bona unius eccleſiæ, & dare alteri, ſine cauſa, ut no. gl. Arch.& Dom. in c.1. 10. diſt. & gl. in cap.1. uer. iuſtitiam. 22. diſt.& ibi no. Arch. & Dom. & no. Arch. in cap.1. 12. diſt. Et ideo dicit Arch. poſt Hugo. in c. non liceat Papæ. 12. q. 2. quod Papa peccat mortaliter, ſi uult res eccleſiaſticas conſumere in turpes uſus, uel dare conſanguineis,[c] ut eos diuites præ alijs faciat, uel ut ipſi conſtruant palatia & huiuſmodi. Et ſimiliter dicit Pet. de Anch. conſi. 305. incip. Tres domini magnifici & illuſtres. ad fin. quòd licet Papa ſuper reb. & bonis eccleſiaſticis habeat pleniſſimam poteſtatem, tamen hoc eſt uerum, ubi apparet, quòd uult ea uti. Sed ubi præcedit lex derogatoria non Inotaò ſuæ, prout in caſu dicti cap. non liceat. non ualet eius diſpoſitio contra illam l. niſi de ipſa faciat mentionem. Alle. no. in l. reſcripta. & in l. uniuerſa. C. de preci. impe. offe. An autem ſi eſſent aliæ eccleſiæ denotantes certam ſcientiam, ſufficeret ? dicetur in c. nonnulli ĵ. de reſcri. & in talibus in dubio præſumitur moueri ea cauſa, ſecundum dom. Aut. d.c. conſtitutus. quem ſequitur ibi d. Abb.& Domin. in c. 1.10.diſt. Quod intellige in Papa, ſecus in inferiore. Vnde legatus Papæ etiam cum cauſa non poteſt facere talia, ſecundum Fed. conſil. 200. inci. Quòd permutatio. & Lud. cōſi. 37. Facit, quod no. dom. Abb. in c. ſi. ĵ. de tranſl. dum dicit, quòd legatus nō diſpenſat in his, quæ deuiant à iure naturali: & faciunt, quæ dixi ſ. in ult. decla-
45 ratione primi membri. ¶ Secunda † declaratio huius ſecundi membri eſt, ut intelligatur, quando non certitudinaliter princeps auſert alicui dominium rei ſuæ: ſecus, quando nō certitudinaliter, ſed occaſionatiuè, ſecundū Do. hic. Dat exemplum: quia princeps poteſt cogere quē, ut cōpromittat ſuper iure ſuo. Patet in c. inter R. ibi, coegit inuitū. ĵ. de elec. & tamē poſſibile eſt, ꝙ arbiter auferat ſibi de iure ſuo. Sed iſtud nō facit certitudinaliter: quia pōt eſſe, ꝙ arbiter non auferet. Et per hoc dicit ſaluari poſſe ſtatuta ciuitatū, quæ diſponūt, ut partes cōpellātur ad cōpromiſſum. Itē fit illud ex cā legitima ad lites dirimendas, ſecundū eū. ¶ Sed in hoc poſſunt duo cōſiderari. Primò, ꝙ in caſu dicti c. cum inter. non cogit Papa cōpromittere, ſed cōponere: & ideo dicit d. Abb. quòd attēto, ꝙ res erat dubia propter pendentiā litis. l. quod de

[a] *Epiſcopatū diuidere*] *Vide omnino gl. ad hoc in l. ij in verſ. caſtella. C. de offi. præfe. Africæ. & tex. in c. quod tranſlationem. de off. leg. & gl. in c. ſicut. de exceſſ. præla. & xvj. q. j. precipimus.*

[b] *Cambio*] *Facit quod habetur per Bald. in c. j. §. ad hoc. de pac. iur. fir. & per Alexā. in l. prohibere §. plane. quod ui, aut clam.*

[c] *Dare conſanguineis*] *Speculū habes de Papa Alex. 6. qui uoluit eius filium Valentinum regem totius Italiæ creare, & res & bona eccleſiæ in turpes uſus uſque ad ultimum eius uita conſumere: & Dominus omnipotēs, iuſtus, bonus & miſericors, qui punis & præmias, cle. dudum. §. ſiaet ibi Car. de ſep. eccleſiam ſuam et Italiam totam liberauit, eos ſecūdum eorum merita puniēdo & præmiando. cùm do. Alexan. Papa ex hac uita nondum contentus 16. Auguſti. 1503. migraueris, et filius uus ille tum Valentinus, tum Cæſar nominatus, cū Valentianus, non Cæſar: imo hodie die 18. Aprilis, 1504. in arce Tarpeia nihil reperiatur. Vnde ſi tibi placet, quod de eorum uita & moribus aliquid ſcripſi, unde in apoſtilmeis & in lect. Sali. ſuper C. in tit. pro ſoc. et in lect. Alexan. ſuper 40. Doc. qui ſil. fins leg. in c. quod autem. Vnde ad id, ꝙ hic dicit text. adde Bal. in l. penult. C. de bon. quæ li. et de pac.*

Conſtant. §. ſucceſſores. Et Bart. in l. pen. ff. de off. præſ. & Doc. in cle. j. de iureiu. et Ioan. And. in ad di. ad Spec. tit. de inſtru. edi. §. nunc autem. uerſ. quid ſi imperator, & no. per do. Socin. conſil. 13. incip. Præſens conſulta tio eſt ſatis. uerſic. quintus, & for tius. circa fi. in j. parte.

betur. ff. de pecu. potuit Papa illũ cogere
quod intelligitur, ſecundũ eum, ſolùm
in beneficialibus, per prædicta. Aliàs autẽ
non credit, quòd hoc poſſet ſine cauſa.
Et cauſa iuſta poſſet euã eſſe in quolibet
iudice, quando partes diu litigaſſent, &
res eſſet multum dubia: quia tunc etiam
per excõmunicationem cogi poſſunt cõ
ponere, ut eſt tex. aureus 90. diſt. in cap.
placuit. de quo facit ſeſtum do. Abb. in
c. humilis. de ma. & obe. in 4. no. & in ru.
de treu. & pac. & in cap. cum pridem. de
pac. & in cap. nouit. de iudi. cum concor.
de quibus in cap. 2. de mu. peti. Et
ex his uerbis bene ſurgit notabilis limi-
tatio ad prædicta, uidelicet, quòd licet
Papa ex ſola uoluntate in beneficialibus
non poſſit quem priuare beneficio, ut
ſupra. tamen poteſt quem cogere ad componendum: quia
in hoc non eſt certitudinale damnum per ablationem iu-
ris quæſiti, & per authoritatem Dom. hic. Item attentari
poteſt in compromiſſo, licet hoc non probetur ibi. Secun-
dò eſt conſiderandum in hoc dicto Dom. ubi princeps, uel
ſtatutum cogit compromittere, nam uidetur ibi etiam oc-
caſionaliter ius auferre: quia ſi arbiter partem iniuſtè læ-
dat, non perit ius partis, prout in alijs arbitris, attento, quod
ab arbitro neceſſario poteſt appellari, ſecundum Bart. in l.
fi. C. de iudic. & in l. j. §. interdum. ff. a qui. ap. non li. & Bal.
in l. diem proferre. §. ſtati. ff. de arbi. & Pet. de Anch. in c. ab
arbitris. de offi. dele. in 6. cum concor. de quib. dicetur in
c. ſuſpicionis. j. de offi. dele. ſed æquiparantur tales potius
delegatis, quàm arbitris, ut per d. Ant. & Abb. j. in c. fi. de
re iud. per d. Abb. in c. cùm olim. ad fi. de reſcri. & Bald. in
l. uenales. C. quando prouo. non eſt neceſ. & in l. imperato-
res. ff. de tranſa. Et ideo in ipſis non procedit l. ſi dictum. §.
ſi promiſero. ff. de euic. ſecundum Bal. ibi, & Pet. de Anch.
in d. c. ab arbitris. Et declara, ut per Bal. in l. j. C. de peri. &
46 commo. rei uen. ¶ Tertia declaratio eſt, quòd † ubi aliàs
Papa nõ tollit ius quæſitũ alteri a iure naturali ſine cauſa,
tamen ubi illud ius uenit tanquam acceſſorium ad ius ec-
cleſiaſticum, in quo Papa habet pleniorem poteſtatem, po
teſt ſublato principali etiam ſolo uerbo tollere acceſſoriũ:
quod aliàs de per ſe non tolleret. Ita uoluit Inno. in c. 2. j.
de uoto. per illum tex. ubi Papa tollit obligationem quæ-
ſitam laico diſponendo principaliter ſuper uoto. Et ſequi-
tur ibi dom. Ant. nec diſſentit hic do. Abb. licet det alium
intellectum, per quem probat aliud notabile, quòd ubi cõ
tractus laicorum eſt iuratus, poteſt per Papam tolli cum
cauſa, tollendo iuramentum, quod eſt principale. & ſic ha
bes caſum, in quo inter laicos diſponit ſuper cõtractu tem
porali ad limitationem eius, quod dixi in prima declaratio
ne præcedentis membri. Et hic etiam adde bo. text. in cle.
dudum. §. nos etenim. ibi, conuentiones, ſtatuta & pacta.
de ſepul. Per quem dicit Lud. Ro. in l. ſciendũ. ff. de uerb.
oblig. quòd Papa poteſt tollere nudo uerbo contractus ce-
lebratos in ſpiritualibus, quantumcunq; ſint de iure gen-
tium: & dicit illum tex. ſingularem & unicum: ſecus dicit
in temporalibus, per not. hic. Et iſtis adde, quod no. Pet. de
Anch. in c. 1. uer. circa hoc occurrit mihi dubium. de con
ſti. in 6. ¶ Et pro hac declaratione facit c. ex literis. cum
ſimi. j. de iure pa. ubi aliquando diſponit quis in materia
per uiam acceſſionis, in qua non diſponeret principaliter.
Facit dictum Bar. in l. inter omnes. §. tanone. ff. de fur. cum
47 concor. ¶ Quarta declaratio eſt, quòd † etiam ſine cauſa
poteſt princeps aliquem lædere modica læſione, ſecundum
dom. Ant. Imo. & do. Abb. hic per text. in l. quoties. C.
de preci. impera. off. ubi princeps dat debitori dilationem,
ut interim non poſſit conueniri a ſuis creditoribus, in quo
non cenſetur eis afferre magnam læſionem: ſed non poſſet
ſine cauſa concedere, ut non poſſit debitor unquam con-
ueniri, ſecundum Inno. & alios hic. Facit tex. uulgaris in
l. theſaurus. ff. ad exhi. per quem dicit Bald. in l. qui accu-
ſare. C. de eden. quòd ubi agitur de modico præiudicio,
admittitur probatio per iuramentum. No. dom. Card. in
cle. conſtitutionem. §. inſuper. in 9. quæſ. de elec. & d. Abb.
in c. ueniens. uerſi. nunc reſtat. j. de teſti. & in c. ex ratione.
ner. ſed aduerte. de ap. Et ideo dicit Pat. de Anc. conſi. 258.
incip. Subtiliter. quòd non eſt mirum, ſi de iure ciuili re-
cuſatio ordinarij poteſt fieri etiam ſine cauſa: quia in leui
bus & in quib. de facili poteſt alius ſubrogari, ſufficit pro
ratione uoluntas, per l. quia poterat. ad Treb. Et facit,
quod no. Inno. in c. dilecto. de teſti. ſecundum eũ. Et ideo
dicit Bal. in l. iudices. in 2. oppoſ. C. de iudi. quòd ubi ſen
tentia non parat plenum præiudiciũ, ſufficit probatio ſum
maria, per d. l. theſaurus. Et per illam. l. dicit etiam Bald. in
rub. j. de iudi. quòd ubi de modico præiudicio tractatur, &
alteri prodeſt, quandoq; ſufficit iuramentum calumniæ in
ſpecta qualitate iurantis, ſi & hoc iudici uidebitur. Et his
adde Bal. in l. j. ff. de conſti. prin. ubi dicit, quòd ſi princeps
excedit iuſtitiam partis, nunquam præſumitur uelle ex-
cedere, niſi in modico. Alleg. d. l. quoties. ¶ Quinta de-
48 claratio eſt, quando † princeps ex uoluntate ſua fuit cau-
ſa, quòd aliquis acquireret dominium, ipſe eandem rem
poteſt ſola uoluntate auferre, ſecundum Ang. in l. Antio-
chenſium. ff. de priui. credi. ubi dicit, quòd princeps ſine
cauſa poteſt alicui auferre rem, quam ipſe illi donauit, ſed
peccat, & mortaliter, ſecundum eum. Et ideo dicit Ange.
in l. Lucius. ff. de euic. quòd imperator poteſt auferre ſine
cauſa rem acquiſitam ex præſcriptione, ſeu uſucapione:
quia talis modus acquirendi inductus fuit ab eo, & ab eo
poteſt auferri etiam ſine cauſa. Ad idem uide Bal. in l. fina.
uer. ſed immediatè oppono. C. de ſen. reſc. nõ poſ. ubi dicit,
quòd quædam ſunt iura, quæ quis poteſt acquirere etiam
contra principis uoluntatem: quia acquiruntur de iure gen
tium, ſicut dominia: & iſta non poſſunt auferri ſine cau-
ſa. Secus in his, quæ ſunt de iure ciuili, ut iudicia, & ſen-
tentiæ. Nam in iſtis potentior eſt authoritas principis. Et
ideo infert, quòd licet ex ſententia ſit tranſlatum domi-
nium, tamen ualet reſcriptum principis reſcribentis, Non
obſtante ſententia, & ex ipſa perdetur dominium: quia ue-
nit cõſecutiuè ad ſententiã. & reſciſſo principali reſcinditur
acceſſoriũ. l. ſi ex cauſa §. j. ff. de mino. ſecundũ eũ. Et ideo
dicit Pau. de Ca. in l. cũ hæredes. ff. de acq. poſ. ſe conſuluiſ
ſe, quòd princeps ſine cauſa poteſt legitimando ſpurium,
uel aliter auferre hæreditatẽ illi, qui per aditionem ab inte
ſtato eam acquiſiuit, quia talem acquiſitionem introduxit
ius ciuile, ut ibi, & idem ipſe tenuit in l. iij. ff. de teſta. Et
iſtis adde do. Abb. conſi. 85. incip. Illud in ſumma. ad fin.
ubi tenet, quòd ſi princeps diſponit in conſequentiam,
tollendo ius priuati, ualet eius diſpoſitio, ubi illud ius
erat quæſitum mediante iure ciuili, ſicut ſignat ſuppli-
cationem contra ſententiam, a qua non poterat appel-
lari, & ſic fecerat ius inter partes, l. res iudicata. ff. de
reg. iur. & contra eam reſtituit in integrum, c. cùm ex lite-
ris. & c. auditis. de reſtit. in integ. & reſtituendo minorem
in integrum uocet al, cui ex contractu quæſitum erat ius,
ut ibi per eum: qui tamen præſupponit id ex cauſa fieri:
& per eundem in c. cùm olim. uer. an autem princeps. de re
iud. ¶ Sed in hac declaratione uidendi ſunt duo caſus. Pri-
49 mus eſt, quando † lex dedit modum acquirendi domini-
um, & ipſum modũ tollit princeps ſine cauſa, ante quàm
quis dominium acquiſiuerit & hoc fieri poteſt: putà, ſi tol-
lit uenientibus ab inteſtato ius adeundi, quod eſt de iure
ciuili, l. obuenire. ff. de uerb. ſign. & non dicitur in bonis
noſtris, l. pretia rerum. ubi text. notabilis, circa medium. ff.
ad l. Fal. de quo facit ſeſtum Bald. in auth. ſi qua mulier.
in fi. C. de ſac. ſan. eccle. Vnde legitimando ſimpliciter ſpu-
rium etiam ſine cauſa, poteſt tale ius tollere: quia non eſt
quæſitum dominium, & in his, quæ ſunt inducta à iure ci-
uili, ſufficit ſola uoluntas, ſecundum omnes hic. ¶ Secun
dus eſt, quando iam eſt acquiſitum dominium auxilio le-
gis, quia tunc tale dominium non poteſt alicui auferri ſinè
cauſa, uõ, quia modus acquirendi non ſit a iure ciuili, ſed
quia ipſũ dominiũ iam acquiſitum eſt de iure naturali &
gẽtiũ, l. ex hoc iure. & ibi Bar. ff. de iuſt. & iur. Et iſta eſt cõ-
ſideratio Bal. in l. ij. uerſi. ſed cõtra prædicta. C. de iur. & fac.
igno. & in c. domino guerram. in tit. hic finitur lex Conra.
& in l. fi. C. de iure au. anul. & l. Deo nobis. ad fi. C. de epiſc.
& cler. & in l. reſcripta. §. fi. C. de preci. impe. offe. & in l. nam
ita diuus. ff. de adopt. & Pau. de. Caſt. in l. Gallus. §. & quid
tãtũ. ff. de liberis & poſthu. & in ſuo elegãti cõſ. 225. inci.
Super primo dubio. ubi uide, & latiſſimè per d. Flo. de S. Pe
tro

tro in diſputatione ſua, quæ incipit, Baro quidam de no-
bili ſtirpe. uerſi. dicendo igitur ad quartum. & facit, quod
no. Bal. in l. j. ff. ſolut. matr. & in l. cauſas. in fi. C. de tran-
ſact. ¶ Et iſta conſideratio poteſt tripliciter confirmari. Pri
50 mò, quia † in multis caſibus faciliùs permittitur, quod
ius quærendum non quæratur, quam quòd ius quæſitum
alicui auferatur: ſicut dicitur, quòd prælatus præiudicat ec
cleſiæ in quærendis, non in quæſitis, ſecundum Inn. c. fra
ternitatis de donat. & gl. in §. fi. 16. q. 6. & omnes * in cap.
utrùm. de condi. appo. & do. Abb. in cap. contingit. j. ij. de
ſentent. excom. cum concor. & eſt uulgatum conſilium Fe-
der. ix. quòd prælatus poteſt repudiare legatum quærendũ
eccleſiæ. Ex quo conſilio infert dom. Abb. conſil. 31. inci.
In ciuitate Meſſana. in princ. quòd epiſcopus poteſt remit-
tere quartam, & ſucceſſor non poteſt reuocare: ſecus, ſi
iam data eſſet. Similiter conſuluit Paul. de Caſt. conſil. 11.
quòd ſtatutum prohibens mulierem, uel alium alienare,
non extenditur ad repudiationem donationis non accepta
tæ: quia eſt perdere iur nondum quæſitum. arg. cap. ſi tibi.
de præben. in 6. Et ſimilia collige ea dictis do. Abb. in cap.
omnipotens in 2. no. de accuſ. & conſi. 45. & Inno. in cap.
quod in dubijs. de renun. & Imo. in l. ij. ff. de condi. inſti.
& do. Abb in c. ueniens. j. de reſcri. cum multis alijs. ¶ Se-
cũdò confirmatur iſta cõſideratio ea uerbis Bal. in l. qui ſe
51 patris. in 11. q. uerſi. Et ſcias. C. unde lib. ubi dicit quod †
ſpeciale eſt in principe, ut poſſit reuocare ſuum priuilegiũ,
ea quo eſt alteri ius quæſitum, etiam ſine cauſa, per l. qui
fundos. C. de omni agro deſer. Sed ſi non eſt priuilegium
ſed conuentio, tunc non poteſt reuocare, niſi ſecundum ip
ſius rei naturã, per l. fundi. C. de fun. patri. Et ſubdit, quod
ſi princeps recipit pretium, ſignificat uenditionem, etiamſi
uteretur uerbo Indulgemus, uel ſimili uerbo, ita quòd eſſet
irreuocabilis contractus, & non priuilegium, ut ibi per eũ
ſententem, quòd quæſita mediante principe non reuocan-
tur ab eo, quando ſumpſerunt robur à iure naturali. ¶ Ter
tiò confirmatur per tex. in c. j. de prob. cum concor. quas
aliàs ibi dedi in j. no. & poſſent applicari hic ubi licet prin
ceps contrahens cum priuato ſit cauſa, quòd ille acquirat,
etiamſi contrahat modo inducto à iure ciuili, tamen illum
contractum nequit princeps reuocare, quia dominium ex
contractu acquiſitum eſt de iure naturali: ea quo tolluntur
quædam ſ. alleg. maximè doctrina Ang. in d. l. Anthiochẽ-
ſium. dum loquitur de præſcriptione: & maximè, quia præ
ſcriptio inuenta eſt cum cauſa: ergo ſine cauſa non tollitur
ius ex ea quæſitum: Similiter faciunt contra Ang in d. l. Lu
cius. ff. de euic. dum dicit, quod princeps poteſt donationẽ
reuocare ſine cauſa. ¶ Sexta declaratio eſt, quod ubi prin-
ceps habet rem communem cum alio etiam diuiſibilem, ſi-
cut poteſt partem ſuam pro libito uendere, ita etiam ſi-
mul cum illa partem ſocij etiam ſine cauſa ſoluto ei pre-
tio, ut eſt tex. in l. ij. C. de commu. re aliena. qui ponit ſpe
ciale in principe, ſecundum do. Abb. in c. pen. de re iudi.
quem allegaui in prin. huius membri. Et illum tex. alleg. e-
tiam Bart. in l. fi. ſi contra ius. uel util. publ. & eſt tex. ſimi
lis in l. j. C. de uen. re. fiſc. lib. 10. dicens, hoc procedere,
etiamſi ad fiſcum minima portio pertineret, ut totum uen-
dat reſiduo pretij reſtituto ſocio. Eſt tamen æquum, quòd
princeps uenditurus rem communem priùs requirat con-
ſortem, ne alterum ei præferat, ſi tantum uult dare. quantũ
alius, ſecundũ Bal. in d. l. ij. arg. l. neceſſe. ff. de in diem adic.
& in l. j. de priuil. cre. Quod no. ad limitationem l. dudum.
C. de contrahen. empt. ¶ Septima & ultima declaratio eſt.
quòd ſi princeps poſſidet rem alienã, credens eam eſſe ſuã,
& eam donet ut ſuam, cõfirmatur donatio ſpatio quatuor
annorum in præiudicium ueri domini, ſecundum Bat. in
d. l. fi. C. ſi contra ius, uel util. pub. per tex. in l. bene à Zeno
ne. C. de quadri. præſcr. Quam declara, ut dictum fuit in
principio huius membri. ¶ Demum in hoc ſecundo mem
52 bro annecti poſſunt tria notanda. Et primò quòd † ſicut
per reſcriptum principis non poteſt auferri dominium dire
ctum abſq; cauſa, ut ſupra dictum eſt, ita nec utile, ſecun
dum Bart. in l. ij. per illum tex. C. de fun. patri. lib. 11. & ſe-
quitur ſignãter Paul. de Caſt. cõſi. 161. incip. Viſo & exami-
nato in fi. inferens, quod Papa non poteſt uaſallo auferre
feudum ſine cauſa, cùm in eo uaſallus habeat utile domi-
nium. Et pro hoc tex. & ibi Bald. in c. 1. de noua for. fide.

Et non intelligas ſolùm de utili domino acquiſito à prin-
cipe, quia tunc clarum eſt ratione contractus, quo ipſe li-
gatur, ut in dictis iuribus: ſed procedit etiam in utili domi
nio aliter acquiſito. Nec obſt. quod id ſit inductum à iure
ciuili, & per conſequens ſolo conſenſu tolli poſſit. ut dictũ
eſt ſ. quia reſpondetur ex uerbis Bar. in extraua. quoniã nu
per in uer. rebellando. in. 4. col. uer. item quæro, ubi dicit, ꝙ
effectus utilis dominij eſt etiam de iure gentium, licet eius
natura orta ſit à iure ciuili. Alleg. tex. in §. fi. Inſt. de uſu &
habi. ubi dicitur, uſum & ſimilia, quæ ſunt de effectu domi
nij, eſſe de iure gentium. ¶ Secundò no. in hac materia, ꝙ
53 ſi † princeps, uel populus habens iura principis, componat
cum inimicis, paciſcendo, quod de damnis hincinde datis
non fiat per ſubditos querela, talis tranſactio non nocet
ſubditis, ſecundũ Hoſt. in c. quãto. j. de iureiu. & ſequitur
do. Ant. ibi, & not. Domin. propter gloſſ. fi. quæ hoc probat
in 2. authoritate. §. fin. de priuil. in 6. Et plenè per oẽs * poſt
Inno. in c. in noſtra. j. de iniur. Et hinc eſt, ꝙ emptores re-
rum depredatarũ in bello non ſunt tuti in cõſcientia, licet
per dictam trãſactionem prohibeantur moleſtari, ſecundũ
Hoſt. in ſum. de pœ. & re. §. quibus & qualiter. in pen. col.
uer. ſed pone, guerra. Et ita reſpõdit Pet. de Anc. finita guer
ra inter Ianuẽſes & Venetos: & alia uice finita guerra inter
Florẽtinos & Senẽſes, ut ipſe refert in rep. regulæ, peccatũ.
in 39. uer ſed moueo nuã quæſtionẽ, de reg iu. in 6. Eſſet. n.
abſurdũ, quòd dominus per ſuã renunciationẽ auferret ius
ſubditi, ſecundũ Inn. in c. dilectis. in gl. j. quaſi in fin. j. de
up. Et ſequuntur Dom. de Ro. in nouis, deciſ. 371. incip.
Itẽ ſi præſupponimus. Bene facit dictũ Hoſt. in c. dilecti. de
ma. & obe. dum dixit, ꝙ princeps non põt terrã ſuã alteri
ſubijcere inuitis hominib. illius terræ. Et ſequitur Bal. in c.
generali. ſi de feu. fue. contro. & in l. quicunq; C. de ſer. fu.
cum concor. quas aliàs dedi in c. 1. in ult. not. de probat. Si
tamen pax aliter haberi non poſſet, niſi per remiſſionẽ taliũ
damnorũ, ualet, & operatur etiam in foro conſcientiæ, ſecũ
dũ Hoſt. in d. uer. ſed pone. & Pet. de Anc. in loco præalle.
& faciũt notata in hac cõcluſione, & quod no. Bal. & Ang.
in l. bene à Zenone. C. de quadri. præſcri. ubi dicunt, quod
ciuitas pro pace habẽda põt res priuatorum donare. ¶ Ter
54 tiò no. ꝙ illud, quod dicitur nõ poſſe fieri ſtatutum contra
ius naturale ſine cauſa, eſt uerũ, quãdo ſtatuentes priuant
quæſitis iure naturali alium, qui non eſt de ſtatuentibus:
ſed ſi ipſe eſſe de ſtatuentibus uere, uel interpretatiuè, ſta-
tutum ualeret: & is, in quem transferunt talis res uigore
ſtatuti, poteſt etiam licita conſcientia retinere. Ita proba-
tur ex dicto Ioan. And. in c. fi. de immu. eccl. in vj. dum di-
cit, quòd ſi ciues ſtatuunt, quòd ſi non ſeruetur certa forma
in alienatione rei per cõtrahentem, contractus non ualeret
& res applicetur fiſco, tale ſtatutum ualet etiam ſine cauſa:
quia ipſum fecerunt omnes ciues uerè, uel interpretatiuè,
& poſſunt ſibi etiam ſine cauſa præiudicare. Et hoc dictum
ſequitur Dom. ibi ſimpliciter. Sed ad hoc propoſitum alle-
gat ipſum pro notabili, in §. his ita. prope fi. vj. diſt. Tamẽ
non uidetur multum importare per ea, quæ dixi in c. cùm
omnes. in prin. in ij. concluſ. ſ. eo. uidelicet quòd per uiã
ſtatuti generalis fieri põt ſtatutũ præiudicans tertio et ſine
cauſa. Sed prædicta loquũtur de ſpãli derogatione ſacta iu
ri alterius per reſcriptũ, & facit, quod no. Bal. in l. fi. C. quo.
ap. nõ rec. dum dicit, ꝙ ualet ſtatutũ, quòd in cauſis ipſius
ciuitatis procedatur de plano & appellatione remota, de
quo per Bal. in l. prolatã. uer. quæro, ſi ſtatutũ. C. de ſen. Et
hæc ſunt, quo ad tertiã concluſionẽ, quæ nullibi reperies tã
clarè deducta. ¶ Quarta cõcluſio eſt, quòd princeps põt ſta-
tuere & reſcribere circa ius poſitiuũ, quia eſt. ſ. ipſum, c. pro
poſuit. j. de cõce. præb. ſecundũ oẽs * hic. Quã concluſionẽ
amplia, & poſtea declara diuerſis modis, ut ſcripſi in c. 1. in
4. fal. ſ. e. ¶ Vnũ tñ nõ eſt omittendũ, quod poſuit hic Inn.
55 limitãdo hanc concluſionẽ, uidelicet, quòd † licet impera
tor poſſit tollere alicui actionẽ, quæ eſt de iure ciuili, per l.
ij. ff. de origi iur. & eſt cõis * opi. licet quidã contrarium te-
neãt, ut not. in l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iure. nõ tñ põt fa
cere, quin iuſtitia mihi reddatur. Vnde
a redditur ad primæuũ ius, * in quo non
erãt iuriſdictiones, ſed manu regia admi
niſtrabatur iuſtitia, d. l. ij. Et ſic hẽs caſũ
quo ſine actione formali quis põt agere

a *Primæuũ ius*] *Ad quod adde do. Socin. qui idẽ te- net in ſuo conſil.*

264. incip. Viſa bulla Bonifacij. uer. Omiſſo, quod in 2. parte, ubi dicit, quod princeps licet poſſit alicui auferre iura & defenſiones iuris poſitiui, tamen adhuc poteſt iuſtitiam conſequi manu regia, ſicut licitum erat iure primæuo. Et quod imperator poſſit tollere actionem & exceptionem, & ea quæ ſunt de iure ciuili, uide do. Alex. de Imol. poſt gl. l. ſi is, pro quo. ff. quod quiſq; iur. & in rub. ff. ſi cer. pet. ubi dicit uerum cũ clauſula, Ex certa ſcientia, Non obſt. item adde etiam, quod poteſt tollere dominiũ ex ſententia quæſitum quod eſt de iure ciuili, ut per eũ in j. conſt. ff. §. omnem.

ex ſola obligatione iuriſgentium. Et ita ſimpliciter ſequitur hic d. Ab. Sed magis hoc ponderat d. Ant. inferens, quòd licet de iure ciuili nõ agatur ex naturali ſola obligatione & nuda conuentione de rigore, tamen per uiã iuſtitiæ talis ſola naturalis habebit executionẽ officio iudicis lato, ſecundum quod olim ex puro iure gentiũ miniſtrabatur iuſtitia: quod dicit eſſe bene notandum. Et q agatur officio ſuperioris, alle. Io. And. in c. nouit. j. de iudic. Et ſimile de ſeruo, qui quandoque agit, tamen non põt habere actionem: quia incognitus a iure ciuili. l. iij. ff. de his, qui ſunt ſui, uel alie. iur. Sic & imperator, qui non põt obligari de iure ciuili, cõpellitur ad executionẽ eius, quod promiſit, ut in c. 1. de proba. ſecundũ ipſum, quẽ ad literã ſequitur hic Domi. Et de iſtis dictis facit etiã mentionẽ d. Ant. in c. ex parte. 2. de offi. deleg. & in c. fin. j. de præſcr. & Pau. de Ca. in rub. ff. ſi cert. pet. & Imo. in cle. ſæpe. de uerb. ſig. uer. ſ. caſu. & faciunt uerba Bar. in l. Iulianus uerum debitorẽ. uer. dices tu, ego uideo. ff. de cond. ind. ¶ Sed hæc declara duobus modis. Primò, ut procedat, quando actio innititur naturali æquitati: quia non põt per reſcriptum tolli: quia in impetrante & concedente inducit peccatum, & ſic eſt contra ius diuinum. Sed ubi actio nõ innititur æquitati, ſed ſolũ rigori, ut in chirographo poſt biennium, & in re iudicata contra ueritatẽ, bene põt reſcribi cũ clauſula, Non obſtante. Ita declarat Bal. in l. reſcripta. in fin. C. de preci. impe. of. pro quo facit, quod no. Cy. & Bal. in l. digna uox. C. de legi. ubi dicunt, quòd ſi pactum factũ a principe fundatur naturali æquitate, eſt ſeruandum, quaſi ſentiat, quòd ubi non ſubeſt naturalis æquitas ſuadens pacta ſeruari, princeps in foro ſeculari non poſſet conueniri. Ad idem, quod concludit d. Abb. in rub. de appellatio. ubi dicit, quòd ſicut princeps ſtatuit, quòd poſt duas ſententias non liceat tertio prouocare: & ſicut a ſententia principis non poteſt appellari, nec tenetur admittere ſupplicationẽ, ſi non uult. 9. q. 3. §. cuncta per mundum. ita etiã, ſi cõmittit cauſam ap. rec. poteſt ex cauſa ſtatuere, ut non liceat appellare, ſicut diſpoſuit in præfecto prætorio, & in ſenatu. l. j. a qui. ap. non licet. l. unica. C. de ſeo. præſc. præto. Videtur enim cõfidere in delegatum ſuum, adeò ut arbitretur eum ita rectè iudicaturũ, ſicut ipſe, attento etiã quòd exceptio rei iud. fuit inducta ad iuris rigorem ſeruandum, ſecundũ gl. in c. paſtoralis. de re iud. & in c. uenientes. de iureiu. & fortè dicetur poſt d. Ab. in c. 1. in 2. no. j. u. prox. ¶ Secundò declara limitando, ut dictum d. Ant. non procedat in foro
56 ciuili: quia † in eo non fieret executio ipſius pacti nudi, ex quo ius ciuile diſponit, quòd non habeat effectũ executionis, & ſic magiſtratus non tenetur ipſam obligationẽ exequi, quo ad effectum actionis, licet ipſum pactũ ſit ſufficiens, quo ad extraneum, ſecundum no. in l. iuriſgentium §. j. de pac. ſecundum Inn. hic: pro quo adducitur, quia dato quòd de iure gentium non eſſent introductæ actiones, tamen bene erant introducta ueſtimenta pactorum. ſ. contractus innominati, iuxta. l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iur. & etiam contractus innominati cum ueſtimento rei interuentu. d. l. iuriſgentium. iuncto uer. ſed ſi alio. & eo iure gentiũ etiã erant introductæ cõuentiones iuris. d. l. iuriſgentium. in prin. Et ſic apparet, quòd differentia erat inter cõuentiones ueſtitas & nudas. Nec reperitur, quòd de iuregentium ipſa conuentio nuda haberet executionem, quã habebant conuentiones ueſtitæ. ¶ Bene fatetur hic Imo. quòd tribus caſibus habere poteſt naturalis obligatio: & per conſequẽs,
57 nuda conuentio, executionẽ. Primò, quando † adiretur imperator pro executione ipſius obligationis naturalis: quia peccaret, ſi non faceret illam exequi, per id quod dicit Inn. & Comp. hic: pro quib. facit, quod not. do. Card. poſt Zen. in cle. paſtoralis, in princ. in 3. no. de re iud. ubi dicit, quòd princeps compellitur facere iuſtitiã compulſione non præciſe, ſed cauſatiua. ſ. debiti officij & affectionis. Alleg. proœ. Clem. & l. j. ff. de ſepa. bo. ¶ Secundus caſus eſt per uiam denunciationis Euangelicæ, per quã non eſt dubium, quòd
58 poteſt † peti executio obligationis naturalis deſcendentis ex pacto nudo in foro eccleſiaſtico, per no. per Inno. in d. c. nouit. & Bar. in extraua. ad reprimendam, in uerſic. per denunciationem. ſecundum ipſum. Pro quo uide Bald. in authen. ad hoc. uerſic. ſed ponamus, ſtatuto cauetur. C. de uſur. ubi dixit, quòd etſi loquatur ſtatutũ per quæcunque uerba, ſiue diſponendo, ſiue fingendo, non poteſt ipſe necam iuſtitiam abolere, in qua fundatur euangelica denunciatio. Alleg. Inno. hic, & in cap. plerique. in gloſſ. magna, uer. item quia tutius. & in uerſic. ſed de hoc fortè. j. de immu. eccl. & Bart. in d. extraua. & idẽ uoluit Ang. in l. ſi cer
59 tis annis. C. de pac. ¶ Tertius caſus eſt, ubi † ſumus in terris eccleſiæ: quia etiam in foro ſeculari pactum nudum parit actionem, uel ſaltem officium iudicis, per c. j. infrà de pact. ſecundum Imol. hic notanter. Pro quo uide Bal. in d. authen. ad hæc. uer. ſed dubitatur primò. ubi dixit, quòd d. cap. de pact. intelligitur de clericis, uel de laicis ſubiectis eccleſiæ, quo ad temporalem iuriſdictionẽ. Ibi autem nullum eſt remedium, niſi per uiam denunciationis Euangelicæ, ut per eum. ¶ Sed utrùm hoc ſit uerum indiſtinctè, q ex nudo pacto oriatur actio de iure Canonico, uide Sal. in l. legem. in 7. q. C. de pac. & Mod. in §. in perſonam. Inſt. de act. ubi conantur oſtendere, quod non: reſpondendo ſubtiliter ad cap. j. de pact. & ibi aliquando dicetur. ¶ Extra iſtos tres caſus tenet hic Imo. quòd ſublata actione non poteſt implorari officium iudicis, circa quod fuerunt opin. ut patet ex no. per Bal. & Ang. in l. planè. & in l. fin. ff. de pet. hære. & do. Ant. in c. item cùm quis. de reſti. ſpo. & Pet. de Anch. in cle. j. de ſequeſt. poſ. & fruct. & Bald. in l. j. C. de cond. inde. Salic. latè in l. ita nobis pudor. C. de adult. & Bart. in l. j. §. & parui. ff. quod ui, aut clàm. & Bald. in l. iij. §. nouiſſimè. ff. nau. cau. ſtab. & Bald. Inſti. de act. in prin. eum concor. Et communiter diſtinguitur, quod aut actor locupletaretur cum iactura conuenti, ſi non poſſet implorare officiũ iudicis, & poteſt: aut nõ locupletaretur, ut in exceptione præſcriptionis, uel pacti de non petendo ex cauſa lucratiua facti & nõ poſſit: ut latiùs in dictis locis, & per Imol. in l. ſi. ff. a quib. app. non li. Ex quo uidetur fortè, quòd poſſet concordari opi. do. Ant. & Imo. hic & aliter nõ inſto, quia iſtud nunc nõ occurrit. ¶ Quinta cõcluſio
60 eſt, quòd † in dubio præſumitur, quòd princeps moueatur ex cauſa rationabili, dato quòd non appareat, ſecundũ Cyn. in l. fi. C. ſi contra ius, uel u. pub. & in l. reſcripta. in 3. & 4. q. C. de preci. impe. of. Vnde dicit ibi Cy. quòd ſi princeps ſine alia cauſæ cognitione mandat alicui, ut aliquem in furca ſuſpendat, poteſt ille ſine peccato exequi: quia pro principe præſumitur, q iuſtè procedat. Et hanc cõcluſionem tenet etiam do. Abb. in c. quanto. uer. ſi tamen Papa. infrà de iureiur. & in c. in cauſis. in 8. no. de re iud. & in capitul. cùm ueniſſent. de iudic. & conſil. 84. incip. Illud in ſumma. ad fi. & in cap. cùm inter. de except. & in c. niſi de of. leg. & dom. Ant. in cap. quia plerique. de immu. eccl. & in c. conſtitutus. de reli. do. & Domi. in c. grandi. de ſup. neg. præla. in 6. & in c. j. 10. diſt. & gl. fin. reputata ſing. & ibi Bart. in l. relegati. ff. de pœnis. Facit cap. cùm à nobis. in fin. de teſti. Bonus tex. cum gl. in clem. unica, de proba. Et pro hoc adducitur: quia ſi in iudice præſumitur cauſa & iuſtitia, c. in præſentia. de renun. c. ſicut. de re iudi. fortiùs in principe, qui eſt ſuper omnes. Et adeò procedit illa concluſio, ut non admittatur probatio in contrarium, ſecundum Cy. in loco præalle. quem multùm ſequuntur hic domi. Anto. & domi. Abb. & Domini. in d. capitul. j. Et procedit etiam in his, quæ ſtatuit circa ius diuinum, ſecundum dom. Anto. & Imo. in cap. a. de renun. dicentes, quòd non poteſt opponi diſpenſatio à Papa ſuper iuramento, uel uoto, quod diſpenſatio fuerit ſine cauſa: quia præſumitur in foro contẽtioſo, ſecundum eos. ¶ Recipit tamen
61 iſta cõcluſio ſex limitationes. Et prima eſt, dum † modò in principe poſſit præſumi aliqua cã: quia tũc præſumitur illam pectori ſuo inſculptam cauſam dediſſe reſcripto. Secus, ubi nullo modo poteſt imaginari, quòd ex aliqua iuſta cauſa

cauſa iſtud feceric: quia tunc actus non tenet eo caſu, quo
requiritur cauſa, Ita ſentire uidētur prædicti. ſed expreſsè
Imo. poſt do. Ant. in c. nam concupiſcientiam. ner. extra
gl. ſupra eod. & eſt limitatio neceſſaria: quia alias ſequere-
tur, quod ſemper actus teneret: quia ſemper præſumeretur
cauſa, & ceſſarent multa ex prædictis: quod eſt inconueni-
ens. ¶ Et hinc eſt, quod in hac materia conſiderantur tres
caſus. Primus quando de cauſa apparet. Secundus, quādo
eſt dubium, quæ cauſa fuerit, & tamen aliqua potuit eſſe.
Tertius eſt, quando conſtat nullam potuiſſe ſubeſſe: & de
hoc loquitur iſta limitatio, quam not. quia ceſſante iſta cō-
ſideratione, eſſet fruſtratorium inſiſtere in his, quæ poteſt
princeps cum cauſa, & quæ ſine cauſa: quia nunquam eſſet
dare, quod diſponeret ſine cauſa, attento quòd ſemper præ
ſumeretur cauſa: quod eſſet ridiculum. An autem ſit uerū
indiſtinctè, quòd ubi una cauſa ſubeſſe poteſt, illa præſu-
matur, dicetur in fine huius concluſionis. ¶ Limita ſecū-
61 dò, ut † non procedat, quando princeps eſt obligatus in
his, quæ ſunt de iure naturali: putà, ex ſuo contractu, a-
liàs poſſet de facili euacuare omnem contractum eum eo
firmatum, quod eſt contra l. Cæſar. ff. de publ. & in cap. j.
de proba. ſecundum Abb. hic dicentem, ex hoc ſe ſolitum
dicere, principem non poſſe ſuo uaſſallo ſine cauſæ cogni-
tione tollere feudum, quia in feudo eſt quidam contractus,
in quo ultro citroque naſcitur obligatio, c. de forma. 22. q.
5. & in l. liber hom. ff. de uerb. obl. Et de natura feudi eſt,
ut non auferatur, niſi cum cauſæ cogni-
tione [a], cap. unico, de feu. ſine cul. non
amit. ſecundum eum. Ad quod uide eū-
dem in cle. j. in fi. de prob. ubi dicit ſe pu-
tare, quod ſi Papa per ſua uerba narrati-
ua uellet quem ſuo iure priuare, non po-
teſt, niſi probata culpa, per d. c. unicum.
Et ideo dicit Bar. in cap. j. de na. feu. q
Federicus I. qui fecit cōe Papiæ cōpro-
mittere in certis caſtris, non poteſt reuocare ſine culpa cō-
munis, & dicit Lud. Ro. conſi. 353. quod incip. Spiritusſā-
ctus, &c. Vbi quæritur primò. ad fi. quòd ſi reſolutio con-
tractus initi cum principe eſſet in ipſius poteſtate, non in-
ueniretur, qui contraheret cum principe, & ſic careret om-
ni commercio, quod eſſet ualde graue, l. hi, qui. C. de apo-
ſta. & ſic ſenſit, quod ſola uoluntas iſto caſu non habeatur
pro cauſa in principe. ¶ Limita tertiò, ut præſumatur
pro principe reſpectu ſubditorum tantum, non autem
reſpectu aliorum, ſecundum dom. Abb. hic, per id, quod
63 no. Inno. in c. inquiſitioni. de ſent. exc. ubi dicit, q ſi † Pa-
pa mandat laico ſibi non ſubiecto temporaliter, quòd ali-
cui det rem ſuam, non tenetur ei obedire, ſi non appa-
ret legitima cauſa obediendi, cùm non ſit ei ſubiectus
temporaliter. Ad idem cle. paſtoralis. de re iud. ubi pro-
batur, quod rex non ſuberat imperatori, ſecundum eum.
Pro quo uide Paul. de Caſt. in duobus conſi. relatis in con-
cluſione præcedenti in tertia declaratione primi mem-
bri: & quod per iſtud dictum Inno. infert etiam do. Abb.
in c. cùm a nobis. de teſti. & in cap. inter quatuor. de ma. &
obe. cum concor. alleg. in præcedenti concluſ. in prima de-
claratione ſecundi membri. Et uide do. Ab. in c. ad audien
64 tiam. infra, de reſcript. ¶ Limita quartò, niſi † ex mandato
principis timeretur ſcandalum futurum, ſeu turbatio Chri
ſtianitatis, uel magnum peccatum. quia non eſt principi
obediendum: nec præſumitur legitima cauſa, ſecundum
do. Abb. hic allegantem Inno. in d. c. inquiſitioni. ubi in
hoc poſuit notabile dictum, de quo fit mentio poſt dom.
Ab. hic allegantem Inn. in d. c. inquiſitioni. ubi in hoc po-
ſuit notabile dictum, de quo fit mentio poſt do. Abb. in c.
ſi quando. infrà, de reſcrip. Et pro hac limitatione uide do.
Abb. in diſpu. incip. Epiſcopus & quidam rector. uer. ue-
nio ad tertium membrum. ubi dicit, quòd in diſpoſitione
Papæ, per quam alteratur ſtatus uniuerſalis eccleſiæ, requi-
ritur euidens cauſa, & in tali caſu non præſumitur. Alleg.
no. dictum Inno. qui hoc tenet in c. 5. infra, de conſue. &
uide ibi do. Abb. notantem illud dictum ad propoſitum hu
ius limitationis. Et quando in talibus poſſit Papa diſpone
re, erit dicendum ibi. Et hanc limitationē ponit Lud. Ro.
conſi. 483. incip. Saluatoris, &c. dubitatur primò, utrum
electio. allegando Innoc. in d. c. quanto. Et aliud notabile

a Cognitione] Ad a de Bal. in l. qui ſe patris. C. unde libe. & gl. & Bal. in c. j. §. notandum. qui feu. da. poſ.

dictum eiuſdem in c. pen. de dila. cùm dixit, quòd ubi ali-
cui ex aliqua cauſa licitum eſt a regula iuris recedere, non
ſufficit cauſam ſubeſſe, niſi illa per illum, cui hoc de iure
competit, exprimatur. Quod dictum ad concludendum
idem in Papa, quando diſponit ſuper uniuerſali ſtatu ec-
cleſiæ, alleg. Old. conſi. 287. ſecundum eum. Sed in meis
non dicit hoc, & facere poteſt conſilium 62. quod incip.
65 Circa hoc ueniunt tria. ¶ Limita quintò, dum † modò prin
ceps diſponat motu proprio: ſecus, ſi ad inſtantiam partis:
quia tunc præſumitur potiùs ad importunitatem, quàm
ex iuſta cauſa reſcribere, ſecundum Lud. Ro. conſil. 436.
incip. Omnipotentis, &c. quòd indultum Petri. per l. j. C.
de pe. bo. ſubla. lib. 10. Et hinc eſt, quòd in talibus patitur
princeps, ut inferior non obediat, ſed reſcribat principi,
uel expectet ſecundam iuſſionem, c. ſi quando. infrà, de re-
ſcript. & c. cùm teneamur. infrà, de præben. & idem ponit
Lud. de Ro. in c. ſi uerò. §. de uiro. ff. ſol. ma. ¶ Limita ſex-
tò, ut latè & ſingulariter per do. Abb. in c. 1. de cauſ. poſſ.
& prop. & in c. cùm olim. infrà, de re iud. ubi dicitur, quòd
66 † non præſumitur pro iuſtitia ſententiæ, quam fert prin-
ceps parte non citata, per tex. in clemen. paſtoralis. uerſic.
nec prædicta ſupplicatio. de re iudi. & etiam contra ſubdi-
tum non poteſt princeps ſupplere defectum citationis, uel
defenſionis, per tex. iuncta glo. in l. fin. C. de legi. ubi non
ualet ſententia principis ſine citatione in cauſa ciuili. Et
iden iſtis non interuenientibus non præſumitur ſcientia
principis, ſecundum eum dicentem ita limitari debere di-
cta Cyn. in l. reſcripta. Et ad idem uide dom. Abb. in c. in
cauſis. in 2. no. de re iud. Bene facit, quod not. Bal. in di-
cta. l. fin. dicens, quòd etiam coram principe non eſt omit-
tenda cauſæ cognitio per uentilationem & examinationē,
quæ eſt de iure gentium: & infert, quòd princeps non po-
teſt ferre ſententiam parte non citata. Similiter dixit Bald.
in l. j. uerſic. ſed hic quæritur. C. quomodo & quando iu.
quòd non ualet ſtatutum, quòd ſententia poſſit ferri par-
a te non citata, [a] per d. clem. paſtoralis.
nec mirum: quia, ſecundū Bart. in extra-
uag. ad repri. in uer. ſine figura. & Imol.
in cle. ſæpe. in 42. col. uer. habens expe-
dita. citatio uidetur eſſe inducta de iure
diuino, quando Deus citando primum
hominem dixit, Adam ubi es? ¶ Sed
hic eſt bene aduertendum, quia ſi uera
eſt cōcluſio omnium Doctorum hic, &
in locis, de quibus ſupra, quòd princeps ex cauſa poſſit
alicui auferre rem ſuam, & quòd ex cauſa poſſit diſponere
in his, quæ ſunt iuris diuini & naturalis, & quòd in du-
bio cauſa præſumatur, præter quam in caſibus prædictis,
uideretur a fortiori, quòd ſi ex certa ſcientia procederet,
uel daret facultatem procedendi contra non citatum, &
non defenſum, dato q hoc non debeat facere ſine cauſa,
tamen ſi facit, præſumatur facere ex aliqua iuſta cauſa. Et
quòd ad hoc poſſit ſubeſſe cauſa, patet exemplum in di-
cto cap. cùm olim. in uerſi. & licet abſenti. & in uerſi. li-
quidò. & ita expreſsè tenet Bald. in l. nec cauſas. uerſi. fuit
quæſtio antiquitus diſputata. C. de appel. dicens, quòd
ualet ſententia imperatoris parte non citata, per illum
text. ubi ualet eius ſententia cauſa non cognita. Allegat
etiam gloſ. in l. is, qui reip. cauſa abeſt. ff. ex qui. cau. ma.
quæ dixit, quòd fruſtra eſt cauſa, ualet factum principis
etiam ſine citatione. Non obſt. d. clemen. paſtoralis. quia
imperator proceſſit contra non ſubditum principali-
ter, ſed Romanæ eccleſiæ, ſecundum eum. Quam re-
ſponſionem improbat dominus Abb. licet de Bald. ni-
hil dicat, in dicto cap. 1. quia tex. in d. clemen. paſtoralis.
uer. nec prædicta. expreſsè dicit, quòd etiam contra ſub-
ditum non poteſt princeps ſupplere defectum citationis.
Sed poteſt aliter reſponderi, quòd ideo non ualuit ibi pro-
ceſſus, quia non apparuit, quod ibi uellet imperator
ualidare illam ſententiam latam contra non citatum, &
in dubio non præſumitur uti plenitudine poteſtatis, ſe-
cundum Innoc. in c. innotuit. infrà, de elect. & Bald. in l.
honorum. C. qui admit. cum concord. Et non ſufficiebat
clauſula, Supplentes. ibi poſita: quia illa non tollit defe-
ctus naturales, ſecundum Hoſt. in c. j. de tranſact. & Arch.
in c. Cenomanenſem. lvj. diſt. & Spe. in titulo de leg. §. nūc

a Non citata] Adde dom. Socin. conſil. clxiiij. incip. Viſa bulla Bonifacij. verſ. contrariam tamen opin. in ij. parte.

oſtendendum. verſ. xviij. eum ſi. Et aliàs eſt defectus citationis, cum ſit de iure naturali[b], ut contra indefenſum non procedatur, d. clem. paſtoralis. Et pro iſtis etiam uide, Baldum in l. j. in princ. C. quomodo & quando index. ubi dicit, quòd in proceſſu principis non requiritur citatio, dum modò cauſa ſubſit, ut eſt gloſſ. in dicta lege is, qui rei. & eſt antepen. ſecundum eum. Et in dubio præſumitur cauſa ut eſt dictum. Et uide Imola poſt Innocen. & Hoſtien. in c. in noſtra. uer. quanta ſuit ſo. de procura. ubi dicit, quòd & Papa de plenitudine poteſtatis poteſt procedere partibus abſentibus. Facit, quod not. Bald. in l. fin. in uer. extrà op. quòd non ualet. C. de fruct. & lit. expen. & quod no. do. Ab. in dicto c. cùm olim uerſi. an autem ubi refert ſe conſuluiſſe, quòd ſi princeps concedit alteri gratiam præiudicialem nullo uocato, præſumitur facere ex cauſa. Idem in materia legitimationis firmant Bart. & alij in l. gallus. §. & quid ſi tantum ff. de li. & poſth. per l. ij. in fin. ff. de uata. reſ. & Baldus in l. nam ita diuus ff. de adopt. & in l. ij. C. de ſer. & aqua. cum concor. ¶ Ex quibus redditur dubia iſta ſexta limitatio. Et uidetur concludendum, quòd præſumatur pro ſententia principis lata ſine citatione. Ex quo ſequitur corollarium, quòd hæc quinta concluſio, uolens in principe præſumi cauſam, procedit, etiamſi diſponat in his quæ ſunt de iure naturali, putà auferendo alicui rem ſuam, uel quid ſimile faciendo. ¶ In quo corollario ſæpe conſideraui, quod licet ſit fundatum authoritatibus Doct. tamen non probatur iure expreſſo: & ſi eſt uerum, ſequitur iſte effectus, quod quaſi ſemper omnis diſpoſitio principis contra ius diuinum, uel naturale erit ualida: quia rarò eueniet, quòd ad ſaluandum actum non poſſumus imaginari & diuinare aliquam iuſtam cauſam: qua imaginata illa ſemper præſumetur, & actus ualebit, ut dixi in prima limitatione: & tamen poſſibile erit, quod illa cauſa imaginata in ueritate non ſubſit. Et ideo conſiderando glo. in d. l. antepen. ff. ex qui. cau. ma. & Doc. in locis allegatis in præcedenti concluſ. & uerba do. Abb. in c. ſi. in ſi. uer. ego ſuſtentando. infrà eo. & in rub. infrà. de app. uer. finaliter. Tamen fortè attentari poſſet, quòd ubicunque dictum eſt ſ. dum modò cum cauſa ſiat, intelligamus ſcilicet apparenti, uel expreſſa, aliàs ualde inane eſſet hoc requirere, ſcilicet cauſam, ſi ſic eſt, quòd ſemper præſumeretur. Vnde meritò do. Abb. hic, & in locis ſupra alleg. limitauit hãc concluſionem non procedere, ubi princeps uult rumpere proprium contractum. Sed ſi bene aduertantur rationes, quæ eum mouent probant generaliter idem eſſe, ubicunque uult alicui tollere ius ſuum, & ad idem facilè ſeruirent rationes, in quibus fundantur quaſi omnes limitationes datæ huic concluſioni. Quæ autem dicta ſunt ſ. proxi. de actu parte non citata, & ſimilia, fatenda eſſent, dum modò ex cauſa, quæ appareret, ſicut in cap. cùm olim. de re iud. exprimitur cauſa omiſſæ citationis: ſcilicet, quia liquidò conſtabat de ſurreptione. Et propterea in intellectu huius materiæ eſt ualde cogitandum. Illud autem certum ſit, quod in foro cõſcientiæ, ubi pars ſcit cauſam non ſubeſſe, non tenetur principi parere, ſecundum Imol. hic poſt Inno. capitul. inquiſitionis. de ſent. excom. quia in foro poli non proceditur per præſumptiones, ut dixi in capitul. j. in prin. 6. fallentiæ, ſupra eo. & ita latè tractat Pet. de Anch. in rep. c. ſi propter. in 2. & 3. opp. de reſcri. in 6. ubi ſemper uide. ¶ Demum circa prædicta reſtaret uidere, quãdo princeps ſcribit modis prædictis, quibus clauſulis ſit opus. Sed quia plenius tangitur in c. non nulli. j. de reſcrip. quàm in hac decretali, quæ latia oneratur eſt: ideo erit ibi aliquando dicendum. ¶ In gl. 2. in ſi. Sentit gl. q. ſi quis ſine culpa incidit in egeſtatem, tunc ei eſt ſubueniendum: & loquuntur iura gl. reſpectu aleemoſynæ, uel alterius ſubuentionis: & facit c. quieſcamus. 42. diſtin. per quod ſentit hic Io. And. quòd etiam pauperi ex culpa ſua ſuccurrendum eſt, ne egeat. Quod intelligit Imol. ſi aliter uiuere non poteſt,[a] aliàs ſibi imputet. Pro quo facit. l. bona fides. ff. depoſ. & c. paſce. 86. diſt. & ca. ſtudeat. in fin. l. diſt. & l. uocare. ff. de lib. agnoſ. in fin. ¶ Subdunt hic dom. Card. & Imo. reſpectu huius decretalis, quòd ualuiſſet ſtatutum, ſaltem, quo ad feuda laicorum, ſi præuidiſſet ſolum de alienatione fienda a uaſallo, qui pauper effectus eſſet ſine culpa ſua: quia ex hac iuſta cauſa potuiſſet ſtatutum iuri tertij præiudicare, per prædicta: & maximè, cùm præiudicium nõ eſſet graue, attento quòd is, in quem alienabatur, recogniturus fuiſſet ſolùm utile ab alienante & directum a domino. ¶ Et in quantum ſentit Ioan. And.
67 & prædicti, quòd † beneficia data paupertati non competunt illi, qui ex culpa ſua peruenit ad paupertatem: adde tex. in l. pen. ff. de iure do. quem dicit hic Bald. eſſe ualde not. quòd beneficium, ne quis conueniatur ultra, quàm facere poſſit, non competit ei, qui propter maleficium deuenit ad inopiam. Et per illum text. dicit etiam Bald. in capit. ſedes ſupra eod. quòd paupertas, quæ captioſè obuenit, non prodeſt. Pro hoc l. fin. §. fi. ff. de his, quæ in frau. cred. ubi text. quòd beneficium cedendi bonis non cõpetit ei, qui diſſipauit bona in fraudem creditorum: & illum pro ſing. ponderat Ang. ibi, & in l. j.[b] C. qui bo. ce. poſ. & in l. is, qui bonis. de ceſ. bo. & Bald. in §. fi. Inſt. de act. & in l. j. in 5. q. C. ſi quid in frau. patro. Ad idem l. etiam. §. licet. & ibi omnes Doct. ff. ſolu. matr. ubi marito facto pauperi ex culpa ſua non competit in reſtitutione dotis beneficiũ, ne conueniatur plus, quàm poſſit. Similiter dixit Bart. in l. ſi cùm dotem. §. ſi poſt. ff. ſol. matr. & Bald. in authen. quod locum C. de colla. quòd pater non tenetur iterũ dotare filiã, quæ diſſipauit dotẽ.[c] Et idẽ dicunt de filio, qui culpa ſua perdidit bona data ſibi iure legitimæ. Et idẽ Bal. in l. ſcimus. & in l. omnimodo. §. imputari ff. de inoffic. teſta. Et pro his facit dictũ no. Bar. Ang. & Imo. in l. mulier. §. cùm proponeretur. ff. ad Treb. dum dicunt, quòd ſi filia diſſipauit fructus fideicommiſſi, computantur ſibi, quo ad dotẽ: ſecus, ſi non malitioſè conſumpſit, ut ibi per eos, & Pau. de Ca. in authen. res, quæ. C. commonia de le. Pau. de Ca. in conſi. 13. Quid autem de bonis datis filio pro alimentis, uide Bal. in auth. ſi captiui. C. de epiſc. & cler. & in authen. contra rogatos. C. ad Treb. & Paul. in d. conſi. & bon. tex. in l. imperator ff. ad Tre. Iſta faciunt, quòd iura loquentia de redemptione captiuorum, non habent locum in captiuis ex maleficio: quod firmat, Bald. in authen. c. contra rogatos. C. ad Treb. per d. l. bona fides. Ex quo infert, quòd illa auth. non habet locum in talibus. Tamen in hoc contrarium uoluit gl. ordinaria in c. ſacrorũ. 12. q. 2. quam ſequitur Io. de Ana. in c. ſignificauit. j. de Iudæis. allegando etiã Bald. in l. illud. in prin. C. ad l. Fal. & Bal. Imo. & Ro. in l. quamuis. ff. ſol. ma. Facit. l. ſi quis pro redemptione. in uer. piiſſimam. C. de dona. ¶ Nec iſtud repugnat prædictis: quia non agitur hic de auferendo iure alicuius, eo inuito, ut ſubueniatur ei, qui ex culpa ſua indiget ſubuentione ſecus, ſi ageretur de alterius præiudicio, ut probant prædicta, & faciunt not. per Ang. Imol. & Rom. in l. Marcellus. §. res, quæ. ff. ad Treb. ubi dicunt, quòd licet hæres poſſit alienare

b *De iure naturali*] *Adde Bald. in l. cùm fratrẽ, ad fin. C. de his, qui. ut indi. & ad Syllan. & do. Socin. idem tenentem in ſuo conſil. 12. incip. Quoniã in præſentiarum. uer. & per Bart. in extrauag. in j. parte. Et adde, quòd citatio eſt de iure diuino, nec per Papam, uel Imperatorem diſpenſatur, tam in ciuilibus, quã in criminalibus, niſi in cauſis beneficialibus: quia Papa ſine cauſa & pro libito uolũtatis poteſt priuare quẽ beneficio, ut per præfatum Socin. in cõſ. 164. incip. Viſa bulla Bonifacij. verſic. contrariam tamẽ opin. 2. parte. Et an, & quando, & per quem tolli poſſit? & an non requiratur, & quãdo, & quid in impetratione reſcripti, uide per eundem Socin. in ſuo conſ. 266. inci. In cauſa, quæ uertitur. uerſ. ſed tamen nõ obſtantibus, cum uerſ. ſeq. in d. parte.*

a *Non poteſt*] *Adde Lud. Ro. in ſing. uerſ. item. uerſ. quæro, differentia eſt 23. & text. in l. ſi locus. §. fin. ff. quemad. ſer. amit. & adde Spec. in tit. de inſtru. edit. §. 14. uer. ſed an paupe res. & ſeq. item q. pauis. & uer. ſed qualiter ſubuenietur. & tit. de ſtat. mo. uerſi. quartò quæritur. & adde Abb. in c. ex nobis. de iure pa. & j. q. 7. exigunt.*

b *In l. j.*] *Vide Bald. & Pet. de Saxa.*

c *Diſſipauit dotem*] *Adde dom. Socin. qui idem tenet in ſuo conſilio 75. incip. Circa præſentem conſultationem. uer. primò, quia ultra. circa princ. in prima parte.*

alienare bona fideicommiſſi pro redimendo ſe captiuo, ut ibi: tamen ſi eſt captiuus ex maleficio, ſecus eſt: tum quia delinquens perdit priuilegium aliàs ſibi conceſſum, l. ſed ſi ex parte. §. quanquam. ff. quod cum eode. l. etiam §. j. ff. ſolu. matr. tum etiam, quia iſtud eſt in præiudicium fideicommiſſarij, cui culpa hæredis non debet obeſſe, ut ibi latiùs per eum, & Fulg. aliter ſententem in authent. res, quæ. C. communia de legat. ¶ Non obſtat etiam opin. gloſſ. in dicto capit. ſacrorum. quòd culpa ſua non debet eſſe proficua captiuo ex maleficio: regula, mora. de reg. iur. in vj. cum ibi allegatis: quia uerum eſt, quando culpa eſt ordinata ad illud, ſcilicet ut ſit ſibi proficua: aliàs ſecus. Patet ex l. iiij. in princ. ff. ſi quis cau. & not. Bartolus in l. ij. §. fin. eodem titulo. Et facit quod not. gloſſ. & Doct. in cap. ſtatutum. §. j. in uerbo, non audens. ibi dum dicit, uel fortè relegatus. de reſcript. in vj. & eſt text. in cap. quia diuerſitatem. de conceſſ. præben. in uerſ. licet ex culpa ſua. & ibi dominus Abba. ad fin. facit, quod not. Angel. in diſputatione incip. Bononienſis à ſua ciuitate
68 bannitus. iiij. quæſtione, ubi concludit, quòd † excuſatur bannitus, ſi non comparet, nec mittit procuratorem, quando timet uim inferri, nedum ſibi, ſed etiam cauſæ, ut ſi eſt repulſus propter partialitates uel habeat cauſam cum potente. Et hoc etiam, ſi ſit bannitus ex culpa ſua: quia non fuit principaliter ad huoc caſum ordinata. Allegat legem, ſi uehenda. §. idem iuris. ff. ad legem Rhodiam de iactu. Item, quia iſtud commodum non contingit principaliter ex culpa ſua, ſed in quandam neceſſariam conſequentiam, l. relegatorum. §. fi. ff. de interd. & releg. l. ſi na hæreditaria & ibi gloſſ. ff. de neg. geſt. & idem tenet Io. An. poſt arch. in d. c. ſtatutum. & ibi Domi. ¶ In glo. in uer. feudum ibi, alij in feudum dare poteſt. No. glo. quod
69 † uaſallus poteſt ſibi acquirere nouum uaſallum infeudando ei feudum, etiam infeudando ſine licentia ſuperioris domini: & uidetur expreſſum in titulo de l. Conradi, §. a ſimiliter. & no. dom. Abb. in c. tranſmiſſa. per illum tex. in iiij. no. infrà, de foro competenti. & Bal. in c. j. in fi na prin. qui feu. da. poſ. & placet. Docto. hic, dum modò non infeudet eccleſiæ: quia tunc deteriorarentur conditio prioris domini, ut in c. ſi clienculus. allegato in glo. de quo infrà nec poteſt uaſallus relinquere feudum in ultima uoluntate eccleſiæ, ratione prædicta, ſecundum do. Abb. hic, de quo etiam infrà. An autem tranſeat feudum in monaſterium, ſi uaſallus ingreditur monaſterium, remittunt Doct. ad no. in cap. in præſentia de proba. ¶ Recipit autem iſta glo. vj. declarationes ultra Doct. hic. Prima eſt, ut nõ procedat in feudo eccleſiæ: quia uaſallus non poteſt ipſum alteri infeudare ſine conſenſu prælati, ſecundum Bal. per uerbum Fortè, in cap. j. §. præterea de cap. Conra. pro quo uide tex. in ca. ij. de feud. qui tamen loquitur in alienatione ex toto aſſe. Sed mouetur Bald. in fauore eccleſiarum, & quia quod omnes tangit, & c. l. fi. C. de autho. præſtã. & ut amputetur occaſio maligna ndi, ut ibi per eum confirmãtem poſt glo. ibi, opinionẽ huius glo. ¶ Sed iſta limitatio fortè eſt cõtra mentem huius gloſ. Quinimo eſt contra text. in cap. cùm Apoſtolica infrà de his, quæ fi. à. præla. ſecundum unum intellectum do. Abb. ibi, dum dicit, quod ideo potuit ibi feudatarius eccleſiæ concedere feudum alteri eccleſiæ, non requiſito domino: quia non deſinebat eſſe uaſallus eccleſiæ dominæ, ſed acquirebat ſibi alium uaſallum. ¶ Secunda declaratio eſt, quod quando eſt poſitum pactum expreſſum de non alienando, non habet locum glo. iſta, ſecundũ Bal. in d. §. præterea. ut pactum aliquid operetur. Alle. no. in l. ſed & ſi quis. quæſitum. in fi. gl. mag. ff. ſi quis cau. Et quia quãdo prohibitio noua additur prohibitioni ueteri, tunc habet ampliare, ſicut dicimus econtrà in promiſſione, ut notant Doct. in l. i. §. nunciatio. ff. de ope. no. nun. & §. ſacratiſſimas. in authen. de aliena. & emphy. ſecundum eum. In quo conſidera, quòd iſta non eſt alienatio, ut dicit dom. Abb. in d. cap. cùm Apoſtolica. Nec uerba ſunt interpretanda contra propriam ſignificationem, ut feudatarius incidat in pœnam. Ideo cogita. ¶ Tertia declaratio eſt, quod ille, quem uaſallus inueſtiuit de feudo, tamdiu habebit feudum, quandiu uixerit primus uaſallus, uel eius filij: quia non potuit uaſallus plus iuris alteri concedere, quàm ipſe haberet, cap. Dalbertum. j. q. vij. Ita dixit Spec. in tit. de feu. §. 2. uer. 38. Et ideo dicit Bald. poſt la. de Bel. in c. 1. §. rurſus. uer. ſed pone, miles. de contrquerſia inueſti. quòd ſi miles, qui alteri conceſſerat feudum, moritur ſine hærede, redibit feudum ad dominum cum omni incremento, per illum text. quia materia erat ſic ordinata naturaliter: & idem Bald. in cap. cæterùm. in fin. in fin, da indi. & in cap. notabili, de aliena. feu. ¶ Quarta declaratio eſt, quod ſi primus uaſallus uendat ſecundo: & ſecundus tertio: & tertius uendat pro allodio, quòd reuocatio & uendicatio non pertinet ad primum & ſecundum uaſallum, ſed ad primum habentem directum dominium, quia ſecundus dans, uel quiuis ulterior, nullum habet dominium, & ſic nulla uendicatio competit, ſecundum Ioan. An. in d. uer. xxxviij. ¶ Quinta declaratio eſt, quod laicus habens decimas in feudum ante concilium Lateranenſe, non poteſt eas alteri infeudare, per cap. prohibemus. & ibi Doc. de deci. niſi quando concedit eas eccleſiæ, uel loco religioſo cum conſenſu epiſcopi, per ca. cùm Apoſtolica. de his, quæ fi. a præl. An autem poſſit cum conſenſo epiſcopi alteri laico infeudare? Communiter * tenent, quòd non, ut per Io. And. in c. 2. j. de feu. per d. c. cùm Apoſtolica. a ſpeciali, & ibi etiam per Doc. & per do. Abb. in d. c. prohibemus. & in ſua diſputatione, quæ incipit, Augerio. uerſic. ſecundò principaliter, ubi ſic limitat iſtam glo. Ex quo ſequitur, quòd decedente tali feudatario ſine ſucceſſore, eccleſia, ad quam decimæ reuertuntur, non poteſt eas alteri laico infeudare. Sed tamẽ do. Car. in d. ca. 2. in x. q. tenet contrarium in utroque dicto, dans cautelam, quòd ſi talis uult dare decimas alteri laico renunciet eis in manibus epiſcopi, qui poteſt poſtea alium inueſtire: & idem gl. 2. in d. c. prohibemus. Et hæc opinio præualet de conſuetudine, ſecundum Imo. in d. ca. 2. licet communis opi. ſit in contrarium. Et iſta ſæpe accidunt. ¶ Sexta declaratio eſt, quòd uaſallus uaſalli mei, nõ dicitur uaſallus meus, a ut not. glo. fin. in c. legitur. 8 1. diſt. & Bal. in c. cum dilecti. de dolo & con tu. & Spec. latè in ti. de feu. §. 2. uer. 14. ubi dicit, quòd homo hominis mei, non eſt homo meus, per l. Modeſtinus. ff. de uerb. ſign. ſicut nec libertus liberti mei, nõ eſt libertus meus l. ſi quis a liberis. §. liber. ff. de lib. agn. Vnde infert, quòd licet unus baro ſit homoligius regis, tamen homines illius baronis non ſunt homines regis: ſicut dicitur de ſubditis epiſcopi reſpectu archiepiſcopi, 9. q. 9. cap. nullus primas. c. paſtoralis. infra, de offi. or. Et hoc refert gloſſ. breuis in cle. 2. in uerſi. exiſtere. de iureiuran. & ibi Innoc. Ad hoc uide Bald. omnino in d. ca. 1. §. rurſus. ad fin. de contro. inueſt. Tamen hoc dictum non intelligitur, quando homines uaſalli ſunt inueſtiti a domino ſuo de feudo, in quo ipſe dominus habet ſolum utile, ſed de ſubditis ſimpliciter, uaſalli alterius. Stat ergo difficultas, ſi ipſe uaſallus concedit ſubdito ſuo feudum, quod ipſe recognoſcit a rege, an ipſe, quo ad illum ſubditum, dicatur dominus ſuus reſpectu directi. In quo dicit Bald. in cap. cæterùm. ad fi. infrà, de iudi. quòd quando uaſallus alienat de uoluntate domini, deſinit omnino eſſe feudatarius, tam quo ad poſſeſſionem, quàm quo ad utile dominium, ut not. in l. ſi. ut certo. §. ſi duobus uehiculum. ff. commo. Secus, ſi uaſallus acquirat ſuo nomine alium uaſallum ſibi: quia tunc non deſinit eſſe uaſallus domini ſui, nec cedit feudum alterius, ſed concedit: & ſic reperitur utile dominium ſuperius, & utile ſub iſto, ut no. in ſimili per gl. ſubtilem in l. ex aſſe. ff. ad Treb. & patet in cap. imperialem. §. illud quoque. de prohi. feu. alie. per Fed. ſecundum eum. Et addit, quòd ſi ſum feudatarius regis, & de meo feudo acquiſiui plures feudatarios, orta inter eos controuerſia, cognoſcam ego, & nõ rex, quando a me recognoſcunt feudum. Et ad hoc uide & Bald. in l. ij. C. unde cog. Vbi dicit, quòd licet rex in uniuerſali regno Apuliæ conceſſo ſibi in feudum ab eccleſia, habeat tantùm utile dominium, ſicut habet uaſallus in feudum, c. 1. & ibi not. de inueſti. de re. alie. fa. not. Hoſt. in ſumma de feu. §. quod ius acquiritur. per Baldũ in lég. j. C. ſi plures una ſententia. & in leg. j. ff. de confeſſis. Tamen

a *Meus*] *Adde Bart. in l. ſi quis à liberis. §. ſi quis de lib. ang. & in l. Claudius. verſ. ſecundò caſu, quãdo eſt pugna. ff. qui po. in pig. ha. et Bal. in l. 1. uer. quæro teſtator. C. communi. de leg.*

ſingularia feuda, quæ concederet ipſe rex in regno, dicẽtur eſſe directi dominij ipſius regis, per not. per gloſſ. ibi. Et ſic in iſtis ſingularibus feudis retinebit poſſeſſionem ciuilem: quam nõ retineret, ſi nõ haberet directũ dominium, ut per gloſſ. finalem, & Doct. in leg. prima. C. uti poſſ. Sed Ludouicus Ro. non putat hoc ibi eſſe uerum: quia ſi directum eſt apud eccleſiam, & utile tantùm apud regem, tanquam uaſallum: ſequitur, quòd apud regem non poteſt eſſe aliquod directum dominium in ſolidum. dict. §. ſi duobus. Et ideo meliùs eſt locutus Baldus in dicto c. cæterum. licet Roma. ipſe non alleget. Et ultra ipſos uidetur aperta deciſio Ioan. And. pro dicto eorum in d. uerſ. xxxviij. Et ſecundum prædicta intellige notata per domi. Ant. in cap. potuit. uer. ſed dubium eſt. j. de loca. & Bal. in d. l. j. uer. dic breuiter. C. uti poſſ. & per dom. Ant. in d. cap. cæterum. uer.

70 quæro, quid ſi feudatarius. ¶ Cæterùm † in quantum dictum eſt poſt do. Ab. quod uaſallus non poteſt relinquere feudum, pro anima, per text. in cap. j. §. donare. qualiter olim feud. alie. pot. Adde Bal. in l. uoluntas. C. de fidercom. ubi dicit, quòd filia prohibita alienare extra familiam, non poteſt legare extraneo pro anima, per d. §. donare. Et per illum textum Lu. Ro. in authen. ſimiliter. uer. xv. & ſeq. deſtruit duo dicta Bald. Primum dictum Bald. in l. ſi ſponſus. §. conceſſa. ff. de do. inter ui. & uxor. dum dicit, quòd ſi res eſt donata cum pacto, quod non poſſis alienari, tamen ad pias cauſas poteſt alienari. ¶ Secundum dictum Baldi in l. fin. per illum tex. C. de ſacro ſanct. eccleſi. dum dixit ſtatutum prohibẽns minorem, uel mulierem alienare ſine certa ſolennitate, non procedit, ſi alienat in eccleſiam. Nam hæc duo dicta ſunt contra tex. in d. §. donare. ſecundum eum, de quo infrà proximè dicitur.

¶ Et adde Baldus in capit. imperialem in prin. uerſ. quæro ergo. de prohib. feudi. alien. ubi dicit, quòd ſi uaſallus legauit feudum eccleſiæ, non tenetur dominus eam inueſtire: quia duraret apud eccleſiam in infinitum: & in hoc eccleſia eſt deterioris conditionis. Allega. not. in leg. ſi ita quis. §. ea lege. ff. de uerbo. oblig. & cum iſtis concor. Baldus & Imo. hic: quia eccleſia eſt de perſonis prohibitis, in c. clientulis de alie. feu. Et iſta cõcluſio ampliatur adeo, quòd ſi relinquitur feudum pro anima, nõ debetur. ſecundum Bald. in l. j. uerſi. quæro ulteriùs. C. de ſacro ſan. eccle. Alleg. c. j. circa medium, in tit. qualiter feu. olim alie. poſ. & quod habetur in c. filius. infrà, de teſta. & in l. uxor patrui. C. de leg. & idem uidetur uelle Bald. in d. §. donare. uerſic. ſed ego quæro. Pro quo facit, quod not. gloſſ. in cap. ſi epiſcopus. xij. q. v. & Innoc. in d. c. filius & Paul. de Caſ. in l. cùm alienam. C. de leg. & Bart. in l. apud Iulianum. §. conſtat. ff. de leg. j. & quod ſenor gloſſ. xij. q. ij. in ſum. ubi habetur, quòd legatum de rebus eccle. non ualet, etiam quo ad hoc, ut debeatur æſtimatio: ſed quia in hoc eſt uarietas, & contrarium tenet Baldus in d. ca. cùm alienam, & Baldus Imo. & Paul. de Caſtr. in d. §. conſtat. & Hoſt. in d. cap. filius & latiſſimè domin. Abb. alibi, in repetit. ca. cũ eſſes. uerſ. uenio ad quæſtiones. & primò quæro. eodem tit. & facit, quod not. Specul. in tit. de loc. §. nunc aliqua. uerſ. xcvij. ideo hanc ampliationem aliter non firmo: ſed cùm pendeat ab intellectu d. cap. filius. remitto ad Ludo. Roma. profundiſſimè de eius intellectu loquentem in d. authen. ſimiliter in a. priuilegio piæ cauſæ circa teſtamenta, & Doct. in d. c. filius. ¶ Erit ergo in propoſito regulariter uerum, quod feudum pro anima relinqui nõ poteſt.[a] ¶ Ad cuius regulæ intellectum dãtur quatuor limitationes. Et primò limita ea dictis Hoſt. qui plenè & aliùs omnibus ponit hanc materiam in tit. de immu. ecc. §. in quantũ uer. ſed nec illa immunitas. maximè ibi, ſolutio.

71 qualitas feudi, &c. Vbi dicit, quòd † iſta habent locum in feudo, quod non eſt perpetuum, ſed ad tempus, & in quo ſeruitium non poteſt præſtari per alium. Sed ubi iſta duo ceſſant, poteſt feudum relinqui pro anima, quia cùm non agatur de præiudicio domini, non debet eſſe locus pius deterioris conditionis, quàm alius, in quem tale feudum alienari poteſt, ut ibi per eum oſtendentem, quòd text. in §. donare. non potuit aliter præiudicare eccleſijs: & hoc dictum ſequuntur hic in paucis Io. And. Domi. & alij communiter,* & Cal. in tit. de feu. conſi. 10. & Lud. Ro. conſi. 199. incip. In Chriſti i præſens ſtatuo particula. & in ſing. 54. incip. Tu ſcis, quòd uaſallus. & ibi fatetur ſe ignoraſſe hoc dictum in repe. d. authen. ſimiliter. uidelicet quòd §. donare. non procedit indiſtinctè de iure Canonico: ſed non aperit, an per hoc ceſſent dictæ impugnationes ſuæ, quas ibi fecit contra Bal. fundantem in d. §. donare. ¶ In quo reſpectu primæ, uidelicet an pactum de non alienando intelligatur etiam in piam cauſam? dic, quòd iſtud pendet ab alio dubio, ſcilicet quando ualeat pactum de non alienando, de quo per Bart. & alios in l. ſi ita quis. §. ea lege. ff. de uerb. obl. & in l. ea. lege. cum ſequ. C. de cond. ob cau. & Petr. de Anch. in conſi. 411. & Bald. hic, & in c. at ſi clerici. infra, de iud. cum concor. In quibus etiam ponitur de alienante rem eccleſiæ: & uidetur, quòd ubi prohibitio tenet, operetur etiam in alienatione, quæ fit in eccleſiam, niſi prohibitus alienare ingrediatur monaſterium, ut latiùs in dictis locis. Et pro hoc ultimo facit, quod dicetur prope uerſi. tertiò limita. Aliter tamen non affirmo, quia dictum Bald. in §. conceſſa. ſequitur Lud. in d. conſil. & ſentit etiam Bald. in d. §. donare. dum dicit, quòd eſt ſpeciale in feudo, & latè ipſe firmat hoc in d. §. conceſſa. in recollectis. Sed in ſecunda impugnatione uidetur cõtrarium, quòd imo mulier, uel minor poſſit alienare ſine ſolennitate ſtatuti: quia alienat in piam cauſam, ut per do. Abb. in c. relatum, el 1. infra, de teſta. poſt Bal. in l. generali. C. de ſac. ſan. ecc. & textu in c. 1. in 6. fallentia, ſupra, eo. ¶ Eſt uerum, quòd in hac prima limitatione ſubdit ſingulariter Imol. hic, quòd uidetur intelligenda, quando feudum relinquitur alicui pauperi pro anima: ſecus, ſi eccleſiæ, cum cenſeatur de perſonis prohibitis, nec in illa transferatur feudum, c. ſi clientulus. de alie. feu. & facit c. 1. §. pe. in fi. de le. Conra. ubi feudum non poteſt dari alteri perſonæ, per quam fieret deterior conditio domini, ſecundum eum. Sed tamen iſtud eſt contra deciſionem Hoſt. in loco prætalleg. & ſequacium, qui non faciunt hanc differentiam inter eccleſiam & pauperem. Et obſtant etiam rationes Hoſt. ibi, quas imitando poſſet dici, quòd ſicut diſpoſitio §. donare. nõ potuit nocere eccleſijs, quãdo natura feudi non repugnat tranſlationi in eccleſiam, ut ſupra ponitur pro conſtanti: Ita nec alia iura, per notata in c. eccleſia. infra, eo. maximè per do. Abb. ibi, in uer. ad primum dico. Nec iſto caſu immortalitas eccleſiæ facit deteriorem conditionem domini, cum non loquamur in feudo temporali, ſed perpetuo. Nec eſt expeditum, quòd eccleſia dicatur de perſonis prohibitis, maximè niſi ſeruitium eſt per ipſam præſtabile. Patet ex not. per dom. Anton. & alios in c. in præſentia. de proba. per Arch. in cap. ſi qua mulier. 19. q. ult. per Bald. in auth. niſi rogati. C. ad Treb. per Bald. in repet. l. de quibus. ff. de legi. cum concor. quas alias dedi in cap. in præſentia. de proba. Et quamuis iſtud uideatur ſuſtentabile: tamen in practica multùm ualeret authoritas Imo. ¶ Secundò limita dictam con-

72 cluſionem, niſi † uaſallus daret eccleſiæ feudum francum, & exemptum a legibus pœnalibus feudorum: quia talis alienatio pro anima tenet, ſecundum Bald. in cap. inter dilectos. uerſic. ſed nunquid. infrà, de fid. inſtru. & in l. ſi plures. C. de condi. inſer. & in authent. niſi rogati. uerſic. & fuit quæſtio de facto. C. ad Treb. & ubique allegat dictum cap. inter dilectos. Quod autem dicatur feudum francum,[b] uide aliquid per Baldum in d. l. ſi plures, ſed pleniùs in cap. 1. uer. alia quæſtio formatur ab Old. de capit. qui cur. uend. Nam francum eſt, quod ſui iuris eſt, nulli ſeruituti ſubiacens, & cui onus imponi non poteſt, niſi illud, de quo in feudi præſtatione fuit dictum: infeudatur enim tunc etiam proprietas. Nam ex pacto

a Non poteſt] Ad a de Bart. Cap. in cap. j. 18. differẽtia. de cog. feu. & Ia. Alua. in c. j. an ag. uel ſi. & Pau. de Ca. conſi. 161. & dom. Socin. conſi. 19. incip. Pro deciſione prædicta. uerſi. circa quam q. cum uer. ſequ. & uerſic. nec obſt. ubi planè, an uaſallus, ſeu feudatarius poſſit inſtituere hæredẽ extraneũ in feudo, uel ab inteſtato decedẽs tranſmittat feudũ ad ſuũ hæredẽ extraneũ, aut reuertatur ad dominum, & an poſſit donare inter uiuos, uel ob cauſã mortis, uel relinquere, uel legare pro anima.

b Francum] Vide nota. per Pau. de Caſtr. in ſuo cõſil. ibi, in 3. col.

ćto omne dominium concedi poteſt feudatario, ſecundum
Ioan. Mo. in c. Abb. de re iudi. in 6. quem etiam Bald. alleg.
in l. t. uerſic. quarto, an ualeat cõfeſſio tutoris. C. de confeſ.
Et aliquid per Ioan. And. in Spec. in rubrica de præſcrip.
73 ¶ Tertio limita, niſi † feudum tranſiret in eccleſiam ſimul
cum uaſallo: quia tenet alienatio, donec uiuit naturaliter
uaſallus ingrediens monaſterium, ut latè per Innoc. & om-
nes in c. in præſentia. de probat. glo. & Bal. in c. 1. de benef.
fœmi. Sal. in authen. ingreſſi. C. de ſac. ſan. ecc. Ioan. An. in
Spe. de ſta. mo. §. 1. uerſic. 45. & Bald. in d. authen. niſi roga-
ti. & hic cũ concor. quas aliàs dedi in d. c. in præſentia. ubi
etiam reſpondi iuribus facientibus in contrarium. Et po-
terit monaſterium præſtare ſeruitium per ſubſtitutum, ut
in dictis locis, & Io. An. in Spec. in tit. de feu. §. 1. uerſi. 21.
& probatur in cap. 1. §. ſi quis deceſſerit. & ibi not. ſi de feu.
fue. controuer. & in l. quiſquis. cum gloſſ. & ibi not. Doc.
& in l. ad ſimilitudinem. C. de epiſ. & cle. An autem hæc li-
mitatio procedat, ubi uaſallus non poteſt ſeruire per ſub-
ſtitutum, ut quia eſſet electa induſtria perſonæ, examinan-
tur in locis præallegatis, maximè in d. c. in præſentia. ubi
eſt locus proprius: & ibi dicta multùm ſeruiunt ad totam
74 hanc quæſtionem. ¶ Quartò limita ſingulariter, niſi † ha-
bens feudum ab eccleſia uelit ipſum transferre in aliam ec-
cleſiam, etiam non requiſita eccleſia domina: quia poteſt,
ut per hoc eripiatur de manibus laicorum illud feudum:
nam honeſtius eſt, quòd penes eccleſiã ſit, quàm penes lai-
cum, præſertim cùm omnes eccleſiæ ſint una eccleſia & mẽ
bra uniuerſalis eccleſiæ, c. pe. §. una uerò. de ſum. tri. & deci
dit do. Abb. in c. cùm Apoſtolica. infrà, de his, quæ ſi. à præ
la. motus per illum text. niſi potuit habens decimas unius
eccleſiæ in feudum donare eas alteri eccleſiæ prima non re-
quiſita: quod fuit ratione prædicta, ſecundum eum. Et ſic
habes caſum generaliter, in quo feudum tranſit in eccle-
ſiam. Sed cogitabam, an dici poſſet, quòd ille text. non ſit
hoc modo dilatandus; quia loquitur in feudo decimarum
obtento ante concilium, de quo in c. prohibemus. de deci.
cuius recuperationem & reuerſionem ad eccleſiam adeo de
ſiderabat lex Canonica, quòd ad quamcunque eccleſiam re
diret, cùm conſenſu uaſalli ualebat alienatio, dum modò
exiret manum laicam, modò trahere hunc ſpecialem reſpe-
ctum, quem habuit ille text. pro recuperatione rei ſpiritua-
lis ad omne aliud feudum eccleſiæ Non puto ſuſtentabile;
quia ſi eccleſia inueſtiuit laicum de re temporali in feudũ,
negari non poteſt, quin agatur de intereſſe eccleſiæ ex alie-
natione feudi; ſit enim eius conditio deterior, cum ſpera-
ret eius reuerſionem, in multis caſibus, quibus feudum re-
uertitur; & hæc ſpes firmiter quæſita perditur per aliena-
tionem in aliam eccleſiam. Nec ſufficit, quòd omnes eccle-
ſiæ ſint largè una eccleſia; quia per hoc non debet auferri
uni, & dari alteri, c. cum cauſæ. de præben. Aliàs nunquã ec
cleſia reſtitueretur in integrũ aduerſus aliã eccleſiã, contra
c. auditis. ī. de reſt. in inte. quia poſſet dici, unam non dam-
nificari, ſi alia haberet, quod eſt abſurdum. Et ideo iſta limi
tatio procedere poteſt ſolùm in caſu c. cùm Apoſtolica, ſci-
licet feudi decimarum. Sed extendere ad omne feudum eſ-
ſet periculoſum, & ideo poteris cogitare; quia iſtam con-
ſiderationem non reperio ab alio ſcriptam. ¶ In ea gloſſ.
ibi, nec feudum dari poteſt in dotem,
a intellige uerum, quando † pater filiæ
75 uult ſibi dare feudum in dotem, ut per-
petuò ſit dos ſua; ſed ſi daret, ut habeat,
donec uaſallus uiuit, bene poteſt, ſecun-
dum Inn. & omnes in c. nuper. per illum
tex. ī. de donatio. inter uir. & uxor. & Io.
An. & do. Anto. & omnes hic, & Rotam
in nouis deciſi. 199. incipiente, Pater po-
teſt dare feudum, & gl. Hoſt. & Ioan. An.
in c. 2. de feu. & Spec. in titulo, de feu. §.
2. uer. 19. & Cy. in l. uoluntas. C. de fidei-
com. & facit, quod not. Sali. in l. t. C. de
reb. eccle. non alie. Et ideo dixit Bald.
in c. 1. in prin. an mari. ſucce. uxori in be
nef. quòd fœmina habens feudum fœ-
mineum, non poteſt ipſum dare in do-
tem alteri mulieri, ſed pro ſeipſa bene po
teſt dare in dotem; quia non eſt ex toto alienatum, quod

a *In dotem] Adde Alex. in cap. 2. de feu. & l c. potuit. 4. q. de loca. & Bar. Cepo. in c. t. 15. diſt. de collat. feu. & omnino ui de Ro. deciſ. 201. patet in no. & ad de do. Soci. conſil. 19. inci. Pro deci ſione prædictæ. uerſ. uerum prædictis minimè. cir ca fin. cum uerſic. ſeq. in 1. parte.*

in dote propria retinetur. Poteſt etiam dare modo prædi-
cto, ſecundum eum. Et idem Lud. Ro. conſil. 457. inci. Om
nipotentis: circa propoſitam. ad fin. Et ſecundum prædicta
intellige Ioan. And. in tit. de loca. § nunc aliqua. uerſiculo
59. ut per Imol. in dicto capit. 2. de feu. Mortuo ergo ua-
ſallo, uel muliere feudataria, reuertetur feudum ad eum,
ad quem ex forma inueſtituræ reuerti habet, non autem re
manebit marito, ſecundum prædictos. Secus eſt in em-
phyteuſi: quia poteſt dari in dotem filiæ, & mortuo patre
filia poterit retinere, ex quo eſt tranſitoria ad hæredes, ut
per Spec. de loca. uerſic. 109. & ibi per Ioan. And. ubi di-
cit idem in donatione propter nuptias. Et de hoc per I-
mol. in capit. potuit. infrà, de loca. Et aduerte: quia in
quantum prædicti Docto. ſentiunt, quòd hoc ſit ſpeciale
fauore dotis, uidentur uelle, quòd aliàs non liceret feu-
datario, uel emphyteutæ concedere rem alicui ad uitam
ſine conſenſu domini. Pro quo facit; quia iſta eſt aliena-
tio, clemen. prima de re. eccle. non alie. ubi tranſlatio ad
longum tempus eſt alienatio, & per Bartol. in l. prima §.
quod ait. ff. de ſuperficiebus. & in l. penult. §. inſtituto. ff. de
lega. ſecundo cum concor. niſi concederet quis feudum fa-
ciendo alium uaſallum ſuum, ut ſuprà dictum eſt. ¶ In
ea. gloſſ. ibi, l. interdum. licet illa lex non probet contra-
rium, ut oſtendunt hic Doc. tamen ſtatur hic opin. contra-
76 riæ, quòd † uaſallus poſſit renunciare feudo inuito domi-
no, per text. in cap. 1. de uaſal. qui contra conſtit. Loth. Et
aſſignatur ratio: quia cùm concedatur feudũ principaliter
in fauorem uaſalli, poteſt ipſe fauori ſuo renunciare, ca. ad
Apoſtolicam. infrà, de regularibus. Secus in alijs contra-
ctibus, quia ex poſtfacto ſunt neceſſitatis, l. ſicut. C. de act.
& ob. Et hanc opi. tenet etiam Archid. in cap. de forma. 22.
q. 5. allegans pro caſu d. c. 1. & Spec. loquens tamen de con
ſue. in tit. de feu. §. quoniam. uer. 28. in fin. & Hoſt. expreſſè
in tit. de feu. §. ſi. uer. eſt & in ſumma. & Bald. in l. j. in 12. q.
ff. de rer. diui. & in l. cùm Archimedoram. in fi. C. ut in poſ.
leg. Et iſtud ponitur pro regula, quòd uaſallus inuito domi
b no renũciare poteſt feudo [b]. ¶ Sed fallit,
77 quinque caſibus. ¶ Primò † fallit, ubi re
nũciatio eſſet nimis intempeſtiua, ſecun
dum Ioan. And. & omnes hic, per ea quæ
habentur in l. ſed etiã ſocius. §. ſi. ff. pro
ſocio. ubi permiſſa libera renunciatione
ſocietatis, nõ intelligitur de intẽpeſtiua.
Et idem tenet Ioa. And. in addi. Spec. in
titulo. de loc. §. nunc aliqua. uer. 128. po-
nens exemplũ, quãdo uaſallus renunciat
feudo tẽpore, quo guerra imminet domi
no ſuo. Pro quo exemplo facit: quia tunc
ſeruitium incipit eſſe certum: Vnde ua-
ſallus incipit efficaciter obligari: & ſic
non poteſt dimittendo feudum reijcere
onus, ut dicit gl. notabilis in leg. incola.
la 2. ff. ad municip. uolens, quod poſt im-
poſitum munus non poſſit renunciari incolatui, ut ibi per
eum. In quo ultimo latè inſtat Lu. Ro. in l. is, cum quo. ff.
de aqua plu. arc. & facit, quod no. Spe. in n. de cẽſi. §. 1. uer.
item pone, quædam uicinia. Et hãc fallentiam & dictum
exemplum ponit etiam Bal. hic, dicens, non ualere renun-
ciationem uaſalli tempore, quo dominus eſt in bello: arg.
l. filiæ mex. ff. ſol. mat. niſi poſſet conſuli indemnitati domi
ni prouidẽdo de uaſallo æquè idoneo, ſecundũ eum: quod
no. & bene facit ad hæc c. 1. de tenun. ibi, tanto diſcrimine.
& quod ibi Imo. in notabilib. ¶ Secundò fallit, ubi renũcia
ret non in manib. domini, ſed alterius, quia non nocet
domino, ſecundũ prædictos, arg. l. ſeruitutes. §. pe. ff. de ſer-
ui. urb. præd. & quod habetur in c. quod in dubijs. ī. de re-
nun. & in c. cùm tempore. ī. de arbi. & ſequitur Bal. in c. 1.
78 in tit. de alie. feu. paterni. ¶ Tertiò † fallit, quando pro feu-
do præſtatur certum ſeruitium, quia tunc uaſallus non põt
renunciare feudo, ſecundũ gl. in c. 1. in ſi. de capit. qui cur.
uend. & in c. imperialem. §. callidis. & ibi Bal. de prohi. feu.
alie. per Fed. & Ioan. And. in d. uer. 128. & Dy. & Bar. in
l. is, cum quo. ff. de aqua plu. arcen. & Bal. in procemio
feudo. uer. ſed ſtatim quæritur. & in c. 1. ad fin. de uaſallo,
qui contra conſtit. Lotha. & Pan. de Leaza. in c. potuit. de
loca. uer. defende Vin. Et adducitur ratio, quia dominus eſt
quaſi

b *Feudo] Vide tamen Hoſtien. in l. cùm fructuarius paratus. ff. de uſufru. & in l. le-. §. fin. ff. ſi ſer. uendi. & in l. ſi abſente. de uſufr. & in l. ſi alienus. §. ſui. ff. de noxa. & unde Barthol. Cepol. de ſer. uer. 143. et Card. hic. et in cle. 2. §. deni que. 7. q. de re. iu.*

quaſi in poſſeſſione ſeruitij, ex quo ſeruitium certum eſt. Er
go non debet dominus eo ſpoliari: arg. notatorum in c. que
relam. j. de elec. Vbi autem ſimpliciter conceditur, non cau
ſa certi ſeruitij, procedit regula, quia obligatio incerta quo-
uſque non certificatur, non poteſt uaſallum obligare, l. ubi
autem non apparet. ff. de uerb. ob. ¶ Hanc fallentiam intelli
ge, quando præſtatio ſeruitij continet dationem: ſed quan-
do continatur factum tantùm, uidetur, quòd uaſallus non
cogatur præcisè ad ſeruitium, ſed liberetur præſtando in-
tereſſe, per regulam l. ſtipulationes non diuiduntur. uer. Cel
ſus. ff. de uerb. obli. ſecundum Bald. in d. proœmio, niſi per
iuramentum ſe obligaſſet ad actum: quia tunc uirtute ip-
ſius poteſt præcisè compelli, propter gl. uulgatam in l. ſi pe-
cuniam. ff. de cond. indeb. per quam ita tenet Bald. in dicto
proœmio, & ſequitur Lud. hoc, ſolùm ponens in propoſito
in d. l. ſi, cum quo. & pendet à quæſtione trita, an iuramen-
tum debeat ſeruari in forma ſpecifica? in qua aliàs ſatis la-
79 borani in c. ad noſtram. lo t. j. de iureiu. ¶ Et † intelligas,
ſecundum Bal. hic, de iuramento ſpecifico obligante ad cer
tum factum: non autem de implicito, per quod iuramanitū
ſe obligat: quia tunc quilibet uaſallus concluderetur in
hoc dicto, cùm quilibet iuret, d. c. 1. de forma. Et pro hoc de
iuramento facit, quod no. Bal in authen. habita. uer. ſed cō
tra hoc oppono. C. ne filius pro patre, ubi dicit, quòd ſcho-
laris conuentus coram rectore, non poteſt ipſum declinare
ratione iuramenti, quo eſt ei aſtrictus. Ad hæredem tamen
iurantis non tranſitet dicta uirtus iuramenti, ſecundum
Bald. ubi ſupra per not. per Inno. °& alios in c. ueritatis. de
iureiu. Et hæc fallētia communiter tenetur, ut in locis præ-
dictis, & ſeruaretur in practica propter authoritatem gloſſ.
in d. c. 1. ſecundum Imol. hic, licet de rigore iuris ſentiat
contrarium, propter tex. in c. 1. de uaſal. qui contra conſti.
80 Loth. indiſtinctè loquentem. ¶ Ex his infertur, quòd † em
phyteuta non poteſt renunciare emphyteuſi inuito domi-
no, cùm teneatur ad præſtandum ſeruitium certum per uiā
dandi. Vnde dimittendo rem, non poteſt ab hac obligatio-
ne perſonali liberari, & probatur in l. quicunque. C. de ſun.
patrimonia. lib. 11. Et ita infert Pan. in d. c. potuit. & Ioan.
And. in d. uer. 128. niſi pactum, uel conſuetudo aliud indu
cat, ſecundum eum. Nec uidetur, quòd ex omni cauſa iu-
ſta poſſit emphyteuſis dimitti, ut ſenot ibi Specu. niſi eſſet
talis, ex qua a iure liberetur, ut in exemplo ibi poſito per
Spec. quando tota res periit, iuxta l. j. C. de iur. emphyt. Et
hoc eſt de mente Barto. in d. l. ſi, cum quo. & de hoc uide
etiam Imo. in d. c. potuit. & Bal. in l. ij. C. de iure emphyte.
¶ Quartò fallit, quando feudum non habens certum ſerui
tium conceditur per ſtipulationem: & ſic per contractum
nominatum, in l. iuris gentium. §. quinimo. ff. de pac. quia
tunc renunciari non poteſt, per l. ſicut. C. de act. & oblig. &
not. in l. ex placito. C. de re. permu. Regula autem procedit
in contractu innominato, in quo nō interuenit ſtipulatio.
Ita declarant hic Ioā. de Lig. & do. Car. & ſentit Spec. in d.
uerſic. 128. in ti. de feud. ¶ Quæ opi. ſi eſſet uera, quaſi nun-
quàm haberet locum renunciatio feudi inuito domino, cū
communiter hodie in quolibet contractu ſoleat apponi ſti
pulatio, ſecundum Imo. hic, propter hoc eam nō ſequitur.
Et idem tenet Bal. in d. proœ. feudorum. Addit tamē, quòd
tenetur ad intereſſe, & credendum eſt, quòd ſenſerit, ubi ob
ligatio conſiſtit in faciendo, non in dando: quia tunc non
tenetur ad intereſſe. Idem etiam Bald. in c. 1. de uaſall. qui
contra conſt. Loth. Quia ex quo annihilatur feudum per re
nunciationē, uidetur tolli ſtipulatio, quæ uenit acceſſoria
feudo, arg. l. non dubium. C. de legi. & c. inter dilectos. j. de
fid. inſt. Quæ ratio non parum urget, cùm præſuppona-
mus tunc non poſſe renunciari. ¶ Et per hoc etiam imi-
tando Imo. facit: quia ſicut incertitudo impedit obligatio-
nem cōtractus innominati, ita etiam nominati, d. l. ubi au-
tem. & l. triticum. ff. de uerbo. obliga. & quia iſta ſola ratio
incertitudinis eſt illa, quæ facit ualere renunciationem in-
uito domino. Vnde nō requiritur diſtinctio prædicta. ¶ Fal
81 lit † quintò, ſeu declaratur notabiliter, ſecundum Hoſt. do.
Ant. & Imo. hic, & do. Card. in cle. paſtoralis. §. denique. in
6. q. de re iud. ut licet uaſallus poſſit inuito domino renun-
ciare feudo, & non teneatur ei ſeruire, tamen non debet eū
offendere in memoriam priſtini dominij, arg. l. ſeruos. C.
de quæſtio. ubi qui ſemel fuit ſeruus alicuius, non torque-

tur in caput eius in memoriam præcedētis dominij. Quod
dictum confirmari poteſt, quia uidemus in ſimili, quòd me
moria & reliquiæ priſtinæ qualitatis etiam abolitæ multū
operantur. Vnde dixit gloſſ. not. in cap. ſi qui epiſcopi. 92.
diſtinct. quòd ſi clericus fuit promotus ad epiſcopatum, &
ſine culpa fortè ob inſolentiam populi non potuit epiſco-
patum conſequi, renunciauit promotioni, non poteſt depo
ni ab alio, quam à Papa in memoriam priſtinæ promotio-
nis, arg. l. ſi. ff. de decu. ubi, qui deſiit eſſe decurio, non tor-
quetur in memoriam prioris dignitatis. ¶ Et hinc eſt,
quòd ei, qui ſemel fuit legatus, ſemper debetur reueren-
tia in memoriam priſtinæ dignitatis, ſecundum Spec. in ti.
de lega. §. finitur. in fi. per l. unicam, cum ſuis concor. C. de
comi. qui prouin. regunt, lib. 12. ubi comes poſt depoſitum
officium gubernaculorum prouinciæ fungitur priuilegio
uicariæ dignitatis. Et hinc eſt, quòd qui depoſuit officium
aduocationis, eſt in dignitate, & appellatur Clariſſimus,
unde torqueri non poteſt, & debet in eo ſeruari l. ad egre-
gias. ff. de iureiur. ſecundum Bar. in l. 1. per illum text. C. de
aduo. diuer. iud. Et hinc eſt, quòd qui ſemel fuit abbas, depo
ſito officio ſine culpa, obtinet primum locum in choro &
conuentu poſt abbatem in memoriam priſtinæ dignitatis,
ſecundum Io. de Lig. in cle. ne in agro. de ſta. mo. Sequitur
82 ibi Imol. uer. in ulti. q. ¶ Et † hinc eſt, quod nouitius eiecta
de religione, in qua aſſumpſerat habitum, licet poſſit uti
ueſtib. ſecularibus, non tamen debet uti laſciuis in memo
riam priſtinæ religionis, ſecundum Ioan. And. in c. conſul-
ti. j. de reg. per d. l. ſeruos. & ſequitur ibi do. Ant. & do. Abb.
dicens, hoc eſſe conſilium. Et hinc eſt, quòd ſi monaſteriū
expulit monachum, & in alio monaſterio fuerit receptus,
debet primum monaſterium prouidere ſibi de neceſſarijs,
ſecundum Io. An. in c. ſi. prope fi. de reg. in memoriam pri-
ſtinæ fraternitatis. Et hinc eſt, quod mitiùs punitur ille,
qui ſemel fuit notarius, & modò depoſitus conficit inſtru
menta, quàm ille, qui nunquam fuit notarius, in memoriā
priſtini officij & propter primordium ueritatis, ſecundum
Bald. in l. data opera. C. qui acc. non poſ. Et iſta ab alio non
seducta ſeruient ad multa. ¶ Nihilominùs iſta fallentia
non procedit in duobus caſibus. Primus eſt, quando domi-
nus offenderet ipſum olim uaſallum, quia poteſt ſe contra
eum defendere, ut per gloſſ. in cap. unico, in fi. in tit. hic fi
nitur lex. facit cap. nuenm, qualiter domi. propri. priue.
ubi ſi dominus offendit uaſallū, priuatur eo ipſo proprieta
te: & ſic uaſallus poteſt eum offendere. ¶ Secundus caſus
83 † eſt, quando talis olim uaſallus requireretur à Papa, ut mo
ueret arma contra illum, cuius fuit olim uaſallus: quia iuſ
ſus Papæ præiudicat illi fidelitati primò præſtitæ, arg. c. ne-
mini. de iureiur. & l. imperatores. in prin. ff. ad municip.
Hos duos caſus reperio notatos per do. Car. in certis ſuis
notis cauſarum, quæ ſunt poſt conſilia: & eſt no. 109. ubi
tāgit de quodam comite Albe. qui deſiit eſſe uaſallus ducis
Mediolani, & effectus eſt uaſallus Papæ. Et idem uidetur
ipſe ſentire, etiamſi factus eſſet uaſallus alterius, & ei iuraſ
ſet fidelitatem, quia uidetur iuraſſe etiam contra primum
dominū. quod tamen non affirmat. Sed tenendo etiā hunc
tertium caſum poſſet confirmari, quia ſublata cauſa feudi,
eſt ſublatum ipſum iuramentum, quod regulatur ſecundū
materiam, ſuper qua præſtatur, l. ſi. C. de non nu. pec. c. ad
noſtram. el 1. de iureiur. Et facit c. 2. de ſponſ. & quod ibi
dicitur de iuramento præſtito ab homine homini. Et qui
uellet multum inſiſtere huic rationi, fortè cogeretur con-
cludere, quòd imo iſta fallentia iuris non probetur, tamen
ipſam non moueo, tum propter eius æquitatem ſupra con
firmatam, tum propter authoritatem Hoſtien. & aliorum
hic. Sed caue in ſecundo caſu, quem dixi: quia tunc demū
iuſſus Papæ excuſat uenientē contra iuramentum, quando
Papa fert de iuramento, alias non, ſecundū d. Ant. & alios
in c. conſtitutus. j. de reſtitu. cum concor. quas ibi dicam.
¶ Ex ista glo. pro intellectu prædictorum reſtat concludere,
84 quòd † uaſallus inuito domino non poteſt regulariter feu-
dum alienare. Et hoc procedit, ſiue per contractum inter ui-
uos, ſiue in ultima uoluntate, ut in c. 1. de prohibi. alie. feu.
Et ſi alienet, amittit ipſum, & notarius ſcribens grauiter pu-
nitur, ut ibi: & iſta regula ponitur in c. 1. de prohi. feu. alie.
per Lotha. & in c. 1. de uaſal. qui contra conſti. Lotha. ¶ Ex
hinc eſt, quod non poteſt alienare etiā in alium conuaſallū,
ſecundum

ſecundum Bal.in c.1.uer.quæro, an uaſallus.de prohi.ſeu. ali.per Fede.niſi in caſu, de quo ibi per eum. Et hinc etiam eſt, quòd non poteſt inſolutum dari creditori,[a] ut not. Bald. in d.c.1. de prohi. ſeu.alie.per Fed.in uerſi. ſed nunquid ex conſuetudine. Nec etiam in emphyteuſim perpetuam concedi, uel ad longum tempus locari: quia hoc non procul diſtat ab alienatione, in authen. de non alie.aut non permu.§.alienationis. etiam cum pacto, quòd non intelligatur tranſlatum utile dominium: quia uideretur factum in fraudem, iuxta notata per Cy.in l.2.§.inſtitutio.ff.de leg.2.ſeuet Bald. in c.1.de prob.feu.alie.per Fed.uer. quæro, nunquid uaſallus. Nec poteſt uaſallus feudum pignorare,[b] d.c.1.de prohi.ſeu. alie.per Fede. niſi pignoraret dominu, c. 1.cum materia, j.de ſeu.Et in generali obligatione, uel hypotheca non uenit feudum ſecundum Spec. in tit. de pig. §. 1. uer.ſed nunquid feudum.& Bal.in l.uoluntas.C.de fideicom.& ſentit Bar.in d.§.inſtitutum.& latè Ro.poſt Bal.in l.ſi conſtante.§.quoties.uer.item inquantum.3.q.&c.ff.ſol.mat.contra Bart. ibi. Et ſi dominus eſſet bannitus,uel excommunicatus, pro hoc non excuſatur uaſallus, qui alienat ſine conſenſu ſuo, ſecundum Bal. in c.1. in uer.hic finitur lex. Et iſtam regulam deducit latè dn. Marianus de Senis in ſuo conſilio tuc. Clariſſimus Rex Martinus.quod eſt in ordine meo 63. ¶ Recipit autem iſta regula nouem declarationes, quarum quatuor ſetuli ſupra imitando gl.& Doct. Prima fuit, quando uaſallus uult ſibi facere alium uaſallum. Secunda,quando relinquit pro anima. Tertia, quando datur in dotem. Quarta, quando renunciat ipſi domino. Quas intellige & declara ut ſupra. Quinta declaratio eſt, quando in alienatione eſt illa clauſula, Saluo iure domini, ſecundum Bald.in c.1.§.donare.qualiter olim ſeu.alie.pot.& idem Bal.loquens de emphyteuſi, in l.ſi.C. de iur.emph. Ad quod uide eundem in authen.quas actiones.uerſi.ego habui. C.de ſacro ſan.eccl.Et idem in feudo, ſecundum Iaco.de Aluar.in c.1.in princ.de prohi. feu.alie. per Fed.& Bald.in tt.de pa.Conſtan.in uerſic.liuellariæ.Ad idem, quod no. Bal.in c.1.§.hoc quoque.ad fi. de ſucc. feu. ubi dicit, quòd ſi uaſallus alienat ſub iſta conditione, Alieno, ſi & in quantum poſſum, aliter non, nullum ſuſtinet amiſſionis periculum,niſi in caſu pulchro & ſing. de quo ibi per eum. ¶ Sed iſte modus non eſt tutus, ſecundum dom. Abba.in c.1.ad fi.infrà, de ſeu.ubi allegat Bald. & benè,in c.1.§.fi.uerſic. ſed pone, pater, quæ fuit prima cau. beneſi. amit.Et idem ultra ipſum uoluit eorum Bald.in l.1. uerſic. quæro,quid ſi prohibita.C.de his,quæ pœnæ no.quia cùm non ſit denunciatum domino, uidetur fieri clàm. Et ante factum, uel in ipſo facto requiritur licentia:factum autem, id eſt, traditio,eſt contrarium proteſtationi. Facit,quod notant Hoſtien. & Ioan. And. in c.eam te.de iureiur.ubi di-
85 cunt, quòd † iſta clauſula, Saluo honore domini, non releuat uaſallum alienantem. Et idem dicit de uerbo, Saluo iure: quia malè ius ſeruat, qui totum eneruat. Ideo taliter alienans incidit in commiſſum, ſecundum eos. Et ſequitur ibi dom. Car.do.Ant.& Imo.& Rom.ſing.427.inci. Tu habes, quòd uaſallus. ¶ Saluatur tamen dictus modus, ſi dicatur, Saluo iure domini,& non aliter, nec alio modo,ſecundum dom. Abb.in d.c.2.& Bald.in loco per eum allegato: quia tunc intendit alienare, cùm poſſit, & non aliter: & ſic nihil uidetur actum, iuxta not. in l.ſi quidem.C. de excep.& in l.ſi quis locuples.ff.de manumiſ.teſt. Facit, quod not. Bal.in authen.ingreſſi.in 4.col.uerſic.quæro ſecundò. C.de ſac.ſan.ecc.ubi dicit, quòd aliud eſt dicere, Profiteor, ſi mihi licet retinere fundum: & aliud, ſi addatur, Et non aliter, nec alio modo: quia iſta uerba habent uim cõditionis. Allegat not.in l.ſi quidem.C.de excep. & item tenet domi. Abb.in c.inſinuante.ad fin. qui cle.uel uoue. Et hoc modo procederet dictum Bal. in d.§. hoc quoque. ubi propriè ſic loquitur. ¶ Eſt uerum, quòd contra iſtam ſaluationem tenet Bal.in propoſito in d.l. uoluntas. quia adhuc factum eſt cõtrarium proteſtationi. Et pro hoc facit, quia dicta uerba Et non aliter, operãtur, ubi agitur de declarando actum non præiudicialẽ, ut traditur per Bal.poſt glo.in d.l. ſi quidem, ſecus,ubi actus eſt præiudicans alteri: quia dicta uerba non proſunt. ¶ Vnde dicit Bald. in l.1. uerſic. demum quæro. C. de confeſ. quòd in re facta non ualet ars uerborum. Similiter dicit Bald.in c.fi.uerſ.aduocati dicunt.j.de confeſ. quòd iſta uerba, Et non aliter, nec alio modo, non proſunt ad cautelã, quia in præiudicialibus non ualet proteſtatio. Allegat not.in d.l.ſi quidem. Ex quibus uidentur iſti ſeipſos intricare. ¶ Sed cogitabam, ſi pro concordia poſſent conſiderari tres caſus. Primus, quando uaſallus fecit contractum alienationis, cum clauſula, Saluo iure domini,& non aliter, & non deuenit ad traditionem, & tunc dominus non poſſit eum priuare, cum eius ius nondum ſit læſum. Ita ſentiunt prædicti,& maximè Io. An.in d.c. eam te. ¶ Secundus caſus eſt, quando uaſallus tradidit rem, & per hanc traditionem ſolam agitur de præiudicio domini, ut quia tradidit caſtrum,quod à domino non facilè recuperabitur: & tunc, cùm dolus fuerit in traditione, debet purgari per amiſſionem feudi: & procedunt proximè dicta, quia
86 † in se facta non proſunt artes uerborum, uel ſimulatæ proteſtationes, ſicut dicitur de eo,qui dicit, Tu mentiris,ſaluo honore tuo, ſecundum dom. Car. & dom. Abba.in dicto c.eam te.& Bart.& alios in l.ſi quis extraneus.ff. de acqui. hære.& Bar.in l.item apud.§.ſi quod dicitur. ff.de iniur. cũ concor. Et iſtũ caſum conſiderauit Bal.in d.c.1.§.ſi.dicens, ſe ita conſuluiſſe contra dictam cautelam. ¶ Tertius caſus eſt, quando deuentum eſt ad traditionem cum dicta conditione, quòd ſit ſaluũ ius domini, & res poteſt ſine difficultate haberi pro non alienata: & tunc cùm parum interſit domini, qui poteſt rem ad libitum reſcindere, fortè ſuſtinerentur opiniones prædictæ propter dicta uerba, Et nõ aliter, nec alio modo: quia nihil uidetur actum, ut prædixi: & facit, quod dicetur in ſequenti declaratione. Et ita credo ſenſiſſe omnes prædictos,& ſic intelligi debere, quod not. Bart.in l.ſi quis locuples. per illum tex. ff. de manu. teſt. & ſequitur Bal. in d.§.quoque. dum dicit, ualere alienationem prædictã,ſi dicatur, Si domino placuerit, uel, Vendo, ſi dominus non reuocauerit, aliàs res ſit inempta. Et hoc modo prædicta remanent clariora, poſſumus tamẽ ad-
87 huc cogitare. ¶ Sexta declaratio eſt, quòd † uaſallus retento penes ſe utili dominio poteſt alienare fructus feudi, etiã locando eos ad longum, uel longiſſimũ tempus, dum modò in tali locatione ad longum, uel longiſſimum tempus ſit expreſsè dictum, quòd nullum utile dominium transferatur in conductorem. Ita declarat Bal.hic, & Inno.in c.ad audientiam. de re.ecc. non alie.& Bald. & Imol.in l. ſi domus.§.ſi.ff.de leg.1. & in l.codicillis.§. inſtituto.ff.de lega. 2. Nec iſtud uidetur fieri in fraudem, prout dixit Bal.aliter tenens in c.imperialem.in prin. de prohi.feu.alie.per Fed. quia ceſſat fraus, ex quo agitur, quòd non tranſeat utile dominium: & ſic non eſt alienatio, ſed tranſlatio ſolius commoditatis reſeruato omni dominio. Bene facit l. neceſſario §.ſi. cum ibi not.ff.de peric. & com.rei uen. & in l.cum manu ſata.§.fi.ff.de contrahen.emp.& no. Bal. in l.ſi.C.de iur.emphy. ¶ Vbi autem fieret ſimplex locatio feudi omiſſa dicta reſeruatione, non procederet illa declaratio, quia ſimplex locatio ad longum, uel longiſſimum tempus, æquipollet alienationi[a], ſecundum do. Abb. & Imo. in d.c.ad audientiam. per illum tex. & do.Ant. & alios in c.nulli.eo. tit. & do.Abb.in c. fin.de ædi.edic. & Dyn. & Iac.de Are.& Bar. & cõmuniter[*] omnes in d.§.inſtituto.reprobata gl.ibi, contra quam etiam tenet Bal.in c.1.qui feu. da.poſ. & in c.imperialem.de prohi.feu. alie.per Fed.in c.j. §. ut libellario. quib. mo.feu.amit. & Bal.& Sali.in l.fin.C.de re.alie.non alie. & Ang.in l.j.§.ſi. ſi ager uecti.uel emphyte.per authen. de ali. & emph.§. ſi uerò aliquis. cum concor. de quibus per Io.de Ana.in c.ſi.j. ne præla. uic. ſuas. Secus, ſi ad non longum tempus,ſecundum Bal.in d.l.uoluntas. uer. ſed quid ſi uaſallus. quia prohibitus alienare nõ prohibetur pro modico tempo-

a *Crediteri] Vide Bart. in l.ſi ſi-nita. §.ſi de uecti galibus de damn. infect. & do. Soci. conſi. xiv. incipi. pro deciſione prædictæ. uer. circa qui. q. cũ uer. ſeq. in j.parte.*

b *Pignorare] Adde Alex.cõſ.ſuo ij. iij.par. & do. Soci.conſi.xix.j. alleg.uer.uerũ prædictis minimè.circa principi. in d. parte.*

a *Alienationi] Ad quod facit, quod habetur per do. Soci.in ſuo cõſilio 29.incip.pro deciſione prædictæ. uerſ. uerum prædictis minimè. circa prin.j. parte,quem uide.*

b *Locare] Adde Ange.in auth.de non alie.§.hoc igitur. & Lau. in l. in quorum.de pigno. Bal.in auth. ei qui. de bon.auchor.*

thor. in. poſſ. & Alex. in l. ſi filio. §. ſi. ſolut. ma. & ita ſuo conſi. pen. in 4. parte. Qualiter autem modicum tempus intelligatur, uide do. Soci. conſi. 32. incipi. Ex his, quæ ſuperius. uer. circa primam quæſtionẽ. circa med. in j. parte.

s Anni] Adde Bar. in c. nũ Apoſtolica. de donat. ubi loquitur de locatione facta per prælatũ de quinquennio in quinquennium: quod non ualet, ſecundum Lap.

b re locare, b ſecundum Arch. in c. indicatum. 89. diſt. per Bar. & alios in l. eotem. §. qui maximus. ff. de public. & omnes in clem. j. de reb. ecc. non alie. in d. c. fin. ne præla. ¶ Similiter ſi in locatione ad longiſſimum tempus diceretur, quòd tot eſſent locationes, quot eſſent anni, c non eſſet cautela tuta, quaſi præſumatur factum in fraudem, ſecundum Bal. in d. c. 2. in prin. uerſi. extra quæro. qui feu. dare poſſ. pro quo facit, quod not. Spec. & Io. An. in ti. de dona. §. i. uer. quid ſi aliquis donat. & Bart. in l. Modeſtinus. ad fin. ff. dona. & in l. ſancimus. §. a. C. de dona. & per Bal. in l. 2. C. quãdo dies leg. ce. cum concor. In quibus dicitur, non ualere donationem ultra quingentos aureos, etiã ſi dicatur, quòd tot ſint donationes, quot ſummæ, diuidendo in ſummis paruis. Et bene facit, quod not. Ang. in §. ſcire autem. in authen. de nõ ali. ubi dicit, quòd licet ſimplex colonus teneatur ſoluere penſionem expectato biennio, l. cùm domini horreorum & l. quæro. §. inter locatorem. ff. locati. tamen ſecus eſt in colono ad magnum tempus: quia acquiſiuit ius in re, & expectabatur triennio, ſicut de emphyteuta priuari eſt ibi textus cum gloſſ. cùm in eo ſit eadem ratio, ſecundum eum: quod bene not. Ad idem, quod not. Car. in cle. 1. §. fi. in 5. q. de reb. eccl. non alie. ubi dicit, quòd licet conductor ad modicum tempus nõ habeat poſſeſſionem naturalem, nec ciuilem, tamen conductor ad longum tempus naturaliter poſſidet, & habet utile dominium: & alle. c. potuit. j. de loc. & c. olim. j. j. de teſt. ſpo. Et ſic apparet hanc cautelam eſſe inutilem, licet aliud dixerit Bal. in d. §. aut ſi liuellario. in fi. ¶ Similiter ſi fiat locatio ad tempus non longum: cum pacto de renouando de tempore in tempus, nõ ualet talis cautela; quia illud non differt ab alienatione, ſecundum Lap. alleg. 12. quæ incipit, diſputat hic. & do. Car. in cle. 1. §. fin. in pe. q. de reb. eccl. non alie. & Ang. conſil. 182. inc. Ex forma & ſerie. ad fi. ubi eleganter loquitur de iſto modo contrahendi, qui eſt nouus & in iure non examinatus, ſecundum eum. Et hoc tenendum eſt. Et ita uidi conſultum per illuſtres uiros, licet aliter ſentiat Bal. in d. l. uoluntas. Et iſta omnia habeas domeſtica: quia utilia ſunt, & per alios non

88 ordinata. Septima declaratio eſt, quòd † uaſallus irrequiſito domino poteſt alienare feudum, dando ipſum alteri agnato, qui erat proximior, & debebat ſuccedere in illo feudo poſt mortem dantis: quia eſt potiùs refutatio, quæ fit agnato proximiori. Ita concludit Bal. poſt longam diſputationem in c. 1. de alie. feu. Et pro plena introductione ad hanc declarationem uide ſemper ipſum. ¶ Et adde, quòd ſi ſunt multi agnati, & fieret alienatio in unum in præiudicium aliorum, alij poſſent reuocare pro parte eos contingẽte, uel in totum, ſi in totum eos contingat, ſecundum Bal. in c. 1. §. hoc quoque. uerſic. 7. communia de ſuc. feu. per l. filiusfa. §. diui. ff. de leg. 1. & not. in l. poſt mortem. C. de fideiuſ. & in leg. cùm pater. §. à filia. ff. de leg. 2. ¶ Tamẽ quia in hoc non contemnitur dominus, ut eſt dictum, non admittuntur agnati, niſi aperta eis uia per mortem uaſalli, ſecundum ipſum, per not. ibi. Et hoc ipſe intelligit, niſi per annum taceant agnati à die ſententiæ: quia perinde eſt, ac ſi conſenſiſſent alienationi, per c. Titius filius. ſi de feu. uaſal. fue. interpel. ſecundum eum. Et ſecundum prædicta intellige etiam no. per Bal. in c. unico, de uaſal. qui contra cõſti. Loth. & quod not. Imol. poſt Io. de Lig. in cle. 2. in fi. de

89 iure pat. ¶ Octaua declaratio eſt, quòd † uaſallus poteſt alienare feudum diuidendo ipſum inter ſe & alium conuaſallum eiuſdem feudi, ut eſt tex. in c. 1. §. præterea ducatus. de prohi. feu. alie. per Fed. Dicitur enim potiùs quædam renunciatio, quàm alienatio, ut in præcedenti declaratione. Et eſt bo. text. in c. 1. in princ. ibi, non eſt libellus, ſed quædam refutatio. de alie. feu. pater. & not. Bal. in l. ſi plures. C. de condi. inſer. ſicut dicitur in ſimili, quòd patronus poteſt c donare ſuum iuſpatro. alteri compatrono ſine conſenſu epiſcopi, qui aliàs requiritur, ut probat tex. no. iuncta gloſſ. in uerſic. liberè. in cle. 2. de iurepa. & eſt text. ſecundum unum intellectum in c. ex inſinuante. j. de iure pa. & glo. in c. nemine. 16. q. 7. Et hinc eſt, quòd diuiſio facta inter fratres de feudo non excludit ius accreſcendi altero moriente, quando in diuiſione aliquid remanſit uincti: ſecus, ſi nihil: quia portio accreſcit uiuenti. Ita no. Bald. in l. 1. uerſic. ſed an diuiſio. C. quando non pe. par. ¶ Similiter dicitur, quòd ſi emphyteuta diuidit rem eccleſiæ cum alio emphyteuta, non tenetur eccleſiam requirere, prout aliàs, ut not. Fede. conſilio 228. incip. Factum eſt tale, duo fratres. & Bartol. conſil. 58. incip. Et ex themate prædicto. per dictũ §. præterea ducatus. etiam quia non præiudicat domino, ut per eum ibi, & in l. qui Romæ. §. duo fratres. in 10. q. ff. de uer. obl. & in l. domus. §. fin. ff. de leg. 1. & in l. & ideo. ff. de con di. fut. & in l. cum 2. §. ſi oni. cum ſeq. ff. de tranſactio. & in leg. 1. C. de impo. lucra. deſcri. lib. 10. & Lo. Ro. in l. ſtipulationes non diuiduntur. ff. de uerb. obli. & Bal. in leg. uoluntas. C. de fideicommiſſ. & Salic. in l. ea lege. ff. de condictio. ob cauſam. de quo per Bal. in c. imperialẽ. in prin. de prohi. feu. alie. per Fed. & Cal. in tit. de loca. conſil. 10. & Spe. in tit. de loc. §. nunc aliqua. uerſic. 71. & uerſ. 147. & Bald. in l. ſi familiæ. C. fami. erciſ. & Car. conſi. 17. ¶ Hanc declara-

90 tionem limita tribus modis. Primo, ut † non procedat in feudo dignitatis, putà regni, ducatus, marchionatus, comitatus, uel alterius habentis iuriſdictionem: quia tale feu- a dum nõ diuiditur [a], ſed debet apud unũ tantum reſidere, ut eſt glo. in c. licet. in gl. fi. j. de uoto. & ibi plenè do. Abb. & eſt text. in d. §. præterea ducatus. & eſt gloſ. fi. in c. ſi hæredes. j. de teſta. Et ratio adducitur: quia talia meliùs reguntur ab uno ſolo, quã à pluribus. Vnde inquit Philoſophus in 2. Metaphyſicorũ, in fi. Entia nolunt malè diſponi. Pluralitas principatuũ eſt mala. Vnus ergo princeps. Et hoc latè deducit Pet. de Anc. conſi. 335. quod incipit, Pro maiori intelligentia. & Oldr. conſil. 94. quod incipit, Eleganter circa negocium, de quo agitur. & conſil. 24. quod incipit, Prima q. & conſil. 69. q. incipit, cõſueuit dubitari. tex. in c. in apibus. 7. q. j. & hoc idem teſtatur Sene. in prima tragœdia: Non capit regnũ duos. Vnde apud Poetam dicitur, Fraterno primi, &c. & alibi, Omnis poteſtas impatiens conſortis erit. c. quod. autem. 23. q. 7. Facit c. eſto. 95. diſ. ibi, unus dominus, & unũ baptiſma: & Apoſtolus ad Ephes. 4. Vnum caput, unus ſpiritus, unus do- b minus [b]. Vnde dicitur in l. 2. §. nouiſſime. ff. de orig. iur. Neceſſe eſt reipublicæ conſuli per unum: & dicitur in c. quoniã in pleriſq; . j. de offi. ord. & in l. 3. ff. de offi. præfec. uigil. & in authen. quomodo oportet epiſcopos. in princ. Mõſtruoſum eſt ĩ uno corpore eſſe plura capita. Vnde dicitur in tit. 1. ad fi. C. de ſum. tri. Volo pater, ut ipſi unum ſint in nobis, ſicut & nos unum ſumus. Ideo dicit gl. mag. in fi. in c. non autem. 7. q. 1. quòd qui crederet eccleſiam uniuerſale ſaltem poſſe habere duo capita, eſſet hæreticus: & eſt gl. penu. in cle. ad noſtrã. in uer. eccleſiæ. de hæreti. & ſequitur Abb. in c. at ſi clerici. in prin. de iud. & in c. 1. j. de parochijs. & in c. quoniam. & Car. in cle. 1. §. porro. in 2. q. de tutela. & ideo Arch. in c. non autem. in 7. q. j. refert Auguſtinum dicentem, quòd neſciebat iure prohibitũ, quòd duo poſſent habere unum epiſcopatum, quaſi ſentiat, quòd non acceptaſſet ſuũ. ¶ Cæterùm quãuis talia diuidi non poſſint, tamen exercitiũ, ſeu adminiſtratio c diuidi poteſt [c]: ut eſt deciſio Bar. in l. inter tutores. in fi. ff. de admi. tut. ubi ex hoc infert, quòd ſi unus ex illis delin-

a Nõ diuiditur.] An feudum dignitatũ, uidelicet ducatus, &c. prout hic in text. ſit diuiſibile de conſuetudine, uel de iure: uide qualiter intelligatur §. præterea ducatus. c. imperialẽ. de prohib. feud. ali. per Feder. uide no. per Soci. qui eum declarat per decẽ notabiles declarationes in ſuo cõſil. 165. incip. Viſis inueſtitura. uer. circa ſecundã dubitationẽ. cũ uer. ſeq. in 2. parte, & uerſ. 2. per tex. cũ uerſi. ſeq. in quibus eſt permiſſa diuiſio, et in quibus non. In quib. autem locis feuda dignitatum præter regalia diuiduntur contra diſpoſitionẽ, d. tex. c. imperialem. §. præterea ducatus. uide per eũ in ſuo cõſil. 252. incip. Viſis inſtrumentis conceſ. uerſic. ſecundo dico. circa princ. in d. parte. Itẽ an, et quando feudum dignitatis diuidi poſſit & an in materia feudorum argumentis legalibus utendum ſit, uel conſuetudo agendi præualere debeat, uide per eum

quas in territorio alteri commiſſo, nõ po-
teſt ab eo puniri [d]: quia cum iuriſdictio
ſit communis, par in parem non habet
imperium, c.innotuit. cum ſi. de elec. Itẽ
infert, quòd propter delictum unius ex
eis poteſt ſuperior exercere iuriſdictionẽ
in bonis utriuſq;: quia illa diuiſio habet
locum inter eos, non quo ad alios, ut ibi
ſecundum eum quæ uerba reaſſome, ut
per Bald. plenè in d.§. præterea ducatus:
& tetigit Bal. in authen. hoc amplius. C.
de fideicom. & Bar. in l.ſi.ff. de ter. diuiſ.
& do. Abb. in ſimili, in c. quætimoniam.
ad ſi. C. de iurepa. & no. Bart. in l. arbor. §.
judea. ff. communi diui. & in l. Lucio. §.
1. ff. de aqua quoti. & in l. ſi uni ex pluri-
bus. uerſi. quintò quæro. ff. de re iud. & fa
cit deciſio Ioan. Andr. in addi. Spe. ſuper
rub. de re iudi. & fuit dictum Old. licet
ipſe non dicat, conſil. 161. incip. Thema
tale eſt. Et adde, quòd ſi tales domini
ſunt diſcordes in uſu iuriſdictionis, poſ
ſunt compelli diuidere exercitium uten-
do alterius temporibus, ſecundum Ang.
in l. 2. §. ex hæres. ff. de uerb. obli. & ibi per
Roma. & do. Abb. in c. ſi. j. de re iud. pro
quibus eſt glo. ſi. in c. licet. in gl. mag. in
fin. 26. q. 3. & eſt nota. dictum ad intelle-
ctum cle. 2. de iurepa. ¶ Secundò limi-
91 tatur iſta declaratio, dum † modò om-
nes uaſalli conueniant & concordent in
facienda diuiſione feudi: aliàs uno diſ-
ſentiente non poteſt fieri, ſecundum do.
Abb. conſil. 82. incip. quãquam in his du-
bijs. quia licet in aliorum bonorum di-
uiſione ſufficiat unum ex ſocijs prouo-
care: quia nemo compellitur eſſe in com-
munione, ut ff. & C. communi diui. per
totum, tamen in diuiſione bonorum feu
dalium debent omnes concordare; aliàs
diuiſio fieri non poteſt. Ita dicit eſſe tex.
ſi bene ponderetur, in d.§. præterea duca
tus. ibi, ſi conſortes uoluerint. Et hoc nõ
reperitur ab alio ponderatum, ſecundum
92 eum. Tertiò † limitatur reſpectu eius,
quod dictum eſt de emphyteuta: quia il
lud intelligitur in emphyteuſi recepta
per patrem pro ſe & filijs & hæredibus:
quia cùm ſit locus iuri accreſcendi inter
dictos filios, ut per Bar. in l. ſi mihi & Ti
tio. ff. de uar. obli. talis alienatio, quæ fit
inter eos, dicitur potius quædam renun-
ciatio. Secus in emphyteuſi, ſi à principio ſit conceſſa duo-
busq; quia inter eos non eſt locus iuri accreſcendi, d.l. ſi mi-
hi. Ideo non poſſunt inter ſe alienare: quia domino fieret
præiudicium, cùm ipſe offerens iuſtum pretiũ debeat cui-
cunque præferri, l. ſi. C. de iu. emphyt. quæ ratio ceſſat in di-
uiſione feudi. Et ſecundum hanc limitationem intelligitur
opi. Gui. de Cu. in l. cùm l. §. ſi uni. ff. de tranſact. & Bald. in
l. dudum. C. de contrahen. emp. ¶ Generaliter autem, quan
93 do † prohibita alienatione ſit prohibita diuiſio, & quando
non ultra prædicta, uide gloſſ. & Nico. de Neap. in l. ſi pu-
pillorum. in princ. per illum tex. ff. de reb. eo. & Ludo. con-
ſilio 182. incip. In Chriſti, &c. in caſu propoſito. ad fin. &
Bald. & Sali. in l. iubemus nulli. C. de ſac. ſan. eccl. & Bal. in
l. 1. in princ. in uerſic. no. ff. de reb. eo. & Flo. in l. Lucius Ti
tius. ff. fami. erc. & Bald. in l. diuiſionem. C. communia u-
triuſque iudic. per Alber. in 1. parte ſtatutorum, q. 115. &
Imol. in c. nulli. in ſi. ff. de reb. ec. non alie. ¶ Nona & ulti-
94 ma declaratio eſt, quòd † uaſallus epiſcopi poteſt aliena-
re feudum in capitulum ipſius epiſcopi, etiamſi inter eos
ſint bona diſcreta. Ita conſuluit Cald. ſolenniter in tit. de
feu. conſil. 11. incip. An feudatarius. & hoc propter maxi-
mam coniunctionem, quæ eſt inter epiſcopum & capitu-
lum, c. nouit. de his, quæ fiunt à præla. c. requiſiſti. de teſta.
per quam non uidetur epiſcopus in generali prohibitione
alienationis excluſiſſe ſuos, argu. c. 8. de poſtu. nec hanc cõ
iunctionem tollit diſtinctio bonorum, quæ cauſatur ex u-
no corpore: & facit d. c. requiſiſti. ſecundum eum. Quod fa-
cit ad multa, ſi eſt uerum. Et pro ipſo adduco, quod no. Ho-
ſtien. in c. poſſeſſiones. de reb. eccleſ. non alie. ubi dicit, quòd
ſi epiſcopus eget in epiſcopatu ſuo aliqua camera, uel do-
mo, quæ eſt capituli, poteſt illam emere à capitulo: quia nõ
dicitur exire extra eccleſiam. argum. l. uoluntas. C. de fidei-
com. ubi prohibitus alienare non prohibetur alienare in fa
miliam prohibentis. Ad idem, quod no. Bal. in l. dudum. in
ſi. C. de contrahen. empt. ubi dicit, quòd epiſcopus, qui iu-
rat nõ alienare res epiſcopatus, poteſt donare capitulo ſuo:
quia non exit de corpore eccleſiæ. Alleg. gloſſ. in cle. fin. de
reb. eccl. non alie. & d. l. uoluntas. Sed contra hanc decla-
rationem eſt deciſio Car. expreſſa in ſuo conſilio 57. quod
incipit, Caſus; feodum quoddam. ubi conſuluit, quòd epi-
ſcopus non poteſt inueſtire capitulum ſuum de feudo de-
uoluto ad ipſum epiſcopum: quia non licet prælato condi-
tionem eccleſiæ facere deteriorem. Hinc eſt, quòd factum
prælati non præiudicat eccleſiæ, niſi communicato conſilio
cum ſuo capitulo, ut not. gloſſ. 3. in c. 2. de or. cog. & condi-
tio eccleſiæ fieret deterior in hoc, quòd feudum ſolutum in
feudali alicui perſonæ transfertur in capitulum, quod nun
quam moritur, c. ſi gratioſæ. de reſcri. in 6. quia continua-
tur. Idem in c. diuerſis ſuppoſitis. l. præponebatur. ff. de iu-
di; & ſic nunquam eſſet ſpes, ut reuertatur ad eccleſiam.
Idem poſſet eſſe, quòd debebantur ſeruitia perſonalia, quæ
non poterit præſtare capitulum, ſicut de monaſterio dicitur
in c. in præſentia. de prob. ſecundum eum. ¶ Ad idem, quod
no. Imol. poſt Gul. in cle. 2. uerſic. quærit Gul. de re. ec. non
alie. ubi dicit, quòd ſi uaſallus epiſcopi uult alienare feu-
dum in capitulum ipſius, non poteſt epiſcopus huic actui
authoriſare, nec etiam capitulum inueſtire de directo do-
minio; quia in tali alienatione non poteſt ipſe eam faciens
authorizare, ſed requiritur authoritas Papæ, ut ibi per ip-
ſum, qui per hoc ſentit, quòd alienare in capitulum ſit au-
ferre epiſcopo. ¶ Ad idem facit; quia uaſallus non poteſt
alienare in agnatos domini; quia nõ ſunt feudi participes,
ſecundum Bald. in d. l. uoluntas. uerſic. quæro, conceſſum.
niſi in conceſſione diceretur, quòd extra agnatos non alie-
net; quia à contrario ſenſu alteratur natura feudi, ſecundũ
eum. Et licet dictum iſtud poſſit intelligi de agnatis inue-
ſtiti, tamen idem puto de agnatis domini, per rationes do.
Car. Ex quib. uidetur, quòd in capitulum non poſſit feudũ
alienari. Et hoc credo uerius per dictas rationes, nedum
ubi bona eſſent diſcreta, per not. in c. edocen. j. de reſcrip.
ſed etiam communia per illam rationem, quòd feudum li-
berum epiſcopi non rediret amplius ad eum ſolum, & cùm
interſit epiſcopatus, ne, quod proprium eſt, efficiatur com-
mune, & ſic deſinat eſſe proprium, per not. in l. ſerui electio
ne. §. Labeo. ff. de leg. 1. Et pro prædictis uide omnino do.
Abba. in c. ſicut. de iureiu. ubi latè examinat, an donatio fa-
cta capitulo ab epiſcopo de bonis menſæ ſuæ præiudicet
ſucceſſori? & uidetur tenere, quòd non: ex quo adhuc ma-
gis redditur dubia hæc declaratio. Poteris tamen cogitare,
quia non inuenio alibi tactum. ¶ Poſtremò unum non o-
mitto, ad quod iſte text. primo aſpectu inducitur: uidelicet
95 † utrùm ſtatutum inhabilitans fœminas extantibus ma-
ſculis, habeat locum in bonis feudalibus, uel emphyteuti-
cis eccleſiarum: nam per iſtum text. uidetur, quòd nõ, cùm
de talibus bonis non poſſint laici diſponere. Et per hoc ui-
de do. Car. conſil. 2. incip. Circa ſtatutum. ubi conſuluit in
ſplendidiſſima patria noſtra Ferrariæ, cùm non ſtante dicto
ſtatuto ueniant fœminæ pariter cum maſculis. Idem tenet
Bald. per aliam rationem in authen. ſi quas ruinas. uerſic.
ex hoc ſequi. C. de ſac. ſan. eccle. quia hoc non eſt ius hære-
ditarium, ſed eſt quæſitum ius filiæ tempore contractus. Fa
cit, quod not. do. Abba. conſil. 72. incip. In negocio Guido-
nis, dum dicit, quòd ſtatuta laicorum non extenduntur ad
bona emphyteutica eccleſiarum per iſtum tex. Nihilo mi-
nus contrarium eſt tenendum: quia iſte text. intelligitur de
ſtatutis præiudicantibus eccleſiæ: quod non uidetur face-
re ſtatutum: quia diſponit, qualiter ſuccedant ipſi laici præ
ferendo maſculos: & hoc non nocet eccleſiæ. Nec obſt.
quod fœmina ueniat iure inueſtituræ; quia pater quando
fecit ſe ſimpliciter inueſtiri, uidetur in dubio retinuiſſe cõ-
tractum,

eum in conſ. 178. incip. In q. uerten te. in princ. cum uerſ. ſeq. in d. parte.

b *Unus dominus*] *Adde Ro. conſil. 21.*

c *Diuidi põt*] *Adde, quòd idem tenet do. Soci. in ſuo conſilio 175. incip. Viſis inueſtituris. uerſ. ſecundò principaliter reſpondetur, in 2. parte, & uerſicu. præterea prædictum. circa medium, chart. 29. Et quòd exercitium, ſeu adminiſtratio diuidi poteſt, adde §. per loca & tempora. ſecundum Bar. in d. l. inter tutores. alleg. in text. per Bart. in conſil. 2. quæritur, an iuriſdictio. Et quod ſit indiuiſibilis, eſt gloſ. 2. in cap. prudentiam. de offic. dele. & Car. in clem. ſi. 1. q. de præben. & Paul. de Ca. conſ. 161. Sed uide Bart. omnino in d. l. inter tutores.*

d *Puniri*] *Vide Bart. in hoc contrarium in l. cùm ex ratione. in ſi. ff. de excuſ. tu. Sed uide Bald. in d. §. præterea ducatus. alleg. in text. qui aliter loquitur: et ibi diſtinxit.*

tractum, ut ualeat eo modo, quo iubet ſtatutum; & cenſetur cogitaſſe, quòd ueniant fœminæ ordine ſucceſſiuo, uidelicet deficientibus maſculis. Et quamuis iſta ratio multum dilatari poſſet, tamen ſufficere puto remittere ad Pet. de Anch. qui ita per ipſam eleganter conſuluit in propoſito poſt longam diſputationem conſil. 118. inci. Viſis & diligenter ruminatis. per totum conſilium. Et idem uot. ipſe in conſilio 414. incip. Poſtquam iſta domina. & eſt deciſio Bartol. in l. ut iuriſiurandi. §. ſi libert. in 2. c. ff. de oper. lib. uer. item prædicta uera, niſi eſſet ſtatutum. quam tenet etiã Bald. in l. liberti libertæque. uerſ. ſed quid ſi ſtatutum. C. de ope. lib. cum certa declaratione, quam ibi uide. ¶ Et iſta ſufficiant ſuper iſta decretali, in qua licet multa dicta eſſe uideantur, tamen pauca ſunt reſpectu eorum, quæ dici potuiſſent ex prædictis; & eorum ordinario difficilior mihi fuit, quàm inuentio. Modò cogimur hic finem ſcribendi facere pro hoc anno, ne impediantur extraordinariæ lectiones, quæ propter calores præcipitantes poſt noſtram de more expedientur.

SVMMARIVM.

1 *An in literis Papæ ſufficiat exprimere primam literam nominis proprij.*

2 *Beneficium quando non uacat per mortem beneficiati.*

3 *Statuentes poſſunt recedere à ſtatuto confirmato à ſede Apoſtolica, uel alio ſuperiore, & redire ad ius priſtinum, etiam non obtenta licentia à ſuperiore. Et procedit hæc regula, ubi confirmatio non erat neceſſaria. nu. 5.*

4 *Statutum concernens utilitatem publicam, non poteſt reuocari per capitulum canonicorum: ſecus, ſi ad eorum utilitatem priuatam ſpectet.*

5 *Clauſula decreti quando eſt in confirmatione ſtatuti, uidelicet. Si ſecus factum fuerit, irritum ſit & inane, ſtatuentes non poſſunt ipſum ſtatutum reuocare.*

7 *De clauſula annullatiua cum ſua limitatione.*

8 *Nullatenus, dictio quid importet.*

9 *Statuentes ſi fecerunt ſtatutum, non ſua authoritate, ſed ſuperioris, non poſſunt iſtud tollere.*

10 *Statuentes, uel eorum ſucceſſores, ſi ueniunt ſcienter contra ſtatutum, uidentur ipſum tollere.*

12 *Numerus præbendarum & Canonicorum ſi eſt ſolùm iuratus, poſſunt Canonici ſublato prius ſtatuto augere numerum.*

12 *Quod fallit in uno caſu, ſcilicet quando iurant ſeruare contenta in ſtatutis.*

13 *Numerus canonicorum ſi eſt confirmatus tantùm, & non iuratus, poſſunt canonici ipſum augere.*

14 *Canonici poſſunt creare in ſua eccleſia dignitatem non nouam, put à archidiaconatum, uel archipreſbyteratum, quamuis creare dignitatem omnino nouam ſpectet ad Papam. Hanc concluſionem declarat duobus modis, ut nu. 15. & 16.*

17 *Numerus canonicorũ licet ſine cauſa non poſſit minui, uel dignitas ſupprimi, tamen cum cauſa, puta ob diminutionem redituum, poteſt per epiſcopum, uel capitulum, dignitas ſupprimi.*

18 *Patronus licet propter negligentiam perdiderit poteſtatem præſentandi, tamen ſuperior conferens iure deuoluto non poterit aliter conferre, quam ſe habeat inſtitutio & natura beneficij.*

19 *Surrogatum ſapit naturam eius, cui ſurrogatur.*

20 *Cauſa neceſſitatis multa permittuntur, quæ aliàs nõ permitterentur.*

21 *Actus poteſt expediri ſine conſenſu eius, qui requiri debet, neceſſitate imminente.*

22 *Neceſſitas tanta ſi imminet alienandi bona eccleſiæ, ita quòd ſuperior conſuli non poteſt, epiſcopus poteſt alienare nõ obſtante iuramento de non alienando inconſulto Romano pontifice.*

23 *Epiſcopus an poſſit applicare menſæ ſuæ fructus beneficiorũ uacãtiũ.*

24 *Quando ab homine eſt expreſſum, quantum priuilegium ſortiatur curſum ſuum, illi ſtandum eſt.*

25 *Priuilegium conceſſum ad aliquid faciendum, perditur ſpatio decẽ annorum, ſi priuilegiatus eo non utitur. Et hanc regulam limitat, ut nu. 25. 26. 27. 29.*

26 *Facultas quando praſcribi poteſt. & ibi. Conſuetudo an inducatur per actus negatiuos.*

27 *Facultatem habens faciendi molendinum pro ſuo libito, ſi non fecerit per decem annos, an perdat illam facultatem.*

28 *Contrauenient priuilegio dato ad aliquid non faciendum, uidetur ipſi renunciare, & conſequenter ipſum amittit.*

30 *Prælatus eccleſiæ, poteſt duobus caſibus præiudicare eccleſiæ. Præſcriptio non currit contra obedientiam. Poſt num. 30. uerſic. quartò limita. Quanto tempore tollatur conſuetudo. Poſt nu. 30. uerſi. & in hoc.*

31 *Priuilegium tollitur unico actu in quinq; caſibus.*

32 *Statutum qualiter differt à conſuetudine.*

33 *Actus, qui non poteſt fieri à principio ſine licentia ſuperioris, poteſt tamen refici, ſi erat deſtructus, abſque illius autoritate. De hoc ponit multa exempla & limitationes. Epiſcopus poteſt reuocare antiquum cenſum. Poſt nu. 33. uerſi. adde glo. An reficiẽs dicatur de nouo facere. Poſt nu. 33. uerſ. hæc & ſimilia.*

34 *Solennitas, quæ requiritur in confectione inſtrumenti, requiritur etiam in refectione ipſius.*

CAPITVLVM VIII.

CVM ACCESSISSENT. Dignitas ſublata de eccleſia per ſtatutum capituli confirmatum per Papam ulterius non cenſetur uacare, niſi per contrarium actum ſtatutum fuerit reuocatum. H. D. ¶ Et omiſſis alijs notabilibus, quibus nihil adderem, Nota. primò tex. ſecundum Imo. hic in uerſicu. G. Tulenſis. quòd
1 † in literis Papæ ſufficit exprimere primã literam nominis proprij. Facit c. G. perpetuus. de fi. inſtr. & c. P. & G. de offi. deleg. & c. cùm inter R. de elec. & c. cùm inter P. de renun. & c. cùm C. de for. compet. in vj. cum alijs ſimilibus. ¶ Hodie tamen de conſuetudine curiæ apponitur nomen extensè, ſecundum eũ. Alle. l. ij. ad fi. C. de uet. iur. enu. ubi nomina prudentiũ non ſcribuntur ſignis, ſed extensè. ¶ Adde Arch. xxv. q. ij. in ſumma, ubi dicit, quòd propria nomina impetrãtium extensè debent ſcribi: ſecus de nominib. eorum, contra quos impetratur. Idẽ dicit Spe. de reſcr. præſen. §. igitur. uer. & quoniã ex forma. ubi Ioã. An. in add. allegando d. l. ij. ¶ An autẽ in libello debeat exprimi nomen & cognomẽ, uide per gl. & Doc. in c. j. de libel. obla. & Spec. eod. tit. §. quid ſit libellus. in princ. & Bart. & alios in l. j. ff. de lib. & poſthu. & in l. demonſtratio. ff. de condi. & demõ. & Nico. de Neap. in l. Aemilius. ff. de admi. tu. cũ cõcor. de quibus per do. Mari. in c. ij. de libel. oblat. uer. tertiò quæro. & quod ipſe ponit in c. qualiter. ij. q. xj. art. xxj. ¶ Et quãdo nominãtur eccleſiæ, an exprimatur nomẽ ſancti, uide gl. in c. quamuis. j. de præben. in 6. in uerbo, extendi. & ibi Domi. concludentem, quòd non in eccleſia cathedrali: ſecus in inferiori, ubi eſſet locus ſolennis habens eccleſias matrices, ut in eccleſia Pratenſi, & ſimilibus, ſecundum Ioannem Andream & Dominicum ibi & Imol. in ca. cùm adeò. per illum textum. infra de reſcript. & per Lap. alleg. 15. in fi. Et quando erratur in demonſtrationibus, uide Imo. & alios in l. ſi quis in fundi. ff. de leg. 1. & in c. ſignificante. j. de reſcript. & quod ibi dicetur. ¶ No. ſecundò ex iſto tex. unum caſum, in quo per mortem beneficiatæ perſonæ non uacat beneficium. Alius eſt, quando præbendæ nõ ſunt diſtinctæ, nec numerus Canonicorum diſtinctus, ſecundum Imol. hic per c. dilecto. j. de præben. & facit ca. ex parte. eum materia, j. de conceſ. præbend.
2 ¶ Alius caſus eſt, quando † beneficiũ eſt de menſa prælati, ſecundũ Imol. hic, æquiparantem ipſum uſufructuario: quo mortuo ius ſuum conſolidatur cum proprietate, c. eũ conſtet. j. de pig. Et quòd non uacet tale beneficiũ, eſt gloſ. in uer. non uacet. in clemen. 1. de exceſ. prælat. & in clemẽ. 1. in uer. haberent. de reſcrip. Ad idem, quod no. Imol. in ca. Abbatem. j. eod. ubi tenuit contra Io. And. & do. Ant. quòd literæ ſuper beneficio uacaturo non extenduntur ad beneficia, quæ ſunt de menſa. Quomodo autem cognoſcantur talia beneficia, remittit hic Imo. ad dicta per ſe poſt Hoſtiẽ. in c. ut ſuper. de reb. eccleſ. non alie. & no. oẽs in d. clemen. 1. de exceſ. præla. ubi bona glos. in uer. ad menſam. ¶ No.
3 tertiò, q † ſtatuentes poſſunt recedere à ſtatuto confirmato à ſede Apoſtolica, ſeu alio ſuperiore, & redire ad ius priſtinum non obtenta alia licentia à ſuperiore. Et idẽ tenet Bar. in l. omnes populi. uerſi. iuxta prædicta quæro. ff. de iuſt. & iu. Bal. Fulgo. & Paul. de Caſt. in l. omnium. C. de Teſtam. per illum text. ubi teſtamentum confirmatum à principe poteſt à ſolo teſtatore reuocari. Idem tenet Bald. hic, & in extrauag. de pa. Conſtan. uerſi. deinde quæro: pono, quod princeps

princeps conceſsit. & in l. ex placito. C. de rer. permuta. &
Per. de Anch. in c. cùm aliquibus. in princi. de reſcrip. in 6.
& in c. ſuggeſtum. j. de deci. & in repe. c. j. ſupra. eod. in uer.
ſed hic incidenter quæro, utrùm in reuocando. & Ang. &
Imol. in l. Paulus. la j. ff. de re iud. & domi. Abb. & alij in c.
dilecto. per illum text. optimum à contrario ſenſu, infra. de
præben. & per Imo. in l. teſtamenti factio. ff. de teſta. & Doc.
in alijs locis ſtatim allegandis. ¶ Nihilo minus pro clariori
intelligentia opinionum, quæ ſuper hoc non uidentur con
formes, notandæ ſunt ad hanc concluſionem quatuor de-
4 clarationes. Prima declaratio eſt, quòd † ſtatuentes poſſunt
tollere ſtatutum confirmatum, dum modò concernat prin-
cipaliter fauorem eorum: nam illi renunciare poſſunt: ſicut
de priuilegio dicitur in c. pro illorum. de præben. ſecus, ſi
concerneret fauorem aliorum, uel ius publicum, ita quòd
non merè ipſos ſtatuentes: quia tunc prædicta non procе-
dunt, ſecundum domi. Abb. hic. Et ita intelligit Bald. in d.
l. omnium. nam ex quo ſuperior confirmat, uidetur facere
diſpoſitionem ſuam, arg. c. ſi Apoſtolicæ. de præben. in 6. &
l. j. C. de uet. iur. enucl. & tunc ſuccedit regula c. inferior. 21.
diſtinct. & cle. ne Romani. de elec. Pro hoc, quod no. Inno.
in c. accedentibus. de priuileg. ubi dicit, quòd ſi ſtatutum
eccleſiæ concernit principaliter utilitatem eccleſiæ, non poſ
ſunt Canonici expreſsè, uel tacitè illi renunciare, & ſequi-
tur Ab. hic. Et idem uoluit Ang. in d. l. omnium. C. de teſta.
Pro quibus adduco, quod not. Car. conſilio. 130. incip. In
quadam eccleſia cathedrali. ubi dicit, quòd ſtatuta capituli
confirmata per Papam, non poſſunt per canonicos tolli,
quatenus concernunt fauorem publicum: puta, cultum di-
uinum. Pro hoc, quod no. Innoc. in d. c. accedentibus. dum
loquitur de priuilegijs honorabilibus, uel utilibus: & dicit
in c. cùm omnes. ſupra. eo. in 2. fallentia, ad l. quod maior.
ff. ad muni. Ad idem uide Lap. alle. 86. incip. In quæſtione
uertente. ubi dicit, quòd quando ex ſtatuto confirmato eſt
ius alteri quæſitum, tunc non poteſt ſine eius conſenſu per
ſtatuentes tolli, per no. in l. non amplius. §. j. ff. de le. j. & ibi
5 uide Barto. ¶ Secunda declaratio eſt, quòd † ubi ſtatutum
non teneret ſine confirmatione, & ſic confirmatio fuit ne-
ceſſaria, non poteſt tunc per ſtatuentes tolli, ſed regula pro
cedit, ubi confirmatio non fuit neceſſaria. Ita uoluit Bart.
in d. l. omnes populi. & Salic. in l. fi. C. de iur. om. iu. & in l.
omnium. C. de teſta. Pro quibus uide Bal. in c. cùm omnes.
ſupra. eod. ubi eleganter dicit, quòd epiſcopus ſolus poteſt
reuocare ſtatutum factum à ſe & capitulo, quando conſen-
ſus capituli fuit ad bene eſſe: ſecus, ſi de neceſſitate. ¶ Simi
le dixit Bald. in c. decernimus. j. de iudic. quòd ſi Papa con-
firmauit iuriſdictionem, quæ nulla erat, non dicitur iuriſ-
dictio ordinaria, ſed delegata: quia perſona domini inſpici
tur, non ſerui, argu. leg. debitor. §. ſi is. ff. de leg. 2. ut ibi per
eum. Et ideo dixit Bald. in d. leg. ex placito. quòd ubi Papa
confirmat ſtatuta ualida, non efficiuntur Papalia: ſecus, ſi
inualida: & tunc ſine ipſo tolli non poſſunt. Et ratio huius
declarationis eſt, quia eadem ſolennitas requiritur in de-
ſtruendo, quæ in conſtruendo, ut in authẽ. econtrà ſi filius.
C. de rep. & in authen. de defen. ciui. §. non habente. facit,
quod no. gloſ. in c. cùm proponeretur. ff. de leg. 2. per quam
dicit Bald. in c. ſi quis feudum. ſi de feu. fuer. contro. inter
do. & agna. & in l. fin. C. de cad. tol. in l. fi. C. de fideicom. &
in l. 2. C. de bon. poſſeſſio. ſecundum tab. & in l. errore. C. de
teſta. quòd ubi ex forma ſtatuti ad probationem actus geſti
requiritur certa probatio, eadem requiritur ad deſtructionẽ
eiuſdem actus: pro hoc gloſſ. j. in c. quamuis. de proc. in 6.
dicens, quòd ſi mandatum non fuit intimatum in iudicio
iudici, uel parti, non eſt opus, quòd eius reuocatio eis inti-
metur. ¶ Et ſecundum hanc declarationem puto ſaluanda
eſſe uerba eorum, qui aliquando ſimpliciter firmauerunt,
ſtatuta confirmata non poſſe per ſtatuentes reuocari, ut per
Bald. in c. conſtitutus. j. eo. & in d. l. omnium. Et ideo dixit
Bald. in tab. ſupra. eodem. uer. quæro, ſi Papa. quòd ſi Papa
confirmat ſtatutum laicorum ſuper eccleſijs, non debet de
cætero de capitularibus amoueri. Et quòd deſtructio actus
pertineat ad confirmationem, quando confirmatio fuit ne-
ceſſaria, uide, quod no. Ang. in §. de cætero. per illum text.
in authen. de defenſio. ciui. ubi dicit, quòd ſi officialis per
unum eligitur, & per alium confirmatur, ſi poſtea agatur
de eo deponendo propter crimen, non poteſt reuocari ab
electore, ſed à confirmatore. Vnde infert, quòd officiales
caſtrorum communis Peruſij, quos poteſtas & capitaneus
eligunt, & priores confirmant, poſſunt ſolùm à prioribus
remoueri. ¶ Hanc declarationem intellige, quando ſtatuen
tes uellent ſimpliciter tale ſtatutum tollere aliud ſtatuẽdo.
Secus, ſi tollendo ſtatutum rediret ad ius commune: quia
poſſunt ſine authoritate ſuperioris, ſecundum Bart. in d. l.
omnes populi. per l. 2. ff. de iniuſt. teſt. & l. hac cõſultiſſima.
§. ſi quis autem. C. de teſtamen. Et dicit uideri caſum hic,
ubi ſublato hoc ſtatuto reuiuiſcebat dignitas: & per conſe-
quens, reuertebatur res ad terminos iuris communis. Et
idem tenet Bald. in d. l. ex placito. dicens, quòd ſi Papa con
firmat ſtatutum, quòd pater poſſit inſtituere filium illegiti-
mum, tale ſtatutum intelligitur papale: tamen in fauorem
populi. Et ideo populus poteſt ipſum reuocare redeundo ad
ius commune. Probat ergo iſte text. ſecundum proxime di-
cta, unam doctrinam notabilem & quotidianam, quòd ad
hoc, ut res reuertatur ad ius commune, à quo per uiam ſpe
cialem exierat, poteſt inferior uenire contra diſpoſitionem
ſuperioris: quod aliàs non poſſet. Facit c. ab exordio. 35.
diſtinct. & l. ſi unus. §. pactus, ne peteret. ibi, in priſtinam
naturam redijt. ff. de pac. Et pro confirmatione huius do-
ctrinæ adduci poſſent optimè quædam dicta, quæ poſui in
c. cùm omnes. ſupra eodẽ. ſuper gloſſ. probando, quòd ubi
aliàs requiritur conſenſus ſuperioris, illud fallit, ubi agitur
de redeundo ad ſtatum antiquum. Et adduci poſſet gloſſ.
not. in c. j. in uerbo, enumerandum de præbend. in 6. quæ
probat, quòd ubicunque fit aliqua conceſſio, per quam re-
cedimus à iure ſpeciali, & redimus ad ius commune, ſem-
per ſit latiſſima interpretatio etiam contra propriam natu-
ram. Et eſt glo. ſingul. ſecundum do. Maria. de Sen. in repe.
c. qualiter. 2. q. 5. artic. 26. j. de accu. ubi pro hoc etiam indu
cit c. j. de pac. in 6. & quod no. Bal. in l. ſi quis ad declinan-
dam in lec. noua, in fi. C. de epiſco. & cle. ubi uult, quòd in
caſib. quib. uidetur aliàs neceſſaria clauſula. Non obſtante,
talis clauſula non eſt neceſſaria, quando per id, quod diſpo-
nitur, reditur ad ius commune. Ad idem adduco text. in c. 2.
uer. cùm non ſit. de deci. in 6. niſi reſtrictio priuilegij con-
ceſſi ſuper noualibus cenſetur pia & benigna: quia per ip-
ſam res magis redit ad ius cõmune. Ad idem glo. fin. in cle.
ſæpe. de uerb. ſig. & ibi Imol. ubi dicit, quòd licet cauſa ordi
naria de conſenſu partium non efficiatur ſummaria. per gl.
in c. de cauſis. de offi. deleg. cum concor. tamen ſecus econ-
uerſo: quia res reuertitur de facili ad ius cõmune. Ad idem,
quod no. Spec. in tit. de inquiſi. §. j. uer. ſed nunquid inqui-
ſitores. Vbi dicit, quòd ſi non apparet, utrùm ſuperior uol-
uerit dare inquiſitorem, uel iudicem, præſumitur, quòd in
dubio uoluerit dare iudicem: quia cùm inquiſitio dicatur
remedium extra ordinarium, per hanc interpretationẽ res
redit ad ius commune: & ſequitur do. Abb. in c. exhibita. de
iudi. ¶ Ad idẽ, quod not. Io. An. & do. Anto. in c. inter dile-
6 ctos. j. de exceſ. præl. dum dicunt, quòd ſi † executor Apo-
ſtolicus nulliter cõferat, & aliter non apparet de intentione
Papæ, reuertitur collatio ad ordinarium, & non ad Papam;
quia hoc eſt conformius iuri communi. Et ibi dicit Inno.
quòd flumina, unde exeunt, reuertuntur. Ad idẽ, quod no.
Fed. conſil. 14. ubi dicit, quòd licet exemptus non poſſit ſe
ſubmittere extraneo ſuperiori ſine licentia Papæ, tamẽ ordi
nario aliàs ſuo bene ſe ſubmittere poteſt: quia hoc modo res
redit ad ius commune. Et latè per do. Abb. in ſua diſput.
incip. Duo clericali ordine inſigniti. & in c. ſignificaſti. de
for. compet. Ad idèm, quod not. domi. Abb. in c. cùm uenìſ
ſent. de teſt. in inte. ubi dicit, quòd ualet cõſuetudo, quòd
epiſcopus prouideat de prælato omnib. eccleſijs etiam col
legiatis, licet in alijs habeat ſolam cõfirmationem: quia per
talem confirmationem res reuertitur ad naturam ſuam, &
ad ius commune. ad quod uide glo. mag. in c. quanquam.
in princ. de elect. in 6. Ad idem, quod not. do. Ab. in c. ue-
niens. uer. concludendo prædicta. j. de præſcri. ubi dicit, q
pactum, uel tacita renunciatio prælati poteſt præiudicare
eccleſiæ, quando per hoc reditur ad ius cõmune: & hoc ſiue
præiudicium ſit leue, ſiue graue, per c. 1. de pac. in 6. Ad idẽ
quod not. do. Abb. conſil. ſuo 25. incipiente, Canonicus re-
gularis. ubi dicit, quòd licet clericus non poſſit conſentire
in alium iudicem ſine conſenſu ſui epiſcopi, c. ſignificaſti.
j. de for. compe. tamen fallit in clerico ſubiecto prælato in-
feriori

ſeriori ab epiſcopo ex iure ſpeciali:.quia ſi conſentit in epiſcopum, non requiritur licentia illius prælati, cùm ex hoc iuriſdictio redeat ad ius commune, argu. d. c. ab exordio, Et iſta dicta, iunctis his quæ dixi in d.c.cùm omnes. ſæpiſſime inſeruiens, nec inuenies alibi reducta, omnibus etiam Modernisſimis perquiſitis, à quorum nullo has & ſimiles accumulationes habuiſſe me unquam reperies. Nam ſi quando Modernorum laboribus utor, eos nominare non erubeſco: in quo magis experientiæ, quàm detractoribus meis ſe mentitis ſcientibus credas obſecro. ¶ Tertia decla-

7 ratio eſt, quòd † ubi in confirmatione ſtatuti eſt clauſula decreti, uidelicet, Si ſecus actum fuerit, irritũ ſit & inane, non poſſunt ſtatuentes ipſum reuocare, ut eſt tex. in c. dilecto. ad ſi. in uerſi. niſi fortè. j. de præben. quem pro ſing no. ibi do. Anto. Imo. & domi. Abb. poſt glo. in uerſic. clauſula. & Imo. in l. ex facto. in princ. ff. de uul. & pup. Et procedit, etiam ſi confirmatio facta ſit fauore ſtatuentium: quia per dictam clauſulã uidetur ſuperior habere pro illicito, quòd fieret in contrarium, ſecundum do. Abba. in d. c. dilecto. Et pro iſta declaratione facit uulgata doctrina, quæ habet, quòd ubicunque in aliqua diſpoſitione apponitur dicta clauſula annullatiua, ibi conſenſus partium nihil poteſt operari. Ad quod uide gloſ. in c. ſtatutum. in princ. in uerſi. committatur. ibi, ſed hodie. de reſcri. in 6. ſecundum quem in ſuis terminis latè conſuluit domi. Car. conſilio. 73. incip. omnis à me charitatis. in primo dubio. Ad idem glo. j. in c. j. eodem. tit. & li. & in c. diſpendia. in uerſi. procedius. eod. tit. & lib. & gloſſ. in l. à diuo Pio. in uerbo, actione. ff. de rit. nupt. de qua meminit Bald. in c. lator. in ſi. de re iud. & in l. cùm mulier. ff. ſol. ma. & in l. non dubium. uer. declarando Dy. C. de legi. & in l. iubemus. §. ſanè. poſt princ. C. de ſac. ſan. eccleſ. & in l. ea, quæ. C. de dona. ante nup. & idem no. Archidi. & Domi. in c. cùm de beneficio. de præben. in 6. de quibus infra. fiet mentio in alio propoſito. Idem etiam no.

8 Ioan. de Ana. in c. quia fruſtra. j. de uſu. dicens, quòd † ubi ponitur uerbum Nullatenus, a uel ſimile, habet uim clauſulæ decreti, propter gloſſ. in cle. j. in uerbo, nullatenus. de ſequeſt. poſ. & fruct. ¶ Facit gloſſ. in cle. ut hi, qui. in uerſicu. nullo modo. de æta. & quali. & tunc etiamſi hoc ſit ſtatutum fauore partis, non poteſt pars tacitè, uel expreſsè renunciare, per d. c. dilecto. ſecundum eũ: & pro his facit, quia ubi aliquid eſt datum pro forma, nõ poteſt conſenſu partium tolli, ſecundum Bar. in l. de his. C. de tranſact. & Bal. in authen. iubemus. C. de ind. & in l. fi. §. & hoc ſi quidem. C. de int. delibe. Et ubi apponitur clauſula decreti, uidetur illud eſſe datũ pro forma, ſecundum Bald. in l. j. ff. de lib. & poſth. & ſequitur Pet. de Anc. in c. j. uer. quæro, ſi ſtatuto caueiur, quòd notatij. de conſt. & ibi uolunt, quòd ſi ſtatutum requirit cum clauſula decreti, quòd in inſtrumento apponatur nomen contrahentis patria & aui, non ſufficiet nomen contrahentis etiam ſingulariſſimum: quia illa clauſula decreti importat, quòd pro forma neceſſaria illud eſt inductum. Quod bene nos. & dicetur pleniùs de hoc in ca. cum dilecta. j. de reſcript. ¶ Hanc declarationem & prædicta limita, niſi ſtatutum confirmatum cum clauſula decreti haberet in ſe conditionem reſolutiuam tacitè ſubintellectam: quia illa eueniente poteſt ſtatuto contrauenir ſine cõſenſu ſuperioris. Ita colligo ex dicto Pe. de Anch. & do. Abb. hic, qui in hac materia dicunt, quòd ſi augentur fructus præbẽdarum, poteſt augeri numerus Canonicorum, nõ obſtante ſtatuto confirmato cum dicta clauſula: quia ſubintelligitur cõditio, niſi facultates excreſcant, ut in c. proxi. ſecundum eos: pro quibus uide in terminis Hoſt. & Ioan. And. in d. c. dilecto. ubi ſic limitant illum text. & ſequitur ibi do. Anto. j. c. prox. & eſt bene notandum. ¶ Quarta declaratio eſt,

9 quòd † ubi ſtatuẽtes fecerunt ſtatutum non propria authoritate, ſed uice & authoritate ſuperioris, non poſſunt ipſi ſtatutum tollere, ſed ſuperior. Ita not. Bart. in l. 2. in ſi. ff. de op. le. & conſuluit Lud. Ru. conſi. 416. incip. In Chriſti. &c.

a *Nullatenus*] *De hac dictione Nullatenus, uide gl. fin. in authen. ſi qua mulier. C. ad Vell. & Card. in cle. ſuper litteris. de reſcr. quod inficit actum ipſo iure. Item uide text. in c. Romana. §. ſenſtiar. de ap. in 6. facit etiã text. in c. Romana. §. in uniuerſitate. de ſentẽ. exc. eod lib. 6. & text. 11. q. 3. excellentiſſimus. quòd eſt dictio, quæ adimit poteſtatem.*

Viſis neceſſarijs. quia nõ uidentur ipſi ſtatuentes ſtatuiſſe, ſed illi, quorum authoritate ſtatuerunt, ſecundum Bart. in diſput. incipiente. Aduocatia generalis. in ſolut. quæſtionis. & facit c. hi, qui. de præben. in 6. & in l. a. C. de uete. iu. enu. cum concor. allegatis in dictis locis. Quomodo cognuſcatur, qua authoritate in dubio uideantur ſtatuere, uide latè Bart. in d. diſpu. & in l. ambitioſa. ff. de decr. ab or. fa. ¶ Et iſta ſufficiant in hac quæſtione, in qua annecti poſſet generaliter, quando per inferiores reuocari poſſunt confirmata per ſuperiores loquendo in alijs materijs. quàm in ſtatutis: ſed quia alij non tangunt, & pertinentius cadit in titulo. de confir. utili. uel inu. ideo ſufficere puto remittere te ad Spec. in titulo. de ſenten. §. vt autem. uerſic. quid ſi Papa. & Innoc. in c. j. de confir. uti. uel inut. & Bald. in le. reſcripta. C. de preci. imp. offer. & gloſſ. fio. & Doc. in c. ex frequentibus. infra. de inſt. & do. Anto. & Imol. in c. quoties. ubi bonus text. j. de pac. & in c. ueniens. ubi etiam bonus text. j. de tranſact. & Paulo. de Leaza. in ſua elegant diſpu. quæ incipit, Religioſo Papa contulit. & do. Anto. in c. cùm. R. ſuper gloſſ. j. j. de elec. & Feder. de ſenis. in ſuo tracta. De permutatione beneficiorum, q. 7. & do. Ant. & do. Card. in cle. 1. §. præmiſſa. in t. op. de ſup. neg. præla. & do. Ant. & Imol. in c. per tuas. j. de ma. & obe. & Bal. in c. illud. eo. tit. & in c. de cætero. de re indic. & Lap. allegatione 9. cum concor. ¶ Vlti

10 mò † probat notanter. iſte tex. ſecundũ domi. Abb. quòd ſi ſtatuentes uel eorum ſucceſſores ueniunt ſcienter contra ſtatutum, uidentur ipſum tollere. Itaq; per unicum actum contrarium ſtatuto collegialiter factum tollitur & ſtatutum. Et quia ſuper gl. tãgitur, quomodo per unũ

b actum tollatur priuilegium b, & quid de conſuetudine: ideo cum illis poterit hoc pertinentiùs annecti. ¶ In gl. 2. ibi, ſine authoritate. Primò tangitur ſuper iſta gl. de poteſtate epiſcopi & capituli in augendo, ſeu creando nouas præbendas, uel dignitates: ſecundo de poteſtate eorũdem in ſupprimendo. Et omiſſo ſtylo Docto. expedio breuiter per concluſiones inſertis authoritatibus Scribentium alibi.

11 ¶ Ad primũ ſit prima concluſio: ſi † numerus præbendarum & canonicorum eſt per ſtatutum iuratus, poſſunt canonici ſublato priùs ſtatuto augere numerum, ut no. in c. dilecto. j. de præben. Nã cùm ipſi poſſint tollere ſtatutũ, quod eſt principale, poſſunt etiam tollere iuramentũ, quaſi ſit præſtitum per alterum alteri, & non Deo principaliter, ſicut dicitur in c. a. j. de ſponſa. & in ſimili per Inn. in c. cũ uenerabilis. de excep. de reuocatione cõfeſſiõis acceſſoriæ ad inſtrumẽtũ: & hoc, quando non eſt principaliter in fauorem ſtatuentium, ut in caſu noſtro. Et quòd ſtatuẽtes poſſint propria authoritate tollere ſtatutum iuratum, uide per omnes c in d. c. dilecto. & eleganter domi. Card. in cle. j. uer. tertiò quæro. per totam illam quæſtionem. de reg. per Io. An. in Spe. ti. de iureiur. §. t. uerſic. pe. in add. inci. de ſtatuto corporum. Et Arch. & Domi. in c. unico, de cle. nõ reſi. in 6. & in c. ſi à ſede. de præben. eo. lib. & Bar. in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iu. & do. Ant. in c. cùm M. j. eodem. & Imo. poſt Card. & do. Ant. in propoſito in c. conſtitutus. de reſcript. & Archi. in c. omnes. 22. q. j. & Alb. in j. parte ſtatutorum, q. 17. & Pet. de Ancbara. in repe. c. ſuper eo. uerſic. quæro ulteriùs. & Bal. in repe. §. ius autem ciuile. uerſic. ulteriùs quæro. Inſtit. de iu. nat. gen. & ciu. ¶ Et ſi prius non tollunt ſtatutum, quàm contrauenìant, ſed ſimpliciter contraue-

b *Priuilegium*] *Dic uerum, quo ad eum actũ tantùm, et dependentes ab eo, quo ad alios actus, de quibus priuilegiũ loquitur: Bald. in Marg. uerb. ſtatutum. uer. 6. & in l. 2. C. de iur. do. imp. et per Cy. in l. uoluntariæ. & ibi Salic. C. de ex caſ. tu. & Bartol. l. beneficium. & ibi Ale. ff. de conſti. prin. in ſi. quã dicit, quòd ſi priuilegium cõtinet actum momentaneum, perditur per unicum actũ contrarium: non ſic, ſi habet actũ ſucceſſiuũ, ut ibi. per actum tamen cõtrarium imperfectum non renũciatur priuilegio, ſecundum Car. in cle. ſape. §. ſi tamen. 2. q. de uerb. ſig. per hunc tex. & omnino uide per Alex. in conſil. 197. ij. part. et Abb. in c. ſuggeſtum. de interrog. Inno. in c. accedẽtibus. circa prin. & c. ſi de terra. de priuile. & per do. Soc. in ſuo conſil. 50. incip. Viſo elegantiſſime conſil. uerſi. circa ſecundam etiam. cũ uerſi. ſeq. in 1. parte.*

c *Delinquere*] *Adde Alex. in ſuo conſil. 106. ij. parte, et in conſi. præcedenti, quod eſt*

Vincu.

Vinc. Paleo. ubi limitat niſi quando delictum eſſet ſibi fauorabile, per gl. ſing. in l. c qui iuraſſe. §. ſi pater. de iurein. & per Alex. cōſ. 70. j. par. et omnino per eum in l. 1. de his. quib. ut indig.

trauenian, ſed ſimpliciter contrauenīāt, non incurrunt periurium: quia præſumuntur facere animo tollendi ſtatutum, & de hoc priùs cogitaſſe, cùm nemo præſumatur delinquere[c], nec immemor prorpriæ ſalutis, j. q. 7. ſaluberrimum. ut per Paul. de Leaza. in d. cle. 1. de reg. quē ſequitur ibi do. Card. & Dominic. in c. in his. undecima diſtinct. & latè Imol. in d. c. dilecto. circa med. uer. item aduerte, in quantum uult. reſpondendo ad doctrinā Innocent. in c. præterea requiſiſti. de appel. per quam aliud non uoluit domi. Anto. in c. 1. de his, quæ fi. à maio. part. c. Et quòd effectus eſt eodem tempore orientes nō confundant ſe ad inuicem, probat domi. Card. in d. clem. 1. uer. oppono ad hoc. ¶ Vno caſu fallit iſta con-
12 cluſio, uidelicet † quando Canonici iuraſſant ſeruare contenta in ſtatuto, non referendo ſe ad ſtatuta, ut quia dixerunt, Iuramus non augere numerum. Nam tunc cùm uideantur principaliter obligari ex iuramento, non poſſunt illi contrauenire, ſecundū Ioan. de Lig. in d. cle. 1. & ibi domi. Card. & Bald. in proœmio Feud. & domi. Abb. in c. dilecto. & domi. Cardi. Imol. & domi. Abb. hic, & Domi. in d. c. in his. Secus, ſi retuliſſent ſe ad ſtatutum, addendo prout in ſtatutis continetur, ut in dictis locis. Et hanc differentiam bene no. Sed iſta fallentia procedit, ubi illud, quod iurant, non concernit principaliter utilitatē eorum, quia uidentur iurare Deo: & ideo contrauenire non poſſunt: ſecus, ſi concerneret utilitatem eccleſiæ: quia, ut dixi in cōcluſione, poſſant collegialiter contrauenien do ipſum iuramentum adinuicem remittere, per d. c. 2. de ſponſ. & ibi hoc ita no. do. Anto. allegando d. additionem Ioan. Andr. & Spec. & ideo in caſu noſtro ceſſat hæc fallentia, licet aliud teneat hic domi. Abb. ad quod uide etiam Domi. in c. cùm non deceat. de elect. in 6. ¶ Et aduerte: quia ubi non poſſunt contrauenire ſtatuto iurato, ut eſſet in caſu proximè declarato, tamen ſi contrauenirent, actus tenet, ſed incurrunt periuriam, ſecundum do. Abb. hic, per id quod no. Io. And. in regula, quod ſemel. de reg. iur. in 6. ubi per multa concludit, quòd ſecundum teſtamentum rumpit primum iuratū, ſed teſtator incurrit periurium. Et idem in propoſito tenet Io. Andr. in d. uer. quid ſi aliquis. & ſequitur do. Ant. & Imol. in d. c. 1. de his, quæ fi. à maio. par. ca. ampliantes hoc, etiāſi quis iuraſſet non reuocare. Pro quibus facit gloſ. ſing. in c. fin. in uer. reuocatis. de procur. in 6. & quod no. domi. Ant. poſt alios in c. ſua. de offic. uic. & Archidiac. in c. ultima uoluntas. 13. q. 2. & Imol. in repet. c. cùm contingat. uer. item per prædicta. j. de iureiuran. & Ludo. Rom. in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de uerborum obligation. & Fede. in tract. De permutatione beneficiorum, q. 35. & ibi Lap. in addi. & Dominic. in c. unico, uer. ſed pone, quòd in eccleſia collegiata. de rer. permutatio. in 6. do. Abb. in terminis in c. cùm ad monaſterium. uer. ſecundò no. j. de ſta. mo. & Ioan. An. in regula, non eſt obligatoriam. de regu. iur. in 6. ¶ Eſt uerum, quòd domi. Anto. in repe. c. ſequentis. uer. ſecundò præmitto. dicit in propoſito noſtro, quòd licet actus temporalis teneat contra iuramentum, ut in dictis locis: & pro ipſo uide, quæ ſcribit Rota deci. 104. inci. Nota, quòd ubi aliquis, qui ſtylo moderno eſt. de procur. 8. in antiquis. Sed tamen in locis prædictis non fit iſta diſtinctio, & iſta omnia communiter tenentur, licet ſuper ipſis multa & magna ſint excēſa in locis præallegatis, & præſertim per Dominic. in d. c. in his. undecima diſtinct. ubi ſemper uide. Et ibi etiam pulchrè habetis, utrùm canonicus, qui iurauit ſeruare ſtatuta, incurrat periurium, impetrando à Papa priuilegiū contra ſtatuta: de quo per Rotam deciſ. 294. incip. licet quis iuret. quæ hodie eſt in tita. de iureiurand. unica, in
13 nouis. ¶ Secunda concluſio. Vbi † numerus eſt confirmatus & non iuratus, poſſunt canonici ipſum augere. Facit text. hic in fi. & quod habetur in c. quia diuerſitatem. infra. de conceſ. præben. niſi in confirmatione ſit clauſula decreti, per text. in d. c. dilecto. Sed tamen etiam tunc ſi facultates excreſcerent, poſſent numerum augere, ſecundum do. Abba. hic: per ca. ſequens: per quod apparet hanc tacitam conditionem ſubintelligi: & dixi ſupra. in 3. declaratione. Et ex ibi dictis eſt declarata iſta concluſio. Vbi uerò numerus eſt iuratus & etiam confirmatus, dic, quòd eo caſu, quo ſola confirmatio impedit, fortiùs impediet, ubi habet ſecum iuramentum: & econuerſo. Sed ubi quodlibet per ſe non ſufficit, nec etiam ſimul iuncta: quia iure non probatur, ſecundum domi. Card. Imo. & domi. Abb. hic de mente aliorum, & domi. Anto. in c. proxi. uerſic. ſecundò præmit-
14 to. ¶ Tertia concluſio. Quamuis † creare dignitatem omnino nouam pertineat ad Papam, cap. j. 21. diſtinct. tamen poſſunt canonici dignitatem non nouam, putà archidiaconatum, uel archipresbyteratum creare in ſua eccleſia, per textum. hic in fi. nam iſta dignitas erat extincta, & ex facto epiſcopi noniter inſtituta ſine licentia Papæ. Nec obſtat, quòd iſtud contingat ex conſequenti ſuperioris dignitatis: quia cùm dignitas eſſe prorſus extincta, debet dici noua creatio, per c. in nono. 21. diſtinc. quod etiam tenet Ioan. An. & alij, ſecundum domi. Abba. hic. ¶ Hanc con-
15 cluſionem declara duobus modis. Primo, dum † modò authoritas epiſcopi interueniat, aliàs ſolum capitulum non poteſt, ſecundum Hoſtien. in ſumma huius tituli, §. quando conſtitutio. ad fi. uerſic. cùm quæritur, an capitulum. & Dominic. in ca 1. 22. diſtinct. & Ioan. And. domi. Anto. & Imol. & Dominic. hic, & alios proximè allegandos. Quia cùm iſtud tangat ſtatutum eccleſiæ, non poteſt à ſolo capitulo expediri iuxta doctrinam Innocent. in cap. requiſiſti. in fi. gloſſ. mag. de reſta. com concor. quas dedi in c. cum omnes. ſupra. eodem. & non ſufficeret authoritas uicarij non habentis ad hoc ſpeciale mādatum, ſecundum Dominic. poſt Ioan. de Deo in ſuis quæſtionibus, in c. fin. de offic. uicarij. in 6. & Fede. conſil. 264. incip. ſi canonici. & ſentit Lapus. allegatione ultima, in princ. ¶ Non obſtat iſte textus. quem Scribentes non uidentur conſiderare, ubi non interuenit conſenſus epiſcopi: quia iſtud toleratur, ex quo reuertebantur res ad ſtatum antiquum: quo caſu conſenſus aliàs neceſſarius non requiritur, per ea quæ ſupra. dixi. Et ſic limita hanc declarationem. Et bene facit, quod dicetur infra. ſuper gloſſ. fi. poſt Dominic. hic. ¶ An autem ſufficeret tacitus conſenſus epiſcopi, uide Cald. in iſto tit. conſil. 2. ubi probat, quòd ſic. Et de eo fiet mentio plenior in cap. cum conſuetudinis. infra. de conſuetu. ¶ An autem requiratur licentia Papæ, uide domi. Anto. domi. Abba. & Imo. in c. cum olim. de conſuetu. concludentes, quòd non: licet ad cautelam peti poſſet, prout fuit petita ibi. Et ſubdit hic Imol. poſt alios econuerſò, quòd ſolus epiſcopus iſta non poteſt ſine capitulo, cum tangat capitulum. Allegat c. nouit. & ca. quanto. infra. de his, quæ fi. à præla. Ad quod eſt deciſio Dy. in leg. in concedendo. ff. de aqua plu. arc. ubi dicit, quòd epiſcopus non poteſt creare canonicos de nouo in eccleſia ſine conſenſu canonicorum: quia agitur de eorum præiudicio: & hic per illum textum. dum dicit, Cum enim minuitur ius eorum, conſequens eſt exquiri, an conſentiant. ¶ Et adde, quòd ſi non ageretur de eorum præiudicio, fortè quia conſtitueretur dos, uel aucti eſſent reditus, ut in ſequenti declaratione: tamen adhuc credo neceſſarium conſenſum capituli, per id, quod notant domi. Anto. & domi. Abba. poſt Goffre. in cap. cum nos. de his, quæ fi. à præla. & Archidiac. & Dominic. in c. epiſcopos. 24. diſtinct. ubi dicunt, quòd in actibus tangentibus communiter prælatum & capitulum, ſemper requiritur conſenſus capituli, & eſt textus. in cap. ea noſcitur. de his, quæ fiunt à præla. & ibi domi. Anton. poſt Hoſtienſ. Vnde dicit do. Anto. in c. ad aures. circa medium, de temp. ordi. quòd ſi prælatus præcipiat ſubdito aliquid de ſpectantibus ad prælatum & capitulum communiter, ſubditus poteſt contradicere ſimpliciter, nec tenetur appellare. ¶ Se-
16 cundò declaratur dicta concluſio, dum † modò creata dignitate conſtituatur ſibi dos, aliàs creatio non tenet, ſecundum domi. de Rota in antiquis, deciſione 224. incip. Epiſcopus creauit unam dignitatem. per text. in authen. ut nullus fabricet oratorij domum. §. fin. & per Hoſtien. in ſumma, de eccleſ. ædi. §. 2. uerſic. ſed & primò. Si tamen uniret illi dignitati incontinenti unam eccleſiam, ſufficeret, ſecundum Rotam, ubi ſupra. Sed ſi pro dote aſſignaretur unum prædium ipſius eccleſiæ, in qua creatur dignitas, requireretur eadem ſolennitas, quæ requiritur in alienatione rei eccleſiaſticæ, aliàs aſſignatio non teneret, ſecundum Cald. in tit. de præben. conſil. 14. quod incipit, Plebanua

nus. ¶ Et in taxanda dote, qualis reſpectus habeatur ad do
tes aliarum dignitatum non conformes, uide do. Abb. con
ſil. 57. quod incipit. Ex inſiã ſcriptis literis Apoſtolicis. uer-
ſicu. uenio nunc ad ſecundum. ¶ Aduerte tamen: quia ſi
reditus capituli eſſent augmentati, iſta declaratio non pro
cederet per omnia. Nam augmentum erit loco dotis, per
text. hic & j. c. proxi. Vbi autem eſſent diminuti, nõ poteſt
creari noua dignitas, ſecundum omnes* hic, & Domi. in d.
c. 1. 88. diſtin. quia tot ſunt ponendi in eccleſijs, quot redi-
tus expoſcunt, c. t. j. de inſt. ſecundum eos: facit c. cùm o-
lim. ibi, dum modò. infra de conſuetu. Quod tamen puto
intelligendum, niſi aliter conſtitueretur dos, quàm de bo-
17 nis capituli, ut prædictum eſt. ¶ Ad † ſecundum circa
hanc gloſſam uidelicet de poteſtate prædictorum in ſuppri-
mendo dignitatem, uel minuendo numerum præbenda-
rum, uel canonicorum, pone concluſionem: Licet ſine
cauſa non poſſit numerus minui, uel dignitas ſupprimi,
c. ex parte. j. eo. tamen cum cauſis, puta ob diminutionem
redituum, poteſt per epiſcopum & capitulum dignitas ſup
primi, ſecundum omnes* hic, & in locis præallegatis:
quod ultra eos ampliat hic do. Abb. & bene, etiamſi à
Papa fuiſſet præfixus numerus, uel dignitas creata, ſi-
cut econuerſo non obſtante confirmatione poſſunt præ-
dicta augeri auctis facultatibus, ut ſupra in 2. concluſione.
Per quam rationem uidetur idem dicendum, etiamſi
in confirmatione ſit clauſula decreti, ſicut ea non ob-
ſtante econuerſo ſit augmentum auctis facultatibus,
ut ſupra & ſentit Imol. hic, licet do. Ab. in ſi. huius articuli
aliter dicat ſine lege locutus: ſed poſſet intelligi, ubi non
euenit dicta diminutio. ¶ Hanc concluſionem limita
primò, niſi aliquis alius à capitulo conſtituiſſet illas
præbendas, ſeu dignitates: quia non poteſt illas capi-
tulum diminuere ſine authoritate fundantis, uel hære-
dis, ſecundum Hoſtien. notabiliter hic. quem omnes* ſe-
quuntur, argumen. cap. monaſterium 16. quæſtio. 7. ¶ Et
per hoc dictum dicit hic Cal. ſe ubtinuiſſe, quòd epiſco-
pus non poteſt diſpenſare contra inſtitutionem beneficij,
uel ipſam immutare, uel contra eam uenire ſine conſenſu
patroni: de quo faciunt hic teſtum do Ant. do. Abb. Imol.
& Domi. inferentes, quòd ſi in inſtitutione beneficij col-
latio eſt facienda presbytero, non poteſt epiſcopus ſine li-
centia patroni diſpenſare, ut conferatur non presbytero.
Et addit pro hoc domi. Abba. notabile dictum Innocent. in
c. ſi. de cleri. non reſi. ubi dicit, epiſcopum non poſſe contra
ſtatutum beneficij diſpenſare. Et faciunt no. in cap. at ſi
clerici. §. de adulterijs. de iudi. ſecundum eum. ¶ Pro dicto
iſto Cald. multùm utili & quotidiano, licet ſatis uulgato,
uide Bald. in le. ſi quis presbyter. in 3. notabili, C. de epiſc.
& cleric. ubi dicit per illum textum. quòd ſi epiſcopus
uult eccleſiam ſimplicem facere collegiatam, requiritur
conſenſus patroni. ¶ Idem, ſi uellet eam erigere in cathe-
dralem, ſecundum Pet. de Anchar. in cap. cùm inferior. de
ma. & obe. ¶ Idem, ſi uellet eam alteri unire, ſecundum
Paul. de Leaza. in clemen. ne in agro. §. ad hoc. de ſtat. mo.
& domi. Abba. hic, & do. Card. conſil. 99. inci. Papa uniuit.
ad finem, allegando Innocent. in c. ſuggeſtum. de iure pa.
¶ Idem, ſi uult authorizare permutatione, ſecundum Cald.
in titu. de re. permut. conſilio. 2. de quo per Domi. in c. uni-
co, eodem. titu. in 6. & Lap. allegatione 96. quæ incipit, be-
neficia uacantia. in ſi. & do. de Rota deciſ. 507. quæ incipit,
permutatio. in nouis, 331. quæ incipit, ſuppoſito. uerſ. ſicut
tertio. & Innocent. & alios in c. quod in dubijs. j. de renũ.
& domi. Abba. in c. cùm dilectus. j. de iure pa. & eſt gloſſ. j.
& ibi domi. Abba. in c. cùm dilectus. ¶ Idem ſi epiſcopus
uellet alienare bona eccleſiæ patronatæ: quia patronus cum
cauſa contradicere poteſt, ſecundum do. Abba. poſt Inno.
in c. unico, j. ut eccleſiaſtica benefi. de quo per Pet. de Anc.
conſilio. 216 incip. Ex narratis. & do. Abba. in c. ſuggeſtum.
¶ Et pro iſtis optimè facit tex. in clemen. quia contingit. in
princ. de relig. do. cum gloſſ. in uerbo, apoſtolicæ. ibi, ubi
inferior à Papa etiam legatus non poteſt alterare pias inten
tiones teſtatorum, & ibi pleniùs domi. Card. & Imol. ¶ Ex
18 † hoc dicto Cal. infert hic Imol. quòd licet patronus propter
negligentiam perdiderit poteſtatem præſentandi, tamen ſu
perior conferens iure deuoluto, non poterit aliter conferre,
quàm ſe habeat inſtitutio & natura beneficij. Quod tene
menti. Et pro ipſo facit dictum Bal. in l. ſi puella. C. ſi manc.
ita alie. fuerit. ubi dicit, quòd ſi executor, qui de mandato
teſtatoris habebat aliquid diſtribuere in pauperes cum con
ſilio prioris Prædicatorum, fuerit negligens, epiſcopus ſuc
cedens ei iure deuoluto tenetur eam formam ſeruare: quia
non receditur à forma, quæ perpetua eſt, ſed à perſona: q
dicit eſſe menti tenendum. Et facit, quod no. Bart. in l. mul-
ta. ff. de condi. & demon. Facit etiam, quod no. domi. Abb.
in c. cauſam. j. de elect. ubi dicit, quod ſicut epiſcopus ha-
bet tempus præfixum ad conferendum beneficium, quãdo
confert iure proprio, ita quando confert iure deuoluto, ut
propter negligentiam patronorum. Alleg. Rot. deciſ. 55.
¶ Bene facit quæſtio diſputata per Ioan. And. in regula, con
tra eum. de regu. iur. in 6. in Mercurialibus. de epiſcopo, in
quem deuoluitur electio competens certis monachis ha-
bentibus eligere de gremio unius monaſterij, ut ipſe epi-
ſcopus ad idem teneatur. De quo ultra Ioan. And. eſt caſus
in clementio. j. ibi, illa ualet. de ſup. neg. præla. ſecundum
Lud. Ro. in ſing. 493. inci. Pone, quòd arbitrium. nam uult.
ibi text. optimus, quòd ſi ſuperior epiſcopus habet con-
ferre iure deuoluto beneficia regularia, debet conferre eiſ-
dem perſonis, quibus prælati regulares tenebantur con-
ferre. ¶ Ad idem, quod no. Ioan. An. poſt Inno. & Compoſ.
in c. publicato. in 14. q. de elect. ubi dicit, quòd ſi publicato
ſcrutinio moriũtur omnes canonici corruente tectore, ſub
ſtituti de nouo tenentur eundem eligere: quia per publica-
tionem quæſitum eſt nominato ius, quod per caſum non
perdit. Ad hæc etiam textum. cum gloſſ. in uerbo, ſurro-
19 gantes. in c. dilecto. j. de præben. ubi † quando unus alteri
ſurrogatur, ut ſit idem in iudicandi miniſterio, cenſetur
aſtrictus per omnia eiſdem modificationibus, quibus pri-
mus. Et eſt textus in l. ſi iudex, cui certa tẽpora. ff. de iudic.
& facit illud generale, quòd ſubrogatum ſapit naturam, & c.
l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cau. & §. fuerat. Inſtit.
de act. & c. eccleſia. j. j. ut lit. pen. & ubique per Doc. ¶ Sed
hoc dictum Cal. reſtringitur breuiter tribus modis. Primo,
dum modò prædictæ conditiones appoſitæ per patronum
in fundatione beneficij ſint appoſitæ cum conſenſu epiſco-
pi: aliàs non tenent, ut no. domi. Anto. poſt Compoſtel. in c.
cùm dilectus. uer. ſi quæritur, an ex ſtatuto. j. de conſuetu.
& ſequitur ibi Imol. uer. item aduerte. quia do. Anto. dicit
hoc bene notandum pro iſtis, qui ordinant capellas, & di-
ſponunt de modo cõferendi aliter, quàm ius diſponat: quia
non poſſunt ſine conſenſu epiſcopi, per illum tex. cum con-
cor. ¶ Secundo reſtringitur, ut non procedat, quando patro-
nus conſentiret, ut dictæ conditiones alterarentur, ut ſen-
tiũt oẽs* Doc. hic: &, quod utilius eſt, idem dic, ſi hæres pa
troni conſentiret. Ita expreſsè dicit hic do. Ab. Quod bene
no. Et per iſtam reſtrictionem conſului Ferrariæ, & obtinui,
ut pro una uice poſſit epiſcopus conſentiente hærede patro
ni conferre beneficium non habenti qualitates in fundatio
ne appoſitas. Sed ex dicto do. Ab. hic probatur idem, ſi ex to
to uellet epiſcopus cum capitulo ex cauſa illas conditiones
auferre cum conſenſu patroni, uel hæredis. Quòd bene no.
¶ Nec mirum, ſi hæres uenit contra factum defuncti: quia
cùm authore epiſcopo faciat, non hoc uidetur ei imputan-
dum, arg. l. iuſtè poſſidet. ff. de acqui. poſ. ¶ Sed huic ultimo
de hærede obſtare uidetur, quod not. do. Card. in d. cle. quia
contingit. in princ. in 5. q. & ibi Imol. uerſic. hoc ultimum.
ubi dicunt contra Lap. ibi, quòd licet de conſenſu eius, qui
ordinauit aliquid ad pium uſum, poſſit epiſcopus legatum
mutare, tamen ſecus de conſenſu ſui hæ-
a redis: [a] quia hic non agitur de utilitate
ipſius, cui poſſit renunciare, ſed de uo-
luntate defuncti ſeruanda. Facit, quod
no. Bart. in l. legatum. ff. de uſufru. leg. &
ſo leg. legatum. ff. de admi. re. ad ci. perti.
ſecundum Imol. & dicit ibi domi. Card.
ſe plures ita dixiſſe in c. nos quidem. in-
fra. de teſta. Et quamuis termini illi ui-
deantur aliqualiter diuerſi à noſtris, ta-
men utrobique uidetur eadem ratio.
Quapropter conſiderabam duos caſus,
qui poſſunt in hac materia occurrere.
¶ Primus eſt, quando de conſenſu patro-
ni uult epiſcopus cõferre beneficium ali

a Sui hæredis] Adde Bald. in l. ſi quis ad declinan-dam. C. de epiſc. & cle. & in l. ſi. ſi aduer. uen. pi. et in l. ſi. quæ ſub mo. Et ad materiam hanc uide etiã Pau. de Caſt. conſ. 16. & Pe. de Peruſio in ſua ſtat. 4. epiſco-pal. c. 9. 5. colum.

ubi

ubi dicit, non poſſe legatum pium conuerti in alium uſum, niſi ſit commiſſum conſcientiæ alicuius executoris. Sed Bald. contra in le. executorem. de execu. rei iu. ubi uide.

ter, quàm eius natura dictet, diſpenſando pro illa uice: & tunc uidetur, quod
conſenſus hæredis ſufficiat. Et pro hoc
induco, quod no. domi. Ant. in c. fi. ante
medium. uerſic. Vnde notius autem. de teſta. ubi dicit, quòd ex cauſa utili relictum
pro anniuerſario poteſt una uice ad aliud
expendi, & redire poſtea ad ſolitum debitum. Et quando epiſcopus uellet diſpẽ
ſare in propoſito ex cauſa neceſſaria eccleſiæ, hoc uidetur poſſe etiam inuito pa
trono, ut infra. dicetur. ¶ Secundus caſus, quando epiſcopus uellet in totum ſupprimere beneficium patronale, uel
in totum tollere conditiones illi annexas: & tunc aut hoc
non fit ex cauſa neceſſaria, & credo, quòd non poſſit etiam
cum conſenſu hæredis patroni, per rationem text. in d. ele.
quia contingit. & per dictum prædictorum, licet aliud ſentiat hic domi. Abba. Aut ex cauſa neceſſaria, putà in caſu,
Doc. hic. quando decreuerunt facultates adeo, quòd opus
eſt illam dignitatem, uel præbendam tollere, uel eſt impotens ad illas conditiones nunc, & non reperitur perſona
idonea, quæ eam uelit taliter conditionatam: & tunc credo, quòd procedat iſta reſtrictio, adeò quòd etiam inuito
hærede fortè fieri poſſet. Et moueor per id, quod no. Imo.
in d. clemen. quia contingit. uerſic. Lapus hic limitat. ubi
dicit, illum text. non procedere, quando legata conuerti
non poſſunt ad uſum deputatum. Et idem domi. Ant. in d.
c. fi. de teſta. uerſic. hoc dictum quotidie contingit. & idem
in propoſito, ceſſantibus redditibus ceſſare debet ordinatio
teſtatoris: & pro hoc facit ſequens reſtrictio. ¶ Tertio re-
20 ſtringitur dictum Bal. niſi † immineret neceſſitas, per quã
pro utilitate eccleſiæ moueretur epiſcopus ad diſponendũ
de beneficio patronali aliter, quàm eius natura exigat: quia
etiam patrono inuito hoc poterit, ſecundum domi. Abba.
hic ſing. per id, quod no. do. de Rota deciſ. 308. incip. permutatio. in nouiſ. ubi dicit, quòd ſi patronus ſine cauſa
non uult conſentire permutationi beneficij, poteſt epiſcopus hoc facere ſine eius conſenſu: quia patronus non debet impedire magnam utilitatem eccleſiæ. Facit cap. j. de
his, quæ fi. à maio. par. ca. ſecundum eum. ¶ Confirmari
poteſt hoc ex eo, quòd ipſe no. in c. nullus. de iure pa. dum
dicit, quod ſi ex forma ſtatuti debet requiri conſenſus propinquorum in cõtractu minoris, & ipſi requiſiti denegant
conſentire, ubi attenta neceſſitate non debebant denegare, poteſt ſuperior cauſa cognita licentiare minorem, ut
contrahat. Et ita dicit ſe conſuluiſſe per text. ibi, & in d. le.
ſi cùm dotem. §. eo autem tempore. & ibi no. Bartol. ff. ſol.
ma. & idem no. do. Abb. in c. tuæ de cleric. non reſi. & Bal.
in cap. j. de conſuetudine. rec. feud. & in le. j. per illum text.
C. de nupt. & in le. j. ad fi. C. qui admit. & Pet. de Anchar. in
c. j. ſupra. eodem, cum concor. ¶ Et quòd in caſu neceſſitatis non requiratur conſenſus illius, qui aliàs requireretur,
probat dictum Innocent. in c. niſi cùm pridem. de renun.
de tranſlatione epiſcopi inuiti propter periculum ſcandali.
Ad idem, quòd dicitur ob neceſſitatem reipub. auferri aliquando rem ab inuito, le. uenditor. §. ſi conſtat. ff. communia prædi. cum concor. allegatis in cap. quæ in eccleſiarum.
21 ſupra. eodẽ. ¶ Et † quòd propter neceſſitatem poſſit actus
expediri ſine conſenſu eius, qui aliàs deberet requiri, probat textus. elegans in l. tutor, qui repertorium. ff. de admi.
tut. ubi cauſa neceſſitatis poteſt tutor inuentario non confecto adminiſtrare bona pupilli: quod aliàs ceſſante neceſſitate facere non poteſt. Et per illum textum. decidit domi.
Abba. in c. fin. uerſic. omnia prædicta. infra. de eccleſ. ædifi.
22 quòd ſi † imminet neceſſitas alienandi bona eccleſiæ cathedralis, & exigit tantam celeritatem, quòd ſuperiorem
conſuli non patiatur, poteſt epiſcopus alienare non obſtan
te iuramento de non alienando, inconſulto Ro. pontifice.
Et facit lex. ſi longiùs. ff. de iudic. & c. j. in fi. ne ſe. uacan. in
6. cum alijs allegatis per eum, & per gloſſ. in uerbo, diſtantiam. in cap. cùm ex literis. infra. de reſt. in integ. Similiter
dicit domi. Anto. in cap. inter quatuor. infra. de cleri. non
reſi. quòd licet clericus non poſſit ſe abſentare à reſidentia
eccleſiæ ſuæ ſine licentia prælati, c. relatum. eodem titulo.
tamen ſi eſt arctatus tali neceſſitate, quòd non poteſt petere licentiam, licitè poteſt ſe abſentare. Idem de obligato ad
ieiunium & conſtituto in periculo, propter quod non poteſt ſuperior adiri pro diſpenſatione, ſecundum beatum
Thom. 2. 2. quæſ. 88. arti. 2. ad fin. & quæſtio. 147. art. 4. ante
medium. Quòd autem neceſſitas ſit cauſa ſæpiſſimè uiolandi regulas iuris, colligitur ex his, quæ aliàs adduxi in c.
quærelam. infra. de iureiur. Et per hæc ſit declaratum dictũ
Cald. hic, quæ no. tanquam nouiſſima. ¶ Secundò limita
hanc concluſionem de ſuppreſſione, dum modò bona epiſcopi & capituli ſint diuiſa, iuxta no. in cap. edoceri. infra.
de reſcript. Si enim eſſent communia, concluſio non procederet: quia epiſcopus authorizaret in facto proprio: quod
eſſe non debet, le. pupillus. ff. de author. tu. facit clemen. ſi
una. de re. eccleſ. non alien. nec capitulum per ſe ſolum
hoc poſſet, per cap. nouit. de his, quæ fiunt à præla. Et ideo
recurreretur ad archiepiſcopum, uel ad Papam, argu. cap.
nullus. j. de iure pa. Ita dicit Hoſt. in d. uerſi. cum quæritur,
an capitulum. & in cap. ex parte. infra eodem. & ſequuntur
hic Ioan. And. Cald. domi. Card. & domi. Abb. ¶ Sed domi.
Anto. Imol. & Dom. hic dicunt, quòd imò ſi uolunt applicare menſæ capituli, etiam diuiſæ, quòd non poſſunt ſine
licentia Papæ. Allegant gloſ. in uerbo, menſæ. in d. clemen.
ſi una. Si autem uolunt applicare ad alium uſum, putà ad
augmentum capellaniæ, uel manſionariæ, uel ad fabricam:
& tunc poſſunt, etiam ſi bona ſint communia. Et allegant
ad hoc Ioan. Andr. in addi. Spec. in titu. de his, quæ fiu. à
præla. in fin. in uerſic. & ut patet. Et unum addit hic Imol.
ualde notabile, ſi eſt uerum: quod licet menſæ capitulo applicari non poſſint, cùm hic tangatur commodum totius capituli, ut eſt dictum: tamen ſi uellent applicare uni
præbendæ, uel etiam ſingulis, poſſent: quia non authorizant in facto proprio, cùm aliud ſit applicare capitulo: aliud ſingulis canonicis. Nam aliud capitulum, aliud ſinguli canonici, ut in c. epiſcopus. §. qui manumittitur. 12.
q. 2. Et ita poteſt ſaluari iſta litera, dum dicit, inter canonicos ipſos. Mouetur per textum. in d. clemen. ſi una. in
princ. uer. præbendæ. & per gloſſ. ibi in uerbo, ipſi capitulo.
Quæ bene faciunt. ¶ Sed aduerte: quia ibi non probatur,
quòd poſſit applicare omnibus præbendis, prout dicit
Imo. & eſſet ſatis mirabile, quia tangit materia omnes,
ex quo tangit cuiuslibet commodum in ſingulari. Et contra hoc multum facit, quod notant Io. And. Paul. de Leaza. & dom. Anto. in c. cùm nuncius. infra de teſti. & Barto.
in l. ſi tantum. §. uniuerſitatem. ff. de re. diui. & Bar. in l. parentes. in fi. C. de teſti. & Doc. in c. tertio loco. de probatio.
cum concor. quas aliàs dedi in c. inſuper. in 5. fallentia, infra de teſti. In quibus patet, quòd quo ad ferendum teſtimonium, maior præſumitur affectio collegij in his, quæ tangunt ſingulos, quàm in his, quæ tangunt uniuerſos, & facit l. 2. C. quando & qui. quarta pars deb. ubi dicitur,
quòd ſolet negligi, quod communiter poſſidetur. Si ergo
fatetur hic Imol. poſt alios, quòd capitulum eſt ſuſpectum,
ubi agitur de applicando capitulo ut uniuerſis, fortiùs uidetur idem dicendum, quando applicatur eis ut ſingulis.
Quando autem applicaretur uni, uel duabus præbendis,
ſecus eſſet, ceſſante dicta ratione. Et ideo opinio. Imol.
non puto ſuſtentabilem, quamuis cogitare poſſitis. ¶ Et
23 iſta facerent ad quæſtionem, utrum † epiſcopus ex cauſa
poſſit applicare menſæ ſuæ ad tempus fructus beneficiorum uacantium? De quo uide per glo. in uerbo, cum capitulo. in c. unico. j. ut eccle. benefi. & ibi omnes, præſertim
Imo. pleniſſimè, & per glo. in uerbo, concedimus. in ca. ſi
propter tua debita. de reſcrip. & ibi Dom. & beatum Tho.
2. 2. q. c. art. 4. in fin. & dom. Anto. in c. 1. j. de eccl. ædifi. &
non eſt pertinens materia. Et communior * concluſio eſt,
quòd ſic: dum modò fiat ab epiſcopo cum capitulo ex cau
ſa rationabili, & palam, & nomine eccleſiæ, & alteri non
competant dicti fructus primi anni ex iure ſpeciali. Et ſic
limitatur dicta cle. ſi una. ut procedat in applicatione perpetua: ſecus in temporali concurrentibus prædictis, ut latiùs in dictis locis: & uide, quod no. do. Abb. in c. paſtoralis.
uerſic. ſed quæro, nunquid epiſcopus. j. de priui. ubi dicit,
quod ex cauſa poteſt epiſcopus cum capitulo applicare unã
eccleſiam religioſis, ut conuertant eam in uſus proprios,
per c. conſultationibus. & c. paſtoralis. infra. de dona. ¶ Et
nuſi ad hanc materiam adde, uidelicet quòd totalis ſuppreſ
ſio beneficij non poteſt fieri, niſi quando beneficium ua-

cat, diminutio autem redituum bene fieri poteſt ex cauſa, dum non uacat. Hæc probantur in ca j. ȷ. de re.eccl.non alie.in 6.& in d.cle.ſi una.inducendo, ut per do. Abb.in c. ad hæc.ȷ. de exceſ.præla.ubi uide. ¶ In glo.pen.in fi. Habes quinque opi.in materia, qualiter perdatur priuilegium, in qua tot ſunt opiniones, quot ſunt capita, per quæ diſcurrit iſta materia, ſecundum do.Abb.hic, ſubdentem, quòd longiſſimum eſſet ſingulos caſus diſcurrere. Et ideo omiſſis ſu perfluis imitando ueſtigia ſua & dictis aliorum hincinde ſparſis inſimul reductis fieri poſſunt tres regulæ, ex quibus cum fallentijs opportunis erunt reducta principalia capita huius intricatæ & quotidianæ materiæ. ¶ Prima regula
24 eſt, ubi a lege, uel ab homine eſt expreſſum, quomodo † priuilegium finit curſum ſuum, illi ſtandum eſt. Patet in l. quoties. C.de prec.impe.offe. Et hinc eſt, quòd ſi eſt datum ob certam cauſam, illa ceſſante ipſum ceſſat [a], c. ſuggeſtum. ȷ. de deci. & melius in c.generaliter. 16.q.1. Et hinc eſt etiã, quòd priuilegium datum ad agendum durat tanto tempore, quantum durat ipſa actio, ut l.ſi eum.§. qui iniuriarum.ff. ſi quis caut. Sed ſi datur ad excipiendũ, eſt perpetuum: quia quæ annalia ſunt, &c.l. purè.§.fina.ff. de doli excep. niſi in caſibus, quos ponunt Card. & Innocen. in c. plerunque. infra de reſcrip. & ibi dicetur: & uide Spe. in tit.de inſtru.edi.§. nunc autem.uerſi.pen.ubi ponit nouem modos, quibus perditur priuilegium, de quibus etiam per gloſ. & Doc. in ca. ſuggeſtum. infra de decimis. ¶ Secunda
25 regula eſt, quòd † priuilegium datum ad aliquid faciendum perditur ſpatio t[e]mporum, ſi priuilegiatus eo nõ utitur, [b] ut eſt text.no.in l.j.ff. de nund. ubi dicitur, quòd ſi princeps cõcedit ciuitati priuilegium nundinarum, & ciuitas non utitur eo per decennium, illud perdit. Et per hoc dicit ibi Bartol. quòd ſi princeps dat priuilegium ſtudij generalis, quo ciuitas non utitur per decennium, perdit illud. Et hanc regulam ponit etiam Specul.in d.uerſic.pen. & Bartol. in l. licitatio.§.earum.ff. de publica.& in l.fi.ff. de conſtitu. princ. & Ioan. And. in ca.2.de immu.eccleſ. in 6. & gloſſ. hic, & Doct. in locis præalleg. & Petr.de Anch.conſi.255.quod incipit, In quæſtione, quæ uertitur. ad fin. & gloſſ.in l.falſo. C. de diuer.reſcrip. & gloſſ.in c.1.25. q. 2. Reperio tamen Arch. quem nemo allegat, in d.c.1.ubi dicit, quòd ratio d.l.j. eſt, quia qui nundinas impetrat, facit præiudicium multorũ. Vnde breuiori tempore amittit, cum ſit odioſum. Secus, ſi in præiudicium ſingularis perſonæ, quia tunc eſt perpetuum, per d.l.falſo. Et ibi etiam hoc tenet glo.ſed quia non reperio a Docto.approbatam hanc reſtrictionem, ideo non auderem per eam deſtruere hanc regulam, qua quotidie utimur. Nec obſtat d.l.falſo. quia loquitur in reſcripto, cuius natura eſt, ut non perdat uires per non uſum, niſi data impetratione ſecundi, per ca.plerunque. infra de reſcrip. & ibi.do. Abb.in 3. nota. ſignanter colligit hanc differentiam inter priuilegium & reſcriptum. ¶ Hanc regulam limita primò, dum modo priuilegiatus uſus non fuerit priuilegio, cùm potuit, ſecus, ſi per ipſum non ſtetit, quo minus uteretur priuilegio, ſed non potuit, quia occaſio ſe non obtulit, quia per hoc priuilegium non perdit. Et ad hoc induci poteſt text.notabilis in l.unus ex ſocijs.§.fin.cum l.ſeq. ff. de ſer.ruſt.prædi.ubi non perditur ſeruitus mihi debita, deducendo aquam in fundo meo, ſi ideo nõ utor, quia fons exaruit. Et ita per illum tex. tenet gloſ. ordinaria in c.abbate ſancti Syluani. in uerbo, ibidem.ante fi.infra de uerborum ſignifica. & ibi do.Anto.& dom. Abb.prope fi. notantes ex ea, quòd non uſus priuilegij uoluntarius tollit priuilegium: ſecus in non uſu neceſſario: quia qui nequit uti, non eſt in culpa, uel mora. Ad idem, quod no. Io. An.in c.Ioannes.uerſ.ubi uerò uſus.de cleri.coniug.ubi dicit, quòd non uſus non tollit legem, quando homines nõ fuerunt

3 cap. per dom. Anto. inſ.a de reſtit.in inte. ¶ Et † aliquando exponitur Pro tali,id eſt, loco talis,ſecundum Bartol.in l.ſi is, qui pro empto.ff. de uſuca. & ita capitur in titul. ff. pro tuto. Et aliquando pro Tanquam, ut in ſtatuto dicenſe,quòd aliquis habeatur pro ciue,ut per Bald. in l. Ruſſinus.ff.de teſt.mili.& Bart. in l. iij.§. ſi emancipatus. ff. de contrata. cum concor. Et de hac dictione uide etiam Bart. in l. quibus diebus.§. Termilius.ff. de condi.& demon.& in l. Lutius.§.à te peto ff.de leg.ij.& Bald. in l. j.C. de nō nu. pec. & Imol. in cle.fin. de procur. & Domi.in cap.conſuetudo.j.diſtinct & do.Abb.in pulchra q.in cap.ex parte.

4 j.de ſpon. ¶ Nota ſecundò ibi, ad inſtantiam.quòd † tantum eſt dicere, ad inſtantiam, quantum, Ad petitionem,ſeu preces: quod not.ſecundum do. Ant.hic quia facit ad multa, maximè pro inſtrumentis & actis iudicij,in quibus dicitur, Ad inſtantiam talis promiſit, dedit, &c. Et intellige iſtum tex. non de precibus carnalibus,ſed iuſtis & ſpiritualibus, ut per gloſſ.in c. tuam.j.de æta. & quali. & in cap. ſunt nonnulli.j.q.j. ſecundum do. Abb. hic Adde gloſſ. in cap. Moyſes. in uerbo, rogauerint. & ibi Domi.8. q. j. & gl.fi.in c.in quibuſdā.j.q.j.& gl.in ſum.8.q.2.& in c.1.ea.q.& cauſa. & in c.ueniam.in uerbo, deprecamini.35.q.& gloſſ.in cap. ut noſtrum. in uerbo, animi. & ibi Imol. poſt alios. j.de eccleſ.benefi.& beatum Tho.2. 2. q. 6. art.5.ad fin. & habetur in ſumma Piſana, in uerbo, acceptio perſonarum. uer. utrùm peccet epiſcopus. Et de ſententia lata per preces,uide gloſſ. in cap.quatuor. ad fin. 11.q.3.& Angel. in l.uenales. C.quando prouo. non eſt ne.& tex.in l. furti. §. pactus.ff.de inſa.& Hoſtien.& dom. Ant. in d.cap. tuam. ¶ Nota tertiò, ibi mandamus, cùm in conſtitutione, &c. quòd in conſtitutione de certo numero etiam per Papam confirmato intelligitur clauſula, niſi redditus eccleſiæ in tantum excreſcant, quòd pluribus ſufficiat. Ex quo

5 uidetur, quòd † augmentatis facultatibus eccleſiæ debet numerus canonicorum augmentari, & ſic antiqua conſtitutio tolli. An autem per hoc frangatur numerus ipſo iure, dicetur infra poſt do.Abb. ſuper glo.in uerbo, ſine præiudicio in fran. Et hic adde text. in authent. ut determinatus ſit numerus clericorum.uer.poſtea uerò.per quam dicit ibi Angel. primò quòd licet fundans eccleſiam taxauerit numerum clericorum, tamē auctis facultatibus debet numerus augeri. ¶ Secundò dicit,quòd ſi ſtatuto epiſcopi caueatur, quòd quilibet præbēdatus debeat tenere capellanū pro altari præbendæ, & poſtea uniatur præbenda eccleſiæ curatæ, debet eius rector etiam tenere capellanum in dicto altari, ex quo ſibi unitæ ſunt facultates dictæ præbendæ. Tertiò dicit, quòd ſi uni eſt uendita pro tanto precio gabella totius comitatus, deinde ille comitatus multum augeatur,poteſt augeri precium dictæ gabellæ, de quo remittit ad Gul.de Cu. in l.item ſi fundi. ff.de uſuf.& ibi per Cy.in addi. Et hoc pro nunc non affirmo, per text. in l.id, quod.ff.de peri. & commo.rei uen. ubi qui cogebatur pati damnum, ſi res empta fuiſſet deteriorata, patitur etiam cōmodum, ſi melioratur. ¶ Not. quartò diligenter ibi, ſicut cō-

5 ſueuit.& tene menti, quòd † clauſula apponi ſolita de ſtylo curiæ, debet ſubintelligi, ſi caſu non fuiſſet expreſſa. Sic dicimus in contractibus, ut uideantur geri ſecundum conſuetudinem loci, licet hoc non exprimatur in contractu. Ad hoc.l.quòd ſi nolit.§ qui aſſidua.ff.de ædi.edi.& nota. Bartol.in l.nemo eſt, qui neſciat.ff. de duo. reis. quem refert hic do. Abb. ad idem allegans.ca. cauſam,quæ.j.titu. proxi.ubi clauſula ſolita poni in certo loco, ſi tranſponitur contra ius, intelligitur inſerta in loco ſuo. Et iſtum text. nu. multùm do. Anton.& Imol.hic, & Bal.dicens,non eſſe meliorem tex.in iure, quòd illud, quod ſolet apponi in contractu, habetur pro appoſito, etiamſi non fuit ſcriptū. Et de hoc tetigi alràs in cap.ex literis.j.de fid. inſtrum. ¶ Et quia ad hunc locum ſemper recurrimus, Confirma multipliciter ex his, quæ tunc dixi, pluribus additis: & adde in primis tex.not. in l.fi.in fi.C.de fideiuſ. per quem dicit ibi Bal. quòd notarius ſimpliciter rogatus, intelligitur rogatus cum clauſulis conſuetis.[a] Et per illum tex.dicit etiam Bald. in l.j. ad fin.ff. ſol.matr. quòd notarius in inſtrumento doris debet apponere obligationem hypothecariam, etiamſi ſibi non fuit dictum, ex quo ſolet apponi. Et per illum tex. dicit etiam Bald. in rubr. C. de fid. inſtr. quòd ſi partes dicunt ſe rogaſſe notarium, ut amicum, & notarius dicit ſe rogatum ut notarium, creditur ſibi: quia ita conſueuit fieri. Et per illum text. dicit etiam Bald. in l. fideicommiſſa.§ ſeruo.ff.de leg.iij. quòd ſi clericus ſecularis impetrat beneficium non conſuetum dari clericis ſecularibus, non ualet impetratio: quia Papa etiam motu proprio non præſumitur uelle aliter, quàm ſit conſuetum, reſcribere. Et per illum tex. dicit etiam Bald. in rub. C.de his, quæ in frau. cre. quòd notarius ſimpliciter rogatus poteſt apponere renunciationes conſuetas: quod declara, ut ibi per eum. Et per illum tex. dicit etiam Bald.in l.imperator. ff.de ſta. ho. quòd notarius ſemper uidetur rogatus,ut conficiat inſtrumentum in forma communi: quia præſumitur ſolenniter rogatus, & præſumitur ſolennitas in inſtrumentis. Et per illum tex. dicit etiam Bald. in l.ita demum.§. j. ff. de procur. quod notarij poſſunt apponere clauſulas conſuetudinarias, quando ſunt plenè rogati. Et no. Bald.in l.ſi prius §.rectè.de aqua plu. arc.argu.d.§.ſuper aſſidua.& ibi etiam Bar. no.idem. ¶ Et adde Innoc. in cap. olim.in prin.j.de uerb. ſign. ubi dicit, quòd omnis diſpoſitio, ſiue legalis, ſiue ultimarum uoluntatum, ſiue contractuum, recipit interpretationem a conſuetudine:[b] & ſequitur do. Abb. in c. certificari. in prin. j. de ſepul. ¶ Et hinc

1 eſt, quòd ſi tecum contraho, uel te procuratorem conſtituo, uideor expreſsè mandare, quòd facias ea,quæ ſunt de cōſuetudine.l. ſi pignore. §. fin.in uer.ulu. & ibi not. Doc.ff. de pig. ac.facit c. cæterùm.in uerbo, terræ conſuetudo. de do-

5 na.no. Bar.in l.ſi procurator.in prin.ff.de iure fiſ. & in l. fi. in prin ff.de his, quæ in fran.cre. & plenè in l. bene a Zenone.C.de quadr. præſcr. & Bald. in rubr.C. de exerci. ad fin. & Lud. conſil.124. incip. uiſis.ſ. conſultis.ad fin. ¶ Et hinc uidemus, quòd habens poteſtatem uendendi bona fiſcalia, poteſt dare fideiuſſorem euictionis, & apponere omnia pacta pœnalia, ſecundū morem regionis, ut dicit Ang. in l.ij.ff.de iur. om. iu.per d.l. bene a Zenone. Et hinc eſt, quòd promiſſio prælati ſimplex de renouanda emphyteuſi intelligitur,ſecundum quod eſt conſuetum, ſecundū Ang. in §.emphyteuſim.in authent. de non alie. ¶ Et præceptum datis de cogendis debitoribus fiſci pro arbitrio exactorum intelligitur

a *Conſuetis*] *Ad quod adde Paul. de Caſt. in l.ij.ff. de iuriſdict. om. iu. & Pet.de Su. in l. in omnibus. ff.de arb. & not. in l.ſi pignore.§. ſi.ff.de pigno. ac. & uide plenè per do.Alexand.in l. ſi finita.in princ. de dam. infec. & in l. plus.§ 2. de aq plu.arc.*

b *Conſuetudine*] *Adde idem tenentem dom. Soc.ſuo conſ. 111. incip. abunde & ſubtiliter. uerſ.nec in tali.in j. parte.*

intelligitur de coactione inductu u conſuetudine, ſecundũ Bal. in l.j. C.ſi ob publicas penſita. Et conductio ſimpliciter facta de domo, intelligitur pro penſione cõſueta, ſecundum Sal. in l. exceptio. C. loca. quæ eſt ad hoc ſing. ſecundum eum. Et conducens operarios tenetur eis miniſtrare uictum & ferramenta, ſi eſt conſuetum, ſecundum Bal. in l. liberti. C. de opc. lib. ¶ Et ſi habentes uendere gabellas alicuius ciuitatis faciunt pacta contra illud, quod eſt conſuetum, non tenent, ſecundum Bart. in l.j. C. de paſcuis pub. uel priua. lib. 12. Et colonus tenetur ſoluere illud, quod eſt conſuetum ultra penſionem ſolui, licet non fuerit dictum, ſecundum Bar. in l. domini prædiorum. C. de agri. & cenſi. lib. 12. Et ſi epiſcopus citauit aliquem non expreſſo loco, intelligitur ut compareat in conſncio, ſecundum Petr. de Anch. in c. cùm epiſcopus. de off. or. in 6. Et citatus ſimpliciter non expreſſa hora, intelligitur propria, qua iudex ſolet ſedere, ſecundum Innoc. & domi. Abb. in c. conſuluit. de off. dele. & no. Inno. in c. cùm nobis olim. ultra mediũ, de elec. & dixi aliàs poſt dom. Abb. in c. 2. de teſti. cog. ¶ Et hinc eſt etiam, quòd uerba teſtatoris ſimplicia ſemper recipiunt reſtrictionẽ a ſtylo patriæ conſuetudinario, uel ſtatutario.[a] Ad quod uide Bar. Ang. & Imo. & Ro. in l. hæredes. §. cùm ita. ff. ad Tre. & Petr. in l. tres fratres. ff. de pac. Vnde dicit Barto. in l. precibus. C. de impube. & alijs ſubſti. quòd teſtator præſumitur cogitare de ſtatuto patriæ ſuæ. Et dicit Imol. in ca. potuit. ad fi. de loca. quòd inueſtitura emphyteuſis accepta pro ſe & alijs ſuis non comprehendit fœminas, propter dictum Arch. in c. ſi quis ſuadente. 17. q. 4. niſi conſuetudo loci in talibus includat etiam fœminas. ¶ Et hinc eſt etiam, quòd ſi prælatus conceſſit ſimpliciter rem in emphyteuſim, cenſetur conceſſiſſe in tertiam generationem, ſi ſic ſe habet conſuetudo loci, ſecundum Bal. in addi. Spec. in ti. de locat. Et hinc eſt, quòd conceſſa poteſtate teſtandi, ſubintelligitur, ſecundũ quod eſt conſuetum in loco, ſecundum Bal. in l. fin. poſt prin. C. de fideicom. facit. l. ſi quando. in prin. C. de inoff. teſtam. & quod ibi Bald. ¶ Et hinc eſt etiam, quòd procurator datus ſimpliciter ad fideiubendum, poteſt renunciare beneficio ordinis: quia de conſuetudine omnis fideiuſſor renunciat, ſecundum Bar. in l. ſi fraudator. ff. de his, quæ in frau. credi. Ex quo conſuluit Lud. Rom. in d. conſi. 104. uel ſequenti, quòd procurator habens poteſtatem obligandi dominum ad certam quantitatem etiam conditione taxatiua, poteſt ipſum obligare ad cambiu ſoluenda pro illa quantitate, ſi de cambijs eſt conſuetudo in loco: & uide eundem conſi. 59. incip. In Chriſti, &c. ad diſcutiendum. ubi dicit, quòd ſi conſueuit Papa in inueſtituris, quas facit uicarijs temporalib. terrarum eccleſiæ, concedere iuriſdictionem publicationis bonorum & ultimi ſupplicij, ea duo poſtea ueniunt etiam, ubi in conceſſione non exprimuntur, per c. quo ad translationem. j. de offic. le. Ad idem tex. optimus in c. 2. j. tit. prox. ibi, & ſi non apponatur. quẽ ibi no. Imol. ¶ Hæc omnia, & his ſimilia, declaranda ſunt de neceſſitate tribus modis. Et prima declaratio ſumenda eſt ex dictis Io. And. in addi. Spec. in ti. de inſtr. edi. §. inſtrumentum. uerſi. quid
7 ſi a contrahentib. ubi dicit, quòd,† in ſimplici rogatione notarij tacitè ueniunt conſueta: Vnde in contractu, quo transfertur dominium, poteſt addi clauſula precarij: quia per eam efficacius peruenitur ad mentem contrahentium. Sed hoc intelligit de conſuetis generalibus: ſecus in ſubſtantialib. Illa enim a principio ſic inſunt contractibus, quòd ſine illis actus uitiatur. Alle. l. teſtamentum. C. de teſta. & c. tuæ. & c. tua. in fin. de ſponſ. ¶ Et per hanc declarationem ſequitur, quòd ubi de iure, uel de ſtylo curiæ aliquid ſolet & debet exprimi ad euitandam ſubreptionem, & eſt ſubſtantiale, nõ ſufficiet, quod ſoleat exprimi, ad hoc ut ualeat diſpoſitio: quod multum temperat prædicta, & facit cap. ad noſtram. & cap. porrecta. de confir. uti. uel inu. cum ſi. Quomodo autem cognoſcatur, quæ ſint de ſubſtantia, uide Bald. in l. etiam. C. de execu. rei iud. & in repe. l.j. C. qui accuſ. & in l. ad exactionem. C. de do. promiſ. & in repe. l.j. C. de ſac. ſanc. eccl. & do. Abb. in conſi. 72. incip. Omnipotentis, &c. in negocio Guidonis, ubi dicit, quòd ſubſtantialia ſunt illa, ſine quibus actus conſiſtere non poteſt: alia ſunt accidentalia, ut latius in dictis locis. Et ad hanc declarationem faciunt uerba Bar. in l. quicquid aſtringendæ. ff. de uerb. obl. dum tangit, quando tacitum habetur pro expreſſo. ¶ Secunda declaratio eſt, quòd ubi in aliqua diſpoſitione habentur pro expreſſis ea, quæ conſueuerunt exprimi, intelligitur de conſuetis communiter, & ut plurimùm: ſecus, ſi rarò ſolitum ſit aliquid fieri, ut probatur in l. Seio. §. medico. ff. de annuis le. & ibi hoc no. Bar. ita limitans, quòd conſueuit dici, procuratorem poſſe conſueta: & alle. in ſimili l. fiſtulas. §. 1. ff. de contrah. emp. & bene facit dictum c. quo ad translationem. uerſi. ſæpe. ¶ Tertia declaratio eſt, quòd licet in generali conceſſione ueniant accidentalia, uel ſolennia conſueta exprimi, ut eſt dictum, tamen non ſemper ex multiplici actuum frequentatione inducitur conſuetudo. Et ideo ſi aliquis per uiam meræ & gratuitæ facultatis aliquid ſit ſolitus concedere, per hoc non obligatur perſeuerare, ac ſi firmata eſſet conſuetudo. Hoc declarat do. Abb. ultra alios d. c. quo ad translationem. per id, quod no. Innoc. in c. cum eccleſia ſutrina. j. de cauſa poſ. & propric. ubi dicit, quòd ſi miles aliquis hoſpitaretur amicũ ſuum in domo, per hoc non eſt inducta conſuetudo, ut teneatur eum in futurum hoſpitari, cùm fuerit profectus ad illam ciuitatem. Et concor. Cy. in l. ij. C. quæ ſit lon. conſue. & Ioan. And. in cap. Ioannes de cle. coniu. & Bar. in l. cùm de in rem uerſo. ff. de uſu. & Archid. in c. ſeruitium. 18. q. 2. & Domi. in c. conſuetudo. j. diſtinct. & latè Pet. de Anch. in regula, ſine poſſeſ. ad fin. de re. iur. in 6. & multi alij, niſi id factum fuiſſet tanto tempore, cuius initij non eſſet memoria, ſecundum Io. And. in d. c. peruenit. de cenſi. & Bar. in d. l. cùm de in rem uerſo. Ang. in l. ſi certis annis. C. de pact. cum concor. Et de materia etiam uide Bald. in l. ſi quis ſub conditione. ff. de condi. inſtit. & dom. Ant. & Imol. in cap. cum olim. j. de conſue. & in c. ex parte Aſtenſis. & ibi Abb. j. de conceſ. præben. & quod habetur in ca. conſtitutus infra de reſcrip. & Lud. Ro. conſil. 376. incip. Omnipotentis, &c. quæſtio eſt, nunquid. ¶ Gloſſ. 1. ibi, cum eſſent conſortes eiuſdem
8 litis. Not. hic ſpeciale in conſorte eiuſdem litis, quòd † ſicut coniuncta perſona poteſt agere pro coniuncto ſine mandato præſtando cautionem, quòd dominus habebit ratũ l. ſed & hæc. ff. de procur. c. nonnulli. in fin. de reſcript. Ita conſors eiuſdem litis põt agere pro conſorte ſine mandato præſtita prius ſatiſdatione, ut in iuribus allegatis per glo. hic, & per gl. j. in c. cum dilecti. de do. & contu. Et iſtud cõſortiũ contrahitur ex cõmunitate litis & cauſæ. l. ſi petitor. ff. de iu. & traditur in cle. ſi religioſis. de procu. ſecundũ do. Abb. hic. ¶ Hanc concluſionem limita primò, niſi cauſa eſſet criminalis, ut eſt gloſſ. in c. cùm dilecti. infrà de dolo & contu. & eam not. do. Anto. hic, & ibi: & de ipſa meminit Bald. in l. ij. C. de conſor. eiuſdem litis. quia in criminali non comparet quis per alium, l. ſeruum quoque. §. publice. ff. de procur. Sed do. Maria. in commento cap. ueniens. infra de accuſ. uer. trigeſimoquintò fallit. alle. Bald. in d. §. publice. dicentem, quòd regula, de qua ibi, fallit in conſortibus eiuſdem litis, arg. notatorum in c. hoc quippe. 3. q. 6. & quod not. Innoc. in cap. licet. infrà de accuſ. Sed dicit do. Maria. ſe hoc intelligere, quando ageremus de delicto annexo, aut correlatiuo, utpotà adulterio, inceſtu, uel ſimili: aliàs dicit ſe non uidere, quòd licet plures dicantur commiſiſſe unum delictum, quòd unus poſſit interuenire pro alio: quia ex ſeparatis non fit illatio, ſecundum eum. Et ſic habes hanc limitationem reſtrictam. ¶ Et iuxta hoc ſubdit hic Domi. quòd ubi agitur de crimine ciuiliter, admittitur conſors: ſecus, ſi criminaliter. Et ita intelligit gl. in d. cap. cùm dilecti. & in d. c. hoc quippe. ¶ Secundò limita, dum modò lis ſit conteſtata[a], cum omnibus cõſortibus, ſecundùm do. Ant. & ſequaces hic, per text. in l. ij. C. de conſor. eiuſ. lit. Ex quo ſequuntur duo effectus. Primus eſt, quòd cautio rati, quam ſupra dixi præſtãdam à conſorte, poteſt etiam poſt lit. conte. præſtari: quia ſi conſors priùs non admittitur, non eſt mirum, ſi hoc ſpecialiter toleratur in hac dilatoria, ſicut in quacunque, quæ oritur poſt lit. conteſt. cap. inſinuante. j. de off. dele. facit c. paſtor.

a *Vel ſtatutario*] *Adde Alex. conſ. 24. 4. parte, & do. Soc. conſi. 42. inci. Primum huius. uerſi. nã quo. circa princ. in j. parte.*

a *Conteſt.*] *Adde Card. in cle. j. 9. quæſt. et plenè in cle. 3. 11. q. de procu.*

infra

inſtà de except. & cap. præſentium. ĵ. de teſti. & ad hoc eſt
glo. in d. l. quæ ſemper pro ſingulari ad hoc allegatur, ſecun
dum Bal. hic. ¶ Et hic incidenter & utiliter eſt aduertēdū:
9 quia Io. An. ponit unum caſum, in quo † exceptio dilato-
ria ſuperueniens poſt lit. conte. non poteſt opponi, uideli-
cet quando poſt ſuperuenientem dilatoriam agitatus eſt
aliquis actus ulterior citra merita cauſæ cum parte aduer-
ſa. quia tunc ſicut lite conteſta. ſequens dilatoria excludit
eam, cap. inter monaſterium. ĵ. de re iudic. l. ita demum.
C. de proc. ita primus actus iudicialis ſequens poſt dilato-
riam ſuperuenientem. quia habetur loco litis conteſtatæ.
Ita decidit Io. An. hic. Sequitur do. Anto. hic, & Bar. in l.
Pomponius. §. rati. ff. de proc. & idem no. do. Ant. in cap. ex
ceptionem. ĵ. de excep. uer. aduerte. in c. fin. ĵ. de conſeſ. &
Bald. in authen. ſi teſtis productus dicatur. C. de teſti. & in
l. eleganter. §. ſi quis poſt. in apoſtillis, ff. de condi. inde.
per l. ij. §. ſi autem reus. C. de iur. cal. & fuit opinio Vltra-
montanorum, quam ſequitur Cy. in l. nihil. C. de proc. &
allegatur, quod no. glo. in c. j. in uerbo, abſentia. de elec. in
6. & Innoc. in c. 2. infrà de dila. ubi dicitur, quòd ubi lis
non conteſtatur, primus actus, qui ſolet fieri poſt lit. con-
teſt. habetur pro litis conteſt. ¶ Et hoc intellige de exce-
ptione dilatoria non habente cauſam continuam: ſecus, ſi
eſſet continua & ſucceſſiua: putà quòd quis non audiatur,
quia ſi poſt ipſius ſuperuenientiam non fuerit appoſita, ſed
fuit proceſſum ad ulteriora, talis proceſſus præiudicat, quo
ad actum factum: ſed exceptio poteſt opponi contra fien-
dos. Ita dicit Bal. in d. §. ſi quis poſt. dicens, hæc eſſe uerba
aurea Iac. But. ibi in lec. ¶ Sed contra prædicta tenet Bart.
in l. nihil. C. de proc. dicens, non reperiri iure cautū, quòd
poſtquam ſemel lis eſt conteſt. actus ſequentes habeant ef
fectum litis conteſt. nec in eadem lite uidetur poſſe multi-
plicari litis conteſtatio, arg. l. proprias. C. de lega. Fatetur ta
men, quòd in caſibus, in quibus non fieret litis conteſt. pu
ta quando proceditur ſummariè, clemen. ſæpè. de uerb.
ſign. primus actus, qui agitaretur inter partes circa merita
cauſæ, bene habet effectum litis conteſtationis. Et ſic in-
telligit. l. nulla. C. de proc. Et licet Canoniſtæ * communiter
tranſeant cum præcedenti opi. Io. And. tamen hæc uide-
tur melior, ſecundum Imol. hic: pro qua adducit not. in
c. 1. de pro. in 6. ubi dicitur per gl. in uerbo, ab eo. & ibi
Domi. quòd licet procurator, qui lit. conte. eſt, poſſit aliū
ſubſtituere, tamen ſecus eſt, ſi fuit ſubſtitutus poſt lit. cō-
teſt. ut ibi patet. Et ſi eſſet uera dicta opi. Ioan. And. quòd
actus, qui fieret poſt lit. conteſt. haberetur pro litis conte-
ſtatione, poſſet illum ſubſtituere: quod tamen negatur
ibi, ſecundum eum. Tamen præcedens opi. uidetur ma-
gis fundata: quia ſi orta exceptione dilatoria pars eam nō
opponit, & tranſit ad ulteriora, uidetur tacitè illi renuncia
re, argum. c. gratum. cum ſi. ĵ. de off. deleg. & per id, quod
dicitur de iudice procedente ad ulteriora, quòd uidetur eā
reijcere per proceſſum ad ulteriora, ut per Barto. in l. ſi autē
§. quæcunque. ff. de neg. geſt. & in l. a procedente. C. de di-
la. & in c. ex parte. 3. cum ſi. ĵ. de appel. ¶ Et pro hac parte
uidetur tex. in terminis in c. inſinuante. uer. quocirca. ĵ. de
offic. dele. ubi per proceſſum ad ulteriora uidetur quis rece
dere a dilatoria ſuperueniente: & ita per illum tex. firmat
ibi Abb. hoc multum notans, & confirmat ſolum ex gloſſ.
in ſimili in d. ca. 1. in uer. abſentia. de elect. in 6. Non obſt.
licet ipſe non dicat, illud quod dictum eſt de reiteratione
conteſtationis litis. quia non dicitur, quòd omnis actus
habeat uim litis conte. propriè, poſtquam ſemel conteſta-
tio facta eſt: ſed præſumitur illum actum habere effectum
conteſtationis litis, quo ad excludendam dilatoriam. Non
obſtat, quod dicitur poſt lit. conte. ſubſtitutum non poſſe
ſubſtituere: quia hoc non eſt expeditum, ut patet ex nota-
tis in d. l. nulla. maximè per Paul. de Caſt. & communiter
Mod. qui imitando ultimam glo. ibi, & Cy. tenent contra
Bar. Tamen poteritis cogitare. Sunt etiam alij caſus, qui
bus dilatoria ſuperueniens poſt lit. conteſta. non poſt op-
poni: ſed quia non rectè conueniunt hic, ideo ſufficiat teti
giſſe hunc, quem ſolum ponit hic Ioan. And. reliqui eſ-
ſent dicendi in d. c. inſinuante. uel in c. paſto. ĵ. de excep.
¶ Secundus effectus reſultans ex iſta ſecunda limitatione
eſt, quòd ubi conſortes non ſunt ſimul lit. conte. ſed quili-
bet pro ſe dedit petitionem ſuam, & inchoauit aliam inſtan

tiam de per ſe, non admittitur unus pro alio, etiamſi eo-
dem tempore & eadem cauſa & coram eodem iudice mo-
ueant ius agendi. Ita dicit hic do. Anton. uerſic. uidete: gl.
habet hic, &c. & ſequitur hic Domin. & Imol. qui tamen
addidit, quòd inuito reo non uidentur poſſe dare iſti ſepa
ratim petitiones, ne ſuper eadem re in diuerſis inſtantijs li
tigetur, per not. in l. in hoc iudicio. ff. famil. erciſ. Ad idem
l. nulli. cum materia, C. de iudic. & l. j. ff. de quibus reb. ad
eundem iud. eatur. & facit, quod dicetur. ĵ. ad intellectum
horum iurium poſt Innocent. hic. ¶ Limita tertiò hanc
concluſionem, dum modò ius conſortium ſit indiuiduum:
ſecus, ſi diuiduum, ut hic in gloſſ. Sed dom. Anton.
dom. Card. & Imol. hic contrarium tenent: quia ſufficit,
quòd lis ſit communis pluribus circa eandem rem, licet
diuiſibilem. Patet in pluribus agentibus actione famil.
erciſc. uel communi diuidundo. Nam tales habentes
rem communem, uel hæreditatem communem, dicun-
tur conſortes in ipſa re, uel in ipſa hæreditate. l. j. & ij. C.
de conſor. eiuſd. lit. ¶ Sed fortè gloſſ. uoluit dicere, quòd
quilibet prætendebat titulum per ſe ſeparatum de alia cau
ſa, & ſibi præbendam diſtinctam aſſignari: & hoc reſpectu
non erant conſortes, ſed alio reſpectu, in quantum inten-
debant infringere ſtatutum de numero: uel, ſecundum
do. Card. & do. Anto. in quantum prætendebant commu-
nionem in fructibus ſuperexcreſcentibus: & hoc reſpectu
poterant dici conſortes, & ſequitur hic do. Abb. & Imol.
¶ Eſt tamen in hac materia una differentia inter rem diui-
duam & indiuiduam: quia ſi eſt diuidua, poteſt etiam an-
te lit. conte. unus agere pro parte ſua. l. j. C. de conſor. eiuſ.
lit. Sed ſi eſt indiuidua, ſecus, & alijs prohibentibus agere
non poteſt, l. ſi petitor. cum glo. j. in fin. ff. de indi. & not.
Bart. in d. l. ij. C. de conſor. eiuſ. lit. ad quod uide omnino
Angel. de Aret. poſt Raph. & Ioan. de Ana. in l. ſi quis ſepa-
ratim. §. fin. ff. de appell. ¶ Limita quartò, niſi conſors eſſet
perſona aliàs inhabilis ad agendum: quia conſortium non
eſt in cauſa potens ſupplere duos defectus, uidelicet defe-
ctum mandati & defectum perſonæ, argu. cap. ex tuarum.
de autho. & uſu. pal. & cap. non poteſt. de præben. in 6. Et
hoc tenet Paul. de Leaza. in cle. religioſus. de procur. intel-
ligens illam cle. dum modò religioſus habeat mandatum
à conſorte: & ſequitur hic do. Anto. dicens, hoc bene no-
tandum. ¶ Et idem tenet hic Domi. motus noua conſide-
ratione: quia conſors habet præſtare cautionem de rato, ut
hic in glo. quam monachus præſtare non poteſt, cùm non
habeat proprium: nec monaſterium poteſt obligare pro a-
lio, c. ex parte. cum materia. ĵ. de accuſ. ¶ Non obſt. d. cle.
quia illā intelligit, q pro cōſorte. poteſt recipere mādatum
religioſus. ut pro illo agat ſine alia licētia abbatis: & in
mandato cōſtituēs cauet pro illo arg. cle. j. de procu. ſecun
dū eum. Sed do. Card. in d. cle. religioſus. in 11. q. in fin. te-
net contra prædicta, quòd monachus poteſt agere pro con
ſorte ſine mandato, quia non apparet ratio differentiæ in-
ter monachum, & non monachum, quo ad hoc, ex quo mo
nachus poſſit agere, & per conſequens dici conſors litis.
Ergo ita iudicabitur de eo, ſicut de quolibet conſorte, ſe-
cundum eum. ¶ Et licet de ratione Dominici hic nihil di-
cat, tamen cogitabam, an dici poſſet, quòd licet monachus
non habeat proprium: per hoc non ſequitur, quin poſſet
præſtare cautionem fideiuſſoriam. Et iſta ſufficiant: quia li
cet cautio iſta ſit prætoria, & oporteat ſatiſdare, ut dicit gl.
ſi. in l. ij. C. de conſor. eiuſ. lit. & ſatiſdatio debeat eſſe ſuffi
ciens, & non ſimplex, l. prætoriæ. la 3. ff. de prætor. ſtipu.
dixi poſt Imol. in c. ad noſtram. el j. de iureiur. No. Bald.
in propoſito in l. ſancimus. in 3. oppoſ. C. de uerb. ſign. &
gloſſ. & omnes in l. j. C. de procur. tamen non uidetur,
quòd debeat eſſe cum hypotheca bonorum, per l. j. in
prin. ff. qui ſatiſda. cog. ubi obligatus ſatiſdare liberatur
datis fideiuſſoribus, niſi iudex attentis pluribus aliter ar-
bitraretur. ut per Barto. in d. l. prætoriæ. la 3. in uerſic. quæ-
ro, an hoc ſit uerum. & Angel. in d. l. j. Et ſic non ſtringit
ratio Dominici, quæ etiam procederet ſolùm in monacho,
ſed non in omni alio inhabili. Et hanc partem uidetur etiā
tenere Imol. in d. clem. religioſus. in 4. no. dum dicit per
illum text. quòd conſortium litis non ſolùm ſupplet defe-
ctum mandati, ut hic in glo. ſed etiam ſupplet inhabilitatē
perſonæ ad procurationem ſuſcipiendam. ¶ Dubium rema

net in hoc, utrùm ſicut religioſus, qui eſt inhabilis in iudicio, efficitur habilis ratione conſortij: & per conſequens, non indiget mandato, per prædicta. ita etiamſi in quocunque inhabili, quòd efficitur habilis. Et licet dom. Anto. ut prædixi, dicat quòd non, tamen prima facie uidetur diſtinguendum, an cauſa ſit indiuidua, uel non, per id quod in ſimili dixit domi. Anto. poſt Cal. in fin. in c. poſt ceſſionem. de prob. ubi dicit, quòd licet excommunicatus efficiatur habilis in iudicio, quando uenit, ut reus, tamen non efficitur habilis, quando uellet defendere ſe & alium habentem cauſam communem: quia conſortium non ſupplet inhabilitatem perſonæ, quo ad excommunicationem, cùm nulla ſubſit neceſſitas agẽdi pro conſorte, uel defendẽdi ſaluo uſu, niſi cauſa eſſet indiuidua, l. iij. §. ex his. ff. de uerb. ob. licet ſecùs ſit in habilitate religioſi: quia etiam pro re diuidua aget pro conſorte: quia ea quo habet eſſe pro ſe in iudicio, poteſt etiam eſſe pro conſorte, cùm per hoc non plus diſtrahatur à contemplatione, ſecundum eum. Et idẽ expreſsè ſentit Imol. in eiſdem terminis in d. cle. religioſus. in fin. ¶ Nihilominùs pro generali omnium prædictorum concluſione poſſunt diſtingui duo caſus. Aliquando, & primò, perſona inhabilis efficitur habilis ea iure ſpeciali, putà excommunicatus ex cauſa defenſionis: & tunc non efficitur habilis, ut agat pro conſorte, ſed ſolum pro ſe. Fallit primò in materia indiuidua, ſecundò in religioſo, ut eſt dictum. Aliquando perſona inhabilis non reperitur habilitata aliquo caſu: & tunc clarum eſt, quòd conſortiũ nullam utilitatem ſibi præſtat, quo ad ingreſſum iudicij: & ſicut non agit pro ſe, ita nec pro conſorte. Et hoc, quo ad commodum reſultans ex potentia actiua, ut ipſe pro ſe cõpareat: ſecus, ſi ea uirtute paſſiua, quia tunc, ſi cõſors ſuus habilis cõpareat, proderit iudicium conſorti inhabili, dummodò materia ſit indiuidua, per id, quod no. do. An in d. c. poſt ceſſionem. ſicut in pluribus caſibus aliquis conſequitur ex perſona alterius, quod ex ſua conſequi non poteſt, l. ſi cõmunẽ. ff. quem ad. ſer. amit. c. auſhor. de conceſ. præbẽ. in 6. l. ſi is, qui duos. & ibi Bart. ff. de lib. le. c. ſactis ʒ. de ſepul. cũ ſi.

10 ¶ Non obſt. prædictis, q † duo ſpecialia non poſſunt cadere in eodem ſubiecto,[a] l. j. & ibi gloſ. C. de do. promiſ. & ſic non uidetur, quòd aliquo caſu ratio conſortij ſupplcat mandatum & habilitet aliquando inhabilem. quia reſponderi poteſt tripliciter. Primò negando, quòd iſta duo deſcendãt ea eodem fonte quia quod inhabilis habilitetur, eſt ex indiuiduitate materiæ: & quòd ſuppleatur mandatum, eſt ratione conſortij, & non eſt inconueniens. quòd in eadem materia ſurgant ex duplici fonte duo ſpecialia, l. ſi quis rem. §. j. ff. de pollici. iuncta l. fin. C. de ſac. ſan. eccle. ut per dom. Card. in cle. q circa. in 20. q. de elec. & in cle. 2. in 8. q. ut lit. pen. Vel ſecũdò, q cõtrariũ procedit, niſi duo ſpecialia cõcurrentia in eadẽ materia ſint inducta ambo à iure cõmuni. ut dicit Bald. in l. j. in ſi. C. quando lic. ab emp. diſce. Et quòd religioſus habilitetur ratione conſortij, & non ſit opus mandato, eſt inductum ex diſpoſitione d. cle. religioſus. Vel tertiò, quòd ſicut in hac materia conſortij ius inducis ex cauſa alia ſpecialia, uidelicet quòd quis admittatur ſine mandato, & quòd cautio rati petatur poſt li. conteſt. quia unum ſpeciale oritur ab alio, ita etiam hic: quia eo ipſo, quòd lex habilitat religioſum pro conſorte, ex hoc ſequitur aliud propter alia iura, quòd non ſit opus mandato. Vnde non repugnat, quòd concurrant duo ſpecialia, quorum unum deſcendat ab alio, ut per Bar. in l. j. C. de do. promiſ. & Domi. in c. non omnes. ij. quæſt. 7. per Bald. in l. j. C. de fur. & Bart. in l. ſi is, qui pro emptore. ff. de uſuc. quas reſponſiones uo. etiam ad alia. ¶ In ea gloſſ. ibi, habebat mandatum ab alijs, aliàs non fuiſſet admiſſus. No. ſemper hoc dictum, ſecundum dom. Abb. hic, quòd † canonicus non admittitur ad

11 agendum pro canonico ſine mandato,[b] licet ſpecialiter ſit coniuncta perſona. Intelligitur ergo ius ciuile de coniunctis ratione ſanguinis. Et optimè facis, ſecundum dom. Abb. in cap. 1. ʒ. de procu. & remittit ad dicendũ in capitul. nonnulli infra u tul. proxi. ubi de hoc nihil tangit. Cum iſta gloſſ. concor. domi. Anton. Imol. & Dominic. hic, & Specul. & Ioan. Andr. in ti. de reſcri. præſenta. §. ratione quoque impetrantis. uer. ſed nunquid canonicus. & Hoſt. latè in ſumma, de reſcri. §. quæ poſſunt. uer. 97. ibi, & nunquid pro canonico. & do. Abb. in c. coram. ff. de offic. dele. & in c. ſi. de poſtu. licet cõtrariam uelit gl. 2. ibi, ad ſi. dum dicit de coniunctis ratione eiuſdem eccleſiæ: quod uerbum multi libri nõ habent, ſecundum Imo. ibi. Et cum iſtis etiam concordat do. Abb. in c. cum dilectus. propter glo. 2. ibi. ʒ. de conſue. & dom. Anton. dom. Abb. & Imõ. in c. ſi. de proc. licet gloſſ. ſi. ibi in ſi. & gloſſ. 2. in ſi. in c. 1. eo. tit. uoluerunt contrarium. Et alleg. etiam Arch. in c. ſtatutum. §. cùm uerò. de reſcr. in 6. qui per omnia refert Hoſt. in d. uer. ſed nunquid canonicus. ubi ita dicit, eſſe de ſtylo curiæ. & dicit Io. And. in d. add. ſe ita habuiſſe ab auditore contradictoriarum. Et pro hoc facit d. cle. religioſus. per quam dicit ibi Imo. in j. oppo. quòd fraternitas ſpiritualis non ſupplet inhabilitatẽ perſonæ: & ideo generaliter dicitur in dictis locis, quòd ubicunq; ſit mentio de coniunctis, intelligitur de coniunctione carnali. Et adde, quòd ſi coniunctus ſpiritualiter prætendit intereſſe ex impetratione facta contra coniunctum, non poteſt ei contradicere, ſed ſufficit, quòd impetrator caueat de rato, ſecundum Hoſt. in loco præalle. dicentem, quòd cùm ipſe uellet opponere impetratori, tanquã coniunctus coniunctione ſpirituali ſubdito ſuo, non fuit tandem admiſſus. ¶ Eſt uerum, quòd quantum ad ius reuerentiale, non minus, imo plus conſideratur coniunctio ſpiritualis, quàm carnalis, ca. qualit. in uer. multo amplio ti. 2. q. 7. & c. Pictatium. ibi, multò magis. 30. quæſt. 5. Sed quo ad iudicialia & alios effectus, quibus attenditur ius ſanguinis, ſecus eſt. Vnde uidemus, quòd frater non teſtificatur pro fratre, l. parentes. C. de teſti. Specu. in tit. de teſti. §. 2. uer. ſed nunquid frater. & tamen canonicus teſtificatur pro canonico, ſicut eſt glo. in c. cũ R. canonicus. in uer. ſocij. infra, de offi. dele. & ibi per Scribentes. Fatentur tamen dom. Anton. & Imol. hic, quòd ſi canonicus habeat mandatum a canonico, poterit pro illo poſtulare, ſeu aduocare, & etiam pro ipſo agere: quia talis fraternitas ſurgens ratione fraternitatis ſpiritualis non ſupplet defectum mandati, ſed bene tollit inhabilitatẽ: quia ubi clericus non poſſet pro extraneo in iudicio ſeculari agere, poterit pro canonico, dum modò habeat mandatum: non tamen poteſt agere pro canonico ſine mandato, licet coniunctus pro alio coniuncto per ſanguinẽ poſſet agere, ſecundũ eos ita intelligẽtes gl. in c. ſi. de poſtu. ¶ Sed huic dicto prima facie repugnat tex. in d. cle. religioſus. ubi mandatum datum religioſo ab alio religioſo eiuſdem clauſtri, & ſic coniũcto coniunctione ſpirituali, non facit religioſum habilem ad agendũ. Et per ipſum dicit ibi Imol. ut prædixi, quòd coniunctio ſpiritualis non ſupplet inhabilitatem perſonæ. Sed poteſt dici, quòd prædicti loquuntur in mandato dato ab eo, qui dare poteſt: ſed in caſu illius cle. ſicut religioſus non poteſt ſine licentia agere, ita nec procuratorem conſtituere. Vnde data nullitate mandati non poteſt ibi coniunctio aliquid operari. Tamen iſta reſponſio non eſt tuta, quia non aperitur ibi, an religioſus conſtituens haberet licentiam conſtituendi, uel non. Vnde iſtud dictum Doc. non eſt ſine dubio. An autem coniunctus maxima amicitia æquiparetur coniuncto ſanguine in materia iſta, uel ſimili, tangit hic dom. Anton. ſed congruentius poterit tangi in c. nonnulli. uel in c. ex parte decani. in ti. proxi. uel in c. coram. de offic. dele. poſt do. Abb. quia non patitur hæc decre. hunc paſſum, tanquam ſatis onerata dote ſua. Et circa prædicta adde, quod no. dom. Anton. & Imo. in cap. edocerı. in ti. proxi. dum tangunt, quando prælatus agat pro capitulo in bonis communibus, uel diſcretis, ut coniunctus, iuxta ca. requiſiſti. ʒ. de teſta. ¶ Item adde, quòd canonicus non excommunicatus poteſt petere beneficiũ abſolutionis ab excõmunicationis ſuia pro canonico excõicato ẽt ſine mandato, ſecundum Rotam in nouis deciſio. 426. hodie ſub tit. de procu. 36. alle. Inno. in c. Ro. de ſen. excom. in 6. & limita, ut ibi per eos. ¶ In gloſſ. in uer. ſine præiudicio. Tractantur hic aliqua de materia proteſtationis, ſed ex certa

ſcientia

[a] *Subiecto*] *Adde Old. conſil. lxxix. inci. quòd. duo ſpecialia. Secus, quando oriuntur ex diuerſis fontibus, prout per Bart. in d. l. ſi is, qui pro emptore. alleg. in text. per l. ſingularia. ſi cer. pe.*

[b] *Sine mandato*] *Adde Alexand. in lege non ſolum. §. qui u... liene. de procura.*

ſcientia reſerno poſt omnes gloſſ. ¶ In ea.gloſſ. in fi. Inſe-
12 runt hic Doc. utrum † excreſcentia redituum frangat nu-
merum præbendarum ipſo facto ? & uidetur, quòd ſic, pro
pter conditionem ſubintellectam, de qua in tex. Sed uera
concluſio uidetur, ſecundum dom. Abb. ut non frangatur
ipſo iure, per c.fin.de uerb. ſigni. Sed eſt in poteſtate rum-
pendi. Sic intellige conditionem illam, de qua in tex. Itẽ
tot ſunt inſtituendi in eccleſijs, quot ex reditibus eius poſ
ſunt ſuſtentari, cap. 1. de inſtit. Et ſi aliqui ſunt recepti ul-
tra numerum, debet numerus præbendarum augmentari
ex ſupra excreſcentia redituum: non tamen antiquæ præ-
bendæ confunduntur, ſed de accreſcentibus fructibus no
uæ creantur præbendæ pares ſuis antiquis, ut eſt tex.not.
hic, & alibi non ita Probatur bene ſecundum dom. Abb.
hic, & eſt etiam concluſio. dom. Anto. Ioan. de Imo.& Do
mi. hic, qui latè ſe extendunt in ea. ¶ In gloſſ. in uer.rece-
perunt. No. primò ex gloſſ. ſecundum domi. Abb. quòd
13 † laicus poteſt habere præbendam in eccleſia, ſed non ca-
noniam, quaſi dicit gloſſ. quòd canonia ſit ius ſpirituale
proueniens eo ipſo, quòd aliquis recipitur in canonicum:
præbenda eſt quid temporale debita canonico ratione offi
cij & canoniæ. Hoc intelligit ipſa, quando præbenda eſt
per ſe conſiſtens in mera temporalitate: nam quando ſin-
gulariter conſideratur, cõſiſtit in mera temporalitate: quia
ex bonis temporalibus conſtituitur: & ſic intelligit Inno.
in cap.maioribus.de præben. Sed ubi præbenda eſt annexa
canonicatui, dicitur ius ſpirituale ratione canoniæ. Ita pro
bat tex.in c.dilecto.ĩ.de præb.ubi appellatur præbenda ius
ſpirituale & indiuiduum. Et ita declarat hic domi. Abb.
Ad quod uide domi. Card.in cle.ſi.in 1.quæſt.de præb.ubi
ponit, quomodo duplex eſt canonia: una cohærens præ-
bendæ, ita quòd ea poſſeſſa poſſidetur præbenda: & ea ua-
cante uacat præbenda, ſicut quando confertur canonica-
tus & præbenda ſimul. Alia eſt per ſe ad tempus, ſed fina-
liter conſolidatur præbendæ, ut quando Papa confert cano
nicatum nulla præbenda uacante, & mandat illum, cui cõ
ſulit, poni in poſſeſſionem tutum canonicalium ante ha
bitam præbendam, & hac forma utitur curia Romana per
c.ſi clericus, in ſi.de præb.in 6.ut ibi per eum. Et adde eun
dẽ ibi, 11.q.ubi declarat pulchrè, quomodo duplex eſt præ-
benda, una ſpiritualis, & alia temporalis. Et ibidem in 14.
q.declarat, in quo differt præbenda a canonia. Ex his etiam
per Imo.ibi, & ex illis dictis prædicta redduntur clariora.
Et adde domi. Abb.in cap.maioribus.de præb. ubi decla-
rat, quando præbenda dicitur ſpiritualis, uel temporalis.
De his etiam per dom. Card. conſi.131. inci. Sanctiſſimus.
ad ſi. ubi facit ſingulare d.c.dilecto. Et de iſta gloſſ. memi-
nit Domi.in c. placuit.32.diſt. dicens, quòd laicus poteſt
eſſe in eccleſia præbendatus, licet non canonicus, & per
Imol. in ca. 2.de conſti.& pulchrè etiam per Arch.in cap.ſi
quis.el 3. 1. quæſt. 3. dum oſtendit differentiam inter ius
canoniæ & perceptionem fructuum præbendæ. Et diffini-
tionem præbendæ ponit Arch.in c.alienationis.ſuper uer.
præbendam.12. q.2. & ibi etiam, quomodo aliud eſt præ-
benda, aliud beneficium. Et de iſtis uide per Hoſt.in ſum.
in ti.de præb. §. 1.per Pet.de Anch. in rub.de conceſ. præ-
ben. in Cle. & in repe.cle.1.en ti. & bonam gloſſ. in c. 15.
cui.in gloſſ.fi.in fin.de ſen. excom. in 6. & per Rot. con-
cluſ. 437.incip. Quidam habens. in nouis. ¶ Suadebat hic
14 Compoſ. quòd † propter communionem, quæ eſt inter præ
bendam & canoniam, ſi præbenda ſolita conferri canoni-
co confertur clerico, uidetur etiam collatus canonicatus.
Et ſic limitatur, quod dictum eſt, quòd non omnis præ-
bendatus eſt canonicus. [a] ut non pro-
cedat in præbenda conſueta conferri ca-
nonico, arg.c.tranſlato.ĩ.eod. Fatetur ta-
men, quòd tutius & decentius facit col
lator, ſi dicat, confero tibi præbendam
cum plenitudine iuris canonicalis, cap.
propoſuit.de conceſ. præben. Et hoc di-
ctum ſequuntur hic Ioan. And. & dom.
Anton. Imol. Domin. & dom. Abb. & Arch.ad literam in
c.ſi clericus.de præb. in 6. & ibi latè Domin. in 2. col. &
Domini.de R. pulchrè deciſ.458. inci. quæritur, quanti
temporis. & Gui. de Mon. Lau.& Zen. in cle. ſi. de præb.
& ſentiunt hic domi. Card. & Imo. & ſequitur Fe. conſi.

a *Eſt canonicus*] *Adde, quod præbenda poteſt eſſe ſine canonia, ſed non econtra, Rot. deciſ. cccclxiiij.*

291. inci. quia in præſenti. uer. & uidete, quod no. Comp.
& Dominic. poſt Lap. in c. ſi poſtquam. de præben. in 6.
& Domi. in c.ſi. §.j. in j.no.de conſuc. in 6. & dom. Car.
conſi. 105. inci. Dominus noſter Papa. & dom. Abb. in c.
ex parte.j. ad ſi.ĩ.de ſponſ.& dom.Card.in cle. ſi.ĩ.de reſcr.
15 ¶ † Eſt uerum, quòd Pet. de Anch. & Imol. in d.c.ſi cleri-
cus.& Pet.de Ancha.in rep.regulæ, acceſſorium. uerſi. con-
firmat etiam opinionem meam, de reg. iur. in 6.tenent cõ
trarium: quia cùm præbenda ſit acceſſorium ad canonica-
tum, non poteſt acceſſorium trahere ad ſe principale, niſi
exprimatur. Et inducit do. Pet.quod ipſe etiam no.in cle.
cùm ci.in 10.no.de conceſ.præb.& tex. in c. cùm eccleſia.
de præb.in 6. ubi confertur præbenda clerico, & tamen nõ
eſt canonicus, nec aliquo iure Probatur d. opi. ſecundum
eos, & facit c.nonnulli.ĩ.de magiſt. & in hoc etiam uaria-
uit do. Ant.in c. eam te.ĩ.ti. proxi.& ibi Imol. uerſic.item
etiam ſecundum hunc tex. dicentes, quòd collata præben-
da non intelligitur collatus canonicatus, per illum tex. Et
hoc dicunt uerum in collatione neceſſaria, putà ex manda
to Papæ: ſed in uoluntaria, quæ fit per ipſum capitulum,
procedat opi. Comp. hic, & remittit ibi Imol.ad hic nota
ta, nihil firmando. ¶ Nihilo minùs prima opi. uidetur poſ-
ſe ſimpliciter tranſire. Primò, quia pro ipſa eſt gloſ. in ca.
propoſuit.in uerbo, inueſtiuit. ĩ. de conceſ. præb. uolens,
quòd per aſſignationem præbendæ dicitur quis inueſtitus
de canonicatu. Secundò per tex.in c. peruenit. 2. ad fin.ĩ.
de app.dum dicit, præbenda ſua priues, & eam alij confe-
ras. Sic patet, quòd ſola collatio præbendæ habet uim col-
lationis canonicatus. Tertiò facit tex.in cap.propoſuit.de
cle. exc. ubi inueſtitus fuit ſolùm de præbenda, & nihil di
citur de canonicatu, ſecundum Domi.in ca. ſi clericus. re-
ſpondentem ad illud, quod dictum eſt de acceſſorio, quòd
hic non uenit canonicatus iure acceſſorij, ſed iure conue-
nientiæ, d.cap. tranſlato.d.cap. cùm eccleſia. & c.quia non-
nulli. reſpondet, quòd ibi præbenda de ſui natura non
erat inſtituta pro canonico. Et Doc. hic loquuntur de præ
benda conſueta conferri canonico, ut ibi per eum. ¶ An
16 † autem collato canonicatu dicatur collata præbenda, ui-
de do.Ant.& Imol. in d. ca. eam te.ubi dicit, quòd non,
per illum tex. ubi mandatur recipi in canonicum, & ul-
tra hoc præbendam conferri, quaſi per unum non com-
prehendatur reliquum. Ad idem tex.in cap.pen.in fin.de
præb. in 6. ubi dicitur, quòd qui factus eſt canonicus per
Papam, non habet ius in præbenda, ſed ad præbendam.
Et per illum tex.dicit dom. Card. in cle. ſi. de reſcr. quòd
licet collata præbenda intelligatur collatus canonicatus
iure annexionis, ut hic per Doc. non tamen ſic econuer-
ſo: ſed ultra collationem canonicatus requiritur colla-
tio præbendæ. Et eſt tex.æquè bonus in cap.ſi.ff.de con-
ceſ. præben.in 6. ¶ Sed hæc opi. procedit, quando tempo-
re, quo confertur canonicatus, præbenda non uacat: putà,
quia confertur canonicatus ultra numerum canonicatuũ:
quia tunc non cenſetur collata præbenda. Ita loquuntur
dicta iura: & ideo uacante præbenda non poteſt propria au
ctoritate eam apprehẽdere: quia ante quàm ſit ſibi collata,
etiamſi petieris eam ſibi conferri, habet ius ad rem, non in
re, ut in dictis iuribus, & bene probatur in c. ſi poſtquam.
de præb.in 6. Sed ſi tempore collationis canonicatus uaca-
ret etiam præbenda conſueta conferri canonico, cenſetur
illa ſine alia expreſſione collata. Ita diſtinguit & determi-
nat Lap.in d.c.ſi poſtquam. & ſequitur ibi Domi. & moue-
tur ad primum membrum, per tex. ibi. Ad ſecundum uerò
per no.hic, ut ſicut collata præbenda canonicali dicitur col
latus canonicatus, ita econuerſo. ¶ Et ſecundum hanc di-
ſtinctionem intellige, quod no.glo. reputata ſing.in cap.ſi.
monachus.in gl.2.16. q.j.quæ dicit, quòd ex quo quis eſt
electus canonicus, ſtatim plenè habebit fructus præbẽdæ.
¶ Ad quod etiam uide latè Pet.de Anch.in d.regula, acceſ-
ſorium.uer.& per hoc patet, quòd præbenda, &c.ubi dicit.
quòd eo ipſo, quòd confertur canonicatus, uidetur collata
præbenda uacans illi canonicatui deputata: & probat per
rationes. Idem tenet domi. Card. in conſil. ſuo 105. incip.
Sanctiſſimus.allegando Lap.in repe.c. Iacobus. ĩ. de ſimõ
& ſentit do. Abb. in c. mandatum. in j. uo. ĩ. de reſcript.
17 ¶ Et ex his ſequitur, quòd † factus canonicus poteſt poſſeſ
ſionem præbendæ uacantis tempore collationis authorita
te pro-

te propria apprehendere, ut latè comprobat Pet.de Anc.ſin
regula, ſine poſ.uerſ.& quia hæc poſſeſſio.de reg.iu.in 6.&
ibi etiam tenet, quòd poteſt agere poſſeſſorio recuperandæ,
dato quòd poſſeſſio ſibi non ſuit tradita, quæ tamen duo
non ſunt ſine dubio, per ea, quæ ſcribunt Domin. de Rot.
in contrarium. deciſ. 275. quæ incip. petenti ſe reſtitui. in
nouis, & per domi. Abb. in cap. tranſmiſſam. j. de elect. Et
eſſet extendendum hoc in cap. 2. j. de conſue. ¶ In ea.glo.
18 ibi, † qui habet canoniam, habet uocem. Not. hoc, & li-
mita ex tex. in c. ex eo de elec. in 6. Item limita ea tex. in
cle. ut hi, qui. de æta. & quali. ¶ Et in quantum ibi dici-
tur non ualere conſuetudinem, quòd mancipati diuinis of
ficijs habeant uocem, niſi ſint in ſacris, adde, quòd hoc nõ
procedit in conuerſis, quia licet de iure nõ habeãt uocem,
d.c.ex eo. in fin. tamen ex conſuetudine præſcripta eam ha
bere poſſunt, ut eſt glo. no. in cap. cùm ex eo in gl. fi. quàm
dicit hic Imol. eſſe menti tenendam ad limitationem d.cle.
Et idem per illam gl. colligit dom. Abb. in cap. 2. prope fi. j.
de conſue. & adde Domi. in d. cap. ea ex. in fi. ubi pro hoc
alle. quod no. Hoſt. in c. ea, quæ, de ſta. re. qui dixit, quòd
de conſuetudine, priuilegio, uel pacto in fundatione ap-
poſito clericus ſecularis poteſt uocem habere in cap. regu-
lari, ſecus ex poſtfacto. Et illam glo. in cap. cùm ex eo. no.
Imo. in d. cle. ut hi, qui. & do. Abb. in cap. 1. in fin. de pro-
cu. ubi uide, & in c. cùm olim. de arb. ubi iſtud de conuer-
ſis latè declarat, de quo etiam per Archi. in cap. Abbatem.
18. quæſt. 2. per Dom. in cap. mulier. 23. diſt. per Spec. in tit.
de ſyndi. in §. 3. uer. quid de conuerſis. per Lud. in ſing. 366.
inci. fuit à me quæſitum, per dom. Abb. in cap. & ſi Chri-
ſtus. j. de iureiur. per Innoc. & alios in cap. 2. de inſti.
¶ Et dum dicit iſta glo. quod uox eſt ius canoniæ, adde In-
noc. in cap. 2. infrà de inſti. Et ex hoc ſequitur, quòd ceſſan
te conſuetudine alij, qui non habent canoniam, ut præ-
poſitus, archipresbyter, & ſimiles non habent uocem, ut
per Domi. in c. fi. de præb. in 6. & domi. Abb. in cap. cùm
olim. j. de re iud. in cap. auditis. j. de elec. Et ideo tales nõ
ueniunt appellatione capituli de propria ſignificatione, ut
probaui in proœmio huius libri, ſuper gl. 3. tangendo, an
appellatione collegij ueniat caput. ¶ Vnum etiam ſcias in
materia, quòd licet non exiſtens in ſacris nõ habeat uocẽ,
d. cle. ut hi, qui. tamen ſi tales admittantur ad actus capitu
lares & præſtationem uocis, licet uox eorum non compu-
tetur in numero, actus non uitiatur. Ita dixit Ioan. An. in
regula, quod alicui gratioſe. in fi. de reg. iur. in 6. & ſequi-
tur domi. Abb. in cap. fin. uer. Item contra hunc intellectũ
infrà de procu. & in cap. cùm ſuper. j. de offi. dele. ¶ In gl.
in uer. perciperent, niſi ſimoniacum fuiſſet. No. bene, q ſi
19 † receptus facit pactum, quòd nihil omnino recipiet ratio
ne canoniæ, committitur ſimonia, ſed non probatur per tex.
quem gl. alleg. & melius facit cap. per tuas. 1. j. de ſimo. &
hanc glo. declarat, ut hic per do. Anto. & Imo. poſt Innoc.
20 ¶ Sed † ad unum ualde quotidianum aduerte, uidelicet in
quantum inſerunt hic Hoſt. dom. Anto. & Imo. quòd ſi ſta
tutum eccleſiæ diſponit, quòd in receptione canonici ſolua
tur pro paramentis, uel aliquo ſpectante ad diuinum cul-
tum, uel fabricam eccleſiæ, quòd poterunt deducere in pa-
ctum, & ante factum poſſunt exigere cautionem de ſoluẽ-
do tale quid, per cap. ſignificatum. de præben. ſecundum
eos. Nam contra hoc dictum eſt tex. in cap. ex multis. uer-
ſus fi. 1. q. 3. ubi dicitur, nihil debere exigi à beneficiando,
etiam ut illud conuertatur in fabricam, uel aliam utilitatẽ
eccleſiæ, ne beneficia uideantur pretio concedi. Et ideo per
illum text. reprobat hic Domi. dictum Doc. dicens, ſibi ui
deri, quòd ibi ſit tex. expreſſus contra eos. ¶ Sed do. Abb.
hic diſtinguit, an iſtud petatur ratione conſuetudinis, & li-
ceat: an uerò ratione ſtatuti, & procedat d. cap. ex multis.
quia ſtatutum non habet principium uoluntarium, ſed ne
ceſſitatiuum: & paria ſunt petere expreſsè, uel cum editio
ne ſtatuti. Conſuetudo uerò habet principium: nam ex pie
tate, uel liberalitate poterunt recepti nouiter aliquid dare
utilitati eccleſiæ applicandum. Et ex iſtis oblationibus uo-
luntarijs poterit induci laudabilis conſuetudo. Et ſic intel
21 ligit c. ad Apoſtolicam. j. de ſimo. ¶ Et adde, q † licet poſ
ſit induci cõſuetudo, ut laici aliquid dent clericis etiã ſi il-
lud applicetur in uſus eorum priuatos, ut ibi eſt te. per hoc
non ualet conſuetudo, quòd clericus det clericis aliquid ap
plicando in uſus proprios, per prædicta, quæ loquuntur ſo
lùm de eo, quod datur clericis pro fabrica, uel opere pio.
Et rationem differentiæ inter id quod dant laici, & id quod
dant clerici, ponit do. Abb. in c. Iacobus. ad fi. j. de ſimo.
& ſequitur ibi Io. de Ana. quia laici in dubio, ex quo cœ-
perunt liberè ſoluere clericis, uidentur per continuatio-
nem ſe obligaſſe ſub nomine cuiuſdam oblationis, quæ cõ
muniter fit clericis, c. omnis Chriſtianus. de conſec. diſt. 1.
¶ Sed in clericis, qui recipiuntur in canonicos, & ex con-
ſuetudine ſolent dare aliquid canonicis, non concurrit iſta
præſumptio oblationis, argum. c. nouum genus. infra, de
deci. Et hanc rationem ſentit hic dom. Abb. in fi. & eſt ad-
ditio. Et hanc conſiderationem ad d. cap. ad Apoſtolicam
habuit domi. Abb. in pulchra q. in c. cùm ab omni. de ui.
& honeſt. cle. Et ita teneas, quamuis Ioan. de Ana. in c. ſi-
cut pro certo. ad fi. j. de ſimo. non facta mentione de do-
mi. Abb. hic dicat ſe non uidere in hac materia differen-
tiam aliquam, an petatur ratione ſtatuti, uel conſuetudi-
nis. Et per prædicta non dicitur procedere, quod no. Alb.
de Roſ. in 1. parte ſtatutorum, quæſt. 80. dum dicit, uale-
re ſtatutum, quòd qui recipitur in canonicum, ſoluat pal
lium eccleſiæ. Alleg. l. pe. §. fi. ff. de leg. iij. Et ſecundum iſta
intellige id, quod ſcribitur in Summa Piſana, in uerbo Si-
monia, 3. uerſi. utrum quando recipitur. ¶ An autem liceat
nouiter recepto aliquid ſponte dare. Dicit hic Inn. quem
alij ſequuntur, quòd ſic, etiamſi ibi ſit ſtatutum aliquid
exigens pro eo. Alleg. hic dom. Abb. c. & ſi quæſtiones. de
ſi. & c. conſuluit. j. de uſur. & c. emendari. 1. q. 2. Sed conſi
dera: quia quando extat ſtatutum, per quod recipiendi co-
gantur ſoluere, uideretur, quòd licet ſoluant non petiti,
non tamen dicantur ſponte ſoluere, imo exacti, per tex. in
l. nouiſſimæ. ff. quod fal. tu. author. in uer. compulſus. aut
metu, ue compellerentur: per quem dicit ibi Bal. quòd quã
do quis ſcit ſe poſſe compelli, licet ſponte faciat, dicitur
facere compulſus. ¶ Ad idem, quod no. Io. And. in regula,
bona fides. in prin. de re. iur. in 6. in Mer. ubi dicit, quòd
qui ſoluit nulla coactione adhibita, tamen ſi ſciebat ſe poſ
ſe cogi, dicitur inuitus ſoluiſſe. Ad idem, quod no. Ioan.
And. ca. præterea. el 2. ſuper uerbo, extorquentes. j. de iur.
pa. ubi dicit, quòd licet uerbum Extorquere, & uerbum
a Exigere denotent uiolentiam, [a] l. fidei
commiſſa. §. ſi rem ſuam. ff. de leg. iij. ta-
men ubi præcedit petitio illius, qui ſo-
let extorquere, dato quòd poſtea quis ul-
tro ſoluat, adhuc dicitur petens extorſiſ-
ſe: & ſequitur Io. de Ana. in c. 2. de de-
li. puc. ¶ Ad idem, quod no. Pet. de An-
char. in clem. præſenti. in 5. no. de cenſi.
ubi dicit, quòd in caſu illius cle. ſatis di
citur facta exactio, ſi laici ſimpliciter pe
tunt, & clerici ſoluunt. Et idem no. Io.
de Ana. in c. ſicut tuis. j. de ſimo. Pro hoc
facit etiam, quia ex quo extat ſtatutum,
per quod quis poteſt cogi, uidetur metu
ſtatuti ſoluere, etiamſi nõ petatur: quia,
ut dicit Bald. in l. omnem. ad fi. C. ad
Tertu. metus ſtatuti, eſt iuſtus metus &
terribilis. Facit, quod not. Bar. in l. cre-
ditor. in fin. principij, ff. de ſol. ubi di-
cit, quòd dicens ſe fuiſſe exactum, ſufficit, ſi doceat fa-
ctum fuiſſe ſtatutum pœnale & graue, ut omnes ſoluant,
etiamſi non probat ſe exactum per uim. Vnde dicit Bal.
in l. falſus. ad fi. C. de fur. quòd ſoluens timore ſtatuti, di
citur habere iuſtum metum. Idem do. Anton. & Imol. poſt
Hoſt. in cap. 1. de of. del. Ioan. And. & omnes* in cap. ſigni-
ficauit. de cenſi. & Pet. de Anch. conſi. 60. inci. in cauſa, quæ
uertitur. cum concor. ¶ Et in propoſito eſt tex. not. in cap.
dilectus. ſecundò, j. de ſimo. in fi. ibi. quod fuerit ſine taxa-
tione gratis oblatum, ubi non licet recipere à ſponte ſoluẽ
te, quando præceſſit taxatio: & per illum text. decidit dom.
Abb. de directo contra id, quod tenuit hic. dicens: quòd ſtã
te ſtatuto, quòd nouiter receptus in canonicum teneatur
certum quid ſoluere, ſi ceſſante exactione aliquid ſponte
ſoluit, eſt ſimonia, quia ſolutio non poteſt dici ſpontanea,
ex quo præceſſit taxatio. Et ſequuntur ibi ſimpliciter Ioã.
de Ana. & do. Maria. Et iſtud puto uerius, etiamſi ſtatutum
non

a Violentiam] *De uerbo Extorquere, adde gloſſ. in ca. ad ſedẽ. de conuer. coniu. & c. cum olim. el 2. de priuil. & cle. ij. §. ſanè. & ibi Car. de pœnis. De uerbo autem Exigere, limita, niſi in caſibus, per gl. ordi. in l. ſoluendo. ff. de neg. geſt. & per gloſſ. & Card. in cle. fi. de cenſi.*

non ſit pœnale: quia in materia ſimoniæ ponderatur ſolùm petitio. Et qui petit per ſtatutum, dicitur ſatis expreſsè petere, ut ſupra dictum eſt, & facit l. Paulus reſpondit. ff. rem ra. ha. Et hæc no. quia militant in pluribus eccleſijs cathedralibus, in quibus per ignorantiam iuris nerſm, uel affectatam, multi miſerabiliter inuoluuntur crimine ſimoniæ. ¶ Generaliter autem, utrùm pro receptione in eccleſia, uel à nouo canonico, uel à nouitijs etiam monialibus, uel ſimilibus, licet aliquid exigere, uide per Scribentes in c. quoniam. ĩ. de ſimo. per Io. de Ana. in rub. eo. ti. per do. Abb. latè in cap. non ſatis. per illum tex. eo. ti. & in d. cap. Iacobus. per beatum Tho. 2. 2. q. c. art. 3. in ſi. per Bar. in l. Titia. ff. de uerb. ob. per Bal. in l. ſi. C. de ſpon. per Pe. de Anc. conſi. 3. inci. in paucis uerbis. & in Sũma Piſana in uerb. ſimonia. el 6. per totum illum §. per Arch. & Domi. in cap. ſi quis deſpicit. 42. diſtinct. ¶ In gloſſ. in uer. per induſtriam. in ſi.
22 Dicit Hoſt. hic, quòd † aut augmentatio redituum per induſtriam canonici ſit circa prædium ſuæ præbendæ: & dicit ibi, nec compellitur diuidere inter alios. Aut prædia cõmunia canonicis ex induſtria unius augmentantur, & tũc diuiduntur inter omnes. quaſi in communibus reditibus non referat, unde proueniat augmentum: ut hic ſecundum Io. An. Et per hoc dicit do. Ant. hic, ſe ſemel conſuluiſſe, ꝙ reditus eccleſiæ, qui ſunt communes inter rectorem eccleſiaſticum & clericum ipſius, licet fuerint augmentati ex induſtria rectoris, nihilominùs debent æqualiter diuidi. & ſequitur hoc Domini. Sed dom. Abb. dicit hic ſe credere, quòd etiam ex præbenda ſingulari poſſet aliquid ſubtrahi, ſi aliquid ſupereſt deductis neceſſarijs ipſi canonico: quia bona præbendarum ſunt canonici & eccleſiæ, canonici poſſident non iure proprio, ſed iure eccleſiæ, 12. q. j. §. fin. cùm cap. ſeq. Si ergo una præbenda multum abundaret, alia eſt multùm tenuis, poteſt epiſcopus cum capitulo ex præbenda abundanti ſupplere defectum tenuis, ſicut ex bonis eccleſiæ poteſt ſuppleri alteri, c. j. de re. eccl. non alie. in 6. nec eſt curandum de induſtria canonici: quia ad hoc tenebatur. Item ſuperfluum debet deputari ad piam cauſam per epiſcopum & capitulum, d. §. fi. & ſic ad uſum deſtinatum, ſecundum eum. Pro quo optimè faciunt, quæ reduai in c. cũ omnes. ĩ. eo. in uerſ. fallit ſextò in ae cõpetente. & c. dum diai, ꝙ minor pars cannonicorum poteſt diſponere de reditibus ſuperfluis unius præbendæ, alle. cap. fin. infrà de his, quæ fi. à ma. par. ca. Sed conſidera: quia ut dicit do. Ab. in cap. cauſam. infrà de iudic. cõmuniter præbẽdæ conſeruntur ciuibus optimi ſtatus & conditionis, & qui multum præ alijs honorantur, ſecundũ eum: & ideo difficile erit uidere, quando ex præbenda pro ſe aucta poſſint aliæ impinguari, quaſi ſibi ſuperfluant reditus: quia cùm tales cõmuniter ſint deditι, uel ſtudio, uel laudabilibus & honoratis curis. nedum una præbenda, ſed uia multa beneficia ſibi ſufficiunt, argu. c. de multa. in fin. de præben. & quicquid exponunt cauſa ſtudij, dicitur expoſitum in utilitatem eccleſiæ, ſecundum Domi. in cap. cùm ex eo. de ele. in 6. Et ideo glo. in cap. cùm adeo. ĩ. de reſcrip. uult, quòd in ſimplici clerico ſufficiat tale beneficiũ. quod non ſufficeret nobili. Vnde attentis his & ſimilibus difficilè practicaretur opin. do. Abb. uolendo allegare, ꝙ reditus uni canonico ſuperfluerent, [& eo maximè, quia nõ ſolum uult, quòd reditus ei aliquando auferri poſſint. ut in d. c. ſi. ſed etiam ipſum melioramentum factum ex induſtria ſua. Ex quo etiam alij retraherentur a meliorando: quod eſt abſurdum, cum uix reperiantur nedum meliorantes, imo rarò reparantes & non dilapidantes. Et facit l. iij. C. de alluui. ibi, ne doleant diligentes, &c. Et faciunt iſta ad q. de qua per domi. Abb. hic poſt gloſſ. Et de ea dicetur paulo poſt in uer. ultimò tangit. ¶ In gloſſ. in uer. ultra numerum. No.
23 gloſ. ad quam quotidie ſit remiſſio, cum quæritur, an † receptus ultra numerum habeat iura canonicalia? In quo fuerunt etiam opi. quas oportunè referunt hic domi. Abb. & Imol. & dic, ut per eos. Sed ex multis dictis ſuis & aliorum alibi conclude regulariter, quòd ſic: ut hic probant Cald. & Imo. quia ex quo canonicus eſt, debet habere iura canonicalia, ſiue ſit receptus authoritate Papæ, ſiue authoritate capituli. Et hinc eſt, quòd poteſt eſſe delegatus Papæ, ſecundum Gui. de monte Laudu. in extraua. Ioannis, ſedes apoſtolica. In gloſſ. incip. cum integritate. Et Dom. poſt Ioan. And. in c. ſtatutum. in princ. de reſcrip. in 6. Et talis poteſt habere dignitatem conſuetam conferri canonico, ſecundum Domi. in c. ſi is, cui. de præb. in 6. per illum tex. in uer. ſed & ſi. & debet intereſſe communibus tractatibus, & participare de omnibus emolumentis aliorum canonicorum, ſecundum Fed. de Se. conſi. 291. incip. Quia in præſenti. uerſic. an iſti recepti. & allegat antiquos hic. ¶ Hanc concluſionem limita primò, niſi capitulum recepiſſet canonicum, hoc adiecto, ut ſit ſupernumerarius, ſecundum domi. Abb. hic: quia per hoc patet, quòd noluerunt frangere numerum, ſed quoddam ius extraordinarium dare: & ſic procedit gloſſ. hic: quia taliter receptus non habet ius integrum, ſed eſt quoddam præparatorium ad futurum ius integrum obtinendum: & ex quo numerus non frangitur, non connumeratur in alijs. Et pro hoc inſert domi. Abb. ad receptos, ut ſupernumerarios in collegio, an habeant uocem in eo? Vbi autem receptus ſimpliciter recipitur, procedit concluſio prædicta: quia uidetur frangi numerus, ut hic in uerbo, in derogatis ſuæ conſtitutionis. ſecundum eum. ¶ Limita ſecundò, niſi aliquis reciperetur de mãdato Papæ mandantis ſimpliciter aliquem recipi: quia per hoc non frangitur numerus, ſecundum no. cõmuniter * in c. pro illorum. ĩ. de præb. Et talis non habet ius integrum. Nam Papa in dubio non uidetur derogare numero, ſed potius creare quoddam ius extraordinarium & præparatoriũ ad integrum ius obtinendum. Ita dom. Abb. hic. Et idem no. Imo. in c. conſtitutus. in ſi. ĩ. de reſcr. Et ſic poteſt intelligi ca. dilectus. j. ĩ. de præben ubi uide domi. Abb. in ultimo. Sed ubi Papa non mandat ſimpliciter quem recipi, ſed cum plenitudine iuris canonicalis, procedit dicta concluſio, ſecundum domi. Anton. in c. pro illorum. ad fin. ĩ. de præben. Pro quibus facit, ſecundum Domi. hic: quia iſta uerba, Cum plenitudine iuris canonicalis, includunt perceptionem quotidianarum diſtributionum, ut eſt tex. expreſſus in c. fin. §. in illis uerò. de conceſ. præben. lib. 6. & ibi etiam uide Domi. idem tenentem. Et addit, quòd ſtatutum loquens de canonicis, comprehendit iſtos. ¶ Limita tertiò, niſi eſſet conſuetudo, quòd tales non haberent iura canonicalia: quia talis conſuetudo, quæ communiter eſt ubique, ualet. Ita decidunt Domi. de Ro. deciſ. 444. incip. Si legatus. in nouis, & Imo. poſt domi. Anto. hic, & Imol. in cle. ſi. de præben. & ibi domi. Car. in 4. q. & Feder. in d. conſil. 291. & Petr. de Anch. in regula, ſine poſ. uer. ex prædictis patet deciſio. de reg. iur. in 6. & Imo. in clem. 1. de ætis. & quali. & in cap. uenientes. ĩ. de renun. Et adde prædictis conſilium Car. quod addidi hic in ſi. ¶ Et in quantum ſuper iſta gloſſ. inſiſtunt hic do. Anto. Imol.
24 & Domini. utrum † inſtallatio ſit de ſubſtantia, ad hoc ut quis dicatur canonicus: adde Pet. de Anch. in d. regula, ſine poſ. & Imol. in c. propoſuit. uerſi. circa quartum. de conceſ. præben. & aliquid per domi. Abb. in cap. 2. in fin. ĩ. de conſue. Et alijs omiſſis placet mihi diſtinctio, quam ipſe ponit in cap. tranſmiſſam. ĩ. de elec. in uerſ. conclude ergo totam materiam. & ibi uide aliquid per Imo. qui uidetur mutare ea, quæ dixit hic: & aliàs de hoc dixi in ca. ne Dei. ĩ. de ſymo. ¶ In gloſſ. ſi. in fin. Quomodo potuerit hic fieri reuocatio ex uitio litigioſi, proſequũtur latè Imo. & dom. Abb. poſt Imol. ex cuius dictis colligitur unum ſingulare in materia tit. ut lit. pen. de quo dic, ut per eos: quibus nihil adderem. Et per eoſdem collige aliquas declarationes ad cap. non nostrum. infrà, de appel. de quibus hic per eos, & ibi dicendæ eſſent. ¶ Extra gloſſ. poſuit hic Innocen. unum dictum, quod quotidie allega-
25 tur, uidelicet † quòd ſi duo iudices non habentes ſe, ut ſuperior & inferior, cognoſcunt pariter de una eademq́ue cauſa, tenet proceſſus coram utroque factus: tiam ex quo ambo habent iuriſdictionem in illa cauſa, imputan-
a dum eſt parti non excipienti.[a] Si autem excipit de præuentione alterius, debet remitti: & ſi non remittitur, poteſt appellare, ſecundum eum. Et refert hic Compoſ. ita fuiſſe ſeruatum in quadam cauſa Mediolanenſi, ubi viij. litigantibus ſuper una præbenda coram diuerſis iudicibus, fuit mandatum per Papam, ut omnes irent ad unum. Et hoc dictum

a Excipienti] Ad de Bartol. in l. ſepulchri. ff. de ſepul. uio. et Pet. de Saxa. in l. ubi ceptum. ff. de iudic.

ctum Innoc. ſequuntur omnes * hic, & Bald. in c. paſtoralis. infrà, de reſcrip. & in l. j. ff. de offi. conſul. & Lo. Rom. in l. j. ff. de acqui. hære. & Angel. in l. ſi is, à quo. ff. de rei uen. & Pet. de Anch. in cle. quamdiu. de appel. & ſentit Imol. in l. cùm procurator. §. dominus. ff. de oper. no. nun. & per Sal. in l. qui de crimine. C. qui acc. per Imol. in c. cæterum. ad fio. inſta. in tit. j. etiam domi. Anto. in cap. ſi duobus. infrà, de appell. & in cap. j. de can. poſ. & proprie. Et de iſtis uerbis Inno. meminit Angel. in l. pe. ff. de hær. dicens, ſe ex hoc dicto dediſſe cautelam cuidam, qui commiſerat delictum, de quo poterat conueniri coram duobus iudicibus, ut ſi potius uellet conueniri coram uno, quam coram alio, ſupponeret accuſatorem, qui eum accuſaret coram iudice deſiderato. Vnde coram alio eſt tutus petendo ſe remitti ad priorem iudicem, per iſtud dictum Inno. ¶ Et adde, quòd ſi probaretur de iſta fraude, nihil prodeſſet præuentio, ut in terminis decidit Bald. in l. ſi ſeruus plurium. in princip. per illum text. ff. de leg. j. dicens, quòd ſi delinquens procurauit accuſari in curia, in qua imponitur minor pœna, talis præuentio nihil ſibi prodeſt. Et idem dicit Angel. ibi, ſubdens idem eſſe, ſi procurauit accuſari 5 ut non inquireretur contra eum. Et ſic limitat l. ſi quis poſtea, cum ſi. ff. de iudic. Et per conſequens, ita pulchrè limitatur dictum Innoc. hic. Facit. text. in §. tria onera. in uer. affectare. Inſtit. de excom. tu. & quod no. Ioan. And. in c. ſi. infrà, de teſti. & de eo, qui accuſauit Titium, ut repelleret poſtea eum a teſtificando contra ſe, tanquam ſuſpectum, cum concor. quas alias ibi reduxi ad probandum, quòd priuilegia affectata non proſunt. Et facit in propoſito de præuentione elegans conſil. Petr. de Anch. conſil. 192. quod incip. Magnifice & illuſtris princeps. in fin. Et de dictis uerbis Innoc. hic meminit pulchrè Bald. in l. nulli. ad fin. C. de iu. dicens, quòd ſi apparet de præuentione, ille index eſt potior, ſed hoc, ſi non opponat exceptionẽ præuentionis, ſed remiſſionis ad eundem iudicem: qua non apparente, debet reus eſſe cautus, quòd ſi non opponit, ſibi imputet, & in oppoſitione utetur uerbis, de quibus hic per Innocent. ſecundum ipſum. ¶ Sed conſidera: quòd ubi non conſtat de præuentione, poſſet iudex, à quo quis petit remiſſionem, ad parem iudicem reſpõdere, ſe eſſe parem, & quòd reus utatur illis uerbis coram alio. Propterea dic per infrà dicenda, quòd Bal. ſentit reum debere uti uerbis Innoc. hic, cum primùm comparet coram alio iudice pendente iam proceſſu coram alio, & reo ignorante de præuentione, ut dicat, laborioſum mihi eſſet coram ambobus reſpondere. Et non negat Bal. quòd debeat opponi de præuentione, ubi apparet, ſed loquitur ubi de ea non apparet: & tunc redditur pulchrũ dictum Inn. ad ampliationẽ l. ſi quis poſtea. ff. de iudic. ut etiã citra actũ præuentionis poſſit reus euadere multiplicationẽ proceſſuum. Et quòd ubi apparet de præuentione etiã data paritate iudicum, illa poſſit opponi, tenet Bal. in auth. ſed nouo iure. uer. ſed pone, in ciuitate Peruſij. C. de ſer. fu. dicens, quòd ſi non opponitur de præuentione, tenebit proceſſus utriuſque, & debet opponi ante lit. conteſt. cùm ſit declinatoria, ſecundũ eũ: & alle. Inn. hic. Et ad hoc ultimũ uide Bal. in l. peremptorias, in fi. C. ſen. reſcio. non poſ. ubi dicit, quòd poſt li. conteſt. in ſecundo libello non põt opponi exceptio præuentionis: quia lit. conteſt. reus cogitur omnino procedere in cauſa, in authen. qui ſemel. C. quo & quando iu. Et idem tenet Bal. in diſpu. accuſ. de ui turbatiua, uer. ſecundò, ſi exceptio litis pendentis, &c. ¶ Et ex iſtis habes duo aduertenda in practicando dictum Inn. hic. Primũ, ut nihil dicatur de præuentione, ſi de ea non cõſtat. Secundum, ut petitio remiſſionis fiat ante li. conteſt. Tertium adde, quòd non excipiatur de incompetentia: quia ambo competentes ſunt, ut docet Angel. in d. l. ſi quis poſtea. quem uide. Quartum adde, quòd non excipiatur coram ſecundo iudice de primo proceſſu, niſi quando quis cõparuit coram primo: quia ſi fuiſſet contumax coram eo, non a audiretur allegans pendentiam litis, ſecundum Ange. ibidem. Pro quo uide Bartol. in l. ſepulchri. uerſic. circa primũ eſt uidendum. ff. de ſepul. uio. & in l. quamuis. ff. de dam. infe. & Bald. in l. ſenatus. C. qui accuſ. & Imol. in cap. de his infrà de accuſ. cum concor. dicendis in cap. ex tenore. infrà ti. j. dum limitabitur l. ubi ceptum. ff. de iudi. Quintò adde, quod iſta non procedunt in cauſa hæreſis, ubi non eſt locus præuentioni, ſed inquiſitores ſimul & ſeparatim procedere poſſunt, cap. ut officium. de hæreti. in 6. ſecundum Ang. in d. l. ſi quis poſtea. ¶ Vlteriùs do. Abb. tangit hic
16 in quadam additione, utrùm † moniales poſſint ſine peccato mortali lucrum laborum ſuorum ſibi appropriare, & de eo uiuere, per id, quod dictum eſt ſuper gl. in uerbo, per induſtriã. Et conclude, ut per eum, cui adde do. Car. conſi. ſuo 17. quod inci. Authoritas Cardinalis in regula Monialiũ ad fi. ubi late probat, quòd monachus poteſt habere res ad uſum ex diſpoſitione prælati. Alle. Ioan. And. in c. 2. ſuper gl. proprium. de ſta. mo. & non ſolùm res, ſed etiam pecuniã, dum tamen ipſam in proprios uſus non expendat, nec alicui det ſine licentia abbatis, ſed ipſam teneat paratus eam reſignare, quando abbas uoluerit, & alleg. Ioan. And. in cap. cùm ad monaſterium. ſuper uerbo, deprehenſus. & ſuper uerb. proprietate. de ſta. mo. Imo fratres Minores, quib. eſt in dicta altiſſima paupertas, poſſunt habere uſum rei, quia hoc non reperitur eis prohibitum, imo eſt permiſſum de libris, utenſilibus & alijs, in priuilegio Nicol. 111. in uerſic. ad hæc, cùm fratres ipſi, &c. ut latiùs in d. conſi. Card. ¶ Adde etiam Io. And. in regula, non eſt obligatoriũ. de reg. iur. in 6. ubi concludit, ualere ſtatutum factum ab abbate & conuentu cauſa uitandæ murmurationis & ſcãdali, quòd ſingulis monachis detur quolibet anno certa quantitas pecuniæ pro emendis ſibi ueſtimentis & alijs neceſſarijs. Et probatur rationibus, de quibus ibi ad plenum, & ſequitur d. Abb. in c. edocere. j. de reſcrip. & in conſil. ſuo 83. quod incipit, Facti contingentia. quia illa pecunia ſuccedit loco neceſſariorum: & ſic eo iure cũ illis cenſetur: quia ſubrogatum ſapit naturam, &c. in §. fuerat. Inſti. de act. ¶ Eadem reaſſumit do. Abb. in c. cùm ad monaſterium. de ſtat. mo. dicens, ualere conſuetudinem, quòd moniales prouideant ſibi de neceſſarijs ex lucro manuum ſuarum. Et addit poſt Io. And. ibi, quòd religioſus nunquam dicitur habere proprium, quando aliquid tenet ſciente & patiente ſuperiore, paratus ad eius libitum dimittere, ſicut ſeruus habens peculium, uel ipſius adminiſtrationem, nõ propterea dicitur habere proprium dominium. Pro hoc l. quàm Tuberonis. §. ſunt quidam. ff. de pec. Vnde in his & ſimilibus caſibus detinet religioſus nomine monaſterij. Et cum iſtis concor. Cal. in ti. de regula. conſi. 2. dicens, quòd de licentia prælati, poſſunt religioſi habere uſum rerum, quæ uſu conſumuntur, etiã pro toto tẽpore uitæ ſuæ: & alle. extrauã. Ioannis xxii. quæ inci. Ad conditorẽ. Et iſtã limita, ut nõ procedant in religioſis, qui talia tenent ſine licẽtia ſuperioris: quia non excuſantur etiã a conſuetudine, ut conſuluit latè Cal. in ti. de conſue. conſi. 4. & in ti. de regula. conſi. 2. ubi ſemper uide. quia ibi uult, ꝙ licet de licentia ſuperioris poſſit retinere ad uſum ueſtes, libros & pecuniã, & ſimilia: ſecus tñ de immobilibus, uel alijs bonis ex legato, uel proprio artificio ſibi obuenientibus. ¶ Crederem tamen, ꝙ in libris & ſimilibus, de quibus ſ. ſufficeret tacitus conſenſus ſuperioris, licet expreſsè non daret licentiã, concurrente hoc, ꝙ religioſus habeat propoſitum dimittendi ad omne libitum ſuperioris: & hoc ſentiunt prædicti, maximè Ab. in d. conſil. 88. dum dicit, quòd tunc dicitur religioſus habere proprium, quando detinet clàm ignorante ſuperiore: & alleg. Ioan. And. in d. c. 2. Et de materia uide etiã, quod no. Ab. in cap. 2. uer. ſed ultra Doc. de mo. Et iſta no. quia tangunt religioſos, & maximè, qui non ſunt de

a *Nõ audiretur*] *Adde do. Alex. in d. l. ſepulchri. all. in tex. et in l. præter. & in l. ſeq. §. Celſus. de dam. in fe. ubi omnino uide poſt Barto. ibi, & Ang. qui tenet contra Barto. uel & ...*

niſi renuncietur primæ inſtantiæ, non poteſt adiri alius iudex, et per Inno. in c. ſuper literis. de reſcript. & per Ioan. And. in add. ad Specul. in tit. de ap. §. primò, in quibus. uer. quod ſi uictus. Sed tu dic melius per Alex. in d. §. Celſus. quòd ſi reus contumax coram iudice comparet, & reficit expenſas, & contumaciam purgat, poteſt coram ſecundo iudice opponere excep. præuentionis, ſeu litis pendentiam corã alio, etiam ſi primus inhibeat ſecundo. Si uerò nõ reficit expenſas, & contumaciam non purgat, poteſt trahi reus corã alio iudice non obſt. exceptione præuentionis.

obſernantia informantes conſcientias ſuas largas ex pro-
prio ſenſu.

DE PROTESTATIONE.

¶ RESTAT poſtremò uidere in materia proteſtatio-
nis, an & quando tollatur per factum contrarium, in quo
ſolo inſiſtunt hic do. Abb. do. Anto. Imol. & Domi. Re-
liqua autem in materia proteſtationis dimittuntur: tum,
quia periculoſa eſt, ſecundum do. Abb. tum quia in duo-
bus locis ſufficienter & perfectè tractatur, uidelicet pri-
mò per Ioan. And. poſt Ioan. Mona. in regula, in genera-
li. de regu. iu. l. 6. in Mercu. ſecundò per Bartol. in l. non
ſolùm. §. morte. ff. de oper. no. nun. ubi adeò ordinatè &
eleganter tractat, quòd poſt eum nemo auſus eſt uelle am-
plius materiam totaliter amplecti. ¶ Veruntamen quia
ad hoc capitul. ſæpe in hac materia recurritur, poſſumus
ordinare breues additiones ad dicta cõmunia Doc. ea cer-
tis articulis & deciſionibus ſparſis, tangendo aliqua per
concluſiones limitatas circa membra principalia Io. Mo-
nac. ubi ſ. uidelicet, Primò circa illam q. cui & a quo ſit
facienda proteſtatio. Secundò circa illã, quãdo & in quo lo
co ſit facienda proteſtatio. Tertiò circa illã, qualiter ſit fa-
ciẽda proteſtatio. Quartò circa illã, quis ſit effectus prote-
ſtationis. Quintò circa illã, quomodo finiatur proteſtatio.
Et hæc eſt propria materia huius decretalis.

I PARS.

¶ AD PRIMAM collige ſummariè nouem concluſio-
27 nes. ¶ Prima concluſio ſit hæc. Illi † facienda eſt proteſta-
tio, quem intereſſe tangit, l. ſi mandaſſem. ff. mand. l. uni-
ca, cum materia, C. de ſatiſ. per Cy. in l. mandatum. C. mã
da. & Scriben. in c. mandato. ĩ. de procu. & in c. ex parte
decani. ĩ. de reſcr. cum concor. ¶ Fallit primò, ſeu intel-
28 ligitur, ubi † ille, quem proteſtatio tangit, eſt certus: ſed
ſi eſt incertus, ſufficit hanc proteſtationem publicè propo-
ni, ſecundum Bart. in d. §. morte. uer. quandoque per hãc
proteſtationem, per l. pupillus. §. proſcribere. ff. de inſt.
Facit cap. ex inſinua. de procu. & quod no. Domi. in cap.
fin. in fin. de elec. in 6. ubi dixit poſt Pet. de Anch. quod
ubi non reperitur certus aduerſarius, ſufficit generalis ci-
tatio per edictum. Et qualiter iſta debeat fieri, traditur
per omnes in cap. cùm in tua. ĩ. qui ma. accu. poſ. & in
cle. j. de iudic. cum concor. quas dedi in cap. 2. ſ. eod.
29 ¶ Fallit ſecundò, ubi † materia tangit aliquem ſecundario
non principaliter: quia ſufficit proteſtari ei, quem tangit
principaliter, ſecundum Ioan And. in d. regula, in genera
li. in 6. per cap. paſtoralis. §. fin. ĩ. de offi. or. ubi contra iu
dicem facientem aliquid ad commodum partis, fit proteſta
tio coram eo, non coram parte, quia principaliter agitur
de reſcindendo facto iudicis, ſicut coram iudice appella-
tur, non coram parte, l. cùm quidam. ff. de appellat. l. eos.
in fin. C. eo. & bene facit gloſſ. fin. in c. quamuis. de pac.
in 6. per quem refert ibi Domi. ſignanter, quòd actus
non dicatur uerti in detrimentum alterius, quando non
affert ei principaliter detrimentum, licet ſecundariò: ex
quo decidit, quòd ſi ex forma ſtatuti debent uocari illi, in
quorũ detrimentũ ſit actus, intelligitur, qui ſimpliciter &
directè damnum pati poſſent, nõ ſecundariò. Quod bene
nota, ſecundũ eum. Et pro ipſo uide Inno. in cap. humilis.
de ma. & obe. ubi notanter dicit, non eſſe citandos illos,
quos incidẽter poteſt negotium tangere, ſed ſufficit citare
principalẽ, cuius intereſt. Eſt tex. optimus in l. j. § denũcia
re. ff. de uen. inſpi. ibi. hæredi inſtituto, nõ etiã ſubſtituto.
quẽ tex. allegat Bald. notanter in d c. humilis. & in rub. C.
de ſucceſ. edi. & in alijs locis, de quibus aliàs. ¶ Fallit tertiò,
30 ubi † non poteſt haberi copia illius, contra quem eſſet pro
teſtandum: quia ſufficit proteſtari ſecundum formam d.
ca. paſtoralis. §. fi. & l. ut perfectius. uerſ. ſi autem. C. de an-
na. exc. & l. j. §. dies. ff. quando appell. ſit & c. ſi iuſtus me-
tus. de app. ¶ Et in hac fallentia no. duo. Primò no. quòd
31 in hac proteſtatione requiruntur tria. Primò, quod † fiat
congruo tempore. i. in tempore, quo actus poteſt geri,
putà appellatio, ut probatur in l. ij. in uerbo, inter dies legi
timos. C. de his, qui per me. iudi. non app. & in c. ſi. de app.
in uer. intra tempus. facit l. bonorũ. & quod ibi Bar. ff. rem
ra. ha. Secundo requiritur, quòd fiat publicè. i. coram publi
cis perſonis, aut coram iudice cuiuſcunque fori, d. l. ij. in
uer. publicè. & quod ibi Bald. Satis tamen foret coram ho
neſtis uiris, per d. c. ſi. Tertiò requiritur, quòd talis prote-
ſtatio contineat cauſas metus, d. c. ſi. & d. l. ij. Et dicit ibi
Bald. quod non tenetur exprimere cauſam cauſæ, arg. l. ſcio
ff. de appell. niſi poſtea in proſecutione appellationis. Ad
quod uide Bar. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. in 1. q.
ff. de no. ope. nun. ¶ Secundo no. quòd ceſſante cauſa, pro
pter quam non potuit quis coram aduerſario proteſtari, de
bet proteſtationem reiterare coram eo, ſecundum Imol.
in d. c. fin. de appell. & per id, quod no. Bart. in d. §. ſi quis
ipſi prætori. in 3. oppo. ubi dicit, quòd ſi emptor fuit pro
teſtatus ſe non poſſe denunciare uenditori litem motam,
quia neſcit, ubi ſcit, tamen ipſo uenditore poſtea appa-
rente debet ſibi denunciari: aliàs proteſtatio non ſuffi-
ceret, ut ibi. Sed hoc intellige uerum in caſu illo, & ſimi-
li, ubi proteſtatio fit ad conſequendum ius de nouo. Sed
ubi fit proteſtatio ſolùm ad conſeruandum iura prote-
ſtantis, ſufficit ſemel fieri, ſecundum Bald. in dicta l. ij.
circa ſi. C. de his, qui per me. ind. putà in caſu illo & ſimi
li, ubi proteſtatio ſortita eſt ſemel effectus ipſius appell.
¶ Et in hoc aduerte: quia iſtud eſt uerum, quando non ſo-
lum proteſtatus eſt, ſed etiam actum expediuit corã perſo-
nis idoneis, putà quia uolens appellare, nedum proteſta-
tus eſt, ſed appellauit corã illis perſonis: quia tunc eſt re-
ſciſſa, ſeu ſuſpenſa ſententia per appellationem: & ſic eſt
ſibi ius quæſitum: ſecus, ſi proteſtatus eſt ſimpliciter intra
decem dies, tamen non appellauit: quia etiam poſt termi-
num tenetur requirere iudicem, & tandem eo non inuen-
to appellare in forma prædicta: quia tunc bene intendit ali
quid de nouo acquirere. ſ. reſciſſionem ſentẽtiæ: & illa pro
teſtatio nuda operata eſt ſolum, quòd lapſus temporis ei
non nocet, ſed non eſt operata appellationem. Ita ſubtiliter
declarat dom. Mat. Matheſil. in l. j. §. dies. ff. quando appel.
ſit. & ſequitur ibi Ang. de Are. uer. quæro, an ſi uolens. per
d. §. ſi quis ipſi. Et in hoc caſu dicunt loqui gl. in c. cupien
tes. §. quòd ſi per ax. in uerb. propoſita. de elec. in 6. dum di
cit, donec Papa ſui copiã fecerit: & loquitur in electo, qui
tractabat de nouo iure acquirendo. ſ. confirmatione legiti-
ma. Et illam glo. ſequitur etiam Imo. poſt do. Anton. in c.
plerumque. in ti. proai. & Domi. in d. §. quòd ſi. quem om
nino uide. Et per hæc pulchrè infert paulo poſt do. Matth.
in d. §. dies. quòd ſi appellans habuit terminum a iudice a
quo, ad præſentandum ſe coram iudice ad quẽ, iuxta c. per
ſonas. de app. & appellans comparuit ultima die in loco,
ubi iudex ad quem conſueuit ſedere: & eius præſentia re-
quiſita & non habita proteſtatus eſt, non tenetur die ſequẽ
ti comparere & iterũ proteſtari: quia cùm per appellationẽ
ſit reſciſſa ſententia, dicitur iſte tractare de iure conſeruan
do, non de nouo iure acquirendo. Et hanc quæſtionem di-
cit ſemel fuiſſe de facto: & ſequitur etiam Are. ibi. Quæ om
nia no. tanquam quotidiana, & adde Alex. in d. §. ſi quis ip
32 ſi. ¶ Secunda concluſio. Vbi † proteſtans non habet aduer-
ſarium in eo, ſuper quo proteſtatur, quia ab ipſo ſolo pen
det, ſufficit taliter proteſtari, quòd poſſit docere, ſe prote
ſtatum fuiſſe, ſecundum Ioan. And. & Bar. in locis primò
alleg. & probatur in l. at ſi quis. §. plerique. ff. de reli. &
ſump. fu & in l. pro hærede. in j. & 2. reſpon. ff. de acqui.
hær. & idem no. Bar. in authen. ſacramenta puberum. C. ſi
aduerſ. uen & Cy. in l. ij. in 2. q. C. ſi quid. in frau. pa. & Bar.
in l. quæcunque. in ſi. princ. ff. rem ra. ha. & facit glo. 2. in l.
Pomponius. la j. & ibi clarius Bar ff. de neg. geſt. & no. Bar.
in l. certum. §. ſi quis abſente. ff. de confeſ. & do. Abb. in c.
Cumana. uerſi, nec tamen credas. de elec. Bene facit, quod
no. Ang. in §. ſi uerò expreſſim. uerſi. ex hoc patet. in auth.
de hære. & Falc. ubi dicit. quòd licet confeſſio, quæ ema-
nat abſente parte, non præiudicet d. §. ſi quis. tamen fallit
in obligatione, quæ non tendit ad obligandum cõfitentem
alteri, ſed tendit principaliter ad probandum aliquid: ex
qua probatione abſenti quæritur obligatio. Vnde ſi quis
approbat aliquod inſtrumentum, tanquam uerum, uigo-
re huius approbationis, omnes, quorum intereſt, pote-
runt agere contra approbantem, per illum text. ſecundum
33 eum. ¶ Tertia concluſio. Proteſtatio † facta iudici anteceſſo
ri in officio, non prodeſt coram ſucceſſore. Id. ... [illegible]

ſa.a

ram ipſo eam reiterare. Ita dicunt Moder. in repe.c. ex ratione. uer. ſecundò quæritur. j. de appel. Et ita dicunt Bar. conſuluiſſe. Et facit l. edictum. ff. de indi. ubi requiritur coram ſucceſſore alia & noua citatio, dato quòd coram anteceſſore omnia edicta primò expedita fuiſſent. Quod no. ſecundum eos. ¶ Quarta concluſio utilis & quotidia
34 na ſit iſta: Non † ſufficit regulariter, quòd is, cui ſit proteſtatio, ſimpliciter taceat, ſed requiritur expreſſus conſenſus, ad hoc ut proteſtatio ſibi noceat.

a ª Ita ſentit Bart. in d. §. morte. & in l. j. C. de lit. conteſt. & no. gl. 3. Innocen. Hoſt. Ioan. And. & domi. Abb. in cap. Cumana j. de elec. & Ioan. And. in cap. in geneſi. eod. tit. & Arch. in ca. diaconi. 28. diſt. & dom. Card. poſt Pau. in cle. 1. in fi. ut lit. pen. & eſt tex. non cauillando in l. fin. §. item ſi prædixerit. ff. nau. caup. ſta. ibi, conſenſerunt nectores. & probarunt ea doctrina Innoc. in ca. in geneſi. de elec. cum concor. quas aliàs dedi in ca. nonne. j. de præſum. dum dicit, quòd in actu oneroſo tacens non præſumitur conſentire. Et iſtud eſt propter hoc ſuſtentabilius, licet in propoſito aliter uoluerit gloſſ. in dicto §. item ſi prædixerit. & gloſſ. 2. in capitul. 1. 27. diſtinct. & gloſſ. expreſſior in l. ſi fideiuſſor. in prin. in uerſic. recuſare. ff. qui ſatiſ. cog. cum quibus concordat Paul. de Caſtr. Roma. & Ful. ibi, & Roma. in d. §. morte. & Imol. in l. prætor. §. hoc interdicto. propter gloſſ. 1. in uerſic. adducitur. ff. de ope. no. nun. & Fulgoſ. in l. pacta nouiſſima. C. de pac. & Roma. in l. quæ dotis. ff. ſol. mat. & conſil. 32. incip. Omnipotentis, &c. in caſu propoſito. & ſentit Imo. hic in effectu, licet multa uideatur dicere: & eadem ponit in d. §. morte. Et idem domi. Anton. hic latè & obſcurè, & cum iſtis aliàs tranſiui in d. cap. nonne. ſed fundamenta eorum potiùs reduci poſſunt ad fallentias, quas infra collegi ad regulam, quàm contra regulam. licet intentio eorum fuerit potius facere regulam in contrarium. Et tenendo hanc concluſionem nihil erit ſpeciale in caſu ſingulariter notato per Inno. & alios in cap. fin. infra de condi. appo. licet do. Abb. ibi uerſic. & nota bene. hoc dictum uideatur ponere pro ſpeciali. ¶ Fallit primò in caſibus,
35 in quibus † tacens habetur pro conſentiente in actu oneroſo. Et qui ſint illi, colligitur ex dictis Bar. & aliorum in l. quæ dotis. ff. ſolu. mat. & enumeraui aliquos in d. c. nonne. Et hoc in propoſito ſenſit Bar. pro doctrina in d. §. morte. ¶ Secundò fallit,
36 ubi † is, cui ſit proteſtatio, non ſimpliciter tacet, ſed facit actum tacitum denotantem conſenſum, per text. cum ibi no. in l. filiusfamiliâs. ff. ad Mace. ubi pater uidetur approbare mutuum factum filio ſolùm recipiendo & retinendo literas rogantes eum, ut ſatisfaciat. Et ita adaptatur ille text. per quem Imo. hic multa dicit. Et ideo acceptans & retinens ſcripturam proteſtationis, uidebitur illi conſentire, per illũ tex. Quod no. Et hũc intellectum ad illam l. ponit Bartol. in l. quo. n. ff. rem ra. ha. dicens, q ibi non fuit certa ſcientia & patientia, ſed receptio & retentio literarum. Et ita etiam hunc text. intelligit Bald. in rub. C. de fi. inſtr. uerſic. quæro, quid de literis. & Bartol. in l. Titius. ff. de conſti. pec. & Barto. & Bald. in l. ſi abſentis. C. ſi cer. pe. & Bald. in l. fi. C. ad Mace. & Bartol. in l. cùm ad tabernam §. pe. ff. de pig. & Bald. in l. ſi literas. C. manda. Et ideo non ſufficeret, quòd de mutuo fuiſſet aliquid dictum patri per nuncium: quia ſola ſua audientia ambaſiatæ abſque alio actu non ſufficeret, ut expreſsè uolunt iſti, & ſenſit Bart. in d. l. ſi filius. licet Pau. de Caſt. latè in d. l. quo anim. & Imol. hic aliter dicant. Et pro hac fallentia facit tex. in

a Sibi noceat] An et quãdo proteſtatio afficit proteſtatum tacentẽ, & non contradicentem, uide no. per domi. Soci. in ſuo conſi. 107. inci. Ut in quæſtionum. uerſ. tranſeo ad ſecundum. cũ uer. ſeq. in 1. parte. Et adde, quòd non afficit tacentem non contradicentem, quãdo ſit contrahens ad excluſionem iuris eius, Ang. Lu. & Pau. de Caſt. & gl. in d. l. ſi fideiuſſor. ff. qui ſatiſd. cog. alle. in tex. de qua plenius per Alex. & ſingulariter in ſuo conſi. 7. & d. Soci. in d. conſi. in uer. quã concluſionem, in fi. & adde d. Ale. in ſuo conſi. 107. 4. parte, ubi dicit, quòd proteſtatio nocet parti tacenti, & non contradicenti, per d. gl. & gl. in l. fi. §. ſi prædixerit. ff. nau. caupo. ſtab. & per gloſ. 22. diſt. ca. 1. & uide Alex. in d. l. quæ dotis. ſol. mat.

cle. j. de procu. ubi acceptans literas mandati uidetur conſentire & uelle eſſe procurator. Et per illum text. mouebatur Lu. Rom. in d. §. morte. contra dictam regulam. Sed rectius eſt dicere, quòd per illam cle. limitetur regula modo prædicto: & ſatis colligitur ex dictis domi. Card. ibi, in tertia oppoſi. & in 6. quæſt. ¶ Fallit tertiò. ubi
37 † ageretur de paruo præiudicio eius, cui ſit proteſtatio, ut colligitur ex no. per Barto. in d. l. quæ dotis. iunctis uerbis præcedentibus, dum tractat, an præſens & tacens in actu difformi non cadente in contractu, uel quaſi, prout eſt actus proteſtationis, uideatur conſentire? & diſtinguit, an agatur de magno præiudicio: & non uidetur conſentire, l. pe. ff. de fur. ſecus de modico, l. quàm Tuberonis. §. ſont quidam. ff. de pec. l. Labeo. cum gloſſ. ff. de aqua plu. ar. Et ad hoc etiam reduci poteſt gloſſ. in d. l. ſi fideiuſſor.
38 ¶ Fallit quartò, ubi † ille, qui proteſtatur, agit de exonerãdo ſe ab obligatione, quæ habet oriri ex pacto non præambulo, ſed ſecuturo: quia ſi aduerſarius non contradicit, tenet & iuuat proteſtatio, ſecundum Imol. ſubtiliter in d. c. Cumana. per c. 1. 27. diſtin. ubi proteſtatio iuuat ſuper facto continentiæ ſecuturo, ad quam nondum erat proteſtãs obligatus. Ad idem alle. l. ſi fideiuſſor. in prin. ff. qui ſatiſ. cog. ubi iuuat proteſtatio erga habentem fideiubere, ut nõ utatur priuilegio in actu fiendo. Procedit ergo regula, ubi proteſtans erat iam obligatus ex actu præcedenti, prout erat Magiſter nauis in d. §. item ſi prædixerit. qui iam receperat res eius. cuĩ proteſtabatur: meritò tenet. ponderat conſenſum alterius. Similiter procedit regula, ubi quis nondum eſt obligatus, ſed erat futurus obligati ratione facti præambuli, per d. §. item ſi prædixerit. quia quicquid dicat ibi Bartol. ſecundum eum, ſi magiſter nauis proteſtatur hoſpitibus etiam ante quam intrent nauim, non nocet eis proteſtatio, niſi conſentiant: quia ex quo eſt in officio nautarum, obligatus eſt ad cuſtodiam rerum in naui ponendarum, iuxta not. per Bartol. in l. furti. ff. nautæ, cau. ſtabu. Et licet hunc modum loquendi ſenſerit Bart. in d. §. item ſi prædixerit. tamen clarius in hoc loquitur Imol. in d. cap. Cumana. Et eſt no. conſideratio, quam dicit eſſe ſubtilem, & non reperiri ab alio declaratam. Et pro ipſa facit, quod
39 proximè dicetur. ¶ Fallit quintò, ubi † proteſtatio non ſtat in meris finibus proteſtationis, ſed ultrà procedat dando, uel promittendo aliquid. quia tunc aduerſarius recipiendo factũ, non reiecta proteſtatione, uidetur ſimul ipſum recipere cum proteſtatione, cùm non poſſit partem facti recipere, & partem reijcere, per no. in capitul. cùm olim. infra de cenſi. Ita ſingulariter poſuit pro doctrina domi. Card. in d. capitul. Cumana. per illum text. ubi canonici admiſerunt capellanos cum proteſtatione. Ideo ex quo acceptauerunt, ut intereſſent, uidentur acceptaſſe cum ſua qualitate. Sed hanc doctrinam limita eſſe ueram, niſi proteſtans concedat alteri id, quod ſibi non competebat de iure: quia acceptans factum, uidetur acceptare qualitatem. Sed ubi omnino id ſibi competebat, ſecus: quia licet acceptaſſet ſimpliciter facta, tamen præſumitur poſtea magis uelle uti iure ſuo, quàm conceſſione aduerſarij, ut ſubtiliter decidit ibi dom. Abb. per rationes, quas ibi uide per eum: pro quo facit præcedens fallentia. ¶ Quinta
40 concluſio ſit iſta. Poteſt † fieri proteſtatio etiam per tertium, cuius intereſt: putà, ſi Titius proteſtatur tibi inhibendo, ne ſoluas Sempronio creditori tuo, & debet poteſtationi pareri, quando ſit cum cau-
b ſa uera[b] & apparenti, ut eleganter per Bartol. in d. §. morte. uer. circa primum & per Bald. Angel. & Imol. in l. hæres. la j. ff. ad Trebell. & Bartol. in l. ſi à furioſo. cum ſeq. in fin. ff. ſi cer. pe. & per Doc. in l. pe. per illum text. cum authen. ibi poſita, C. depoſi. facit l. iij. C. de noua. & l. fin. ff. de l. commiſſoria. ¶ Declaratur duobus modis iſta con-
41 cluſio. Primò, dum dixi, quòd † requiritur cauſa uera & apparens, ut habeat locum in priuato: ſecus in iudice inhibente: quia in ipſo præſumitur cauſa, capitul. ſicut. infra, de re iud. & capitul. in præſentia. de renun. Et ita no. Bartol. in propoſito in d. §. morte. per l. fi. ff. de leg. commiſ. & ibi etiam hoc tenent

b Cauſa uera] Quod in proteſtatione requiratur cauſa, adde Bald. in lege edicto diui. de edi. & in lege j. C. de prædi. mi. libro 11.

Bartol. Bald. Pau. de Caſt. & Petr. de Anchar. in d. clem. j.
Et quòd huiuſmodi inhibitioni ſit parendum, patet ea no.
per Ioan. And. & dom. Anto. in c. ſignificauit. infra, de cen
ſi. per Ioan. And. in Specul. in tit. de ſolu. §. nunc aliqua.
uer. illud autem. & per Arc. in c. dixit. 14. quæſt. 5. in fin.
cum concor. In quibus dicitur, quod iudex poteſt præcipe-
re debitori, ne ſoluat creditori condemnato, etiamſi debi-
42 tum ſit iuratum. ¶ Secunda declaratio eſt, quòd † contra
talem proteſtationem eſt duplex remedium. Primum, ut
creditor caueat debitori defendendo eum aduerſus dictam
proteſtationem, iuxta l. is, a quo. cum l. ſeq. ff. de rei uen. &
l. pe. ff. de pe. hære. Ita no. Innoc. in c. ſanè. 2. infrà, de offi.
dele. Secundum remedium. eſt, ſecundum domi. Card. &
Imol. ibi, ut agatur contra proteſtantem condictione ex
l. diffamari. C. de inge. & manu. & idem Imo. in l. hæres. la
j. ff. ad Trebell. ad quod uide etiam Spec. & Ioan. And. in
tit. de emp. & uen. §. nunc dicendum. uer. ultimò no. & Lu.
de Rom. in l. de die. in prin. ff. qui ſatiſ. cog. & Imo. Pau. de
Caſt. & Roma. in d. §. ſi is, cui. ff. de ope. no. nun. & Roma.
in d. §. morte. in fi. & quod no. Bar. in l. j. §. huius autẽ inter
dicti. ff. uti poſſi. uer. utrùm contra diffamatorem. ¶ Sexta
43 concluſio. Negotiorum † geſtor proteſtari non poteſt. Ita
ſentit pro regula Bartol. in d. §. morte. dum dicit, quòd
non poteſt denunciare debitori Titij, cuius nomen eſt
mihi ceſſum, iuxta l. nomẽ. C. quæ res pignor. obl. poſ. l. iij.
44 C. de noua. ¶ Fallit primò in caſibus, in † quibus ſufficit
ſcientia illius, ad cuius commodum fit proteſtatio: ſed con
cluſio procedit, ubi requiritur certioratio facta per ipſum.
Qui autem ſint illi caſus, remittit Bartol. ubi ſuprà ad dicta
ſua in l. facta. §. hæres. ff. ad Treb. ubi uide poſt prin. uer.
45 Iacobus de Are. dicit. ¶ Secundò fallit in † proteſtatione
incitatoria, per id quod no. glo. Barto. & alij in l. ſi ſeruum.
46 §. nunc uideamus. ff. de uerb. obli. ubi concludunt, quòd †
negotiorum geſto. poteſt conſtituere debitorem meum in
mora per proteſtationem, per text. no. in l. ſi quis ſolutio-
ni. §. j. ff. de uſu. ¶ Tertiò fallit in proteſtatione facta ad
finem, ut quis non faciat id, quod tenetur non facere: quia
iſta fieri poteſt à quocunque, ut colligitur ex dictis Angel.
in l. prohibere. in prin. per illum tex. ff. quod ui, aut clàm.
Et ita illum tex. intelligit Bar. in d. §. morte. Et iſtis adde
Bal. in c. j. in prin. quo tempore miles. ubi decidit, quòd ne-
gotiorum geſto. poteſt intra annum petere inueſtituram
ſecundum formam illius capituli domino ratum habente.
¶ Et adde Bald. in diſputa. incip. Accuſatus de ui turbatiua
uer. quid autem dicemus. ubi latè ponit, quòd ſi non admi-
ſiſti meum negotiorum geſtorem uolentem ingredi poſſeſ-
ſionem meam, acquiritur mihi interdictum. Vide vj. Alle.
Bartolus in d. l. prohibere. in princ. ¶ Septima concluſio.
47 Procurator † ſine dubio proteſtari poteſt nomine domini,
ſecundum Bart. in d. §. morte. & Innoc. in c. cum in iuuen-
tute. de præſump. & non requiritur ſpeciale mandatum
a [a], ſecundum Bartol. in l. j. iuxta prin. ff.
de lib. agn. & in l. de pupillo. §. cum pro-
curatorio. ff. de ope. no. nun. & Ang. Imo.
& alios contra gloſſ. ibi. Idem domi. Car.
in cle. cauſam. in xj. quæſt. de elec. & ibi
Imol. niſi in caſu, de quo ibi per gloſſ.
in uerſic. ſpecialiter. ¶ Hanc concluſio-
48 nem limita, ut † non habeat locum in coniuncta perſona:
quæ licet aliàs poſſit agere ſine mandato, l. ſed & hæc. in
princip. ff. de procu. non tamen proteſtari poteſt, ut proba
tur in l. tutor. ff. de mino. & ibi hoc no. Bald. per illum
text. Quod intellige, niſi eſſet proteſtatio, quæ fieri poſſet
a quocunque, ut d. l. prohibere. ¶ Octaua concluſio. Pro-
49 curatori † fieri poteſt proteſtatio in caſibus, in quibus ſcien
tia procuratoris nocet domino, ſecundum Bartol. in d. §.
morte. per l. procuratoris. in prin. ff. de tribu. & l. apud Cel
ſum. §. quæſitum. ff. de dol. excep. & probatur in cle. cau-
50 ſam. de electione. ¶ Fallit primò, ubi † requireretur plena
notitia domini: quia non ſufficit, quòd fiat proteſtatio
eius procuratori, ſecundum Roma. in d. §. morte. Alleg.
gloſſ. in d. clem. cauſam. in uerſic. appellatum. & illam
ſequitur ibi domi. Card. §. intimatio. in 7. quæſt. & etiam
Imo. dicens poſt But. ibi eam bene no. quòd ubi requiri
tur dominum habere ſcientiam alicuius facti, non ſuffi-
cit procuratorem ſcientiam illam habere, etiamſi ſit pro-
51 curator ſpecialis. ¶ Fallit ſecundò, ubi † proteſtatio
poteſt fieri domino: quia non eſt facienda procuratori,
ſecundum Io. And. poſt Ioan. Mona. in regula, in generali.
uerſi. ſed quæritur. de reg. iur. in 6. per l. aut qui aliter. §. &
ſi fortè. ff. quod ui, aut clàm. & in d. cle. cauſam. in prin.
Idem tenet Barto. in d. §. morte. uer. quæro, cui debeant fie
ri. per text. in l. ſi dictum. §. ſi præſente. ff. de euic. & idem
Ioan. And. in cap. fin. de dolo & contu. Facit, quod dicitur
in illa quæſtione, an citatio poſſit incipere à procuratore
omiſſo domino, qui erat in ciuitate: de qua per Docto. in
capitul. fin. de eo, qui mit. in poſ. & Bartol. in l. quamuis.
ff. de dam. infec. & in l. meminerint. C. unde ui. & Bartol.
in l. ſolent. per illũ tex. ff. de alimen. & cib. leg. & ad hæc fa
ciunt no. per Barto. in l. de pupillo. §. nunciationem. in fin.
ff. de ope. no. nun. & Angel. in d. l. aut qui aliter. ¶ Hanc
fallentiam limita, ubi dominus eſſet præſens, & intellige
ret quando proteſtatio fit procuratori, per tex. in l. ſi dictũ
§. ſi præſente. ff. de euic. in uer. & non ignorante. & ibi gl.
Sed ubi eſſet præſens in ciuitate, & ignorans, procedit fal
lentia. Et ita intelligitur ille text. licet Paul. de Caſt. in l. ſi.
procuratori præſentis. ff. de uer. oblig. indiſtinctè tenuerit,
quòd ſemper poſſit fieri procuratori, per d. §. ſi præſẽte. Sed
intellige, ut eſt dictum, & facit, quod no. Innocent. in ca.
ex parte decani. infrà, de reſcript. cum concor. ¶ Fallit ter-
52 tiò, ubi † in actu requiruntur ſcientia & fides alicuius in
actu concernente perſonã: quia proteſtatio debet fieri ſibi,
& nõ procuratori, ſecũdũ Bal. in l. itẽ uxorũ. §. petitã. per
illũ text. ff. de peti. hær. in lec. & latiùs in addi. Secus dicit,
ubi proteſtatio eſt in rem ex parte eius. cui fit, ſicut nuncia
tio noui operis: quia cùm ibi non agitur de actu perſonæ,
meritò poteſt fieri procuratori. Ita intelligit l. de pupillo. §.
j. ff. de ope. no. nun. ubi nedum domino, ſed cuicunque re-
præſentantium perſonam domini poteſt fieri proteſtatio.
¶ Adde tamen, quòd in dicto caſu, ſcilicet ubi agitur de ſo-
la ſcientia, ſufficit, undecunque ſciuerit, etiam citra uiam
proteſtationis: ut probat tex. in d. §. petitam. uer. quid ergo.
Sed ad hoc, ut proteſtatio faciat eum haberi pro ſciente,
non ſufficit, quòd fiat procuratori. Et hoc operatur iſta fal-
lentia, & eam puto intelligendam, ſicut declaraui præce-
53 dentem. ¶ Nona concluſio. Proteſtatio † exonerans pro-
teſtantem, & alium non grauans, poteſt fieri marito pro
uxore, ut dicta l. aut qui aliter. §. & ſi fortè. Quem text. ita
intelligit Bartol. in d. §. morte. tractando proteſtationem,
declaratoriam ad finem illius articuli: ſecus, ubi agitur de
aggrauando alium, ſecundum eum concor. Angel. in l. mo-
ra. ff. de uſur. Et idem uidetur de proteſtatione facta amico
illius, cui proteſtatio dirigitur, per dictum §. & ſi fortè. in
uerbo, amicis. & facit gloſſ. in dicta cle. cauſam. in uerbo,
plenam. in fi. ¶ Et per has concluſiones ſunt ſummata at-
tinentia ad primam partem, uidelicet de perſonis protе-
ſtantibus, & quibus proteſtatio fiat.

a Speciale mandatũ] Adde Bal. in l. actione. §. renunciare. ff. pro ſocio.

II PARS.

¶ CIRCA Secundam partem, uidelicet quando & in
quo loco facienda ſit proteſtatio, notari, poſſunt qua-
54 tuor concluſiones. ¶ Prima concluſio. Sufficit † proteſta-
ri quandocunque, dum modò ante perfectum actum, ut
per Bartol. in d. §. morte. in prima proteſtatione, & Ioan.
And. in dicta regula, in generali. uerſic. frequenter quæri-
tur. ubi uide: & not. Bartol. in d. §. item ſi prædixerit. di-
cens, quòd debet hoſpes proteſtari antequàm receperit
hoſpites in domo. Similiter dixit Angel. notanter in l. ſi
mihi & tibi. §. in legatis. ff. de leg. j. per text. quòd appel
lantur principia ea, quæ ante dictum ſermonem legata
ſunt: nec intereſt, in qua parte teſtamenti proteſtatio ap-
ponatur. Ad idem l. ita ſcriptum. ff. de leg. j. ubi ſufficit,
quòd proteſtatio inſeratur in fine: quod intelligit ibi
Bartol. & alij ſequuntur, dum modò ante actum con-
ſummatum inſeratur: alias non, ut no. gloſſ. in l. in con
cubinatu. in uerſi. ſine teſtatione. ff. de concubi. & gloſſ.
in l. penul. iuncto tex. ff. pro empto. Vnde infert Imol.
in d. l. ſi ita. quòd ſufficit, ſi in fine ſcripturæ exceptio-
num oppoſitarum contra libellum reus dicat ſe in iu-
dicem non conſentire, ſicut in principio ſcripturæ hoc
dixiſſet, adeo quòd per priores non uidetur in iudicem
conſtu-

conſenſiſſe. Et no. Bartol. in l. quidam conſulebant. verſi. quid ſi ſemel. ff. de re iud. & Bald. in l. exceptionē. C. de proba. & in l. fi. C. de iudi. & in proœmio C. & Ang. in authen. de exhiben. reis. §. j. & Salic. in d. l. fin. C. de iudi. & Imol. in c. inter monaſterium. de re iudi. & ibi per do. Anton. & iſtis adde bonum text. in c. conſulti. in fi. ſ. de regula. ¶ Hanc concluſionem limita ex eo, quod ſcribit Ang. l. j. §. ex ſtipulatio. ff. ſi cui plus quàm per legem Falc. in repetit. dum dicit, quòd ſi hæres non conficit inuentarium, uel proteſtatur, ante quàm adeat hæreditatem, uel ſe ei immiſceat, non poteſt amplius ſe tueri, tanquam factus ſit certus de uiribus hæreditatis: & ſic uidetur ſenti- a re, quòd oporteat proteſtationē fieri etiā a principio actus. Sed pro ueritate & intellectu huius dicti, de quo ipſe exclamat, uideas per Paul. de Caſt. conſi. 210. incip. In Chriſti, &c. paſſus, de quo quæritur. ubi diſtinguit, an quia ſpe certiſſima adiuerit hæreditatem: & tunc actus uidetur perfectus, nec amplius iuuat proteſtatio, aut non ſpe certiſſima, & proteſtatio poteſt etiam fieri: imò non uidetur neceſſaria, ut ibi latius per eum. ¶ Secunda concluſio. Pro-
55 teſtatio † fieri poteſt etiam tempore feriato, ut ſentit Bart. in d. §. morte. dum dicit, Omni tempore. verſi. uideamus de tempore congruo. Et non ſolùm procedit hoc in proteſtatione declaratoria, ſed etiam in illa, per quam quis conſtituitur in mora, ſecundum Barto. in l. cùm filius. §. fi. ff.
56 de uerb. oblig. Et ibi ponit pro doctrina, quòd † omnis actus extraiudicialis poteſt fieri die feriata, per l. dies. C. de fer. Et hic adde Specul. in tit. de arbi. §. fi. uer. ſed nunquid amicabilis compoſitor. ubi dicit, quòd cùm arbitramentum magis accedat contractui, quàm iudicio. §. ſi uerò contigerit. in authen ut differen. iud. poterit fieri etiam die feriata. Et hinc eſt, quòd poteſt appellari die feriata, ut eſt gloſſ. in c. appellatio. in uer. lecta. de appel. in 6. no. domi. Anton. & Abb. in c. fi. de ferijs. & gloſſ. Bartol. & Bald. in l. j. C. de fer. cum concor. ¶ Hanc concluſionem limita, niſi actus, ad quem quis incitatur per proteſtationem, eſſet expediendus in iudicio: quia tunc dies feriata non eſt congruum tempus, niſi diceremus, quòd proteſtatio fieret die feriata, ut actus fieret die non feriata. Ita Barto. in d. §. morte. probans hoc ultimum ex eo, quia dicitur de citatione die feriata ad diem non feriatam, ut plenè per ipſum & alios in l. j. §. nunciatio. ff. de ope. no. nun. Et eodem modo non poteſt quis proteſtari, ut die feriata fiat actus etiam extraiudicialis, qui ſecundum bonos mores expediri non poſſet die feriata, putà ut faber operetur diebus feſtiuis, ſecundum Bartol. ubi ſuprà. Quod etiam intelligerem, niſi proteſtatio fieret pro die non feriata, per proxi-
57 mè dicta. ¶ Tertia concluſio. Proteſtatio † fieri poteſt in eccleſia, ſecundum Bald. in l. nemo Apoſtolorum. in fi. C. de ſacroſan. eccle. per text. in authen. ſi quis ei. C. de adul. Facit, quod no. Bart. in l. actus. C. de fer. dum dicit, quòd c. decet. de immu. eccleſ. in 6. procedit in actibus iudiciarijs contentioſis, non uoluntarijs. Et hanc concluſionem ſentit Ioan. Aud. in dicta regula, in generali. & Bartol. in d. §. morte. in uer. in omni loco. ¶ Quarta concluſio. Prote-
58 ſtatio † fieri poteſt de nocte, ſi haberi poteſt copia eius, cui facienda eſt proteſtatio, ſecundum Bald. in c. fi. in princ. infrà, de appell. Simile dicitur de appellatione, per l. j. §. dies. cum ſeq. in uer. ſuprema hora. ff. quando appell. ſit. de quo per Bal. in authen. hodie. C. de appell. per gloſſ. in ca. ab eo. de appel. in 6. per Bald. in l. j. C. de ferijs. & Mod. in ca. fi. in 8. quæſt. infrà, de appell. & de ſimilibus uide tex. & Doc. in l. non minorem. C. de tranſact. & ibi bonus tex. in ſimili, dum loquitur de tranſactione, & aliqua dixi in ca. conſuluit. infra, de offic. delega. Et hæc quo ad ſecundam partem huius materiæ.

III PARS.

59 Circa Tertiam partem, uidelicet † qualiter fienda ſit proteſtatio, notari poſſunt ſex concluſiones. ¶ Prima concluſio. Poteſt fieri proteſtatio etiam ſine ſcriptis, l. fi. ibi, in ſcriptis & ſine ſcriptis. C. de nego. geſt. & l. pactum. la 2. C. de pact. Et no. Docto. in locis ſæpe allegatis, uidelicet in §. morte. & in d. regula, in generali. & Pet. de Anch. in clement. cauſam. in ultim. uo. de elec. Et eſt gloſſ. ordi. in §. conteſtationem. in uerbo, in literis. in auth. de temporibus non ſolutæ pecu. Et hinc eſt, quòd iſte caſus non enumeratur per gloſſ. magiſtram in cap. 1. in uerbo, in ſcriptis. de cenſi. in 6. licet aliud dixerit gloſſ. in ca. cupientes §. quòd ſi per xx. de elect. in 6. in uerſicul. propoſita. quam reprehendit ibi Pet. de Anch. & refert Domi. de quo etiam per Bartol. in l. de pupillo. §. meminiſſe. ff. de no. ope. nun. & Bartol. & Bal. in d. l. fina. de nego. geſt. & Imol. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. in fin. ff. de noui oper. nuncia. Et quamuis Ioan. Mona. in diffinitione poſita in dicta regula, in generali. dicat proteſtationem eſſe inſinuationem clamoſam, [a] & cætera. tamen etiam in ſcriptis fieri poteſt, ſecundum Bartol. in d. §. morte. ¶ Sed nec eſt credendum Ioan. Mona. aliter ſenſiſſe, cùm etiam ſcriptura dicatur clamare, c. eum Marthæ. de celebra. miſſa. in uer. lex Moſaica clamat. facit l. Arriani. & quod ibi Bartol. C. de hæret. ubi dicitur, quòd lex ſemper loquitur. Ad idem tex. in c. magnæ. infrà, de uoto. in uerſicul. uox clamat prophetica & ibi, Triceriſis eccleſiæ ſuſpiria, & cætera. & facit gloſſ. 3. in capi. conſtitutionem de ſenten. excom. in 6. & gloſſ. in cle. fi. in uerbo, per literas. eod. titul. cum alijs, quæ allegat Roma. in l. j. in princip. ff. de uerb. oblig. Et ſic ſaluantur uerba Ioan. Mona. dato quòd Clamare propriè ſignificet uocem, capitul. ſit rector. 33. diſtinct. ibi, clama, ne ceſſes: quaſi tuba exalta uocem tuam. & l. itaque ſi ſeruum. ff. ad legem Aquil. & cap. cùm clamor. de teſti. cum concor. de quibus per Cal. in certo ſuo Repertorio authoritate ſacræ ſcripturæ. in uerbo,
60 clamare. ¶ Sunt † tamen quinque caſus ſpeciales. in quibus proteſtatio debet fieri in ſcriptis. Primus in caſu authen. hanc autem quærelam. & ibi per Cy. C. de non nu. pe. & in d. c. cõſtitutionē. Secũdus, ubi proteſtatio ſuccedit in locũ actionis, [b] per l. ut perfectius. C. de anna. exceptio. Hos duos ponit Bartol. in §. morte. & ſequitur ibi Imol. & idem Io. And. in dicta regula, in generali. & Nico. de Neapo. in l. ſcire oportet. §. oportet. ff. de excuſ. tutor. Tertius caſus eſt in caſu authen. presbyteros. la ulti. C. de epiſc. & cle. Et eius rationem aſſignat ibi Bal. & Raph. Fulg. Quartus caſus eſt, ubi agitur de periculo irreparabili, per text. in authen. ſi quis ei. C. de adul. quem Ludo. facit ſingula. in d. §. morte [c], & dicit Sali. in d. authen. quòd idem, ubi agitur de aliquo periculo. Quintus caſus eſt in §. ſi quis principi. in authent. ut cum de appell. cog. & ibi per Iac. de Belui. &
61 Bartol. ¶ Secunda † concluſio. Proteſtatio, quæ fit in iudicio inhibendo. ut nulla fiat nouitas ſuper tali poſſeſſione, debet fieri cum expreſſione cauſæ, aliàs eſt inanis. Ita Bald. in l. fina. in 8. oppoſi. C. de edic. diui Adri. toll. per l. j. C. de præd. curia. lib. 10. ibi, caſibus, quibus, & cætera. & facit, quod no. Bartol. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi. in 11. quæſt. ff. de ope. noui. nun. ubi dicit, quòd proteſtans ratione impedimenti debet exprimere cauſam proteſtationis. ſcilicet impedimentum, & ſequitur domi. Ant. in cap. fin. ext. de appell. Et ideo dicit Bald. in additio. Specul. in titu. de teſta. quòd proteſtãs, ne fiat nouitas ſuper tali poſſeſſione, debet exprimere ius excluſiuum iuris agendi, quia debet concludere, cùm ſit ad inſtar exceptionis, argumen. l. j §. Labeo. ff. de ſtumi. Et ſi eſt generalis, debet declarari parte petente, per not. in l. fi. C. de anna. exceptio. Et adde, quòd in tali proteſtatione ſufficit allegare poſſeſſionem ſuam, cùm ſua interſit; & ſi actor poſtea probauerit ius ſuum; habebit reus allegare cauſam meliorem, ſecundum Pau. de Caſt. d. l. fi. de. edic. diui. & ſentit ibi Bal. ad fi. Et operatur iſta proteſtatio, quòd manus iudicis ſunt ligatæ, ut non poſſit procedere ad miſſionē nõ citato proteſtante, qui poſſidebat: aliàs erit locus pœnæ, de qua in l. meminerint. C. unde ui. ſecundũ Sal. in d. l. fi. ¶ Hãc cõcluſionē declara duobus modis. Primo, dũ modò pars opponat de generalitate proteſtationis: alias ca

a *Clamoſam*] *Sed nunquid clamores & proteſtationes æquiparantur? Vide in* Spec. *in tit. de pi. §. j. uerſic. ſecundo nos.*

b *Actionis*] *Adde idem tenentem do. Fran. de Areti. in l. ſi quis. C. de neg. geſt.*

c *§. morte*] *Vide ibidem omnino per domi. Alexã. & per Lanfran. in capitul. quoniam contra. uerſi. ſententias. de probat.*

non opponente uidetur, quòd forte ualeat proteſtatio
ſine cauſa, per id quod no. Angel. in l.j.ff.de excep. dum di
cit, quòd ualet exceptio generalis parte non opponente,
ſeu declarari petente, per uo. in d.l.fi.C.de ann.excep. Et ſic
limitat Barto. in d.l.j. Secundò declara, ut non procedat in
proteſtatione declaratoria uoluntatis, ſecundum Barto. in
d.§. morte. in princip. huius materiæ in 2. quæſt. ubi di-
cit, quòd in tali proteſtatione uoluntas eſt pro ratione, per
l. quia poterat. ff. ad Trebell. Idem dicat in proteſtatione iu
dicis: quia pro ipſo præſumitur cauſa, ut dixi ſupra, in v.
concluſione primæ partis. Aliàs autem uidetur, quòd re-
gulariter requiratur cauſa in proteſtatione, nedum in ca-
ſu, de quo loquitur iſta concluſio, ſed etiam in alijs, per
62 id quod dixi in dicta quinta concluſione. ¶ Tertia † con-
cluſio. Ad hoc ut ualeat, & alteri noceat proteſtatio fun-
data ſuper facto non ueriſimili, ſeu pro quo non præſumi-
tur, oportet quòd proteſtans eam probet. Ita colligi poteſt
ex dictis Bartol. in d. §. morte. in ſecunda ſpecie proteſta-
tionis, uer. quandoque præcedit aliqua cauſa. dum dicit,
quòd uolens offendere bannitum, non tenetur credere ei,
ſi proteſtatur ſe eſſe cancellatum de banno, niſi hoc probet,
ua quo non præſumitur. Alleg. l. non omnis. §. fin. in fi. ff.
de re mili. & alia, de quibus ibi per eum. Pro quo facit tex.
cum gloſſ. in c. ſicut. infrà, de ſent. excom. per quem infert
ibi domi. Abb. quòd nulli delinquenti credendum eſt de
abſolutione, niſi oſtendat inſtrumentum abſolutionis.
¶ Hoc tamen exemplum de bannito declara, ut per Imol.
in d.§. morte. uidelicet niſi bannitus dicens ſe exbannitũ,
eſſet paratus uenire ad iudicem: quia tunc debet ei credi:
maximè, cùm actus offendendi ſit irretractabilis: quo ca-
ſu auditur excipiens, qui aliàs non audiretur, ut per do-
mi. Card. poſt Pau. in cle. j. in 5. quæſt. de re iudi. & Lud.
poſt Bald. in l. ſi feriatis. ff. de fer. & Bald. in l.j. C. qui ac-
cuſ. & in l. ab executione. C. quo. appell. non recip. & Bal.
in l. eum, qui duas. C. de adul. & Imol. in l. qui a latroni-
bus. §. j. ff. de teſti. & in l. iij. §. ſi ſeruus. ff. de acquir. poſ.
Quando autem ille, cui fit proteſtatio, nullam habet iu-
ſtam cauſam credendi ſe poſſe facere contra eam, ſufficit
ſimplex proteſtatio, ut per Bart. in d.§. morte. uerſi. pro xi.
alleg. cum quo alij tranſeunt. ¶ Quarta concluſio. Ad
63 † hoc ut ualeat proteſtatio, ſeu denunciatio, quam em-
ptor, cui mota eſt lis, facit uenditori, oportet ſibi oſten-
dere & dimittere copiam citationis & libelli emptori dati,
ſecundum Barto. in d. §. morte. uer. examinemus. & in l.
empti. C. de euic. & Angel. & Imo. l. in executione. §. in
ſolidum. ff. de uerb. obl. & domi. Card. pulchiè in cle. cau-
ſam. in fin. de elec. per illum tex. quem ad hoc propoſitum
extollit ad ſydera. Et ex iſto poſtea infert generaliter, quòd
omnis intimatio, quæ obligat ad aliquid præiudiciale, de-
bet fieri in dicta forma: quod perpetuò no. quia communi-
ter ignoratur, ſecundum eum. Dixit tamen Angel. in l.
emptor. & in l. empti. in fine, & in l. ſi cùm quæſtio. C. de
euic. quod de ſtylo eſt, quòd ſufficit uenditorem citare ſim
pliciter facta mentione de motione litis. Et pro hoc facit,
quia ubi citatio fit authoritate iudicis, præſumitur fieri ex
cauſa, ut dixi ſuprà, in 5. concluſ. ¶ Sed adde, quòd etiã
circumſcripto iſto ſtylo non teneretur emptor dare copiam
citationis ſibi factæ & libelli ſibi dati: ſed ſufficit uendito
ri porrigere, uel legere illa, quæ ſibi oblata ſunt, niſi ip-
ſe peteret eorum copiam: quia tunc dari debet. Ita lo-
quitur tex. in d. cle. cauſam. cum gloſſ. in uerb. petita. Et
ita debet temperari finis illius clemen. quam ſic intellige.
64 ¶ Item oportet quòd † proteſtator, uel denunciator emptio
nis non ſolùm dicat litem eſſe motam, ſed quòd interpel-
let uenditorem, ut uadat ad defendendum, ſecundum Bar
tol. in d. §. morte. alleg. l. ſi parentes. & l. ſucceſſores. & l.
emptori. C. de eui. Idem Bald. in l. ſi cùm quæſt. C. de euic.
& Ioan. And. in Specul. in titul. de emp. & uen. §. fin. ad
fin. ſentit Bald. in cap. 1. de inueſt. de re alie. fac. & expreſ
ſius in ca. 1. ſi de feu. uaſall. ab aliquo fuerit interpellatus.
Idem Pau. de Caſt. conſil. 376. incip. In Chriſti, &c. effe-
ctus primi dubij. per l. qui abſentem. C. de procu. Idem
domi. Abb. poſt domi. Antonium in cap. fin. in 2. not.
per illum text. qui bene facit, infrà. de emp. & uend. &
Hoſt. in ſum. de emp. & uen. §. ad quid teneatur. uerſic.
idem ſi conuentus. & Angel. in l. ſi rem. §. quolibet tem-
pore. ff. de euic. & ſentit Angel. in l. ſi dictum. § præſen-
te. ff. eod. tit. Et ita intelligas tex. in l. ſi controuerſia. in uer
ſic ul. authori eius denuncia. C. de euic. & in l. emptor fun-
di. in uer. denunciauerit. C. de euict. Non tamen eſt opus
uti formaliter his uerbis, uidelicet ad defendendum: ſed
ſufficiunt æquipollentia, ſecundum Bald. in l. ſi parentes
C. de euic. in aliquibus lec. Pro quo facit, quod no. Ang.
in l. denunciaſſe. ff. de adul. & conſil. 175. incip. In facto
proponitur. ubi dicit ſufficere, ſi denunciatur, quòd liti
aſſiſtat: & ſentit Bald. in d. l. ſi cùm quæſtio. dum refert iu
ra diuerſis uerbis in hoc utentia. Et hæc communiter te-
nentur, ſecundum Ro. in d.§. morte. licet aliter loquatur
Bal. in l. j. de pericul. & comm. rei uen. & in d. c. 1. ſi de feu.
uaſ. ab aliquo fue. interpel. & Imol. in d. §. morte. ¶ Ex
65 his infertur, quòd † licet uenditor ſciret litem motam eſſe
emptori, tamen adhuc tenetur emptor facere dictam de-
nunciationem, ſecundum Bart. & alios in d.§. morte. quia
ubi denuntiatio fit non ſolùm ad certiorandum, ſed ad in
timandum, ut aliquid fiat, uel non fiat, debet talis denun-
ciatio fieri etiam ſcienti. Ita probatur in l. denuntiaſſe. iu-
xta prin. & ibi plenè per Barto. in terminis. ff. de adul. Idem
tenet Spec. in tit. de emp. & uen. §. ſi. ad ſi. & dom. Ant. de.
Car. & Pet. de Anch. in c. ſi. de emp. & uen. & Ange. in l. in
executione. in prin. ff. de uer. obli. & Aug. & Imo. in l. cùm
ex cauſa. eod. tit. dicentes, non oportere, quòd tunc denun
tietur lis mota, ſed ut ueniat ad defendendum. per d. l. de-
nuntiaſſe in ratione ſui. Et cum iſtis tranſit etiam Imo. in
c. cùm inter uniuerſas. de elec. & Bart. & Raph. in l. ij. §. &
ſol. ma. & Ang. in l. ſi rem. §. quolibet tempore. ff. de euic. &
Pet. de Anch. in cle. cauſam. in 15. no. de elec. & dec. Abb.
in c. ſi. de emp. & uen. & Bal. in d. c. j. ſi de feu. uaſ. fue. inter
pellatus. ¶ Eſt uerum, quòd aliqui uolunt contrarium, ui
delicet non eſſe neceſſarium denunciari ſcienti, ut Pau. de
Leaza. in d. c. ſi. de emp. & uen. & Imo. ibi latè, & in d. l. ij.
ſol. mat. & Iac. de Belui. in l. emptor. C. de euic. & eſt gloſſ.
parua in aliquibus libris in l. j. in uer. adeſſet. C. de peri. &
commo. rei uend. no. Alb. poſt multa in l. iij. C. de uict.
maximè propter regulam, eum qui certus eſt. de reg. iur. in
6. & argu. in cap. cùm ceſſante, infrà, de appell. cum ſi. Sed
præcedens opin. uidetur tenenda, tanquam communior
& tutior: nec eam mutarem propter diſtinctionem Bald.
in l. j. C. de per. & commo. rei uen. quam ſequitur ibi Sal.
ut uidelicet diſtinguatur, an uenditor ſciuerit ab alio,
quàm ab emptore, & tunc oporteat emptorem denuncia-
re: an uerò ſciuerit ab emptore, & tunc ſufficiat: quia ſi
iſta diſtinctio procederet, non uideo, quando in denun-
ciatione oporteret dicere, quòd ueniat ad defendendum:
& tamen hoc requiritur, ſecundum multos ſuprà alleg.
Nam conſiderabam, quòd Bal. fundat ſecundum membrũ
diſtinctionis in hoc, uidelicet quòd emptor non præſu-
mitur denunciare ad alium effectum, quàm ut uenditor
ueniat ad defendendum. Vnde ex iſto fundamento ſe-
quitur, quod prædixi. Et ideo cùm
iura requirant pro forma hanc denun-
ciationem, non ſufficit quem eſſe cer-
tum, niſi certioretur. Ita expreſsè no.
Dyn. in dicta regula, eum qui. & Bar-
tol. in d. l. denunciaſſe. cuius doctrinam
ad hoc propoſitum pro argumento no-
tat domi. Abb. in d. cap. fin. ¶ Et iſtis ad-
de uerba Angel. in d. conſil. 176. ubi di-
cit, quòd quando emptor denunciat,
debet denunciare congruo loco & tem-
pore, ut authori pateſe poſſit copia de-
fenſionis, [a] per l. ſi rem. §. fin. ff. de
euic. ¶ Item in hac materia notantur
aliqui caſus, in quibus dicta denun-
ciatio non eſt neceſſaria, ſed congruen-
tius pertinet ad cap. fin. de empt. &
uend. quàm ad hanc materiam, in qua
prædicta poſui: quia concernunt for-
mam certæ proteſtationis. ¶ Quinta
66 concluſio. Proteſtans † coram iudi-
ce, quòd per actum quem facit, non
intendit conſentire in eum, tanquam
iudicem, debet addere, niſi quantam

a *Defenſionis*] *Vide glo. in l. emptorem. §. j. de act. emp. & ade de Bartol. in l. aut qualiter. in prin. & ibi glo. ff. quod ui, aut clam. Sed quid ſi uenditor ſit abſens, & extra territorium, an teneatur emptor denunciare? Dic, quod non. Bartol. in l. ſi ancillam. ff. pro ſuo. niſi per eum fieret, quo minus ſibi denunciaretur, per l. ſi ideo. §. ſi. de euic. Sed tunc debet proteſtari, quod non*

de iure teneor : [b] aliàs hoc non dicendo poteſt ut contumax puniri, & fatuus eſt, qui aliter proteſtatur. Ita decidit Innoc. in capitul. Cumana. poſt princ. uer. ſed ecce, aliquis fatuus aduocatus. de elect. Et eſt additio. Et de iſta practica facit ſeſtum Imol. hic, dicens eam eſſe ſingulariter menti tenendam, quia ſæpe contingit, & ſequitur Ang. in l. non uidetur. la 2. ff. de iudi. dicens ſe eam practicaſſe contra quendam magnum aduocatum, qui ex hoc fuit ualde iratus, & ſequitur etiam Angel. con ſil. 214. incip. cauſa accuſationis productæ per Philipum. dicens eſſe caſum in capitul. ea parte. j. uer. ad intelligentiam. ibi, noluit ſtare. de uerb. ſig. quem tex. licet ipſe non dicat, allegauit Inno. ubi ſupra. Qui enim ita declinat, non uult ſtare, Sicut ergo nullatenus comparens iuriſdictionem declinat, l. ex quacunque, ff. ſi quis in ius uoc. ita. comparens & proteſtans ſimpliciter, quòd non intendit conſentire, ſecundum Ang. dicentem hoc eſſe notabile dictum. Sequitur etiam Bald. in capit. 1. de mili. uaſ. qui contu. eſt. & in l. ij. per illum tex. C. ubi quis de curia. uel cohorta. & in cap. 1. in fin. in ti. an apud iudicem, uel curiam & Ang. in authen. de eahib. reis. §. j. Imol. in d. §. morte. & in l. quidam conſulebant. ff. de re iudi. & in l. ſi ita ſcriptum. ff. de leg. j. & Ioan. And. Imol. & do. Abb. in d. c. Cumana. & dom. Abb. hic, & in cap. ſi. dado. & contu. & Ludo. Rom. in l. qui in aliena. §. fin. ff. de acqui. hære. & Bald. in authen. habita. C. ne filius pro pat. & facit, quod not. dom. Anto. in cap. ſi diligenti. uerſi. quæro, quia litera dicit. j. de foro compe. & Spec. in ti. de compe. iudi. adi. §. j. uerſi. ſed quomodo. ¶ Eſt uerum, quòd dom. Anto. in d. cap. Cumana. dicit ſe non uidere iſtam fatuitatem, quia ea quo pars litigat, non poteſt dici contumax, nec eſt curandum de proteſtatione uerbali, quia ea non obſtãte poteſt ſequi principale iudicium, ex quo ille litigat, nec intereſt aduerſarij. ex quo comparet & litigat, ſecundum eum. Sed do. Abb. ibi, ſaluando, Inn. & etiam do. Anto. dicit, quod ex quo protestatur, licet de facto ex hoc contemnit iuriſdictionem iudicis, & de iſta cõtumacia põt puniri, l. unica. ff. ſi quis ius dicen. nõ obtemp. & ſic ſaluatur Inn. ſed non reſpectu partis, quam dicta proteſtatio in nullo lædit, uec nocet proceſſui, quia eius ualiditas pendet ab officio publico, non à cõſenſu priuati, l. priuatorum. C. de iuriſdi. om. iu. Et ſic ſaluatur dictum do. Ant. & ſubdit do. Ab. quod licet iudex poſſit illum condemnare, non tenetur. Facit l. non quicquid. ff. de iudi. Poteſt etiam diſtingui aliter, ut per Domi. ibi eleganter, uidelicet quod aut iſte proteſtans dicit, quod nullo modo uult conſentire in eius iuriſdictionem, nec uult aliquam legitimã cauſam allegare, quare in eum conſentire non ualit: nec reſpondere ſuper aliquo, ſuper quo citetur. Et tunc procedat dictũ Inn. quia poſito, quod non eſſet iudex in principali, eſt tamen iudex in iſto incidenti, an ſit iudex, c. ſuper literis. j. ti. j. Vnde licet iſte compareat, nõ cõparet eo modo, quo debet: ergo debet iudicari contumax, c. Nicolao & quod ibi no. de appe. Aut ipſe proteſtatur ſimpliciter, quod nõ intẽdit cõſentire in eũ, tamẽ ipſe cõparet, & ſuſcipit dilationes per iudicẽ aſſignatas, ita quod omnino non repugnat præceptis iudicis, licet ſic proteſtetur, & tũc procedit dictũ Ant. quia cautũ eſt ſibi ſic proteſtari, ne per actus quos facit, uideatur approbare perſonã iudicis, contra quã põt recuſationẽ opponere uſq; ad lit. conteſt. iuxta c. inter monaſteriũ. de re iudic. Et aduerte : quia oportet hãc proteſtationem reiterare in alijs actibus, ſecundum Abb. hic, de quo dicetur. j. in 4. parte, in j. concluſione, quæ propè ſequitur.

67 ¶ Sexta concluſio. Ad † hoc, ut proteſtatio conſtituat quem in negligentia, ſufficit ſemel proteſtari, l. Titia. §. uſuras. ff. de legat. ij. Not. Doct. in l. mora. ff. de uſur. & eſt gloſſ. in clem. j. in uerbo, requiſiuerint. de hæreti. tenet Bart. in d. l. mora. & in d. §. uſuras. & ibi per Imol. Eſt tamen tutius ſæpius proteſtari, ſecundum gloſſ. in c. cupientes. §. quòd ſi uerbo propoſitam. de elect. in 6. Et aliquando eſt neceſſarium, putà ad hoc, ut pars conſtituat iudicem in negligentia circa cauſæ expeditionem, per tex. in l. ſi. §. illud. C. de tempo. app. & in l. properandum. §. ſin autẽ utraque. C. de iudic. Sunt etiam alij caſus, quibus oportet ſæpe proteſtari, ſeu interpellare: & colligi poſſunt ex his, quæ dicentur in c. ex literis. j. eod. Demum in hac tertia parte, utrùm ceſſante impedimento debeat reiterari proteſtatio, uide, quod dixi ſ. in j. concluſione primæ partis.

IIII PARS.

68 ¶ Circa Quartam partem, uidelicet † quis ſit effectus proteſtationis, dic, ut latè per Io. An. in dicta regula, in generali. uerſic. nunc quæritur ad quem eſt recurrendum. ¶ Sed ultra ipſum adaptari poſſunt in materia duæ concluſiones notabiles. Prima concluſio. Proteſtatio facta ſimpliciter, non operatur, niſi in illo actu, qui tunc fit, uel poſtea incontinenti, ſecundum Barto. in d. §. morte. in princ. huius materiæ. Et idem ipſe ſentit in l. item quia. §. fin. ff. de pac. & in l. qui in aliena. §. ſi. ff. de acqui. hær. & l. Titia. §. pen. ff. de uerb. obl. & do. Anton. & Imol. & Bart. hic, & Sal. in l. pacta nouiſſima. C. de pac. per l. cùm in plures. §. locator horrei. ſecundum unum intellectũ, ff. loca. & in l. per retentionem. cum gl. in uerbo, rata. C. de uſur. & facit, quod dicetur in fin. tertiæ limitationis proximè ſequentis. ¶ Et ex hoc infertur, quòd ſi proteſtor coram iudice, quòd nõ intendo conſentire in eum, tollitur hæc proteſtatio per actum ſequentem non repetita proteſtatione, ſecundum Ioan. And. do. Anto. Imol. & do. Abb. hic, & Ioan. And. in regula, exceptionem. de reg. iu. in 6. in Mercu. Vbi alios alle. & Hoſtien. in ſum. de conſti. §. quando. uerſi. ſi ſit nuda proteſtatio, ideo ibi cauti aduocati ſemper repetunt, & c. ubi dicit cautum eſſe, quòd ſemper dicatur ſalua tali proteſtatione. ¶ Ad idem, quod not. do. Ant. in c. 1. de litis conteſt. ubi dicit, quòd ſi proteſtor, quod per reſponſionem meam ad libellum non intendo litem conteſtari, hæc proteſtatio iuuat, quo ad reſponſionem, quæ ſit incontinenti: ſecus, ſi ex interuallo. Ad quod etiam uide Bal. qui iſtud limitat in l. j. uer. & pro hoc ſoluitur quæſtio. C. de Lati. lib. tol. Et ideo dicit Archi. in c. diaconi. 58. diſtinct. quòd cauti aduocati ſemper repetunt, & dicunt, Salua proteſtatione, quam feci : Dico, &c. ¶ Ad idem, quod not. Arch. in ca. diaconus.

69 57. diſtinct. ubi dicit, quòd † proteſtans, quòd non intendit litem conteſtari per actum, quem facit, ſi poſtea reſpondeat ex interuallo in illo iudicio non repetita proteſtatione, uidetur ab ea recedere : & ſequitur dn. Anton. & dom. Card. & Imol. hic. ¶ Hanc concluſionem intellige, & limita primò, ut dixi in proteſtatione ſimplici : ſecus, ſi habet uerba denotantia tempus futurum: quia extenditur etiam ad actus futuros, ſecundum Imol. hic, & in d. §. morte. & ſentit Inno. in c. Cumana. per l. ſi ita. la 2. ff. de fideiuſ. quia actus futurus non operatur ultra intentionem agentis, l. non omnis. ff. ſi cert. pe. l. obligationum ſubſtantia. §. fin. ff. de act. & oblig. Et ita poteſt intelligi tex. & quod ibi Bartol. in l. ſi tibi liberum. ff. de actio. empti. quem latè declarat Imol. in l. quoties. §. ſed ſi cùm primum. ff. de hæredi. inſti. & per eundẽ in l. j. §. penul. ff. de uer. obl. ¶ Et hinc eſt,

70 quòd ſi † dico creditori Titij, quòd nõ recipiat me in fideiuſſorem, quia proteſtor ſibi, quòd ſi me reciperet, nolebam teneri : talis proteſtatio cùm reſpiciat futurum tempus, impedit fideiuſſionem ſequentem [a], ſecundum Salic. & Paul. de Caſt. in d. l. pacta nouiſſima. & traditur per Specul. in titulo, de fideiuſſo. §. j. uerſic. quid ſi fideiuſſor prius. & per Angel. quem uide in l. mora. ff. de uſu. & Bartol. in d. §.

non ſtat per ipſũ, quin denunciet. Barto. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi. de oper. no. nun. Bal. uerò in l. ſiue eſſores. in fi. C. de euic. dicit, quod emptor debet facere, quicquid poteſt, ad denunciandum, licet nõ inueniatur uẽditor, cui denuncietur. Sed Bartol. in l. ſi donat. §. ſi purè. ff. de euic. dicit, quòd emptor uadat ad domum uenditoris, & ſi non inueniat, quærat eum, ubi eſt, & ſi uicini neſciant, ſufficit, & ideo ſcribantur dicta eorum. Quod not. Et uide per gloſſ. in d. l. aut qui aliter. §. j. & per do. Alexan. de Imol. in d. §. ſi quis ipſi.

b *Teneor*] *Adde, quod uel dicat cũ clauſula, non conſentio, niſi quatenus ſit competens, Bald. in Mag. uer ſi. contumax. uer. 5. & Angel. & Doc. in d. l. non uidetur. alleg. in tex. & per domi. Alex. in d. §. morte. ſæpius in text. alle. in ſi. de oper. noui nun.*

a *Sequentem*] *Adde idem tenentem Dy. Bart. & Dom. in l. ſi quis. in prin. de leg. iij. & Franc. Padua. & Alex. in d. l. pacta nouiſſima.*

Sed adde, quòd cõ-traria eſt uerum, quia proteſtatio præcedẽs actum, qui dependet a uoluntate utriuſque partis, nõ operatur, ſecundũ Bar. in l.qui in aliena §.Celſus. in fi. de acqui.hær. Sed limita fing. ut per Io. And. in addi. Spec. de iureiur. in rubr. & Ale. in l.non ſolum.§. morte. ſæpius alle.in tex.in addi. uidelicet, niſi fideiuſſor obliget ſe pro mortẽſe: quia etiamſi iuret, in proteſtatione obligatur.

morte. & ibi latius per Roma. tangentem, quid ſi occurrat caſus, maximè neceſſitatis, an ualeat iuramentum de non fideiubendo, de quo ibi per eum.¶ Secundò limita, niſi tẽpore proteſtationis ſimpliciis ſubſit cauſa proteſtandi, quæ etiã perſeueret tempore actus poſtea facti ex interuallo: ut ſi quis timore potentis proteſtetur ſe non conſentire, & idem timor ſubſit ex interuallo, ſecundum Bar, Angel. & alios in l. qui in aliena.§. fin. ff.de acqui. hære. per not. per Innoc. in c.1.per illum text. j. quod me. cauſa. & in c.cauſam matrimonij.j. de offic.dele. & quod not. Bar.in l. pen. poſt medium ff.de condi. ob tur. cauſam. Et ſentiunt iſti, quòd per dictam proteſtationẽ actus redditur nullus: quod eſt ſatis conſonũ, quia licet iura allegata per eos dicant ſimpliciter, quòd dicitur durare metus, & ſic uideatur, quòd debeat actus reſcindi per actionem, quod metus cauſa: tamen ex alio reſpectu dicitur actus nullus: ſcilicet, quia proteſtatio declarat conſenſum nõ adeſſe, l.at ſi quis.§. pleriſque.ff. de relig. & ſum. fu.'tum quia non uidetur a proteſtatione recedi, ſecundum do. Abb. expreſſè in c.tua nos. ad fin.j.de ſponſ. Ergo perinde habetur, ac ſi proteſtatio repeteretur. Et hoc modo remanet iſta limitatio pulchra & magni effectus: & eam intellige ſanè, quãdo proteſtatio eſt facta coram alijs: quia timebam proteſtari corã potente, ut ata l.ij. C.de his, qui per me.iud. &c. & c.1.cum materia.j. quod me.cauſa. Sed ubi cõtractus eſſet celebrandus coram alio, dato quòd potens uix me cogeret, oportet proteſtari coram illo, cum quo contractus eſſet faciendus: aliàs proteſtatio clandeſtina [b] nihil operaretur, ut per Bald.in l. clari.C.de fideic. Nec ſola proteſtatio facta coram alio facit tunc conſenſum abeſſe, quando pendet a uoluntate duorũ, ut in j. concluſione. Et iſta conſideratio eſt de mente Pauli de Caſt. in d.l. qui in aliena.§. fin. Et ſi contraheret facta proteſtatione coram alio, reſcinderetur contractus per actionem, quod met. cauſa: non autem eſſet ipſo iure nullus uirtute proteſtationis, per rationem prædictam. Et ita intelligas hanc limitationem.¶ Et pondera circa eam, quod not. do. Abb. in c. cauſam.j. ner. ex his poteſt ſolui q. j.de offic. deleg. ubi dicit, quòd ſi proteſtatio fit a muliere in abſentia uiri de nõ conſentiendo alienationi rei ſibi hypothecatæ propter metum & ſenectutem mariti, per hanc ſolam proteſtationem nõ probatur metus, ſed oportet, quòd probetur modo, de quo ibi per eum, & per Imol. ibi in fi. qui ſecus dicit eſſe in proteſtatione facta in præſentia uiri, ut ibi per eum poſt do. Card ¶ Tertiò limita, ut non procedat iſta concluſio in actibus dependentibus a ſola uoluntate proteſtantis: quia tunc proteſtatio ſimplex trahetur ad actum poſtea factum etiam ex interuallo. Ita ſentiunt Bar. & Ang. in d.l. pacta nouiſſima.in diſput.ſua, dum allegãt d.l.qui in aliena.§.fin. & l. ſi mihi & tibi.§. fin. ff.de leg.j. Et ita poteſt intelligi tex.in l. ſi quis. in principio teſtamenti. ibi, eodem teſtamento, uel codicillis.ff. de leg.iij. ubi proteſtatio facta in teſtamento trahitur ad actum in codicillis poſtea factum quandocunque fiant codicilli, ubi in codicillis ſpecialiter derogetur proteſtationi. Sed communiter tenetur, quòd imo concluſio procedat etiam in actibus dependentibus a mera uoluntate; quia in iſtis non poteſt aſſignari bona ratio diuerſitatis, nec differunt in hac materia niſi ſolum reſpectu eius, quod dictum eſt ſupra in prima parte, uidelicet quòd in dependentibus a duobus debet fieri proteſtatio coram altero, ſecus in dependentibus ab uno. Et hinc eſt, quòd Bartol. in dicto §. morte. & in dicta l. qui in aliena.§. fin. expreſſè impugnat hanc limitationem, dum loquitur de

b Clandeſtina] An, quãdo, et quo caſu proteſtatio fit clam, & non parti: & an etiam in actibus dependentibus a uoluntate duorũ iuuat, uide not.per dom. Soci. ſuo conſil. 264. incip. Capio primum conſultationis articulum. uerſ. ultimò addo.in 9. parte.

aditione hæreditatis, quæ dependet a ſola uoluntate
unius. Et tenendo hoc reſpondetur ad dicta l. ſi quis. in
princip. & ad d. l. qui in aliena. quòd ubi uerba expreſ-
sè reſpiciebant futurum, aliàs non traherentur ad actum
factum ex interuallo, ſed incontinenti tantùm. Et ita
illa iura ſignanter intelligit Bartol. in dicto §. morte. &
Cyn. in d.l. pacta.non obſtante etiam d.l. ſi ita ſcriptũ.ff. de
leg.j.quia reſpondent Imol. & Roma. in d.§. morte. quòd
ibi non fuit actus factus ex interuallo, cũ fuerit factus in
ultima uoluntate. Patet, quia tex.ibi dicit, quòd fingitur non
datum illud, quod eſt ademptum. Sed illa fictio non habet
locum, quando ademptio fit in alia ultima uoluntate, ut
ibi no.gl.¶ Et per hæc eſt tenenda concluſio, præter quam
in duabus præcedentibus limitationibus, licet Bald.in d.l.
pacta. teneat contra iſtam concluſionem indiſtinctè per
d.l.ſi ita ſcriptum. Et idem ſentit in l. item quia.§. fin.ff.
de pactis: ¶ Sed communiter tenetur concluſio per iura &
rationes in ea deductas. Ad contraria proximè reſponſum
eſt. ¶ Nec obſtant, quod notat Inocent. in capitul. ad au-
dientiam.infrà de homi.& Bald. in l.j. C. de ſeruit fugi.&
a in l.non ideo minus.C. de accuſatio. cum concor. In qui-
71 bus locis dicitur. quòd † homicidium imputatur mandan-
ti, etiamſi mandatarius ipſum compleret ex interuallo: &
ſic non præſumitur mutatio uoluntatis: quia ibi nullus
actus poſt mandatum interuenit, per quem præſumi poſſit
animum mutatum. pro ut præſupponitur hic, ubi faciens
actum non repetita proteſtatione uidetur tacitè ab ea receſ
72 ſiſſe per dicta iura. ¶ Secunda concluſio. Proteſtatio † con-
tra ſubſtantiam actus, ſeu contractus regulariter nõ ualet,
ſecundum dom. Anto. & Imol. hic, per l. cùm precario.ff.
de preca. inducendo eam, ut hic per eos. Et per illam l. in-
fert Bar.& Ang.ibi & Ang.in l.ſi cũ.§.uſusfructus, ff.de ſol.
& in l. & in perpetuum. ff. de procu. & Ludo. in l. alia. §.
eleganter. ff. ſol. ma. & in l. j. §. ſi ſtipulanti. ff. de uerbor.
obliga. & in l. ſtipulationes non diuiduntur, ff. eod. titul.
quòd ſi conſtituens procuratorem proteſtatur, quòd non
uult eum reuocare, tamen poteſt reuocare: quia hoc eſt de
natura mandati procuratorij, etiamſi iuraret, ut per gloſſ.
uulgatam in cap. fin. in uerbo. reuocatus. de procur. in
6. Cui adde omnino Imol.in repe.c.cum contingat. de iu-
reiuran. Et aliquid per Paul. de Caſt. conſilio 55. incip.
In Chriſti, &c. Venerabilis uir. Similiter dicitur in con-
ſuetudine, quòd non ualet contra ſubſtantiam actus, ut
in capitul. 2. de conſuetudi. in 6. & ibi per Ioan. Andr. &
gloſſ. mag. quæ etiam inducit d. l. cùm precario. & not.
gloſſ. j. in capitul. aqua. de conſecra. eccleſi. uel alt. & be-
ne facit text.in c.j.j. de coniug. lepro. Et ideo dicit Pet. de
Anch. conſilio 203.incip. In quæſtione ſuprà dicta. quòd
clauſula, quæ apponitur in aliqua diſpoſitione contra na-
turam actus, qui celebratur, habetur pro non appoſita. Al-
leg.l.ſi ita quis.ff de hære.in fi.& l.j.§. j. & ſequẽ. ff.ſi uſus
fruct.peta. ¶ Ad idem uide do.Abb. pulchrè in capitul. fi.
in ſecundo notabili, de condi. app. & Imol.in cap. unico,
73 de cõmo. ¶ Hæc cõcluſio.limitatur primò, ut † procedat,
quãdo actus ſtante proteſtatione nõ poteſt cõmodè trãſire
in alium contractum: ſecus, ſi poſſet trãſire in aliũ contra-
ctum, ſecundum prædictos hic, per l. ubi ita donatur. ff.
de dona. cau. mor.ubi donatio cauſa mortis iuncto pacto,
quod non poſſit reuocari, erit donatio inter uiuos, quæ ha-
bebit effectum poſt mortem donantis. Et ſic illa additio
contra naturam contractus mutat ipſum in aliam ſpeciem
contractus. Et ita etiam Bartol. latè ibi, pro quo alleg.
etiam Imol. hic dom. ſuum Franciſc. de Rampo. in repe-
tit.l.j.ff.de cõdit.cauſa data. Et idem eſt de mente Bal.in l.
ij.uer.opp.quòd non ualeat.C.de iure emph. ¶ Limita ſe-
74 cundò, ut † intelligatur in proteſtatione facta extra iudiciũ,
quia illa non ualet in caſu prædicto: ſed ſi fieret in iudicio,
operaretur hoc, quòd uitiaret contractum. quia proteſtans
repelleretur ut contrarius, ſecundum Imol. poſt dom. An-
ton. hic, per cap. ſolicitudinem. infrà de apell. quicquid
a dicat ibi glo. & idem repetit hic Imol. quem referunt Mo-
der. in d. c. ſolicitudinem. in fi.ubi uide: & declarabitur
75 ille text. in ſeq. art. ¶ Limita tertiò, niſi † proteſtatio
contra ſubſtantiam actus inducat peccatum in actu: quia
tunc proteſtatio non eſt ex toto inualida, ſed operatur hoc,
quòd uitiat ipſum actum, ne data ualiditate actus ſequa-
tur

aut illud peccatum, ut eſt in caſu c.fin.de cond.appo.& ibi habes plenè per gl.& Doct.& ita not.Imol. hic:& hoc intelligit in matrimonio carnali. Et declara, ut pertinacitiùs ponitur in d.c.fin. Sed in matrimonio ſpirituali proteſtatio cõtra ſubſtantiam ipſius ex toto eſt inutilis. Et hinc eſt, quòd ſi in profeſſione proteſtetur quis uelle retinere bona propria: talis proteſtatio etiã acceptata per eos, quibus fit, non ualet, nec uitiat profeſſionem, ſecundum Imol. hic dicentem, hanc eſſe communem * opinionem. pro qua alle.gl.in authent.ingreſſi.C.de ſac.ſanct.eccleſ.& in c.ſolet.12.q.2. & Ioan. And.in c.fin.de condi.appo.Et ibi aſſignat rationẽ differentiæ, quia in matrimonio carnali obligatio quæritur ei, cui fit proteſtatio: meritò eius acceptio uitiat actũ. Sed in profeſſione obligatio quæritur Deo, cuius obligationem non poteſt impedire conſenſus recipientis profeſſionem. Et ampliat hoc Imol. ſiue in actu profeſſionis emanat tale pactum, ſiue ſequatur, quicquid dixerit gloſſ.in l. per ſeruum.ff. de uſu & habi.ſecundum eum alleg.Franciſ. de Rampo. in loco proximè alleg.& do.Ant. hic. Et in hoc articulo nihil addo extenſè: tum, quia exigeret diſcuſſum nimis longũ: tum, quia abundè examinatur per Ludo.Roma.in l.1.§.ſi ſtipulanti.ff.de uerbor.oblig. & ibi inuenies relatas opiniones. Et ultra allegata per eum tetigit etiã do. Card.in cle.eos.in 6.q.de regula. & ibi per Imol.& per eundem poſt Bald.in l.cætera.§. item quæri poteſt. ff. de leg.1. per Lap.allegatione 29.incip. primò quæritur.per Archidi. in c.non dicatis.in princip. 12.q.1. & pleniùs in d.c.ſolet. per Bald.in l.1.ante fin. C. de Lati.liber.tollen. per Pet. de Anch.in regula,nemo poteſt.de regul.iur.in 6.& Bald.in l. ſi ita quis. de hære.inſtit.per Imol.in d.l. ubi ita donatur. & aliquid per Angel. conſilio 268. incip. Primus punctus. per Paul.de Caſt. pulchrè conſil.305. incip.In Chriſti, &c. uiſa quadam conuerſione, ſeu dedicatione. Latiſſimè per Bald.in d. authent.ingreſſi. & ſequent. & ibi latè Sali. per domi. Abbatem & Moder. in d. cap. fina.de condi.app. & Bal.in l.ſi Titius.ff.de condi.inſtitu.per domi. Abba. in c. penult.in fin.infra de uoto. per do.Anton. in ſuo Repertorio Iuris ciuilis, in uerbo, monachus. ¶ Reliqua, quo ad iſtam concluſionem, proſequere, ut hic per domi.Anton.

76 Imol. quibus nihil adderem. Et ponunt † de proteſtatione contra ſubſtantiam rei in diſpoſitione deductæ, uel contra accidentalia, ſine quibus res eſſet inutilis, uel contra naturalia ipſius contractus, uel contra ſequentia ipſius contractus: dic, ut per eos: & aliquid per do.Abba. conſilio 71. incip. Omnipotentis, &c. in negotio Guidonis Paul. Et ibi inuenies exemplum notabile, quæ dicantur contra ſubſtantialia, & quæ contra accidentalia contractus: quæ uerba notabis ad intellectum gloſſ. in d. c. non putamus. & faciunt optimè, quæ ſcribit Bald.in leg.j.in j.not.C. commo. Vide etiam Bald. in c.j.§.nulla.per quos fiat inueſtit. ubi ponit, quando ualeat pactum contra diffinitionem contractus: & uide eum in l.etiam.C.ad Velle.

V PARS.

¶ Circa Quintam & ultimam partem, quomodo finiatur proteſtatio, quæ propriè attinet ad materiam huius decretalis: non diſcedas ab ordine domi. Ant. & Domi. hic, qui meliùs cæteris & clarè loquuntur: & pleniſſimè etiam ponit Domi. in ca.j. 27. diſtinct. ubi etiam reaſſumit dicta do.Anto.hic multùm latè & ordinatè: & aliquid etiam per Imol.poſt do.Anto. in le.ſi tam anguſti.ff.de ſerui.& Bald. in d.l.pacta nouiſſima. Tamẽ ne deſint aliqua dicta aliorũ, & ut aliqua principaliora referantur, colligi poteſt una regula cum ſex breuibus fallentijs. ¶ Eſt enim regulare,

77 quòd † proteſtatio tollitur per factum contrariũ proteſtationi.[a] Et ita pro regula uidentur communiter * præſupponere Docto.hic,& in d.leg.pacta. & gloſſ.j.& ibi do.Anto.in c. olim.j. de cenſi. Vnde dixit Bald. in l. Neſennius.ff.de neg.geſt. quòd proteſtatio nihil operatur, ſi ab ea receditur per factum contrarium: quia facta derogant uerbis. Alle.illum text. & d.§.locator horrei. ¶ Et habet locum iſta regula, etiam ſi proteſtatio ſit contraria conſecutiuis facti, ut eſt propriè caſus hic, ubi non ualet proteſtatio, quòd receptus in canonicum nihil percipiat de canonia: quia perceptio talium iurium eſt quid conſecutiuum ad receptionem, ne ſit inane nomen canonici, c. relatum.j. de præben. Et ita notant hoc do. Anton. & do.Ab.& Domi.hic, & eſt ſimilis text. in cap. diaconi.28. diſtin. ubi proteſtatio non impedit id, quòd uenit conſecutiue ad ſacrum ordinem, uidelicet continentiam. Sed hoc intellige ſane, quãdo illud conſecutiuũ oritur ex diſpoſitione iuris cõmunis, cui nequit proteſtans derogare, prout in dictis caſibus: ſecus, ſi factum dependet à mera uoluntate proteſtantis, quia tunc proteſtatio uitiabit illud conſecutiuum. Et ita declarat do. Abb. latè in cap. Cumana.uer. tertiò contra prædicta.de elect. motus per illum text. ubi habes exemplum. Et ad hanc declarationem uide Dominic. in c.j.28.diſtinct. uer.4.principali. ¶ Recipit autem iſta regula fallentias & declarationes, quæ colligi poſſunt ex longa diſtinctione Doct.ubi ſ. Sed principaliter fallit primò, quando actus contrarius proteſtationi pendet ſolùm à uoluntate proteſtantis, ſecundum prædictos dantes tria exempla: Vnum per cap. hæc eſt fides.24.q.j. Aliud per l.ſi quis in principio teſtamenti.ff.de leg.3. Aliud per l. ſeruum. ff. de uſu & habi. Ad idem le.qui in aliena.§.fin.ff. de acqui.hære.& gloſſ.& Bald.in l.ut debitum. C. de hære. actio. Sed ubi non pendet à facto proteſtantis, procedit regula per c.j. quod me. cauſa. ubi ſi non fuiſſet iuſta cauſa, ſcilicet metus, proteſtatio facta per mulierem non ualebat, quia actus celebrabatur cum Deo & eius miniſtris. ¶ Ad idem bonus text.& ibi Bart.in l.pro hærede.§.Papinianus. ff. de acquir. hæredi. Et pro iſtis facit, quia ſicut conditio mente retenta nõ prodeſt, ex quo purè contrahit quis cum aliquo, l.ſi repetendi. C. de condi. ob cauſam. ita & proteſtatio facta parte ignorante non debet prodeſſe, ex quo poſtea gerit actum purè cũ parte. ¶ Ex quo infert Bar.d.§. morte. non ualere proteſtationem, in qua quis dicit ſe non intendere fideiubere, ſi poſtea ea non repetita ſimpliciter contrahit. Si tamen pendet etiam à facultate alterius, & ille conſentiat, ualet proteſtatio. d. c. Cumana. & colligitur ex notatis per gloſſ. in d.l.pacta nouiſſima. ¶ Ad hanc fallentiã poteſt etiam reduci, quod not. Ioan. And.in c. ſi delegatus. de offic.dele.in 6. & ſequitur ibi Dominic. dicentes, quòd ſi delegatus committens uices ſuas, donec eas reuocauerit, proteſtetur, quòd per proceſſum, quem poſtea fecerat, non intendit reuocare, ualet proteſtatio, & cenſetur durare, neu per actum ſequentem tolli. Et allegant bona iura: & pondera, ut dixi, quòd pendeat à facultate, nam ubi hoc nõ eſſet, nihil operaretur conſenſus partis, ut ſcribit hic domi. Anto. inducendo d. c. j. quod me. cau. ubi conſenſus illorum epiſcoporum non multùm ponderatur, ſed magis metus, quia conſentire illi ſimulationi dependebat à Deo, cum quo con

78 trahebatur obligatio. ¶ Sciat † tamen unum caſum, in quo euaneſcit proteſtatio facta de conſenſu utriuſque, uidelicet quòd quãdo quis proteſtatur, quòd per actum, quem facit, non intendit contrahere matrimonium, quia talis proteſtatio facta ex iuſta cauſa, uel conſenſu alterius, impedit matrimonium, ut in locis ſtatim allegandis, tamen fallit, niſi poſt contracta ſponſalia ſequatur copula, quia tunc indiſtinctè recedi uidetur à proteſtatione. No. do.Anton.& do. Abba.poſt alios in c.tua nos.j.de ſponſ.& do. Anton. in c. ueniens.2.eodem titu.& do.Abba. in c. per tuas. ad fin.de cond.appo.per c.conſultationi. de ſponſ.& per not.in le.2. C.quod metus cauſa. Et ne per proteſtationem inducatur turpitudo proteſtantis, & peccatum, & ideo ſponſalia tranſibunt in matrimonium, iuxta c.is, qui fidem, j.de ſponſal. ſalue, niſi ante copulam renunciarent ſponſalibus de futuro, quia tunc copula nihil operaretur, quo ad matrimoniũ, ſecundum Abba.in d.cap.per tuas. Quæ not. quia quotidia

79 accidunt. ¶ Fallit † ſecundò in iudicialibus, in quibus ualet proteſtatio contraria facto, ſaltem quo ad hoc, uidelicet quia iuuat proteſtantem, quouſque reijciatur per iudicem, & non audiatur, ut eſt text. no. ſecundum intellectum Ioã. And.in c. ſolicitudinem.j. de appell.& not.Imol. hic concludens, quòd licet iſti poſſit denegari audientia in futurũ, tanquam ſibi contrario, d.c.ſolicitudinem. tamen ſatis eſt,

quod

[a] *Proteſtationi] Adde Alexan. in d.§.morte. ſæpius in textu. alleg. in loc. & in add. & gl. in l.tam anguſta. de ſer. et glo. in cle.j. de procu. Vide tamen Car. ibi in 7.q.qui dicit, quòd imo, ſi proteſtatio habet ſua ſubſtantialia, rumpit factum, c. ſi. de condi. appo. & tenet Car. hic.*

quòd ſi audiatur, ualet proteſtatio. Pro hoc facit: quia text. ibi dicit, non eſt audiendus. Vnde non inducit nullitatem in futurū, niſi opponatur exceptio, & repellatur proteſtās, ſecundum Innocent. & Doct. in c. quia fruſtra. j. de uſufr. per Bartol. in l. abſentem. ff. de pœnis. per Bald. in l. non dubium. in fi. ff. de legi. cum ſi. ¶ Et intellige hoc, ubi proteſtatio fit ſuper dependētibus à facultate proteſtantis: ſecus, ſi non eſſet in facultate ſua. Et ita intellige gloſſ. in cle. gratiæ de reſcript. Et ita declarant etiam Mod. in d. c. ſolicitudinem. licet aliter loquantur ibi do. Anto. & domi. Abba. & Imol. & Hoſtien. in ſumma huius tituli. §. quando. uerſiculo, quid ſi proteſtatio. Et pro iſta fallentia facit dictum Inn. in c. Cumana. de elect. cum concor. quas ſ. dedi. ubi poteſt quis proteſtari, quòd non intendit in iudicem conſentire, & tamen iſta proteſtatio eſt contraria facto, per quod ſi non eſſet proteſtatio, obligaretur per le. ſed & ſi ſuſceperit. ff. de iudic. Et iſta etiam ſic declarat Imol. in d. §. morte. ¶ Fallit tertiò, quando factum contrarium proteſtationi non procedit à libera uoluntate proteſtantis, ſed cōtra uoluntatem ſuam: quia non uitiatur tunc proteſtatio, ſecundum Ioan. And. poſt Hoſtien. in c. Cumana. de elect. & ita intelligunt illum text. Tamen in hoc imitanda eſt potiùs authoritas eorum, quàm fundamentum: quia in illo tex. non erat proteſtatio contraria facto, ſed contra conſecutiua facti, quæ pendebant à poteſtate proteſtantis, ut ibi per do. Ab. quem ſ. allegaui. ¶ Fallit quartò in foro conſcientiæ, in quo ſtatur proteſtationi declaratoriæ uoluntatis, licet fuerit factum aliud in contrarium, ut colligitur ex dictis do. Anto. & do. Abb. in c. tua. j. de ſponſa. ubi dicunt per illum text. quod ſi proteſtans, qui non intendit contrahere matrimonium per aliquem actum, poſtea contrahat, non obligatur, quo ad Deum, ſi dicit ſe non habuiſſe animum recedendi à proteſtatione, niſi ſecuta eſſet copula, ſecundum eos, & dictum eſt ſ. ¶ In foro autem contentioſo per contractum matrimonij ſimpliciter factum recedi uidetur à proteſtatione. Et pro hac differentia inter forum conſcientiæ & contentioſum faciunt, quæ dixi in c. j. in 6. fallentia, ſ. eodem oſtendendo, quòd in foro conſcientiæ attendatur ſola ueritas, & ſtatur dicto eius, qui atteſtatur de qualitatibus occultis animi ſui. ¶ Fallit quintò, ubi proteſtatio interpretatiua actus futuri fit ex cauſa iuſta, quæ cōcurrit etiam tempore ipſius actus: quia tunc etiamſi actus contrarius fiat ex interuallo, ualet proteſtatio. Ita probatur ex eo, quod notant domi. Ant. & do. Abb. in d. c. tua nos. ubi dicunt, quòd ſi timens metum ſibi inferri, & ſe in actu non uſurum proteſtari, proteſtetur, quòd per uerba aliqua non intendat contrahere matrimonium cum Berta, ſed quòd per metum faciet, talis proteſtatio uitiat contractum matrimonij poſtea ſimpliciter factum etiam ex interuallo, etiamſi pars non conſenſerit proteſtationi, uel eam ignorauerit, niſi ſecundum eos ſequatur copula non habens uim præciſam. ¶ Et pro hac fallentia facit optimè c. j. quod me. cauſa. & c. Lotharius. 31. q. 2. per quæ iura idem tenet domi. Abba. hic & Domi. clarè in c. j. uerſi. hic uerò. 27. diſtin. Et adduci poteſt, quod not. in ſimili gloſſ. ordinaria in c. licet. in gloſſ. fi. de iureiurand. in 6. dicens, quòd iuramentum primo interpoſitum in caſu licito derogat ſecundo: circa quam uide plenè Imol. in c. cùm contingat. de iureiuran. in repet. & Barto. & alios in l. ſi prædium. C. de iure do. & Bart. in d. l. ſi quis pro eod. in tertio membro, ff. de fideicom. & l. is, cui bonis. in fin. ff. de uerbor. oblig. & per Specul. in titul. de empt. & uendi. §. 2. in uerſiculo. quid ergo. cum uerſiculo ſeq. & Imol. in le. ſi æſtimatis. ff. ſolut. matrim. & le. cùm uir. ff. de uſucap. & per Bald. in l. duobus. §. idem Pomponius. ff. de iureiuran. & in c. ueniens. in fin. de iureiuran. ubi ponit de filia tradenda nuptui, quæ primo iurat non alienare, deinde in præſentia patris alienat cum iuramento. ¶ Fallit ſexto & ultimo, ubi factum contrarium proteſtationi non eſt factum certum & determinatum contra proteſtationem: ſed eſt dubium & nō ita patens ad tollendam proteſtationem præcedentem. Ita limitat dom. Anto. in d. c. tua nos. ad finem, de ſponſa. ita dicens tenere Ioan. Andr. ibi, & ad hoc facere, quod no. Innocent. in c. j. quod me. cauſa. & adduci poteſt, quod not. Paul. de Caſt. conſilio 203. incip. Super primo dubio. in uer. nam actus & uoluntas, &c. ¶ Ad idem uide Angel. in lege. metum. la grande, in princip. ff. quod me. cauſ. ubi dicit, quòd actus, qui præſumptiuè & non uerè uenit contra proteſtationem, non tollit proteſtationem. ¶ Ad idem, quod not. hic domi. Abba. poſt alios, dum dicit, quòd ubi proteſtatio uenit ad dandum certum intellectum facto multipliciter intelligibili, non tollitur per factum ſequens, licet prima fronte uideatur contrarium: ſed debet intelligi ſecundū proteſtationem præcedentem: & intelligit, quando proteſtatio fit in præſentia illius, cuius intereſſe uertitur, ut hic per eum, quem hic declara ex eo, quod ipſe ſubdit paulo j. uidelicet ubi ex iuſta cauſa non auderet proteſtari: & dictū eſt ſ. in primo articul. principali. ¶ Et iſta ſufficiant per modum additionum ad totam hanc profundiſſimam materiā, de qua ad ſaturitatem exorditur hic domi. Anto. & Domi. eum abbreuians, & latè per Domi. in d. cap. j. 27. diſtinct. & Doct. in locis ſ. alle. Et ad materiam etiam conuenit, quod tetigi in c. cùm acceſſiſſent. ſ. eodem. in 5. limitat. ad illum articulum, quando per actum contrarium renuncietur priuilegio. Item conuenit, quod dixi in c. quæ in eccleſiarum. ſupra. eodem. ad fi. in 5. declaratione illius articuli, quando uaſallus tenetur per proteſtationem factam in alienatione feudi, dicendo Saluo iure domini, &c.

¶Vltimo circa ea, quæ dixi ſupra. ſuper glo. in uerbo, ultra numerum. adde do. Card. conſilio cia. incip. Vacanti-
80 bus canonicatu & præbenda. ubi conſuluit. quòd ſi † aliquis ſe intruſit ut canonicum ſupra numerum taxatum, & canonici eum tolerant diu, etiam permittendo eum participare de emolumentis, per hoc non eſt fractus numerus, nec acquiritur ius canonicale. Et ibi etiam ponit, qualiter frangatur numerus, & eius deciſio ſeruiet ad multa: mouetur, quia nihil poteſt dici factum à capitulo, niſi quod capitulariter cōcludit, ut per gloſſ. in c. in genesi. in uerbo, conſenſus. de elect. cū concor. quas dixi in c. cùm omnes. ſ. eod. ¶ Item quia ad fracturam numeri requiruntur actus poſitiui, c. dilecto. in uerbo, creando. de præb. & hic in uerbo, receperunt. ergo tolerantia non ſufficit: quia non habetur loco tituli etiam in perſona, quæ poteſt tacitè diſpenſare, cle. ſi ſumus. de ſenten. excomm. facit c. cùm iam dudum. de præben. Nec obſt. quòd fuit ei reſponſum de redditibus e quia iſte actus, licet ſit poſitiuus, tamē eſt actus executiuus & acceſſorius ad principale, cùm habenti præbendam debeantur fructus, c. relatū. j. de præben. & ex actu acceſſorio non confertur principale, licet econtrà, c. ſi confirmationē. de electio. in 6. & regula, acceſſorium. de reg. iur. eod. lib. ¶ Item iſti actus facerent fidem in poſſeſſorio, non in petitorio, d. c. dilecto. quod optimè probatur, ſecundū eum ibi. iuncta gloſſ. in uerbo, per hæc, quæ dicit, quod tractare aliquem pro canonico non facit eum canonicum: quia requiritur canonica electio. Hæc tamen faciunt præſumptionem ſecundum Archi. in c. contra morem. c. diſtin. Sed præſumptio illa tollitur ex probatione contraria nullitatis tituli, de qua ibi per eum: quod conſilium tene menti ad hæc & alia ſimilia. Et optimè confirmari poteſt ex dicto Archid. & Domi. in c. de eo. l. diſtinct. ubi dicunt, quòd ſi canonici tacuerūt, quando epiſcopus in eorum damnum contulit canonicatum, poſſunt mortuo epiſcopo agere contra illum, ut remoueatur, etiamſi diu tacuerunt, quando uiuente epiſcopo non fuiſſent auſi contradicere: & facit c. j. j. quod me. cau. ¶ Adde etiam pro iſto conſilio notabile dictum Innocent. in c. olim. 3. in fin. j. de reſtitut. ſpo. & ſequuntur do. Anton. Imol. & domi. in c. gratū. j. de offic. deleg. ubi dicit, quòd per actum cōſiſtentem in pati, non renunciaretur appellationi, quia actus tales non arguunt conſenſum, ſicut actus cōſiſtent in agere, ut eſt glo. ſupra. c. proximo, in uer. contrauenerunt. ibi, dicit Io. per quam dicunt etiam do. Ant. & Domi. in c. ueniens. j. de fi. presby. quòd actus ſuperioris conſiſtens in pati, nunquam inducit diſpenſationem, allegando Innoc. in d. c. olim.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione religioſorum an ueniant fratres tertij ordinis ſancti Franciſci.*
2 *Et qui ueniant appellatione religioſorum.*
3 *Approbare ſtatuta laicorum reſpectu eccleſiarum & eccleſiaſticarum perſonarum, ſpectat ad Papam tantum.*
4 *In generali confirmatione ſtatutorum, quam facit Papa, non intelligitur*

ligitur confirmare, quæ ſunt contra libertatem eccleſiarum.

5 Papa an poſſit ſe ſubijcere iuriſdictioni imperatoriæ.

6 Papa an poſſit facere, ut iudex laicus iudicet clericos. Vſque ibi, in gloſſ. 2.

7 Bona clericorum patrimonialia an gaudeant priuilegio cum bonis eccleſiæ.

8 Statutum laicorum non poteſt diſponere ſuper bonis patrimonialibus clericorum.

9 Bona patrimonialia clericorum an præſcribantur, ſicut bona laicorum.

10 Clericus ubi eſt ordinatus ad titulum patrimonij ſui, tunc etiam in caſibus a iure expreſſis bona ipſa patrimonialia gaudent priuilegio clericorum.

11 Caſus, in quo clericus maiorem habet prærogatiuam in bonis patrimonialibus, quam in bonis eccleſiæ.

12 Iudex ſi pronunciat non uiſis actis, uel ſine cauſæ cognitione, an ſententia teneat. Et hæc diſputatio longa eſt.

13 Executor mixtus qualiter debet procedere.

14 Iudex ſi non potuit inſtrui ex breuitate temporis, an ſententia ſit nulla.

15 Decretum interpoſitum à iudice ſine cauſæ cognitione, eſt ipſo iure nullum.

16 Arbitrator ſi laudauit ex abrupto, arbitramentum eſt nullum.

17 Sententia lata ſine cauſæ cognitione eſt ipſo iure nulla. Et concludit poſt longam diſputationem.

18 Quam concluſionem limitat ſex modis, quos uide num. hoc, & nu. 19. 20. 21. 22. 23

24 Sententia lata nullis factis probationibus, an teneat.

25 Miſſio in poſſeſſionem inordinatè & ſine cauſæ cognitione, non facit fructus ſuos.

26 Epiſcopus non poteſt ſtatuere, quod liceat pronunciare ſine cauſæ cognitione.

27 Diſpenſatio facta ab inferiori à Papa ſine cauſæ cognitione, non ualet.

28 Interlocutoria lata ſine cauſæ cognitione, eſt ipſo iure nulla, ſicut dicitur de ſententia diffinitiua.

29 Omiſſio ordinis iudiciarij in cauſis ordinarijs ſicut reddit proceſſũ nullum, ita omiſſio ordinis qualiſqualis in extraordinarijs.

30 Iudex ſi aliquem ſpoliauit ſine cauſæ cognitione, ante omnia eſt reſtituendus.

31 Reſcriptum uetans cauſæ cognitionem, eſt ſuſpectum de falſo.

32 Iudicium inchoatũ ſuper rebus, quæ breuiſſimo tempore corruptionem patiuntur, eius tractatus non debet eſſe longus. num. 33.

34 Commiſſio facta à iudice ſine cauſæ cognitione, non tranſit in ſucceſſorem.

35 Ordo iuris non ſeruatur in curia regis Francorum.

36 Statuta laicorum quando comprehendant clericos, uel eccleſias.

37 Leges imperatorum an comprehendant clericos.

38 Papa quando fundet deciſiones ſuas ſuper legibus imperatorum. Vbi enumerat multa iura Papæ & Imperatorum, quæ operæ pretium eſt uidere.

39 Leges dicuntur iuſtæ tribus modis.

40 Leges ciuiles an ligent in foro conſcientiæ.

41 Lex ciuilis ſi concernat peccatum non eſt ſeruanda in foro Canonico, nec in foro Ciuili.

42 Interficiens adulterum in caſu à lege permiſſo, an ſit tutus in foro ſeculari in terris imperij.

Non licet adulterum occidere ex interuallo. Ibidem.

43 Lex ciuilis ſi deuiat à iure Canonico, eſt ſeruanda in foro ciuili, & canon in foro canonico.

44 Canones præualent legibus in terris ſubiectis temporaliter Romanæ eccleſiæ. Ex quo reſultant quatuor effectus, quos uide, nume. 45. 46. 47. 48.

49 Canon habet locum in terris imperij, ubi caſus non eſt deciſus per ius ciuile.

50 Inferiores à principe non poſſunt facere generalem interpretationem legum, ſed ſpecialem ſic.

51 Leges ſi contrariantur canonibus in materia miſerabilium perſonarum, præualent canones etiam in foro ciuili.

52 Lex ciuilis ubi non reprobatur a canone, ſi tamen ſouet lucrum proximo odioſum, uel rigorem quendam, non eſt ſeruanda in foro contentioſo Canonico.

53 Lex ciuilis & canonica ubi contrariantur in materia non concernente peccatum, illa præualet, quæ benignior eſt ad inducendum euitationem pœnæ.

54 Lex ciuilis & canon ſi diſcordant in materia feudorum, cui potius ſtandum ſit.

55 Lex, uel ſtatutum ſemper ſeruatur, uel conſuetudo illius loci, ubi cauſa agitatur.

56 Pœna legis impoſita contrahenti matrimonium, non odio contractus, ſed fauore filiorum, ualet.

57 Pœnæ legales impoſitæ contrahentibus ſecundas nuptias infra annum luctus non ſunt correctæ de iure canonico, ubi ex contractu earum reſultat turbatio & incertitudo prolis.

58 Lex ciuilis ualet diſponens circa accidentia temporalia ad actum ſpiritualem, putà ſuper dote.

59 Statutum puniens contrahentem matrimonium turpiter, ualet, putà ſine conſenſu patris.

60 Lex ciuilis non ualet in materia ſpectante ad eccleſiam, dato quòd de illa principaliter non diſponat, ſed procedat tollendo lucrũ, quod aliàs dederat.

61 Lex, quæ prohibens mulierem raptam nubere raptori, an ſit ſeruanda de iure canonico.

62 Leges prohibentes matrimonium inter certas perſonas non prohibitas de iure canonico, putà inter tutorem & pupillam, non habent hodie locum.

63 Statutum imponens pœnam amiſſionis dotis mulieri nubenti uiro indigno ſine conſenſu patris, an hodie habeat locum.

64 Lex ciuilis non ualet diſponens præſumptiuè in materia ſpirituali, ſtante lege canonica in contrarium.

65 Lex ciuilis diſponens in materia ſpirituali, non ualet etiamſi non reperiatur lex canonica in contrarium.

66 Statutum irritans contractum iuratum, quando ualeat, uel non. Hæc eſt longa altercatio, tamen multoties occurrit, & maximè in partibus Italiæ, ubi multa ſtatuta conferunt.

67 Clericus hæres non implens uoluntatem defuncti, priuatur hæreditate ſicut laicus.

68 Lex ciuilis quando reſpectu certæ cauſæ attribuit alicui iuriſdictionem uniuerſaliter, talis lex comprehendit etiam clericos actiuè & paſſiuè, in quibus uiget illa qualitas, ſuper qua fundatur illa iuriſdictio.

69 Statuta, quæ dicantur contra libertatem eccleſiaſticam, uel non.

70 Statutum ſi ponit extra protectionem communis omnem declinantem forum poteſtatis, an ſit contra libertatem eccleſiaſticam.

71 Cautelas quando clericus non incurrit pœnas ſtatuti, uide num. 72. 73. 74. 75.

76 Statuta laicorum an ualeant diſponentia, quòd prædia peruenientia ad eccleſiam, ſubijciantur oneribus à populo imponendis.

77 Teſtator legando fundum eccleſiæ poteſt diſponere, quòd pro dicto fundo teneatur ſoluere pro communi onera & collectas.

78 Statutum ſi diſponit, quòd mulier excludatur extantibus maſculis, an mulier monacha excludatur.

79 Statutum non loquens ſpecialiter de ingredientibus, uel ingreſſis monaſteria, ſed generaliter, quòd nulla mulier ſuccedat extantibus maſculis, comprehendit etiam monachas.

80 Statutum ſi diſponit, quòd maſculi excludant fœminas, an clericus gaudebit priuilegio huius ſtatuti contra fœminas? & concludit, quòd ſic.

81 Statuta laicorum non diſponentia de eccleſiis, uel clericis, nec in materia tangente priuilegia, uel iura ſua, ſed ſimpliciter aliquid honeſtè diſponunt, an debeant ualere, quo ad clericos.

82 Statutum ſi irritet donationem non inſinuatam, quando excedit certam ſummam, ſi fiat talis donatio clerico non facta inſinuatione, non tenebit.

83 Teſtamentum laici, in quo clericus inſtituitur, non ſeruatis ſolennitatibus legis, uel ſtatuti ſecularis, non ualet.

84 Statutum ſi dicit, quòd res dotalis non poſſit alienari, ſi clericus emat, non ualet alienatio.

85 Item ponit hic quatuor notabilia, quando eccleſia ligatur ſtatutis laicorum, uel non: quæ uideantur num. 86. 87. 88.

89 Statutum prohibens alienationem fieri in non ſubditum, an comprehendat clericos. Vide limitationes. num. 90. 91. 92. 93.

94 Statutum ſi diſponit, quòd de quolibet relicto ad pias cauſas ſoluantur duo ſolidi certæ fabricæ, an comprehendat eccleſias? & concludit, quòd non.

95 Statutum laicorum non præiudicat eccleſiæ, etiamſi eodem momento prodeſt alteri eccleſiæ.

96 Statutum laicorum, quòd nulla perſona apprehendat poſſeſſionem ſine licentia dominorum populi, an comprehendat clericos? & concludit, quòd non, ſequendo opinionem do. Abbatis.

97 Statutum laicorum reuocans aliud ſtatutum ſuum, quod eſt merè priuilegiatiuum eccleſiarum, puta quod debeatur omni anno

certa

certa eleemoſynam alicui pio loco, an valeat. Imperator an poſſit priuilegium tollere, quod ſemel conceſſit eccleſiæ. Poſt num. 97. verſic. pro prima.

98. *Si clerici, vel eccleſia, commiſerint ingratitudinem contra latorem legis priuilegiatiuæ, quid iuris?*

99. *Statutum laicorum imponens pœnam conſanguineis propter inobedientiam clericorum, an valeat.*

100 *Laici quare per præſcriptionem nocent. eccleſijs acquirendo eorum bona, & non per conſuetudinem, vel conſtitutionem.*

101 *Conſuetudo, quæ præfert primogenitum in hæreditate, an noceat clerico ſecundo genito.*

102 *Statutum laicorũ editũ contra concubinas clericorum, an valeat.*

103 *Clerici coniugati an ligentur ſtatuto laicorum.*

104 *Exempla ſex ponit deſcripta in iure, quando ſub verbis generalibus non includuntur eccleſiæ, vel eccleſiaſticæ perſonæ.*

105 *Clericus negotiator non eſt immunis à gabella in concernentibus negociationem.*

106 *Clerici ſunt immunes à gabellis, quas ſoluunt itinerantes in paſſibus pro rebus, quas deferunt. Excipit tres caſus, quos vide ibidem.*

107 *Epiſcopus qualiter debet prouidere, ne clerici grauentur ſtatutis laicorum. Et ponit tria remedia, vt num. 108. 109.*

110 *Dicta de clericis, intelliguntur etiam de clerico conſtituto in minoribus ordinibus.*

CAPITVLVM X.

ECCLESIA ſanctæ Mariæ. ¶ Statutum generale laicorũ ad eccleſias, vel eccleſiaſticas perſonas, vel earum bona in earum præiudicium non extenditur, nec etiam ſpeciale, etiãſi eorum commodum & fauorem concernat. H. D. Diuide, vt per doct. Et imitabor domi. Abb. referendo eum tam in lec. quàm in repe. ſolùm ubi additione opus eſt faciendo ex dictionibus aliam repetitionem vltra ſuam. ¶ Not. primò, quòd laicorum quidam ſunt religioſi, & quidam non: & ſcias, quòd verbum Religioſi capitur largiſſimè, largè & ſtrictè, per do. Abb. Et adde plenius Io. An. in rub. j. de reg. & ibi per do. Ant. & do. Abb. qui
1 inferunt notabiliter, quòd † in diſpoſitione odioſa appellatione religioſorum non veniunt illi, qui non profitentur tria ſubſtantialia: & ideo non veniunt fratres, vel ſorores tertij ordinis ſancti Franciſci, vel Ieſuati, vel aliæ mulieres mantellatæ: ſecus in diſpoſitione fauorabili, ſecundum eum. De quo & per do. Ab. in c. dilecto. de maio. & obe. & in c. cauſam. j. de iudic. & de materia vide do. Card. conſilio 139. incip. In aliquibus locis. & ibi ſignanter voluit, quòd iura, quæ prohibent nouas religiones creare inconſulto Papa, c. fin. j. de rel. domi. & c. j. eod. titu. in 6. non intelliguntur de illis, qui inducunt nouum modum viuendi religioſè non facta profeſſione: quia illi non inducunt nouam religionem, ex quo illa non eſt propriè religio, per prædicta. Quod dictum confundit ea, quæ dixit Abbas in c. 2. in ver. & ex his concludo, quid dicendum. de foro compe. dum dicit, quòd viuẽtes in vnum vt religioſi, & nõ transferentes ſe ad regulas approbatas, ſunt in peccato mortali: quia hoc non videtur procedere, vbi non concurrunt requiſita in religione propria, prout eſt profeſſio, per prædictũ. Quod bene not. Et pro iſta deciſ. do. Card. facit, quod not. domi. Abba. cõſilio 55. incip. In q. quæ vertitur inter fratres ſancti Fran. maximè ver. & primò. vbi iura, quæ videntur multùm ſtringere, dum loquitur de Ieſuatis, & tenet eorum vitam eſſe approbatam, non vt religioſorum propriè, ſed vt laudabiliter viuentium ſine profeſſione, & vide in hac materia do. Abb. conſil. 105. incip. Christi, de cuius ordine, &c. pro euidentia. vbi multa ponit, maximè vbi dicit, quòd Fratres de la Scala, & fratres tertij ordinis, & ſimiles habentes modũ viuendi approbatum, dicuntur perſonæ Deo deuotæ, ſed a non propriè religioſi a. ¶ Adde etiam Domi. in c. vt officium. §. verùm. de hær. 2 in 6. vbi ex dictis Arch. infert, quòd † in ſtatutis & alijs diſpoſitionibus, quæ ſtrictè interpretãtur, appellatio Religioſorũ intelligitur de illis, qui ſuſceperunt habitum in religione. Quod dictum limita, niſi ſtatutum ſic intellectum redderetur ſuperfluũ, & nihil adderet iuri communi, ſecundum Pet. de Anch. in d. Rubr. de regula. vbi dicit ſe conſuluiſſe Senis, quòd ſtatutum prohibens religioſum aſſumi ad officiũ, intelligitur de religioſis largo modo: putà de rectore hoſpitalis habente certum deuotum habitũ: quia ſi intelligeretur de religioſis propriè, cum eis iura interdicant officia ſecularia, ſtatutum nihil adderet iuri communi, ſecundum eum: de quo tamen dubitat ibi do. Abb. tum propter prædicta: tum, quia ſufficit, quòd ſtatutũ operetur hoc, quòd ex ipſo competat ius agendi, iuxta doctrinã Bar. in l. 3. §. ſed tem. ff. de leg. 3. & in l. 1. ff. ad l. Falc. & in l. non ſolùm. ff. de rei uen. cum ſi. Sed hæc reſponſio indigeret longiori examine, vt patebit ex dicendis in c. cũm dilectus. infra de conſue. & maximè ex notatis per Matheſilanũ not. ſuo 80. incip. not. quòd Bartol. Vnde eam pro nunc aliter affirmare non curo. ¶ An autem appellatione religioſorum veniant religioſi tranſlati ad eccleſias ſeculares? & quid de clericis ſecularibus, ſcripſi aliàs in cap. tua
3 nos. de iureiur. ¶ No. ſecundò † caſum reſeruatum Papæ, ſcilicet approbare ſtatuta laicorum reſpectu eccleſiarum & eccleſiaſticarũ perſonarum: quia inferior ab eo non poteſt laicis committere negotia eccleſiaſtica, c. 2. de iudic. Et de Papa allegant etiam in ſimili Doct. hanc gloſſ. in c. præter hoc. §. ad hoc. in verb. ducibus. 72. diſtinct. vbi dat facultatem laicò excommunicandi. Ad idem gloſſa. & Arch. in c. bene quidem. 96. diſtinct. in ver. præter Romanum pontificem. & laico committit cauſam criminalem clerici, vt in c. Mennam. 2. q. 5. & confirmando talia ſtatuta facit ea ſua, l. j. C. de ve. iu. enu. c. ſi Apoſtolicæ. de præben. in 6. ſecundũ
4 Doct. hic. ¶ Adde tamen, quod † in generali confirmatione ſtatutorum, quam facit Papa, non intelligitur confirmare ea, quæ ſunt contra libertatem eccleſiarum, ſecundum Bal. ſignanter in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iu. Alle. Innocent. in c. j. ad fi. j. de tranſact. vbi hoc non dicit. Dicunt tamen ibi Inno. Hoſtien. & Ioan. And. quod licet ſtatuta laicorum ſuper eccleſiaſticis ſint ipſo iure nulla, tamen ſi Papa illa in ſuis literis inſerat approbando, valebunt, per text. hic, & in cap. pe. de confir. vtil. vel inutil. Et pro hoc dicto Bald. facit, quod notant Gui. de Cug. & Bald. in le. j. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie. iur. & Bal in leg. j. in 2. no. C. de monopolijs. & Bald. poſt Cy. in le. cum oportet. in princ. C. de bo. quæ li. & Bal. in c. j. in princ. per illum text. per quos fiat inueſtitura. & in l. nec damnoſa. C. de preci. impe. offe. & Ro. in l. quod ſeruus. ff. de acqui. poſ. vbi dicunt, quod in generali confirmatione ſtatutorum, vel priuilegiorum, vel alterius diſpoſitionis, nunquam intelligitur confirmatum aliquid illicitum. Et bene facit c. ſi grauoſæ. in fi. de reſcri. in 6. & in le. ſi procurator. in princ. ff. de cond. ind. cum ſi. ¶ Et ex his in-
5 fert hic Ioan. And. an † Papa poſſit ſeipſum ſubijcere iuriſdictioni imperatoris, vel laici? & concludit, quod nõ: quia irrogaretur iniuria Deo, ſi vicarius ſuus iudicaretur à laico: & ideo cum non agatur principaliter de honore Papæ, ſed Dei, non poteſt illi priuilegio renunciare. Et reſpondet ad c. nos ſi incompetenter. 2. q. 7. quod ibi iudicium ſumitur pro diſcretione, & quod ex nimia humilitate Papa ibi ſubiecit ſe iudicio imperatoris: vel, quod factum narrat, de iure fieri non poteſt. Et iſtam deciſionem Ioan. And. approbant hic do. Ant. Abba. Imo. & Domi. & do. Ant. poſt Ioan. And. in c. ſignificaſti. j. de for. comp. & ibi do. Ab. latè. Idem tenet ibi domi. Car. in 2. oppoſi. reſpondens meliùs ad d. c. nos ſi incompetenter. quod ibi Papa ſubiecit ſe, volens ſpõte recipere correctionem, tanquam monitionem: non quod fecerit illum ſuum iudicem. Idem tenet Arch. in d. cap. tua nos. & do. Ab. in c. at ſi clerici. in princ. de iudi. dicens, hoc eſſe notandum contra multos, qui indiſtet allegant d. c. tua nos. Idem ipſe tenet in c. P. & G. de off. dele. Et tenendo hanc partem non obſt. l. eſt receptum. ff. de iu. om. iudi. vbi videtur, quod ſuperior iudex poſſit ſe ſubijcere inferiori, & reſpectu contentioſæ iuriſdictionis: quia reſpõdet hic Imo. quod ibi poterat ſuperior prorogare iuriſdictionem inferioris: quod non eſt in caſu iſto, in quo clericus non prorogat iuriſdictionem laici, d. c. ſi diligenti. de foro compe. Et non dicitur tunc minor iudicare maiorem: quia prorogatio facit de maiore minorem, & econuerſo, ſecũdum eum. ¶ Sed contrariam opi. quòd imò Papa poſſit ſe ſubijcere laico, tenet

Religioſi] *Quot autem ſint ſpecies religioſorum, vide plenè per do. Soci. ſuo conſil. 23. incip. Præſens conſulta-tio eſt ſatis. verſ. eſt enim aduertendum. cum verſ. ſeq. x. parte.*

tenet gloſſ.in c.in ſynodo.in uerbo, Apoſtolicam. 63. diſt.
& gloſſ.j.in c.nemo.9.q.2.& Hug.& Io. de Fant. & Domi.
in cap.nos ſi incompetenter.dicentes, quòd expoſitio data
hic per Ioan. And. poſt Vinc.ad illum text.non congruit re
in uerbo, Terminétur, & in uerbo, Diffinitum. Idem ſentit
gloſſ.in procemio Sexti in uerbo Seruus:& ibi Domi. col-
ligit, quod Papa poſſit iuſtè protogare iuriſdictionem iudi-
cis ſecularis. Et hoc dicit fieri potius ex humilitate, quàm
ex debito. Et idem ſentit Arch.in c. ſi quis ſuper his.7.q.2.
ubi dicit, quod Gregorius ſubmittendo ſe ibi iudicio alte-
rius, ex humilitate loquitur. Et iſta opi. procedere poſſet,
loquendo de plenitudine poteſtatis Papæ, de qua Doc. hic
non ſentiunt. Sed quærendo, an de iure fieri poſſit, prima
opi. eſt uerior. per c.ſi diligenter. & c. ſignificaſti. de foro.
comp.& ad d.cap.tua nos.eſt multiplex reſponſio, ut ſuprà
paret. Adde iſtis beatum Tho.in 4.ſenten.diſt.19.q.j.art.j.
ubi probat, quod Papa non poteſt dare alicui ſaecularitem,
quod eum excõicet. Et ipſum ad literam refert & ſequi-
tur Cardi.ſancti Sixti in trac. De poteſtate Papæ. quæſ.25.
¶ An autem & qualiter poſſit Papa ſe ſubijcere confeſſori,
dic, ut per do.Ant.poſt alios in c.omnis.de pœ.& remiſ. &
per gl.& do.Ab.in c.ſanè.lo j.de offi.dele.cum cõcor. quas
ibi dedi.¶ Subdit hic do.Ab.iuxta prædicta, ſe plus putare,
6 quod † Papa non poteſt facere, ut laici iudicio ſuo iudicent
clericos, & ſic ſubijcere clericos iudicibus laicis: quia hoc
priuilegium ſori habent clerici à Deo, ut no.Inn.in c.2.de
ma.& obe.& alle.bonam gl.in c.ſi imperator.in uer. diſcu
ti 96.diſt.& glo.in c. quanquam.in uer.diuino.de cenſi. in
6. Et Papa nõ poteſt tollere ea, quæ ſunt de iure diuino, 15.
q.j.c.ſunt quidam. Fatetur tamẽ, quòd Papa poteſt eos face
re ſuos delegatos, ut no.in c. Meunam. 2.q.5. & in c. 2. de
maio. & ob. ¶ Addas do.Car. idem formaliter tenentẽ in
repetit.c.perpendimus.in princ.de ſen.excom.& do.Abba.
latè in d.c.2.de maio.& obe. & in c.literas. de reſtit.ſpol.&
in cap.propoſuit.de conceſ.præb.& Lud.de Roma.in ſing.
424.inci. Sed an poſſit facere Papa.& in l. ſi uerò.§.de uiro.
in 6.fallentia, ff.ſol.ma. Et ita inferunt omnes prædicti pro
pter gloſſ.in d.c. ſi imperator. & eam etiam pro notabili al-
legat Old.conſi.83.incip.an epiſcopus.& do. Abb.in c.at ſi
clerici.de iudi.& in c.ſi.de foro.compe.& in c.nouimus. de
immu.eccle.Imo.in cle.j.de offi.ordi. & cum gloſſ.concor.
do.de Ro.deci.235.quos refert Domi.in §.leges.4.diſt. Ex
quo inferunt, quod iudex laicus ex conſuetudine non po-
teſt quærere iuriſdictionem in clericos, cũ ab ea ſint exem-
pti iure diuino, per prædicta. Ergo conſuetudo nulla, c. fin.
de conſue.& cum illa gloſſ.concordat Inno. in c.nouerit.
in gloſſ.magna in prin.de ſen.excom.& do. Car. in clem.j.
in princip.in 55.q.de uita & honeſtat. cleric. ¶ Subdit do.
Ab.in d.c.2.de maiori.& obedi. quod eſto, quod iſtud non
eſſet priuilegium iuris diuini, tamen non poteſt dare Papa
hanc poteſtatem iudicibus ſecularibus: quia eſſet turbare
uniuerſalem ſtatum eccleſiæ, quod eſt prohibitum Papæ,
ut ſing.no.Inno.in c.quanto.j.de conſue.cum concor.ibi,
dicendis. Item iſtud eſſet contra rationem naturalem, quod
inferior iudicet ſuperiorem, c. cùm inferior. de maiori. &
obe. & clerici dicuntur maiores quocunque laico, c. quis
dubitet.96.diſt.& c.duo ſunt.12. q.j.& c j.§. quia uerò. de
ſacra unctio.& in c.ſacerdotibus.11.q.j.& c.j.in ſi.17.diſt.
Item aliter eſſet cõtra rationem naturalem, uidelicet quod
quis cogeretur coram ſuſpecto iudice litigare, cõtra c.quia
ſuſpecti.3.q.5.quod patet: quia clerici ſunt infeſti laicis, c.
laicos.2.q.7.& c.clericis.de immu.eccle.in 6. ¶ Et pro limi
tatione do. Ab. quod aliquæ cauſæ clericorum poſſunt per
Papam delegari laicis, adde text.in c.officium.32. diſt. ubi
commiſit duobus ducibus cauſam clericorum ſymoniaco-
rum, dando ſibi poteſtatem deponendi eos. Bonus tex.in c.
Meunam. 2. q. 7. ubi fortiùs patet, quod arbitrio fœminæ
reginæ Francorum committit Papa purgationem infamiæ,
quam de ſymonia patiebatur quidam epiſcopus. Ad idem
text.in c.uerùm. de foro compe.& in cap.ſoliıæ.de maio.&
obedien.c.Romam. §.debet. de appella. in 6. & ubique per
Doct.ubi ratione feudi, quod tenet eccleſia à domino tem-
porali, ſubijcitur clericus eius iudicio in concernentibus
feudum. ¶ Not.tertiò optimum tex.ſecundum Domi.hic,
qui facit in arg.populus ciuitatis de temporali iuriſdictio-
ne eccleſiæ poteſt facere ſtatuta contra canones, quæ ligent
ipſos laicos: quia hic ualuit ſtatutum, quo ad ipſos laicos,
licet tale ſtatutum nõ extenderetur ad eccleſiam. Ergo quo
ad illos, remanet ualidum, & tamen erat contra canones,
quòd poſſeſſio auferretur alienanti, & aſſignaretur agenti
li.pend.quod ſing. not. ſecundum Dominic. hic, qui dicit
ſe aliàs uidiſſe dubitari de hoc: & alibi non dici. ¶ Addatis
Cald.latè idem tenentem in iſto titu. conſilio.18.incip. An
ciuitas de temporali, &c. dum modò faciant ſtatuta ratio-
nabilia, & peccati nõ inductiua: quia etiamſi ſtatuant con-
tra canones, ualet ſtatutum. Et quæ dicantur rationabilia,
ſtatur arbitrio iudicantis. Allegat gloſſ.in c.j. in uerbo, ra-
tionabilia. quorum ſimile reperitur à iure expreſſum. Et in-
fert ualere ſtatutum, quòd extantibus maſculis filiæ fœmi-
næ non ſuccedant: quia licet ſit contra canones, eſt tamen
conforme iuri diuino ueteris Teſtamenti: de quo Numeri
27.c.& uide Domi.in addi.ad dictum conſiliũ, ubi pro iſta
cõcluſione dicit uideri caſum in c. Raynutius.in ſi. iuncta
gloſſ.ſupra, de teſta. Et ſi diceretur, quòd ibi conſuetudo
erat contra l.ciuilem, non contra l.canonicam, expreſſè re
ſpõdet, quòd ex quo in caſibus nõ deciſis à l. Canonica eſt
approbata lex ciuilis, c.j.de ope.no.nun.ſatis dicitur con-
tra ius canonicum illud, quod eſt contra ius ab eo approba
tum: quia ea noſtra facimus, &c. c. Apoſtolicæ.de præben.
in 6. ¶ Adde etiam do. Abb.in c.quod clericis.infrà, de fo-
ro compet.ubi latè idem tenet, dicens facere text.optimum
in c.uenientes.de iureiur.ubi ciuitas Tudertina, quæ eſt
ſuppoſita eccleſiæ, fecit ſtatuta, & habebat conſuetudines
ſpeciales, nec Papa reprobat, niſi quatenus tangunt ius &
honorem principis. ¶ Nec obſt.quòd canones dicant non
ualere ſtatuta contra canones, c.quòd ſuper his.cum ſimil.
de maio.& obe.& loquuntur de ſtatutis edendis à clericis
& concernentibus ſtatum clericalem: ſecus in concernen-
tibus ipſos laicos, & non tangentibus reſeruata Papæ, uel
contra bonos mores, uel ubi canon expreſsè nõ reſiſtit. His
enim caſibus ualet ſtatutum, ſecundum ipſum. Et cum iſtis
etiam concordat Card.conſil.2.inci. Circa ſtatuta. loquens
de ciuitate Ferrarienſi. Idem ſentit Bald loquens de ſtatuto
Spoleti.in l.ex placito.uerſic.& hæc faciunt.C. de rerum
permuta. Et ſic ſentit quòd habeat poteſtatem faciendi ſta-
tuta. Et idem ſentit in l.c.j.C.qui bon.ced.poſſ.licet in iſtis
duobus locis non exprimat de ſtatutis contra canones. Et
pro prædictis optimè facit c.ſi.j. de conſue. ubi ſimpliciter
dicit, quòd poteſt induci à quibuſcunque conſuetudo ra-
tionabilis contra canones. Ergo à paritate rationis idem in
ſtatutis rationabilibus. Et facit etiam c. cùm ueniſſent. de
eo, qui mit.in poſſ.cauſa rei ſeruand.dum loquitur de con-
ſuetudine, licet poſſet reſponderi, quod non apparet, quòd
loquatur de populo ſubiecto eccleſiæ Roman. & prædicta
puto ueriſſima, licet Bald.in d.c.uenientes.& Bart.in leg.ſi
quid.in 4.nota.C.de legation.10.& Bal.in l.omnes popul.
de iuſt.& iu.uelint, quòd requiratur cõfirmatio ſuperioris:
quod non uidetur neceſſarium, per prædicta. Et iſtis adde
Bald.in c.ſi duobus.ad fin.j.de app.ubi dicit, quòd ſtatuta
ciuitatum imperij præualent canonibus, per illum tex. ubi
ad Papam non appellat in talibus terris. Quod intellige iux
ta gloſſ.in regula, poſſeſſor.de regu.iur.in 6.de qua dicetur
j.in j.q. ¶ In gloſſ.2.in ſi. Not.gloſſ.quòd † bona patrimo-
7 nialia clericorum gaudent eorum priuilegio cum bonis ec
cleſiæ, licet iſte text.hoc non probet, ut hic per domi. Abb.
allegantem ad idem gloſſ.in c.ex literis.in uerbo, obligata.
de pig.& in c.fin.in uerſic.facultatibus.de ui.& honeſt.cle.
in c.ſimiliter.in gloſſ.16.quæſtio.j. ¶ Adde, quod not.do.
Ant.in c.j.infrà, de conſu.ubi dicit de facto ſe dixiſſe quòd
ſicut non poſſunt collectari res eccleſiæ,
ita nec patrimonialia clericorum. [a] Et
ſequitur ibi Imol.& idem not.do. Anto.
in cap.non minus.in 3.not. j. de immu.
eccle. & facit text. in authen. item nulla
communitas.in uerbo, nec ab earum mi
niſtris.C.de epiſc.& cler.& ſentit expreſ-
ſè Speculum.,in tit.de cle.coniug.§.j. ad
fin. uerſi.quid ſi clericus. Adde etiam do.
Abba. in c.ſi clericus.in 5. not. j. de foro
compet. ubi dicit, quod detinens bona
patrimonialia clerici poteſt conueniri co
ram iudice eccleſiaſtico, quia quaſi ſacri-

a *Clericorum*] *Sed quid ſi bona patrimonialia ſũt peruenta clerico ex ſucceſſione, de quibus prius collecta ſoluebatur? dic, quòd omnino nõ tenetur, ut per Bart.in ſuo conſi. punctus quæſtionis talis eſt: Quidam*

dam Titius olim de Peruſio. & Ia. de Per. in conſil. ſuo omnipotentis Dei poſtulato ſuffragio. Et ad hoc uide Spec. in termino in titu. de cleri. coniug. in verſicu. ad huius autem art. Adde tamen, quòd clericus ſuccedēs laico, tenetur ad collectas præteritas, id eſt, prius impoſitas, Bal. in cōſil. incip. factum tale eſt: quidā laicus, &c. & Alexan. in lege. Titio. ad muni. Sed quid pro rebus ſibi datis a fratre laico in fraudem? Dic, quod ſic, ut per Spec. in loco alle. uer. § ſi fratres.

legus cenſetur. Alleg. etiam, quod nota. Innocent. in cap. cæterùm. j. de iudi. ubi dicit, quòd clericus ſpoliatus pōt ſuum ſpoliatorem corā iudice eccleſiaſtico trahere: quia ſacrilegij crimen eſt eccleſiaſticum, c. in canonibus. 26. q. j. Ad idem, quod not. Old. conſil. 73. inci. An epiſcopus poſſit declinare forum. ubi diſputando probat & cōcludit, quòd clericus pro bonis patrimonialibus gaudet priuilegio fori. Eius dicta ad literam ſequitur Pet. de Mon. in ſua monarchia, uerſicu. quartò quæro. licet de Old. mentionem non faciat: & idem latè probat do. Abba. in c. qualiter. j̄ de iudi. & do. Maria. in c. ex parte. de foro comp. & facit l. decernimus. in uerbo, ſiue de eccleſiaſticis, ſiue de proprijs. C. de epiſco. audi. cum concord. allegatis in dictis locis. ¶ Et ſimiliter
8 infert hic domi. Ab. quòd † ſtatutum laicorum non poteſt diſponere ſuper bonis patrimonialibus clericorum: & quòd ubi agitur reali, clericus non poteſt conueniri coram laico: & probat rationibus, de quibus per eum reſpondentem ad c. ſolitæ. de maio. & obedien. ¶ Adde domi. Card. poſt Paul. in clemen. præſenti. in 2. not. de cenſi. ubi dicit, quod bona clericorum non habentia onus annexum, ſequuntur perſonam, tanquam acceſſoria. Ideo gaudent eodem priuilegio, quo ad forum. Et retenta hac ratione reprobat illam, quam ponit gloſſ. in d. c. ex literis. ſcilicet, quòd bona clericorum ſunt hypothecata eccleſiæ, ſi ipſi malè adminiſtrent: nam iſta ratio non concludit generaliter, quia ceſſat in non habente beneficium, ideo præcedens melior, ſecundum eum, cum quo concord. ibi Imol. & idem in hoc ſentit domi. Abba. in d. c. ex literis. in fi. pro quibus allego gloſſ. fin. in fin. c. epiſcopus. j. de præbend. quæ uult, quòd clericus etiam non beneficiatos, ſed ſolùm intitulatus ad titulum patrimonij ſui gaudet priuilegio clericali in bonis patrimonialibus. Et ipſam etiam ponderat ibi domi. Abba. dicens rationem gloſſ. in d. c. ex literis. non eſſe ſufficientē. ¶ Adde etiam iſtis domi. Abb. in c. cùm ſit generale. de foro compet. ubi latè probat, quòd licet ille text. prouideat contra maleſactores eccleſiæ, ut poſſint in utroque foro conueniri, tamen idem eſt in bonis clericorum, per text. ubi dicit eſſe caſum rotundum in c. ſimiliter. & ibi etiam glo. 16. q. j. Ad idem, quod not. do. Ant. in c. uenerabilis. uerſic. aduerte tamen. de iudic. ubi dicit, quòd in cauſa clerici litigantis coram epiſcopo de bonis proprijs non currit inſtantia, ſicut nec in bonis eccleſiæ. Et ponit pro regula, quòd bona clericorum gaudent priuilegio eccleſiarum. Ad idem, quod not. do. Abb. poſt Innocen. & domi. Anto. in c. cæterùm. in uer. not. ex omnibus prædictis. de iudi. ubi dicit, quòd nedum dicitur ſacrilegium in bonis eccleſiæ, ſed etiam in patrimonialibus clericorum. Et pro prædictis eſt etiam gloſſ. in leg. munerum. §. patrimoniorum. in uerbo, pontifes. ff. de mune. & hono. & ſequitur ibi Franciſcus Tigrini, allegando gloſſ. in d. cap. ſimiliter. & idem ſentit domi. Cardi. referendo Matthæum in cle. j. 17. quæſt. de uita & honeſtate cleri. Et hanc partem indiſtinctè ſentit Dominic. in c. quanquā. ſuper gloſſ. in uerſi. ipſarum. de cenſi. in 6. ¶ Sed nihilo minùs prædicta recipiunt unam uulgatam reſtrictionem, uidelicet ut habeant locum in caſibus ſuis, ut non ſit generaliter uerum, quòd patrimonialia clericorum gaudeant eodem priuilegio cum bonis eccleſiarum. Et ita tradit domi. Anto. in cap. ſi diligenti. uerſic. ſatis puta. de præſcript. faciendo regulam, quòd gaudent priuilegijs eccleſiarum, ubi apparet expreſſum, uel eſt omnimoda ratio. aliàs non. Et ibi dat tres inſtantias, in quibus non æquiparantur, & per eas infert prædictam regulam. Et hāc doctrinam refert & ſequitur ibi Imol. & pleniùs do. Abb. dicens ſe ſemper tenuiſſe ita: & idem ipſe tenet hic, & in c. 1. de conſue. & in d. c. ex literis. de pigno. & do. Abb. Imol. d. c. fin. de uita & honeſta. cleric. & do. Abb. in c. 1. de dolo. & contu. & Ludo. Ro. in l. uſucapionem. ff. de uſuca. & uidetur fuiſſe decisio Archid. in d. c. quanquam. de cenſi. in 6. ſuper uerbo, ipſarum. & ibi gloſſ. in eod. uerbo: de qua facit feſtum domi. Abb. in d. c. fin. & idem ſentit domi. Anto. in c. fin. de ſol. ¶ Et hinc eſt,
9 quòd † bona patrimonialia clericorū præſcribuntur, ſicut bona laicorum, ſecundū gloſſ. in c. poſſeſſiones. 16. quæſt. 4. & ſequitur Ludo. ſing. 463. incip. tu ſcis generale. Similiter dixit Spec. in tit. de reſtit. in integ. § qualiter. uerſi. ſed nunquid. & gloſſ. 2. in clem. 1. de reſti. in integ. quòd in bonis patrimonialibus non competit clerico reſtitutio in integrum eo modo, quo competit in bonis eccleſiæ. Similiter dixit gloſſ. in cap. ſi tributum. in uerbo, poteſtatem. 11. q. j. quòd prædia clerici ceſſantis à ſolutione tributi uendi poſſunt, licet ſecus in prædijs eccleſiæ. Et dicit do. Card. in c. 1. uer. ex his infero. de dn. & contu. quòd non per omnia cenſentur eodem iure bona eccleſiarum & clericorum, & quòd gloſſ. in d. c. ex literis. procedit, quo ad alia priuilegia, nō quo ad immunitates. Et idem dicit do. Card. in d. c. fin. de uita & honeſta. cleric. Similiter dixit gloſſ. in c. nouum genus. de deci. & gloſſ. 1. in c. ſi quis laicus. 16. q. j. quòd licet de bonis eccleſiarum clerici non ſoluant decimas ut d. c. nouum. tamen ſecus de patrimonialibus. Et hinc eſt, quòd licet de bonis eccleſiæ non poſſit clericus propria authoritate compromittere, tamen ſecus de patrimonialibus: quia compromittere poteſt etiam in laicū, ſecundum gloſſ. 2. in c. ſi diligenti. de foro competen. quam ſequitur & declarat ibi do. Abb. poſt alios; & Ioan. And. in addi. Spec. in tit. de arbit. §. fin. uer. in ſumma. & not. do. Anto. & Imol. in cap. cum tempore. ad fin. infrà, de arbit. Et ideò dicit do. Abb. in d. c. uenerabilis. de iudi. uer. quinta lectura. quòd miratur de eo, quod ibi dicit domi. Anto. ut ſuprà retuli, & concludit contra eum, quòd clerico litiganti de bonis proprijs etiam in iudicio eccleſiaſtico currit inſtantia, ſicut laico, per prædicta. Similiter domi. Abb. in d. c. 1. de conſuetud. miratur de domi. Anto. ibi, & tenet contra ipſum propter doctrinam ipſius in d. c. ſi diligenti. ut ibi latius per ipſum, & per Imol. in repet. c. fin. de præſcrip. ubi latè reaſſumit dictam doctrinam domi. Ant. declarans optimè quomodo intelligatur illud, quod de præſcriptione dixit gloſſ. in d. cap. poſſeſſiones. ¶ Qui autem ſint iſti caſus in iure expreſſi, remittit ipſe ad no. per Ioan. And. in c. j. de cleric. coniug. in 6. & ad not. in c. fin. de uita & honeſt. cleric. & aliqui colligi poſſunt ex allegatis pro parte contraria, & per do. Card. in cle. j. in 17. quæſtio. de uita & honeſta. cleric. ubi uidetur ponere 15. priuilegia clericorum, & per domi. Anto. in fin. de ſol. ¶ Et retenta prædicta doctrina, qua quotidie utimur,
10 not. duo Primò, quòd † ubi clericus eſt ordinatus ad titulum patrimonij ſui, tunc etiam in caſibus à iure non expreſſis bona ipſa patrimonialia gaudent priuilegio clericorum.[a] Ita uidetur uelle gloſſ. in c. epiſcopus. in gloſſ. fin. in fine, j. de præbend. Et licet à Doct. non uideatur ſpecificè ad hoc notari, tamen pro ipſa poteſt quiſpiam adducere: quia ex quo patrimonium ſubrogatur ſibi loco beneficij, non uidetur deinceps eſſe ſimplex patrimonium temporale & profanum, ſed quaſi quædam ſpiritualis merces & præmium pro ſeruitijs exhibendis ultari ordinatum, ut ſic ſubrogatum ſapiat naturam illius, & c. §. fuerat. Inſtitut. de act. Et tenendo hoc pro uero limitarē, niſi aliquo caſu eſſet damnoſum clerico, quòd dicta bona reputarentur ut eccleſiaſtica, putà reſpectu teſtandi, uel alienandi: arg. regulæ, quod ob gratiam. de reg. iur. in 6. Et bene faciunt not. per Bar. in l. 3. §. ſi emancipatus. ff. de contrarab. & Bald. in l. ſi Ruffinus. C. de teſt. mili. & domi. Anto. in c. fin. de foro competen. cum concor. in quibus dicitur, quòd priuilegium datum alicui ut habeatur pro eo, intelligitur præterquā in onerofis. Sed nihilo minùs contra prædicta, uidelicet quod imò dicta intitulatio ad patrimonium nihil operetur in hac materia, eſt gloſſ. ordinar. in c. tuis. in uerbo, ſu-

a Priuilegio clericorū] Ad quod adde Panormita. in c. ſi diligēti. in verſi. non obſtat. de præſcript. & Card. in clem. fin. in princ. de cenſi. Et adde text. in c. quanquam. cum gloſſ. in verſiculo. ipſarum. de cenſi. qui probat, quod clericus ſit priuilegiatus etiam in patrimonialibus & proprijs, per cap. ſimiliter. 16. quæſt. 1. & ibi gl. in uer. eccleſiæ. & gloſſ. & Abb. in d. cap. epiſcopus. alleg. in text. ubi dicit uerum, etiam ſi non habet beneficium. Sed quid in bonis communibus cum fra

tre

tre ſuo† dic, quid ſic, ut per Spec. in tit. de cle.coniug. in uer. quid ſi clericus.

ſtentari. de præbend. uolens, quòd de tali patrimonio teneatur ſoluere decimas. Et eam ſequitur ibi domi. Abb. & concludit etiam poſt eam illud, quod ſuprà dixi de alienatione, ut ibi latiùs per eum. ¶ Secundò not. caſum, in † quo maiorem præ

11 rogatiuam habet clericus in patrimonialibus, quàm in bonis eccleſiæ, uidelicet in iure patto. competente ſibi ex patrimonio: nam illi non derogatur per literas Apoſtolicas non facientes de eo mentionem: ſecus in competente ratione eccleſiæ, ſecundum domi. Abb. in c. cùm uos. ff. de offic. ordin. & Imol. in c. dilectus. de offic. le. & domi. Abba. in c. abbatem. poſt medium, ĵ. de reſcript. & in c. ſi. de iure patronat. & eſt text. in c. cùm dilectus. eodem. tit. per quem dicta ibi domi. Abba in 3. not. quòd in patrimonialibus clericus cenſetur laicus: & tetigi in tractat. meo. De iure patronat. incip. Sæpenumero. in uerſi. amplia quintò. & faciunt, quæ dixi in c. quæ in eccleſiarum. ſupra, eodem. in uerſic. tertia declaratio. ubi probatum fuit, quòd Papa non poteſt præiudicare clerico ſine cauſa in patrimonialibus. ¶ In gloſſ. fin. ibi, ſententia nulla inducitur. Hæc gloſſ. per Scribentes hic

12 ad quæſtionem quotidianam, utrùm † ſententia lata non uiſis actis, uel ſine cauſæ cognitione ſit ipſo iure nulla, an uerò irritanda? in quo paſſu omiſſo pro nunc ordine Scribentium & omni ſuperfluitate truncata, procedam pleniùs & clariùs cæteris fortificando utranque partem, demum concordando per limitationes, ſubiunctis nonnullis dictis ornantibus materiam. ¶ Et quòd prædicta ſententia non ſit ipſo iure nulla, uidetur primò probari per te. in c. cū Bertoldus. de re iudica. ante fin. ibi, quia cauſam non recepit ſufficienter inſtructam. & ibi, ſententiam ipſam duximus irritandam. & ibi dixit Inno. in gloſſ. incip. uo. ſententiam. quòd hoc ſolùm ſufficit ad caſſationem ſentēnæ, uidelicet quòd iudex probationes condemnati non uiderit. Quæ uerba præſupponunt ualiditatem ſententiæ, niſi caſſaretur: & ſequitur formaliter Bald. in l c. ab eo. uer. extrà quæro. C. quomodo & quando iudex. ¶ Secundò ad idem text. in c. cùm ad ſedem. ĵ. de reſtitut. ſpolia. in uer. nos prioris acta iudicij reſcindentes. ubi Papa irritat ſententiam: motus in effectu, quia acta non examinauerat. Et illū text. no. Franc. Tigrini in le. properandum in princip. C. de iudi. dicens ibi probari, ꝙ talis ſententia non eſt ipſo iure nulla. ¶ Tertiò ad idem tex. in c. cum ex literis. ultra medium & ante finē, ĵ. de in integ. reſtit. ibi, quando plenè de meritis cauſæ non uidebatur inſtructus, ubi aduerſus ſententiam latam non præcedente plena inſtructione cauſæ datur reſtitutio in integrum, quòd præſupponit eam ualere. Et ita illum text. ponderat ibi domi. Abb. reprehendens allegantes eum pro parte contraria. ¶ Quartò ad idem text. hic in uerb. irritum reuocantes. ubi per ſententiam irritatur ſententia lata ſine cauſæ cognitione, quod præſupponit ipſius ualiditatem. ¶ Quintò ad idem text. in l. argentarius. §. cùm autem. ff. de eden. dum dicit, ſi non probauit, aut ſi probantem iudex non curauit, de ipſo, aut de iudice conqueri debet. Vbi uidetur, quòd citra remedium appellationis & querelæ ſententia lata non uiſis iuribus partis non ſit nulla. Et illum text. ponderat Bald. in c. j. §. item ſi uaſallus. de controuer. inue. uer. ſed nunquid tenet ſententia. dicens ſententiam latam non admiſſis probationibus non eſſe nullam. Et de text. meminit etiam Bald. ad hoc in l c. prolatam. uerſic. ſed communiter dicimus. C. de ſent. & interlo. om. iu. ſubdens illam le. argentarius. eſſe text. expreſſum in hac materia: & de ipſa meminit Bald. in l. mancipia. uerſic. ex hoc iud. condemnari quendam. C. de ſer. fugi. ¶ Sextò poteſt adduci tex. in l. nec cauſas. C. de app. ponderando per locum à ſpeciali, dum probat, quòd ſententia principis lata ſine cauſæ cognitione eſt nulla: & idem probatur in le. ſi. in uerbo, cognitionaliter examinauerit. C. de legi. quem tex. not. ibi Bal. in 2. not. & do. Abb. in c. cùm olim. de re iudic. & in c. j. de cauſa poſ. & propri. Et ratio ſpecialitatis in ſententia principis poteſt eſſe, quia ab ea non appellatur, ut d. le. nec cauſas. & le. j. ff. à quibus appella. non licet. Ideo ceſſante iſta ratione ſpecialitatis in alijs uidetur ſententia ualere, niſi per appellationē retractetur, arg. l. ius ſingulare. ff. de le. cum ſimilib. ¶ Septimò facit, quod not. Imol. poſt domi. Anto. in c. cùm

13 contingat. de reſcrip. ubi dicit, quòd ſi † executor mixtus procedit leuato uelo nullatenus ſe informando, partes poſſunt appellare, & cauſa deuoluitur ad curiam. ¶ Octauò & ultimò pro hac parte ſunt authoritates excellentium Doct. & ita tenet Angel. le. iudices. C. de iudic. dum dicit, quòd ſi iudex non uiſis actis pronunciat, iuſtè ab eo appellatur. Idem tenet Bald. in l. is, apud quem. uerſic. idem dico, quòd licet iudex. C. de eden. ubi dicit, quòd licet iudex non examinauerit acta, tamen ſententia non eſt ipſo iure nulla, licet iudex malè faciat pronunciando non uiſis actis probatorijs. Alleg. leg. ſi de meis. §. fin. ff. de arbitr. Idem ſentit. Speculat. in titu. de ſenten. prolat. §. quoniam. uerſic. item oppone, quòd iudex. Idem tenet Innoc. in c. prudentiam. ſuper uerbo, excommunicationis. infrà, de offic. delegat. in uerſic. item nec obſtat. ubi dicit, quòd ſi mandatur iudici aliàs habēti iuriſdictionem, quòd ſi talis probauerit talem rem ſibi deberi, condemnet Titium, & ipſe condemnet eū, non probato debito, tenet ſententia, quia contra ius litigatoris per c. cum inter. de re iudic. & ſic uult ualere ſententiam omiſſis probationibus. Et eius dictum ſæpe allegatur ad utilia propoſita, ut per Bal. in le. præſcriptione. C. ſi contra ius, uel utiĺ. public. & in leg. non dubium. C. de legi. & domi. Abba. in c. cauſam, quæ. infrà, de iudic. & Imol. in c. fin. infrà, de præbend. & domi. Abb. in c. cum dilecta. infrà, tit. proxi. cum concord. quas aliàs poſui in d. c. prudentiā. Et hanc partem tenuit etiam Paul. de Leaza. in clemen. diſpendioſam. de iudic. & in clemen. paſtoralis. de re iudic. & l. ap. alleg. 28. incip. delegata cauſa. & Bald. in d. l. nec cauſas. & in leg. petendæ. in princip. C. de tem. in integ. reſt. pet. Et ibi dixit, quòd dilatio probatoria conceſſa ſine cauſæ cognitione ualet: quia interlocutoria etiam iniuſta tranſit in rem iudicatam, cap. cùm ceſſante. de appell. Et iſta ultima ratio multùm uidetur facere pro hac parte: quia cùm iniquitas, ſeu iniuſtitia, quæ oritur ex præcipitatione ſententiæ, ſit contra ius litigatoris, & ipſa non habeat in ſe errorem iuris expreſſum, non uidetur nulla ipſo iure, per d. cap. cum inter. de re iudic. ¶ Sed in contrariū, quòd talis ſententia ſit ipſo iure nulla a, adduci poteſt primò ratio: quia ſententia lata contra ſolitum ordinem iudiciorum, eſt eo ipſo iure nulla. Probatur in c. ei, qui appell. §. diffinitiua. uerſic. item ſi contra ſolitum. 2. q. 6. & facit gloſſ. 11. q. 3. in ſum. Sed ſolitus eſt & neceſſarius ordo iudiciorum, quòd iudex cuncta rimetur, cap. iudicantem. 23. q. 8. & c. occidit Phinees hominē. 13. q. 8. Omittens autem cauſæ cognitionem, non dicitur perſcrutatus & rimari. Ergo ſententia nulla. ¶ Secūdò adducitur: quia tranſactio & ſententia æquiparantur, l. patris. C. de tranſactio. l. eleganter. §. ſi quis poſt. ff. de condi. inde. c. 1. de lit. conteſt. in 6. Sed authoritas prætoris interpoſita ſuper tranſactione ſine cauſæ cognitione eſt nulla, l. cum hi. §. ſi prætor. in uerbo, nullius momenti. ff. de trāſact. quem text. ſummè not. Imol. in l. quidam cōſulebant, ff. de re iudic. Ergo idem dicendum in ſententia. ¶ Tertiò uidentur text. in c. primates. 2. quæſt. 1. ubi text. loquens de ſententia lata contra reū nō uiſis legitimis probationibus, dicit, irritā eſſe cēſemus. ¶ Quartò adducitur text. in clem. paſtoralis. §. uerum, quia. de re iudic. in uerba, iudicantis præcipitatione eſt proceſſum. iuncto uerbo, dici ne ergo meruit ſententia. Et ita tenet ibi Imol. per illum text. ¶ Quintò. uidetur text. in l. ex ſtipulatione. ad fin. C. de ſenten. & interlo. om. iud. ibi, ſi nihil cauſa cognita ſecundum iuris rationem pronunciatum eſt, uox ſuadentis præſidis actionem tuam perimere, ſi quam habuiſti, minimè potuit. Et per illum text. dicit ibi Bald. ad fin. quòd interlocutoria lata ſine cauſæ cognitione eſt ipſo iure nulla. ¶ Sextò uidetur text. in c. ad audientiam. infrà, de appel. ibi, ſine cauſæ cognitione. & ibi, denuncies non tenere. ¶ Septimò facit tex. in authen. quomodo opor. epiſcopos. §. oportet. in uerbo, pro nihilo. & ibi Angel. in j. nota. dicit hic non uideri textum apertum, quòd iudex, qui pronunciat non diſcuſſis exceptionibus, & ipſis non receptis, cum debent recipi, punitur: & ſententia lata per eum, eſt nulla. ¶ Octauò hanc partem tenet do. Anto. poſt Ioan. Andr. in repetit. c. noſtra. de coha. cle. & mu. & Bart. in l. 2. in princ. ff. de iudic. & in l. quòd ſi nuſſic. ad fi. ibi probo per rationem. ff. de re iud. & le. a.

a *Nulla] ad ꝙ adde idem tenentem do. Soci. ſua conſil. 61. incip. Præſtātiſſime doc. uer. primò, quia tale iuramentum. in 2. parte.*

l. 2. verſic. tertio modo legitur. C. de eden. & in l. properandum. §. & ſiquidem. in princip. C. de re iudic. & domi. Anto. & Imol. hic poſt multa, & domi. Anto. poſt Innocent. in c. poſt electionem. in 11. alleg. de conceſ. præbend. & Imol. in clement. diſpendioſam. verſi. quarto. an ſententia. de iudic. & ibi domi. Cardi. verſic. oppono ad hoc de c. nos. & hic, & Innocent. in c. tua. ante fin. verſic. ſicut enim in alijs cauſis. de cohabita. cleri. & mu. & Bartol. in extrauag. ad repri. in verbo, ſummariè. poſt princ. & finem, & Speculum in titu. de offic. iudic. §. poſtremò, verſi. ſecundò videndum. & Petr. de Ancharan. conſil. 250. incip. In cauſa & quæſtione. quæ vertitur inter nobilem virum do. Robertum Mauoreſcenū. & gloſſ. 2. q. j. in ſumma, & gloſſ. & ibi Ioan. de Fan. in cap. primates. eadem cauſa & quæſtione, & Imo. in c. ad audientiam, in ult. nota. ¶ Nonò ad hanc partem eſt vulgata & ordinaria deciſio Bart. in l. prolatam. in fin. C. de ſenten. ubi
14 dicit per illum text. quòd † ſi ex breuitate temporis præſumitur, quòd iudex non potuit inſtrui, ſententia eſt nulla, tanquam lata ſubitò contra l. 5. in verbo, non ſubditos. C. de ſenten. ex breuic. reci. & ſine cauſæ cognitione, contra d. le. ea ſtipulatione. & dicit optimè facere c. cùm ex literis. de reſtitut. in integ. & licet text. potiùs probet contrarium, ſecundum Abba. ibi, de quo memini ſuprà, tamen ipſe ſequitur iſtam deciſionē cum temperamento: de quo dicetur §. in 2. limitatione. Et iſtud dictum Bartol. ſequitur etiam domi. Anto. in locis ſuprà allegatis. & domi. Anto. domi. Abb. & Imol. in c. 2. infià, de re iudic. ita temperantes illum text. & Pet. de Ancha. in cap. fin. in fi. de re iudic. in 6. & in regula, ea, quæ. de reg. iur. in 6. Cald. in tit. de iudic. conſil. ult. & Imol. in cap. in præſentia. ver. quid autem, ſi agetur. de renunc. in 6. & Pet. de Ancharan. conſilio. 36. incip. Viſa quadam petitione. & conſil. 184. incip. Viſis conſilijs. & bene facit gloſſ. in l. ſed & ſi per prætorem §. quoties. in verſi. unius diei. ibi, aliàs, quomodo in una die. ff. ex quibus. cau. ma. & textus. in leg. ſi finita. §. non autem ſtatim. in verbo. interuallum aliquod debeat intercedere. ff. de dam. inſe. & quod not. Angel. in l. 2. §. ſi dubitetur. per illum textum. in fin. ff. de iudic. & textus. in l. ſi ita fuerit. in verbo, præcipiti feſtinatione. ff. de ma. teſtam. ¶ Decimò ad hanc partem eſt alia ſolennis deciſio Bartol. in l. multum. poſt medium, ver. item facit. ff. de conditio. & demon. ubi dicit, quòd ſi iudex pronunciauit contra aliquem, tanquam contra contumacem, cùm ipſius contumacia non eſſet iudici nota, licet in veritate contumax eſſet, non valebit proceſſus, quia iudex ignorabat illud principale, propter quod pronunciat, & ius pronunciandi. Allegat Innocent. in c. cum contingat. ſuper verbo, iuſtè. de offic. deleg. pro quo dicit eſſe textum. in le. hæc autem. §. j. in verbo, conſtare liquereque prætori. ff. ex qui. cauſ. in poſ. eat. Et ibi etiam Bartol. hoc repetit, dicens, ſe ita reſpondiſſe ſuper quodam proceſſu facto per generalem ducatus Spoleti. Et idem dicit Bart. in l. ſi finita. §. Iulianus. verſi. quarto, utrum iſta contumacia. ff. de dam. inſec. & in le. quæſitum. ff. de re iudic. & in le. 3. C. de eden. ¶ Et hanc theoricam Bartol. multum commendat do. Abb. in c. quoniam contra. verſic. tertiò nota. ex gloſſ. de proba. & in c. ad noſtram. el 3. de iureiur. & in c. cum ex officij. de præſcript. & ibi Bald. in fin. & domi. Abba. in cap. ſi. de foro compet. & in clem. præſenti. de cenſi. & in c. P. & G. in fin. de offi. deleg. & domi. Anto. in c. cum dilecti. verſic. ultimò aduerte. de dolo & contu. & in cap. cum dilecti. de elec. & Imol. in c. ex tenore. de foro compet. & Cald. in titulo. de dilat. conſil. ult. & domi. Card. & Pet. de Ancha. in clemen. 2. in fin. ut lit. pendeo. & domi. Card. in c. fin. de eo, qui mit. in poſ. & nota. Bald. in l. generaliter. §. his de præſentibus. in fin. C. de rebus creditis. & in authentic. matri & auiæ. C. quando mu. tu. offic. fun. poteſt. & in cap. cum, qui res. C. de procura. & in l. ceſſante. in fi. C. quomodo & quando iudex. & in l. 2. C. de ſportul. & Bartol: Imol. & Roma. in l. ſed ſi de ſua. §. cum autem. ff. de acquir. hæred. & Paulus de Caſt in cap. 2. de offic. delegati ubi, bona gloſſ. in verbo, oſtenderit. & ibi domi. Abba. in fin. principij: facit cap. ex parte Aſtenſis. de conceſ. præbend. & quod ibi not. domi. Abb. verſiculo ex hoc not. & ibi gloſſ. optima in c. ſæpe. in verbo, peremptoriæ. in fin. de appellatio. quam notat ibi ſolus Baldus & in l. falſus. verſi. item dubitatur de iudice. C. de furt. Et ibi in verbis præcedentibus videtur Baldus hoc limitare, niſi aliquo modo conſtaret per indicia de contumacia citati. Allegat not. in cap. venerabilibus. §. ſecus. de ſenten. excom. in vj. & ſequitur Ludo. Ro. in l. ſed & ſi de ſua præalleg. Limitat etiam Bald. in dicta authen. matri, ut non procedant in actibus voluntariæ iuriſdictionis. & dat exemplum, de quo ibi. ¶ Vndecimò pro hac parte eſt conſil. Petr. de Ancharan. 29. quod incipit, Viſis diligenter
15 actis & actitatis. ubi conſuluit, quòd † decretum interpoſitum à iudice ſine cauſæ cognitione eſt ipſo iure nullum. Alleg. l. magis puto. § ne paſſim. ff. de reb. eo. & Bart. in d. l. prolatam. & alia, de quibus ibi per eum: pro quo etiam vide Pau. de Caſt. cōſi. 89. inci. In Chriſti, etc. ſuper eo, quod quæritur. ubi plus voluit, quòd ſi notarius rogatus de interpoſitione decreti, ſcribat interueniſſe cauſæ cognitionem, nō creditur ſibi: quia illa diligens inueſtigatio, quam requirit cauſæ cognitio, non potuit fieri tempore inſtrumenti confecti, ſed requirebatur temporis interuallum. Ideo de ea nō potuit tunc notarius eſſe rogatus, iuxta not. per glo. & Bar. in l. 1. C. de fid. inſtru. lib. 10. & Bartol. in l. ſi Stichum. ff. de verb. oblig. & eſt doctrina Innocen. licet ipſe non dicat, in c. quoniam cōtra. de prob. cum concor. quas aliàs ibi dedi. Subdit etiam Pau. quòd imò ſi eſſent verba iudicis, non crederetur ſibi, cum eſſet in ſua poteſtate omittere cauſæ cognitionem. Ideo verba enunciatiua non probant, ut per Bart. in l. ſi certè. ff. de caſtren. pecu. cum concord. Debuit ergo de cauſæ cognitione & debita inueſtigatione fieri ſcriptura de per ſe diuerſa ab eo, ſuper quo interponitur decretum, ſecundum eum dicentem hanc eſſe partem Spec. in tit. de procur. §. 1. verſi. quid ſi ſolùm per libellum. Et adde hic Bal. & Sali. in l. 1. C. ſi aduer. dona. ubi dicunt, quòd decretum interpoſitum cauſa non cognita
52 ¶ Quarta declaratio eſt, quòd † etiā ubi lex ciuilis non reprobatur ab eccleſia, nec continet peccatum, ſi tamen ſnuet lucrum proximo odioſum, uel rigorem quendam, non eſt ſeruanda in foro contentioſo Canonico. Ita domi. Abba. per uiam theoricæ in cap. filius. in 4. nota. de teſtam. per illum text. quem dicit ad hoc ſingul. Nam lex ciuilis diſponens legatū rei alienæ ſcienter factum ualere, non reprobatur expreſsè aliqua le. Canonica, nec continet in ſe peccatum, cùm procedat ex præſumpta mente teſtatoris: & tamen dicit ibi, quod epiſcopus non debet illam le. obſeruare: quia mouet quodammodo lucrum odioſum hæredi, nec eſt fundata æquitate naturali. Et ita dicit limitari notata in c. j. de ope. no. nun. & facit c. dilecti. de iudi. & c. j. de do. & contu. ſecūdum eum. Et hoc nota perpetuò ad multa. ¶ Quinta de-
53 claratio eſt, quòd † ubi lex ciuilis & canonica contrariantur in materia non concernente peccatum, illa præualet, quæ benignior eſt ad inducendum euitationem pœnæ. Et ideo ſi lex ciuilis hoc operatur, illa procedit etiam in foro eccleſiaſtico. Ita colligitur ex dictis Arc. in c. quod à partibus. ſuper uerbo, ſabbati. 75. diſt. ubi dicit, quòd licet ſecūdum computationem eccleſiæ & canonum dies naturalis incipiat à ueſpere præcedentis diei, & duret uſque ad ueſperā ſequētis diei in diuinis officijs & ordinationibus clericorum, ut in d. c. j. de ferijs. & c. de eſu. de conſecra. diſt. 1. d. c. quod à partibus. & c. quod in die. eadem. diſt. tamen in pactis, in contractibus & omnibus alijs ſtandum eſt iuri ciuili, ſecundum quod dies incipit à media nocte, durans uſque ad aliam mediam noctem, l. more Romano. ff. de fer. c. conſului. de offic. deleg. Et ideo infert Arc. quod ſi iuraui me daturum die Dominica, non ero periurus, ſi dedero uſque ad mediam noctem ſequentem: & alleg. gloſſ. quæ hoc dicit in d. c. j. in uerbo, uſque ad ueſperam. ante finem, de conſec. diſtin. 3. Et ſic præponitur l. canoni. quia benignior ad euitandum periurium, arg. c. cùm tu. de teſti. ſecundum eum, quem ſequitur Domi. in c. conſuluit. ff. de offi. deleg. & Bal. in c. ego enim. de iureiur. dicens, quod arbitrio boni uiri erit committendum, an in hac ſolutione, quæ fit de nocte, committatur fraus. Ad quod ultimum uerbum uide eundem in l. accepta. C. de uſu. & Sali. in le. non minorem. in fin. C. de tranſact. ¶ Sciat tamen, quod ubi propter reuerentiam alicuius feſti imponitur pœna delinquenti, fiet computatio diei ſecundum canones de ueſpera in ueſperam, quia durat ipſum feſtum, cuius reſpectu imponitur pœna, ſecundum Fede. conſilio. 45. incip. Factum tale eſt, ſtatuto cauetur. Et ſic iſta limitatur. An autem intelligatur de maleficio commiſſo in nocte ipſius Sancti, ex quo ſtatutum loquitur de die, dic, ut ibi per eum concludentem, quòd non, propter communem uſum loquendi. ¶ Sexta
54 declaratio eſt, quòd † licet in materia feudorum caſus non deciſus in feudis, ſit decidendus à iure communi, cap. 1. §. Obertur. de feud. cog. tamen ſi occurrat, quòd diſcordent à legibus, potius ſtandum eſt canonibus, etiam inter laicos ratione iuramenti, quod præſtatur in inueſtitura feudi. Ita dicit Baldus. in c. imperialem. §. fin. uerſiculo. porro in feudis. de prohib. feud. alie. per Fed. per nota. in c. nouit. de iudi. & exemplificat, ubi ageretur de recuſando iudicem in materia feudi, ut ibi per eum, pro quo faciunt not. in cap. cum laicus. de for. competenti. in 6. & quod per illum text. pulchrè infert domi. Abba. in c. cum uenissent. de inſtitu. & Imol. latè in repeti. cap. cum contingat. de iureiurando. uerſiculo. nunc reſtat deſcendere ad ſextum membrum.
55 ¶ Septima declaratio eſt, quòd † hæc omnia procedunt, dum quæritur de ui comprehenſiua l. & ubi agitur de deciſionibus cauſarum, quo caſu procedunt, quæ dicentur. Sed ubi cauſa agitatur in iudicio ſeculari, uel eccleſiaſtico, tene hanc regulam, ſecundum do. Abba. hic, quòd ſemper ſeruabitur lex, ſtatutum, ſeu conſuetudo illius loci, ubi cauſa uentilatur. Ideo ſi cauſa clerici uentiletur coram ſeculari, ſeruabitur in præparatorijs le. laicorum, & econuerſò. Ita dicit ſe intelligere glo. in c. quod clericis. de foro compe. & non eſt extendere ſtatutum ad clericos, ſed regulare cauſam ſecundum naturam fori, ubi agitatur, iuxta nota. per Innocen. in rubr. de conſuet. Et ab hoc nemo diſcrepat, ſecundum eum inferentem ad caſus notandos, uidelicet reſpectu appellandi ab interlocutoria reſpectu peremptionis inſtantiæ, & alijs, de quibus hic per eum, cuius dicta aliter non diſcutio: quia non eſt propriè materia. Vnde remiſſiuè extende hoc, ut latius per eum poſt alios in d. cap. quod clericis. cum ſeq. per Dominic. in c. conſuetudo. 1. diſtin. per domi. Antoni. in cap. 1. uer. nouum non admitto. ſuprà, eod. & ibi per Imol. uer. an autem, ſi quæratur. & in repet. c. cùm contingat. de iureiur. per Bald. latè in diſputatio. incip. Statuta ciuitatis. per Ioan. And. in Specul. tit. de conſtitut. §. j. uer. aliter. per Pet. de Ancb. in regula, ea quæ. uerſic. 27. & ultimo: in regula, poſſeſſor. de reg. iur. in 6. Per Imol. in c. relatum. j. de teſta. per Pet. de Ancha. in repet. c. 1. uerſic. accedat quæſtio. ſuprà, eod. per Alber. in 2. parte ſtatutorum, quæſt. 9. per Petrum de Ancha. conſil. 15 incip. in q. per Domi. poſt Arch. in c. non ita. 2. q. 6. per Spec. in ti. de feud. §. 1. uerſic. ſed pone. & in tit. de inſtru. edi. §. compendioſæ. uer. ſed quid. de conſuet. & in tit. de feud. §. qualiter. uerſic. debet informari. per Bartol. in repet. l. 2. uerſicu. trigeſimo tertiò quæro. C. quæ ſit longa conſuetudo. Limita prædictam conclusionem domi. Abb. hic ex declaratione Fed. ¶ Octaua & ultima declaratio eſt, quòd ius canonicum diſponens circa ordinatoria litis, debet ſeruari in foro ciuili, quando diſponit ſuper materia, quæ etiam in foro ciuili eſſet admittenda ex diſpoſitione iuris canonici. Ita declarat Domi. in c. pia. §. 2. de exceptio. in 6. ita colligens ex gloſſ. ibi, in uerbo, eccleſiaſticis. & in uerbo, opponuntur. quod dicit eſſe notandum: quia per hoc habetur una limitatio ad gloſſ. in l. 2. in uer. uſu. de iudi. uolentem, quòd regulariter Papa non immutat ordinem iudiciariorum in foro ſeculari. Et ſic ſunt expeditæ octo declarationes tertiæ limitationis huius primæ quæſtionis. ¶ Limita quartò regulam huius primæ quæſtionis, niſi lex ciuilis diſponat in materia ſpectante ad eccleſiam imponendo pœnam etiam in caſu rationabili, & laudabiliter ſe mouendo: quia tenet etiam in foro ciuili, & non ſufficit iuſtam eſſe legem, niſi fiat ab habente poteſtatem, ſecundum Abba. hic, & per cap. peccat. & fin. ue ſecund. nup. ubi corriguntur leges punientes mulierem contrahentem matrimonium infra annum luctus: quia ſunt editæ in odium matrimonij, ſeu contrahentium. Et iſtam dicit eſſe communem * concluſionem Legiſtarum & Canoniſtarū, ut not. in l. j. C. de ſec. nu. & in l. liberorū. ff. de his, qui not. infa. & in l. decreto. C. eo. ti. Et ita dicit ſe dixiſſe in d. c. fi. ubi eadē ponit, & aliquid not. in c. clerici. in princ. de iudic. per illum text. & ibi Bald. in princ.

a *Legi] Ad quod a legi. adde Bald. in l. 1. in ult. quæſt. C. de ſacroſanct. eccle. & Ioan. de Imol. in l. illa inſtitutio. de hære. inſtit. & melius per do. Alexand. in l. ca ptatorias. C. de teſta. mili.*

in princip. ¶ Sed ad plenam intelligentiam horum uerbo-
rum ſunt notandæ octo declarationes, ex quibus quatuor
primæ conantur reſtringere hanc limitationem, & aliæ qua-
tuor eam ampliant, ſeu extendunt. ¶ Prima declaratio re-
56 ſtrictiua eſt, quòd † pœna legalis impoſita contrahenti
matrimonium, non odio contractus, ſed fauore filiorum,
ualet, ſecundum Pet. de Ancha. in repeti. c. 1. uerſic. quædā
uerò leges. ſuprà, eod. & domi. Anton. in c. 1. de ſponſal. &
Domi. in c. placuit. 32. diſtinct. & Bald. in l. decreto. in fine,
C. de infamib. & Pet. de Ancha. cōſil. 97. incip. Ex prædicto
themata. in princip. & Bald. in l. ſi qua mulier. in fine, C. ad
Tertulli. & Bald. poſt Bartol. in leg. 1. C. de ſecund. nupt. &
Angel. in authen. de non elig. ſecundò nub. in princip. & In-
nocen. in d. c. ſi exemplum. in l. hac edictali. C. de ſecund.
nup. ubi reſeruatur certa portio filijs primi matrimonij pa-
tre tranſeunte ad ſecunda uota. Similiter dicit Innocentius
in d. cap. fin. non eſſe correctam l. omnem. ad Tertullia. &
text. in §. ſi autem tutelam. in authent. de nupt. dum puni-
unt matrem ſecundò nubentē agnita tutela filij, & tutore
non petito. Et idem Ang. in d. §. autē. allegando Hoſt. in d.
c. fin. Ad quod uide Bal. qui uidetur limitare in l. cùm opor-
tet. §. fi. C. de bo. quæ lib. ¶ Sed iſta declaratio eſt intelligen-
da in pœna appoſita ex facto culpoſo, ut in caſu d. l. omnē.
ubi punitur culpa matris: aliàs, ubi puniretur ex ſolo con-
tractu matrimonij, in quo non procedūt leges ciuiles, ſecū-
dum do. Abb. hic, & in d. c. fi. per rationes iudicio meo ſatis
concludentes, de quibus per eum. Nec obſtat fauor filiorū:
quia eſt irrationabilis, cum tendat ad præiudicium muli-
eris, & reſtringit facultatem contrahendi matrimonium:
& in fauorem unius non debet alteri fieri iniuſtitia, c. ex
tenore. de for. compe. ſecundum eum. ¶ Subdit tamen do.
Abb. in d. c. fi. quòd in iudicando & conſulendo graue eſſet
recedere à communi opin. Doc. quam à nullo uiolatam re-
perit. Et tenendo opi. ſuam non obſtat ſi diceretur, quòd
lex ciuilis non punit ſecundas nuptias odio ipſarum nu-
ptiarum, quaſi uolens ab eis aliquem retrahere: ſed mota
pietate erga filios primi matrimonij, attento, quòd amor
ſecundi coniugis deducit ut plurimum eos in tantam obli-
uionem patris, uel matris, quòd nihil eis remaneret de bo-
nis ſuis: quia licet do. Abb. hoc non tangat, reſponderi po-
teſt, quod ad ſuſtentandam l. ſecularem loquentem in tali-
bus materijs nō ſufficit allegare eius iuſtitiam & laudabili-
tatē: quia nullius ſua cauſarent ab impotentia conditoris,
qui per ſuam l. nunquo modo non poteſt intimidare liber-
tatem datam à iure diuino. ¶ Et iſta reſponſio patet ex al-
legandis proximè in 4. declaratione. Quando autem punit
factum culpoſum, non intimidat matrimonium, ſed punit
fraudantem ipſos filios ex culpa. Et iſta puto ſuſtentabilia
& uera, conſideratis bene rationibus do. Ab. & quaſi omni-
bus his, quæ dicentur in hac 4. limitatione. ¶ Secunda de-
57 claratio reſtrictiua eſt, quòd † pœnæ legales impoſitæ con-
trahentibus ſecundas nuptias infra annum luctus nō ſunt
correctæ de iure Canonico, ubi ex contractu earum re-
ſultat turbatio & incertitudo prolis, ſecundum Bal. in l. li-
berorum. ff. de his, qui notan. infam. ubi ita refert conſu-
luiſſe Paul. de Leaza. & Ray. quia iſtud uidetur rationabile,
& non cōtra mentem Apoſtoli permittentis ſecundas nup-
tias, attento ſcandalo, quod ſequi poſſat: ſicut etiam aliàs
prohibetur uſus matrimonij ad euitandum ſcandalum, ut
quinta diſtinctio. capitul. ad eius. & trigeſimatertia quæ-
ſtio. quarta. in ſumma, & in capitulo non oportet. Et
hanc opin. recitat ſimpliciter Bald. in le. decreto. C. de infa.
prout refert hic domi. Abba. exemplificando hanc decla-
rationem, ut hic per eum. Idem tenet Petr. de Ancharano.
in repe. in c. j. uer. iuxta prædicta. ſupra eodem. ¶ Sed hanc
declarationem impugnat domi. Abba. hic in lec. & in repe.
& expreſſiùs in c. fi. j. de ſec. nup. per eaſdem rationes, qui-
bus utitur contra præcedentem, licet fateatur eam eſſe ſa-
tis probabilem, ut latiùs per eum in dictis locis. Sed ſpe-
cialiter non reſpondet ad illud de turbatione prolis: niſi
dicas, quod generalis & libera promiſſio populi non pati-
tur ullam reſtrictionem. Et dicit Paul. de Caſt. in d. leg. de-
creto. quod licet iſta declaratio uideatur ſibi rationabilis,
tamen requiſitus noluit conſulere, ſecundum opinionem
iſtam Ray. & Paul. Et ideo tutius eſt tenere contrarium,
ſequendo do. Abb. ¶ Tertia declaratio reſtrictiua eſt, quod
58 ualet † lex ciuilis diſponens circa accidentia temporalia
ad actum ſpiritualem, putà ſuper dote, ſecundum do. Abb.
hic per c. Ray. j. de teſta. & per no. in c. j. & 2. de dote poſt
diuor. reſt. & ubi lex contrariatur canoni, ipſa ſeruabitur in
foro ſeculari tātùm, & canon in foro canonico, per id quod
no. Innocent. in c. de prudentia. de do. inter uir. & uxo. dum
dicit, quod cauſa dotis eſt mixti fori: & ideo erit locus præ-
uentioni, ſicut de crimine ſacrilegij dicitur in c. cùm ſit ge-
nerale. de foro compe. niſi ea diſpoſitione le. ſequeretur tur-
batio, uel intimidatio matrimonij, per ea, quæ dicentur in
ſequenti declaratione, ſecundum do. Abb. hic. Sed do. Ant.
in c. clerici. ad fi. de iudi. dicit, quod licet in materia mixta
quælibet lex ſeruetur in ſuo foro, tamen fallit in materia
pia: & exemplificat in materia dotis, in qua canon debet
præualere legi indiſtinctè: quia tales cauſæ piæ ſunt ſub
protectione eccleſiæ, per no. in c. licet ex ſuſcepto. & in c. ex
tenore. de foro compe. & per glo. in c. cùm eſſes. de teſta. &
idem uidetur ſequi Imol. in d. cap. clerici. Quare de materia
dicendum eſt, ut ordinatè per omnes in d. c. de prudentia.
per Ang. & Mod. in l. j. ff. ſol. mat. per Bal. in le. in cōtractib.
in fi. C de non nu. pe. per Bald. in leg. j. C. de do. promiſ. per
Per. de Ancha. pulchrè conſi. 17. incip. Pro ſolutione. ad fi.
ibi, uenio ad aliud dubium. per glo. in uerbo, dependentib.
in c. 2. de iudi. in 6. per do. Card. in cle. 1. uer. trigeſimò quæ-
ro. de iudi. Et in dictis locis uidetur cōmuniter * concludi,
quod quæſt. dotis mota ſeparatim ſine aliqua diſputatione
matrimonij ſit merè ſecularis: propter quod dictum domi.
Abb. hic fortà ſuſtineretur contra domi. Ant. in d. c. clerici.
Unde dixit Bald. in cap. j. qui feud. da. poſ. quod Papa poteſt
dare iudicem inter duos laicos ſuper cauſa dotis. ¶ Quarta
59 declaratio reſtrictiua eſt, quod † ualet ſtatutum laicorum
puniens contrahentem matrimonium turpiter, putà ſine
conſenſu patris, ſecundum Bald. in rubr. ſ. eodem titulo,
dicentem, quod in his, quæ ſunt de ſubſtantia matrimonij,
non poſſunt ſtatuere laici: ſed bene circa qualitatem. Nam
ſi reipublicæ intereſt, ut non fiat ſcādalum in populo, tenet
adiectio pœnæ, ſicut tenet lex, ne malis moribus ciuitas
informetur, l. j. C. de ſecun. nupt. quam, ſecundum ipſum,
non ſeruant Canoniſtæ: & dicit ſe uidere, quod homicidiū
eſt contra naturam, & tamen per accidens eſt permiſſum,
23. q. 5. per totum. Itaque plerunque conſideratur accidens
magis, quam natura: quia accidentia cauſam obnubilant,
l. j. §. beſtias. ff. de poſtu. ſecundum eum. Idem tenet Bald. in
c. clerici. de iudi. dicens, quod in hoc non punitur matrimo-
nium, ſed qualitas matrimonij, ſcilicet clandeſtinitas &
corruptio. Allegat leg. 3. §. ſi emancipatus. ff. de contratab.
Secus, ſi tangeret ſubſtantiam matrimonij. Sic dicit proce-
dere dictum Ioan. Andr. in cap. ſtatutum. de hær. in 6. Idem
Bal. in c. tenor. in fi. de re iudi. dicens, quod in matrimonijs
poteſt apponi pœna per ſtatutum ciuitatis, per quod puni-
untur aliqua accidentia, ſed non quo ad impediendam ſub-
ſtantiam matrimonij. Alleg. Arch. in c. ubi non eſt. 30. q. 2.
Idem Bal. in l. omnem. circa fi. C. ad Ter. dicens ſe credere,
quod determinatio Ioā. And. in d. c. ſtatutum. non ſit uera.
quia contrahere ſine conſenſu patris, eſt contra bonos mo-
res omniū, maximè prudentium: & inducit odium capita-
le, d. §. ſi emancipatus. ubi inducit exhæredationem filij.
Ideo ualet ſtatutum: non quia ueniat contra ſubſtantiam
matrimonij, quod etiam non poteſt facere, niſi Papa: ſed
quia punit malos mores in republica facinora ſeminantes,
Idem tenet Gaſp. Cal. latè in c. j. de clandeſt. deſpon. dicens
ſe uidiſſe ita conſultum, & idem tenet Lap. Abba. & Iaco.
de S. Georgio in d. c. ſtatutum. & uidetur opin. multùm iu-
ſta. ¶ Sed contra iſtam declarationem eſt deciſio Ioan. And.
ordinaria, & cōmuniter * approbata, in d. c. ſtatutum. lo j.
de hær. in 6. ubi tenet prædictum ſtatutum nō ualere, licet
referat cōtrarium fuiſſe obtentum in publica diſputatione
Bono. ¶ Mouetur principaliter, quia negari non pōt, quin
iſte metus ſtatuti impediat matrimonium cōtrahi directè,
uel indirectè. Ergo non debet ualere, ſicut in ſimili dicitur
in d. c. ſtatutum & ca. gemma. infra de ſponſ. ubi ne impe-
diatur libertas matrimonij, prohibetur in eo pœna. ¶ Hanc
deciſionem ſequitur domin. Abba. hic, & Petr. de Anchara.
& Dominic. in dicto capit. ſtatutum. & domi. Anto. dom.
Abb. & alij in cap. j. de ſponſ. & Angel. conſil. 29. incipien.
Titius exiſtens de nobili progenie. & dom. Abb. conſil. 12

incip. Talis caſus eſt: Magnificus do. Ioan. & in ſua repe. incip. Stante ſtatuto. & Iac. de But. reuocans, quod alias tenuerat in leg. j. ff. de conſti. princ. Fed. conſi. 35. incip. In Chriſti, &c. Pro ſolutione dubiorum. & in repet. c. j. ſ. eodē. & do. Card. & Gaſ. Cal. in d. c. gemma. & do. Mari. de Soc. conſ. 3. incip. Lap. Caſus. in fi. & Dom. in c. placuit. 32. diſt. & do. Ant. conſil. 40. incip. Viſa forma contractus dotis, & uiſis ſtatutis. & ibi etiam dicit ſe putare idem in materia dotis, quæ auferetur omittenti formam ſtatuti: quia matrimonium de difficili contrahitur ſine dote, & obligatione reſtitutionis dotis ſtatuta obuiantia quoquo modo fructui dotis tollerent liberā facultatem matrimonij contrahendi. Vnde conſuluit, quod ſtatutum Mutinæ prohibens obligationem dotis in contractu matrimonij cum perſona Bononienſi nō ualet, quia impediendo realem obligationem bonorum pro reſtitutione dotis, aut dationem in ſolutum indirectè tollit facultatem exigendi dotem, ut ibi latiùs per eum. Et ab hac opinione non eſt recedendum, per rationes deductas plenè in dictis locis. Pro quibus faciunt etiam ſequentes declarationes. ¶ Quinta declaratio extenſiua eſt,
60 quod † non ualet lex ciuilis in materia ſpectante ad eccleſiam, dato quod de illa principaliter non diſponat, ſed procedat tollendo lucrum, quod aliàs dederat, ut eſt gl. no. in c. de puellis. in uerbo, nullatenus. 36. quæſt. 2. quam ſequitur Fede. conſ. 36. incip. Caſus talis eſt: maritus uxori. & domi. Abb. hic, dum uoluit illa gl. quod licet le. j. C. de rapt. uirgi. priuet mulierem raptam bonis raptoris, quæ ei in pœnam lex dederat, ſi cum eo contrahat matrimonium, tamen lex non tenet. quia intimidatur mulier ad contrahendum matrimonium permiſſum ei à lege diuina & canonica, c. cum cauſa. de rapt. c. tua 36. q. 3. Ergo, &c. Et conſequentia patet ex prædictis in proxima declaratione. Idem etiam tenet do. Abb. in c. cùm in cauſa. de rapt. & in c. j. de ſponſ. & ſentit Rom. in rub. ff. ſol. mat. ¶ Sed contrarium in iſtis terminis tenet glo. ord. in c. cùm ſecundum. in uerbo, certoque caſu. de hære. in 6. & ibi Ioan. An. Dom. & alij, dicentes. quod in terris imperij ſeruabitur lex ciuilis, per rationem, de qua ibi per gl. Idem tenet Dom. in c. placuit 32. diſt. & do. Abb. in repe. c. per tuas. de arbi. & do. Ant. in c. j. de ſponſ. & Sali. latè in d. l. 1. uerſi. ex quinta parte nota. C. de rap. uir. motus inter cætera, quia lex uidetur conceſſiſſe illa bona ſub conditione, ſi tali non nubat, quæ eſt honeſta, nec uiduitatem inducit. ideo ſeruanda l. legatum. & le. filiæ. ff. de ann. leg. Et hæc pars eſt tutior ſecundum eum. Et iſtam rationem poſuit etiam Ioan. And. in d. c. cum ſecundum. in Nouella, licet Salic. multa ex dictis deciſionibus alleget: & cum eo tranſit ſimpliciter Ioan. de Ana. in d. c. cùm cauſa. ¶ Ex quibus colligit Dom. in d. c. cùm ſecundum, ante fi. principij, quod leges diſponentes, ut aliqui non cōtrahant matrimonium, ligant contrahentes in terris, quæ ſunt de temporali iuriſdictione eccleſiæ, quando pœna conſiſtit in his, quæ erant ſibi conceſſa ex beneficio iuris ciuilis. Et iſtam partē multi facilè tenerent, maximè quia tex. in d. c. cum ſecundum. uidetur approbare d. le. etiam quo ad iſtos terminos. ¶ Nihilo minus in diſputando fortè facilius ſuſtinetur opinio do. Abba. hic, quicquid aliàs dixerim: quia dato, quod lex auferat lucrum, quod ipſa dedit, tamen nunquā negari poterit, quin auferendo certo caſu illud lucrū, intimidetur matrimonium: quo conceſſo ſtatim ſequitur nullitas, le. in utroque foro. per ea, quæ dicta ſunt in proxima declaratione. ¶ Ex quib. iſta ratio remanet fortiſſima. Quinimo fortè atteſtari poſſet, quod nō eſt honeſta lex puniens mulierem dicto caſu, attēto quod mulier rapta inueniet cum difficultate alium maritum, poſtquam ſemel eius fama denigrata
61 eſt. ¶ Et † ideo nubendo raptori uidetur potius conſulere honori ſuo. Vnde faciendo hoc permittente lege diuina & canonica, non debet puniri, & iuſtè tenet bona raptoris: cum illa pœna fuerit impoſita rationabiliter in odium raptoris: & bona mulieri collata non debent ei tolli prætextu dictæ conditionis: quia illa conditio, tanquam impeditiua matrimonij, reijcitur, & diſpoſitio remanet pura, ſicut dicitur in ſimili in §. ſed hoc præſenti. in authen. de ſanct. epiſc. per gloſſ. & Doc. in c. in præſentia. de proba. quod bona alicui relicta conditione impediēte religionis ingreſſum dicūtur perinde relicta, ac ſi nulla conditio adeſſet. Nec obſt. q de d. l. fiat mentio in d. c. cum ſecundum: quia non fit diſpoſitiuè, ſed enunciatiuè, ſeu narratiuè, ad oſtendendū caſum deciſum ab imperatore in fortioribus terminis: & ideo talia uerba non faciunt ius, ſecundum Dom. poſt gl. in c. 2. de dolo & contum. in 6. & dixi in n. 5. ſupra. eod. oſtendendo, quòd aliquando utimur legibus etiam abrogatis ad cognoſcendum animum legiſlatoris, & in argumentum, non tamen approbando. Et iſta non reperies per alios declarata.
62 ¶ Sexta declaratio extenſiua eſt quòd † leges prohibentes matrimonium inter certas perſonas non prohibitas à iure Canonico, putà inter tutorem & pupillum, uel inter rectorem prouinciæ & mulierem ſibi ſubditam, & ſimiles perſonas, non ualent, ſecundum do. Abb. hic in repe. & Fed. latè in d. conſi. 36. & do. Abb. conſi. 12. & gl. in c. 1. 30. q. 3. licet illud ſenſerit gl. quæ loquitur arguendo, in c. conſtituturum. 7. q. 1. Idem etiam tenet Bal. Inſti. de excuſ. tut. §. fi. & Sal. in l. fin. C. de interd. ma. & d. Ant. in c. per uenerabilem. qui fil. ſint legi. & Imol. in l. filius à patre. §. ſi quis eo tempore. ff. de li. & poſthu. & Lud. in rub. ff. ſol. mat. & Arch. in c. Euthymium. §. hinc colligitur. ſuper uerbo, fori. 2. q. 3. & do. Ant. & do. Abb. in d. c. 1. de ſponſ. & in c. fi. de ſec. nup. ¶ Dixit tamen Salic. in d. l. fi. de interdi. ma. & in l. 1. C. ſi quacunq; prædi. poteſta. quòd non ſunt correctæ leges facientes matrimonium nullum ratione præſumpti terroris, ut in caſu d. l. 1. Sed hoc admitterem, quando ex aliqua rationabili coniectura appareret de ſufficienti metu. Sed ex eo ſolo, q rector prouinciæ contrahat matrimonium cum prouinciali, non uidetur induci efficax præſumptio metus, etiāſi lex præſumeret: quia legi præſumptiuæ non ſtatur in materia ſpirituali, ubi ueritas eſt in contrarium, ſecundum Bal. in l. cum quis. C. de iur. & fac. igno. cum concor. quas dixi in c. 1. in 6. fallen. ſupra. eo. ¶ Per iſtam declarationem cum duabus præcedentibus ſequuntur tres effectus. Primus eſt, quòd leges, quæ exigunt inſtrumenta dotalia in matrimonio contracto ob legitimationē prolis, l. 3. C. de nat. li. cum concordan. non ſunt de neceſſitate ſeruandæ, ſecundum dom. Anton. & dom Abb. in dicto cap. 1. de ſponſa. & Ang. in d. conſ. 28. & omnes * in c. tāta qui fil. ſint legi. ¶ Secundus effectus, quòd non ualet ſtatutum puniens contrahentem matrimonium cum hominibus alterius ciuitatis [a]. Ita ſentit expreſsè Bal. in l. memini. C. de nup. dum in hoc ſubmittit ſe Ioan. And. in d. c. ſtatutum. & pro hoc multum faciunt dictæ duæ declarationes, & quod no. Bald. in le. omnes populi. §. ſed nunquid ſtatutum. ff. de iuſt. & iur. Sed tamen in hoc multi aliter ſenſerūt, ut per Bar. & Ang. in l. & dicimus. C. de muniegulis. le. 11. cum quibus concor. Bar. in l. j. §. ius naturale. ff. de iuſti. & iur. & in c. clerici. de iudi. & domi. Card. & Gaſ. Cald. in cap. gemma. j. de ſpon. & Bal. in l. ſi matre. C. de ſuis & leg. & Bar. in conſil. inc. Lator præſentis ſchedulæ. Lud. in rub. ff. ſol. mat. motus per c. ſuper eo. de cog. ſpiri. iuncto c. j. eodem tit. cui tamen reſponderi poteſt, conſiderando differentiam inter conſuetudinem & ſtatutum; prout in propoſito conſiderat ibi do. Abba. ¶ Tertius effectus eſt, quando
63 † non ualet ſtatutum imponens pœnam amiſſionis dotis mulieri nubenti uiro indigno ſine conſenſu patris. Ita puto tenē dum per prædicta, licet aliud ſenſerit Pet. de Anchar. in d. conſil. 17. & Bald. in certis apoſtillis in c. ſtatutum. de hære. in 6. ubi ſubdit aliud fortè ſuſtentabiliùs, quod ualeret ſtatutum priuans dote puellam contrahentem matrimonium ſine conſilio patris, cùm hoc non tollat ſibi arbitrium. Ex quo non tenetur illud ſequi, per no. in c. cùm in ueteri. de elec. & aliquid dicetur in c. ex parte. j. eod. ¶ Sed in diſputando iſtud etiam reprehenderetur: quia filia proponens ducere aliquem non ueriſimiliter gratum patri, timens eius indignationem, retraheretur à contrahendo, & ſic ſtatutum intimidabit matrimonium contra prædicta. ¶ Septima declara-
64 tio extenſiua eſt, quod † nō ualet lex ciuilis diſponens præſumptiuè

a *Alterius ciuitatis*] *Sed qui de ſtatuto, prout eſt in hac ciuitate Venetiarum, q puella uiro locanda, uel maritanda, quibus conſtitutæ eſſent, ſeu in poſterum conſtituentur dotes ſuper impreſtitis eiuſdē ciuitatis, nubere nequeat extra ciuitatem, comitatum, uel diſtrictū dictæ ciuitatis ſub certa pœna, an, quomodo & qualiter procedat, & intelligendum ſit, uide no. per do. Soc. ſuo cōſil. 35. incip. Circa prædictam conſultationem. in princ. cum omnib. uerſ. ſe. in 1. parte.*

ſumptiuè in materia ſpirituali ſtante lege Canonica in contrarium. Vnde ex ſola cohabitatione maſculi & fœminæ non præſumitur matrimonium, ſed adulterium, c. aliter. 30.q.5. licet aliud dicat tex. in l. in liberæ. ff. de ritu nuptia. cui ſtandum non eſt etiam in foro ſeculari, ſecundum do. Abb. hic: quia in talibus leges non dedignantur, etc. c. clerici. de iudi. in authen. ut cle. apud proprios epiſcopos. in prin.. Similiter licet lex ciuilis tollat epiſcopis cohabitationem cuiuslibet mulieris, aut theoric. epiſcopo nullam. C. de epiſc. & cler. tamen ſtandum eſt iuri canonico, ſecundum quod poteſt habere non ſuſpectam, c. interdixit. 32. diſt. Et conſequenter matrem, uel ſororem non ſuſpectam poteſt epiſcopus habere in ſua cohabitatione, ſecundũ do. Abb. hic. ¶ sui adde reſpectu primi dicti notata per ipſum poſt alios in c. illud. de præſumpt. cum concor quas aliàs ibi dedi in cognoſcendo, quando cohabitatio cum aliqua alia coniectura probat matrimonium. ¶ Et reſpectu ſecundi dicti adde no. per Archi. & Domi. in c. quorundam. 34. diſt. & in d. c. interdixit. & per Hoſt. in ſum. de cohab. cleric. & mulie. §. j. cum ibi allegatis. ¶ Octa-
66 ua & ultima declaratio extenſiua eſt, quòd † non ualet lex ciuilis præſumptionẽ diſponens in materia ſpirituali, etiamſi non reperiatur lex canonica in contrarium: quia cùm in iſtis non poſsit ſecularis cognoſcere: ergo nec præſumere, ſecundum do. Abb. hic, qui pro hos etiam allegat Feder. conſi. 156. incipit. Apparet quædam lex. ubi dicit non ualere ſtatutum laicorum, per quod ex certis coniecturis contractus præſumitur uſurarios: & ſequitur etiam do. Abb. in c. cùm contingat. de iureiur. & Paul. de Caſt. conſil. 69. incip. Viſis & ponderatis. ¶ Hanc declarationem limita eſſe ueram, quando lex principaliter diſponit circa actum ſpiritualem: ſecus, ſi diſponit ſuper actu temporali, cui eſt annexus ſpiritualis, ſecundum do. Abb. hic, qui ita intelligit & ſaluat Bar. in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur. dum dixit, ualere ſtatutum laicorum, ſi in certo caſu præſumit contractum ſimulatum, licet ſit appoſitum iuramentum in contractu, dum modò hoc præſumat ex cauſa rationabili, aliàs poſſet in fraudem iuramenti lex præſumere ſimulationem. Allegat do. Anto. in dicto cap. cùm contingat. Vbi autem ſtatutum irritaret iuramentum non præſumendo ſimulationem contractus, uel aliàs cauſam contractus, annullatiuam, non ualeret, ut uoluit a [a] Bartol. in d. l. omnes. & dom. Abb. plenius in diſputatione ſua incip. ſtante ſtatuto. ad quam hic ſe remittit. ¶ Et iſta uerba dom. Abb. ſunt notanda pro concluſione iſtius quæſt. quæ tamen longiſſima eſt, ſed quotidie occurrens, uidelicet
66 † quando ualeat ſtatutum irritans contractum iuratum? quam uelut impertinentem expedio ſolùm remiſſiuè. Vnde eam proſequere, ut in dictis locis, & per dom. Abb. latiſſimè in dicta diſputatione, ſtante ſtatuto. in primo dubio. & uerſic. quartum dubium. cum ſeq. in c. cum contingat. uerſ. nunc ad prædicta applico duo dubia. de iureiur. & in rep. ca. per tuas. de arbi. & conſilio ſuo 71. incip. In hac cauſa, quæ ad præſens uertitur. per Fed. conſil. 172. incip. In nomine Domini amen; Statuto ciuitatis Peruſij cauetur. per Lod. Roman. conſi. 12. incip. In Chriſti, & c. uiſo pacto propoſito. & conſi. 417. incip. Omnipotentis, & c. in caſu propoſito aduertendum cenſeo. per Pet. de Anch. conſi. 326. incip. Viſis facti narratione, &c. per dom. Card. conſil. 84. incip. Nobiles uiri do. de Viociguerra. ad fin. per Paul. de Caſt. conſi. 65. incip. Viſis & conſideratis omnibus. & conſilio 98. incip. In Chriſti, &c. Notandum eſt primò, quòd licet doontor, cui. ad fin. per Bald. latè in rep. l. ij. uerſi. ſuper quinto. ff. de interdictan. & in c. 1. de proba. per Imo. in repe. c. cùm contingat. de iureiurãd. per Pet. de Anch. in reg. ea, quæ uerſi. tertiò quæro de iuramento. & in regula, acceſſorium. uerſic. aduertatis domini, quia iſta cõſideratio Bar. de reg. iur. in 6. & in repe. c. 1. uerſic. ego etiã conſului. de conſti. in conſi. ſuo 222. incip. In Chriſti, & c.

a *Voluit.*] *Pro qua materia uide etiam per do. Soc. ſuo conſilio 239. incip. præſentis conſultationis difficultas. uer. et quibus concludo. ibi, quære tertio. & uerſic. conſirmatur præmiſſa. in 2. parte. & conſil. 279. incip. Viſa donatione facta. uerſic. circa primum non inſiſtendo. ibi, quibus præſuppoſitis. in d. parte.*

legitur in canone. per Bald. poſt Bar. in d. l. omnes populi. & per Bald. & Salic. in authen. ſacramenta puber. C. ſi aduerſus uendi. & ibi per Paul. de Caſt. in repet. per Bald. in quodam conſilio incip. Quarto, dicit ſtatutum, quòd minor. per Bald. in l. iuriſgentium §. & generaliter. ff. de pact. & in l. neque patronus. prope fin. C. de operis liber. & ibi Salic. per Angel. in l. de quibus. ad fi. ff. de legibus. per Bal. in l. ij. in 9. quæſt. C. de reſcin. uen. per Bald. & Paul. de Ca. in l. fin. ff. qui ſatiſ. cog. per Bald. in l. pactum. C. de co. & in rub. ff. de iureiuran. & in c. 1. §. item ſacramenta. de pa. iu. fir. & in l. non dubium. C. de legi. & in l. ſi quis inquilinos. §. fin. ff. de leg. 1. & in l. j. C. ſi aduer. donn. & in l. fin. C. de non num. pec. & in l. ij. in fin. C. de ind. uidui. per Raph. & Paul. de Caſt. in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſ. & in locis allegatis per prædictos, maximè per Ludo. in dictis conſilijs. Ex quibus dictis multa extendi poſſent, ubi melius caderet, &c. ¶ Ex prædictis iſtis quatuor limitationibus eſt neceſſarijs declarationibus remanet modò firmior regula Quòd leges ciuiles extenduntur ad eccleſias, & clericos. Ex qua ſequuntur plurimi effectus, de quibus hic per dominum Abb. dum dicit, quòd lex rationabilis non contradicens canoni, & generaliter loquens, poteſt adduci in fauorem clericorum: & ſubdit, quòd lex illa dicitur præiudicialis clericis, uel eccleſijs, quæ eſt apta afferre ſemper incommodum: ſecus, ſi poteſt habere aliquando commodum, & aliquando incommodum: & ideo lex diſponens de contractibus, locato, depoſito, & ſimilibus, ex quo nõ contradicit canoni, ſeruabitur, quo ad eccleſiam. Inducit c. 1. de ope. no. nun. & c. eccleſia. j. ut lit. pen. cum ſimi. ubi Papa per leges ciuiles iudicat inter clericos. Et licet aliquando lex noceat clerico, putà condemnato ex depoſito, tamẽ aliàs poſſet prodeſſe ſibi agenti ex depoſito. ¶ Et iſta latè deducit etiam Pet. de Anch. in dicta repet. c. 1. uerſi. circa iſtã doctrinam. quam reaſſumit hic do. Abb. & ipſum alleg. in repet. dicti c. 1. licet in lec. nihil de eo dicat, & utrobique ſubintrat quæſt. An eccleſia teneatur ad confectionem inuentarij? concludendo contra dominum Pet. quòd non, ſicut de fiſco dicitur in l. j. §. an bona. ff. de iur. fiſci. Et ad hoc allegat Bart. in l. j. C. de ſac. ſanc. eccl. De qua arg. tanquã incidenti remitto ad glo. Ioan. And. do. Card. Imol. & do. Abb. in c. 1. de teſt. & Ang. in l. fi. §. ſi uerò poſtquam. C. de iure delib. & in §. ſi uerò quidem. in authen. de alie. & emphy. & in l. j. §. hæc ſtipulatio. ff. ſi cui plus quàm per legẽ Fal. & Bald. in d. l. fin. in princ. in 5. & 6. quæſt. & in l. cũ a matre. C. de rei uen. & Pet. de Anch. conſilio 403. incip. Et prima facie. & Lud. in rub. ff. de acquir. hær. per gloſſ. & Imo. in c. 1. de ſol. per Ioan. de Ana. in c. in literis. de rapt. per Arch. in c. epiſcopus, qui filios. 12. quæſt. 2. per Bart. & Sali. in authen. ſed cùm teſtator. C. ad legem Fal. per Bald. in authen. ſicut aliæ. C. de ſac. ſanc. eccleſ. ¶ Sequuntur etiã alij ſimiles effectus ex concluſione prædicta, ut his per do.
67 Abb. in rep. dicentem, quòd † ſi clericus hæres non adimplet uoluntatem defuncti, priuabitur hæreditate, iuxta authen. hoc amplius. C. de fideicom. Item in caſibus, in quibus quis ut indignus hæreditate priuabitur & clericus: de quibus ff. & C. de his, quibus ut indig. Item ſi non petit tutorem pupillo, priuabitur ſucceſſione, l. ſciant. C. de legit. hære. Item hæreditatem non aditam non tranſmittit, ſicut nec quilibet alius, l. unica. §. in nouiſſimo. C. de cad. toll. Item in caſibus, quibus per ius ciuile eſt prouiſum, ut perdatur poſſeſſio, etiam clericus eam perdet, ut laicus, l. fi. C. de acquir. poſſ. in dictis notatis in c. olim. el j. de reſti. ſpol. Et idem uidetur dicendum in caſibus prædictis, & ſimilibus, de eccleſijs, quod de clericis, ſaluo reſtitutionis beneficio, & alijs priuilegijs in ſuis caſibus, eccleſijs & clericis conceſſis, ut in toto tit. de ſacr. ſanc. eccleſ. cum ſi. ſecundum ipſum, cuius uerba ſunt ſignanda propter plurima, maximè contra nos puros Canoniſtas credentes omnia poſſe inter clericos decidi ſolis canonibus. Quinimò dicit do. Abb. in c. inter alia. in j. no. de immu. eccleſ. quòd etiam ubi non deficit canon, poteſt allegari lex, per illum tex. per quem reprehendit glo. contrarium dicentem in c. ſi in adiutorium. 10. diſt. Dixit tamen do. Ant. poſt Hoſtien. in cap. ſuper Spe. per illum tex. de priui. quòd non debet Canoniſta decidere cauſas per caſus legum, & omittere canones quando de materia illa diſponunt, & econuerſò.

¶ Simil.

¶ Similiter per prædicta reprehenditur uulgatum dictum Hoſt. in c. continebatur. de his, quæ fiunt a præla. qui uoluit, quòd lex, quoties. C. de rei uend. non procedat in uenditione facta clerico, uel eccleſiæ: nam ſecundum do. Anto. Imo. & do. Abb. ibi ex opin. Hoſt. non eſt inducenda correctio iſtius l. Quod no. contra Imol. in clemen. 1. in prin. de renuncia. eccleſ. Et Lud. in authen. ſimiliter. uer. 15. C. ad l. Fal. & conſil. 70. ubi faciunt feſtum de illo dicto Hoſt. Quod tamen ſaluari poteſt in duobus caſibus, de quibus per d. Anton. & alios in d. c. continebatur. ¶ Vltimò non omitto in fin. huius primæ quæſtio. id, quod ſingulariter tenuit do. Abb. in c. cæterùm. de indi. ubi dicit no

68 uiſſimè per illum tex. quòd † quando lex ciuilis reſpectu certæ cauſæ attribuit alicui iuriſdictionem uniuerſaliter, talis lex comprehendit etiam clericos actiuè & paſſiuè, in quibus uiget illa qualitas, ſuper qua fundatur illa iuriſdictio, per illum tex. ubi habes exemplum. Et dicit poſſe defendi, quia hæc diſpoſitio imperatoris poteſt ſe habere ad commodum & incommodum reſpectu clericorum, quia ſi ſunt domini feudi, habent iuriſdictionem, ut ibi, ſi autē uaſalli, ſubijciuntur domino, ut ibi per eum. Pro quo poteſt adduci, quod ſcribit Bald. in l. teſtamenta omnia. C. de teſta. ubi dicit, quòd ſi ſtatutum mittat legata non inſinuata coram capitaneo citatis citandis, & occurrat clericum inſtitui in teſtamento, in quo fiebant laicis legata, & ipſi petentes inſinuationem legatorum fecerunt citari dictum hæredem clericum coram iudice laico, ualet citatio. Et ſequitur ibi Paul. de Caſt. dicens ſe idem conſuluiſſe non uiſo Bald. & quòd multi timuerunt conſulere. Et idē tenet Salic. in l. conſulta. eod. tit. & Pet. de Ancha. in repet. regulæ, ea, quæ. de reg. iur. in 6. uerſic. pro pleniori. & eſt ſub quæſt. 17. ad finem, de reg. iur. in 6. & idem uidetur uelle Angel. in l. j. §. hæc ſtipulatio. uer. ſolùm ergo teſtas uidere. ff. ſi cui plus quàm per legem Falc. & ſequitur ibi Imol. Sed tamen domi. Abb. in d. c. cæterum. impugnatur ibi communiter ab omnibus Modernis: quia licet ex approbatione iuris canonici, de qua ibi, laicus habeat iuriſdictionem in clericum, hoc tamen non eſt dicendum generaliter, ubicunque lex dat iuriſdictionem laico reſpectu certæ qualitatis, uel in certo genere cauſarum, quia conceſſio, de qua ibi, eſt odioſa. Ergo non extendenda, c. P. & G. de offic. deleg. ¶ Secundò, quia ſequeretur, quòd ſi clericus eſſet negociator alicuius artis, incontinenti poſſet conueniri ſub iudice laico, [a] per l. ſi. C. de iuriſd. om. iud. & ſic perderet ſtatim priuilegium clericale, contra cap. ſi. de uita & honeſt. cler. & facit c. 2. ne clerici. uel mo. ubi requiritur monitio. ¶ Tertiò, quia cum imperator, uel conditor legis nullam habeat iuriſdictionem in clericum, impoſſibile eſt, quòd eam in alium tranſtulerit, c. Daibert. ſi. 1. quæſt. 7. ¶ Non obſt. quòd in huiuſmodi caſibus poteſt contineri priuilegium clericorum. quia ſatis eſt ad hoc, ut non ualeat, quòd contineat grauamen, & quia clericus etiam nolens, non poteſt in laicum conſentire, ca. ſi diligenti. de for. comp. Non obſt. dictum Bald. in d. l. teſtamenta. cum concor. quia, ut ipſe declarat, illa citatio potius poteſt dici edictum, quàm citatio: & edictum omnes aſtringit, cap. fin. qui mat. accuſ. poſſ. & potius uidetur citatus ad uoluntatem eius exquirendam, quàm ad cauſam: & licet ibi requiratur citatio, tamen ille actus eſt potius uoluntariæ iuriſdictionis, ſecundum eum. Pro quo facit, quod dicetur infrà, in 8. q. uer. ſecundum quod utiliter. quòd omiſſio inſinuationis uitiat teſtamentum laici, in quo clericus inſtitutus eſt. Sed in caſu dom. Abb. agitur de iuriſdictione fori contentioſi. Sed tutius tamen eſſet etiam in caſu Bald. recurrere ad epiſcopum, ſi eius copia haberi poteſt, ſecundum Angel. in d. §. hæc ſtipulatio. Quæ omnia no.

a Laico] Adde Bald. in addi. ad Spe. in tit. de reo. in princ. uer. ſcholaris. & de cleri. coniug. uer. ſi autem clericus. ubi ſe dicit, quòd nec habet priuilegia.

¶ EXPEDITA prima quæſtione principali de legibus principum, ſequitur uidere de conſtitutionibus inferiorum, quando ligent clericos, uel eccleſias, & quando non. ¶ Vnde ſecundò principaliter quæro de quæſt. dubia, & ad ſequentes neceſſaria, uidelicet † quæ ſtatuta di-

69 cantur contra libertatem eccleſiaſticam? ¶ Et in hoc breuiter loquendo, ſunt tres opin. Prima opin. eſt, quòd illa dicuntur contra libertatem eccleſiaſticam, ex quib. tolluntur, uel diminuuntur priuilegia conceſſa eccleſijs, uel eccleſiaſticis perſonis a Papa, uel a principe. Et hanc opinionem tenent Cyn. & Salic. in authen. caſſa. [b] C. de ſacr. ſanc. eccle. & Bald. in l. cunctos. C. de ſum. trinit. & conſi. 187. incip. Domini priores. & Bald. in §. ius autem ciuile. in ult. q. Inſt. de iur. na. gen. & ciui. & in authen. ſtatuimus. in ſi. C. de epiſc. & cler. ¶ Secunda fuit opi. quòd illa dicantur contra libertatem eccleſiaſticam, ex quibus clerici efficiuntur timidiores. Et hanc tenent Bart. & Ang. in l. j. §. quæ onerandæ. ff. qua. re. ac. non da. Bar. in d. authen. caſſa. & ſequitur ibi Bal. allegando gl. in authen. de non alien. §. uult enim. in uerbo, de genere. quæ dicit, quòd genus clericorum audax eſſe debet, cùm defendantur lege Dei dicentis, Nolite tangere Chriſtos meos, id eſt, ſacerdotes. Et cum hac opinione tranſit do. Abb. in ca. nouerint. de ſent. excom. & hic in repet. & Pet. de Anc. in repet. c. canonum ſtatuta. in 4. q. uer. quarto circa hoc, quæ dicantur. ā. eo. ¶ Tertia fuit opi. quòd illa dicantur contra libertatem eccleſiaſticam, ex quibus impediuntur clerici facere ea, quæ ſunt ſibi conceſſa a iure communi, ſecundum do. Ant. & Imo. hic, & in cap. cùm terra. de electio. & Fulg. in d. authen. caſſa. & Bal. latè & ſubtiliter in repet. l. cunctos populos. uerſic. nunc de tertio membro. C. de ſum. trinit. quia fortius eſt acquiſitum illud, quod competit iure communi, quàm quod competit iure ſpeciali. §. quia uerò ueriſimile. in authen. de nō alienan. l. eius militis. § militia miſſus. ff. de milit. teſt. Et iſta opi. uidetur iuri conſona, per quā generaliter dici pōt, quòd ſtatutum prohibens clericis non prohibita a lege Canonica, uel diuina, dicatur eſſe contra libertatem eccleſiaſticam, & clericorum, attēta diffinitione libertatis: de qua in l. libertas ff. de ſtat. ho. Et ad hoc reduci poſſunt ea, quæ latiſſimè ſcribit do. Card. in iſta q. in repet. c. perpendimus. uer. nunc examinanda eſt. 5. q. de ſent. excomm. Et ibi habes, quòd uerum eſt, quòd dixi ſupra. de ſecunda opinio. ¶ Sed quòd coniungi debet etiam cum prima, quam ipſe intelligit, nedum ubi tollitur libertas omnium eccleſiaſticorum, ſed etiam particularis eccleſiæ: iodè decidit duas q. Prima, quod ſtatutum laicorum diſponens, quod non reddatur ius tali prælato contra ſuos debitores, eſt contra libertatem eccleſiæ: & idem, ſi ab una ſola eccleſia exigantur collectæ. ¶ Secundò decidit circa quoddam ſtatutum factum in terra Prati, quod nullus præſumat allegare, quod præpoſitus eccleſiæ Pratenſis non habeat iuriſdictionem quaſi epiſcopalem in loco, quod tale ſtatutum eſt contra libertatem eccleſiæ: quia uiolatur libertas diœceſani. Et ideo quomodocūque uioletur immunitas eccleſiæ, dicitur uiolari libertas eccleſiarum, ut ibi per eum: & per eundem conſi. 147. incip. Statuit ciuitas Viterbienſis. ubi aliqua de prædictis replicat: & uide Lapum alleg. 91. incip. An conſtitutio ſit contra libertatem. Vbi per doctrinas & exempla ſufficientes oſtendit modum cognoſcendi talia ſtatuta: & infert contra certum ſtatutum Florentinum, permittens cuicunque habere regreſſum contra bona temporalia eccleſiarum, ac ſi tenerentur per quemcunque laicum: ſubdens in fine, non prodeſt cautela, per quam in fine ſtatutorum fiunt proteſtationes, q. non intendit offendere libertatē eccleſiaſticam. Et de materia aliquid per eundem alleg. c. 1. incip. In ciuitate Florentiæ. in fin. per Dom. in c. ſi. in 2. no. de immu. eccl. lib. 6. ¶ Tertiò quæro non ab re, & non extra propoſitum, utrùm clerici dicantur de populo? In quo communiter [a] tenetur opin. do. Abb. in c. 1. in prin. de ui. & ho. cler. quod in materia priuilegiatiua dicuntur de populo, per c. dilecti. cum ſua materia, de for. comp. & per id, quod no. Bar. in l. j. ff. ad munic. Sed in materia odioſa & ſtrictè interpretanda, ſecus per text. cum glo. in c. ſi ſententia. de ſen. exc. in 6. & ſic dicit limitari text. in §. plebiſcitum. Inſti. de iur. nat. ubi appellatione populi ueniunt uniuerſi ciues exiſtentes in ciuitate. Idem no. do. Abb. in c. 2. de præb. & Paul. de Caſt. conſi. 296. incip. Ad primum

b In authen. caſſa.] Vide ibi Old. & adde Bald. in Marga. uerb. eccleſia. uerſ. 1. in prin. & per Alex. de Imo. in conſil. 110. & ſeq. in 2. parte, & conſil. 16. 4. parte.

a In ciuitate] Adde quod adde Card.

in cle. 1. §. q. de immu. eccl. Et qui dicantur popul', uide do. Alex. poſt Bart. in l. in prouincials. §. 1. de oper. no. nunc. & ibi in addi. & in loc. Et ibi dicit, quòd etiam foren ſes dicuntur de populo. Et quòd etiam ueniant ad- uena appellatio- ne popularium, tex. eſt ſingul. in authen. de quæ- ſtore. poſt princ. Sed ex quibus ho minibus conſtat populus? Dic quòd ex decem ho minibus, glo. 10. q. 1. c. 1. per cap. uni. cum glo. 10. q. 3. & Bald. in authen. quod lo- cum. in fin. C. de colla. & uide Bar tol. in l. prætor. in princ. ff. ut bon. rapt. & in l. j. ff. de probatio.

mum dicendum, quòd clerici. & Bald. in c. quæ in eccleſiarum. j. eod. & Imo. in cle. in pleriſque. de elec. & Pet. de Anch. conſi. 336. incip. Viſo themate. & conſi. ſeq. & ibi uoluit, quòd appellatione offi- cialium populi uenit epiſcopus, & eius uicarius: & pro dictis ſuis eſt deciſio Bald. quam non allegat, in l. j. §. huius ſtudij. ff. de iuſt. & iur. ubi dicit, quòd ſi b ſtante ſtatuto, quòd nemo trahat aliquē Peruſinum extra curiam Peruſinam, non prohibetur trahi ad curiam epiſcopalem Peruſinam: quia illa etiam dicitur curia Peruſina. Alleg. c. cùm eccleſia ſutrina. de cauſa poſ. & proprie. ¶ Et iſtis adde in ſimili Ioan. And. in c. fi. de offi. deleg. in 6. ubi dixit per illum tex. quòd in ma teria fauorabili appellatione diſtrictua- lium ueniunt etiam clerici, & inducit ad q. de qua ibi eleganter, per Domin. in prin. de quo fit mentio. infra & facit per Ioan. And. tex. in cap. accedens. lo a. ut lit. non conteſt. ¶ Et ex illis uerbis Io. And. infert Pet. de Anch. in d. ca. dilecti. quòd priuilegium cōceſſum certæ natio- ni, putà Siculis, comprehendit etiam clericos: ad quod pondera tex. in ea. ad decorem. de inſti. & dicit latè do. Card. in d. c. dilecti. quòd clerici dicuntur eſſe de prouincia. Et dicit latè Old. conſil. 1. incip. Quæſtio eſt, quòd clerici dicun- tur de uniuerſitate in fauorabilibus. & ipſum recitat, & ſequitur Pet. de Anch. in reg. ea, quæ. in uerſi. uigeſimoprimò quæro. de reg. iur. in 6. ¶ Et pro prædictis facit, quòd no. Bald. in c. 1. de noua for. fide. dicens, quòd omnes homines habentes incolatum in ciuitate ueniunt appella. populi & popularium, per tex. in authen. de quæſto. in prin. ibi, ci- uitas noſtra populoſa eſt, & urbs diuerſorum hominum. quem tex. alleg. Bal. ad hoc in c. 1. j. de offi. ord. ¶ Et a præ dictis non recederem, licet do. Card. in cle. in pleriſque. de elec. in prin. dicat, quòd nunquam nomine cleri. uenit po pulus, nec econuerſo, & ſi qua inueniuntur contraria, ſpe ciales ponunt caſus, ſecundum eum, pro quo adduci poſ- ſent multa iura, quæ aliquando exprimunt clerum & po- pulum, quaſi ut diuerſa, ut in c. duo ſunt. 12. q. 1. & in ca. nulli. & ibi Docto. 42. diſt. & in c. qui in aliquo. etiam ibi Dom. 31. diſt. & in c. ut commiſſi. in uerbo, clerum & po- pulum. de hære. in 6. & in c. noſtri. 62. diſt. & in c. in nomi- ne. in princ. 23. diſt. & in c. ubi periculum. §. ſuper his. de elec. in 6. & in c. Romana. in prin. de cenſi. eo. lib. & in c. ex parte. lo 2. de priuil. cum ſi. ¶ Et iſtis adde, quod ibi dicetur, 78. q. uer. op. tamen Bar. poſt Paul. de Caſtr. in d. conſi. 596. ¶ Et de prædictis etiam copioſè ſcribit do. Alex. de Imol. quem uide in l. de pupillo. in prin. uer. utrùm aūt clerici. de ope. no. nun. & adde Cal. in trac. de eccl. interd. in 2. membro, q. 27. ubi uult, quòd religioſus nō deſinit eſſe de populo ante profeſſionē etiā in odioſis. Et in materia pondera bene tex. in c. duo ſunt 12. q. 1. laici: laos Græcè, quod eſt populus Latinè. ¶ Quartò quæro, ſi

70 † ſtatutum ponit extra protectionem communis omnem declinantem forum poteſtatis, an ſit contra libertatem ec cleſiaſticam? & reſpondit do. Abb. hic in repe. quòd ſic, quia reddit clericos timidos ad allegandum priuilegium fo ri, ſi conueniantur coram poteſtate. Et alle. Bald. in d. au then. caſſa. & Bar. in d. §. quæ onerandæ. qui hoc dicunt, & idem uoluit Angel. in d. l. filiusfa. §. diui. ff. de leg. j. Sed ſubdit hic do. Abb. quòd ex alio capite hoc ſtatutum non extenditur ad clericos, ſcilicet ex defectu intentionis ſta- tuentis, qui in dubio non intendebat comprehendere nō ſubditos. ¶ Ex quibus uerbis reſultat notabilis effectus, uidelicet quòd taliter ſtatuentes non ſunt excommunica- ti, quia ſi non intendunt diſponere de clericis, non uiden tur eſſe in caſu d. c. nouerint. Et ita expreſsè ſentit dom. Anton. in c. tua. j. de deci. in prin. dum dicit, quòd tale ſta tutum in ſua generalitate ita debet reſtringi, ut clericos non comprehendat, ne uideantur ſtatuentes diſpoſuiſſe contrà libertatem eccleſiaſticam, ut ibi per eum, & idem tenet Lap. alleg. 30. incip. Conſi. fuit. Et quòd talis in- terpretatio fieri debeat, adduci poſſet in ſimili glo. uulgata in cle. 1. in uerbo Fa- cere, de uſu. probans, quòd in ſtatutis nunquam colligitur argumentum a con trario ſenſu: quando ex tali argumen- to ſtatuentes inciderent in pœnā. b Et ita ipſam ponderat Rom. in ſing. 108. in cip. tu habes. & communiter tenetur: & idem Bald. in l. ſi eum. §. qui iniuria- rum. ff. ſi quis cau. & Lau. de Rodul. in trac. De uſu. q. 148. & Bald. & Imol. in l. gallus. §. ille caſus. ff. de lib. & poſth. & facit optimè, quod no. Bartol. in ſi. mili. in l. ſi procurator. uerſi. & per iſtum text. ego dico. ff. de condi. inde. dum dicit, quòd in generali mandato non ue nit aliquid, per quod dominus poſſit incidere in pœnam: & idem Bar. in l. iij. §. ſi procurator. ff. quod quiſque iur. & Bald. in l. ab executione. C. quorum appel. non reci. & Petr. de Anchar. con- ſil. 360. cum concor. ¶ Et iſtis adde Bar tol. in l. ſi quis ſub conditio. ff. de condi. inſti. ubi etiam tenet, tale ſtatutum non ualere, quo ad clericos, nec intelligi de clericis: quia uerba generalia non porriguntur ad illicita: & ſequitur Bal. in l. fi. §. in cōputa tione. in fi. C. de iu. deli. & idē tenent multi ex allegandis j. in cautelis huius materiæ, maximè Pet. de Anch. in reg. ea, quæ. & faciunt, quæ no. Imo. in cle. paſtoralis. maxi- mè in uer. & ſi dicatur. de re iud. Ex quibus uidetur in cautè locutus Ang. conſil. 47. incip. Statuto ciuitatis Flo- rentiæ. dum ſentit expreſſè quod tale ſtatutum nocere de- beat clericis. ¶ Confirmantur prædicta per ea, quæ ſcribit Dominic. poſt Ioan. And. in c. eos. maximè in uer. item ſi ſic intelligeretur. de immu. eccleſ. in 6. dum dicit, quòd ſtatutum generaliter loquens non debet trahi ad ſenſum peruerſum, ad quem uideatur diſpoſuiſſe contra libertatē eccleſiæ, ut in exemplo, de quo ibi. ¶ Ad idem, quod no- tat do. Anto. in c. relatum. j. poſt princ. de teſt. dicens, quòd ſtatutum generaliter irritans teſtamentum nō poſitum in memorialibus, non debet ita intelligi indiſtinctè, ut præiu dicetur teſtamentis ad pias cauſas. Et idem no. Cald. in di ſpu. incip. Bononienſi ſtatuto cauetur. ad fin. quem ſequi- tur Pet. de Ancha. conſil. 253. incip. Supra dictum ſtatutū. Et quòd pœna appoſita declinanti poteſtatem non liget clericos, tenet Bal. in l. j. ad fin. C. de indi. uidui. etiamſi nō puniret declinantem, ſed eius conſanguineos: quod ipſe probet ſolenniter: & facit, quod dicam. infra q. 13. & quod no. Bal. in l. a. C. ut in poſ. lega. ubi dicit, quòd ſi teſtator in ſtituens clericum grauat eum, quod debet Titio centum, ſubijciendo eum iuriſdictioni ſeculari, nō ualet illa ſubie- ctio, quia eſt contra ius publicum, per l. nemo poteſt. ff.

71 de leg. j. iuncto c. ſi diligenti. de for. compe. ¶ Et † retentis prædictis non uidetur laborandum in inueniendo caute- las, ex quibus clericus declinans iuriſdictionem poteſtatis non incurrat pœnam dicti ſtatuti, ex quo ſtatutum ipſum non ligat. Sed tamen, quia de facto ſeculares iudices ali quando mandant tales pœnas executioni, ut dicit dom. Abb. in c. ſi diligenti. in fi. de fo. compe. ideo no. quinque cautelas, quas reperio in iſta materia. ¶ Prima fuit Iac. But. in auth. ſtatuimus. C. de epiſc. & cler. uidelicet quòd clericus non declinet, ſed dicat ſic, non poſſum reſponde- re coram uobis: quia habeo decretalem, ſi diligenti. inhi bentem & punientem clericum litigantem coram ſecula- ri, aliàs libenter reſponderem. Et cum hoc uidetur tranſi- re Pet. de Anch. in c. ſeculari. in ult. no. de for. comp. in 6. & Albe. in 4. parte ſtatutorum, quæſt. 75. incip. exiſtente poteſtate. in fi. Pro quo etiam uide Bar. in l. ij. C. de accuſ. idem tenentem, & Bald. in l. reos. uerſi. ſed hic quæro, an filius. C. de accuſ. & Imol. in l. pe. §. ad crimen. ff. de publi. iud. Sed iſta cautela fortè non prodeſt, cùm effectualiter declinet. Et non refert, an aliquid fiat uerbo, uel facto, c. ex parte. de appel. ſecundum Ioan. de Lig. in d. ca. ſi dili- genti.

b In pœnā] Adde do. Ale. in d. l. ſi eum. §. qui iniuriarū. alle. in tex. ſi quis caut. & in l. omnes populi. de iuſt. & iur. Et in quibus caſibus debet ſumi, & in quibus non, uide do. Soc. conſil. ſuo 165. incip. Viſis inueſtituris. uerſi. præterea. cū uer. ſeq. in ſecūda parte, conſil. 278. incip. In quæ- ſtione uertenti. uerſicul. præte- rea non debet. in d. parte.

genti. & ſequuntur ibi dom. Anton. & dom. Abb. in fi. Tamen ipſam ſaluat Bal. in d. authen. ſtatuimus. dicens, quòd aliud eſt dicere ſe nolle, aliud non poſſe. Alleg. l. ab adminiſtratione. C. de legi. & l. cū filius. §. non uidetur. ff. de legat.
72 2. quæ optimè probant. ¶ Secunda cautela eſt, quòd † clericus non declinet, ſed pro ſuo intereſſe
a compareat ſuperior, [a] & eum reuocet ratione ſui intereſſe: arg. ca. ſi iudex laicus. de ſent. excom. in 6. ſicut dicimus in
b ſeruo, l. ſeruus. ff. de publ. iud. & in domino feudi reſpectu uaſalli, c. ea transmiſſa. de for. comp. Ita docet Bar. in d. l. pen. §. ad crimen. uerſi. item opp. de l. Lucius. quem ſequitur dom. Anto. in c. ueniens. de accuſ. & do. Abb. in d. c. ſi diligenti. dicens hoc eſſe notandum: & Bal. in authen. ſtatuimus. dicens, ſe ita uidiſſe practicari. Et hanc cautelam ponit Dom. nullum allegans, in d. c. ſi iudex. in prine. & ibi dicit per illū tex. quòd aliud eſt, quòd clericus opponat de incompetentia ſecularis, & aliud, quòd a ſuperiore repetatur. ¶ Et adde, quòd epiſcopus committens talem reuocationem, ſeu inhibitionem, non tenetur partem citare, ſecundum Archid. quaſi in terminis, in ca. quæ Lotharius. ante fin. 2. quæſt. 1. quem ſequitur Bald. in l. presbyteri. C. de epiſc. & cler. & Ludo. de Roma. in l. ſi finita. §. Iulianus. ff. de dam-
73 no infecto ¶ Tertia cautela eſt, quòd † clericus compareat in habitu & tonſura, & dicat, Offero me coram uobis litigare paratum, dummodò poſſim. Ita Bald. Angel. & Imo. in l. iiij. quæ incipit, nolle. ff. de acquir. hæred. Ita ſentit Bal. in d. authen. ſtatuimus. uer. ſecundò dico. ubi ſemper uide, & idem Bald. in l. filius. ff. de his, qui ſunt ſui, uel alie. iur. dicens, quòd clericus comparendo in habitu & tonſura, non dicitur declinare forum, ſed forus declinat eum. Et iſta eſt declinatio paſſiua, non actiua: quia lex declinat, ſecundum eum. Et eſt ſimilis modus loquendi in l. qui indignus. ff. de ſenato. & in cap. fin. de uita & honeſtate cler. & ibi per Docto. maximè Pet. de Anch. Et iſta cautela eſt ſatis conformis primæ. Poteſt etiam clericus dicere, quòd ſtatutum eſt contra libertatem eccleſiæ, & ideo non ſeruandum, ſecundum Alberic. in loco in prima cautela allega-
74 to. ¶ Quarta cautela eſt, ut proteſtetur, quòd † non intendit conſentire in iudicem ſecularem, quia licet litiget, per hoc nihil iuriſdictionis habebit iudex ſecularis, per dictū cap. ſi diligenti. Lex enim declinat iuriſdictionem pro clerico etiam inuito, & factum legis non obligat eum ad pœnam, cùm non ſit in culpa. Ita Bald. in l. ab adminiſtratione. C. de legat. de quo facit mentionem Angel. ibi, & Pau. de Caſt. quem omnino uide: & idem not. Bal. in l. j. in fi. C. de natu. lib. dicens, quòd eſt cautela ſecura. ¶ Quinta
75 cautela eſt, quòd † iudex eccleſiaſticus petat declarari, & expreſsè ſtatui, quòd tale ſtatutum non intelligatur de clericis, & ad hoc cogat iudicem ſecularem. Ita Pet. de Anc. in repet. reg. ea, quæ. uerſic. uigeſimoſextò quæro. de reg. iu. in 6. allegando in ſimili Ioan. Andr. in cap. fin. de immu. eccleſ. libro ſexto. Et idem dicit ſentire Bald. in authen. ſtatuimus. C. de epiſcopis & cler. & eſt ſolennis & efficax practica ad totam materiam huius decret. quòd dubitari poteſt, an ſtatutum liget eccleſiam? & ſequitur Dominic. in dicto c. ſi no. & Bald. in l. iubemus. la j. C. de ſacroſanctis
76 eccleſijs. ¶ Quintò quæro, utrùm † ualeant ſtatuta laicorum, ex quibus indirectè prædia peruenientia ad eccleſias ſubijciantur oneribus a populo imponendis? Et in hoc Bartol. tenet, quòd ſic, in l. reſcripto. §. ſciendum uerſicul. ſed quæro, utrùm. ff. de mune. & hono. dando cautelam, quòd omnia prædia ciuium, quæ ſunt in comitatu, ſint tributaria & affecta onere tributorum pro collectis imponendis. Ita dicit colligi ex dictis Innocen. in cap. poſtulaſti. de for. compet. Et ita dicit feciſſe Peruſinos, qui ex hoc imponunt collectas omnibus poſſeſſionibus, quæ peruenerunt ad eccleſias, uel clericos poſt l. factam, cum tranſiuerint ad eccleſiam cum onere ſuo. Et hanc cautelam Bart. ſequitur do. Abb. in c. quod clericis. de for. compet. allegando Bart. in authen. item nulla communitas. C. de epiſc. & cler. & Archi. in c. 1. de immu. eccleſ. in 6. qui tamen ſpecificè hoc non dicit, ſed firmat aliud, uidelicet quòd res conſueta collectari amittat hoc onus tranſeundo ad eccleſiam, per rationes, quas ibi latius ſequitur Dominic. poſt Imol. ibi: & maximè, quia collectæ nō inhærent rei, ſed imponuntur tum ratione perſonæ, [b] tum propter bona. ¶ Et hinc eſt, quòd imponuntur ſolum
c ſubiectis, [c] d. §. ſciendum. Sed clerici non ſunt ſubiecti, ut hic. Ergo, &c. Ad omnia iura, quæ poſſunt allegari in contrarium, reſpondetur, quòd loquuntur in prædijs tributarijs: & ſic, quando onera ſunt annexa rebus, ut per Barto. in conſi. incip. Punctus quæſtionis talis eſt. & Bald. in l. placet. C. de ſacr. ſan. eccl. & ita reſidet Dominic. in d. cap. 1, imitando iſtos, qui per hoc ſentiunt, quòd ſi prædia ſunt tributaria, tranſeant cum onere ſuo, prout ſupra dixit Bartol. & cum iſtis uerbis Domin. concor. dom. Abb. conſil. 13. incip. Quidam Andreas P. in fin. Sed tamen Bald. in d. l. placet. aliter loquitur, quàm dicat Dominic. ut infra parebit. Dictam cautelam Bartol. approbat Cal. in tit. de conſi. conſi. 2. incip. Statuto Perufino cauetur. & eſt conſi. collegij Peruſini ualde plenum & approbatum a Calde. & non eſt contra libertatem eccleſiæ, ſecundum ipſos, quia aliud eſt imponere collectam pro rebus eccleſiæ, quæ non ſunt affectæ onere tributorum ante quàm ueniant ad eccleſiam & iſtud eſt contra libertatem eccleſiæ & c. 1. de immu. eccle. in 6. Aliud eſt, quando onus tributi eſt impoſitum ante quam res ueniat ad eccleſiam: quia illud eſt ſecundum diſpoſitionem iuris Canonici, quo cauetur, ut tributum ſoluatur, c. ſi tributum. 11. q. j. ut ibi per eos: & idem tenet Cal. in ti. de conſtit. conſ. 7. inci. An ſi ſtatuto. & Bar. in l. fi. C. de exac. tribu. lib. 10. & in l. placet. C. de ſac. ſan. eccl. & idem ſentit Bar. conſi. ſuo. 180. inci. Si aliqua poſſeſſio. in fi. & in l. j. quaſi in fi. C. de mu. & in quo loco. lib. 10. Et dictam cautelam ſequitur etiam Ang. in conſ. 24. incip. Eccleſia tenetur ad munera. intelligens hoc habere locum, quando munus ordinarium eſt certū, puta duo denarij pro tornatura quolibet anno: ſecus in collectis, quæ imponuntur extra ordinem: quia licet ſtatutum noceat illas collectas tributum, tamen quia eſt extra ordinarium & incertum, donec declaretur & imponatur, non poteſt declarari in præiudicium eccleſiæ, poſtquam res peruenit ad eccleſiam, per rationes, quas ibi uide per eum. ¶ Item pro dicta cautela Bar. uide ſemper Pet. de Anc. conſ. ſuo mihi 198. in c. Habet ſtatutum communis Piſtorij. Vnde reſpondet quibuſdam rationibus in contrarium facientibus, ſubdens ſe idem tenuiſſe in d. c. j. de immu. eccle. in 6. referendo in diſpu. Old. quem dicit ita tenere. Et pro hac parte uide etiam Bald. in c. cum ueniſſent. de eo, qui mit. in poſ. ubi dicit, ualere ſtatutum quòd clerici, qui non ſoluunt munera pro patrimonialibus, pro quibus debentur collectæ loco tributorum ex hypotheca deſcendente ab æſtimo communis, non audiantur in iudicio: quia tale ſtatutum eſt laudabile propter bonum publicum. Dicit tamen ſe de hoc alibi aliter ſcripſiſſe. ¶ Sed contra dictam opi. Bar. & ſequacium tenet do. Abb. in c. ſi. in fi. de uit. & ho. cler. maximè propter fraudem: nam iſtæ cautelæ ueniunt de directo contra priuilegium conceſſum eccleſiæ per imperatorem, de quo in l. quiſquis. C. de ſac. ſan. ecc. ut latius per eum. Idem tenet Bal. in l. placet. C. de ſac. ſan. eccl. dicens opi. Bar. eſſe falſam, quia eccleſia hodie non tenetur ad tributum, ut ibi gl. Et ideo ſi res tributaria tranſit ad eam, non tenetur, niſi ad tributa præteriti temporis: ad futura autem non, per authen. item nulla cōitas. C. de epiſ. & cle. Et pro hoc derogatur omnibus fraudibus ſtatutorum, quæ fiunt in præiudicium eccleſiæ. Et ideo Bartol. non dicit uerum, niſi tributum procc-

a *Superior*] *Ad de planè per dom. Ale. de Imo. in l. ab adminiſtratione. C. de legi. & per dom. Soc. ſuo conſil. 122. incip. Præſtantiſſimè doc. cir. ſi. ibi, ſi. lium ergo. cum ſeq. in 1. parte, ubi dicit, quod nō ipſe opponat, ſed ſuperior, uel pater, & ſic non incidet in pœnam ipſius.*

b *Perſonæ*] *An collectæ, quæ hodie imponuntur perſonis, ſi res tranſeant de perſona in perſonam, tranſeant cum onere, uide per Socinum conſilio ſuo 243. incip. In præſenti conſultatione. uerſic. confirmare uidetur. & 2. in 2. parte.*

c *Subiectis*] *An neceſſe ſit perſonam eſſe ſubiectam impoſitioni, dum collectæ imponentur, uide dom. Soci. ſuo conſil. 288. incip. circa primū. q. uerſic. primò, una conſideratione. cum uerſi. ſeq. in 2. parte.*

procedat ex ordinatione principis, quia illud bene agnoſcit eccleſia, ad quam uadit res tributaria, d. c. ſi tributum. ſecundum eum. Idem tenet etiam Bald. in l. ſi. C. ſine cenſu, uel reliquijs. Primo, quia ſtatuere, quòd munus mixtum, ſit merè reale, implicat contradictionem, & eſt mutare nomina appellatiua, quod eſt impoſſibile. l. ſi quis in fundo. ff. de leg. 3. Secundò, quia non debet dari uia fictionibus in præiudicium eccleſiarũ: eſt enim fictio, quòd munus mixtum fingatur merè reale: & quod eſt prohibitum una uia, non debet alia concedi. Alle. Hoſti. & Io. And. in c. poſtulaſti. de foro compe. Tertiò, quia licet huiuſmodi collectæ habeant cauſam de præterito ex generali ordinatione ſtatuti, tamen formam habent poſtquam res eſt facta eccleſiæ. Impoſſibile eſt autem, quòd tunc formetur obligatio, ubi inuenitur perſona, quæ non poſſit affici, & res mutauit ſtatum, l. ſeruus Stichus meus. ff. de ma. teſta. Non igitur inſpicitur tempus l. conditæ, ſed tempus in ſoluendo collectam diſtributam, ut in exemplo, de quo per eum. Quartò, quia ſtatutum de ſoluendis collectis habet in ſe conditionem poteſtatiuam, ſcilicet ſi imponantur: quæ conditio non poteſt retrotrahi in præiudicium tertij poſſeſſoris, l. qui potio. & l. qui balneum. ff. qui potio. in pig. hab. ſecundum eum. ¶ Et quamuis iſtis rationibus uideatur reſpondere Pet. de Anchar. in d. conſi. 298. tamen ad illud de fraude præſumpta non uidetur accommodatè poſſe reſponderi. Et ita per illam rationem firmat latè Lud. Ro. in l. ſi publicanus. ff. de publica. ſubdens, quòd aut ſtatutum facit expreſſam mentionem, quando prædium pertineret, & clarum eſt, quòd non tenet, authen. caſſa. C. de ſacroſan. ecc. & d. c. nouerint. Aut loquitur generaliter, & tunc tale ſtatutum, tanquam odioſum, non comprehendit eccleſiam, per no. hic. Et ſubdit Lud. ſe neſcire, ad quid ſit opus iſtis cautelis. Poſito enim, quòd laici eorum prædia transferãt ad eccleſias, tamen non poſſunt poſtea grauari pro collectis illis prædijs imponendis. ¶ Sed dic, quòd tenentes dictam cautelam non dubitauerunt de hoc, ſed conſiderauerunt, quòd facultates populi diminuuntur propter multa prædia, quæ acquirunt eccleſiæ: quæ ſi non poſſunt collectari, remanet populus minus potens ad ſuſtinendũ onera communia, à quibus ſubleuatur per collectas. Et hanc partem contra Bar. tenet etiam do. Card. in repe. c. perpendimus. uerſ. uenio ad tertium. de ſen. excom. circa quam ponderare oportet capi. in fin. de cenſi. per quod mouetur Barto. in d. conſi. 180. & dom. Abb. in d. c. 1. & in ca. non minus. de immu. eccl. Dixi aliquid in cap. uerum. de foro compe. ¶ Sed retenta hac ſecunda opi. pro uerior & ſuſten-

77 tabiliori nor. incidideoter tria. Primò, quòd † teſtator legando fundum eccleſiæ poteſt diſponere, quòd pro dicto fundo teneatur ſoluere pro communi onera & collectas, à quibus ſi non apposito erat eccleſia exempta de iure communi. Ita Pet. de Anch. conſuluit conſi. 223. inci. dubium facit in prædicta q. quia licitum eſt cuicunque priuato donanti res ſuas eccleſiæ, adijcere conditiones & onera: & eccleſia tenetur illa ſeruare, ut in c. uerum. cum materia, de condi. appo. Et adeo hoc eſt uerum, quòd ſi bona transferantur in eccleſiam ſub prædicta conditione, & eccleſia non ſubeat onera impoſita, licitum eſt laico propria authoritate ea capere, arg. d. c. uerum. & no. Hoſt. & Io. And. in c. uerum. de foro competen. ſecundum eum. ¶ Secundò no. quòd quando eccleſia acquirit poſſeſſionem, quæ prius erat æſtimata, ſeu allibrata in libris communitatis, eo ipſo dicitur exumi ab onere collectarum, nec ad eas ſoluendas tenetur clericus illius eccleſiæ. Ita conſuluit Bar. in conſi. 180. incip. Si aliqua poſſeſſio. per rationes, quas ibi uide: & intelligit iura in contrariũ facientia, ut loquantur in prædijs ascriptitijs & oneribus merè realibus, ſed conſilium ſuum loquitur in mixtis, prout ſunt collectæ. Sed an in tributarijs ſit ſecus, pendet, ut uides, ex dictis ſupra. ¶ Tertiò no. quòd ubi in populo eſt impoſita collecta, ſeu præſtanda pro certis annis, & ijs non completis bona alicuius ciuis peruenerint ad eccleſiam, tenetur eccleſia ad reſiduum illorum annorum, ſecundum Ange. latè in conſi. mihi 223. inci. Inter ordinamenta. quia licet eccleſiæ nõ poſſit imponi collecta de nouo poſt rem translatam, tamen ſi iam fuit impoſita, tranſit ad eccleſiam cum onere illo, ſicut ad quemcunque ſucceſſorem, per l. incola

quaſi iam muneribus publicis deſtinatus. ff. ad muni. etiã ſi poſtquam eccleſia acquiſiuit, declaretur ſingillatim portio cuiuslibet poſſeſſionis: quia per hoc dicitur noua impoſitio, per l. hæredes palam. uer. ſed ſi notam. ff. de teſta. ut ibi eleganter per eum. ¶ Sextò quæro, utrum ſtante ſtatuto, quod maſculi excludãt fœminas ab inteſtato, excludatur mulier monacha? [a] Et breuiter conclude, quòd ſi aſſumpſit monachatum ante ſtatutum, non excluditur: ſecus, ſi poſt, ſecundum dom. Abb. in c. quod clericis. de foro cõpe. uer. & faciunt hæc per plures rationes, quas ibi uidere potes: ſed adde Pau. de Caſ. idem tenentem eleganti ſtylo conſilio ſuo 335. incip. In Chriſti, primum dubium, de quo quæritur. Et ſcias, quòd ibi in effectu ponit duas concluſiones. ¶ Prima con-

78 cluſio eſt, quòd ſi † ſtatutum expreſsè excludit moniales, non ualet. hoc & indiſtinctè tenet Bart. in l. ſi. C. de pac. & Bald. in l. Deo nobis. C. de epiſ. & cler. & Pet. de Anch. in repe. c. 1. uerſi. quæro etiam, an ualeat. Limitant hoc, ubi ſtatutum præcedat ingreſſum, & utatur uerbis præſentis temporis, non præteriti, puta dicendo, quòd ingrediens monaſterium non ſuccedat, [b] & ſic confert effectum ſuum in tempus, quo ingreditur, quo tempore adhuc eſt laica, quia, ſecundum Pau. de Caſt. etiã tunc non ualet. Nam licet dicat, Ingrediens, tamen poſtea ſubdit, Non ſuccedat, eſt uerbum futuri temporis, & ſic refert ſe ad tempus, quo delata eſt ſucceſſio, quo tempore propriè fit excluſio prius, ut ipſe probat. Sed tunc reperitur monacha & exempta à iuriſdictione ſtatuentium. Ergo ſtatutum non poteſt in illam operari. ¶ Item ex alio capite, quia traheret uoluntatem monachãdi propoſito religionis. Ergò nullum, ut in §. ſed hoc præſenti in authen. de ſan. epiſ. Item contra libertatem eccleſiaſticam, quia timidiores efficiuntur ad ingrediendum, & per ingreſſum efficiuntur deterioris conditionis, ut ibi per eum. ¶ Hanc concluſionẽ tenet etiam ipſe Pau. de Caſt. in l. ſi quis id, quod. ff. de iur. om. iud. & Bald. in l. omnes populi. uerſi. ſed quid ſi ſtatutum dicat, quòd monachus. ff. de iuſti. & iur. & Ang. pulchrè in diſput. ſua inci. Nobilis quidam genere. uerſi. ad unum tamen diligenter, &c. & Domi. poſt Imo. in c. quamuis. de pact. in 6. & Rom. per multas rationes in l. ſtipulatio hoc modo concepta. uerſi. circa illud uerò exemplũ. ff. de uerb. ob. & do. Abb. hic in repe. uer. circa iſtum caſum. & Nicolaus de Vbaldis Modernus, auditor Rotæ, in trac. De ſucceſ. ab inteſtato, fol. 189. uer. ſed an ualeat ſtatutum. Bene facit, quod no. Pet. de Anch. conſi. 268. incip. Pro & contra. ubi dicit, quòd non ualeret ſtatutum, quòd uxore ingrediente religionem maritus lucretur certam partem dotis, quia retraheretur fortè mulier à profeſſione. Ergo, &c. d. §. ſed hoc præſente. Et per prædicta dubito de eo, quod dicit Domi. in c. legem. in primo no. 63. diſt. ubi dicit, ualere ſtatutum laicorum inhabilitans ſibi ſubiectos ad clericatum, quando hoc facit ex legitima cauſa. Nec obſt. tex. ibi, quia illa lex fuit per Papam ſpecialiter approbata, aliàs non tenuiſſet, per ea, quæ dicta fuerunt in 1. q. ¶ Secunda concluſio Pau. de Caſt. in d. con-

79 ſil. eſt, quòd † ſtatutum non loquens ſpecialiter de ingredientibus, uel ingreſſis monaſterium, ſed generaliter, quòd nulla mulier ſuccedat extante maſculo, excludit etiam monachas, cum ceſſent rationes prædictæ, nec efficiuntur deterioris conditionis propter ingreſſum, & oſtendit latè dom. Pau. quòd ſicut ceſſante ſtatuto omnis potentia ſuccedendi oritur à iure communi, ita extante ſtatuto oritur ab ipſo, & cum iſta limitatione & incapacitate ſemper ſuccedit, ſcilicet niſi eſſent maſculi. Et non dicitur ſtatutum ligare

a *Monacha*] *Ad. de Alexan. in ſuo conſilio 221. poſt Sal. in d. authen. caſſa. C. de ſa. ſa. eccle. alle. in tex. & per dom. Soci. conſil. 81. incipi. in præſenti conſultatione. uer. his tamen non obſtantibus. cum uerſic. ſeq. uſque ad ult. in prima parte, et plenius in conſil. 230. incipi. Viſo teſtamẽto. de cal. uerſic. 3. & ult. in ſecunda parte. & conſ. 241. incip. circa primam difficultat. in princ. cum uerſ. ſequen. uſque ad uer. ſecundæ difficultas ſubtilior. in dicta parte.*

b *Non ſuccedat*] *Pro qua materia uide no. & plenè per dom. Soci. ſuo conſ. 241. incipi. circa primam difficultatem. uerſi. ſed poſito. in ſecunda parte.*

ligare moniales, uel eas efficere impotentes ad ſuccedendum, quia iſtud efficit dudum, ſcilicet tempore ſuæ natiuitatis, & ſic ante quàm de ingreſſu eſſet cogitatio. Et tenendo contrarium ſequeretur abſurdum, quia ſi fieret hodie lex imperialis conformis dicto ſtatuto, non ligaret moniales, per eandem rationem, per quam uidentur non ligari ſtatuto, quod eſſet ridiculoſum, ſecundũ eum, cũ quo etiam concor. Lud. in d. l. ſtipulatio. per id, quod in ſimili no. Io. And. in regula, ſine culpa. in ult. q. de reg. iur. in 6. dicens, quòd ſtatutum excludens a ſucceſſione regni ſecundo genitum ſtante primo, excludit illum etiam clericum effectum, quia ante clericatum iniecit in eum uires ſuas. Et hanc concluſionem tenet etiam do. Ab. in d. c. quod clericis. dicens ita conſuluiſſe do. Ant. & Pet. de Anch. & Lap. alle. c. inci. In ciuitate Florentiæ. de qua fiet mentio in ſeq. q. & facit, quod dicam in q. 15. reaſſumendo, quod eſt dictum de ſecundo genito clerico. ¶ Et prædictis adde Dom. de Rot. in antiquioribus impreſſis per rubricas, in ti. de cõſue. deciſ. 1. inci. Suppoſito de conſuetudine. ubi uoluit, quòd ſi conſuetudo excludit ingredientem religionem a bonis paternis, ſi ingrediens poſtea exit apoſtatando, & de facto contrahit matrimonium, adhuc remanet inhabilis uirtute cõſuetudinis, de cuius ualiditate non tangunt, ſed ſimpliciter eam præſupponunt. Quod no. ¶ Et ad hanc ſecundam concluſionem uide omnino Sal. in d. authen. caſſa. quem reaſſumit do. Fran. de Are. c. quod clericis. in fi. de foro comp. uolentes, non poſſe dici, quòd ante ingreſſum ſtatutum iniecerit uinculum, imo iniecit ſolum tempore ſucceſſionis deferendæ: & tunc eſt profeſſa. Ergo non nocet. De quo cogitabis, quia iſta eſt additio notata perfunctoriè. ¶ Cæterum, quia communiter talia ſtatuta ita demum excludunt fœminas, dummodò uidelicet fuerint dotatæ, dicas, quòd etiam monialis debebit dotari, alìàs a non excluditur a ſtatuto. [a] Ita Petr. de Anch. conſi. 103. inci. In paucis uerbis. ubi latè probat, quòd matrimonium ſpirituale, quod contrahitur inter ipſam & monaſterium, non debet in hoc eſſe deterioris conditionis, quàm matrimonium carnale [b] & inducit inter cætera b authen. niſi rogati. C. ad Treb. attenta ratione ipſius, quæ eſt, ut legatum dotis ſub conditione nuptiarum debeatur etiã ingredienti monaſterium, ne impediatur uita contemplatiua, quæ ratio procederet etiam hic, ſi filia uolens profiteri, excluderetur etiam a dote ſtante maſculo, ut ibi per eum, pro quo facit, quod not. Bal. in l. fin. uerſi. ſed pone, quòd filia non uult nubere. C. de do. promiſſio. ubi dicit, quòd filia uolens ingredi monaſterium debet dotari, & ita dicit colligi ex dictis Bartol. in l. j. §. ſi parens. ff. ſi quis a paren. fuerit manumiſſus. ¶ Modò eſt dubium quotidianum, utrum illud, quod offert pater ſimpliciter in altari, quando filia profitetur, debeat computari loco dotis? Bart. dicit, quòd ſic, in d. §. ſi parens. dicens, quòd illa pecunia computatur in legitimam, eſt. n. ad ſimilitudinem dotis; quæ computatur in legitima, l. quoniam nouella. C. de in offi. teſt. cuius dotis loco ſuccedit id, quod ponitur ſuper altari, ſecundum eum dicentem ita dici in uulgari. Et ita ſimpliciter, refert & ſequitur Bal. in d. l. quoniam. in fi. dicens, ſe credere hoc uerum. Et eſt menti tenendum, ſecundum eum. ¶ Sed reperio quendam Pet. de Pet. in ſuo tractatu De ſocietate, in 11. parte, in 4. q. ubi latè tenet contrarium, uidelicet q̃ dicta oblatio facta in altari, non dicatur dos; nec in ea uerificetur ſtatutum loquens de dotata: & mouetur potiſſimè, quia uerba ſtatuti loquentia de c dotata, intelliguntur de dotata propriè [c] reſpectu matrimonij carnalis. Nam conſiderauit ſtatutum dotem propriè, quæ remanet apud filiã, & cenſetur patrimonium filiæ, l. nuica. C. de rei uxo. act. Sed illa pecunia oblata non eſt ipſius filiæ, ſed monaſterij: quia illa eſt incapax proprij, ſaltem ad monaſterium. in fin. de ſta. mona. Item probat, quòd ſi eſſet loco dotis, eſſet ſimonia: & latè inducit no. in cap. non ſatis de ſimo. Et hoc modo non excluderetur mulier profeſſa à bonis paternis uigore dicti ſtatuti, ſecũdum eum latiùs loquentem poſt quendam alium Pet. de Pe. quẽ refert ita conſuluiſſe. Et pro iſta opi. adduci poteſt, quod not. Bal. in authen. niſi rogati. uer. quæro, nunquid monaſteriũ. C. ad Treb. ubi dicit, quod executores deputati ad uirgines maritãdas non poſſunt dare illam quantitatem uirginibus intrantibus monaſterium, quia hoc non habent in mandatis. Et ſic uult, quòd illud, quod datur moniali, nõ dicitur pro matrimonio: & ſic neque dicitur dos, iuxta not. in rub. ff. ſol. mat. In contrarium tamen facit, quod incidenter firmat do. Dionyſius de Per. conſi. 20. inci. & ſi doctrina cæcum illuminet. prout refert & ſequitur do. Maria. in repe. c. qualiter. lo 2. q. 8. arti. pe. de accuſ. ubi dicit, quòd ſtatutum diſponens aliquid contra cognoſcentem mulierem nuptam, habet locum in cognoſcente monialem: quia dicitur matrimonium contrahi cum eccleſia, ſeu Chriſto, c. hi, qui. & c. uideas. & c. quæ Chriſto. 27. q. 1. ¶ Sed fortè hoc dictũ non ſuſtineretur, tum propter prædicta, tum quia ſtatuta d debẽt intelligi in caſu uero [d] & proprio, ut per Bar. in l. 3. §. hæc uerba. ff. de neg. geſt. & in l. 1. §. hoc interdictum. ff. de fonte, cum concor. Et iſtud matrimoniũ ſpirituale non uidetur uerum matrimonium, nec fuiſſe in conſideratione ſtatuti. Et faciunt no. per Io. And. & do. Ant. in cap. tua. de ſpon. ¶ Septimò quæro ſ

80 ſtante † dicto ſtatuto, quòd maſculi excludant fœminas, utrum clericus gaudebit beneficio huius ſtatuti contra fœminas? Et concluſio eſt, quòd ſic [e], ut latiſſimè concludit Lap. alle. c. inci. An ſtatutum excluſiuum fœminarũ. & latius alleg. ſeq. quæ incipit, In ciuitate Flor. per rationes ſolennes, quas ibi uidere poteris: & ſequitur do. Card. in repe. c. perpendimus. uerſi. ſed quæro, quid ſi conſtitutio. de ſent. ex commu. & dom. Abb. in d. c. quod clericis. uerſi. hæc uera. ſecundum Lap. hic, & in repe. uerſi. ſecundus caſus. & in c. conſtitutus. de reſt. in integ. per tex. ibi, & in c. cùm dilecti. de foro compe. & in c. ſi in adiutorium. 10. diſt. Per quæ iura idem tenet Bald. in l. cunctos populos. in lectu. uerſi. ſed hic ulterius quæritur. C. de ſumma trinit. ¶ Non obſt. iſte tex. quia intelligitur, quando ſtatutum ſpecificè diſponit de clericis, ſeu eccleſijs: tunc enim non ualet, ne notetur ſuperioritas reſpectu ſtatuentis: & hoc uult iſte tex. in ratione ſua: ibi, ſunt à quibus, ſi quid motu proprio. Et ſi diceretur, quòd ratio hic poſita in principio procedit etiam, quando ſtatutum loquitur generaliter, prout diſponebat hic: reſpondetur, ſecundum do. Abb. in d. c. quod clericis. quòd procedit, quando ſtatutum non infert commodum ſimpliciter, ubi loquitur, quando præcipiendo, uetando, uel prohibendo: quibus caſibus non extenditur ad eccleſiam. Et ita uult iſte tex. ibi, tributa facultas, id eſt, poteſtas. Secus ergo, ſi ſimpliciter infert commodum, ſecundum eum. ¶ Ex quibus uerbis tollitur motiuum Io. de Imo. hic, & Matth. Mathe. ſilani. no. cxj. inci. Nota luculentam cautelam. & Pet. de Anc. in repe. c. j. uer. opi. Bal. ſuprà, co. & Lud. in ſing. ſcecli. ſuo. Habeo factum in caſu cardinalis, qui non uiſis prædictis aliter determinat iſtam q. & minus bene. Et pro dicta reſponſione ad iſtum tex. uide Domi. in c. fi. in prin. de off. deleg. in 6. Ad hanc q. facit, quod dicetur in ſeq. q. uer. opi. tamen Bar. ¶ Octauò quæro, & eſt

81 q. potiſſima in hac materia, ſi † ſtatuta laicorum non diſponunt de eccleſijs, uel clericis, nec in materia tangente priuilegia, quæ ſunt ſua, ſed ſimpliciter aliquid honeſtè diſponunt,

a Statuto] Ad quod facit, quod dicitur per dom. Soci. conſi. ſuo 121. inci. Præſens conſultatio conſiſtit. uer. confirmantur prædicta, ibi, ſi ergo. in 2. parte, quem omnino uide.

b Carnale] Adde idẽ tenentẽ do. Soc. ſuo cõſ. 121. inci. præſens conſultatio. uer. confirmantur prædicta. circa mediũ, in 2. parte.

c Propriè] Sed quid ſi ſit dotata a patre non de bonis ſuis, ſed maternis, an ſtatutũ uerificetur? Dic, quod nõ, ut per d. Soci. ſuo conſ. 30. inci. quamuis ex his. uer. nec obſtat, ſi diceretur. circa fi. in 3. parte. Et quõ tale ſtatutũ intelligatur, & quando locum habeat, uide per eum in conſi. 84. inci. Viſa prædicta facti. uerſic. quarti mouetur magis. in 3. parte, & conſi. 92. inci. Circa primum hu ius. uer. circa ſecundã dubitationẽ. in dicta part.

d Vero] Ad quod adde etiam dom. Socin. ſuo conſil. 129. incip. præſtantiam iuris. uerſ. 2. oſtenditur in fi. in 3. parte.

e Quòd ſic] Adde Alex. plenè in ſuo conſ. 211. in 2. parte, & do. Soc. ſuo conſ. 231. incipien. Viſo teſtamento de cal. uer. 3. & ult. in ſecunda parte.

ſponuent, utrùm debeat ualere, quo ad clericos, uel eccleſias? Et in hoc eſt opi. uulgata Bar. quòd ſic, in l. cunctos populos. uerſi. quintò quæro. C. de ſum. trini. per c. cùm ueniſſent. de eo, qui mit. in poſ. & in cap. conſtitutus. de reſt. in integ. & cap. cùm cauſa. de re iudi. ubi retractatur actus, quia fuit conſuetudo mala, ſecus ſi fuiſſet bona. Allegat gl. ſi. in l. ex ea. ff. de poſtu. Et hanc opi. uidetur ſequi Domi. in ca. 1. de treuga. in 6. inducens pro ea illum tex. licet dicat communiter teneri contrariam. ¶ Et ex hoc infert Bart. ubi ſ. quòd ſi ex ſtatuto laicorum inſtrumentũ debet exequi ſine libello, ligabit eccleſiam, cuius cauſa agitatur coram epiſcopo. Idem dicit de ſtatuto irritante teſtamentum non inſinuatum in memorialibus communit. Nam procedit, ubi ſecerit legata pro eccleſijs, ſecundum eum. Sed contra Bar. tenent hic do. Anto. Imo. Domi. & do. Abb. & Bal. in d. l. cunctos. in lect. & do. Abb. in c. tua. lo 1. ad fi. de deci. per illum tex. & Cal. in iſto ti. conſi. 11. & dom. Card. in d. c. cùm cauſam. & in d. c. cùm ueniſſent. & do. Anto. do. Abb. & Imo. in d. c. quod clericis. & Domi. in d. c. Romana. §. 1. de ſen. excom. in 6. & do. Anton. in ſua diſpu. ſtante ſtatuto. uer. Iſta theorica Bar. nunquam mihi placuit, quia conſuetudo, uel ſtatutum laicorum non poteſt aſtringere clericos, c. 1. 10. diſtin. c. quæ in eccleſiarum. ſ. eo. Item, quia clerici ſunt maiores laicis. Et allegant etiam text. in §. plebiſcitum. Inſt. de iur. natu. ubi ſtatutum plebis non ligauit patres. Item, ſi non ualet, quando diſponit contra priuilegium eccleſiarum, ut fatetur Bal. multo minus debet ualere, ſi diſponit contra concernentia iur commune, quia facilius tollitur, quod competit de iure ſpeciali, quàm quod de iure cõmuni, l. eius militis. §. militia. ff. de mil. teſt. ¶ Nec obſt. quòd ſtatutum ſit bonum & æquum, quia iſtud non dat authoritatem ſtatuenti, ſecundum Bal. pro quo facit, quod no. Io. And. in c. ſtatutum de hæc. in 6. cum concor. allegatis in 1. q. ¶ Et ſi diceretur, quòd ſicut clericus utitur dicto ſtatuto cõtra laicum in foro ſeculari, ita deberet econuersò laicus uti contra eum, tanquam iſtud non ſit ui ſtatuti, ſed ut iuris communis. Reſponde, quòd iſta ratio non ualet, quia iſtud ſtatutum non eſt factum ad poſtulationem clericorum, ſecundum Bal. ubi ſupra. Et pro iſta reſponſione facit gl. fi. in fi. in c. 2. de mutu. peti. cum his, quæ ibi alle. d. Abb. probans, quòd non tenetur quis recipere contra ſe illud, quod ad eius poſtulationem non eſt ei conceſſum. Et ſi diceretur, quòd ſi præceptum guarentigiæ habeat paratam executionem, ſecundum Cy. in l. j. C. de confeſ. reſpondet Bald. quòd iſta ratio non eſt uera, quia præcipiens tabellio eſt iudex authoritate imperiali. Ergo nihil poteſt præcipere clerico. Idem, ſi authoritate papali, quia eſt purus laicus. Vnde in clericum nihil poteſt, cap. ſi diligenti. de foro compe. Non obſt. gloſſ. in d. l. ex ea. quia loquitur inter laicos. Sed iſte clericus non eſt ſubditus, ſecundum eum. Nec obſt. iura allegata per Bartol. quia reſpondet Ioan. de Lig. in d. c. quod clericis. quem alij ſequuntur, quòd in dictis iuribus erat conſuetudo mixta clericorum & laicorum, & ideo debeat ſeruari in foro eccleſiaſtico, ſecus, quando conſuetudo eſſet tantummodo laicorum, quia illa non ligat clericos, ſaltem in foro ſuo, ſecundum Cy. in l. ij. ad fi. C. quæ ſit long. conſu. per no. hic. Et hanc reſponſionem clarè approbat do. Abb. in d. c. cum cauſam. in 4. no. & in d. c. cùm ueniſſent. in 5. no. ¶ Poteſt etiam dari alia reſponſio ad d. c. conſtitutus. de qua ibi. per do. Abb. quem uideas. Opinio tamen Bart. ſaluari poteſt plurib. caſibus, conſiderando generaliter, quoties in materia iſta concluditur ſtatutum operari erga clericos, quod ex diſcurſu materiæ ſæpe apparet. Tamen ſpecialiter ſaluatur in quinque caſibus. Primus eſt, quando ſtatutum non utitur uerbis præceptiuis, uel arctatiuis, ſed priuilegiatiuis, uel concedendo immunitatem in aliquo caſu, quia ſi profertur per nomina apta ex proprio ſignificato clericos comprehendere, illos comprehendit. Ita probatur ex his, quæ dicta ſunt in præcedenti q. Et ita etiam decidit Dom. in c. fi. de off. deleg. in 6. dicens pro hoc facere c. ad Apoſtolicam. de ſimo. & idem no. Pau. de Caſt. conſi. 296. incip. In Chriſti, &c. ad primum dicendum per tex. optimum in c. dilecti. de for. comp. quem etiam ad hoc alle. Bald. in d. l. cunctos populos. in lect. Nec eſt abſurdum, quòd clerici gaudeant beneficijs ſtatutorum non populi, licet non ſupportent onera, quia ſufficit, quòd ſubeant onera ſpiritualia, ſecundum Pau. de Caſt. in d. conſi. Et ſic non ſunt ſimiles omnino forenſibus, a quibus laici nullum habent ſubſidium. Quod uerbum no. in tota materia iſta ad euitandam æquiparationem, quæ ſæpe fit de clericis ad forenſes, quia non eſt bona per id, quod dictum eſt. Et ad hunc primum caſum adde notanda uerba do. Abb. in c. cùm dilectus. uer. ſed contrarium hic ſtatuit. de fid. inſtru. maximè dum dicit, quòd iſte tex. intelligitur in his, quæ ſunt iuriſdictionis contentioſæ, ſecus ſi uoluntariæ, inferens ad caſum, de quo ibi per eum, quem ſcias adducere ad ſimilia. ¶ Sed hunc primum caſum declara dupliciter ex dictis Bald. in l. de quibus. uer. ſextò quæro. ff. de legib. Primò, dum modò clericus uolens uti beneficio ſtatuti, utatur eum ſua forma. Vnde ſtante ſtatuto, quòd inſtrumenta mandentur executioni, niſi ſint lapſi x. an. clericus uolens ita uti tali ſtatuto, debet eo uti infra x. annos, quibus elapſis agat iure communi. Et idem uoluit Bald. in l. j. in fi. C. de contrahen. emp. ¶ Secundò declara, ut non procedat, quando ſtatutum excluderet clericos a beneficio ſuo, exceptuando eos, nam hoc poteſt, ſecundum Bald. in d. l. de quibus. quia qui non impedit beneficium, nullam tamen facit iniuriam. Quod bene no. Et pro hoc adduci poteſt, quod not. Domi. in c. ſancto. 2. q. 7. ubi dicit, quòd ualet ſtatutum unius ciuitatis diſponens, quòd illud ius ſeruetur in ciuitate a forenſib. quòd illi ſeruarent in ſua ciuitate ipſis ſtatuentibus. Et ideo cùm clerici non patiantur allegari contra ſe ſtatuta laicorum, uidentur ſimiliter laici poſſe recuſare, ne clerici allegent ipſa contra eos. Facit, quod no. Bal. in repe. l. j. uerſi. ſuper quinto. C. de ſac. ſan. ecc. dum dicit in ſimilibus terminis, quòd quis poteſt ſuum beneficium remouere. ¶ Hæc intelligo, niſi ſtatutum priuilegiatiuum, quod reuocatur, faceret mentionem de clericis, & ab eis eſſet acceptatum, quia tunc non poſſet fortè in eorum præiudicium reuocari, per ea, quæ infra dicentur in 12. q. Et ſi ſtatutum diceret ſimpliciter, quòd non ſubiecti non gaudeant beneficijs ſtatutorum, an includantur clerici? Dicit Bald. quòd ſic, in d. l. de quibus. quia generalis eſt determinatio ſtatuti, & nulla ratio cogit contrariũ dicere, ſecundum eũ. Quod no. quia uidetur prima facie contra illud, quod proximè notaui poſt Paul. de Caſt. contra æquiparantes clericos forenſibus, niſi dicas, ſaluando utrumque, quòd illud eſt uerum, quòd non ſunt forẽſes, per ea, quæ dicta ſunt in 3. q. & tamẽ non ſunt ſubditi, & ſic, quando ſtatutum expreſſè excludet non ſubditos, ipſi etiam excludentur, per prædicta, quæ no. tanquam alibi non reducta. Et adde aliam rationem pro dicta conſideratione Pau. de Caſt. quia ſi clerici dicerentur forenſes, non procederet iſte primus caſus, quia nunquam gauderent beneficijs ſtatuti laicorum, per id, quod ſcribit Ang. conſi. 72. inci. In ſtatuto Flo. & Lud. conſil. 224. Incip. In Chriſti, &c. iſta captura. ante fin. & Paul. de Caſt. conſi. 343. inci. In Chriſti, &c. Statutum. ad fin. ubi dicunt, quòd forenſes non gaudent beneficijs ſtatutorum, per l. j. ff. de tu. & cur. dat. ab his. & tex. hic, ſed allegando iſtum tex. uideantur errare, per ea quæ dixi in fi. præcedentis q. ¶ Secundus caſus ſaluans opi. Bar. eſt, quando conſuetudo eſt promiſcuè inducta in loco tam per clericos, quam laicos, ſecundum d. Anton. hic, & Domin. & Imo. in c. ad noſtram. per illum text. de prob. & Hoſt. in ſumma, de conſue. §. fin. uerſi. ſed pone, quòd inter laicos & alios quos ſupra adduxi in reſponſione ad iura allegata per Bartol. quæ hoc probant. ¶ Tertius caſus eſt, quando clericus agit in foro ciuili, & ſumus in ordinarijs iudicijs. Nam tunc eſt ſeruandum ius laicorum, quia lex canonica conſentiens, quod ibi cauſa agitetur, cenſetur etiam uelle, quòd agitetur ſecundum modum illius iudicij. Ita gloſſ. in c. quod clericis. de foro compe. Et ita etiam alle. do. Anton. & Imo. do. Abb. & Dom. hic, & Io. And. in addit. ſuper rub. de conſti. Propterea dixit in propoſito Arch. in c. non ita. 2. q. 6. quòd clericus litigans in iudicio ſeculari non poteſt appellare ante ſententiam, niſi in caſibus a iure ciuili permiſſis. ſed laicus litigans coram eccleſiaſtico bene appellaret, per c. ſuper eo. de appel. & hoc dictum ſequuntur hic omnes * prædicti, & do. Ab. in d. cap.

quod

quod clericis.& in c.qualiter.io 3.no.de indi. & Pet.de An
char. conſi.15.& in rep.c.1.uer.accedat.ſ.eo.& Domi.in c.
conſuetudo.8.diſt. & facit optimè, quæ dicta ſunt in 1.
q. in 7. decla.3.limitationis. Et quòd in ordinatorijs litis
attendantur ſtatuta fori, in quo litigatur, alle. hic Domi.
gl.in cle.2.in uerbo, uſuris.de iud. & Bald. in diſpu. incip.
Statuto ciuitatis cauetur, quòd ſi ab actore. ubi ſuper iſto
caſu latiſſimè inſtat. Et ideo dixit Lap. alle.81.inci. Nõ ua-
luit. q clericus litigans in iudicio ſeculari arctatur ſtatuto
diſponente ſuper exhibitione mandati. Et in dictis locis &
alijs, quæ allegata ſunt in d.7.declaratione, inuenies, quòd
ſecus eſt in deciſorijs, nam in illis non ſeruabitur ſtatutũ
laicale contra clericum litigantem in foro ſeculari. Quod
præ cæteris examinat Cal. in d.diſpu.de quo fit longa men
tio per oẽs in d.c.quod clericis. per iura & rationes, de qui
bus per eos, & per Pet.de Anch. in dicta regula, ea quæ.&
per d.Ant.in diſpu.incipiente, Stante ſtatuto municipa.de
quo fiet mentio 10 q. 14.in fi. ¶ Quartus caſus eſt, quan-
do ſtatutum, ſeu conſuetudo concernit ſolennitatem actus
adhibendam tempore contractus, & tunc ſiue ſit ſtatutum
clerici, ſiue laici, non ualebit actus, niſi
ſolẽnitas fuerit obſeruata, [a] quia nõ po
tuit ſubditus contrahere etiã cum non
ſubdito ſpreta lege ſui ſuperioris: imo
peccaret, cap.2.de ma. & obedi. & nulla
fuit contracta obligatio propter reſiſten-
tiam ſtatuti, l.cũ lex uenditionibus.ff.de fideiuſ. & ſic con-
tractus non potuit ex una parte ſubſiſtere, l. Labeo. ff. de
uerb.ſig. Et ideo clericus contrahendo cũ laico omiſſa ſo-
lennitate ſtatuti, nulliter contrahit. Ita d.Ab. plures ratio-
nes adducens hinc in rep.in d.c.quod clericis. dicẽs, quòd
ſi d.Car.& d.Ant.conſideraſſent iſtum caſum, & ſic fortè ali
ter ſcripſiſſent, & adducit in ſimili Fede.conſi.85.incip.ſta-
tuto ciuitatis Peruſinæ.ubi latè conſuluit, quòd ſtante ſta
tuto, quòd nobis nõ licet recipere ceſſionẽ actionũ contra
populares nõ ualebit ceſſio facta nobili per eccleſiam: quia
ſtatutum diſponit in caſu licito, & inter ſubditos, nec in
fraudem, nec in alio modo infringendo libertatem eccle-
ſiæ. Et hoc conſilium ſequitur Paul. de Caſt. conſil. 859.
incip. In præſenti cauſa uiſis & examinatis. in fin. quia
nõ damnificantur clerici, uel eccleſiæ, cum alijs cedere poſ-
ſint non magnatibus. Propter quas deciſiones uidi con-
ſultum per immortalem uirum domi.
Alex. de Imo. [b] quòd inueſtitura facta
per clericum laico, non uocato poſſeſ-
ſore iuxta formam ſtatuti laicalis, eſſet
nulla. ¶ Modò ex iſto caſu deciduntur
82 duo. Primum eſt, quòd ſi † lex, uel ſtatutum irritet dona-
tionem non inſinuatam, quãdo excedit certam ſummam,
ſi fiat talis donatio clerico, non facta inſinuatione, non
tenebit, ſecundum do. Ab. in d. c. quod clericis.per not.
in l. ſancimus. C.de donat. Sed hoc intellige ſanè, quando
fit donatio ipſi clerico intuitu ipſius. Sed ſi fieret eccleſiæ,
eſt maius dubium, an uitietur donatio ex defectu inſinua-
tionis. Et licet gl. Gul. de Cu. & Bal.in l. illud. C. de ſac.
ſan. ec. & gl. in §. ſi minus. in authen. de non alie. & gl.
Bal. & Ang. in d. l. ſancimus. in prin. & Ang. in l.ſi quis
pro redemptione. §. fi. C.de dona. dicant, quod uitiatur,
tamẽ cõiter [c] tenetur, ut per Bar.in d.
l.illud.& Lu.Ro.plenè in l. Modeſtinus.
ff. de dona. & Hoſt.& Io. An.& do. Ant.
in c. fi. de fide inſtr. & do. Ab.in c. relatum. in j. de teſta. & Io. An. in Spe. de
inſtru.edi.§.porro. in addit. lex illa unic.
& Cal.de dona. conſi. 3. & Io. An. do. Ant. & Imo. in c.
ad hæc. de teſta. & Pau. de Ca.conſi. 3. incip. In Chriſti,
etc. omiſſo ordine.quia in eccleſia ceſſat cauſa legis requi-
rentis inſinuationem, uidelicet ſuſpicio fraudis. Itẽ quia
donari poteſt imperio ſine inſinuatione, d. l. illud. & d. l.
ſancimus. in prin. Ergo & eccleſiæ ut latius in dictis lo-
cis: quibus adde Bal. in c. fi. uerſ. pone, ſtatuto cauetur.
de ui. & honeſt. cle. ¶ Secundum, quod ſequitur ex iſto
83 quarto caſu, eſt, quod † teſtamentum laici, in quo clericus
inſtituitur non ſeruatis ſolemnitatibus legis, uel ſtatuti
ſecularis, puta regiſtratione, uel ſimili, non ualet, ſecun-
dum Bar. in d.l.cunctos.& Imo. hic, & d.Ab.in d.c.quod
clericis.& in rep.uer.ex hoc infero. licet ipſemet aliter di-
xerit in eadem rep.uerſic. 2.q.& in d.ca.relatũ. in j.ſecutus
ſimpliciter Bal.in auth. caſſa.C.de ſac.ſan. ecc.tamen me-
lius probatur, quod ipſe decidit examinando in dictis lo-
cis, & facit deciſio Bal.in l. teſtamenta.uer. ultimò formo.
C.de teſt.de qua cũ ſuis cõcor.memini ſ.in fi. primæ q.ult.
non omitto. ¶ Alia aũt opi. procedere põt in teſtamento ad
pias cauſas, in quo ſufficit ſeruare ſolennitatẽ iuris gentiũ,
c.relatum.& c.cùm eſſes.de teſt.Et ita ſeipſum limitat do.
Ab.in d.c.quod clericis. & Imo. hic.cũ quibus cõcor.Cal.
in iſto tit. conſi.ult.& d.Ant. & Imo.in d.c.relatum.in j.&
in c.fi.de reb.ecc.non alie.& Bald.in l. conſulta. in fi.C.de
teſta. & Cal.in diſp.inci.Bononienſi ſtatuto cauetur. uerſi.
ſaluo, q ſi eccleſia.& Pet. de Anc.conſi.253. inci.Supra di-
ctũ ſtatutũ.dicentes, quòd omiſſio regiſtrationis requiſitæ
a ſtatuto, non uitiat teſtamentũ ad pias cauſas. Bene facit,
quod no. Bal.in l.generali.ad fi.C.de ſac.ſan.ecc.dicens, q
ſtante ſtatuto, quòd mulier non poſſit contrahere, uel teſta
ri ſine conſenſu propinquorum, tamen poterit donare eccle
ſiæ ſine illa ſolennitate. Et ſequitur d. Ab.in d.c.relatũ. in
j.& hic.in rep.uer.& circa iſtos.& Pet.de Anch. in rep.d.c.
1.uer.dicit etiã Bal.ſ.eo. de quo tamen per Lud. in auth.ſi
militer.uer.16.C.ad l.Fal.& per Bal.in l.hæreditas.§.1.ff.de
pet.hæred. Et iſta procedunt, ubi ipſe clericus inſtituitur
hæres in teſtamento carente ſolennitate ſtatuti. ¶ Quid au-
tem, ſi ipſe inſtituat alium non ſeruata dicta ſolennitate?
Dicit hic Imo.quòd ualet teſtamentum, quia ſtatutum ui-
detur ligare clericũ, licet Bar.aliter ſentiat in d.l. cunctos.
& malè, ſecundũ eum. Sed caue, quia hoc dictum procede-
ret, ubi clericus inſtitueret clericũ, ſed ubi inſtitueret lai-
cum, uerior eſt opinio Bart. ſecundũ Bald. pulchrè in auth.
caſſa.uer.quinto quæro. C.de ſac. ſan. ecc. quia cùm hæres
ſit laicus, poteſt per ſuum factum priuari cõmodo teſtamen
ti, quod non facit regiſtrari, ſicut priuaretur, ſi non uindica
ret necẽ defuncti, l.in cognitione.cũ ſi.ff.ad Syll. ſecundũ
eum, & ſequitur d. Abb.hic in rep.uer.ſecunda quæ. ¶ Quin
84 tus & ultimus caſus ſaluans Bart. eſt, quando † ſtatutum
concernit rem, puta, ſi dicit, q res dotalis non poſſit alie-
nari. Nam ſi clericus emit, non ualet alienatio, quia mu-
lier inhabilitatur ad alienandum. Vnde naturalis obli-
gatio nõ oritur, d. l. cũ lex. & l.non dubiũ. C.de legi. Nec
dicitur hoc ſtatutũ ligare clericos, ſed tantùm ſubditũ: &
impedit obligationẽ oriri ex cõtractu. Et ſuper re ſua poteſt
quis ſtatuere, l. in re mandata. C. manda. & not. Bar. in
l. reſcripto.ff.de munc.& ho. Et ſecundum hanc l.iudicabi
tur contractus in utroque foro: quia ſi non ualet contra-
ctus, non debet ex eo iudicari. Ita decidit do. Abb. in d.c.
quod clericis.& hic in repe. ſubdens utrobique ſecus eſſe,
quando ſtatutum concernit perſonam, iubendo ut aliquid
faciat poſt contractum: puta, ut comprehẽdat poſſeſſionẽ,
uel quid ſimile, quia non ligabitur clericus, ut latius per
eum, quem aliter non refero, quia nihil adderem. ¶ Quod
autem dixit Bat. in d.l.cunctos [d]. de in-
ſtrumento guarentigiæ, pendet in effe-
ctu ex iam dictis, & j.dicẽdis. Circa iſtos
duos caſus tamen pro ſpeciali.& pleniori
ti informatione uide, quo ad hoc, latiſſi-
mè d. Benedictum de Bargis de Aretio in
trac. De guarentigia, in uer.deſcendo igi
tur ad quartũ principale dubiũ. ubi iſtũ
paſſum ſolenniter examinat, cõcludens,
quòd contra clericum non põt peti exe-
cutio dicti inſtrumenti, & quòd clericus
ita põt opponere contra ipſum inſtrumẽ
tum, ſicut ſi non fuiſſet guarentigiatum,
ſaluo, niſi ipſe clericus uteretur admini-
culo eiuſdẽ ſtatuti; per id, quod no. Bald.
in l.omni nouatione. C.de ſac. ſan.ec. &
in l.fi.in fi.C. de contrah. emp. ubi latius
per eum. ¶ Cæterum ad ſubtiliorem cognitionẽ horum duo
rum caſuum, quos d.Ab.ut retuli, affirmat ab alijs nõ con-
ſideratos, uideatis uos do. Card.in rep.c. perpendimus.j.de
ſent.exc.maximè in uerſic. his attentis ueniens ad ſecun-
dum, &c. Cuius dicta aliqualiter intricata colligo breuiter
per quatuor notabilia, ex aliquibus ultra eũ intextis, primũ
85 notabile eſt, quòd † eccleſia ligatur ſtatuto laicorum, in
quo

a *Obſeruata*] *Vide tamen Alex. de Imol. in conſi. 21. 2. parte.*

b *Ale. de Imo.*] *Quem uide conſi. 93. 2. parte.*

c *Tenetur*] *Adde Paul. de Caſt. ſuo conſilio 30. ubi plenè.*

d *L. cunctos*] *Vide Bald. ubi contra Bar. in uerſ. ſed hic dubitatur. & in d. authen. caſſa. 4. q. de ſac. ſan. ec. & in Margar. uerbo. eccleſia. ad quod adde Panor. tenentẽ cũ Bal. in c. quod clericis. infra. de foro compe. & omnino Pau. de Caſt. ſuo conſi. 296.*

quo adijcitur contractui non eccleſiaſtico certa forma ob-
ſeruabilis ſine magna difficultate. putà quòd non teneat uẽ
ditio, niſi priùs fiat proclama in palatio, an quis uelit con-
tradicere: uel niſi alienans ſit maior 30. annis, uel niſi inter
ſint duo proximiores: nam ex cauſis iſtis poſſunt iuſtificari
talia ſtatuta. Vnde ita debet faueri eccleſiæ, ut non turbe-
tur iuriſdictio laicorum, ſicut de uiduis dicitur in c. ca tenſo
re. de ſo. cõpe. Et iſta cõſideratio uera eſt, & non ſit ab aliquo
ſcribẽte, ſecundum eum. ¶ Sed crederem eſſe aduertendũ,
dum loquitur tã de eccleſia, quàm de clerico: nam reſpectu
clerici uidentur ſuſtentabiles opi. per ea, quæ dicta ſunt in
4. caſu, & in locis ibi allegatis: ſed reſpectu eccleſiæ fortè
eſſet diſtinguendum, utrùm actus, cui ſtatutum dat formã,
requirat neceſſariò duas perſonas, ſcilicet laicum & clericũ
repræſentantem eccleſiam: an uerò perfici poſſit, dato quòd
tunc clericus non interueniat. ¶ Primo caſu procedat nota
bile iſtud propter cõnexitatẽ quandam reciprocam, quæ eſt
adeo inter contrahentes, quòd ſicut tenetur laicus, ita rationa-
biliter teneri debet clericus. ¶ Secundo caſu fortè ſecus eſ
ſet, per illud, quod dictum eſt de teſtamento non regiſtrato,
in quo eccleſia inſtituitur: quia ualet non obſtante ſtatuto.
Et iſtud prima facie conſonaret, ſed obſtat fortiter illa cõis
concluſio, quam ſ. reſtrinxi, de donatione facta eccleſiæ ſi-
ne inſinuatione: nam inſinuatio uidetur forma facilè obſer-
uabilis: qua tamen omiſſa non uitiat dicto caſu. Etſi dice-
retur, quòd dominus Card. bene exceptuat contractũ eccleſia-
ſticum, reſponderẽ, quòd exemplificat in legatis ad piã cauſam,
quæ regulantur l. Canonica: ſed regulanter oẽs alij contra-
ctus ſunt fori ſecularis, ſecundũ eum. Et ideo extra caſum
legatorum difficile putarem inuenire caſum, qui diceretur
cõtractus eccleſiaſticus. Et adhuc ob. quod eſt dictũ de don.
quæ non uidetur inducere contractũ eccleſiaſticũ, & tamen
nõ ſubijcitur ſtatuto, per prædicta. Quapropter hoc primũ
notabile do. Car. non habeo pro multum ſuſtentabili. Nec
obſtant iuſtitia & æquitas, in qua ſe fundat: quia iſta non
dant poteſtatem ſtatuentibus, ſi eam non habent, ut in ſimi
li dicit Bal. in d. l. cunctos populos. Et ideo non tædeat uos
86 cogitare. ¶ Secundum notabile eſt, quòd † eccleſia non li
gatur ſtatuto laicorum, in quo contractui adijcitur forma,
quæ non eſt ſine magna difficultate obſeruabilis. Et ideo
decidit do. Car. quòd ſtatutum Paduæ prohibens fieri tran-
ſlationem immobilium in non ſoluentem onera, niſi cum
licentia principis, debet ita intelligi, quòd ad eccleſiam nõ
extendatur, & æquiparat difficultatem impoſſibilitati, per
c. breui. de iureiu. Et ideo ſicut quando præciſè contractua
prohibentur, ſtatutum non ligat eccleſiam, ut dicam in ſe-
quẽti q. ita quã permittitur, ſed cum magna difficultate. Et
intelligit difficultatem dupliciter. Vno modo pro tali, quæ
de iure cenſeatur impoſſibilitas, ſicut in caſu prædicto, ubi
requiritur principis licentia, per c. filius, cum ibi no. de te
ſta. & l. apud Iulianum. §. conſtat. ff. de leg. j. cum cõcor. Alio
modo, etiamſi non ſit tanta, dum modò ſit difficultas, pro
no. in d. c. breui. & in l. quod te. ff. ſi cer. pe. & maximè, cum
inhabilitatio uel ſimplex, uel ſub certa forma, ſit quædam
pœna, ſicut apparet in excõicato, qui eſt inhabilis ad actus
publicos, c. ad probãdum. de re iud. & in uſurario, qui remo
uetur à dignitate, c. cum inter dilectos. de excceſ. præla. Vn-
de concludit, quòd ſtatutum reddens tranſlationem diffici-
lem tali difficultate, quæ poſſit propriè dici difficultas, non
eſt ſeruandum, quo ad eccleſiam. Quæ omnia no. ſecundũ
eum. ¶ Confirmari poteſt iſtud notab. primò ex eo, quod
no. Dominic. in capit. ab exordio. in fin. 36. diſtinct.
ubi dicit, quòd ſi teſtator mandat aliquod, legatum fie-
ri pro anima in loco, in quo ſine difficultate fieri non
poteſt, poterit epiſcopus mutare legatum, ſicut ſi non
poſſet fieri, iuxta cap. nos quidem. de teſta. & mouetur pro
pter gloſſ. ibi in uerbo. impleri. quæ ponit pro impoſſibili
illud, quod de facili impleri non poteſt. Et idem ipſe di-
xit in cap. in canonicis. poſt princi. 19. diſtin. motus ex di-
cto Hug. ibi, qui exponit tex. non poſſunt, ſcilicet. de faci-
li. ¶ Secundò adduco, quod notat Domi. in c. gratia. de re-
ſcrip. in 6. ubi dicit, quòd ſi teſtator mandat fieri eccleſiam,
quæ non poteſt ædificari ſine licentia Papæ, tale ſtatutum
põt cõmutari à ſolo epiſcopo, quia cum non poſſit fieri ſi-
ne diſpenſatione, cenſetur impoſſibile. Mouetur propter
gl. pe. ibi, quæ probat, quòd illud, quod non põt fieri, niſi
cum diſpenſatione, non dicitur poſſe fieri. No. Inn. in c. pa
ſtoralis in princ. de cauſa poſ. & propri. & oẽs in d. l. apud
Iulianum. §. conſtat. cum ſi. ¶ Tertiò adduco, quod no. Bar.
in l. j. §. quæſitum. ff. de ap. & in l. ij. uer. quæro, quæ eſt ra-
tio. ff. de ap. rec. ubi dicit, quòd ſicut de iure ciuili licet ap-
pellare ante ſententiã, quando præiudiciũ non poſſet repa-
rari cum diffinitiua, d. l. ij. cum ibi no. ita ẽt, quando põt re
parari, ſed cum difficultate. ¶ Quartò adduco, quod no.
Bar. in l. fi. ff. ſi cert. pe. & in l. decem. ff. de uerb. obl. & Ang.
in l. exitus. ff. de acqui. poſ. & Cy. in authen. præſente. in 2.
q. C. de fideiuſ. cum concor. ubi dicunt, quòd ſicut non eſt
opus excutere principalẽ, ſed primò grauari põt fideiuſſor,
quando conſtat principalem non poſſe ſoluere, ita etiam
quando cum difficultate ſolueret, fortè, quia eſt tyrannus,
uel alius potens, qui non facilè conueniri poteſt, per l. ij. in
princ. cum gl. ff. qui ſat. cog. ubi fideiuſſor debet eſſe ido-
neus facultatibus & facilitate conueniendi. Facit etiam
c. ad audientiam. lo 1. ibi, non poſſunt ſine magna diffi-
cultate. de eccl. ædifican. Et iſta ſeruient etiam ad alia. ¶ Ter
87 tium notabile eſt, quòd † ſtatutum prohibens contractũ,
non ligat eccleſiam, quando talis prohibitio multum ſibi
præiudicaret. Vnde ſtatutum prohibens uendi bona, non
ſuſtinentibus onera non ligat clericos, ſecundum ipſum,
quia licet non ſuſtineant onera, non propterea debent mi
nus bene tractari, quàm laicus ſuſtinens, per capit. non
minus. de immu. ec. Aliàs priuilegiũ eccleſiæ eſſet damno-
ſum, contra l. quod fauore. ff. de legib. Itẽ quia per hoc uio-
laretur libertas eccleſiaſtica, quia ex quo per eam clerici eſ-
ſent deterioris conditionis, fiunt etiã timidiores ex hoc, ut
ibi per eum, cui adde, quod dicã expedito ſequenti notabi-
88 li. ¶ Quartũ notabile eſt, quòd † ſtatutũ prohibens contra-
ctũ, ligat eccleſiã, quando non ſit eccleſiæ aliquod præiudi
ciũ. Vnde ſi diſponit, ne arma alienẽtur in nõ ſubditũ, uel
quid ſimile de his, a quibus clerici prohibentur, ualebit ẽt
contra eos. Idẽ putat, ſi ſunt talia, quæ poſſent cõpetere
clericis, dum tamen non ſit notabile præiudiciũ eccleſiarũ,
& appareat aliqua cauſa rationabilis, per quã moti fuerunt
ſtatuentes. Et infert ad ſtatutũ diſponens, quòd certa bo-
na, quæ ſunt in confinibus, nõ alienentur in non ſuſtinen-
tes onera, ne poſſit contingere finiũ uariatio, uel diſponit,
quòd aliquæ domus, quæ ſunt ad uſum publicũ, licet ſint
ſingulorum, nõ poſſint transferri in nõ ſubditum, ne cõtin
geret, quòd a tali, in quẽ trãslatæ fuerunt, nõ poſſint habe-
ri in locatione pro uſu publico, ut quia ille locare nollet,
uel non ſine magno emolumento, in quo præiudiciũ fieret
cõi. Iſtis caſibus dicit, quòd non tenebit alienatio facta in
eccleſiã, & ſubdit ſe ſcire, quòd iſta oĩa ſunt noua, tamẽ pu
tat, quòd cũ cæteri diligenter inſpexerint, uidebunt, quòd
de radice iuris uera procedunt, & maximè innituntur æquĩ
tati, ut eccleſiæ cõſeruentur in iure ſuo, & laicorũ iuriſdi-
ctio ex toto nõ confundatur, iuxta c. peruenit. 11. q. 1. Et
iſta duo notabilia declarabũtur in q. ſeq. ¶ Nunc quæro iux
89 ta proximè dicta, utrũ ſi † ſtatutũ prohibens alienationẽ fieri
a in non ſubditũ, includat clericum? [a] Et
in hoc Io. And. ſolenniter præ cæteris ſir
mat indiſtinctè, quòd non, in c. fi. de im-
mu. ecc. in 6. & ipſum refert, & ſequitur
ibi Domi. Idem tenet Bar. in l. filius fa. §.
diui. uer. ſecundũ punctum. ff. de leg. j. &
ſequuntur ibi Ang. & Imo. allegãtes Io.
And. in d. c. fin. Idẽ etiã tenet Bar. in l. fi.
prope fi. uer. ex hoc concludit. C. de ſacr.

a Clericum] Ad quã materiã adde Paul. de Caſt. ſuõ conſ. 196. incip. poſſet quis · dicere. & Alex. conſi. 211. a. parte.

ſan. ec. & in l. dudum. C. de contrah. emp. & in l. fi. C. de ex-
acto. lib. x. & d. Ab. in d. c. relatũ. lo 1. & Ang. conſi. 4. inci.
Quidã Franciſcus. & d. Ab. conſi. 26. inci. Quidã officiales.
& Fed. conſi. 45. inci. Statuto ciuitatis Peruſinæ. prope fi. &
d. An. in c. tua nuper. in prin. per illũ tex. de deci. & d. Ab. in
c. a nobis. lo 1. in prio. de ſen. exc. ¶ Et iſta eſt cõis opi.* per
rõnes Io. And. in d. loco, quæ uideri poſſunt, ideo reaſſume
re nõ eſt expediens, quãuis Bal. teneat contrarium in c. at ſi
clerici. uer. ſed adhuc quæritur de tali dubio. de iudi. & in
c. quæ in eccleſiarum. uer. ſed quæritur, nunquid ſtatutum.
ſ. eod. & in rep. l. cunctus populos. uerſic. ſed quid ſi ſtatu-
tum diſponit. C. de ſum. tri. Nam hoc poteſt fieri per pa-
ctum, ut no. glo. in l. ſi quis. §. ea l. ff. de uerb. obl. ubi ualet
pactum, ne res tranſeat in eccleſiam, multo fortius de hoc

poteſt fieri ſtatutum, iuxta glo.in rub.C.de decre.decur.lib. 10.cum concor. Et quia iſtud ſtatutum fuit editum propter cõmune bonum, ſcilicet ne bona tranſeant ad eccleſias, pro quibus bonis non poſſunt poſtea eccleſiæ grauari pro neceſſitatibus reipublicæ, c. non minus. de immu.ecc. nec eſt cõtra priuilegiũ cõceſſum eccleſiæ, in l.fi.C.de ſac.ſa.ecc. ubi in acquiſitione dominij eſt priuilegiata: quia illud priuilegiũ operatur poſt cõtractũ ualidũ factũ cũ eccleſia. Sed quãdo cõtractus nõ eſt ualidus, ut in caſu noſtro propter ſtatutũ ipſum annullãs, tunc nõ hẽt eccleſia priuilegiũ. Ergo ſtatutũ nõ uidetur cõtra eccle. Limita ſecũdũ ipſum. ¶ Quibus nõ obſtãtibus tenẽda eſt cõis opin. per d.c. fi. in uerbo, uẽdãt. de immu.eccl.in 6. ubi nõ põt eccleſia indirectè inhabilitari ad emẽdũ a laicis: quia tollitur libertas eccleſiaſtica etiam aliter, quam tollẽdo dictũ priuilegiũ, ut dictũ fuit ſ. in j.q.& probat Io.An.in loco præallegato. Nec ſemper procedit arg. de pacto ad ſtatutũ. ut per Imo. in l. alia §. eleganter. ff. ſolu.matri.& Domi. in c. cõſuetudinis. 11. diſt. do.Ab. in c. cùm dilectus. de arb. & per alios, quos puto allegaſſe in c. cum dilectus. de conſue. & maximè, ubi eſt ratio differentiæ, prout eſt hic. ubi pactum fit ſuper iure proprietatis ad ipſum paciſcentem, quod non concurrit in ſtatuto: nec ſufficit, q; concurrat cauſa honeſta & utilis reipublicæ: quia hoc non dat poteſtatem ſtatuenti, ut ſæpe dictum eſt, maximè in princ. præcedentis quæſtionis, poſt Bald. in d.l. cunctos. ¶ Recolo igitur iſta communi opi. reperio eam poſſe limitari tribus modis, attentis iam dictis & j. dicen-
90 dis. ¶ Primò limitatur, niſi † ex tali prohibitione ſtatuti eccleſia pateretur præiudicium non notabile, ut dictum eſt in 4. no. præcedentis quæſtionis poſt dom. Card. in repe. d.c. perpendimus. Et exemplum habes ſupra ſecundum eum. Pro quo uide omnino eundem conſi. 142. inci. Statuit ciuitas Viterbienſis. ubi motus principaliter ex his, quæ refert ſe dixiſſe in d. repet. conſuluit ſolenniter, quòd ſi ſtatutum diſponit, quòd mulier habens filios non poſſit facere aliquem cõtractum extra ipſos, niſi uſque ad certam quantitatem, tale ſtatutum operatur etiam in contractum, quem faceret cum clerico, uel eccleſia: quia nec directè eſt in graue præiudicium eccleſiarum. & ea cauſa fieri potuit, ut bona conſeruarentur filijs, qui non debent ad hiis excludi etiam conferendo in eccleſiam, cap. quicunque. 17.q.4. & emanauit ad coercendam facilitatem mulierum, quæ facilè ſeducuntur etiam contra commoda propria, ſeu filiorum, ſecundum eum. Nec obſtat. d.c. fi. de immu. eccle. in 6. Imò facit prò, ſi rectè intelligatur, ſecundum eum: nam procedit, quando ex forma prohibitionis colligitur, quòd in derogationem eccleſiaſticæ libertatis talia fiunt, ut quia fit mentio de clericis, ut ibi, uel prohibitio eſt talis, quæ uergit in enorme præiudiciũ eccleſiarum, ut in exemplis ibidem poſitis. Sed intelligendo indiſtinctè, quòd nunquam teneat ſtatutum laicorum, quo ad contractus celebrandos cum eccleſia, etiamſi non agatur de præiudicio eccleſiæ per obſeruationem ſtatuti, eſt euertere iuriſdictionẽ laicorum. contra c. uenerabilem. de elec. & c. nouit. de iudi. & in c. cauſam. in 2. qui filij ſint le. & facit gloſſ. fin. in c. quod clericis. de fo. compe. ſecundum eum ita reſidentẽ. ¶ Ad idem adduco, quod no. Pet. de Anch. conſi. 21. inci. Videtur prima facie. ubi in eiſdem terminis fortius conſuluit, quòd ualet dictum ſtatutum, etſi expreſsè prohibet relinqui pro anima in præiudicium filiorum, & mouetur potiſſimè per d. cap. quicunque. Et eſt etiam inſertum hoc conſiliũ inter conſi. Cal. in ti. de conſtit. conſ. 20. Sed ibi in fi. dicitur, quòd nõ placuit Gaſpa. Cal. licet nihil allegaret. ¶ Sed iſta limitatio uidetur aliqualiter dubia, primò, quia iſtud non uidetur leue præiudicium eccleſiæ, uidelicet inhabilitare eã, ut non ſit certo capax hæreditatis. Secundò, quia in teſtamẽtis ad pias cauſas utimur iure gen. circũſcripta ſolennitate iuris ciuilis, c. cùm eſſes. de teſta. l. j. &. ibi per Doc. C. de ſac. ſan. ecc. Tertiò per id, quod dictum eſt in 3. no. præcedentis q. quòd prohibitio ſtatuti non ligat eccleſiam, quando eſſet multum præiudicialis. Et ita eſt hic, attento effectu uidentur militare rationes, de quibus per Io. And. in d.c. fin. Quartò, quia ſaltem uno caſu uideretur dictum ſtatutũ non ualere, uidelicet ubi filij, uel uenientes ab inteſtato ſunt adeo diuites, quòd propter inſtitutionem factam de eccleſia contra formam ſtatuti non depauperantur: quia ceſſat fundamentum prædictorum, uidelicet d. cap. quicunque. 17.q.4. Et pro hoc adduco, quod ſcribit Pet. de Ancha. conſil. mihi 41. inci. Prima facie uidetur dicendum. ubi conſuluit, quòd diſpoſitio l. cùm auus. ff. de condi. & demonſ. & l. cum acutiſſimi. C. de fideiuſ. quæ uolunt, quòd fideicommiſſum, uel relictum alteri poſt mortem filij non debetur, ſi filius decedit cum liberis, non habet locum, quãdo eſt relictũ pro anima filij, & nati non depauperãtur. Et intelligit d.c. quicunque. procedere, quãdo ex tali relicto ſequeretur totalis priuatio, & exhæredatio filiorum: non autem, ubi de amplo patrimonio teſtator pro remedio animæ ſuæ diſpoſuit, ut ibi latius per eum. Bene facit, quod ipſe no. in rep. regulæ, poſſeſſor. uer. quidam uerò uenerabilis. de reg. iu. in 6. Vbi poſtquã latiſſimè cõcluſit, q; inſtitutus ex teſtamẽto minus ſolenni licitè retinet in foro cõſcientiæ, ſi cõcurrit ueros cõſenſos teſtatoris, limitat, ſi teſtator inconſultè prætuliſſet extraneũ propinquis,
91 quia nõ eſt ſequutus ordinẽ charitatis. Et † ideo hæres nõ licitè retinet in foro cõſcientiæ. Poſtea ſubdit Saluo, niſi cõſanguinei eſſent diuites, & inſtitutus indigens. Et ita dicit ſibi reſpondiſſe in ſcriptis fratrem Thadæum de Vrbe uatem ordinis Prædicatorũ, & eſt cõſideratio multũ æqua, ſecundũ eum. ¶ Nihilo minus iſtis nõ obſtantibus ſuſtinen põt iſta limitatio per ea, quæ etiã ſcribit do. Ab. conſi. 63. incip. ſtante quadã conſtitutione, quam prædicta ſcribens nondũ uiderã, niſi in terminis proprijs conſuluit ualere tale ſtatutũ etiã in relictis ad pias cauſas, & mouetur multis ſolennibus fundamẽtis, quæ per uos uidebitis, & maximè æquiparando hanc portionẽ debitam filij ex ſtatuto portioni debitæ a iure cõi. Sed illam non recipit eccleſia excluſis filijs, d.c. quicunque. Ergo nec iſtam. ¶ Itẽ ubi lex defert bona in alium ex delicto alicuius, eccleſia ipſa bona non recipit. Hinc eſt, quòd teſtamentum ad pias cauſas de bonis damnatorũ non tenet, ut per Io. And. in c. 2. de uſu. in 6. Ergo fortius idem in bonis, quæ deferuntur ex æquitate, proui filijs. Item quia ubi lex prohibet aliquem teſtari fauore alterius, nunquã fauore piæ cauſæ talis prohibitio cenſetur remiſſa, ut per Bar. in l. j. in uer. quartò quæro. C. de ſac. ſan. ecc. per c. licet. §. fi. de ſepul. in 6. ubi eſt caſus. ¶ Ex quibus in effectu concludit, quòd eccleſia captendo ex tali teſtamẽto caperet bona aliena. Et tenendo hanc partẽ, quã apparet conſulendo tenuiſſe d. Car. Pet. de Anch. & d. Abb. reſponderi poſſet ad contraria ex rationib. proximè dictis. ¶ Sed ad quartã rationẽ, quando ſunt præteriti filij diuites inſtituta eccleſia, poterimus cogitare, fortè dici poſſet, quòd procedat in foro merè conſcientiæ. Tamen Doc. prædicti ad ipſam nõ aduerterunt, & pro prædictis facit limitatio ſequẽs.
92 ¶ Limitatur ſecundò dicta cõis opi. ut † habeat locũ, quando ſtatutũ generaliter prohibet alienationẽ in nõ ſubditũ: ſecus, ſi nõ prohiberet generaliter & in directè tranſlationẽ in eccleſiã, ſed certo caſu, quia tunc ualeret & reſpectu eccleſiæ. Ita ſignanter decidit Fed. in propoſito conſi. 35. inci. Statuto ciuitatis Peruſinæ. in fi. ubi dicit, quòd ſi ſtatutum augeret portionẽ debitã filijs de iure naturæ, quæ eſt tertia ad dimidiã, & poſtea teſtator relinqueret filio tertiã, & reſiduũ eccleſiæ, certè eccleſia nõ haberet totũ, ſed habebit dimidiã ipſe filius, quia ex quo tale ſtatutũ ualet, ut no. Dy. in regula, indultũ. de re. iu. in 6. oportet, quòd eccleſia reſtituat reſiduũ ſecundũ formã ſtatuti, d.c. fin. 17. q. ult. Aliud eſt. n. per ſtatutũ aliquid diſponi, per quod omnis uia & modus transferendi dominiũ rerum in eccleſiã prohibebatur, & ſine cauſa, & tunc non ualet. Aliud eſt, ex iuſta cauſa ſtatutũ facere, per quod ſubditus reddatur inhabilis ad contrahendũ cum quacunq; perſona, ſecundũ ipſum, & hoc dictũ ſimpliciter refert, & ſequitur Dom. in d.c. fi. de imm. eccle. in 6. ¶ Sed conſidera, quòd iſta limitatio eſt multũ cõformis præcedenti, & ideo quicquid circa illã dixi, poſſet circa iſtã adaptari. ¶ Limitatur tertio dicta concluſio, ut
93 † procedat, quando ſtatutũ generaliter prohiberet omne cõmerciũ laicis in eccleſias, ſeu eccleſiaſticas perſonas, quia non ualet. Ita loquitur d.c. fi. Si uerò interciderет cõmerciũ certarum rerum tantum, tunc idẽ, ſi acquiſitio fiebat eccleſiæ, quia uendebantur prælato recipienti pro eccleſia, nam tale ſtatutum eſſet contra priuilegium conceſſum eccleſiæ: de quo in l. fi. C. de ſac. ſan. eccle. ubi ex quacunque uenditione facta eccleſiæ acquiritur ei dominium ſine traditione, &

ne: & per conſequens dicitur, eſſe contra libertatem eccleſiaſticam, iuxta no. per Inn. in c. nouerit. de ſen.excõ. Sed ſi acquireretur tantum clerico, non eccleſiæ, tunc ſtatutum ualeret, cùm non ſit contra priuilegium, ut in d. l. ſi. quæ non loquitur in clerico: nec per dictũ ſtatutum redduntur clerici timidiores, cùm diſponat ligando ſubditum, ut non alienet. Ita limitat Ang. conſi. 48. inci. quidam Franciſcus: dicens, ſe hoc dicere potius allegando, quàm decidendo: & ſubijcit ſe determinationi. Nam intrare hanc materiam non eſt ſine periculo animæ, ſecundum eum. Sed tamen de iſta limitatione dubitari poteſt per ea, quæ dixi ſ. in 2. parte, q. principali, tenendo, quòd ſtatuta dicunt contra libertatem eccleſiaſticam, etiamſi ſunt ſolùm contra ea, quæ de iure communi, & non in priuilegium habent eccleſiaſticæ perſonæ. Ex quo ſequitur, quòd hic non attenditur, an uiolatur priuilegiũ clericorũ an non. ¶ Decimò † quæro, utrũ
94 ſtatutũ laicorũ, quòd de quolibet relicto ad pias cauſas ſoluantur duo ſolidi certæ fabricæ, operetur aliquid contra eccleſias quibus fiunt legata? SOL. dic, quòd non, ſecundũ do. Anto. conſi. 45. inci. Statuto ciuitatis Parmæ. quia detrahendo de relictis ad piam cauſam, eſt uiolare immunitatem eccleſiaſticam: & ideo non ualet, etiamſi in genere loqueretur non facta mentione eccleſiaſticarum, ſecundum Io. An. in d. c. ſi. de immu. ecc. in 6. Et idem dicit de hoſpitalibus ſubiectis epiſcopo: quia talia ſtatuta ſibi non nocẽt. per no. per Spec. in tit. de ſta.mo. §. j. uer. 16. & per Hoſt. in ſum. de reg. §. j. uer. quid de ruſticis. cum alijs concor. quas ipſe notabiliter allegat, amplians hæc, etiamſi tale ſtatutum eſſet conſuetudine approbatum, per cap. j. de conſue. Nec obſt. q̃ hoc deputetur uſui pio: quia non eſt altare diſcooperiendũ ut alterum ueſtiatur, c. cùm cauſam. de præben. cum ſi. ſecundum eum. Idem in proprijs terminis etiam de hoſpitali conſuluit do. Abb. in Terra ſancti Geminiani conſil. 26. inci. quidam officiales. maximè per cap. fin. de reb. ec. non alie. ubi laici non ſtatuunt ſuper mortuarijs[a], nec generaliter ſuper alijs, quæ ſunt annexa ſpirituali. Et iſta relicta ad pium uſum dicuntur ſpiritualibus annexa: quia deputantur ad uſum ſpiritualium, ſicut de mortuarijs dicitur in d. capitul. fin. Ad idem alle. capit. relatum. lo j. de teſta. ubi in quæſtione temporali de numero teſtium ponit tex. regulam, quòd quo ad relicta facta ad pias cauſas, debet ſecundum canones, non ſecundum leges terminari. Et alia etiam adducit, de quibus ibi per eum. Eſt uerum, quòd ſi laici faciunt ſtatutum, ut fabricæ eccleſiæ per teſtatores legetur tantùm, licet tale ſtatutum non poſſit ligare clericos, uel eccleſiam, tamẽ ualet, quo ad præiudicium ipſorum ſubditorum, ſecundũ Domi. in capit. quo iure. in fin. 8. diſt. ubi hoc dicit eſſe perpetuò notandum. Et colligit ex dicto Hug. & Arc. ibi, qui dicunt, quòd priuilegium imperiale datum eccleſiæ alicui ſuper centenaria præſcriptione, ſi non eſt confirmatum a Papa, non prodeſt contra aliam eccleſiam, ſed bene contra laicos, Et idem dixit Hugu. in c. j. 10. diſt. Quod dictũ ponderat etiam Domi. ibi ad iſtud de fabrica. ¶ Et ex iſtis
95 elici poteſt regula quòd † ſtatutum laicorum non præiudicat eccleſiæ, etiamſi eodem momento prodeſt alteri eccleſiæ. Benefacit, quod no. Bal. in l. ſi teſtamentũ. uer. per ſtatutum aũt, C. de teſta. ubi dixit, quòd per ſtatutũ ciuitatis non põt alterari uſus illorum, quæ relicta ſunt ad pias cauſas, etiam de loco pio ad locum pium: quia plus & minus eſt in loco, ſicut in tẽpore. Alle. l. ſi teſtamentum. §. ſi. ff. de fideic. Et epiſcopus eſt tutor ultimarum uoluntatũ ad pias cauſas, nec debet permittere hoc, quòd laici ſpiritualitatẽ uſurpent, ſicut nec econtrà laici permittunt iuriſdictionẽ ſibi uſurpari. Alle. l. conſulta. co. ti. Et ad prædicta facit, quod no. Lud. Ro. in ſing. 358. inci. Reuerendus. ubi dicit, quòd non ualet ſtatutum laicorum, quòd pro exequio defunctorũ non poſſit niſi tantũ expendi, per d. c. ſi. de re. ec. non alie. Et dicit ſic ita reſpondiſſe uni cardinali, & ſic ita conſuluiſſe. ¶ Memini tamen legiſſe Bal. ſed locus nunc non occurrit, limitantem prædicta, niſi ſtatutum limitet impenſam funeris concernentem pompã inutilem clericis, putà circa ueſtes lugubres, & ſimilia. Sed prædicta procedunt in concernentibus clerum, ut in cera & ſimilib. Et cum inuenero denuo Bald. dicetur uobis. ¶ Recipiunt tamen iſtam notabilem declarationem, uidelicet ut habeant locum, quando ex ſtatuto laicorum alterarentur ipſa relicta ad pios uſus, uel in eorum diſtributione præiudicaretur locis pijs. Sed ſi per ſtatutum laicorum iſta non fierent, ſed potius iuuaretur ipſa diſtributio, & facilius expediretur, ualeret ſtatutum. Ad hoc uide Pet. de Anchar. in rep. c. 1. de conſti. uer. quæro per ſtatutum laicorum. dum dicit, ualere ſtatutum concedens cuidam priori fraternitatis laicorum, quòd poſſit exigere & diſtribuere legata ad pias cauſas, ſecundum uo. ſtatutorum, quia potuit ſtatutum accumulare hanc poteſtatem poteſtati, quam habet epiſcopus, ut ſic inter eos ſit locus præuentioni, ſicut contingit plurib. habentibus a lege iuriſdictionem in ſolidum, l. j. ff. de off. conſul. Facit c. per hoc. cum materia, de hæret. in 6. Facit etiam de executione contractus iurati. Dicitur in c. ſi. de fo. comp. in 6. & de teſtitutione uſurarum, ad quã etiam laicus compellitur, iuxta uo. in c. cùm ſit generale. de foro compe. & in cle. 2. de iudic. Item hoc concernit utilitatem publicam, ut relicta ad pias cauſas mandentur executioni, cuius publicum. t. diſt. & ita dicit d. Pet. ſe uidiſſe conſultum. ¶ Et placent hæc d. Ab. hic in rep. uer. 4. q. Pro quib. adde, quod no. Spe. in ti. de inſtr. edit. §. nunc aliqua. in prin. uer. datiui uerò. ubi ſentit, quòd a populo poſſunt dari executores teſtamentorum. Et ipſum ſequitur Bal. in authen. hoc amplius. uer. quæro, ad cuius petitionẽ. C. de fideiuſ. dicens, quòd per ſtatutum ciuitatis poſſunt deputari executores teſtamentorum. Pro quo etiam alle. l. ciuitatibus. ff. de le. j. Bene facit, quod no. Bald. in auth. omnes peregrini. C. cõl. de ſucceſſ. ubi dicit, quòd ualet conſuetudo, quòd bona peregrinorum morientium debeant diſpenſari per ſyndicum ciuitatis pro alimentis carceratorum. Nã cùm ibi moriantur, ibi domicilium etiã habere intelligũtur. Alleg. not. in ſimili in c. beneficium. de reg. iur. in 6. Et iſtæ deciſiones ſunt magnæ authoritatis. Tamen conſidera, utrum nimis generaliter loquatur: ſi enim eſſemus in caſu, in quo executio ſpectaret ad epiſcopum, & præueniretur ab executore dato a ſtatuto, non uideo, quomodo patientia talis non ſit in diſpẽdium authoritatis epiſcopalis, maximè, quando fuit negligens. Et ideo cogita, quia nunc oc-
96 currit. ¶ Vndecimò quæro, utrũ † ſtatutũ, quòd nulla perſona apprehendat poſſeſſionẽ alicuius eccleſiæ ſine licentia dominorum populi, aliquid operari poſſit contra clericos? Ang. conſuluit, q̃ ſic, conſi. 23. inci. Nulla perſona. loquẽs de ſtatuto populi Florentini, in quo niſi hoc remediũ fuiſſet inductũ, imminebant quotidie ſcandala & pericula circa rempub. tangentia propter potentes agnationes, quæ ſunt ibi, & ex inordinata uoragine & ambitioſo appetitu capientium promoueri ad beneficia, propter quod licitè potuit fieri ſtatutũ ſuper petitione dictæ licentiæ, ut ibi per eum. ¶ Sed contrariũ determinat do. Ab. conſi. 83. incip. Præſens dubium in aſſectu conſiſtit. quia tale ſtatutũ eſt contra libertatẽ eccleſiaſticã dupliciter: primò, quia tollit clericis priuilegiũ, per quod ſola eccleſia adminiſtrat eccleſiaſtica, c. ſi imperator. 96. diſt. c. ſi. de re. ec. non alie. Itẽ priuilegiũ datũ clerico, q̃ in ſuis actibus non teneatur ſecularibus, c. 2. de iud. cum ſi. Item uiolatur ſummũ & principale priuilegium tributũ a Chriſto in uicarij ſuum & ſucceſſores, uidelicet, Quodcunq; ligaueris, &c. quia nõ ſeruatur, quod ipſe præcepit execution, uidelicet ut mittat impetrantẽ in poſſeſſionem, quam timore pœnæ tradere non põt. Secundò eſt contra libertatẽ eccleſiæ, quia ex hoc ſtatuto clerici efficiuntur timidiores, per ea, quæ dixi ſ. in 2. q. ideo nõ ualet. Vnde apprehendens dictã poſſeſſionem ſine licentia, non incidit de iure in pœnam ſtatuti, nec notarius de eo rogatus, nec teſtes. Quinimò ſtatuentes, & ipſa ſtatuta ſeruari facientes, ſunt excõlcati ipſo iure, per c. nouerint. & c. graue. de ſen. exc. ſecundũ eum. Et iſtud puto uerius, non obſt. cõſiderationes Ang. quia in ſtatuentibus non ſufficit rationabilitas ſtatuti, niſi etiam concurrat potentia, ut ſæpe dictum fuit ſ. poſt Io. And. in c. ſtatutum. de hæret. in 6. Ex quo inferri poſſet contra principes & dominationes, quæ per generales prohibitiones ſtatuunt, ut quis beneficium non impetret ſine eorum licentia a Papa, quia uidentur incurrere excommunicationem ipſo facto, per
97 prædicta. ¶ Duodecimò quæro, utrùm † laicus ſta-

[a] Super mortuarijs] Ad quod ad de Ludo. in ſing. 358. inci. reuerendiſſimus Cardinalis S. Marcell.

cuiuis laicorum reuocans aliud ſtatutum ſuum, quod eſt uerè priuilegiatiuum eccleſiarum: putà, quòd debeatur omni anno alicui loco pio certa eleemoſyna, Et in hoc Bar. dixit, quòd non, in l. priuilegia. C. de ſac. ſan. eccle. quia talia non debent ab aliquo minui, per illum tex. Et per hoc etiam dicit uideri text. in cap. ad Apoſtolicam. de ſimo. ubi laici coguntur ſeruare laudabiles conſuetudines. Ergo non poteſt eas reuocare. Idem tenet Domi. in cap. j. uer. oppono ultimò. de conſti. in 6. dicens optimè facere tex. in d. ca. ad Apoſtolicam. ¶ Contrarium tenent Ful. & Pau. de Caſt. in d. l. priuilegia. & Sal. in authen. caſſa. in 5. q. C. de ſac. ſan. ecc. & Cy. & Imo. in l. non amplius. in prin. ff. de leg. j. quia per ſtatuentes poteſt eorum ſtatutum tolli, in §. ſed naturalia. uer. ea uerò. Inſtit. de iure nat. gen. & ci. & per Bart. in l. omnes populi. in 3. q. princip. ff. de iuſt. & iur. Ad idem facit tex. in l. ſi quis curialis. C. de epiſ. & cle. ubi, ſecundū Bal. probatur, quòd quamuis laici non poſſint per ſua ſtatuta in præiudicium eccleſiarum diſponere, ut hic. tamen poſſunt tollere priuilegium per eoſdem laicos indultum clericis. Et ad idem no. Bal. in d. authen. caſſa. Benefacit, quod not. Bald. in l. de quibus. uer. ſextò quæritur. ff. de legi. ubi dicit, quòd ſtatuentes poſſunt à principio ſtatuere quòd ſtatuta ſua priuilegiatiua non comprehendant clericos, ut retuli ſ. in 8. q. uer. & hunc primum caſum. quia qui non impedit beneficium, nullā facit iniuriam. Similiter dicit Fulg. in d. l. ſi quis curialis, quòd priuilegia collata eccleſiis per principes & generales conſtitutiones, poſſunt per ipſos principes contrariis conſtitutionibus reuocari: quia non potuerunt ſibi imponere legem, à qua recedere non poſſunt, ut l. ſi quid in principio teſtamenti. ff. de leg. 3. & ita dicit mirabiliter probari in d. l. ſi quis curialis. ¶ Pro prima opi. multum facit tex. in d. cap. ad Apoſtolicam, per quem dicit Domi. quaſi in terminis in cap. quæ eccleſiarum. uer. uenio ad tertium. ſuprà eo. quòd ciuitas non poteſt ſtatuto reuocare conſuetudinem, per quam laici debebant aliquid eccleſiæ ſoluere. Ad idem, quod no. Inno. in cap. omnis. ſuper uerbo, Theodoſius. de iudi. ubi dicit, quòd licet imperator reuocet legem conceſſam in priuilegium eccleſiæ, tamen priuilegium adhuc durat: ſequitur Arc. in c. quicūque. 11. q. j. dicens, quòd Imperator non potuit auferre eccleſiæ priuilegium, quòd ſemel conceſſit. Alle. l. perfecta. C. de dona. quæ ſub modo. & c. non enim. in fi. 32. q. 2. & not. j. c. fi. de dona. Et illud dictum Inn. ſequuntur Doc. & ibi alias recitaui. Idem uoluit Inno. in cap. nuper. in gloſſ. 2. de teſti. Et propterea dicit Paul. de Caſt. conſil. 22. incipi. Præſuppoſito ſine præiudicio, quòd licet Papa poſſit tollere l. Canonicam ſitam in præiudicium ſuorum ſubditorum, ſecundum Inno. in capitul. cùm ad monaſterium. de ſtatu. mo. per capitul. propoſuit. de conceſ. præben. tamen in præiudicium laicorum non poteſt eam tenere, ſicut econuerſo Imperator non tollit eam in præiudicium clericorum, ſecūdum Inn. in d. c. nouit. Quod uerbum no. Et tenēdo hanc partem poſſet reſpondere ad l. ſi quis curialis. quòd imperator de facto reuocauit illud priuilegium, ſed non potuit de iure reuocare.

98 ¶ Quid † autem, ſi eccleſia, uel clerici committerent ingratitudinē aduerſus laicos legis priuilegiantes? An tunc laici poſſint? Opi. iſta ſecūda pendet ex no. per Imo. in c. cùm M. uer. ad ſecūdū. ſ. eo. & d. Car. in cle. j. uer. præterea donatio. de iureiu. & Spe. in ti. de don. §. j. uer. quid ſi aliquis baro. & Do. in c. noſtro. §. ad hoc. de religioſ. do. in 6. & do. Ab. in c. fi. in fi. de donat. Et uidetur, quòd tunc poſſit reuocari priuilegium, quando eſſemus in caſibus, in quibus delictum prælati nocet eccleſiæ, de quibus per gl. in regula: delictum. de reg. iur. in 6. & in c. cum dilectus. in uerbo, dolum. de ord. cog. cum concor. aliàs autem non, propter dictam regulam, delictum. ¶ Decimotertiò quæro, utrum

99 † ualeat ſtatutum laicorum imponens pœnam conſanguineis clericorum propter inobedientiam ipſorum clericorū. Et in hoc Bar. dixit, quòd non. in l. j. in fi. ff. de his, quæ pœ. nomine. per illum tex. Ad idē, quod no. Bar. in l. ij. penes C. de agric. & cenſi. lib. x. ubi dicit per illum tex. quòd non ualet ſtatutum grauans colonos clericorum pro factis ipſorum clericorum, & eſt iniquum & iniuſtum, ſecundum eum. Et idem not. Bal. in l. j. in prin. C. de epiſ. & cle. dicēs per illum tex. no. contra executores, qui non poſſunt capere clericos, & tamen capiunt colonos eorum. Ad quæ uide etiam Ang. in §. quia uerò leonis. in authen. de non alie. Et ideo dixit eleganter Fed. conſi. 131. inci. Quæſtio talis eſt. an diœceſanus, quòd licet coloni eccleſiarum, uel habentes prædia eccleſiæ ad affictum non ſint exempti pro parte ſua à collectis & grauaminibus, prout ſunt ipſæ eccleſiæ, tamen propter hoc laici nimis grauarent eos, ut nō carerent omni eo, quod non poſſunt exigere ab eccleſia, epiſcopus debet eis reſiſtere, quia ueniunt contra c. fin. de immu. ec. in 6. Quod dictum perpetuò not. ¶ Adde etiam Ang. in l. j. ff. in ius uoc. ut eant. ubi dicit poſt Bal. in lec. antiqua, quòd ſtatutum grauans conſanguineos clericorū, eorum intuitu, eſt contra libertatem eccleſiæ, quia clerici efficiuntur timidiores, propter glo. ibi, quæ dicit, Nemo unquam carnem ſuam odio habuit, & eſt tex. in c. non æſtimemus. 13. q. 2. Allegant bonum tex. in cap. ſciant cuncti. de elec. in 6. ibi, uel conſanguineos eorum. ubi metus illatus conſanguineis clerici habetur pro illato ipſi clerico, quo ad intimidandū clericum. Idem no. Bal. in l. j. ad fio. C. de in. di. uidui. ubi loquens in iſtis terminis probat latè, non ualere ſtatuta, quòd clerico declinante iuriſdictionem poteſtatis conſanguinei teneantur ſoluere pœnam: quia ſi non ualet ſtatutum prohibitorium, ergo nec pœnale. Pro qua ratione uide gl. j. in l. ſi patronus. §. fi. ff. ſi quid in frau. patro. & d. Abb. in c. ſignificantibus. in fin. de offi. deleg. & quod ibi dixi, & hoc dictum Bald. retuli ſ. in 3. q. & ſequitur Pet. Anc. in rep. c. j. uer. adde, quod no. Bald. ſ. eod. & idem no. Lap. alle. 30. inci. conſilium fuit. uer. 7. ad ſtatutum. & cū iſtis concor. etiam Imo. in l. hæres meus. §. fi. ff. de condi. & demon. per illum tex. ubi ſicut non poteſt imponi pœna cōtrahenti matrimonium, ita nec patri, uel alteri, cuius timore deſiſtat à contrahendo. No. etiam Ro. in l. uolle. ff. de acqui. hære. Bene facit, quod no. Barto. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. in 9. q. ff. de no. ope. nun. ubi dicit, quòd ſi iudex coniungit malè tractare conſanguineos eorum, qui appellant ab ipſo, uel laboratores terrarum ſuarum, iſte eſt iuſtus metus, quo ad excuſandum non appellantem, iuxta c. fin. de app. & facit gl. in cle. 2. in uerbo, quomodolibet. de ſent. exc. & quod no. do. Card. in cle. j. in prin. in 13. no. de exceſ. præla. ubi dicit, quòd iniuria facta domeſtico meo occaſione mei, dicitur facta mihi. per tex. ibi, & facit l. iſti quidam. in fi. ff. quod me. cau. Quod not. ſingulariter ſecundū eum. Bene facit deciſio Rotæ 461. quæ eſt in tit. de renunc. 7. inci. item dubitatur in nouis, ubi dicit, quòd ſicut caſſatur renunciatio beneficij facta per metum periculi imminentis perſonæ clerici, & ſuper hoc de renun. ita ſi periculum imminet conſanguineo ſuo. Et loquuntur in clerico, cuius fratres & parentes perſiſtent in carceribus, niſi renunciaſſet beneficio. Et allegant d. c. ſciant cuncti. per quem tex. uoluit Lud. Ro. mirabiliter in ſub. de arbi. uerſi. quid autem, ſi compromiſſum, quòd uulnerans conſanguineum clerici, quia clericus aliquid ei fecit, eſt excommunicatus, ſicut ſi uulneraſſet clericum. Et ibi etiam dicit non ualere ſtatutum puniens conſanguineum appellantis, Alle. Bar. in d. l. hæres meus. §. fi. ¶ Sed iſtud de uulnerante conſanguineum clerici non probatur in d. c. ſciant generaliter, ſed eſt ſpecialis excōmunicatio lata in caſu illius capituli. Et hinc eſt, quòd percutiens ipſum clericum in caſu illo, incurrit nouam excōmunicationem ultra excōmunicationem canonis, ſi quis ſuadente. 17. q. 4. ſecundū Dom. poſt Pau. ibi, & contra Lud. facit d. c. ſi quis. in uerbo, Clericum. quæ dictio In,[a] denotat intranſitiuè, ut per Bal. in rub. ſolu. matr. & in l. Gallus. §. ille caſus. de libe. & poſthu. cum concor. & ex prædictis facit tex. in cap. quicunque, in uerbo, in bonis ſuis uel ſuorum. de ſent. excomm. in 6. Per quem dicit Pet. de Anch. in d. c. ſciant cuncti, quòd ſi in dicitur frangere pacem, qui cum promiſiſſet ſe nunquam non offendere, offendit conſanguineum ſuum. Et facit, quod no. Io. And. in regula, fruſtra. in Merc. Et intellige, quando nō apparet, quòd offendat ex alia cauſa, quàm ea illa de qua fuit facta pax. Alias ſecus, per not. per d. Ant. & Imo. in ca. 2. de renuncia. cum concor. quas abſcidedi. Facit etiam ad hoc

a Dictio In] De hac dictione In, uide Flo. in l. ſi §. hæc uerba. de his, quæ deie. uel eff. & in Spe. de diſpen. & allega. §. 4. uerſi. uel in. & per Bar. conſ. ſuo, In Ciui ps nomine. ... per Old. conſ. 49. & per Ale. conſ. 22. 4. parte.

§. iij. §. ſi tutori inimicus. ff. de ſuſpe. tut. & quod not. ibi Bar. & Bal. in §. pœna. Inſti. de inui. & tex. in l. lege Cornelia. ff. de iniur. & in §. patitur. Inſtit. eo. tit. & quod no. Inn. in c. dilectus. de appel. & quod habetur in c. authore. §. ſi.
100 de priuile. in 6. cũ ſimi. ¶ Decimoquartò quæro, quæ† eſt ratio, quòd laici per præſcriptionẽ nocent eccleſijs acquirendo earum bona, c. de quarta. cum ſimili. de præſcrip. & non per conſuetudinẽ, uel conſtitutionẽ? ut hic. Reſponde, ſecundum Pau. de Caſt. conſi. 159. incip. In Chriſti, &c. in præſenti cauſa. in fi. quòd iſtud toleratur, quia præſcriptio rerum eccleſiæ roboratur in iure communi, & per eam perſonæ clericorum, uel eccleſiæ non efficiuntur de iure laicorum, ſed conſuetudines & ſtatuta non tolerantur, quia clerici, uel eccleſiæ efficerentur de iuriſdictione laicorũ, quod nulla præſcriptione, uel conſuetudine potest induci, ſicut nec per expreſſum conſenſum clericorum, c. ſi diligenti. de fo. comp. iuncto c. fi. de conſuet. ſecundum eum, qui decidit non ualere conſuetudinem, quòd clericus non ſuccedat in maioribus, tanquã diſponat in perſonam non ſubie-
101 ctam, ut ibi latius per eum. ¶ Decimoquintò † quæro, utrum conſuetudo, quæ præfert primogenitũ in hæreditate excluſis alijs fratribus, noceat clerico ſecundogenito. Et in hoc extat uulgata diſpoſitio Io. And. in regula, ſine culpa. in Mercu. de reg. iur. in 6. cuius rationes pro & contrà uideri poſſunt. Ideo referre non expedit. Et concluſio eſt, quòd nocet clerico, præſertim, quia talis ſecundogenitus in natiuitate ſua iam ligatus erat dicta conſuetudine, per quam ipſi primogenito debebantur bona etiã inuito patre, ut in præcedenti q. probauit ibi Io. And. & ideo clericatus ſubſequens illud ius quæſitum primogenito auferre nõ potuit. Et iſtam deciſi. ſequuntur hic do. Ant. Imo. & do. Ab. & eſt utilis ad plura, ut patet ex his, quæ dixi ſ. in 6. q. uer. ſecunda concluſio. ubi allegant multos ipſam ſequẽtes, dũ dixi, quòd ſtatutum excludens fœminas excludit eam, quæ poſt ſtatutum ingreſſa eſt monaſterium propter uinculum ſibi iniectum ante profeſſionem. Et ſequitur etiam do. Abb. in c. quod clericis. uer. hæc omnia procedunt. de fo. compe. inferens generaliter, quòd ubi ius agendi cauſaretur ex facto clerici, uel quaſi, ut quia fuit cum eo contractum, uel quando ante clericatum, tunc ex quo ius agendi eſt ortum ante clericatum, iudicabitur in utroque foro ſecundum ius ciuile: & dicit eſſe bonum tex. in c. conſtitutus. de reſt. in integ. Bene faciunt no. per Io. An. & do. Ant. in c. j. de obli. ad ratio. & Bar. in l. j. ff. de pœ. & Bal. in l. officiales. C. de epiſ. & cleri. cum concor. in quibus traditur, quòd ſuperueniens clericatus non impedit cauſam priùs inchoatam corã ſeculari, & facit, quod de præuentione traditur in c. propoſuiſti. de foro compet. & in l. cùm quædam puella. ff. de iu. om. iu. cum ſi. ¶ Sed pro declaratione dictæ deciſionis uide ſemper Cal. in diſp. inci. ſtatuto ciuitatis cauetur. ubi dicit eam eſſe extendendam ſolùm ad caſus, qui ſortiuntur uirtutem ſuam ante clericatum, ſicut in illo exemplo Io. And. ubi ſola primogenitura conferebat ius primogenito, ſecus, ubi actus habuiſſet initium ante clericatum, ut conſummaretur poſt clericatum. Et ideo ipſe decidit, quòd ſi ſtatutum prohibet probari ſolutionem debiti per teſtes, & laicus poſt ſolutionem factam clericus uelit probare per teſtes, poterit, quia non ligatur a tali ſtatuto in deciſorijs, ut dictum eſt hic, & in d. c. quod clerici. cum materia, nec dicitur iniecisse uinculum ante clericatum ex eo, quòd contraxit exiſtens laicus, quia actus probationis imminet tempore clericatus, ſecundum eum: quem ſequitur Pet. de Anch. in regula, ea quæ. de reg. iu. in 6. & in rep. c. 1. uer. accedat q. diſputata ſ. eod. Et iſta eſt neceſſaria & bona declaratio. Aliàs uerò multa abſurda ſequerentur, quia cùm nemo naſcatur clericus, & communiter ſtatuta iam facta ſint tempore, quo quis naſcitur, uideremur ſemper iniceiſſe uinculum ante clericatum, quod non eſt dicendum, etiam quando in materia habuiſſet ſolum principium ante clericatum. Quod autem ius primogeniti ſit inchoatum & integraliter acquiſitum etiam ante mortem patris, probat Io. And. in d. regula, ſine culpa. uer. & principalis. cum ſeq. & non repugnat deciſio Cal. & Cy. quod ſ. dixi de iure agendi orto ante clericatum, quia aliud eſt uelle probare nunc, quod prius non fuit probatum, & aliud eſt deducere in iudicium actionem quæſitam ante clericatum, ut de ſe patet. ¶ Et pro iſta declaratione Cal. de modo cognoſcendi effectum uinculi iniecti ante clericatum, uide ſemper in hac propria materia diſputationem dom. Anto. quæ incipit, Stante ſtatuto municipali. in deciſione ſecundi dubij, quæ eſt uerſic. ad propoſitum hic applicando. ubi poſt longum & magiſtralem diſcurſum decidit q. ibi diſputatam, concludendo, quòd ſtatutum inducens præſcriptionẽ decem annorum ſuper debito ex negligentia creditoris, non nocet clerico hæredi creditoris, contra quem erat decurſa pars tẽporis, quia dato, & non conceſſo, quòd alias ſtatutũ illud ualeat, & quòd ſtatuta, quæ iniecerunt uinculum ante clericatum, ligent clericum, tamen quia tempus cœptum, & pro parte decurſum, nondum erat completum, quando clericus effectus eſt hæres, ideo ligabitur tali ſtatuto, cum non dicatur in eum iniceiſſe uinculum perfectum, ut ibi per eum. De quo ſis memor ad multa, quæ in ſimilibus caſib. occurrere poſſent, maximè propter diſtinctionem, quam præmittit dictæ deciſioni. Pro qua bene faciunt, quæ no. Do. de Ro. in ti. de fo. comp. deciſione j. in antiquiori-
102 bus. ¶ Decimuſextò quæro, utrùm † ualeat ſtatutum laicorum editum contra concubinas clericorum? Et in hoc Pet. de Anch. conſi. 192. incip. Magnifice & illuſtris princeps. arguit primò, quòd ſic, quia talis fornicatio eſt damnata utroque iure, 28. diſtinct. per totum, l. omnia priuilegia. C. de ſacr. ſan. eccl. & laici puniunt perſonam ſibi ſubditam nihil attentando contra canones, imo potius eos iuuando. Pro hoc facit diſputatio Pilei Doc. antiqui qui determinauit, quòd quis poteſt accuſare mulierem, quæ commiſit adulterium cum Papa, licet Papa accuſari non poſſit, argum. l. adulter. ff. de adult. Item quia tales mulieres ex nullo capite poſſunt dici de foro eccleſiæ, quia delictum non debet ſibi tribuere immunitatem, & de ipſis non uidetur canon cogitaſſe, ſed reliquiſſe iudici ſeculari attento quòd canones imponunt pœnas hoc caſu clericis, & de fœminis nihil dicunt, quaſi nihil ad eos pertineant. ¶ In contrarium arguitur, quia contra ſtatutum eccleſiaſticum non licet laicis aliquid attentare directè, uel indirectè: ſed hic non poteſt procedi contra fœminam, quin clericus, infametur ſaltem de facto propter connexitatem, capitul. tantis Daniel. 81. diſt. Et ſicut non poſſunt laici clericos accuſare, cùm ſint eis exoſi, cap. nullus laicus. & capit. laicos. 2. q. 7. ita non uidentur per uiam indirectam poſſe eorum crimina publicare. Tandem diſtinguit inter fornicationem occultam & notoriam. Primo caſu non ualet ſtatutum, ſecundo ſic. Et ita ſaluantur rationes pro utraque parte adductæ ſecundum eum: quem uidere potes. Et idem ipſe replicat in repe. regulæ, ea quæ. uerſicu. uigeſimoquartò quæro. de reg. iur. in 6. dicens ſe feciſſe cõſilium ad petitione principis Caroli de Malateſtis. Et cum iſta deciſ. tranſit Io. de Ana. ſimpliciter in rub. de adul. ¶ Sed aduerte: quia do. Pet. præſupponit unum, quòd eſt omnino falſum, ſcilicet quòd canones non diſponant de concubinis clericorum. Patet ex text. in cap. quidam. 81. diſt. ubi dicitur, quòd efficiuntur ſeruæ, & epiſcopus debet eas uendere: & hoc, ſi non habent filios: ſed ſi habuerint filios, claudantur in monaſterio, ne filij pereant, ſecundum gloſſ. j. per cap. fraternitatis. 34. diſt. ubi uide gloſſ. & tex. in cap. 2. de coha. cle. & mu. in uerbo. fœmina uerò canonicè iudicetur. & ibi gloſſ. & adde tex. cum gloſſ. magiſt. cap. eos. in uerbo, indulgemus. 32. diſt. ubi dicitur, quòd cõcubina clerici debet puniri per epiſcopũ: & ſi non poteſt eã punire, tradat eam iudici ſeculari. Et hoc ſequuntur ibi Archiep. & Domi. aſſignantes rationem: quia clericus in ſacris eſt aſtrictus uoto caſtitatis, & illa fornicatrix commiſit inceſtum & ſacrilegium, cap. uirginibus. 27. q. j. & crimen ſacrilegij punitur in iudicio eccleſiaſtico, cap. quiſquis. 17. q. 4. & cap. cùm ſit, de foro compe. Item dicunt, quòd ideo aditur iudex ſecularis in defectũ, & non principaliter, quia talis nõ efficitur ancilla de iure ciuili, ſed de iure canonico, ut dictũ eſt: & ideo propter hoc eximitur a iuriſdictione ſeculari. Et adde do. Ab. poſt do. Ant. in c. cùm ſit generale. de fo. cõpe. & do. Abb. in cap. ſi concubinæ. de ſen. excom. ubi etiam tenent idem, quòd concubina clerici eſt de foro eccleſiæ: & alleg. glo. in d. c. eos. ex qua colligit ibi Domi. quòd familia clerici etiãſi ſit prohibita retineri, dicitur eſſe de foro eccleſiæ: & iſtud poteſt ſuſtineri, nõ ex eo, quia tales protegat, ſed

quia committunt delictum eccleſiaſticũ, eccleſia eos nõ punit. Item in honorem clericorũ, ne per laicos ſcandalizentur, ut conſiderauit Pet. de Anc. ¶ Ex quib. in effectu dubito de eo, quod ipſe dicit de concubina non occulta: quia ſimpliciter dicitur, quòd eſt de foro eccleſiæ, nec aliter diſtinguitur in dictis iurib. de quibus, ſi d. Pet. tũc fuiſſet memor forte, ut puto, aliter ſenſiſſet, nec propter delictũ notoriũ efficitur cõpetens ille, qui eſt incõpetens, ſecundũ Bal. in l. criminis. in fi. C. qui accuſ. & in l. magiſteriæ. C. de iuriſ. om. iud. & Aug. in l. magiſtratibus. ff. de iuriſ. om. iud. per c. at ſi clerici. in prin. in uerbo, confeſſi. de iudi. licet aliquãdo iudex cõpetens, cui tamen eſt interdicta iuriſdictio, certis caſib. poſſit in illis procedere ratione notorij. Patet in c. Romana. §. notoria. de cenſi. in 6. & cap. 1. de pœ. eo. lib. per Bald. poſt alios in l. j. C. ne quis in ſua cauſa. per d. Anc. & d. Ab. in c. cum ueniſſent. de iudi. cum concor. ¶ Putarem tamen non mediocriter aduertendum eſſe ad rationes & fundamenta, quæ mouent Pet. de Anch. ad inualidandũ dictum ſtatutum in caſu non notorio, uidelicet quia per ipſum deteguntur crimina clericorum & infamantur ſaltem de facto: quia iſta ratio, quam ipſe latè probat, poteſt utiliter extendi ad multos caſus ſimiles, & in eis ex paritate rationis decidi, quòd ſtatutum non ualeat, ubicunque tales effectus ſequerentur, quod ſemper notandum, & cauſa exempli infero ad id, quod not. Ang. in l. j. in prin. ff. de his, qui no. inf. de iudice ſeculari, qui remitteret clericũ a ſe captũ ad eccleſiaſticum præcedentibus tubis, quia licet non incurrat infamiã iuris, ſecundũ Ang. incurrit tamen infamiã facti. Imò dicit Dom. in c. iudex laicus. in fi. de ſen. excom. in 6. quòd laicus remittens clericũ ad epiſcopum ignominioſè, põt per epiſcopum puniri, quia illatio magni ruboris pœna eſt, c. quæ pœnitet. de pœnit. diſt. 1. Et ſic uidetur laicus excommunicatus, per no. in c. nuper. de ſen. excom. ſecundũ eum. Quod no. Et ideo conſuetudo, uel ſtatutum hoc dictans non tenet, quoquem emanans ſolùm ad opprobrium cleri, per prædicta. Et idem in ſimilibus per iura allegata in d. conſ. d. Pet. maximè per c. in ſcriptis. 96. diſt. ubi dicitur, Conſtantinum imperatorẽ dixiſſe, quòd ſi proprijs oculis uideret clericum peccantem, cooperiret eum propria chlamyde, ne ab aliquo uideretur. Poteſt etiam cauſa exempli inferri ad ſtatutum Venetorum, quo cauetur, quòd laici uulnerantes clericos puniantur ſolùm in quinque ſolidis, quia uidetur potius fauere iniurantibus clericos. Et ideo non ualet, ſecundum Domi. in ca. ſi rector. 43. diſt. & in c. ſacræ. circa med. 4. diſt. ¶ Et hoc no. quòd poſſet fieri ſtatutũ per epiſcopũ, quòd clerici delinquentes in laicos, puniantur tali pœna, qua puniuntur laici tale delictum committentes per ſua ſtatuta, dum tamen tale ſtatutũ, uel talis pœna non ſit cõtra canones, ſecundũ Domi. in c. dignum. in fi. 3. q. 9. & in c. quia iuata. 5. q. 6. & in c. neq; ullum. 17.

103 diſt. ¶ Decimoſeptimò quæro, utrùm † clerici coniugati ligentur ſtatutis laicorum? Et in hoc intelligitur reſponſio ex dictis Lap. alle. 118. inc. an clericus. maximè in ult. col. uidelicet quòd ſi contraxit cum unica & uirgine, & incedit in habitu & tonſura, prout requirit c. unicũ, de cle. coniu. in 6. non ligantur ſtatutis, quorum obſeruantia tolleret ſibi priuilegium canonis & fori reſeruatum ſibi in d. c. unico. Et ideo ſtante ſtatuto Florentino, quòd non ſoluens debitum infra menſem, debeat condemnari in ſingulis annis in duobus ſolidis, non poterit ex hoc clericus coniugatus carcerari, etiamſi ſit caſus, in quo licitè poſſet clericus carcerari, ſecundum eum, quia d. c. unicum, reſeruat iſtis priuilegium canonis eo modo, quo prius habebant, ſed per iura antiqua retineri non poterant ſine pœna excõicationis, ca. 2. de fo. cõp. Ergo nec hodie. Et hoc dictũ ſequitur Dom. in d. c. unico. ¶ Sunt aũt multa alia priuilegia clericorũ, de quibus per Io. An. in d. c. unico, ubi etiã ſe remittit ad not. in d. c. nouerint. & in illis nõ gaudebũt iſti priuilegijs illis, & cõſequẽter ſtatuta laicorũ illis repugnãtia ligabũt eos, licet nõ ligarẽt clericos nõ coniugatos. Et cõcludit Lap. in d. alle. quòd clericus coniugatus pro debito ciuili nõ põt carcerari, & oſtẽdit a fortiori, quòd quẽadmodũ in materia percutiẽdi eiũ perſona eſt priuilegiata, ſicut clericorũ, & quòd illo priuilegio gaudet & ſi momento teneretur incluſus, eo. modo ſit priuilegiatus, ut per indirectũ nequeat ſuæ perſonæ fieri aliqua impreſſio, ut ibi latiſſimè per eum. De clerico aũt in minoribus tantum dicetur aliquid in q. ult. uer. quartò. ſcias. ¶ Decimooctauò quæro generaliter de exẽplis ſemper ex iure circa

104 practicam huius tex. & materiæ ſuæ, quando † ſub uerbis generalib. non includantur eccleſiæ, uel eccleſiaſticæ perſonæ? & pono 6. exempla, per quæ poſſent alia trahi. ¶ Primum exemplum colligitur ex notatis per Pet. de Anc. conſ. mihi cl. inci. optimis rõnibus. ubi cõſuluit, quòd ſtãte ſtatuto, quòd portantes frumẽtũ extra portã ad molẽdinũ ſoluerent x. exceptis portãtibus extra certã portam, in qua ſolueret 15. tale ſtatutũ nõ tenet reſpectu archiepiſcopi Spalatẽſis: quia uocabat molendinũ ſuũ, ad quæ erat iter ſolum per illã portam exceptuatam, & ſolutio ibi fienda debebatur ſibi, reliquæ uerò reip. Nam tale ſtatutum indirectè nocebat eccleſiæ, cum homines traherentur ab acceſſione ad illam portã & etiã molendinum eius deſtitueba̅tur à ſolito curſu. Et ad hoc multa inducit, maximè c. ſi. de immu. ec. in 6. Et idẽ tenet do. Ab. hic in rep. licet non alleget dictum conſi. ſed Pe. de Anc. qui idem replicat in rep. c. j. uer. quæro de q. in qua conſului. ſ. eo. ¶ Sed adde, quòd contrarium conſuluit Io. Cal. in iſto ſi. cõſi. 1 t. inci. epiſcopus habẽs extra ciuitatẽ. & idem conſuluit Bal. in eodem facto, & eſt eius conſi. inter conſi. Pe. de Anc. conſi. 13. inc. factum, in quo petitur cõſi. Tamen in duobus conſil. j. ſibi ſequentibus uidebitur Gaſpar Cal. & collegij Bononiæ approbatur opi. do. Pe. per alias rationes longas, quas ibi uide. & cum illis tranſeo. ¶ An autem poſſit fraudari epiſcopus, cui ex conſuetudine debetur certa menſura grani in urbem delati, portando farinam & non granum, uide ſubtiliter Roſã deci. 835. quæ eſt 8. in tit. de conſu. in nouis. & incip. Epiſcopus habet. & uidetur reſidere in opi. quòd ſic, licet ſummariũ aliter dicat. ¶ Secundum exemplum patet ex dictis Bartol. conſil. 187. incip. Domini priores artium. ubi conſuluit, quòd ſtatutum laicorum dans licentiam conductoribus poſſeſſionum, ut liberè poſſint eas dimittere, non extenditur ad conductores rerum eccleſiaſticarum per tex. hic, & in c. quæ. in eccleſiarum ſ. eo. & licet loquatur, quando ſtatutũ nominat etiam eccleſias, ut occurrit in caſu ſuo, tamen idẽ eſt, quando generaliter loquitur, tum per rationes ſuas, tum per ea, quæ dixi ſ. in 4. q. in prin. Et ſubdit Barto. quòd ſtante eodẽ ſtatuto, quòd nullus officialis de hoc cognoſcere poſſit, habebunt clerici requirere priores populi, ut de iudice ſibi prouideant, quo negligente eccleſiaſticus cognoſcet contra illos conductores, iuxta no. in c. ex tenore. & in c. licet ex ſuſcepto. de fo. comp. facit c. qualiter. cum materia, de iudic. ¶ Tertium exemplum patet ex dictis Petr. de Anch. conſi. 253. inc. Suprà dictũ ſtatutũ. ubi conſuluit, quòd ſtãte ſtatuto, quòd debitũ præſcribatur per quinquenniũ, nõ habet locũ contra eccleſiã, per iſtã text. & per id, quod no. Cal. in diſ. inci. Statuto ciuitatis cauetur. de quo memini ſ. in 14. q. dicendo, quòd ſtatutum laicorum irritans probationẽ aliàs de iure ualidam non extenditur ad eccleſias. Et probat Pe. de Anc. in d. conſi. quòd etiamſi eccleſia ſuccederet illi, qui fuit negligens quinquennio, hoc non noceret eccleſiæ, quando exercitium actionis contra eccleſiam incipit currere ſolùm poſt mortem eius, cui ſuccedit, ut in caſu, de quo ibi. Quæ uerba no. ad id, quod dictũ fuit in d. q. 15. in fin. poſt do. Anc. in diſp. ſtante ſtatuto. ¶ Quartum exemplum patet ex dictis do. Abb. hic in repe. uer. & hoc infero. ubi infert ad ſtatutum, quòd ubi in loco ſunt Iudæi fœneratores, & uiget ſtatutum, ſeu prouiſio inter eos & populum, quòd non teneatur uſurarius reſtituere pignus ei, qui probauerit ſe dominum rei pignoratæ, niſi priùs reſtituto debito: pro quo res fuit pignorata domino ignorante, tale ſtatutum nõ includit clericos: quia non potuit fieri in præiudiciũ nõ ſubditi, maximè clerici: nec poteſt dici, quòd ſtatutũ cõcernat rem, quia ſi res erat clerici, non ſubijcitur iuriſdictioni laicorũ, c. ſi. de ui. & ho. cle. & c. 1. de immu. ecc. in 6. ſi laici extranei, idem, cum fuerit res delata ad locum furtiuè & contra uoluntatẽ domini, & ſic non poteſt dici de iuriſdictione ſtatuentis, ſicut diximus de re mobili, quæ non eſt permanſura in loco, ut no. in c. ſi. de fo. com. & in l. ſi hæres abſens. ff. de iudi. ſecũdum eum. Et idem repetit in d. c. quod clericis. dicens hoc eſſe notandum, & facere ad multa. ¶ Quintum exemplum patet ex dictis Ioan. And. in c. grauẽ. ſuper. uerbo, ſed banno. de ſen. exc. ubi dicit, quòd ſtatutum laicorum, factũ pro cõmuni utilitate,

utilitate, quòd uadens de nocte ſoluat tantum, non includis clericos. Et ita dicit tenere ibi Vinc. & Abb. & ſequitur ibidē. Aut. Dicunt tamen, quòd per ſuum iudicē ſunt coercendi, per c. bene quidem. 96. diſt. Ex quibus uerbis tractat ibi intricatè dom. Aut. utrum ſtatutum laicorum puniens damna data in agris per beſtias, comprehendat damna data per beſtias clericorum? & an iſti, uel paſtores teneantur? de quo ibi per eum, qui uidetur concludere, quòd paſtores teneantur. ¶ Adde etiam hic, quod no. Bal. in c. cum nō ab homine. de iudic. ubi dicit, quòd ſtante ſtatuto, quòd homines uillæ teneantur capere maleſactores, non intelligitur de clericis maleſactoribus.[a] ¶ Sextum & ultimum exemplum patet ex eo, quod not. do. Anto. in c. 1. in fi. de cenſi: ubi dicit, ſe credere, quòd ſtatuta, quæ diſponunt, ut aliqua pars gabellæ ſoluatur de alienatione, uel donatione, non ligant eccleſiam. Et hoc dicit notandum, licet Bart. aliter uelit in l. omnes populi ff. de iuſ. & iu. & malè, ſecundum eum. Et idem ipſe replicat, in c. non minus. de immu. ecc. dicens, quòd eccleſia nō tenetur ad gabellas, quæ ſoluuntur de contractibus, uel donationibus lucratiuis. Alle. l. ſancimus. la 2. C. de ſac. ſan. ecc. quæ bene facit, & eſt canonizata, 23. q. 8. in c. ſancimus. Et ibi Arch. declarat intentionem illius l. quæ eſt, ut ſi curiales rem ſuam ex titulo lucratiuo in alium transferent certam partem fiſco ſoluat recipiens, & ad id non tenetur eccleſia de bonis in eam tranſlatis; & cum iſtis uidetur etiā concor. Bald. in l. placet. C. de ſac. ſan. eccl. in uerſi. quæro: iuxta hoc. & in l. j. in fi. C. de contrahen. emp. ubi optimè loquitur limitando ſiguanter, niſi clericus uellet uti adminiculo ſtatuti diſponentis ſuper contractu, quia non poteſt eo uti, niſi obſeruet ſtatutum, & ſic ſoluat gabellā. Nec eſt hoc contra libertatem eccleſiaſticam, quia aliud eſt contrahere, aliud ſub certa lege alicuius præſtationis ad ſtatuti obſeruationem inuitare, ut l. Titio centum. §. j. ff. de cond. & demon. ubi tex. no. ſecundum eum, de quo etiam memi-

a *Maleſactorib.*] *Ad quòd adde And. Barb. ſuo cōſil. ſcripſi. poſt cō ſi. 103. Alex. 4. parte.*

105 ni ī. in 8. q. uer, quintus caſus. in fi. ¶ Et adde, quòd † clericus negociator non eſt immunis a gabella in concernentib. negociationem, ut per Fede. conſi. 111. in ea. q. talis eſt. per tex. cum gl. in cle. præſenti. de cenſi. & bene facit c. re. olentes. poſt prin. de ſta. mona. ibi, ſi in relictis, &c. & quod principaliter per illum tex. conſuluit d. Pet. de Aneb. conſi. mihi 104. Incip. contra ſtatter, &c. dicens, quòd ſi fratres Minores poſſident immobilia de facto, debent ſubijci oneribus, quibus ſubijciuntur nō Mendicantes, & facit, quod in ſimili pulchrè ſcribit d. Car. in cle. paſto. uer. oppono ad hoc, de priuile. bonus tex. in authen. de priuil. archiepiſ. in conſtitutis. incip. ulmotum regionem. poſt medium.

106 ¶ De † gabellis autem, quas ſoluunt itinerantes in paſſibus pro rebus, quas deferunt, dic, quòd ab iſtis clerici ſunt immunes, ut in cle. præſenti. de cenſi. not. Bar. in l. j. in fin. C. de mu. & in quo loco. lib. x. & Bal. in d. l. placet. ¶ Fallit in tribus caſibus. Primus, ubi deferunt res cauſa negociationis, d. cle. præſenti. & ibi gloſſ. in uerbo, negociandi. ¶ Secundus, ubi deferunt res alienas, d. cle. in uerbo proprijs. a contrario ſenſu. ¶ Tertius, ubi gabella imponitur pro refectione uiæ, quam plauſtra, id eſt, currus deſtruunt, quia ſicut clerici tenentur ad refectionem uiarum, l. ad inſtructionem. C. de ſa. ſan. ec. & per Doc. in c. non minus, ita ad ſolutionem gabellæ ad refectionem deputatæ, ſi clerici uia utuntur. Ita dicit Bald. in d. l. ad inſtructionē. ſubdens, quòd ad hoc clerici non poſſunt cogi per ſeculares, per c. 1. de immu. eccle. in 6. Quod no. ad materiam d. c. non minus. ubi plenius per Scribentes, maximè per do. Abb. & Cald. in ti. de cenſi. conſi. 2. cum ſi. ¶ Decimonono quæro, quid habeat agere epiſcopus ad hoc, ut clerici non grauentur de facto ſtatutis laicorum. Et in hoc reperio tria

107 remedia. ¶ Primum eſt, quòd † ubi ſtatutum generaliter loquitur, & poteſt utiliter dubitari, ne inferat præiudicium clericis, uel eccleſijs, poteſt cogere illos ad quos pertinet, ut declarent, quòd ſtatutum illud non extenditur ad clericos, uel eccleſias. Ita docet ſingulariter Ioan. And. in c. fin. de Immu. ecc. in 6. & ſequitur ibi Domi. & dom. Anto. & Imo. in c. 1. de conſue. & Pet. de Anc. in repe. c. ea, quæ. uer. uigeſimoſexto quæro. de regul. iur. in 6. & in rubri. eiuſdem titu. dicens hoc eſſe menti tenendum. Sequitur Baldus in l. iubemus. la j. poſt princ. C. de ſacroſan. eccl. Facit optimè, quod in hac materia pulchrè ſcribit Bal. in authen. ſtatuimus. in fi. C. de epiſ. & cle. ubi dicit, quòd ſuperior non debet pati, ut talia ſtatuta uigeant, & ad ipſum pertinet inſtare, ut corrigantur, & alleg. Bart. in quadam extrauaganti. Bene facit, quod in ſimili not. Bart. in l. ſub prætextu. ff. de extraordi. cri. ubi dixit, quòd poteſtates & capitanei terrarum poſſunt uidere ſtatuta & ordinamenta iſtorum diſciplinatorum, & ſi ibi inuenirent aliquid, quod non pertinet ad religionem, poſſunt illud collegium diſſoluere. Et ſequitur Bald. in l. j. poſt medium, C. de monop. & in cap. 1. §. conuenticulam. de pa. iuramen. firm. Et ibi dixit, ꝙ etiā epiſcopi habent poteſtatem in talibus.

108 ¶ Secundum remedium eſt, quòd ſi † notorium eſt, ſtatutum eſſe contra libertatem eccleſiaſticam, epiſcopus illud poteſt tollere, uel mandare, ut tollatur & non obſeruetur, & poteſt decernere illud non tenere etiam nullo citato. Ita ſingulariter dixit Archid. in cap. quæ Lotharius. prope finem, 2. q. 1. & ſequitur ibi Domi. in cap. fina. poſt Lapum ibi, de immunita. eccleſi. in Sexto, & Bad. in l. presbyteri. la j. C. de epiſc. & cler. & Lud. in l. ſi finita §. Inltanus. ff. de dam. infec. Et eſt caſus iſte notabilis, in quo omittitur citatio: quia conſtat defenſionem non competere non citato. Et facit, quod in ſimili no. Bar. in l. ij. §. quod de frumentaria. ff. de admi. rer. ad ciui. perti. & do. Abb. in cap. ueſtra. prope fin. de coha. cle. & mu. cap. cùm ſit Romana. prope fin. de appell. & in cap. bonæ. lo j. de elec. & bene faciunt, quæ ſcribit Lud. ualde accumulatè conſilio ſuo 483. incipiente, Saluatoris, &c. dubitatur primò, utrum electio. ad conſilio. 498. incip. Omnipotentis. &c. in præmiſ. conſultatio. ¶ Tertium reme-

109 dium ecequentium eſt, quòd † epiſcopus cogat tales à iure excommunicatos, ut cancellent ſtatuta non per ſignaturam, uel apoſtillam, quæ denotat ea non tenere, ſed per totalem abraſionem, adeò quòd in poſterum nulla appareant ueſtigia talium ſtatutorum. Ita Bar. in authen. caſſa. circa fi. C. de ſac. ſan. eccle. quia tex. ibi non præcipit uacuari uerbo, ſed aboleri & cancellari de uolumine ſtatutorum: quod dicit menti tenendum ad multa, & ſe uidiſſe hoc practicari in ciuitate iſta Piſarum: & ſequitur Bald. ibi in fi. & dom. Abb. in cap. nouerint, in princ. de ſent. excommu. per illum text. in uerbo, debebant amoueri. & Pet. de Ancha. in rep. cap. j. uerſi. an ab iſtis pœnis. ſuprà eod. Et ea hoc inferunt omnes iſti. & Lap. alleg. 91. incip. An conſtitutio. in fin. Quod non ſufficit, ſi in fine uoluminis ſtatutorum ſit unum ſtatutum proteſtans. quòd ſtatuentes non intendunt aliquid ſtatuiſſe contra libertatem eccleſiæ: quia per hoc nunquam cancellantur, prout requirunt dicta iura, ſecundum eos. Dicas tamen, quòd licet dicta proteſtatio non ſufficiat ad euitandas cenſuras, d. cap. nouerint. & c. grauem. tamen ſufficit, quo ad hoc, uidelicet ut contrafaciens ſtatuto, quod eſt contra libertatem, non incurrat pœnam ſtatuti, ſecundum dom. Abb. conſi. 83. præſens dubium. in fin. ¶ Conſidera etiam: quia ſpeciale uidetur in iſta cancellatione, quòd requiratur totalis abolitio in odiū criminis, & ne detur occaſio, quòd talia ſtatuta de facto ſeruentur, uel poſteris relinquatur eorum memoria. Facit in ſimili l. quoniam. C. de epiſc. & cle. in uerbo, aboleatur damnoſa memoria. Sed in alijs caſibus, ubi requiritur cancellatio, non refert, ꝙ illud, quod eſt cancellatū, adhuc legi poſſit. Et ſic intelligitur elegās dictū Bar. in l. hoc. la j. ff. de adimen. leg. ubi dixit per illum tex. ꝙ ſtante ſtatuto, quòd cam ſores teneantur cancellare rationes, de quibus fuerit plenariè ſatis factum, & aliquis fecit contra poſitā, in qua dixit ſibi integrè ſatis factum, perinde eſt, ac ſi cancellaſſet. Et idem etiam tenent Bar. in l. emptor. §. Lucius. in fin. ff. de pac. & Paul. de Caſt. conſi. 35. incip. In Chriſti, &c. Viſo inſtrumento. & per Ang. & Imo. in l. j. ad fi. ff. de his, quæ in teſt. delen. & Bal. in l. Labeo. §. 1. ff. de pac. & l. ſi creditoris C. de fideic. Et de cancellatione, quæ fit cum pœna per incertas literas, uide gloſſ. in l. ſi quis petitionem. in uerbo, inducatur. ff. de pe. hær. & gloſſ. s. in l. indnctum. C. de ſol. Et iſta not. ¶ Vigeſimò & ultimò in hac materia pro complemento aduerte ad quatuor dicta. Et primò uide unam quæſtionem, quam tetigi in capit. quæ in eccleſiarum. in

ſi. ſ. eo. uidelicet utrum ſtatutum laicorum inhabilitans fœminas extantib. maſculis, habeat locum in bonis feudalibus, uel emphyteuticis eccleſiarum. ¶ Secundò tene menti, quòd omnia ſtatuta & iura, quæ emanant diſponendo de libertate eccleſiæ, trahuntur ad præterita, quia non ſunt noui iuris promulgatoria, ſed antiqui declaratoria. Nunquam. n. licuit laicis de talibus ſe intromittere, c. bona quidem. 96. diſt. ita dicit Dom. in c. ex antiquis. 54. diſt. allegando Vinc. in c. ſi. ſ. eo. & ibi etiam dicam in 2. fallentia, per quam hoc dictum confirmatur, & etiam limitatur, ubi talis lex adderet pœnam, quia quo ad illam, non trahitur ad præterita, per ea, quæ ibi dicentur. Faciunt optimè uerba Bald. in authen. ſtatuimus. in princip. C. de epiſc. & cler. ¶ Tertiò, ſi dubitatur, utrùm aliquo caſu ualeant ſtatuta laicorum contra ius canonicum in terris eccleſiæ? uide,
110 quod dixi ſ. in iſto c. in ult. no. ¶ Quartò † ſcias quòd quæ in hac materia dicta ſunt de clericis, intelliguntur etiam de conſtitutis in minoribus, ſecundum Bald. in c. cum oeniſſent. de eo, qui mit. in poſ. & ibi dixit, quòd ſtatutum de compromiſſis neceſſarijs non ligat clericos in minoribus, nec mirum, quia clericus in minorib. non eſt de foro ſeculari, ca. 1. de foro comp. & ibi per Doc. Ergo nec ſubijcitur ſtatutis fori, quia iſta ſunt paria, ſecundum Inno. in rub. de conſue. & Spe. in tit. de conſti. ſ. j. uerſi. & no. eum con cor. Ad idem quod no. Bal. conſ. 100. inci. Venetianus. obi conſuluit, quòd ſtatutum loquens de ſolennitate teſtamenti, & de compromiſſo inter coniunctos, non ligat clericū. Ex quo uidi conſultum per ſolennem uirum Alex. de Imo. quòd clericus non ligatur ſtatuto diſponente, quòd niſi ſit facta repudiatio hæreditatis infra ſex menſes, intelligatur eſſe hæres legitimus, & allegabat id, quod no. Bald. in l. j. in fin. C. de contrahen. emp. de quo memini ſ. in 8. q. uer. quintus caſus. in fi. & faciunt multa, quæ dicta ſunt in illa 8. q. per totum, & q. 18. uerſi. ſextum exemplum. ¶ Et adde, quòd non ualet ſtatutum laicorū, quòd ille, qui obtinuit inhibitionem a iudice eccleſiaſtico fiendam ſeculari, debeat ſe expediuiſſe circa eam intra certum tempus, ut no. & probat dom. Abb. in c. 2. in fi. de eo, qui mit. in poſſ. poſt do. Card. ibi, & eſt quotidianum. Et iſta ſufficiant de hac ſolenni & profunda materia, ex quibus aperitur uia ad multa occurrentia. ¶ Poſtremò pro faciliori inuentione omnium eorum, quæ deciſa ſunt principaliter & incidenter in iſtis 22. quæſtionibus, collige breuiſſimè circa centum concluſiones cum pluribus corollarijs, quæ in eis expediuntur, ſummando quamlibet quæſtionem ſeparatim.

TABVLA REPETITIONIS.

¶ PRIMA quæſtio habet concluſiones 24. ¶ Prima concluſio. Leges ciuiles regulariter ualent, quo ad clericos & eccleſiam. Secunda concluſio. Valent etiam in foro conſcientiæ, ut ibidem uer. confirmantur. Tertia concluſio: Non ualens, ſi ſpecificè nominant eccleſias, uel clericos, niſi ſint merè priuilegiatiuæ, uel fundentur ratione naturali, ut uer. recipit aūt. Quarta concluſio: Non ualet lex ciuilis in foro canonico, ſi concernit peccatum. Ex quo infertur uoniter ad occidentem adulterum in caſu præmiſſo à lege ciuili, & dicitur, quod eſt tutus in terris imperij. ſed non eccleſiæ: & ibi declaratur illud uulgatum. Qui peccat legis authoritate, etc. & hoc in uer. limita ſecundò. Quinta concluſio: Vbi lex ciuilis deuiat à lege canonica, etiam extra materiam peccati, quælibet ſeruatur in foro ſuo, ut in uer. limita tertiò. Et recipit octo declarationes, quæ patent ex concluſionibus ſtatim ſequentibus. Sexta concluſio: Canon præualet legi in terris eccleſiæ. Primum corollarium: Pater in terris eccleſiæ tenetur alere filium illegitimum. Secundum corollarium: In terris eccleſiæ dictum arbitratoris poteſt emologari. Tertium corollarium: In terris eccleſiæ ex nudo pacto agitur. Quartum corollarium: In terris eccleſiæ præualat canon in recuſatione iudicis, ut hic in uerſic. ſed pro negligentia. Septima concluſio: Stant canoni, ubi Legiſtæ dubitant: & hoc, ſi canon iam decidit: ſecus, ſi quæreretur deciſio: quia princeps adeundus eſt. Item ſecus, ubi ageretur de interpretatione ſpeciali: & hoc in uer. ſecunda declaratio. Octaua concluſio: In materia miſerabilium perſonarum præualet canon ubique, ut in uer. tertia declaratio. Nona concluſio: Lex mouens lucrum odioſum, non ſeruatur in foro canonico: in uer. quarta declaratio. Decima concluſio: Lex benignior canone præualet illi ubique citra peccatum. Corollarium. Ad euitandam pœnam computatur dies more Romano, & ibi, quando quis dicatur delinquere in die unius ſancti, ſi delinquit in nocte, in uer. quinta declaratio. Vndecima concluſio: Caſus non deciſus in feudis deciditur per canones propter iuramentum, in uerſ. ſexta declaratio. Duodecima concluſio: In præparatorijs ſemper quælibet lex præualet in foro ſuo, uerſi. ſeptima declaratio. Tertiadecima concluſio: Lex canonica in præparatorijs præualet, & in foro ciuili admittetur, uerſ. octaua declaratio. Quartadecima concluſio: Lex imponens pœnam rationabilem in materia eccleſiaſtica non tenet, uer. limita quartò. Quintadecima concluſio: Pœna tranſeuntis ad ſecunda uota, etiam fauore filiorum, eſt ſublata, uerſi. prima declaratio. Sextadecima concluſio: Idem, ſi reſultat dubium turbationis prolis, uer. ſecunda declaratio. Septimadecima concluſio: Idem, ſi diſponit in dependentibus a matrimonio, ut ſuper dote contrariando canoni, uerſ. tertia declaratio. Decimaoctaua concluſio, Statutum puniens matrimoniū clandeſtinum non ualet, uerſ. quarta declaratio. Decimanona concluſio, Lex tollens lucrum a ſe datum in ſpiritualib. non tenet, putà de bonis raptoris, ſi contrahit cum rapta, uer. quinta declaratio. Vigeſima concluſio, Leges prohibentes matrimonium inter perſonas non prohibitas canone non ualent. uerſ. ſexta declaratio. Primum corollarium, Idem de legibus exigentibus inſtrumenta dotalia in legitimatione. Secundum corollarium, Idem in ſtatuto puniente deſponſantem alienigenam. Tertium corollarium, Idem in ſtatuto puniente nubentem indiguo, ut hic in uerſic. ſeptima declaratio. Vigeſimaprima concluſio, Non ualet lex diſponens præſumptiuè in materia ſpirituali, putà matrimonium inter cohabitantes, uerſic. octaua declaratio. Vigeſimaſecunda concluſio, Idem, ſi diſponet præſumptiuè in materia ſpirituali non repugnando canoni, putà præſumendo iuramentum ſimulatum nam præſumeret ipſum contractum ſimulatum. De qua præſumptione contractus iurati dantur remiſſiones principales xl. Vigeſimatertia concluſio, Extra caſus prædictos ſtat firma prima concluſio. Primum corollarium, Leges loquentes de contractibus operantur inter clericos, licet non ſemper proſint. Et ibi remiſſiuè an eccleſia teneatur conficere inuentarium. Secundum corollarium, authen. hoc amplius. C. de fideicō. de hic, qui. ut indi. & ſimiles ligans clericos. Tertium corollarium, Etiam ubi non deficit canon, poteſt allegari lex. Quartum corollarium, L. quoties. C. de iudic. procedit in clerico. Et hæc ſub uerſi. expeditis iſtis quatuor. Vigeſimaquarta concluſio, Lex ciuilis dans iuriſdictionem uniuerſalem reſpectu certæ cauſæ, non includit clericos habentes illam cauſam actiuè, uel paſſiuè, niſi in materia feudi, ut in uerſic. ultimò non omitto. Et ibi incidenter, utrùm citatio, quorum intereſt, facta a clerico, arctet clericum. ¶ QVAEST. II. habet unam concluſionem, & tria corollaria. Concluſio, Illa ſtatuta ſunt contra libertatem eccleſiaſticam, ex quibus impediuntur clerici in conceſſis ſibi a iure communi, uel priuilegijs. ¶ Primum corollarium, Statutum, quòd non reddatur ius tali prælato contra ſuos debitores, eſt contra lib. eccleſ. Secundum corollarium, Idem in ſtatuto, quòd nemo dicat præpoſitum terræ Prati non habere iuriſdictionem epiſcopalem. Tertium corollarium, Idem de ſtatuto permittente habere regreſſum ad bona temporalium eccleſiarum, ſicut laicorum. ¶ QVAEST. III. habet unam concluſionem, & quatuor corollaria. ¶ Concluſio, Clerici dicuntur de populo in fauorabilibus: ſecus in odioſis: Et ſic intelliguntur corollaria. ¶ Primum corollarium: Appellatione officialium populi ueniet epiſcopus & eius uicarius. Secundum corollarium: Qui non poteſt trahi extra curiam Peruſinam, non poteſt trahi etiam extra curiam epiſcopalem Peruſinam. Tertium corollarium: Priuilegium datum uni nationi, putà Siculis, comprehendit etiam clericos. Quartum corollarium, Clerici ſunt de uniuerſitate. ¶ QVAEST. IIII. habet tres concluſiones. ¶ Prima concluſio: Statutum puniens

nieus extra protectionem communis declinantem poteſtatem non intelligitur de clericis. Secunda concluſio: Verba generalia ſtatutorum debent ſemper ita intelligi, ut non trahantur ad impoſſibilia, uel illicita: & conſequenter, ut non ligent clericos, ne ſtatuentes ſint excommunicati. Tertia cōcluſio. Ad euitandas coactiones facti in caſu dicti ſtatuti ſeruiunt quinq; cautelæ: de quib. ibi in uer. retentis.

¶ QVAEST. V. habet quatuor cōcluſiones. Prima concluſio: Non ualet ſtatutum faciens prædia laicorum tributaria, adeò quod teneantur ad onera conſueta, poſtquam facta ſunt eccleſiarum. Secunda concluſio: Poteſt teſtator legans fundum eccleſiæ apponere onus, ut pro ipſo ſoluantur collectæ conſuetæ. Tertia concluſio: Prædium æſtimatum in oneribus communis tranſiens ad eccleſiam, deſinit eſſe æſtimatum. Quarta cōcluſio: Prædium perueniens ad eccleſiam poſt impoſitum tributum nondum totaliter exactum, tenetur ad reſiduum, etiamſi capoſt declaretur ſigillatim portio cuiuslibet prædij.

¶ QVAEST. VI. habet ſeptem concluſiones. ¶ Prima concluſio: Statutum expreſſè excludens moniales extantibus maſculis, non ualet, etiamſi præcedat ingreſſum monaſterij. Secunda concluſio: Idem de ſtatuto, quod uxore ingrediente religionem maritus lucretur certam partem dotis. Tertia concluſio incidens: Non ualet ſtatutum laicorum inhabilitans ſibi ſubiectos ad clericatum. Quarta cōcluſio: Statutum non loquens ſpecialiter de ingredientibus, uel ingreſſis monaſterium, ſed generaliter, quòd nulla mulier ſuccedat extante maſculo, excludit etiam monachas: & hoc in uerſ. ſecunda concluſio. Quinta concluſio: Ad hoc, ut monialis excludatur, oportet, quod ſit dotata, ſicut aliæ non moniales, ut in uerſ. cæterùm, quia cōmuniter. Sexta concluſio: Illud, quod pater offert ſimpliciter in altari filia profitente, non computatur loco dotis, ut in uerſic. modò dubiū eſt. Septima concluſio incidenter: Diſpoſitio loquēs de uirginibus maritandis non procedit in profitentibus.

¶ QVAEST. VII. habet unam concluſionem. ¶ Concluſio, Gaudet clericus beneficio ſtatuti excludentis fœminas extantib. maſculis. Et ibi ad iſtum tex. datur clara reſpōſio ſeruiens ad multa, pro qua facit 2. concluſio ſequētis q.

¶ QVAEST. VIII. habet concluſiones ſexdecim. ¶ Prima concluſio, Statutum laicorum non diſponens de eccleſijs, uel clericis, nec in materia tangente priuilegia uel iura ſua, ſed ſimpliciter aliquid honeſtè diſponent, non ualet, quo ad clericos, uel eccleſias. Fallit in caſibus ſequentium concluſionum. Secunda concluſio, Statutum utens uerbis merè priuilegiatiuis extenditur ad clericos, ſi eius uerba non repugnant, & hoc in uerſic. opin. tamen Bartol. Quod declara ex duabus concluſionibus ſequentibus. Et ibi incidenter, quod clerici non ſunt ſimiles foreuſibus, quia ſubeunt onera ſpiritualia. Quod etiam fortificatur in ſeq. concluſione, uerſ. & adde aliam rationem. Tertia concluſio, Ad hoc, ut ſtatutum proſit clerico, oportet, quod utatur eo cum ſua forma. Vnde ſi utitur ſtatuto de mandando inſtrumēto executioni, niſi ſint elapſi decem anni, habebit eo uti infra illos. Quarta concluſio, Poteſt ſtatutum excludere clericos à beneficio ſuo, ut eis non proſit. Et ibi incidenter, quod ualet ſtatutum unius loci, quod idem ius ſeruetur forenſibus, quod terra forenſium ſeruat ſtatuentibus. Quinta concluſio, Conſuetudo promiſcuè inducta tam per clericos, quam laicos ligat clericos. Sexta cōcluſio, Clericus agens in foro ciuili, ligatur ſtatutis laicorum circa præparatoria, ſecus in deciſorijs, ut in uer. tertius caſus. Septima concluſio, Statutum concernens ſolennitatem actus adhibendam tempore contractus, operatur in contractu non inito inter clericum & laicum. Et ibi incidenter, quod ſtatutum irritans ceſſionem actionum factam nobili contra popularem trahitur ad ceſſionem factam nobili per eccleſiam, ut in uerſic. quartus caſus. Octaua concluſio, Defectus inſinuationis requiſitæ à ſtatuto irritat donationē factā clerico, niſi fieret intuitu eccleſiæ, ut in uerſ. modò ex iſto caſu. Nona cōcluſio defectus regiſtrationis, uel alterius ſolennitatis requiſitæ à ſtatuto uitiat teſtamentum, in quo clericus inſtituitur: ſecus in teſtamento ad pias cauſas, ut in uer. ſecundum quod utiliter. Et ibi, quòd donatio facta eccleſiæ non requiſito conſenſu propinquorum aliàs neceſſario, ualet. Decima concluſio: Valet teſtamentum clerici inſtituentis clericum, non obſtante defectu ſolennitatis ſtatutariæ: ſecus, ſi inſtitueret laicum, ut in uerſ. & iſta procedunt. Vndecima concluſio. Statutum, quòd res dotalis non ualeat alienari, extenditur ad alienationem factam in clericum, quia concernit rem, in uer. quintus caſus. Duodecima concluſio: contra clericum non poteſt peti executio inſtrumenti guarentigiati cum efficacia uirtutis ſibi tributæ à ſtatuto, niſi ipſe utatur eodem auxilio, ut in uerſ. quod autem dixit Bar. Decimatertia concluſio, Solēnitas ſtatuti adiecta contractui, ſi ſine magna difficultate eſt obſeruabilis, ligat eccleſiam, putà, quòd minor non contrahat ſine proximioribus, uel nulla ſit uenditio, non præcedente proclamate: & hoc in uerſ. cæterum ſe ad ſubtiliorem. Sed in uerſ. ſed reſtringatur iſtud in dubium propter communem concluſionem, de qua ſupra proxim. decimaquarta concluſio, Vbi forma prædicta non eſſet obſeruabilis, niſi cum magna difficultate, licet ſit poſsibilis, ſtatutum non ligat eccleſiam. Corollarium, Statutum prohibens alienationem in non ſubditum ſine licentia principis, non ualet, quo ad eccleſiam, ut in uer. ſecundum no. Et ibi incidenter quatuor dicta utilia, quòd ſæpe parificatur difficultas & impoſsibilitas, ut in uer. confirmari poteſt. Decima quinta concluſio, Statutum prohibens contractum non ligat eccleſiam, quando talis prohibitio multū ſibi præiudicaret, putà ſi prohibet uendi non ſuſtinētib. onera, ut in uerſ. 3. no. Decimaſexta concluſio, Statutum prohibens contractum, ligat eccleſiam, quando non ſit ei aliquod præiudicium, putà ne arma alienentur in non ſubditum, uel hoc prohibentes de bonis, quæ ſunt in cōfinibus, uel de domibus quæ ſunt ad uſum publicum. Et iſtud fortificatur latius in ſequen. q. uerſiculo, retenta igitur, uſque ad uerſiculum limitatur.

¶ QVAEST. IX. habet cōcluſiones quinq;. ¶ Prima concluſio, Statutū prohibens alienationem fieri in non ſubditum, non includit clericum. Fallit, ut in concluſionib. ſeq. Secunda concluſio, Vbi eccleſia nō pateretur præiudicium notabile, ualet dictum ſtatutum. Tertia concluſio, Contractus factus in eccleſia per mulierem habentem filios, ualet ex ſtatuto irritante ipſum ultra certam ſummam fauore filiorum, ut in uerſic. retenta igitur. Et ibi tangitur, & non deciditur, quid ſi filij eſſent adeò diuites, quod ex hoc non damnificarētur. Et ibi incidenter, quod c. quicunque. 17. q. 4. non habet locum illo caſu. Quarta concluſio, Statutum prohibens certo caſu alienationem in non ſubditum, ualet reſpecto eccleſiæ, & ibi habetur, quod ſi ſtatutū urget legitimam debitam filijs, & teſtator relinquat eis minus, reſiduum uerò eccleſiæ, tenetur eccleſia ad ſupplementum legitimæ, ut in uer. limitatur ſecundo. Quinta concluſio, Statutum prohibens commercium certarum rerum cum non ſubdito, impedit contractū factum cum clerico nō intuitu eccleſiæ, ut in uer. limitatur 3. Quod tamen nō affirmatur.

¶ QVAEST. X. habet 4. concluſiones. ¶ Prima concluſio, Statutum laicorum, quod de quolibet relicto ad pias cauſas ſoluantur duo ſolidi fabricæ eccleſiæ, non operatur contra eccleſiam legatariam. Secunda concluſio, Bene operatur reſpectu laici legatarij, ut in uerſic. eſt uerum. Tertia concluſio, Statutum laicorum non præiudicat eccleſiæ, ut eodem modo proſit alteri eccleſiæ, ut in uerſic. & ex iſtis. Et ibi incidenter, quod ſtatutū non pōt alterare relicta ad pias cauſas, etiam de loco pio ad locum pium. Item, quod non poteſt limitare expenſas, quæ fiunt in exequijs mortuorū. Quarta concluſio, Poteſt ſtatutum laicorum iuuare relicta ad pios uſus etiam dando executores teſtamentorum ad pias cauſas, niſi derogaret poteſtati epiſcopi.

¶ QVAEST. XI. habet duas concluſiones. ¶ Prima concluſio. Non ualet ſtatutum laicorum prohibens capi poſſeſsionem beneficij ſine litera dominij, & ſtatuentes ſunt ipſo iure excommunicati. Secunda concluſio. Idem in prouiſione principis, ne eo irrequiſito aliquis beneficium impetret, niſi hoc faciat cum licentia Papæ.

¶ QVAEST. XII. habet concluſiones tres. ¶ Prima concluſio: Non ualet ſtatutum laicorum reuocans aliud ſtatutum, quo etiam eleemoſynæ fiebant eccleſiæ. Secunda conclu. incidenter: Sicut imperator non poteſt reuocare legem, quæ tranſiuit in priuilegium cleri, ita nec Papa l. ſuā, quæ tranſiuit in contractum laici, ut in uerſic. pro prima opin. Tertia concluſ. Quib. caſibus delictum priuati nocet eccleſiæ,

ſiæ, eiſdem propter ingratitudinem poterunt laici reuocare prædicta, ut in uerſiculo. & tenendo.

¶ QVAEST. XIII. habet unam concluſionem, & duo incidentia. ¶ Concluſio: Non ualet ſtatutum laicorũ puniens conſanguineos clericorum intuitu ipſorũ clericorum. ¶ Primum incidens: Impoſitio grauaminum facta colonis clericorum in reſtaurationem eius: quod à clericis exigi non põt, eſt nulla. Secundum: Percutiens conſanguineum clerici dicto caſu non eſt excõmunicatus, cõtra Lud.

¶ QVAEST. XIIII. habet concluſiones duas. ¶ Prima concluſio: Laici in præſcribendo nocent eccleſijs, & non ſtatuendo: quia perſonæ laicorum, uel eccleſiæ non efficiuntur de iuriſdictione laicorum, ſicut per ſtatutum. Secunda concluſio: Non ualet conſuetudo, quod clericus non ſuccedat in maiora.

¶ QVAEST. XV. habet concluſiones duas, & duo corollaria. ¶ Prima concluſio: Conſuetudo præferens primogenitum ſecundo, nocet clerico ſecundogenito. Secunda concluſio, Ita demum dicitur ſtatutum interceſſe uinculum ante clericatum, ſi ſit uirtualiter perfectum: ſecus, ſi poſt clericatum recipiat non executionem ſolam, ſed complementum potentiæ priùs inchoatæ. ¶ Primũ corollariũ: Si ſtatutum prohibet probari ſolutionem debiti per teſtes, & laicus poſt ſolutionem factus clericus uelit probare per teſtes, poterit. Secundũ corollarium, Statutũ inducens præſcriptionem decem annorũ ſuper debito ex negligentia creditoris, non nocet clerico hæredi creditoris, contra quẽ erat decurſa pars tẽporis data & non conceſſa ualiditate ſtatuti.

¶ QVAEST. XVI. habet duas concluſiones, corollaria duo, & unum incidens. ¶ Prima concluſio, Non ualet ſtatutum laicorum cõtra concubinas clericorum etiam notorias. Secunda concluſio, Idem de ſtatutis laicorum factis ſolùm in opprobrium clericorum, uetſi putaremus tamen. ¶ Primum corollarium, Non ualet ſtatutum, quod clericus remitteretur à ſeculari ad eccleſiaſticũ præcedentib. tubis. Secundum corollarium, Idem in ſtatuto, quod percutiens clericum puniatur in quinque ſolidis. ¶ Et ibi incidenter, quod epiſcopus poſſet ſtatuere, ut pœna clerici offendentis laicum eſſet eadem, quæ imponitur laico offendenti clericum ea forma ſtatuti, dum modò non repugnet canoni.

¶ QVAEST. XVII. habet unam concluſionem, & unum corollariũ. ¶ Cõcluſio: Clerici cõiugati ligãtur ſtatutis laicorum, quatenus tangitur priuilegium cano. uel fori. ¶ Corollariũ. Non poſſunt per laicum carcerari ullo modo.

¶ QVAEST. XVIII. Habet concluſiones ſeptem. ¶ Prima concluſio. Non ualet ſtatutum nocens indirectè molendinis epiſcopi, ut in exemplo uulgato epiſcopi Spalatenſis, de quo ibi. Et quod ſi epiſcopo debetur pars menſuræ grani, & aliquis defert farinam, non tenetur, ac ſi portaret granum. Secunda concluſio, Statutum laicorum dans licentiam conductoribus poſſeſſionum, ut liberè recedant, non nocet colonis clericorum. Tertia concluſio, Idem in ſtatuto, ut debitum præſcribatur quinquennio. Quarta concluſio, Idem in ſtatuto, quod dominus rei pignoratæ ipſo inſcio non recuperet eam à Iudæo, niſi ſoluto debito, quia non nocet clerico, nec alteri non ſubdito. Quinta concluſio, Idem in ſtatuto puniente euntem de nocte, quia non nocet clerico. Sexta concluſio, Idem in ſtatuto puniente damna per beſtias data, tamen paſtores clericorum tenebuntur. Septima concluſio, Idem in ſtatuto de ſoluendis gabellis pro contractu lucratiuo. Et ibi tres caſus, quibus clericus itinerans tenetur ad gabellas.

QVAEST. XIX. habet 4. concluſiones. ¶ Prima concluſio. Poteſt epiſcopus cogere laicos, ut declarent, quòd ſtatuta ſua non ligant clericos. Et ibi, ꝙ ſuperiores nõ debent pati, ut uigeant ſtatuta, quæ nedum expreſsè, ſed tacitè poſſunt obuiare libertati eccleſiaſticæ. Et ibi, quòd ſuperior ciuitatis poteſt caſſare ſtatuta diſciplinatorum non conſonantia religioni. Secunda concluſio, Etiam nullo citatu poteſt epiſcopus pronunciare talia ſtatuta eſſe nulla, ut in uerſic. ſecundum remedium. Tertia concluſio, Poteſt epiſcopus cogere laicos, ut talia ſtatuta nedum cancellent, ſed abradant. Quarta concluſio, Non curant ſtatuentes excommunicationem ex proteſtatione facta in fine ſtatutorum in fauorem libertatis eccleſiaſticæ. Et ibi, quòd illa proteſtatio operatur, quòd contrauenięns illi ſtatuto, non incurrit eius pœnam. Et ibi incidenter, quòd ſufficit aliàs cancellatio per ſignaturam, uel contra poſtam.

¶ QVAEST. XX. & ultima, habet concluſiones ſex. ¶ Prima concluſio, Remiſſio de ſtatuto laicorum habilitante fœminas extantibus maſculis, an habeat locum in bonis, quæ ſunt directi dominij eccleſiarum. & ibi dicitur, quòd ſic. Secunda concluſio, Statuta & leges in fauorem libertatis eccleſiaſticæ trahuntur ad præterita, tanquam iuris primæui declaratoria. Tertia concluſio, Remiſſiuè ualent ſtatuta laicorum etiam in terris eccleſiæ repugnãtia canoni, ſi aliàs ſunt iuſta & ſine peccato, ut ibi dicitur. Quarta concluſio, Quæ dicta ſunt de clericis, intelliguntur etiam ſi ſint in minoribus. Quinta cõcluſio, Statuta de compromiſsis neceſſarijs non ligant clericos, Sexta & ultima concluſio, Idem in ſtatuto, quòd niſi facta fuerit repudiatio hæreditaria intra certum tempus, intelligatur eſſe hæres legitimus. ¶ Quæ omnia ſubijcio correctioni eorum, quibus ad hæc ordinanda & inuenienda omni labore ſublato ad reprehenſionem ſolam liberius tempus deinceps ſupererit. Nihil enim proderit emẽdaſſe librum, niſi emendatum librariorum diligentia conſeruetur.

SVMMARIVM.

1 *Doctores legentes faciunt collegium licitum & approbatum.*

2 *Doctores an poſsint dare certam formã in examinatione ſcholaris.*

3 *Ius patronatus, quod habet uniuerſitas ſcholarium in aliqua eccleſia, an dicatur eccleſiaſticum.*

4 *Interpretatio ſtatuti eccleſiaſtici ſi ſit neceſſaria, recurritur primò ad ius canonicum, ſecundo ad ſtylum curiæ, pro interpretatione autem ſtatuti ſecularis recurrendum eſt ad ius ciuile.*

5 *Vniuerſitas habet iuriſdictionem in ſingulos de uniuerſitate. Si collegium caret capite, a quo regatur. Poſt num. 5. uerſic. & de illo dicto.*

6 *Doctor quando poteſt reprobari, uel non.*

7 *Epiſcopus, qui ordinauit aliquem ad ſacerdotium, & admiſit eum ſucceſsiue ad duas eccleſias curatas, poteſt repellere eũ uocatum ad tertiam, ſi reperiat eum indignum.*

8 *Citatio, interpellatio, uel monitio extraiudicialis an ſint plures neceſſariæ, uel an ſufficiat unica? & concludit, quòd ſufficit una tantùm. Ponit tamen multas fallentias, quas facile eſt uidere per diſcurſum.*

9 *Pœna quando dicatur perpetua, uel temporalis. Et ponit concluſionem primam, ubi non conſtat de intentione diſpoſitionis puniẽtis, quia ſi non dicit, quod pœna eſſet perpetua, uel pro quanto tempore, ſed ſimpliciter dicit, quòd eſſet ad tempus, intelligãtur de decem annis, & uide uſq; ibi, Secunda concluſio.*

10 *Vicarius perpetuus non dicitur, qui eſt conſtitutus ad bene placitum ſuperioris.*

11 *Diſpoſitio pœnalis nullam temporalem præfinitionem tacitè, uel expreſſè continens, in dubio cenſetur perpetua. Quæ concluſio recipit duas declarationes, & tres limitationes. num. 12. 13. 14. 15. & 16*

17 *Bannitus ſi comparet infra terminũ poſitum in banno, reſoluitur bannum in uim ſimplicis citationis.*

18 *Clericus ſuſpenſus pro contumacia, præſtita obedientia, celebrare poteſt abſq; alia relaxatione ſuſpenſionis.*

19 *Doctor priuatus doctoratu propter delictum, non poteſt iterato examine redoctorari.*

20 *Condemnatus in abſentia præſumitur in dubio potius condemnatus pro contumacia, quam propter malam cauſam.*

21 *Iudex non poteſt arbitrari pœnam perpetuam, quando pœna relinquitur ſuo arbitrio.*

22 *Pœna capitalis non intelligitur de morte. Iudex poteſt condemnare ad mortem, dantem alapam alicuius terræ poteſtati. Poſt nu. 22. uerſic. & hanc opinionem.*

23 *Iudex non poteſt arbitrari pœnam mortis, niſi propter exceſſum grauis facinoris.*

24 *Iudex non poteſt arbitrari pœnam mortis in delictis attentatis, non tamen conſummatis.*

25 *Iudex non poteſt arbitrari pœnam mortis, ubi lex uel ſtatutum cõmittit pœnam arbitrio iudicis per uerbum Moderari, uel Modificare.*

26 *Vbi datur iudici arbitrium imponendi pœnam arbitrariã, & limitatur, ut non poſſit mortem arbitrari, ſtatur illi limitationi.*

27 *Contumacia non eſt crimen. Fallit in quinq; caſibus, ut nu. 28.*

29 Cancellarius

29 *Cãcellarius ſtudij licet teneatur ſequi uoces doctorum, qui examinant doctorandum, ſi tamen ei conſtat, quòd ex affectione uel odio approbarent, uel reprobarent aliquem iniuſte, non tenetur ſequi uoces eorum.*

30 *Scholaris, qui uult intrare ad examen, ſi habet aliquem doctorem ſuſpectum ex legitima cauſa, poteſt eum recuſare.*

CAPITVLVM XI.

1 EX LITERIS. ¶ Pœna appoſita propter contumaciam, in dubio intelligitur temporalis, & non perpetua. H. D. Et eſt caſus no. ¶ No. 1. ibi, uniuerſitatis ipſorum, quòd † Doc. legentes faciunt collegium licitum & approbatum. Vnde poſſunt facere ſtatuta & alia, quæ ſunt uniuerſitatis explicare: nec mirum, quia exercent profeſſionem licitam. Ergo faciunt uniuerſitatem, l. fi. C. de iu. om. iud. & reprobat hic do. Abb. gl. ibi dicẽtem, ſecus in ſcholaribus. Nam idem eſt in eis, ex quo habent materiam licitã conueniendi in unum: & alleg. Inno. in c. cum eb eccleſiarum. de of. or. & Bart. in l. fi. ff. de colle. illi. pro quibus dicit eſſe text. in c. quia in cauſis. iuncta ſuprascriptione, de procur. & ſ. in ſaluta: io. Gregoria. in uerbo, uniuerſis. per quod uerbum infert ſignanter, quod in concernentibus totum ſtudium faciunt Doc. & ſcholares unam uniuerſitatem, adeò quod Doc. nihil poſſunt ſine ſcholaribus, nec ecõtrà: per regulam, quod omnes tangit, lib. 6. & idem dicit apertè ſentire Bartol. & bene in d. l. fin. C. de iur. om. iu. & Bald. in authen. habita. uerſic. tertiò quæritur. C. ne fil. pro pa. ¶ Et infert domi. Abba. ad quæſtionem, an Doc. poſſint dare certam formam in examinatione ſcholaris examinandi per

2 Doctores? & concludit, quod † in tangentibus merè ſcholares, ipſi habent ſtatuere: & econtrà in tangentibus utroſque debent omnes conuenire: & facit quod not. Innocent. in c. ueſtra. de loca. & text. in cle. j. de cenſi. ſecundum eum. Adde domi. Abb. in diſp. 1. 10 c. Gandulphus. & in procemio Decre. ... Gregorius. & ibi etiam Imol. & domi. Abb. in c. diligen... de for. compet. & domi. Abba. & Imol. in dictu c. quia in cauſis. ubi tenent, quod eſt dictum, ſcilicet ſcholares facere uniuerſitatem. Adde Bal. in d. authen. habita. uer. ſed quid de collegio. ubi dicit, quod Doc. collegij non poſſint ſtatuere contra formam antiquitùs inſtitutam, uel magis grauem doctorandis: & tale ſtatutum eſt ambitioſum. Et ſi eſt appoſitum iuramentum, debet per epiſcopum relaxari: quia eſt contra utilitatem publicam, ut ibi per eum: & ſequitur Pet. de Anch. in repe. cap. j. uer. quæro ulteriùs. de conſt. & ad dictum Innoc. in d. cap. in noſtra. uide, quæ dixi in c. cùm omnes. ã. eodem. in uerſi. nunquid autem eccleſiæ inferiores. Eſt uerum, quod domi. Card. hic, & Sal. in d. l. fi. C. de iur. omn. iud. tenent opin. gl. in d. le. fi. quod ſcholares per ſe non faciunt uniuerſitatem. Sed communis opin.ª eſt in contrarium, per d. capt. quia in cauſis. & ita etiam tenet Sal. in d. authen. habita ad fi. niſi ſcholares eſſent in loco, ubi non uigeret ſtudium, ut ibi per eum. Et uniuerſitas ſcholarium dicitur eccleſiaſtica, etiamſi in ea ſint aliqui laici: quia propter naturam clericorũ maius dignum, &c. ſecundum Imol. hic: & alleg. Bartol. in l. fi. ff. de colle. illi. in uerſic. ſed coram quibus conuenientur. ubi hoc intelligit, quando maior pars eſt clericorũ, uel ſunt æquales numero: ſecus, ſi maior pars eſt laicorum, quia tota uniuerſitas diceretur ſecularis, ſecundum ipſum, & ſequitur do. Abba. hic, & in d. cap. ſi diligenti. per iſtum text. qui bene facit. Et hoc idem uoluit domi. Flor. in l. repetundarum. §. hermaphroditus. in fi. ff. de teſti. & Bal. clarè in d. authen. habita. uerſicu. dicto de ſcholaribus. & Pet. de Anch. in regula, ea quæ. uer. decimo ſexto quæro, coram quo. de reg. iur. in 6. & Bar. in l. cùm ſenatus. ad fi. ff. de rebus dub. & do. Abba. in c. cùm ab eccleſiarum. de uffi. ord. & do. Card. in ca. accepimus. in fin. de fid. inſt. & eſt optima gloſ. in cap. j. de loca. in glo. j. & ibi domi. Abba. dicens illam gloſ. probare plus, quod nedum uniuerſitas cenſetur eccleſiaſtica in caſibus prædictis, ſed etiam ſinguli, & ideo laici ſingulares conueniuntur coram eccleſiaſtico, ex quo pro maiori parte ſunt clerici. Quod eſt dictum ſingulare, ſi eſt uerum, ſecundum eum, & hic uidetur de hoc dubitare. Sed ultra ipſum eſt deciſio Angel. in contrarium in d. leg. fi. ff. de colleg. illici. ubi intelligit dicta Bar. quando conſideratur uniuerſitas, ut uniuerſitas, ſecus in materia reſpiciente ius ſingulorũ. Vnde dicit, quod ſi uniuerſitas habet paſcua, ad quæ ſinguli de uniuerſitate ducunt beſtias ſuas ad paſcuandum, licet in uniuerſitate ſint plures laici, tamen clericus nõ

a poſſet conueniri coram laico ª. Et iſtud puto uerius, per cap. epiſcopus. §. qui manumittitur. 12. q. 2. & l. ſed ſi hac. §. qui manumittitur. ff. de in ius uo. ¶ Et iſta faciunt ad q. de qua per Ioan. de Lig. in c.

3 dilectus. lo j. de præb. utrum † ius patronatus, quod habet uniuerſitas ſcholarium in aliqua eccleſia, dicatur eccleſiaſticum? & concludit, quòd ubi maior, uel par numerus eſt clericorum, dicitur eccleſiaſticum: aliàs autem ſeculare. ¶ An autem in dubio præſumatur dotatum de patrimonio clericorum, uel de eorum beneficijs, nõ decidit: ſed dici poſſet, quòd in dubio cenſetur dotatum de bonis beneficiorum: quia cum clerici talibus pijs uſibus licitè diſtribuãt fructus eccleſiarũ, ſecundum Inno. in c. epiſcopus. de præb. & concor. do. Abb. in repe. c. cum eſſes. ad fi. de teſta. cum concor. credendum eſt, quòd potius poſuerint de bonis beneficiorum, quam patrimonij. In quo tamen cogitabis. ¶ No. ſecundò ibi, tam iuris canonici, quam noſtri moris. quòd

4 † pro interpretatione ſtatuti eccleſiaſtici recurritur primò ad ius canonicum: ſecundò ad ſtylum curiæ, in interpretatione autem ſtatuti ſecularis recurrendum eſt ad ius ciuile, ſecundum domi. Abba. hic, pro quo uide, quod ſcribit Bal. in l. j. uerſicu. & ſic not. C. qui bo. ce. poſ. ubi dicit, quod in terris imperij debent ſtatuta laicorum interpretari ſecundum ius ciuile, in terris autem eccleſiæ

b concordari potiùs cum iure canonico,ᵇ quia ibi præualet Papa, & ſequitur ſimpliciter Pet. de Anch. in repe. c. j. uerſicu. occurrunt aliæ q. ã. eodem. facit gloſſ. in regula, poſſeſſor. de reg. iur. in 6. cum concord. quas dedi ã. cap. prox. in j. q. uerſic. prima declaratio. Ad idem, quod no. Bal. in l. ſi nondum. in fi. C. de ſur. ubi dicit, quod cùm ſacrilegium largius ſumma tur per canones, quam per leges, ſtatuta epiſcopi de ſacrilegio loquẽtia interpretabuntur ſecundum canones, & ſtatuta populi ſecundum leges, quod intellige, niſi populus ſit ſubiectus eccleſiæ, per proximè dicta. Ad idem, quod not. Bald. in l. ſi autem. ad fi. C. de ſucceſ. edi. cum dicit, quod ſtatutum laicorum loquens de gradibus conſanguinitatis, interpretatur ſecundum ius ciuile. Sed de hoc dicendum eſt, ut ibi latius per Doc. concludentes idem in ſtatuto epiſcopi, niſi loqueretur in materia matrimoniali, per rationes, de quibus ibi, licet aliter dixerit Ioan. And. in addi. Spec. in rub. de ſucceſ. ab inteſt. §. j. ¶ Et de materia, quelis debeat eſſe interpretatio ſtatutorum, quæ non congruit hic, proſequere not. per Bart. in le. omnes populi. uerſ. ſextò principaliter quæro. ff. de iuſti. & iur. per Bald. in l. maximum uitium. C. de lib. præte. & in le. meminimus. C. de legi. hære. & Ioan. And. in regula, pro poſſeſſore. de reg. iur. in Mer. per Bald. in l. j. C. quæ ſit long. conſuetu. & in le. contractus. C. de fi. inſtr. & in l. ita nobis. C. de adulr. & in l. acceptam. C. de uſu. & in l. milites. C. de teſta. mili. & in leg. eo quod à maiori. in fi. C. ſi cer. pe. & in le. j. C. de fi. inſtr. & in l. 2. C. an ſer. ex ſuo facto. & in leg. quicunque. C. de ſer. fug. & in l. j. in fi. C. per quas perſo. & in leg. cum aliæ. C. de uſur. & in authen. ad hoc. C. eodem. titul. per Bartol. in leg. ſi quis ſub conditione. ff. de condi. inſtitu. per Angel. conſ. 266. incip. punctus ſtatuto ciuitatis. in fi. & conſ. 66. incip.

5 Municipali le. ad fi. ¶ No. tertiò, quòd † uniuerſitas habet iuriſdictionem in ſingulos de uniuerſitate, ita quòd licet nõ poſſit quis ſibijpſi legem imponere, l. pen. ff. de arb. facit c. fin. de pœn. & remiſ. & in cap. fi. de inſt. cum ibi allegatis: tamen uniuerſitas, ut corpus, põt imponere legem illis de uniuerſitate & ſubiectis corpori. Et per hoc põt inferri ad intellectum l. fi. C. de iuriſd. om. iudic. Nam uniuerſitas licet non habeat

a *Coram laico*]. *Quando autẽ aliqua uniuerſitas ſit commixta ex clericis & laicis, & in ea ſit maior numerus laicorũ, quam clericorum, coram qua iudice ſit conuenienda, an coram iudice laico, an eccleſiaſtico? Vide plenè, & no. per do. Soc. in ſuo conſil. 2. incip. Quoniã in praſentiarũ. uer. circa ſecundã q. circa ſextum uer. ſequ. in 2. parte.*

b *Canonico*]. *Ad de no. per Bar. in extrauag. ad reprimendum. uerſ. per. edictum. & per do. Maria. Soc. de Sen. in c. 2. uerſi. item not. quid ſtatutum.*

habeat rectorem; tamen poteſt ſibi legem imponere: quia ad eſſe uniuerſitatis non requiritur neceſſariò, quòd ſit ibi rector [a]. Facit l. 1. ff. quod cuiuſq; uniuerſ. nomi. No. Inno. in c. cum non ignotes. de præb. ſecundũ domi. Abb. hic. Et ad hoc faciunt no. per Bar. Ang. & alios in l. 4. §. actor, ff. de re iud. per Pet. de Anc. Imol. & domi. Abba. in c. fi. infra de his, quæ fi. à ma. par. c. per Bar. in l. ant facta. §. fi. ff. de pœ. per Io. de Ana. late. in c. dilectus. lo 2. de ſimo. per glo. & Ge. in §. ſi quis igitur ex hinc in uei. perſoluet. in auth. quibus mod. na. effi. ſui. per Bald. in l. etiam. C. de exec. rei iu. cum concor. ¶ Quòd autem de eſſentia collegij, uel uniuerſitatis non ſit, quòd habeat caput, uide Arch. in capitu. ſicut in unaquaq;. ſuper uerbo, capite regat. 21. q. 2. & Bartol. in l. h. uerſi. per quas perſonas. ff. de colleg. illi. & domi. Ant. in c. cùm omnes. ff. de conſti. & domi. Abba. in c. 1. in 2. no. de procu. & do. Card. pulchrè in ca. j. uer. decimò quæro. de regul. & Bar. poſt. gl. in l. nulli. in prin. ff. quod cuiuſq; uniuerſ. no. & Bartol. in rubr. C. pro ſocio. in prin. Et infert ibi ex hoc, quòd ſi rector collegij eſt ordinatus & mortuus, & ſic uacat rectoria, nõ tamen uacat ſocietas, & ſub nomine ſocietatis, poteſt agere & conueniri, ut ibi per eum. Et allegant omnes iſti Innoc. in d. capitu. cum non ignotes. quem etiam refert domi. Abb. in cap. ſi de accedentes. de præſcrip. Et ibi dixit, quod clerici ciuitatis poſſunt facere inter ſe licitum collegium ſine epiſcopo, uel alio capite, & congregari pro officijs celebrandis & alijs actibus concernentibus ipſos clericos. ¶ Et de illo dicto Innocent. meminit etiam domi. Card. conſilio 93. incip. In hac dubia quæſtione. & ibi dicit, quòd licet collegium eccleſiaſticum careat capite, à quo cæteri gubernentur, tamen cura aliorum de collegio eſt penes ipſum collegium. Et ibi probat, quòd quis poteſt eſſe maior, ſeu principalis in collegio, & tamen non habeat iuriſdictionem in collegio. Et proſequitur dictũ Hoſt. in cap. de multa, de præben. dum loquitur de archiepiſcopo Ebredunenſi, quem dicit ſe inſtituiſſe. Et cum iſtis concor. Innocent. in c. dilecta, in princ. de excoſ. prxla. & ibi domi. Anto. uerſ. circa primum. ¶ Sed contra Innocent. in d. cap. cum non ignotes. cum concord. tenet Bald. in auth. habita. uerſi. ſecundò quæritur, an uniuerſitas. Cana fil. pro pa. dicens, quod nõ cadit in intellectu, quòd aliqua uniuerſitas poſſit eſſe omnino ſine capite: quia eſſet monſtruoſa, contra cap. nulla ratione. 93. diſtin. Ideo oportet, quod habeat prælatum actu, uel potentia. Vnde ſi eſſent maſſe congregati, & Papa interdixiſſet eis electionem rectoris, non eſſet collegium. Caput enim eſt de eſſe corporis; & licet non ſit unum capitis, tamen maior uniuerſitatis eſt princeps & caput, ſecundum eum. Pro quo adduco glo. in c. unico, in gloſſ. fin. circa medium, de ſchiſma. in 6. quæ dicit, quod non eſt longum ab hæreſi dicere, quod collegiũ Cardinalium uacante ſede Apoſtolica ſit ſine capite: imò habet caput eccleſiæ generale & propriũ, ſcilicet Chriſtum: alioqui eſſent res monſtruoſæ, quod eſſent ſine capite. ¶ Quaſi propter Dominic. in d. cap. unico, in fin. intelligit dictum Innocent. in c. ſpeciale, ſicut eſſet, quod capitulum in una eccleſia non haberet particulare caput. Sed gloſſ. in d. cap. unico, intelligitur de capite uniuerſali: quia non poteſt eſſe aliquis, qui non habeat ſupra ſe aliquod caput, ſaltem uniuerſale, ſecundum eum. Et licet ipſe non dicat, fuit declaratio Ioan. de Imol. in c. ſtatutum. de elec. in 6. ubi ad ſaluandum opin. Innocent. in dicta impugnatione Bald. intelligit Innoc. de capite ſpeciali. Sed dictum Bal. procedit in capite generali, puta epiſcopi, uel Papæ: quia tali reſpectu non poſſet quis eſſe ſine capite: Alias uniuerſitas eſſet acephala, contra dictum c. nulla ratione. & ſequitur ſimpliciter Dominic. in d. capitul. ſtatutum in fin. pro quibus facit, quod not. do. Card. in clemen. paſtoralis. uerſ. ut illud. in 2. oppoſ. de re iudi. ubi dicit, quòd principes, qui per præſcriptionẽ non recognoſcunt ſuperiorem, non ſunt ſine capite: quia omnino recognoſcunt Papam, apud quem eſt habitus iuriſdictionis temporalis, per nota. in cap. nouit. de iudic. Idem notat Arch. in tract. De hæreſ. uerſ. & quia tanta eſt præeminentia. ¶ Sed licet iſta concordantia Ioan. de Imol. ſit clara, & contineat ueritatem, tamen credo, quod Innoc. & Bald. hoc non conſiderauerunt, tanquam non ignorantes, quod neceſſe eſt omnino ſubeſſe uni capiti generali. per d. c. nulla. ſed loquuntur, ut puto, de capite ſpeciali. Et ideo teneri poteſt illud uerbum, quod dicit Bal. in d. authen. habita. ad quod iſti nõ aduertiſſi, uidelicet, quòd ipſa maior pars collegij eſt loco capitis: & ſic non deſtruetur dictum Innoc.

5 quòd oportet in quolibet collegio eſſe caput, ſed ſupplebitur ſic, quòd, loco capitis principalis eſt ipſa maior pars, ſecundũ Bal. per rationes ſuas. Et iſta non reperies ſic declarata per alios. ¶ Vltimò ſcias, quòd iſte tex. diuerſimodè allegatur: nam per ipſum dixit Bal. in c. j. circa princ. de contro. uer. apud pares termi. quòd ſcholaris, qui nõ uult iurare rectori, non debet haberi pro ſcholari. Ita per iſtum tex. dicit Bal. in c. cùm quidam. de iureiur. quod doctor propter periurium poſſet deponi à doctoratu: tamen peracta pœnitentia poſſet epiſcopus ſecum diſpenſare, argu. huius cap. ¶ Et per iſtum tex. dicit etiam Bal. in l. nemo. ad fin. C. de ſumma trinit. quod clericus eiectus de conſortio clericorum, perdit clericorum priuilegia: & eiectus de conſortio aduocatorum non habet eorũ priuilegia: & ciuis expulſus perpetua expulſione de ciuitate, nõ eſt amplius ciuis: & dicit, quòd ſine cauſa nõ debet quis expelli, allegans text. in §. j. authẽ. ut iudi. ſine quoquo ſuſ. ¶ Et per iſtum text. inferri poteſt ad id, quod dicit Bal. in l. placet, C. de epiſc. & cler. ubi dicit, quod doctor ſalariatus, qui aduocat contra formam ſtatuti, debet tolli de matricula & priuari ſalario: & qui deliquit in officio, eſt priuandus in matricula officio & beneficio, ſecundum eum. ¶ Et per iſtum tex. dicit etiam Bal. in cap. poſt tranſlationem. in fin. de renun. quod reprobatus à collegio propter igno. antiam, ſi factus doctor, doctoretur, poteſt ad collegium recipi. ¶ Et adde, quòd iſta ciuilia loquentia de exauthoratione, ſeu degradatione militum, extendi poſſunt ad exauthorationem doctorum & clericorũ, ſecundum Bartol. in l. 2. §. ignominiæ. in fine, ff. de infam. Et pro clariori intelligentia prædictorum uide, quæ dicentur infra ſuper gloſſ. 5. ¶ Ex prædictis & ex text. colligitur, ſecundum Ioan. hic, quòd ſemel admiſſus ad collegium poteſt ex cauſa expelli & priuari de collegio. Et [illegible] ſemel approbatus ad doctoratum poteſt ex cauſa reprobari: adde gloſſ. 1. in c. fina. de renuncia. per quam & per iura in ea allegata, dicit ibi Imol. quòd doctor, qui in legendo reperitur inſufficiens poteſt reprobari, & remoueri à docendo.

6 ¶ Et † adde Bartol. in l. c. ſed & reprobari. ff. de excuſ. tut. ubi per illum tex. commendat epiſcopum Capuanum, qui reuertẽtes à ſtudio cum priuilegio doctoratus fecit iteratò examinari, & non merentes priuilegio priuauit. Et iò dicit Bart. in l. grammaticos. per illum tex. C. de profeſſ. & medi. lib. 10. quòd doctor non legens utiliter ſcholaribus poteſt reprobari. Et per illum text. dicit dominus Abba. in capitu. de illis. lo 2. in fin. de deſpon. imp. quòd doctor & quilibet cuiuſcunque profeſſionis, ſi reperitur inutilis, poteſt reprobari: nec eſt ſpeciale in medico, ut quidam dixerunt per l. ut gradatim. §. reprobari. ff. de mune. & hono. Allegat ſtan. in dicta l. ſed & reprobari. Et quòd doctor repertus inutilis, poſſit degradari, not. do. Ab. in c. j. in fi. de mag. allegando dictam l. ſed & reprobari. Ad idem, quod no. Ioan. And. in Spec. in tit. de inſtr. ed. §. nunc aliqua. uerſi. ſed nunquid. ubi dicit, quòd ſi executor nolẽs obedire teſtatori diſtribuit certam ſummam dando ſcholari pauperi, quẽ putabat ſtudioſum & doctum, deinde appareat non eſſe talem, poteſt, quod dedit, repetere. Et dicit Bal. in l. fi. uerſ. decimoſexto quæritur. C. de hære. inſti. quod ſi delegatur cauſa uni doctori, quem poſteà appareat eſſe hominem groſſum, poteſt ut ſuſpectus recuſari. ¶ Fortius dixit Oldr. conſi. 18. inci.

7 Circa primum arti. quod † epiſcopus, qui ordinauit aliquẽ ad ſacerdotium, & admiſit eum ſucceſſiuè ad duas eccleſias curatas, poteſt repellere eum uocatum ad tertiã, ſi per diligentiorem inueſtigationem reperiet eum indignum. Et hanc ſententiam reaſſumpſit Ioan. And. non facta mentione de Oldr. in addi. Spe. ſuper rub. de iure pat. Et ut non ſit de indubitabili, intelligit ipſum, nedum ſi tertia curata eſſet maioris curæ, ſed etiam ſi æqualis, uel minoris, quàm eſſent primæ, per rationes Oldrad. quas per ipſos uide, & cum Old. tranſit ſimpliciter Pet. de Anchara. in repe. c. ſi propter tua debita. de reſcrip. in 6. et declara, ut per domi. Ant. in c. ſi. in fin. de æta. & quali. & per gloſ. j. & ibi Arch. in c. placuit. 10. q. 1. & gloſſ. 3. in c. nemini. 35. q. 9. & uide quæſtionem,

[a] Rector] Ad quod adde do. Alex. de Imol. in l. ciuitas. ſ. ver. pet. & in l. fin. de colleg. illicit.

quæſtionem, de qua per Bart. Fulg. & Lud. in l. cum quid. ff. ſi cer. pe. an Abbas, qui dedit fundum ſcholari reuerſo à ſtudio, poſſet ei auferre, ſi neſcit cauſam defendere. Et pro prædictis facit l. pen. C. de aſſeſ. & l. ſi qui aduocatorum. C. de poſtu. & c. nulli. de electio. in 6. & c. degradatio. de pœnis. cum ſi. ¶ In gloſſ. j. in fin. Iſtud † procedit in citatione iudiciali, quæ regulariter debet eſſe trina, uel peremptoria: & de iſta nihil penitus tractatur hic, ſed pleniſſimè per omnes in c. conſuluit. de offic. deleg. per Bartol. in l. ſi finita. §. Iulianus. ff. de dam. infec. per Innoc. & omnes in c. ad petitionem. de accuſ. cum limitatio. & concord. quæ inueniuntur in dictis locis, ex quibus multa extendi poſſent. Sed reſpectu citationis extraiudicialis, de qua hic agitur, colligi poteſt breuiter regula cum nouem fallentijs principaliori bus. Eſt enim regulare, quod ſufficit unica citatio, monitio, ſeu interpellatio, a extraiudicialis, ſecundum domi. Anto. domi. Abba. Imol. & Doc. hic, & eſt gloſ. in c. ſi epiſcopus. in uerbo, regia. 18. diſt. quam ſequitur ibi Arch. & Domi. & glo. in cle. j. in uerbo, requiſierit. de hære. & ſequitur ibi Imol. & domi. Cardi. in uerſ. duco tamen. uer. 18. quarto. & idem gloſ. in cle. j. in uerbo, factam. in ſi. de deci. & ſequitur ibi Imol. & domi. Cardi. in 19. q. & nota. Ioan. And. in cap. ego enim. ſuper uerbo, uocatur. de iureiur. & ſequitur domi. Anto. ibi, & eſt etiam gloſſ. in c. cupientes. §. quòd ſi per 20. in uerbo, propoſita. de elec. in 6. & eam facit ibi not. Domi. in uer. & nota iſtam gloſſ. Idem pulchrè Innoc. in cap. cum nobis olim. in gloſ. inci. ſed numquid in ipſo. de elect. ubi fecit ſibi magnum capellum de dicta gloſſ. in d. c. ſi epiſcopus. ſecundum do. Anto. in c. tua nos. de teſta. Idem etiam tenet Bart. in l. quiſ Romæ. §. cohæredes. & §. Seia. ff. de uerb. oblig. & Lud. in l. ſi ex legati. in princip. eodem titulo. & conſilio. 427. Incip. Omnipotentis, &c. in propoſito caſu, dicens eſſe gloſſ. ordi. in le. ſi tempora. C. de ſi. inſtr. lib. 10. Idem nota. Bald. clarè & diſtinctè in l. qui tranſen. uerſicu. octauò quæritur. C. qui accuſ. & in leg. nam ita diuus. ff. de adopt. & Imol. in leg. ex conſenſu. §. ſi. ff. de appel. & l. ſi finita. §. ſi plures. ff. de dam. infec. & Baldus. in lege ad peremptorium. ff. de iudic. & in authen. item nulla communitas, poſt princ. C. de epiſco. & clerio. & in l. ſi. uerſi. quartò quæritur. C. de edic. diui Adriani tollen. ubi uide. & in c. j. uer. quæro, utrum in denunciatione. de mili. uaſſ. qui contu. eſt. ¶ Amplia iſtam regulam, ut procedat etiam in citatione iudiciali, quæ non fit litigatoribus. Ita colligitur ex gloſſ. in d. cle. j. de hære. & ex eo, quod nota. ibi domi. Card. dicens, per ipſam probari ſingulariter, quòd cum quis ex iuris diſpoſitione tenetur ad intereſſe ad certum actum etiam iudicialem, ſufficit unica requiſitio. Et per illam gloſſ. dicit Dominic. hic, & in d. cap. ſi epiſcopus. in ſi. & in c. ſi contra unum. de offic. deleg. in 6. quòd etiam in citatione quaſi iudiciali ſufficit unica interpellatio: & dicit, nunquam ſibi placuiſſe opi. domini ſui, domi. Anto. qui æquiparat quaſi iudicialem merè iudiciali, ut ipſe uoluit hic, & in d. c. tua nos. & in c. non minus. de immu. eccleſ. & in cap. cum cauſa. de offic. deleg. Nam dicit contra gloſſ. in d. cle. j. de qua cum oppoſuiſſet ſibi Domi. in ſcholis, mutauit domi. Ant. ſententiam, ut refert Domi. in d. c. ſi contra unum. ¶ Nec obſt. gloſſ. in d. c. cum cauſa. quia opi. ſua reprobatur per domi. Card. Imol. & Abba. ibi, & etiam domi. Anto. ibi in lec. ultima, quæ eſt impreſſa: & mouetur per gloſſ. in d. cle. j. licet Imol. & domi. Abba. aliter referant eam, fortè non uiſo ultimo opere ſuo. Et contra gl. in d. c. cum cauſa. tenet etiam Paul. dicens eam falſam in d. cle. j. prout refert & ſequitur Dominic. in d. ca. cum cauſa. ¶ Et pro iſta ampliatione facit, quod nota. Bal. in l. ſi. §. cum igitur. uerſicu. extra quæritur. C. de iur. deli. ubi dicit, quod quando citantur hi, quorum intereſt ad confectionem inuentarij, ſufficit unica citatio: quia non fit propriè ad litem, ſed ad intereſſendum certo actui quaſi extraiudiciali. Alle. gloſſ. in d. cle. j. Facit alia gloſſ. in cle. j. in uerbo, citationes. de iud. dicens, quòd ad perpetuandam iuriſdictionem ſufficit unica citatio. Dicit tamen, quòd prima citatio uidetur extraiudiciales: & cum ipſa concord. Arch. in c. non ita. 2. q. 6. & do. Ant. & Abb. in c. propoſuiſti. de for. compe. & Fede. cõſ. 97. Item pro hac ampliatione facit gl. in d. §. quòd ſi per 20. in uerbo, propoſita. ¶ Cæterùm limitatur iſta regula generaliter ſecundum Domi. hic, & in d. ca. ſi epiſcopus. & in d. c. ſi contra. in omnibus caſibus, in quibus iura requirunt trinam citationem: & ita dicit ſe intelligere iura allegata hic per do. Anto. cum ſi. ¶ Sed tamen pro pleniori doctrina poſſunt diſcurri aliquæ fallentiæ. Fallit enim primò, ubi inferior interpellat ſuperiorẽ, ſeu ita proteſtatur: quia talis actus debet eſſe trinus, ſecundum domi. Anto. & Imol. hic, & domi. Anto. Imol. & domi. Abb. in d. capit. cum cauſam. & Ludo. Ro. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. ff. de ope. no. nun. Mouentur per c. 1. de ſup. negli. Præla. ubi etiam hoc punit domi. Anto. in ſ. not. & illum textum facit no. Bald. in capitu. 1. in princ. de mili. uaſal. qui contu. eſt dicens per ipſum, quòd per trinã requiſitionem conuincitur duritiès, ſeu pertinacia prælati, ex qua recurri poteſt ad ſuperiorem. Et per illum tex. dicit gl. not. in cle. dudum. in uer. recuſarũt. de ſepul. quòd ſuperiur requiſitus ter, & non reſpondens, habetur pro recuſante: & eam ſequitur Imol. & ibi domi. Abba. dicens eam ſing. ad multa ſimilia: & maximè ad probandum, quòd quando inferior habet conuincere ſuperiorem de negligentia, requiritur trina requiſitio. Et hoc eſt bene notandum pro extenſione d. cap. 1. Et idem per illum tex. tenet do. Abba. in capitu. ſecundò. de acc. Pro quo uide do. Ant. in c. dilecto. uerbo, quandoq; iudex eſt in deliberãdo. de app. ubi dicit, quòd ſi iudex poſt trinam requiſitionem expectato reſponſu nihil dicit, habetur ac ſi non uelit appellationem admittere. Alle. Hoſt. in c. interpoſita. de app. Et hoc dicit per d. c. 1. ¶ Sed hanc fallentiam reprobat Ludo. Ro. conſil. 427. incip. Omnipotentis &c. in caſu propoſito. per text. in cle. quamuis. de app. ubi in parte erga iudicem ſufficit interpellatio uno contextu multiplicata, & tamen illa cenſetur unica, ſicut appellatio uno cõtextu geminata unica appellatio cenſetur. Alle. capitu. Lotharius. 31. q. 2. & gloſ. 2. in capitu. ab eo. de app. in 6. & no. gloſſ. magnam in l. 4. ff. de pig. act. Et idem firmat. Ludo. Ro. ſing. 433. incip. Ego dixi. dicens ſe malè dixiſſe in d. §. ſi quis ipſi, ſequendo domi. Anto. Et pro iſta impugnatione uidetur eſſe deciſio Bart. in l. mora. in princ. ff. de uſu. in l. Titia Seio. §. uſuras. ff. de le. 2. ubi dicit, quòd ſtante ſtatuto, ut inſtantia pereat lapſis ſex menſibus, niſi per actorem ſteterit, quo minùs cauſa terminetur, ſufficit, quòd actor ſemel interpellauerit iudicẽ b, & ſic ſuperuiuem ipſius actoris, quòd cauſam expediat, per d. §. uſuras. & per d. l. mora. cum gloſſ. parua. Et deciſ. Bart. in d. §. uſuras. approbant ibi Raphael & Imol. ¶ Nec obſt. le. 1. ff. de lib. dimiſ. per quam Bald. in d. §. uſuras. aliud tenuit: quia reſpondẽdum eſt, ut per eos, qui in ſua reſponſione ſentiunt dictum Bart. procedere in cauſa principali, non in cauſa appellationis, per l. ſi. §. illud. in uerbo, ſumma ope. C. de temp. app. & idẽ ſentit Ang. conſi. 138. incip. Quidam Matthæus produxit contra Bal. Et ſequẽdo hanc impugnationem reſpondetur ad cap. 1. de ſup. negl. præla. ex dictis Dom. in dictis locis, & do. Car. & Io. de Imo. in d. c. cum cauſa. dum dicunt, quòd ibi canon ultrà proceſſit, ita requirendo ſpecialiter ibi. Et ſic iſta prima fallentia non erit talis, qualem ſ. dixi, ſed talis, uidelicet ut regula non procedat in caſu dicti c. j. Pro quo facit ſequens fallentia. Tamẽ cogitandum eſt propter authoritates pro iſta fallentia primò adductas, quibus multi adhærent. ¶ Fallit ſecundò in caſu authen. ſtatuimus. C. de epiſcop. & cleri. uidelicet in iudicibus recuſantibus miniſtrare iuſtitiam clericis, quia poſt trinam requiſitionem iuriſdictione priuantur. ¶ Fallit tertiò in caſu c. j. de mil. uaſal. qui contu. eſt. uidelicet quando dominus cõqueritur de uaſallo, dicens eum incidiſſe in culpam, per quam meretur amittere feudum: nam tunc uaſallus debet ter citari. Et illum text. ita allegat Lud. Ro. in d. §. ſi quis ipſi prætori.

a *Seu interpellatio*] *Quando unica interpellatio ſufficiat, uide Alex. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi. de oper. no. nũ. & in conſil. 62. 4. parte, & conſ. 19. 3. parte.*

b *Iudicem*] *Vide tamen do. Soc. ſuo conſil. 31. in ep. proſequendo ordinem. uerſi. ſed quoniam. in prima parte, qui dicit, quòd tempus inſtantiæ currit, etiamſi ſtetit per iudicem, nec partes poſſunt regulariter per uiã directam inſtantiam prorogare, nec per expreſſum, nec per tacitum conſenſum: ſed inſtantia curris, etiam ſi impediatur iudicium agitari propter caſum fortuitũ, aut ſimile impedimentum: ſed neceſſaria eſt reſtitutio,*

Tamen

Tamē uidetur loqui in citatione iudiciali. ¶ Fallit quartò, ſi habeo proteſtari, quòd non ſtat per me, quo minùs expediatur: ſed ſtat per aduerſarij caſum, uel dignitatem, propter quem, uel quam impedior actum expedire: nam hoc caſu ceſſante impedimento debeo iterum proteſtari, ſeu denunciare, ſi per denunciationem intendo aliquid iuris de nouo acquirere, ſecundum Bart. in d. §. ſi quis ipſi. ita intelligentem illum text. ex quo infert, quòd ſi emptor fuit proteſtatus ſe non poſſe denunciare uenditori litem motam, quia neſcitur, ubi ſit: tamen ipſo uenditore poſtea apparente debet ſibi iteratò denunciari: aliàs proteſtatio non ſufficeret: de quo uide, quæ dixi in c. cùm M. in j. q. proteſtationis. uer. fallit ſecundò. ī. eodem. Et ibi dictis adde nota. per Angel. Imol. Lud. & Paul. de Caſt. in d. §. ſi quis ipſi. ubi declarant dictum Bartol. ¶ Fallit quintò, ubi quis tenetur de leui culpa ex contractu: quia dicitur feciſſe debitam diligentiā, ſi ſolùm ſemel petijt eam ſibi reſtitui. Ita allegatur text. nota. in l. ſi. §. ſi. in uerſ. inſtantia. ff. de pig. act. & quod ibi glo. & ita no. Imol. poſt Bar. in d. §. uſuras. ¶ Fallit ſextò in caſu l. 4. ff. de pig. act. ubi ſi eſt actum inter debitorem & creditorem de non uendēdo pignus, pōt tamen uendi, ſi creditor ter denunciauerit[a] debitori, ut ſoluat. Et illum caſum reputat ibi Bartol. ſingul. in materia ſua. Et intellige, niſi per pactum eſſet data alia forma interpellationi, per id, quod nota. Bartol. in l. ſi Titio. §. Tribus. ff. ad munici. ubi dicit per illum text. ſecundum unam lecturam, quòd ualet pactum de uendendo pignore nulla monitione præcedente: de quo etiam per Bald. in le. creditor. la 2. C. de remiſ. pign. & in leg. ſi. C. de iur. do. impe. per Ange. & Imol. in l. debitoribus. ff. de re iud. ¶ Fallit ſeptimò in proteſtatione, quæ fit iudici in cauſa appellationis, ut cauſam expediat, ſecundum Bald. in authen. itē ſi appellatione. C. de temp. app. & Sali. in l. ſi. §. illud C. eodem titul. per illum text. in uer. ſumma ope. Rapha. & Imol. in d. § uſuras. & Angel. in conſi. allegato ī. in ſi. primæ fallentiæ. ¶ Fallit octauò in caſu authen. licet. C. de epiſc. & cle. ubi ad hoc, ut executor teſtamenti conſtituatur in negligentia, per quam c perdat poteſtatem exequendi, debet ſemel, uel bis moneri: Quod declara, ut per Imo. poſt domi. Car. in c. nos quidem ad ſi. de teſta. ¶ Fallit nonò in monitione; quæ fit, ut quis priuetur, ut non agat, uel accuſet, iuxta leg. diffamari. C. de inge. manu. & leg. ſi ea. C. qui accuſ. non poſ. nam debet eſſe trina, & propter unicam non priuatur: Ita Ang. in authen. de hær. & Fal. §. ſi quis autem non implens. uerſic. & ex his infero. per illum text. & in authen. de eccleſ. ti. §. ſin autem. per illum textum. Nec obſt. ca. licet. de accuſ. quod ipſe non allegat, ubi illis ſemel monitis, ut accuſarent, fuit poſtea impoſitum perpetuum ſilentium: quia illud fuit propter reſponſionem eorum, qui primò interrogati dixerunt, ſe nolle accuſare. Et ſic limitatur hæc fallentia ſecundum domi. Maria. ibi per id, quod dicitur de citato, qui dicit, nolo uenire: de quo per Inno. in c. ad petitionem. de accuſ. & gloſſ. in cap. de illicita. 24. q. 3. cum concord. Et de ueritate huius nonæ fallentiæ latè ſcribit do. Maria. in repe. ca. ſi hæredes. de teſta. quam non uidi, ſed ad eam ſe remittit in cap. licet. Sed Lud. Ro. in leg. quandiu. §. 1. ff. de acqui. hære. reprobat dicta Angel. per rationes urgentes: quibus nō obſtantibus dicit, iudicem pronunciaſſe pro Angel. non attentis clamoribus Lud. cum quo tranſeunt Mod. in lib. Maleficiorum, ſub uerſi. nec non ad querelam. uer. quæro, an iudex poſſit. Et contra Angel. tenet Alex. de Imo. unico uerbo in le. ſi. in princ. ff. de fer. & alt. additio: dicens, q Ang. non poſuit pro conſtanti bene, quia iura, quæ ibi adducit, loquuntur in caſibus ſpecialibus. ¶ Et in iſtis caſibus, & ſimilibus, in quibus requiritur multiplex monitio, ſufficiet eodem cōtextu facta, ſecundum Lud. in d. §. ſi quis ipſi prætori. per text. in cle. quamuis. de app. licet tales proteſtationes uno cōtextu factæ reputentur alibi pro una, ut dixit gloſſ. mag. in d. l. 4. de pig. act. & in c. ab eo. in uerbo, inſtanter. de appella. in 6. Sed hoc dictum deprehendi poteſt ex dictis ipſius Lud. in locis alle. ī. in 3. fallentia, dum ponit talem interpellationem pro una, non pro trina. Illud enim non eſt ſæpius proteſtari, ſed ſæpius loqui, ut dicit Bar. & alij in d. l. 4. per glo. ibi. & ar. l. Mæuius. §. cum, qui. ff. de lega. 2. not. gloſ. in d. c. ab eo. Pro hoc etiam tex. in d. cle. quamuis. ubi, propter communem obſeruantiam litigatorum. Tamen iuris cenſura erat in contrarium. ¶ In glo. in uerbo, in perpetuum: ibi, licet circa talia. Pro intelligentia materiæ, uidelicet quādo pœna cenſeatur temporalis, uel perpetua, diſtinguunt hoc latè do. Ant. do. Abb. Imol. & Domi. reaſſumptis dictis Inno. in c. cum bonæ. de æta. & quali. in c. ſi. de off. le. & aut quorum hic. & licet clarè loquantur, tamen reduci poſſunt eorum dicta ad duas concluſiones limitatas cum opportunis declarationibus multis ultra eos inſertis. ¶ Prima concluſio. Vbi † non conſtat de intentione diſponentis puniendo ſi quis non dixit, quod pœna eſſet perpetua, uel pro quanto tempore, ſed ſimpliciter dixit, quòd eſſet ad tempus, intelligitur de 2. annis. Tex. eſt in l. ſine præfinito. ff. de pœnis. quem prædicti faciunt ſing. Et dicit ibi Bar. quòd non habet tex. concor. Et idem dicit Bald. in l. 2. poſt princ. C. de poſtul. & iſtæ interpretationes temporum, quæ non determinantur, capiuntur in alijs materijs diuerſimodè. Et hoc patet ex text. in l. inter illam. §. fin. ff. de uerb. ſig. ubi ſi dicitur, Facito in diebus, intelligitur de biduo. Et no. glo. 1. in leg. cum, qui calendas. ff. de uerb. ob. Ad idem gloſſ. & Bald. in l. uſuræ. C. de uſur. ubi ſi dicitur, b Per tempora, [b] intelligitur de duobus annis. Ad idem text. in l. excipiuntur. ff. ad Sylla. ubi ſecundum communem intellectum, ſi dicitur, Non multum tempus, intelligitur per ſex menſes, & text. & ibi Bartol. in le. 3. §. ſi ita. ff. de ann. leg. ubi ſi dicitur de tribus terminis, intelligitur de tribus annis, de quo per Lud. in d. leg. cum, qui calendas facit gloſſ. in c. pen. de cenſib. in uerbo, aliquos annis. dicens, quòd uerbum, Aliquos annis, uerificatur in duobus: & uerbum illud diebus, intelligitur de biduo. Si autem iudex imponeret pœnam duraturam uſque ad beneplacitum ſuum, uidetur, quòd perinde ſit, ac ſi duratura eſſet perpetuò, ſicut regulariter eſt in pœnis, ut j. dicemus, niſi aliter declaret beneplacitum ſuum, per tex. in l. auriſpoſitos. in princ. ff. de exe. tu. ubi illud, quod non habet certum finem, dicitur eſſe perpetuum, ex quo poteſt eſſe perpetuum, licet etiam poſſit eſſe temporale. Et illum textum ſummè nota. Bart. ibi, & in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi. in 3. q. ff. de ope. no. nun. & Cy. in le. quiſquis. C. ſi cer. pe. & ibi Bald. in aliquibus lectur. & eſt gloſſ. in clemen. 2. in uerbo, electionem. de reſcrip. quæ dicit, quòd poteſt quis dici habere dignitatem, licet ſit ad beneplacitum, quia ſatis eſt, quòd poteſt eſſe perpetua. Et idem tenet do. Car. in cle. 1. in 20. q. de elec. dicens, illum dici adminiſtratorem perpetuū, etiam qui eſt remouibilis ad nutum, & dicit ſe ita reſpondiſſe in facto, licet illam gloſſ. non alleget, & eſt bonus text. in le. ſufficit. ff. de cond. ind. ubi ſi incertum ſit, an actio ex teſtamēto ſit temporalis, an perpetua, procedatur, ut ſi eſſet perpetua. Et ita allegat illum text. gl. 1. in ſi. in c. ſi. de ſol. & gl. loquēs expreſſiùs in c. ſi. in uerbo, perpetuas. de reſcript. in 6. Et ibi dicit Dom. illam glo. bene eſſe notandam, q ſtatuta diſponentia circa actus perpetuos, includunt etiam actus, qui poſſunt eſſe temporales & perpetui. Et ideo dixit Rota in tit. de præbend. deciſ. 1. in antiquioribus, quòd commenda dicitur perpetua, quando fit uſque ad euentum conditionis, quæ poteſt uerificari, putà donec Titius habuerit poſſeſſionem epiſcopatus. ¶ Sed pro utili intelligentia iſtorum eſt aduertendum ad duos caſus. Primus eſt, quādo diſpoſitio loquens de beneplacito profertur ſub nomine officij, uel dignitatis ipſius proferentis, & tunc quia eius morte non finitur diſpoſitio, niſi ſucceſſor reuocet, meritò habetur pro perpetua. ¶ Secundus caſus eſt quando diſponens utitur uerbis perſonæ ſuæ, & tunc non habent locum prædicta, quia eo mortuo ceſſat beneplacitum, & ideo dicitur temporale. Ita [illegible] probans hæc dicis in c. ſi gratioſe. de reſcrip. in 6. [illegible] tex. ad propoſitum noſtrum dicit Bar.

a *Ter denunciauerit*] *Quod tamen intellige fieri debere ter per interualla dierū, & non ſimul, ut eſt tex. in l. ſi conuenerit. de pign. act. & ibi Doc. et Alexan. ubi poſt gl. dicit, ad minus unam diem debere intermediare, & ibi per Paul. de Caſt. & Lud. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi. & ibi per Alex. de ope. no. nun. & adde gloſ. in c. cū a- liquo. de appella. in 6.*

b *Per tempora*] *Sed quid ſi dicat, Per tempus? Dic, quòd intelligitur de uno anno, ut per gl. in c. tenera. 1. diſt. & de conſec. diſt. 4. omni tempore. & per Alexan. in d. le. ſine præfinito: alle. in text. de pœnis.*

Bar. magiſtraliter in l. centeſimis. §. fi. ff. de uerb. oblig. in
uer. tu ergo dicas. quòd ſi iudex dixit, Pono te ad confinia,
donec noluero, eo mortuo eſt reuocata confinatio: quia
uolũtas morte præfinitur, ut ibi eſt caſus: ſecus, ſi dixiſſet,
donec poteſtati placuerit: quia officium non moritur, d. ca.
ſi gratioſæ. Et ſimiliter dixit Bald. in procemio digeſtorum,
§. hæc autem tria. quòd ſi dicat, Pono te ad confinia uſque
ad mei beneplacitum, expirat morte. Et dicas, quòd ſicut
finitur in primo caſu eo mortuo, ita reuocato, ſeu aliàs of-
ficio functo, ſecundum Bart. & Bald. in dictis locis, & Bar.
in l. more. ff. de iur. om. iu. & Bald. in l. fi. in 6. quæſtio. C. de
contrahen. emp. & Bald. et Sal. in l. fi. C. de edno. diuer. indi.
10 ¶ Et † ſecundum prædicta intellige, quod nota. Innocent.
in c. cùm non ignotes. de præben. dum dixit, quòd ille non
dicitur uicarius perpetuus, qui eſt poſitus ad beneplacitũ
ſuperioris: nam intelligerem, ut eſt dictum, niſi ſuperior
uteretur uerbis dignitatis ſuæ: & idem ſi poneretur à capi-
tulo, uel collegio, attendendum eſſet, an poneretur ad be-
neplacitum illorum de collegio, an uerò diceretur, Vſque
ad beneplacitum collegij, uel capituli. Quod diligenter no.
quia facit ad q. quam Ferrariæ uidi in facto, dum eſſem
ſcholaris, utrùm licentia data religioſo, quòd licitè ſtaret
extra monaſterium uſque ad beneplacitum legati, expira-
nit legato reuocato? nam uidetur, quòd ſic, cùm illud offi-
cium finiatur eo reuocato, ut tradunt per omnes in c. quo-
niam Abbas. de offi. deleg. & conſequenter finitur benepla-
citum, licet ab aliquibus magnæ authoritatis fuerit dictũ
contrarium, per d. l. iuriſperitoi. & profectò non bene. quia
illa ſlex. cum concord. loquitur in diſpoſitiona concernentu
dignitatem, & ubi uerba diriguntur ad dignitatẽ, ut patet
in d. c. ſi gratioſæ. ¶ Subdit Bart. ad propoſitum noſtrum in
d. leg. centeſimis. §. fin. & ſequitur ibi Angel. quòd ſi iudex
diceret, pono te ad confinia ad uoluntatem meam, ille non
eſt confinatos, niſi iudex declaret ſe uelle eum eſſe confina-
tum: quia uidetur conditionaliter locutus, ac ſi dixiſſet, ſi
uoluero, per leg. poſt dotem. ſecundum §. lec. & gloſſ. ff. ſol.
ma. Pro quibus facit, quia dictio Ad,
[a] poſita in certo euentu, facit conditio-
nem, ſecundum Bartol. in l. j. ff. de condi.
& demonſtra. Ex quo tolluntur motiua
Imol. & Raphael. aliter tenentium in d.
§. fi. Eſt maius dubium ſi iudex dixiſſet,
Pono te ad confinia, quo ad reuocauero,
nam Bart. ibi tenuit, quòd morte indu-
catur reuocatio, ſeu declaratio reuocatæ
uoluntatis, per le. uxorem. §. pe. ff. de leg.
2. & idem tenet Bartol. in d. l. poſt dotem.
Sed communiter tenetur, quòd imò nõ
inducatur reuocatio, ut tenent Angel. & Imol. in d. §. fin.
& Bald. latè in d. leg. fi. uerſic. ſextò quæro. C. de contrahen.
emp. & in proœ. digeſtorum, §. hic autem tria. maximè per
l. quæſitum. §. j. & leg. cum precario. §. j. ff. de preca. ubi pre-
carium non reuocatur morte, quia conceſſio intelligitur
facta tacitè, donec reuocetur. Vnde per mortem non indu-
citur reuocatio, ut ibi. Secus, ſi concederetur, uel concedi
intelligatur, quo ad uellet concedens: quia morte finietur,
l. 4. ff. loc. Et ita declarat Bald. in l. ſi in diem. §. j. ff. de condi.
11 & demon. ¶ Secunda concluſio. Diſpoſitio † pœnalis nul-
lam temporalẽ præfinitionem tacitè, uel expreſsè cõtinens,
in dubio perpetua cenſetur. Caſus eſt in l. ſeruus. C. de pœ.
per quem dicunt ibi Cy. Bart. Bald. & Salic. & Bart. in l. in-
ter Caſtellianum. ff. de arbi. & in leg. ſi quis adulterium. §. ſi
quis. ff. de adult. quòd ciuitas ſimpliciter damnata ad mu-
rorum deſtructionem, debet perpetuò ſtare ſine muris. Bo-
nus text. in l. fin. C. ut lit. pec. per quem dicit ibi Bald. quòd
natura ſententiæ eſt imponere ſilentiũ perpetuum, & quòd
ubi iudex aliquid diffinitiuè mandauit, tacitè uidetur ineſ
ſe, quòd illud debeat perpetuò ſeruari. Facit gloſſ. j. prope
fi. in ca. ad Apoſtolicæ. de re iudic. in 6. dicens, quod omnis
ſententia eſt perpetua, & fertur ad perpetuam rei memoriã.
Et allegat bona iura. No. Pet. de Anchar. in ca. 2. de conſtit.
in 6. & clemen. 2. de ui. & ho. cle. & Pet. de Anchar. in c. j.
in 2. not. ne præla. ui. ſuas. Et ad propoſitum huius conclu-
ſionis facit optimus textus. in c. commiſſa. uerſic. porrò. de
elect. in 6. & in c. ad aures. in uerſic. ne ipſis, aut hæredibus
eorum. de pœnis. & in ca. in nomine Domini. in uerſic. ſine

a *Dictio Ad*] *De hac dictione Ad, uide Arch. de reſcr. ſi gratioſæ. libr. 6. 95. diſtinct. presbyt. & per Docto. & Ioan. de Por. in leg. ſi. ff. de uerb. oblig.*

omni retractatione deponatur. 25. diſtin. & in cap. j. in fi. in
uerbo, perpetuò diffidatos. de homi. in 6. & in ca. ſuper eo.
in fi. in uerſicu. irrecuperabiliter. de rapt. Et etiam ſi lex non
uteretur talibus uerbis, pœna nihilo minus præſumitur
perpetua, per d. leg. ſeruus. & nota. gloſſ. in ca. quamuis. in
uerbo, in perpetuum. de pœnis. in 6. & expreſſius gloſſ. in c.
cupientes. §. cæterum. in uer. perpetuò. de elect. in 6. Ope-
rantur tamen talia uerba unum ſingularem effectum, uide-
licet quòd ubi aliàs epiſcopus poſſet diſpenſare, non pote-
rit, quando talia uerba apponuntur, ut uult gloſ. in d. §. cæ-
terum. & Hoſtien. in d. ca. ſuper eo. cum concord. quas dedi
in c. at ſi clerici. § de adulterijs. j. de indic. ¶ Ad iſtam con-
cluſionem faciunt etiam nota. per Bartol. Angel. Imol. &
Ro. in l. permiſceri. ff. de acqui. poſſ. in q. utrùm iudex, qui
per ſententiam iuſſit quem in poſ. mitti, poſſit eum in poſte
rum à moleſtia tueri? & faciunt no. per Bartol. & alios in l.
ſi fideiuſſor. §. meminiſſe. ff. de l. j. & Bart. conſil. 131. incip.
Præcipit arbiter. & Bald. poſt Cy. in l. ſi quis hæredem. C. de
inſtitu. & ſubſt. cum concor. in q. illa, utrùm ſufficiat, quòd
ad euitandam pœnam pars paruerit ſententiæ arbitri, licet
poſtea contraueniat. Ita faciũt not. per Bald. in c. j. §. ſi duo.
de pa. te. ubi dicit, quòd depoſitus ab officio nunquam ad
id aſpirare poteſt. Et dicit Bald. in l. 2. in princ. C. de indi. li-
ber. quòd tabellio ſemel depoſitus propter crimen, non po-
teſt denuo creari per comitem Palatinum: & ſi per principẽ
reſtitueretur ad famam, non tamen eſſet reſtitutus ad offi-
cium, ſecundum eum. Et ſequitur Ludo. in le. ſi uerò. §. de
uiro. in 38. fallentia, ff. ſol. ma. Et dicit Bald. in l. mancipia.
C. de ſer. fu. quòd condemnatus in ſyndicatu nunquam
redibit ulterius. Bonus textus. in le. ſi aliquid. C. de ſuſc. &
arca. lib. 10. & ibi Bar. ubi non poteſt quis exercere officiũ,
in quo ſemel deliquit. Facit text. in le. iudices. C. de dignit.
lib. 12. quem alleg. Bald. in rubr. C. de pœna indic. qui male.
iu. ad fi. dicens, quòd aſſeſſor in uno loco damnatus de ba-
rataria, non poteſt in alio eſſe aſſeſſor. Et illum text. allegat
notanter Bald. in leg. & militibus. C. de teſta. mili. dicens,
quòd condemnato de fide rupta in officio nunquam poteſt
aliquid reſeruari præter tu officij: quia notarius condemna
tus de falſo, nunquam inſtrumenta con-
ficiet: [b] & de his etiam per Pet. de Anch.
in Clemen. j. de exceſ. prælat. ¶ Cæterum
licet prædicta concluſio ſecunda proce-
dat regulariter, recipit tamen tres notabi
les declarationes. Et prima eſt, quòd
12 † concluſio procedit, ubi iudex diffiniti-
uè pœnam imponit: ſecus, ſi interloquen
do: quia tunc durat ſolùm, donec officio
functus eſt, per text. in le. fi. ff. de pœnis.
per quem ita tenent omnes* hic, & gloſſ.
j. in l. & puto. ff. de poſtul. & Spec. in tit.
de legat. §. ſupereſt. uerſ. ſed nunquid põt
ex aliqua cauſa. & Bald. in l. j. poſt princ.
C. de poſtul. aſſignans rationem, quia
interlocutoria potius pertinet ad autho-
ritatem interloquentis, & ad tuendam
eius dignitatem, quàm pertineat ad ordi
nariam pœnam, argum. l. proclama. & le.
interlocutio. & le. fin. C. commi. uel epi-
ſtolas. Cùm enim ferantur ſummariẽ &
es ita ordinem, non debet eſſe tantæ efficaciæ, ſicut diffini-
tiua, quæ fertur cum magna ſolennitate. Et iſtud commu-
niter approbatur, ſecundum eum. ¶ Limita tribus modis
13 hanc declarationem. Primò, ut † non procedat in interlo-
cutoria, per quam quis ſuſpenditur ab officio & beneficio:
quia illa durat donec ſatisfaciat, ſecundum Innocent. in c.
bonæ. de æta. & quali. quem ſequitur Imol. hic. ¶ Secundò
14 limita, niſi † imponatur pœna depoſitionis ab officio:
quia ſemper intelligitur in dubio talis pœna eſſe perpetuò
impoſita. Ita gl. j. & fi. in c. j. l. diſtinc. quas ſequitur Domi.
ibi in fi. dicens, quòd in hoc ſunt notandæ, nec de facili re-
perirentur ſimiles: & optimè facit ca. 2. ea. diſtinct. ſecundũ
ipſum: & idem ipſe repetit in d. c. 2. ¶ Tertiò limita, ut
15 † habeat locum in pœna ſucceſſiua: ſecus in momẽtanea.
putà ſi condemnatur ad certam quantitatem pecuniæ, uel
ſimilem pœnam: quia intelligitur perpetua: nã facta exe-
cutione non recuperabit, ſecundum do. Anto. & alios om-
nes

b *Conficiet*] *Quod limita, niſi cauſa cognita ſit ſibi reſeruatũ per iudicẽ ius ipſum, quod poteſt, ſecundum Bal. in l. depoſitum. C. de poſ. & in l. rubenus. §. ſanè. C. de ſac. ſan. eccleſ. & per do. Alexan. in l. ſi quis. §. cogentur. de edend. & in l. 2. ad l. Iul. repetund. Et adde Bar. in conſi. ſuo, Secundum Ioan. de Caſt. dictus.*

nes hic,& Arch.& Dom.in c.j.l.diſtinct. Allegant c.ad au-
16 dientiam . de cri.fal. ¶ Secunda declaratio eſt, quòd † con
cluſio procedit, ubi quis condemnatur pro crimine. ſecus,
ſi pro contumacia : quia tunc limitatur pœna ad limites cō
tumaciæ . Caſus eſt hic no. quem ad huc allegant omnes
prædicti,& maximè Bald. in d.l.j.C. de poſtul. & Bart.pul-
chrè in l.ſi quis adulterium.§.j.ff.de adul. & Dominic. poſt
Ioan.de Fan.in c.quamuis.in ſi. de pœn. in 6. Et per iſtum
text.dixit Domi.in c.contumaces.l.diſtinct. quòd clericus
depoſitus propter contumaciam poteſt reſtitui per epiſco-
pum: quia illa pœna debet durare ad limites cauſæ, propter
quam imponitur. Ergo ceſſante contumacia illa etiam ceſ-
ſare debet, ut hic. ¶ Et per iſtum text. dixit Paul. de Caſt.
conſil. 31. incip. In Chriſti, &c. ſuper primo quæſito. quòd
17 ſi † bannitus cōparet intra terminum poſitum in banno,
reſoluitur bannum in uim ſimplicis citationis: quia ceſſat
cauſa banni, ut hic. Et ita per iſtum text. dicit tenere Bald.
& bene, in d.l.j.C. de poſtul. Quid autem ſi compareat poſt
terminum? Dic, ut per Bal.in l.ita demum. ad ſi. C. de pro-
cur.& Paul. de Caſt.latiùs in d.conſil. Et per iſtum textum.
dixit Bald.in authen.habita.C.ne ſi. pro pa. quòd priuatio
eſt perpetua, ſuſpenſio eſt temporalis. ¶ Et per iſtum text.
dixit.Innocent.in c.ſicut.j.poſt prin.de coha.cle. & mul.
18 quòd † clericus ſuſpenſus pro contumacia, præſtita obedi-
entia, celebrare poteſt abſque alia relaxatione ſuſpenſionis.
Facit text.in c.j.de ſup.negli.præla.per quem no.ibi domi.
Anto. quòd pœna impoſita ratione contumaciæ regulatur
ad limites contumaciæ.Et per iſtum text.dixit Bald. in leg.
acceptā.uer.19.quæritur.C.de uſur.ꝙ ſi ſcholaris eſt priua-
tus de matricula, nō debet de iure rematriculari, licet uelit
cōmiſſum errorem purgare, ſed de gratia admitti pōt: ſi aūt
non eſt priuatus, ſed ſuſpenſus à matricula, tūc de iure de-
bet admitti.Et idem in excōmunicato parato ſe emendare:
quia excōmunicato habet uim ſuſpenſionis, & ideo redeū-
ti non clauditur gremium: & ita loquitur iſte tex. ſecundū
eum.Ad ꝙ etiam uide Cal. in l. 2. quaſi in ſi.C.de lib.& co.
19 libe . ubi dicit , quòd † doctor priuatus doctoratu propter
delictum , non poteſt iterato examine redoctorari: & alle.
illud Verg. [*Facilis deſcenſus Auerni*] &c. ¶ Ad idē,quod
no. Bald.in l.2.circa med. C.de ma.uindi. ubi dicit , quòd
notarius publicè exauthoratus per ſententiam , nunquam
reponi poteſt in poſſeſsionem tabellionatus. Et facit opti-
mè c.commiſſa. uer.porro.de elect. in 6.Et cum iſtis dictis
conueniunt, quæ dixi in ult. no.Et iſtum text. alleg. etiam
Bald. in leg. & puta.ff.ſa.ete. in aliquibus lectur. probans,
quòd ceſſante contumacia ceſſat eius pœna, & facit l. 1. §.
ſi frater.ff.de col.bono.Et ſecundum iſta intellige gloſ.fi.in
ſi.in c.dictum.81.diſt.& in c.ſicut qui.20.q.1.quas gloſ.ita
uidetur intelligere Arc.ibi remittendo ad no.hic. ¶ Amplia
primò hanc declarationem , etiamſi in impoſitione pœnæ
propter contumaciam apponeretur uerbum perpetuò, quia
a exponitur , donec ſe corrigat [a] ,ſecundū
gloſ. approbatam in c.clericos.in uerbo,
perpetuam.de coha.cleric.& mu.Et not.
Arc.in c.ſacerdotes.10.q.1. ſic exponens
illum text. in uerſic. excommunicatione
perpetua.Idem gloſ.in regula, actus legi-
timi.de reg.iur.in 6.& in c. reperiuntur.
in uerbo, perpetua.j. q.j. & gloſſ.fi.in ca.
de uiduis. 27. q. j. ¶ Amplia ſecundò, etiamſi pœna poſſet
referri ad delictum & contumaciam: quia ſi non apparet de
intentione proferentis, in dubio refertur ad contumaciam.
Ita uidetur concludere hic Imo.poſt Goff.per no.in regula,
in pœnis. de regu.iur. in 6.& hic per eum. ¶ Pro quo facit
20 optimè text.in le.ſi ideo.ff. de euic.ubi † condemnatus in
abſentia , præſumitur in dubio potius condemnatus pro-
pter contumaciam, quàm propter malam cauſam. Et per il-
lum text.dicit ibi Bart. quòd bannitus & condemnatus de
falſo, poteſt conficere inſtrumenta: quia potius uidetur con
demnatus propter contumaciam , quàm quia fecit falſum:
& traditur per Bald.in le.abſentem.ff. de pœ. & in l.ſi ſupe-
ratus.ff.de pig.& in l. Papinianus.§. meminiſſe.ff.de inoffi.
teſt.& pulchrè Bald.in leg.j. uerſic. item an condemnatus.
C.de confeſ.& domi. Abba.in c.in cauſis.de re iudic.& do.
Anto.conſil.29. & Bart.in l. eum filius.in princ.ff.de uerb.
oblig. cum concord. Niſi conſtaret de delicto ex actis, quia
tunc non procedit l.ſi ideo.ut per gloſ.ſing.in l.2.in uerbo,
abſens.C.de contrario iudic. tute. de qua facit feſtum Bal.
ibi,& in l.2.C.quibus res iud.nō nocet. & in l.ingenuum.
ff.de ſtatu ho.& Ioannes de Ana.in capitu. fraternitatis.de
hæret. cum concor.& eſt caſus in ca. cum olim.de re iudic.
ibi, et licet abſenti, cum de ſubreptione liquidò cōſtet, &c.
¶ Fallit tamen iſta declaratio in duobus caſibus. Primus
eſt ubi contumacia tranſit in ſpecificum delictum, quia
tunc pœna pro ipſo impoſita intelligitur perpetua , ſecun-
dum domi. Anto. Dominic.& expreſſius domi. Abbas hic
ita intelligentes c. ex tuæ.de cle.non reſi. ubi ſi clericus eſt
contumax in reſidendo in beneficio ſuo, pœna priuationis
eſt perpetua , quia illa contumacia tranſit in delictum non
reſidentis. Et idem uoluit Imol. hic, licet dicat poſſe aliter
reſponderi ad illum text. uidelicet quod ibi conſtabat de
mente proferentis , quod intelligebat de priuatione perpe-
tua, quia mandat de beneficio alteri prouideri, ut ibi patet.
¶ Fallit ſecundò , ubi pœna appoſita propter contumaciam
fuiſſet momentanea, ſecundum domi. Abba. hic per ea,quæ
dixi ſ. Et ex iſta declaratione 2. colligitur, quòd contuma-
cia propriè non eſt delictum, de quo dicetur j. ¶ Tertia
21 declaratio eſt,quòd † iſta ſecunda concluſio non procedit,
ubi pœna relinquitur arbitrio iudicis, quia nō poteſt tunc
arbitrari pœnam perpetuam , ſed temporalem , ſecundum
domi.Car.hic, & in c.de cauſis.de offic.dele. quia hoc dixit
tenuiſſe Alb.de Roſa.per text. ſing.in le.j.in uerſic. tempo-
rarij.ff.de furib.& balnea. Idem ſentit Bal.in l.& ſi poſt tres.
ff.ſi quis cautio.ubi dicit, quod ſtante ſtatuto, quòd com-
mittens maleficium debeat cōdemnari in mille, uel alia gra-
uiori pœna , non poterit iudex arbitrari pœnam mortis. Et
idem tenet Lud. Ro.in rep.rub. de arbit. uer. item an ſi ſta-
tutum . allegando quædam alia dicta Bal. de quib. per eum
tenentem contra gl.tritam in §.in ſumma.inſt.de iniu.quæ
allegatur , quòd in arbitrarijs poteſt iudex imponere pœnā
mortis. ¶ Adde etiam Bald.in l.1.C.ne ſine iuſſu principis.
ubi dicit , quòd in arbitrarijs iudex non poteſt arbitrari
pœnam publicationis bonorum, per text.ibi: per quem idē
etiam tenet Bal.in c.1.de pa. te. in prin.uer.ſed hic quæro,
an ratione generalis arbitrij . Ergo multo minùs mortem,
arg.l.in ſeruorum.§.ſi.ff.de pœ.cum ſi. ¶ Et pro iſta declara-
tione allegatur inter Legiſtas tex.in l. 1.§.expilatores. ff.de
effra.ubi dicit text . pœnam expilatorum eſſe arbitrariam :
poſtea ſubdit, quòd iudex non excedit pœnam metalli. Ad
idem, quia pœna criminis ſtellionatus non eſt determinata
à iure, ſed eſt in arbitrio iudicis poſita , & tamen excedit
pœnam metalli, quod probant duo iura ſimul iuncta, uide
licet l.1. §. pœnam autem. ff. de cri.ſtel. Item quia mulcta,
quæ datur à iudice, datur ex arbitrio ſibi dato, & tamen nō
excedit pecuniariam. Hæc duo probantur in l.ſi qua pœna.
& in l.aliud. ff. de uerb.ſig. & in l.mulctarum. C. de modo
mul. ¶ Item facit, quia in arbitrarijs iudex debet moderari
pœnam, c.inquiſitionis.in princ.de accuſ.& moderatio di-
minutionem ſignificat, c.ſi.de uerb. ſig. Ergo non imponet
mortem, quia hoc non eſſet moderari. Item facit optimè gl.
in d.c.inquiſitionis.in uer.alioquin.quæ probat, quòd ubi
pœna eſt commiſſa arbitrio iudicis non poteſt imponere
parem pœnā illi , quam lex imponit pro ſimilibus delictis.
Sed certè mors ſemper eſſet par ei , quæ eſſet maior, ergo
22 illam nunquam imponet. ¶ Et tenēdo hanc partem poſſet
reſponderi ad gloſſ.in d §.in ſumma.quòd † dum dicit de
pœna capitis , non intelligitur de morte naturali , per id,
quod nota.Ioan. And.in cap. quanto.ſuper gloſſ.de iureiu.
ubi poſt Goff.& Hoſtien. refert Ioā. gloſſatorem defendiſſe
quendam , qui falſauerat monetam Bononienſem , ut non
puniretur morte, licet ſtatutum diceret, talem puniendum
pœna capitis : quia pœna capitalis eſt
b multiplex, [b] leg.2.ff.de pub. iudic.& per
Innocent.& Ioan. And. in ca. qualiter.lo
2. de accuſ. & per gloſſ. in §. eſt & inter.
in uer.irrogat. Inſtitu.de pub.iudic.& in
l.imperium.in uerſicu. Poteſtatem. ff.de
iuriſdi.om.iu.latè Angel.in leg.abſentem.
de accuſa. cum concord. Et hoc dictum
Ioan.And.ſequuntur cæteri in d.capitu.
quanto. & domi.Abba. pulchrè in c. at ſi
clerici.de iudic. & Ana.in c.j. de homic.

a *Se corrigat*] *Facit text. in l.in uiſperiiſs . & ibi Bart.in lect. Nico . de Neapo. ff. de excuſat .*

b *Multiplex*] *Adde quòd pœna capitis eſt triplex , ſcilicet mortis, ſeruitutis, & amiſsionis ciuitatis, ut in iuribus hic allega & maximè in l.hos accuſare . §. omnibus.*

bus. cum gloſ. de accuſ. & per do. Alexand. de Imo. in d.l. 2. ff. de pu. iud. alleg. in tex.

& Pet. de Anch. in clem. paſtoralis. in te. no. de re iudic. & domi. Maria. in rep. c. qualiter. 2. q. 14. arti. 16. de accuſ. & Imo. in le. 2. ff. de pub. iudic. allegans ad idem text. in leg. qui cùm maior. §. is demum. cum ſeq. ff. de bo. lib. & tex. cũ gl. in uerbo, capitis. in l. hoc, accuſare. §. ōib. & ĩ l. capitis. ff. de accuſ. Et ſequitur ẽt Io. de Ana. in d. c. qualiter. §. ad corrigendos. dicẽs ſe allegare pro hoc bonum tex. in l. cum patronum. ff. de iu. pa. & tex. cum gl. in l. fi. C. quæ res uendi poſſunt. Vbi dicit Bal. q̀ quãq; pœna dr̃ multis modis, ut pœna capitalis intelligitur de mitiori, quæ ſit inter illos modos, quod tene menti, ſecundum Ana. qui pro hoc etiam allegat glo. quam dicit reputari ſing. in le. 1. in uerbo, capitali. C. ne Chriſtia. manci. quæ uult, quòd ubi ſit mentio de pœna capitali, intelligitur de mitiori, & ſic de pœna perpetui exilij, uel deportationis. Facit ad idem gloſſ. fi. in l. fi. C. de uete. numiſ. poteſt. lib. 11. & text. in l. uerũ. §. fi. ff. pro ſocio. ubi appellatione interitus non ſolum uenit mors, ſed etiam maxima, aut media capitis diminutio. Facit etiam cum iſtis tex. in l. eos. §. ſuper his. C. de appel. & gloſ. in l. criminali. in uerb. ſed capitale. C. de iuriſdi. om. iudic. Et quod uerba ſint capienda in benigniori ſignificatu in criminalibus, eſt text. no. in l. interpretatione. ff. de pœ. Et fortè per prædicta emanauit ſtylus aſſeſſorum, qui in ſententijs capitalib. mãdant caput amputari, ita quòd anima ſeparetur à corpore, de qua practica meminit Rapha. Ful. in le. præſenti. C. de his, qui ad eccleſ. confug. ¶ Sed contra hanc declarationem, quòd imò in arbitrarijs iudex poſſit imponere pœnam etiã mortis, tenent hic Imol. & domi. Abba. ſequentes gloſſ. in d. §. in ſumma. pro qua domi. Abb. alleg. text. in l. ſacrilegij. ff. ad l. Iuliam. pe. ubi text. imponit pœnam arbitrariam, & tamen narratiuè ſubijcit, quòd quãdoque fuit impoſita pœna mortis. Item, quia iudex debet arbitrium ſuum informare ſecundum pœnas ſtatutas in ſimilibus criminalibus, c. tuæ. de pœ. Et ibi dicitur, quòd pro magnis criminibus debet imponi pœna depoſitionis. Item, quia pœna debet correſpondere qualitati & quantitati criminis, ca. non afferamus. 24. q. j. l. reſpiciendum. ff. de pœ. Et hæc duo iura multum faciunt pro hac parte, ſecundum domi. Abbat.

¶ Et hanc opi. quam in puncto iuris credo ueriorem, tenet etiam Bald. in le. j. ubi bo. text. C. de his, qui latro. occul. & Bartol. in l. fi. ff. ubi pup. educ. deb. & Imol. in c. inquiſitionis. in princip. ĵ. de accuſ. & ibi Ana. in fi. princip. allegans etiam Imol. in l. 2. ff. de pub. iud. & Bald. in cap. j. §. iniuria. de pa. iur. fir. Vbi in principio dicit, quòd contra dantem alapam poteſtati alicuius terræ poteſt iudex arbitrari pœnam mortis: & allegant iſti gloſſ. in d. §. in ſumma. quam etiam ſequitur do. Abba. in c. cùm te. de re iudic. Et pro iſta parte facit gloſſ. fi. in c. dictum. 81. diſtinct. quæ dicit, quòd iudex poteſt arbitrari pœnam perpetuæ intruſionis in monaſterium. Ergo poteſt imponere pœnam perpetuam. Et ſequitur do. Ab. in c. tuæ. prope fi. de pœnis. Ad idem, q̀ no. Bald. in le. incredibile. in fi. C. de pœ. ubi dicit, quòd iudex põt imponere pœnam, quòd quis ſtet perpetuò in eccleſia. Facit, q̀ not. Bal. l. de ſubmerſis. C. de nauicula. lib. 11. ¶ Ad idẽ facit tex. in l. ſaccularij. §. ſunt quædam. ff. de extraord. crimi. ubi ponentes lapides, ex quorum proſpectu mors reſpicientibus contingebat, puniuntur pœna extraord. arbitrio iudicis: & tamen dicit ibi tex. q̀ pœna iſtorum extenditur uſque ad mortem, quia delictum eorum mortem cõminabatur. Ad idem text. in l. 1. C. de his, qui latro. occul. in uerſic. non ignaro iudice. ibi, ſeueriſsima commotione, prout tua celſitudo indicauerit. & ſic committebatur arbitrio. Et uerbum Seueriſsima, importat mortem, l. 1. cum gloſ. C. ne liceat ſignum ſaluatoris. facit l. ſi quis adulterij. in uerbo, ſeueriſsimè. C. de adul. iuncta l. caſtitatis. & l. quãuis. eod. titu. & gloſ. in lege. 2. C. de eunuchis. & in l. cum ſeruus. in uerbo, ſummo ſupplicio. ff. de condi. ob cauſam. ¶ Ad idem text. in d. l. 2. C. de his, qui latro. in uer. tribuni. ibi. acerrima pœna pro arbitrio uirorũ illuſtrium ſeriẽtur. ubi appellatione acerrimæ pœnæ uenit pœna mortis. Tex. cum gloſ. in l. j. C. de ſeditioſis. Ad idem etiam tex. in c. ad abolendam. circa me. iuncto c. excommunicamus. de hære. ubi hæretici, qui pro arbitrio iudicis ſecularis puniuntur, debita animaduerſione ſunt. puniendi, & animaduerſio mortem comprehendit, ut probatur in leg. imperium. ff. de iur. om. iu. & in leg. reſpiciendum. in fin. ff. de pœ. Ad idem etiam textus. in le. lex Iulia. §. hodie. in uerſic. extra ordinem. & in uerſicul. capite plecti debent. ff. ad l. Iuliam repe. Ad idem lex. qui cum maior. §. his demum. in uerſic. iudicanti placuit. ff. de bo. liber. Facit, quod nota. Bald. in leg. eos. §. ſuper his. in uerſicu. extrà nota. C. de appella. ubi dicit, quòd ad hoc, ut cauſa dicatur capitalis, ſufficit aptitudo legis, quòd poſſit arbitrium iudicis euenire conſideratis demeritis rei, argu. le. fi. C. de iniur. ¶ Poſſet etiam attentari, quòd imò uerbum Pœna capitis, poſitum per gloſſ. in d. §. in ſumma. intelligatur de morte. Primò, quia gloſſ. dicit Capitis, uel ſtatus: per quam diſiunctiuam uidetur ſenſiſſe non tam de morte ciuili, prout ſtatus, quàm etiam de naturali. ¶ Secundò, quia ubi uerba poſſunt uerificari tam in morte ciuili, quàm in naturali, in dubio intelliguntur de na-
b turali: [b] leg. ex ea parte. §. inſulam. ff. de uerb. obligatio. leg. cùm pater. §. hereditatem. ff. de lega. 2. leg. Statius. §. Cornelio. ff. de iur. fiſ. c. ſuſceptum. & ibi per Doct. de reſcrip. in 6. & uerba capiuntur
e in potiori ſignificatu, [c] le. j. §. j. ff. ſi ager uec. c. ſi quem. de ſenten. excommunica. & etiam in ſtatutis uerba capiuntur propriè, leg. 3. §. hæc uerba. & ibi Bartol. ff. de ne. geſt. c. in noſtra. & ibi Innocent. de iniur. Pœna autem capitis propriè intelligitur de morte naturali, & impropriè de morte ciuili, ſecundum gloſſ. 2. in le. tranſigere. C. de tranſac. Modò ſic eſt, quòd uerbum purà Capitis, ſæpiſſimè apud Legiſlatores ponitur pro morte naturali. Ergo de illa uidetur intelligenda d. gloſſ. Et hoc probat textus. in d. leg. ſaccularij. §. ſunt quidam. in uerbo, uſque ad pœnam capitis. & in leg. j. in uerbo, punitur capite. eodem. titul. & in lege. j. in uerbo, capite puniatur. C. de fal. mo. & in leg. capitalium. §. ſolent. in uerbo, capite plectendi. ff. de pœ. & in leg. j. in uerſiculo. capite puniatur. C. de eunu. & in lege. nemo. in uerſicu. ſupplicium capitis. C. de maleſic. & in leg. præſenti. C. de his, qui ad eccleſ. confu. per quem textum reprobat ibi Alb. de Roſa. id, quod nota. Ioan. Andr. in cap. quanto. de iureiurando. ¶ Cæterum quia paruì refert in hoc inſiſtere, attento, quòd pro illa gloſſ. ſunt text. ſuprà inducti, ideo relicta hac parte nota circa ipſam quinque declarationes. Prima declaratio eſt,
23 quòd † iudex non poteſt arbitrari pœnam mortis, niſi propter exceſſum grauis facinoris. Ita Bald. in d. capi. j. §. iniuria. de pace iur. fir. & in lege. fi. ad fin. ff. de rer. diui. & ita intelligitur gloſſ. in d. §. in ſumma. ſecundum eum. ¶ Et adde, quòd ſi circunſtantiæ delicti ſuadent minorem pœnam, & iudex arbitretur mortem, tenet ſententia, ex quo habet arbitrium: ſed malè facit: & pro hoc poteſt appellari, ſecundum Imol. hoc nota. per gloſſ. & Bartol. in lege. ſi qua pœna. ff. de uerb. ſig. Et hanc declarationem ponit etiam Ana. poſt Imol. in d. capitu. inquiſitionis. in fi. princip. & Imol. in leg. 2. ff. de publi. iudic. ¶ Secunda de-
24 claratio. In † delictis attentatis, non tamen conſummatis, non poteſt iudex arbitrari pœnam mortis. Ita Bald. in conſil. ſuo incip. In Chriſti nomine, amen: ſcire oportet, quis ſit titulus criminis. per leg. 1. in fin. ff. de effrac. Et pro hoc dicit facere, quod nota. Spec. in titul. de accuſa. §. 1. uerſicu. quid ſi primò. & Cy. in leg. ſi quis cum telo. C. de epiſcop. & cleric. ubi dicunt, quòd pœnæ capitales de conſuetudine generali nõ imponũtur pro delictis imperfectis, & quia hoc eſt ſatis de æquitate naturali, quam maximè debent obſeruare habentes arbitria, le. quòd ſi Ephebi. §. 1. ff. de eo, quod cer. lo. Et ad hanc declarationem faciunt, quæ aliàs reddi in capitu. 1. in 2. not. de præſum. tractando, quando in delictis conatus puniatur pro effectu. ¶ Ter-
25 tia declaratio. Vbi † lex, uel ſtatutum committit pœnam arbitrio iudicis per uerbum Moderari, uel Modificari, non poteſt imponere pœnam mortis. Ita domi. Maria. in c. inquiſitioni. in princ. de accuſ. ſic intelligens gl. ibi in uerbo, alioquin. Et quòd talia uerba importẽt diminutionem, no. etiam glo. in cle. j. in uerbo, moderationẽ. de iu. pa. & in cle.

b *De naturali*] *Adde text. in l. fi. C. de his, qui ue. ata. & gloſſ. 15. q. 2. placuit. & per dom. Alex. de Imol. in ſuo conſi. 4. 4. parte.*

e *Significatu*] *Adde do. Soc. ſuo conſil. 84. incipi. Viſa prædicta facti. uerſ. nono maior. in fi. in prima parte.*

ne Romani. in princ. in verſ. modificari. de elect. & eſt text. in c. ſtatutum. de præben. in 6. ſecundum eum. ¶ Quarta declaratio eſt, quòd gloſſ. in d. §. in ſumma procedit, quando datur arbitrium inter pœnas à iure cõceſſas & expreſſas, ut eſt in actione iniuriarum: quia ius exprimit, quòd pœna iniuriarum poteſt eſſe corporalis, & pecuniaria: ſed ubi iudici datur ſimpliciter arbitrium puniendi, uel exaggerandi pœnas, non poteſt arbitrari pœnas mortis: quia ex hoc non intelligitur conceſſum arbitrium tranſeundi ad ſpecies pœnarum capitalium. Ita conſuluit Franciſ. de Albergotis de Aretio in ciuitate iſta Piſarum, & incipit conſilium. Quidã cæcus de Fulginio habitator ciuitatis Piſarum. Alleg. l. j. §. expilatores. ff. de effrac. per quem text. limitat dictum Inn. in c. j. de conſtit. dicens, quòd iudex non poteſt tranſgredi leges, quando ex hoc fieret tranſitus de una ſpecie delicti ad aliam ſpeciem, putà de ſpecie non capitali ad capitalem: non enim poteſt pœnam capitalem imponere pro eo delicto, quòd non eſt capitale. Et iſtud conſilium reperio allegatum in quadam diſputatione facta Ferrariæ per do. Ang. de Are. & incipit. Attolus Caiũ aggreſſus. ubi de hoc facit magnum feſtum. Et huic conſilio ſubſcripſit ſe Bal. in conſ. alleg. ſuprà, in 2. declaratione, ſecundum eum, & beneficiorum, quæ ſcribit Paul. de Caſt. conſil. 26. inci. In Chriſti, &c.

26 niſo puncto. ¶ Quinta declaratio eſt, quod † ubi datur iudici arbitrium imponendi pœnam arbitrariam, & limitatur, ut non poſſit mortem arbitrari, illi limitationi ſtatur, & non procedit gloſſ. in d. §. in ſumma. & idem, ubi limitatur, ne imponat aliam pœnam perpetuam, arg. l. diligenter. ff. manda. & c. cum dilecta. de reſcrip. Et ita debent intelligi omnes leges allegatæ in princip. huius declarationis tertiæ, quibus per hoc eſt reſponſum, ſecundum Imol. hic. Et poſtremo de materia arbitrij iudicis in impoſitione pœnarũ, uel alia, dic, ut per Doc. in d. c. inquiſitioni. in princ. & in c. de cauſis. de offic. deleg. & utrobique dixi. Et ad prædictam declarationem tertiam faciunt uerba gloſſ. fi. in l. penul. C. ſi aduer. li. & in l. j. in uer. ſeuera. C. ne li. po. & gloſſ. penul. in fin. in c. ſi canonici. de offic. ordi. in 6. ¶ In ea. gloſſ. ibi, pro

27 contumacia, & non pro crimine. Not. quòd † contumacia non eſt crimen, & in hoc multæ reperiuntur opiniones, quas nec referre, nec ordinare intendo, tum propter earum uarietates, tum quia per Doct. hic non examinantur, ideo remiſſiuè expediendo uide latè per Cy. in rub. C. de cri. ſtel. & ibi per Angel. & Salic. & per gloſſ. ordinariam, Archidia. & Domi. 4. quæſt. j. in ſum. per Lud. in l. lege Cornelia. ff. ad Syl. per Imol. in c. j. de maiori. & obedien. per Bald. in l. legis uirtus. ff. de legibus. per Bart. in le. omne a delictum. § contumacia. ff. de re mili. per Bal. poſt gloſſ. ordina. in le. j. §. fi. ff. ſi quis ius dicen. non obten. per Bal. in l. j. § nunc tractemus. ff. de tu. & ra. diſt. per Imol. in le. penul. §. ad crimen. ff. de pub. iudic. per Bald. in l. fi. C. de crimi. ſtel. per gloſſ. Bal. Imol. & Ro. in le. ſi mora. ff. ſol. ma. per Bal. in l. j. C. de in lit. iu. per gloſſ. in l. ſi plures. ff. de admi. tu. per Bald. in l. & multis. C. de app. & pulchrè in c. teſtimonium. aute fi. de teſti. Et ibi colligit ex dictis Innoc. quod banniti, uel condemnati propter contumaciam, non dicuntur condemnati de crimine, niſi ſtatutum hoc dictaret, quòd cõdemnarentur de crimine, & quòd puniantur, ac ſi crimen eſſet probatum, quod dicit eſſe ualde notandum. Et iſta uidetur communis concluſio, quòd contumacia per ſe non ſit delictũ, pro qua multum facit, quia ſi eſſet delictum, non poſſet quis ab homine excommunicari propter contumaciam, quia ab homine nemo excommunicatur pro delicto, ſed ſolum pro contumacia, ut per gloſſ. ordina. in c. nemo. 11. q. 3. & domi. Abba. in cap. j. de iudic. cum concord. ¶ Fallit

a In l. omne delictum] Vide ibi do. Alex. de Imo. & in d. l. j. §. fin. ff. ſi quis ius dicen. non obt. & plenè in l. ſi mora. ff. ſol. mat.

28 † communis opin. in quinque caſibus, in quibus contumacia punitur ut delictũ, & eos pulchrè enumerat Domi. 4. q. j. in ſumma. Ideo aliter non refero, quia nihil adderem, ſed dic, ut per ipſum. ¶ Extra glo. dicit hic incidenter inter

29 cætera Ioan. de Lig. unum quotidianum, quòd † licet cãcellarius ſtudij teneatur ſequi uoces Doc. qui examinant doctorãdum, ex quo ſonguſunt uice teſtiũ, l. nulli. C. de aduo. di. iud. tamen ſi ei conſtaret, quòd ea affectione, uel odio approbarent, uel reprobarent aliquem iniuſtè, non tenetur ſequi uoces eorum, arg. l. 3. uer. tu magis. ff. de teſti. & per id, quod no. Inn. in c. quoniam contra. de proba. & ſequitur Imol. hic. Adde Salic. idem tenētẽ in l. nemini. C. de aduo. di. iu. ubi dicit, quòd in dicto caſu poteſt cancellarius propria authoritate approbare, uel reprobare, nec perhorreſcat, quòd in foro iudiciali hoc ſibi non conſtet, quia tales probationes potius ſunt commiſſæ eius conſcientiæ, quam diſputationi. Alle. no. in l. iubemus. C. eo. ti. & in l. 1. C. de ſecun. tab. & cum iſtis concor. Pet. de An. in c. cum dilectus. de conſue. quem alle. Io. de Ana. in c. nemo presbyterorum. de ſimo. Et adduci poſſet, quod no. Bar. in l. 1. §. ſi plures. ff. de exerc. & do. Ant. in c. in nuſtri. de app. & in c. cum olim. de arb. & Bal. in l. manifeſtiſſimi. ad fi. C. de fur. & Ang. conſil. 183. & conſil. 213. & Paul. de Caſt. conſil. 15. ubi dicitur, quòd iudex non tenetur ſequi conſilium ſapientis iniuſtũ. ¶ Sed aduerte, quia Bal. notanter in authen. habita. C. ne fil. pro pa. intelligit prædicta eſſe uera, quando numerus approbantium, uel reprobantium, eſt ſtatutus ad inquiſitionem, & non ad diffinitionem, ſecus, ſi eſſet ſtatutus pro forma ſubſtantiali ad diffinitionem, quia non poteſt ab eorum dicto recedi. Alleg. l. nemini, §. iuriſperitos. C. de aduo. di. iu. Sed tamẽ etiam iſto caſu uiderentur procedere prædicta, quia poteſtas data ſub forma eſt interpretanda ſecundum iura, ſecundum domi. Abb. ſatis in ſimili j. c. proxi. poſt medium, & iura uolunt, quòd iudex non ſequatur dicta teſtiũ ſuſpectorum, d. l. 3. de teſti. Ergo, &c. Tamen poteris cogita-

30 re. ¶ Et adde, quòd ſi † ſcholaris, qui debet intrare examẽ, habet aliquem ex doctoribus ſuſpectum ex cauſa legitima, poteſt illum recuſare, ſecundum domi. Abb. in c. cauſam. 2. de offic. deleg. quia doctores ſunt ibi, ut teſtes, ut per Bart. in proœm. ff. ueteris. & dictum eſt ſ. Et teſtes debent carere omni ſuſpicione, ut nota. in ca. in literis. de teſti. ſecundum eum. ¶ Et iſta ſufficiant in hoc c. Duo ſequẽtia differamus ad ſecundum diem Quadrageſimæ propter frigus.

SVMMARIVM.

1 *Canonici non poſſunt ſine cauſa rationabili reſtringere numerũ canonicorum, ſeu numerum præbendarum. Executor habens exequi cauſam cum conſilio, ſi illud amittit, actus eſt nullus. Poſt nu. 1. uerſic. eſt enim cõcluſio. Et de hoc, quando quis tenetur requirere conſilium, aliàs actus eſt nullus, ſi fiat ſine conſilio, tract. uſq; ibi, ſed hic ſunt, &c. Abſente eo, qui requirendus eſt, an requirendus ſit eius uicarius. Poſt nu. j. uerſic. an autem abſente. Generale mandatum datum uicario, non comprehendit collationem beneficiorum. Poſt nu. j. uerſ. 2. reſpondeo.*

2 *Factum contra ordinem datum, ſeu conſtitutum, an ſit prorſus nullum.*

3 *Papa per ſuum præceptum, ubi inhibet habenti iuriſdictionem, ne ea utatur ſuſpendendo eam ſimpliciter, actus factus uigore talis iuriſdictionis ſuſpenſæ eſt nullus.*

4 *Superior quando iniungit aliquid ſub forma habenti aliàs poteſtatem, transfert poteſtatem illam in alios in caſu, quo mandatarius non ſeruat formam, tunc actus factus omiſſa forma non ualet.*

5 *Superior quando prohibens, ne aliquid fiat, niſi certo modo, diſponit in utilitatem tertij, actus factus omiſſa forma eſt nullus, & nume. 6.*

7 *Dictio Nullatenus, quando apponitur in prohibitione ſuperioris, tantum importat, quantum clauſula decreti irritantis.*

8 *Quando in commiſſione legis, uel hominis conferentis iuriſdictionem qualificatã apponitur aliqua adiectio non pertinens præciſe ad modum, uel formam, ſed ad actus expeditionem, omiſſio talis qualificationis non uitiat.*

CAPITVLVM XII.

1 EX PARTE. ¶ Non † poſſunt Canonici ſine cauſa rationabili reſtringere numerum canonicorum, ſeu numerum præbendarum. H. D. Et omiſſis alijs, quæ hic ponuntur, quia nihil adderem, tene principaliter menti, quæ ſcribuntur hic per Doct. de eo, qui habet expedire actum cum conſilio alterius, an & quando poſſit illud omittere? Pro cuius articuli clariori intelligentia perſtringe dicta Doc. inſertis aliorum dictis alibi per unam concluſionem

concluſionem declaratam. ¶ Eſt enim concluſio, quòd executor, de quo hic, & alius ſimilis habens expedire actum cum conſilio alterius, ſi illud omittit, actus eſt nullus, tanquam non ſit ſeruata forma mandati, per c. cum dilecta. de reſcri. Ita Vin. hic, quem omnes Scribentes hic referunt, & ſequuntur. Idem tenet gl. fi. in cap. non eſt. de conſue. in 6. dicens, ſententiam latam non requiſito conſilio eius, qui conſuli debebat, eſſe nullam. Et ibi dicit Domi. poſt Arc. & Ioan. An. quòd à tali ſententia non eſt opus appellare, & no. latè Io. An. in addi. Spec. de requir. conſi. §. 1. uer. ut autē. Bar. in l. 1. §. ſi plures. uer. quartò quæro. ff. de exercito. & do. Abb. in c. ad Apoſtolicam. in fi. de regula. dicens generaliter, quòd ubi requiritur cōſilium alterius, niſi requiratur, actus eſt nullus. Alleg. c. nouit. de his, quæ fiunt à præla. Et idem dicit ipſe per illum tex. in c. cum olim. de arbi. & in diſpu. ſua incі. Augerin. ner. moueor principaliter. No. per eundem in c. fi. in fi. de eccleſ. ædi. & Bal. in l. 1. uerſi. ex dicto ergo Goffre. C. ne liceat in una eademq; cauſa. & ibi aſsignat rationem, quòd ubi eſt prius & poſterius, ibi eſt ordo, ſed conſilium eſt prius, quàm conſiliatum, ergo datus eſt ordo, l. prolatam. C. de ſenten. Item quia conſilium poteſt trahere alium ad ſuam ſententiam, ut ibi per eum: & Ioan. And. in regula, nullus ex conſilio. in Mercu. Et ſi diceretur, quòd iſta uidetur leuis ſolennitas, ergo eius omiſſio non uitiat, l. j. §. fi. & ibi Bart. ff. de uen. inſpi. nota. Bart. & alij in leg. 2. §. prius. ff. de tut. & pup. & Ioan. And. in addi. Spe. in tit. de inuenta. uer. & no. & Aug. in l. j. §. hæc ſtipulatio. ff. ſi cui plus quàm per l. Fal. cum concor. Et quòd ſit leuis ſolennitas, patet, quia licet habeat quis requirere conſilium alterius, non tamen tenetur illud ſequi, ut probat text. in c. j. de cap. mona. & ibi do. Abb. & tex. in cap. cum ueteri. de elect. & ibi per d. Anto. & do. Abb. & latè per eundem poſt alios in c. cū olim. de arb. per illum text. niſi in caſibus enumeratis ibi, & per Dominic. in c. hinc etenim. 49. diſt. & Bartol. pulchrè in d. §. ſi plures. & Bald. in rub. C. de de exerc. & Ioan. And. in d. regula, nullus ex conſil. & Arch. in c. abeuntibus 93. diſ. cum concord. de quibus pertinentiùs eſſet dicendum in d. c. cum olim nec alij tractant hic. ¶ Ad hoc reſpondet pulchrè Bart. poſt Old. in d. §. ſi plures. uerſic. quartò quæro, quod quædam eſt ſolennitas, propter quam facti ſubſtantia poteſt mutari, ſi omittitur: & iſta nō dicitur leuis,[a] argu. l. cum hi. §. ſi prætor. ff. de tranſa. Sed hic conſilium alterius poteſt trahere petentē conſilium in ſententiam conſulti, l. item ſi unus. in ſi. & le. ſeq. ff. de arb. Ergo non eſt leuis ſolennitas, cum contingenter poſſit eſſe nō leuis. Quam reſponſionem approbat domi. Cat. in ſubtili dubio, in cle. j. in 12. q. de offic. deleg. ¶ Et ampliatur prædicta concluſio, etiamſi conſultor eſt mortuus: quia ſi eſt nominatus ſub nomine dignitatis, eſt expectandus ſucceſſor: & ſi conſultor uiuit, & eſt abſens, ipſe expectandus eſt. Ita Ioan. Andr. poſt antiquos hic, & in c. unico, ne ſed. ua. in 6. tum ut ſeruetur forma mandati, tum etiam per c. quoniam Abbas. de offi. dele. & ſequuntur alij hic, & Domi. in ca. fin. §. in illis uerò. de conceſ. præbend. in 6. Non obſt. l. turpia. §. j. ff. de lega. j. ubi legatum mulieri, ſi nubat arbitratu Seij, debetur, licet Seius ſit mortuus. Facit l. ſilia. j. reſponſ. ff. de condi. & de. quia reſponſio colligitur ex gloſſ. in d. le. turpia. quòd conditio illa erat inutilis fauore nuptiarum. Vnde etiam uiuo Seio nubens ſine eius arbitratu legatum habuiſſet, per le. cum tale pactum. §. reſcriptum. aliàs, ſi arbitrio. ff. de condi. & demōſ. ſecundum Ioan. Andr. domi. Anto. Imol. & Dominic. hic. ¶ Sed ultra omnes in hoc aduertendū iſti expreſsè ſentiunt, quòd conditio, ſi talis nupſerit cum conſilio Titij, dicatur inutilis. Conſidero enim, quòd reſpondet ad illam l. turpia. in materia conſilij, & ſi non ſentirent hoc, dediſſent aliam ſolutionem, uidelicet quòd ibi requirebatur conſenſus, hic uerò conſilium. Sed contra iſtam intentionem Doct. reperio nota. & expreſſum conſilium Paul. de Caſt. in terminis, conſil. 65. In Chriſti, & c. ubi uidetur dicendum, quòd dicta leg. ſilia. ubi noluit, quòd diſpoſitio d. §. reſcriptum. intelligatur, ut iacet, uidelicet, ubi poteſtas nubendi eſt poſita in arbitrio talis, & ſic tenebatur requirere conſilium, & ſequi; meritò ergo dicitur, quòd poteſt inducere uiduitatem. Sed ubi habet requiri conſilium tantum, dicit ipſe ſecus eſſe, quia cum non teneatur ipſum ſequi, ut prædixi, hoc non poterat uiduitatem inducere, ideo non ſeruatur, nec reprobatur à iure. Et ita dicit tenere Pet. & Cy. in d. le. turpia. per text. in l. Theopompus. ff. de do. præle. in uerbis Græcis, uel eorum expoſitione, & per rationem, quia requirere conſiliū conſanguineorum & amicorum in matrimonijs contrahēdis non eſt contrarium matrimonio, imò eius naturæ conſuetum, l. uiduæ. & l. in copulandis. C. de nup. Vnde concludit, quòd conditio, ſi nupſerit de conſilio talis, non ſpernitur, nec reprobatur à iure, ex quo conſuluit do. Paul. quod hæredes grauati de maritanda filia teſtatoris cum conſilio Titij, ſi eam maritauerint Titio inconſulto, perdunt hæreditatem, iuxta authen. hoc amplius. C. de fidei com. Eſt notum, quòd Imol. in d. §. ſi arbitrio. referēs Cy. idem ibi tenere, uidetur inclinare in contrarium, quia multa poſſunt interuenire impedimenta, propter quæ non poterit ita bene requirere conſilium. Et ſic omnino non eſt libertas matrimonij contrahendi. Et pro iſta conſideratione ſua, uidetur eſſe deciſionem ſatis apertam Ioan. And. & aliorum hic, de quibus ipſe mentionem non facit. Sed pro di. Pet. & domi. Paul. facit, quia licet differatur poteſtas nubendi requiſitione talis conſilij, non tamen conditio reprobatur, ut probat text. in d. l. cum tale. §. Mæuiæ. & in l. ſed ſi hoc. §. ſi. eodem. tit. per quæ iura uidetur, quòd non obſtante hac dilatione ſeruari debet uoluntas teſtatoris hoc caſu, quia conditio inducens uiduitatem reſpectu certi temporis, ualet, ut ibi. Et retenta hac opin. Pet. ſequitur alius effectus, quòd legatum factum mulieri, ſi nupſerit cum conſilio Titij, proprio nomine expreſſo, non debetur ſibi mortuo Titio inconſulto, quia ſi text. in d. l. turpia. non procedit in requiſitis conſilij, ergo legatum non debetur. Et iuxta prædicta ſubdunt hic Doc. quòd ſi perſona conſulenda, eſt nominata proprio nomine, & moritur non reddito conſilio, mandatum expirat, & eſt expectanda ſecunda iuſſio, quia fines mandati non poſſunt adimpleri, ut per eos hic, & per Bald. in cap. ſi pro debilitate. in 1. commento, in 3. col. de offic. delega. & Dom. in c. ſi pro. temp. de reſcri. in 6. ¶ Recipit prædicta concluſio tres limitationes. Prima, ubi in expectatione conſilij immineret periculum, ut concludit hic domi. Abb. per text. in c. fi. ne ſe. uac. in 6. qui non eſt ad hoc, ſecundum do. Card. in clem. j. in 6. q. de ſup. neg. præl. Et de ipſo meminit Rot. deciſ. 2. de iu. pa. in antiquioribus. Et non ponunt ibi aliquid ſpeciale in collatione, prout uoluit hic Ioā. de Lig. & ſequitur Domi. in d. ca. fi. §. ubi uerò. Sed attenta ratione periculi pōt extendi ad omnē ſimilem caſum, l. cum pater. §. dulciſsimis. ff. de leg. 2. Facit l. ſi longius. §. j. ibi, uedum pater expectatur. ff. de iudic. & l. ſi cum dotem. §. eo autem tempore. uer. quòd ſi latet. ff. ſol. mat. Per quæ iura hanc limitationem ponit Bart. in d. §. ſi plures. uerſic. quæro ſecundò. quem ſequitur do. Abb. hic, & in c. fi. in fi. j. de elec. Bene facit in cap. fi. in uerb. in remotis, de teſta. in 6. & c. ſi is, cui. in uerſic. ſucceſſorem expectando. de offic. dele. in 6. Et quòd ratione inſtantis periculi poſſet actus expediri non requiſito eo, qui aliàs requirendus erat. Facit inter cætera multa, quæ allegari poſſent, quæ no. Inno. in c. uenerabilē. de elect. & tex. c. nihil. ibi, ita quòd interim ualde remoti. de elec. & quod no. do. Abb. in c. fi. uer. omnia prædicta. de eccle. ædi. cum concor. ibi alle. per eū, & do. Car. in cle. 1. in 29. q. de rebus eccle. non alie. & quod ipſe no. in cle. j. in 3. q. ad fi. ibi, finge enim difficilem. de offi. ord. & quod not. Dominic. in c. 1. ad fi. ibi, ſi uerò in breui. de ſta. mo. in 6. & quod not. Angel. in lege ſi uacantia. uerſic. dictat ſtatutum ciuitatis Peruſij. C. de bo. uac. lib. 10. facit text. in lege. ait prætor. §. ſi debitorem. ff. de his, quæ in frau. cred. & quod habetur per Pet. de Ancharano. conſil. 188. incip. In auxilium ueritatis. & quod not. Innocent. in c. ut famæ, de ſen. excom. Bonus text. in l. ſi quis filio. §. hi autem ipſi præueniēdi cauſa periculi. ff. de inin. teſt. In quibus locis plura & diuerſa reperies ad id, quod dicas. Generaliter autem, quòd ratione periculi ſæpe rumpantur aliæ regulæ, uide Rom. in

[a] Non dicitur leuis] Pro qua materia uide Bart. in d. l. cum hi. al. leg. in tex. & in l. fi. §. ſi uerò poſtquam. in ſi. C. de iure delib. et Bal. in rub. C. de ſucceſ. edi. uerſi. & ſi quid in prædictis. & do. Alex. de Imol. in l. j. in ſi. de lib. et poſth. per Bal. etiam in l. hac conſultiſſima. uer. eſt autem leue. C. qui teſta. fa. poſ. et uide no. per do. Alexand. in ſuo conſil. 79. in 4. parte.

§. de uiro. in 40. ſal. ſol. mat. Et hanc limitationem declara dupliciter ex his, quæ ſtatim ſubijciam. ¶ An autem abſente eo, qui requirendus eſt, debeat requiri eius uicarius, uel perſona loco eius dimiſſa, pondera ultra alios hic, quòd ſcribit Arc. 63. diſt. in c. Reatina. poſt medium, ubi dicit, quòd ſi de conſuetudine eſt, ut aſſenſus regis uel archiepiſcopi requiratur ante electionem, & ſic ſit abſens extra regnum, uel archiepiſcopatum, ſufficit uicarium talis perſonæ requiri. Allc. Compoſt. in c. quod ſicut. de elect. dicentem ſe ita obtinuiſſe in cauſa Cantuarienſis epiſcopi & canonicorum Roſenſium, argu. c. ex frequentibus. de inſt. Et hoc ſequitur Bald. in c. cum uenerit. de conſue. Sed ipſum reprobat Lud. ſing. decij. Ea longæua & inueterata. Primò per d. c. unicum, ne ſede uacan. in 6. ubi in caſu dictæ abſentiæ non eſt opus conſilio. Secundò per id, quod not. Feder. in conſi. 264. dicens, quòd conſenſus epiſcopi requiſitus ad ualiditatem ſtatuti canonicorum non poteſt præſtari per uicarium, per c. ſi. de offi. uica. in 6. Per quem tex. dicit Luca, quæ ſunt uoluntariæ iuriſdictionis, non[1] tranſire in uicarium. Et contra Arc. tenet Ang. in l. adop. ff. de adop. licet pro ſe alleget Arc. in d. c. Reatina. & ineptè. Nihilominus cogitabam teneri poſſe dictū Arc. per d. c. ex frequentibus. & maximè, quia ſic dicitur fuiſſe obtentum. Non obſt. d. c. unicum, quia reſpondeo dupliciter, primò, quòd loquitur, ubi habet requiri conſilium, ſed Arch. loquitur de aſſenſu, inter quæ duo eſt in propoſito magna differentia, adeo quòd c. unicum, non procedit, ubi requiritur conſenſus, ut ibi per gloſ. in uer. conſi. ſicut nec iſta limitatio prima procedit, ubi requiritur conſenſus, quia omnino habendus eſt, ſecundum omnes hic, & eſt text. opti. cum gloſſ. in uerb. aſſenſus. in c. ſi pro te. de reſcri. in 6. & in l. ſi. C. de contrah. emp. Et ideo, ubi requiritur aſſenſus, reſultat iſte effectus, quòd poterit interponi per uicarium, propter dictum Arc. quod intelligo, ubi materia eſt apta includi ſub generali mandato, alias ſecus. Et ita ſaluo conſi. Feder. qui loquitur propriè de conſilio præſtando in materia, quæ requirit ſpeciale mandatum, ſcilicet collationis præbendarum. ¶ Secundo reſpondeo, quòd ideo in capit. unico, nihil dicitur de uicario, quia in illa materia collationis beneficiorum nil poteſt uicarius ex generali mandato, quando agitur de collationibus, d. capitu. ſi. ſecus in inſtitutis, d. cap. ex frequentibus. & ibi per Imol. & ideo non mirum, ſi in dicto capitu. unico, Papa nihil dixit de uicario, argumē. l. nā ad ea. ff. de legi. Et quia talia pendent ex gratia conſtituentis uicariū, & ideo non habentur in conſideratione le. apud Iulianum. §. conſtat. ff. de le. j. nota. Innocent. in c. paſtoralis. de cauſa poſſeſ. & propri. cum concord. ¶ Vnde cogitabam, ſi poſſet dici, quòd in caſu cap. unici, requireretur conſilium uicarij habentis aliàs mandatum ad beneficia conferenda: & credere, quòd ſic, propter dictum Archid. in d. cap. Reatina. ¶ Non obſt. quòd ea, quæ ſunt uoluntariæ iuriſdictionis, non tranſeāt: quia iſtud eſt falſum. Patet ex dictis Domi. in c. ſi. de offic. uic. in 6. ubi dicit, quod dare licentiam pro ordinibus, & omnia alia, quæ ſunt uoluntariæ iuriſdictionis, competunt uicario [a] ex generali mandato. Facit, quod no. Cald. in titu. de offi. uica. conſil. 4. ubi dicit, quòd ex generali mandato poteſt uicarius prorogare tempus executoribus piarum uoluntatum. Et tamen iſtud eſt uoluntariæ iuriſdictionis. Quinimo dicit domi. Card. in cle. j. in 17. quæſt. de officio uica. quòd uicarij generales poſſunt omnia exceptis prohibitis in c. 2. in ſi. de offic. uic. in 6. ¶ Ex quibus, retento dicto Arch. uidetur reſultare una declaratio ad hanc primam limitationem, ut intelligatur, niſi perſona abſens dimiſerit uicarium: quia ille conſulendus eſt. Fateor tamen, quòd facilè ſuſtineretur, quòd dictū Arch. procedat ſolùm, ubi requiritur conſenſus. Sed ubi requiritur conſilium, procedat opinio Lud. per d. c. unicum, quòd ſimpliciter loquitur. Tamen utroque caſu tenerem dictum Arch. per prædicta. ¶ Alia declaratio eſt, quòd ubi requiritur conſenſus eius, qui eſt abſens, non poteſt actus expediri, niſi dimiſiſſet uicarium. Hoc de conſenſu proſequere, ut aliqualiter per Domi. in d. ca. ſi pro te. in uerſic. coniungendo ſimul. Et eius dicta extende ad caſus, in quibus conſilium capitur pro conſenſu: de quibus in locis allegatis in concluſione.

a *Vicario*] *Ad quod adde Bald. in Marg. in uerb. uicarius. uerſ. a.*

Et ſic aduertenter limita prædicta, & intellige, quòd conſenſus requiratur per uiam ſubſtantiæ. [b] Sed ſi per uiam acceſſionis, procedat l. ſi longiùs. §. j. ff. de iud. ¶ Secunda limitatio prædictæ concluſionis eſt, ut omiſſio requiſitionis conſilij uitiet actum ita demum, ſi à lege, uel ab homine trahitur à principio poteſtas cū limitatione, ſeu qualificatione dictæ requiſitionis: & ita loquitur cap. nouit. de his, quæ fiunt à præla. Nam etiam ſine clauſula decreti actus aliter factus erit nullus. Secus eſt, ſi habenti prius poteſtatem mandatur, ut procedat cum conſilio Sempronij: quia ſi non apponitur clauſula decreti, tenet actus omiſſa requiſitione conſilij, licet omittens ueniat puniendus: quoniam mandatum uidetur potius emanare tunc ad excitandam, quàm ad impediendam iuriſdictionem: & ille uidetur actum facere potius ex iure ſuo & ex priori poteſtate, quam habebat. Ita ſolenniter dicunt hic domi. Abba. & Imo. allegantes gloſſ. fin. & optimam in ſimilibus terminis in clemē. j. de iu. pa. in uerbo, inhibentes. pro qua dicit domi. Abba. optimè facere cap. dilectus 2. de præben. ubi ualuit collatio facta per canonicos contra mandatum Papæ: nec fuit irritata, licet canonici ex tranſgreſſione mandati aliter fuerint puniti. ¶ Et de illa gloſſ. ſæpe fit præcipua mentio per Scribentes, & eam approbant ibi do. Card. in 3. q. & Imol. & domi. Abba. poſt antiquos ibi, & Lud. Ro. conſil. 233. In Chriſti. &c. quo ad primum. & do. Abba. conſil. 93. incip. Quo ad primum dubium. & in ſuu diſput. Augerio. uerſ. ſecundò probatur. & Pet. de Anch. in c. ſtatutum. §. ſi. uerſ. adueite. de reſcrip. in 6. & in cle. j. de ſeq. poſ. & fruct. in ſi. & in regula, ea quæ. uerſic. ex quibus infertur. de reg. iur. in 6. & conſi. 6. incip. Viſo themate. & conſil. 31. uiſa quadam petitione. & conſil. 416. Viſo & diligenter ponderato. & in cap. prouidè. de elect. in c. cùm dilecta. de reſcrip. & ibi Imol. & domi. Card. in clemen. j. in princip. in 6. q. in 2. art. 2. partis, de ſup. neg. præla. & Domi. poſt Imol. in c. j. §. pe. de offi. ordi. in 6. Et ibi concludunt, quòd excōmunicatio lata cōtra prohibitionem illius c. eſt ualida: quia ibi non tribuitur uicario iuriſdictio de nouo, & non apponitur decretum. Et cum iſtis etiam concord. Domi. in ca. ſi. de ſup. neg. præla. in 6. Nam gloſſ. in uerſic. præmiſſa. dixit,
2 quòd † factum cōtra ordinem datum à lege non ualet. Et ipſe intelligit hoc, quādo lex tribuit iuriſdictionem iudicis alias non habenti, dando certam formam, ut ibi per eum, & per doctrinam gloſſ. in d. clem. j. de deci. Imol. aperta, & non uulgata, in c. prudentiam. ibi, ſecus eſſet, ſi non exercitium. ff. de offic. dele. licet in contrarium poſſint multum notari uerba Bald. in l. comparationes. uer. 3. opp. C. de ſid. inſtru. Et adde, quòd ubi eſſet appoſitum decretum, prædicta non procedunt, ut dicit ipſa gloſſ. & eſt text. in ca. ſi eo tempore. de elect. in 6. quicquid circa ipſum dicat Imol. in d. cle. j. ¶ Sed hic ſunt notandi diligenter ſex caſus, in quibus non procedit opi. doctrinæ gloſſ. in d. clemē. j. & Doct.
3 hic. ¶ Primus eſt, ubi † Papa per ſuum præceptum inhibet habenti iuriſdictionem, ne ea utatur ſuſpendendo eam ſimpliciter: quia actus factus uigore iuriſdictionis taliter ſuſpenſæ eſt nullus. Ita latè & eleganter decidit domi. Abba. in d. c. dilectus. lo 2. de præben. ad ſi. & alleg. quòd not. Inn. in cap. ſi. de accuſ. ubi dicit, quod alienatio facta per prælatum, cui Papa prohibuerat, ne alienaret, eſt nulla: & alleg. Inno. in cap. Ray. de teſt. ubi dicit, quòd collatio facta per prælatum, cui Papa mandauerat ne conferret, eſt nulla: & alleg. Ioā. And. in c. conſtitutus. j. de conceſ. præben. ubi dixit idem in collatione. Et ad hoc facit ca. ueritatis. in ſi. de do. & contu. & ca. ut noſtiū. de app. Ad idem c. ſi ſoli. & c. ſi. de conceſ. præb. in 6. ubi collatio facta contra mandatū executoris Papæ non tenet. Ergo fortiùs, ſi eſt facta cōtra mandatum Papæ: & eſt bona gl. in d. c. ſi eo tempore. & aſſignat do. Ab. rationem: quia quando Papa directè præcipit, ne ordinarius certum quid faciat, uidetur tunc ſibi auferre poteſtatem exercendi actum: ſed quando mandat, ut conferat eccleſiam Titio, uel faciat aliud, quòd ex poteſtate ordinaria poterat

b *Subſtātia*] *Sed nunquid poſſit cōſenſus, quando requiritur præcedere actum, uel contēporaneè habeat interuenire cum actu, uel ſufficiat, quod interponatur ex interuallo, uide no. per domi. Socinum ſuo conſili. 15. incipien. Viſis prædictis publicis inſtrumentis. uerſ. ſi uero dicamus. cum uerſ. ſequent. in prima parte.*

terat facere, actus contrarius mandato non habenti eccleſiam decreti, ualet propter dictam gloſ. & d. c. dilectus. quia non intendit Papa auferre mandatario poteſtatem, quam ordinariè habet ad illum actum, ſed puniendus eſt, quia reſponderet, quod illud eſt mandatum indirectum, quod non auferret poteſtatem aliàs competentem mandatario. Ita dicit reſtringendum d. cap. cùm dilectus. a. per prædicta, quæ poſſunt adduci ad multa ſimilia, ſecundum eum. Et pro iſta doc. domi. Abba. facit dictum Bal. in l. j. in princip. ff. ne quis eum, qui in ius uoca. ubi dicit, quòd fortior dicitur prohibitio illa, quæ ſimpliciter prohibet, ne aliquid fiat, quàm illa, quæ prohibet fieri aliquid ſine certa ſolennitate.

4 ¶ Secundus caſus eſt, quando † ſuperior iniungens aliquid ſub forma habenti aliàs poteſtatem, transfert poteſtatem illam in alios, in caſu quo mādatarius non ſeruat formam: nam tunc actus factus omiſſa forma non ualet, & transfunditur poteſtas in illum ſurrogatum. Text. eſt in ca. cùm in ueteri. uer. alioquin. de elec. quem tex. habuit ibi do. Card. prima facie pro fortiſſimo contra d. gloſ. ſed ſaluat reſtringendo, ut eſt dictum. Ad idem eſt textus æquè bonus in d. c. ſi capitulo. ubi ſi mandatur canonicis aliàs poteſtatem habentibus, ut conferant certum beneficium dato executore, & illis negligentibus exequatur per ſolam præſentationem literarum, ligantur manus canonicorum, ut prouiſio alteri facta per executorem non ualeat: nam ex quo ſuperior transfundit poteſtatem in executorem in defectum mandatariorum, uidetur eis adempta poteſtas in caſu contumaciæ & inobedientiæ. Et ita limitatur d. glo. ſecundum domi. Abba. in d. cap. cùm in ueteri. & in d. diſpn. Augerio. uerſ. & per hoc patet reſponſio ad omnia contraria. & ſentit domi. Car. in d. clemen. j. dum dicit illam gloſſ. limitari per

5 d. c. cum in ueteri. ¶ Tertius caſus eſt, quando † ſuperior prohibens, ne aliquid fiat, niſi certo modo, diſponit in utilitatem tertij, adeò quòd eſt ſibi ius quæſitum: quia tunc actus factus non ſeruato illo modo nullus eſt, ne ſequatur duplex abſurdum, quòd inferior ueniat contra factum ſuperioris, & quòd tollatur ius alteri quæſitum. Ita limitat ſeipſam gloſſ. in d. clemen. j. & eam poſt alios ſequitur ibi Imo. & in repe. c. cum contingat. uer. 4. caſu conſidera duos caſus de iureiu. & in ca. quanto. de conſue. Et ita probatur in cap. ſi ſoli. de conceſ. præben. in 6. ibi, aut executor, & in uerbo, præſertim. à contrario ſenſu, ubi collatio ordinarij contra præceptum executoris factum de conferendo impetranti eſt nulla: quia per gratiam Papæ iam erat affecta præbenda, & ius quæſitum impetratori. Si tamen nullitas potius eſſet damnoſa illi hic, quàm utilis, procederet doctrina d. gloſſ. quia actus eſſet ualidus, & ita eſſet in caſu dictæ clem. j. ubi ex præſentatione quæſitum eſt ius præſentato, cui non eſt fauor, actum inſtitutionis prohibitum eſſe nullum: imò potius intereſt, quòd ualeat. Et ita tenet Imo. ibi,

6 & in d. c. cum contingat. ¶ Quartus caſus eſt, quando † ſumus in habentibus perpetuam cauſam prohibitionis: nam in talibus ſemper uidetur latere uitium, etiam poſt actum: & ideo ſufficit ea prohibere, etiamſi lex non dicat contrà factum eſſe irritandum. Et ita intelligitur le. non dubium. C. de legi. Et ita reſtringit ſe gloſſ. in d. cle. j. Procedat ergo illa gloſſ. ubi ſumus in habentibus cauſam prohibitionis temporalem. Et pro hac deciſione eſt gloſſ. ordi. ibi, & per Scribentes in ca. tua. de ſpon. duo. Et ita declarant Abba. & Imol. in d. cle. j. & Imol. in d. c. cum contingat. Et ideo dicit domi. Abb. in cap. ad diſſoluendum. ad fi. de deſpon. impu. quòd ſi Papa præcipit aliquibus, ne contrahant matrimonium, & cauſa præcepti eſt perpetua, putà ſi prohibetur ad euitandum peccatum, ſi contrahunt matrimonium, eſt nullum. Si autem cauſa eſt temporalis, putà propter pendentiam litis, uel uenerationem dierum, uel ſimilem caſum non ſemper ſuperduraturum, tunc matrimonium tenebit: & alleg. gloſſ. in d. c. tua nos. Bonus text. in ca. ad Apoſtolicam. de regula. & quod ibi nota. domi. Abba. uerſi. ſed certè

7 hæc ſol. ¶ Quintus caſus eſt, quando † in probibitione ſuperioris apponitur dictio Nullatenus: a quia quo ad nullitatem actus tantum importat, quantum clauſula decreti. Ita dicit Zenze. in clemen. j. de ſequeſ. poſ. & fru. inferens, quòd abſolutio ordinarij facta non ſeruata forma illius clem. eſt nulla, propter iſtud uerbum ibi poſitum. Et hoc multum nota. ibi domi. Anto. colligens, quòd ubi ius loquitur per uerba uniuerſalia, ut Nullatenus, uel Omnimodò, tacitè uidetur in ſe habere decretum, & tollere facultatem diſpenſandi. Pro quo alleg. gloſſ. in clemen. 2. in uerbo, nullo modo. de æta. & quali. quam dicit menti tenendam. Et hanc concluſionem ſimpliciter refert, & ſequi uidetur domi. Cardi. in d. clemen. j. §. ſi quis autem. in 6. quæſtio. & eam etiam tenet Innocent. ibi, pro quibus eſt expreſsè deciſio Archidiac. quam ipſi non allegant, in capitu. quoniam. ſuper uerbo, nullatenus. de immunita. eccleſ. in Sexto. ubi dicit, quòd abſolutio facta non ſeruata forma illius cap. non tenet, quia illa litera ſpecialiter hoc prohibet in illo uerbo. ¶ Eſt uerum, quod gloſſ. in d. clem. j. in uerbo, nullatenus. de ſeq. poſſ. uidetur uelle contrariū: ſcilicet, quòd imò illud uerbum non habeat uim decreti, & ipſam ſequitur Dominic. in d. c. quoniam. Sed ueriorem puto primam opinio. nec placet illud, quod ſubdit Imol. in d. clemen. 1. dicens, quòd in caſu illius clemen. ſtare poteſt dictum Zenze. & tamen in alijs caſibus non obſtante uerbo Nullatenus, haberet locum d. gloſ. in d. clem. 1. de iu. pa. Mouetur, quia de iure antiquo non habebat ordinarius poteſtatem abſoluendi, niſi in caſibus, in quibus non prohibetur, ſecus in caſu prohibito, & reſeruato, per c. nuper. de ſenten. excom. Nam conſiderabam quòd iſta uerba nihil important, quia imò epiſcopi habent poteſtatē abſoluendi ab omni excommunicatione non reſeruat Papæ, d. capitu. nuper. modò illa non eſt reſeruata. Ergo competit alia, & per cōſequens forma tradita in d. clemen. 1. de ſequeſt. poſſ. accedit poteſtati prius competenti. Et ideo tenēdo opi. Zenzelini, non poteſt hoc caſu procedere doctrina gloſſ. in d. clem. 1. de iure pa. & pro ipſo facit, quod de uerbo Nullatenus ſcribunt Angel. & Imol. in l. ſi quæramus. ff. de teſta. cum concor. de quibus aliàs. ¶ Sextus & ultimus caſus

8 eſt, quando † in commiſsione legis, uel hominis conferente iuriſdictionem qualificatam, apponitur aliqua adiectio non pertinēs præciſè ad modum, uel formam, ſed ad actus expeditionem, quia omiſsio talis qualificationis non uitiat actum. Ita prædictam glo. declarat Pau. de Caſt. conſil. 384. incip. In Chriſti nomine, uidetur dicendum, &c. inferens, quòd ſi ſtatutum mandat iudici, ut cauſam expediat infra certum tempus, ualebit ſententia etiam poſt tempus, quia tempus nō dat iudici modum, uel formam, procedendi. ſed ſolam expeditionem accelerat. Alle. lege. ſi in lege. ff. loca. Nec iſtud eſt de ſubſtantialibus pertinentibus ad modum, uel formam, ſecundum eum allegantem pro hoc in terminis dicti ſtatuti Bald. poſt alios in l. properandum. in prin. C. de iudic. cum concor. quas etiam dixi in c. uenerabilis. de iudic. Et hoc, quo ad ſecundam limitationem d. concluſionis. ¶ Tertia limitatio prædictæ concluſionis eſt, ut procedat, quando quis arctatur requirere cōſilium eius, qui eſt capax & habilis in reddendo conſilium, ſed ſi non eſſet talis actus factus, eo inconſulto tenet, ſecundum Bar. in d. §. ſi plures. in uerſic. & pro hoc, quando quis facit. & Bald. in rub. C. de exerci. uer. & ex prædictis. ubi exemplificat in executore teſtamenti, cui iniungitur, ut exequatur cum conſilio guardiani fratrum Minorum, quia ille eſt inhabilis cle. exiui. §. uerum. de uerb. ſig. Imò ſimplex monitio pauperum non poteſt ei committi, ſecundum domi. Card. ibi, & Bald. in authen. ingreſſi. in 3. & ult. col. C. de ſac. ſan. eccleſ. & Domi in c. 1. in princ. de teſta. in 6. reprobando Bartol. in tractatu Minoricarum, 3. libro uerſicu. quandoq; committitur. Si tamen teſtator diceret, quòd conſulendus ſit frater minor, alias executio non teneat, non poterit executor exequi, ne recedat à forma teſtamenti, & ideo cum non poſsit illum requirere, perinde erit, ac ſi executor datus non eſſet, ſecundum Bald. in leg. id, quod pauperibus. uerſi. quid ergo, ſi teſtator. C. de epiſc. & cleri. & in d. authen. ingreſſi. & per eundem in d. rubri. de exer. & idem in ſimilibus. Iſta ſufficiant, quo ad ſupplenda dicta Doct. hic, reliqua de requiſitione conſilij dic, ut per Bart. in d. §. ſi plures. Et de requiſitione conſilij ſapientis dic, ut per omnes in ca. ſi pro debilitate. ubi aliàs dixi. de offic. dele. Vnde non omitto, quòd ſi committitur, ut aliquid fiat cum cōſcientia Titij, ſufficit Titium cōſulere, nec eſt opus eius opinionē ſequi. Ita Angel. in §. emphyteuſis. 2.

a *Nullatenus*] *De hac dictione uide ubi dixi in apoſt. ſupra eod. in c. cùm acceſſiſſent.*

per illum textum in authen.de alien.& emphy.inferens ad ſtatutum requirens in contractu mulieris conſcientiam propinquorum, nec erit fruſtratorium eos requirere, ex quo non eſt opus ſequi: quia ſi uiderint contractum fore damnoſum mulieri, poterunt eum impedire, ſecundum eum: pro quo uide, quod eſt dictum ſ.in concluſione, uerſic.& ſi diceretur. ¶ Et adde Bald.in rub.de exer. uerſ.quid ſi uerba dicunt.ubi dicit plus, quod ubi aliquid debet fieri cum conſcientia alterius, ſufficit notificatio, nec requiritur conſilium, uel conſenſus: quia hæc uerba non ſonant. Alle.Ioan. And.in c.cùm in ueteri.de elect.qui hoc non dicit, ſed tene menti propter authoritatem Bal.& hoc limitat, niſi requiratur cõſcientia eius, qui habet ius dicere & diſcernere. Alle. gl.in l.1.C.de ſecun.tab. ¶ Vnum etiam tene menti, quòd actus ſpectans ad aliquem cum conſilio aliorum, non dicitur ſpectare communiter ad iſtum & illos, ex quo non tenetur eorum conſilium ſequi. Ita Rota in ti.de reſcri.deciſ. 73.in antiquis, incip.nota. quòd ubi. quod perpetuò nota. non ſolum ad intellectum c.unici, ne ſe. ua.in 6. ſed generaliter ad omnia ſimilia. Bene facit, quòd not.do. Abb.in c. non poteſt.in fi.de re iudic.dicens, quòd in caſu decretalis, non eſt.de cõſue.in 6.nõ dicitur capitulũ aſſiſtere ut iudex, cũ eius conſilium non teneatur epiſcopus iudicans ſequi.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutio reſpicit futura, & non præterita.*
2 *Quæ regula recipit quatuor ampliationes, item quæ iſtæ ſint.*
3 *Fallit autem hæc regula decem modis. Vnus eſt, quando lex noua diſponit nominatim de præteritis. Quæ tamen prima fallentia limitatur ſex modis.*
4 *Declaratio iuris antiqui trahitur etiam ad præterita. Et hæc eſt ſecunda fallentia huius decretalis, quæ fallentia patitur quatuor limitationes, ut nu. 5.6.7.& 8. Sententia lata pro matrimonio, an reuocetur ex lege noua declaratoria. Poſt nu. 7.uer. iſta ſua opinio.*
9 *Lex noua ubi annullat actum ex cauſa de præterito, tunc lex trahitur ad præterita.*
10 *Lex noua quando concernit modum ordinandi, ſeu præparandi cauſas, tunc includit etiam pendentes.*
11 *Factum præteritum quando expectat perfectionem ſuam & complementum à facto futuro, tunc lex noua ipſum comprehendit.*
12 *Conſtitutio, uel ſtatutum quando dat exceptionem, uel tollit.*
13 *Lex, uel ſtatutum quando aliquid indulget etiamſi loquatur per uerba futuri temporis, non extenditur ad futura.*
14 *Lex noua quando imponit pœnam pro aliquo delicto, quæ pœna eſt congrua & conueniens delicto, magis quam pœna legis ueteris, tunc in puniendo eos, qui deliquerunt ante legem nouã, ſeruabitur lex noua.*
15 *Lex, uel conſtitutio confirmans trahitur ad præterita.*
16 *Item fallit decimò regula huius decretalis in alijs diſpoſitionibus, præter quàm conſtitutionum, quoniam regulariter diſpoſitio ſimpliciter prolata concernit præſentia, uel præterita, non futura.*

CAPITVLVM XIII.

a Q VONIAM. a ¶ Conſtitutio † futura reſpi-
1 cit, & non præterita, niſi de præteritis in ea caueatur. H. D. Et eſt communis diuiſio. Et prætermiſſis alijs, quæ additione non egent, aſſumo principalem materiam commentatã ſufficienter per Doct. hic, maximè per Imol. reaſſumentem dicta Bar. qui magiſtraliter ſcripſit in l.omnes populi. uerſic. quintò quæro. de iuſti. & iu. & habetur latè per Bald.& Salic.in l.leges & conſtitutiones.C.de legi. & Dominic.in ca. ex antiquis. 54. diſ. & per alios, de quibus ĵ. Sed tamen ut multa bene comprehendãtur, cogitaui dicta iſtorum & aliorum ibi poſſe reduci ad unam regulam, cum quatuor ampliationibus, & 10. fallẽtijs, diſcutiendo dicta magis neceſſaria, & hactenus ſatis confuſa & ſparſa. ¶ Regula
2 † eſt illa, de qua in ſummario cum concord.de quibus per gloſ. hic, & per Hoſt. in ſumma huius tit.§.quando cõſtitutio. in fi. ¶ Et ampliatur primò, ut procedat, etiãſi ratio l.anteceſſerit legẽ, quia per hoc prohibitio l. nõ trahitur retrò ad tẽpus antecedẽs, ſed ſolum ad futurũ, ſecũdum Bal.& Sal.in l.teſtium.C.de teſti. per illum tex.in uo. Nec habet iſta ampliatio cõformitatem cum ſecunda fallentia, de qua infrà quia aliud eſt declarare & interpretari ius antiquum iam conditum, & aliud moueri ex ratione l. quæ non declaratur, ſed aſſumitur pro fundamento, in l. noua non interpretatiua ueteris. ¶ Secundò amplia, etiamſi lex, uel ſtatutũ uteretur uerbis ſubiunctiui modi, quæ poſſent importare præteritum & futurum, nam in propoſito importabunt ſolum futurum, putà ſi ſtatutum dicit, ſi quis commiſerit, ſecundum do. Abb.hic in 3.no. Alle. Bar.in d.l.omnes.& quod no.Inn.in c.ſignificauerunt. de teſt. ubi ponit de natura ſubiũctiui, & pulchrè refert ibi do.Car. inferens ad q.de qua aliàs ibi dixi, & adde Bal.in d.l.leges.ubi dicit, quòd in ſtatutis futura ſubiunctiui accipiuntur pro ſimplici futuro, ut no.gl.in l.cum tale.§. ſi.in uerbo, dixerunt. in fi.ff.de cond. & demon. quam Cy. dicebat ſingularem, ſecundum eum. Bene facit gloſ.2.in c. ad hoc.ĵ. de reſcrip. Ex qua colligit ibi do.Ab. quòd ad euitandas abſurditates & odia reſtringenda, ſubiũctiua quandoq; important ſolũ præteritum, quandoq; futurum, ſecundum quod melius conuenit materiæ ſubiectæ. Et ita dicit eſſe in uerbis ſtatutorum, allegando Bar.in d.l.omnes populi. Et dicit hic Imo. idem eſſe in omni uerbo apto importare dicta duo tempora: quia in ſtatutis interpretatur ſolum de futuro. Alle.gloſ. fi.in prin.in c.unico, de cle.non reſi.in 6. & in c.2.in uerſ. commiſerint.de conſtit.in 6. quæ hoc probant. & ita not. per eas Domi. in c.unico, & in d.c.2. ¶ Et ampliatur iſta ampliatio, etiãſi conſtitutio ſit antiqui iuris declaratoria; ſed habet uerbum promulgatorium noui iuris: putà, Statuimus, uel eſt lex noua reſpectu pœnæ. Ita probat gloſ.j.in d. cap.unico, quam bene no.ſecundum Domi. ibi, & hoc per ea, quæ dicentur in 2.fallen. Vno caſu ceſſat iſta ampliatio, uidelicet ubi lex utens uerbo ſubiunctiuo, uel ſimili, inducit remiſſionem pœnæ, quia trahitur tunc ſolum ad præterita, ſecundum Imol.& Domi.in d.ca.2.per l.cum lex.ff.de legi.& quod ibi Bar.cum concor.quas dicam ĵ. in 7.fallen.
3 ¶ Amplia tertiò ex dicto Bartol.in l.illicitas.ff.de offi. præſ. ubi dicit, quòd ſtante ſtatuto, quòd iudex debeat reſcindere de facto uenditiones factas per Minores, non ſolum intelligitur de factis ante ſtatutum propter uerbum Factas, præteriti temporis, ſed etiam de futuris: tum; quia lex eſſet modici effectus: tum, quia natura eius eſt comprehendere futura, ut hic. Facit text.in ca.j. ꝙ met.cauſa.lib.6.in uerbo, extortas. quod extenditur etiam ad eas, quæ extorquebuntur in futurum, ſecundum omnes ibi. Imò uult ibi Ioan. Andr. quòd illud uerbum non intelligatur de præteritis: ex quo dicit ibi Domi. eſſe incidenter notãdum, quòd etiamſi lex loquatur per uerbum præteriti temporis, non trahitur ad præterita, ſed ad futura. Ex quo cogitabam, an idem dici poſſet in caſu Bar.in d.l.illicitas. Hoc modo iſta tertia ampliatio erit talis, uidelicet etiamſi lex utatur ſimpliciter uerbis præteriti temporis. Ad quod uide etiam do. Abb.in c.2. in 2.no.ſ.eo.& Imo.in cle.ſi.uer.ſecundò fallit.de reſcript. & Domi.in c.ne aliqui.de priui. in 6. ubi colligit ex dictis Ioan. And.ibi, quòd conſtitutio loquẽs per uerba præteriti temporis extenditur ad futura, quando uerba & ratio conſtitutionis adaptantur futuris. Et cum iſtis inferri poteſt elegans deciſio Bart.in le.Iulianus.in fi.ff.de cond.ind.ubi dicit, quòd ſi eſt facta reformatio, quòd omnes repreſaliæ reuideantur per duos bonos homines, & quæ fuerint approbatæ, quòd ualeant: & quæ fuerint reprobatæ, non ualeant, iſto medio tempore, ante quàm reuideantur, licitè poterit fieri executio repreſaliarum: quia uerba reformationis non habent uim excluſiuam de præſenti, ſed ſolum dubium eſt, ne in futurum inducatur excluſio, ut ibi per eum: pro quo faciunt ea, quæ ſcribit Lud. eum allegans in repe. leg.j.C.de hæred.inſt.facit, quod nota. Bald.in leg. illud.in fin.C.de ſacro ſan.eccleſ.in quibuſdam lec.ubi dicit, quòd licet ſtatutum annullet teſtamentum non inſinuatum intra ſex menſes, tamen interim ex eo agi poteſt: quia ab initio ualet, licet accidentaliter poſſit annullari. Ad quod etiam

a *Quoniam*] *Ad materiam huius tex. uide omnino Alexan. de Imol. in l. omnes populi. de iuſt. & iu. & in l. illicitas. in princip. de offi. præſid. & in l. cum lex. de legi. & in conſilio ſuo 79. quarta parte, & Paulus de Caſtr. conſil. 87.*

etiam uide eundem in l. cum mulier. ff. ſol. ma. Et hoc no. ¶ Amplia quartò d. regulam, etiam ſi effectus actus præteriti expectarentur in tempus futurum: quia ſi actus eſt perfectus, nõ includitur in lege noua, ut eſt tex. in l. iubemus. C. de teſta. ubi forma data teſtamentis, non extenditur ad teſtamenta iam condita, licet pendeant uſq; ad mortem teſtatoris, ſecundum do. Abb. hic, & Ang. in autheo. ut cum de app. cognoſci. in princ. uer. aduerte pro declaratione. Et de hoc exemplo dicetur paulo pòſt, uer. ſed ad intellectum. Ex iſta ampliatione fortè inferri poſſet ad ſtatutum, quòd uir lucretur dimidiam dotis mortua uxore in matrimonio, & ſine liberis, utrum procedat in illa, quæ nupta eſt ante ſtatutum, & moritur poſt ſtatutum? In quo Bar. dixit, quod ſic, in d. l. omnes populi. quia mors, propter quam ſurgit lucrum, erit poſt ſtatutum. Sed Imol. hic ſing. tenet oppoſitum, quia ex contractu dotis fuit quæſitum ius hæredibus mulieris de reſtitutione dotis ſoluto matrimonio, & ideo ſtatutum ſuperueniens non debet tollere obligationem alteri quæſitam, licet adhuc nõ habuerit effectũ. Inducit optime, quod no. Innoc. in c. ſtatuimus. de ma. & obe. circa medium, uerſ. item no. quod priuilegium. ubi dicit, quòd recepti in canonicos authoritate Papæ ante illam decre. præcedent maiores ordine poſtea receptos iuxta antiquum ſtylum, licet præbendas aſſequãtur poſt illam decre. Et ſic etiã intelligitur ille tex. quia licet præbendam ſint habituri poſt illam legem nouam. tamen ius in præbenda eſt quæſitum prius ex receptione facta dicta authoritate, per c. hi, qui. de præben. in 6. Et ideo per illam l. nouam, uel per iſtum tex. tale ius non tollitur. Et hoc dictum late etiam ſequitur hic Imol. Per quod apparet idem dicendum in propoſito, & eſt utile ad hanc materiam, & multa ſimilia. Et iſta impugnatio Imol. fortificatur: quia licet executio ſit de fiſco, tamen uenit in omnimodam connexitatem & conſequentiam facti præteriti, ſi autem non ueniret ita conſecutiuè, ſecus eſſet, per ea, quæ dicentur j. in 5. fallentia, & uide, quæ ibi allegabuntur in 2. declaratione, quæ optimè faciunt pro hac quarta ampliatione. ¶ Item pro Imol. contra Bar. in d. l. omnes. adduci poteſt, quod ſcribit do. Abb. in c. ueniens. de conuer. coniu. ubi contra glo. & ſequaces ibi concludit, quòd licet maritus mulieris adulteræ ingrediatur religionem, & contra uxorem excipientem de adulterio mariti ipſa replicet de ingreſſu religionis, hoc nõ iuuat eum, quo minus debeant adulteria compenſari, quia ante ingreſſum erat quæſitum ius mulieri ex adulterio mariti, & ideo per ingreſſum non tollitur, ut ibi per eum. ¶ Ad idem, quod ſcribit Domi. poſt Ioan. And. Ioan. de Lig. & Imol. in ca. de teſtanda. cum tribus ſeq. maximè ad fi. in uer. iſtud dictum Ioan. de Imol. de conceſ. præben. in 6. ubi dicit, quòd ille text. irritans prouiſiones beneficiorum faciendas, non irritas factas nondum executas: quia conſtitutio noua non includit actum de præterito habentem executionem de futuro. Alle. iſtum text. in d. c. ſtatuimus. ¶ Nec obſt. text. ibi in uerbo, uiribus uacuamus. & in uer. nullum deinceps obligari. quia intelligitur reſpectu promiſſionum futurarum, non reſpectu præteritarum. Et per multas rationes Ioan. Mo. relatas ibi per Domi. oſtendi poſſet in propoſito, quòd promiſſio facta per recipientes dotem de reſtituendo eam in caſu ſoluto matrimonio non debet uitiari ex ſuperuenientia ſtatuti, licet effectus promiſſionis ſequi habeat ſtatutum: quia iam obligatio nata eſt, ut ibi per eos. ¶ Pro quibus facit, quod notat gloſſ. in clemen. dudum. de ſepul. de qua j. dicetur. Ad idem facit in ſimili textus. in ca. fi. de conuer. coniu. ubi ius quæſitum mulieri nondum in ſe productum non tollitur ex ſuperuenientia mutationis, quæ antea potuiſſet illud ius impedire. Ad idem l. 2. ff. de manumiſ. ubi manumiſſio ſerui legati facta per hæredem deliberante legatario non reuocatur, licet mox legatarius repudiat legatum. Ad idem l. generali. in fi. ff. de ritu nupt. ubi quæſita liberis dignitas propter crimen patris auferenda non eſt: & facit l. 2. ff. de iti. actuq; priua. cum multis ibi alle. per gloſ. in uer. tranſactum. & per gloſ. in regula, factum legitimè. lib. 6. ¶ Eſt uerum, quòd Pet. de Anc. ſequitur d. opi. Bar. conſi. mihi 118. incip. Viſis & diligenter rumi natis. in fin. & ex ipſa conſuluit, quòd ſi pater inueſtitus eſt de emphyteuſi pro filijs maſculis & fœminis, & poſtea per ſtatutum fœminæ inhabilitentur ad emphyteuſim, certè excludentur mortuo patre, quia effectus rei ante ſtatutum inchoatæ perficitur poſt ſtatutum. ¶ Sed nihilo minus puto opi. Io. de Imo. hic ſuſtentabiliorem per prædicta, maxime propter dictum Inno. in d. c. ſtatuimus. propter quod de iſta deciſ. do. Pet. puto ſatis poſſe dubitari, attento quòd ius quæſitum dictis filiabus eſt firmum uiuente patre, ut per Bar. in l. ut iuriſiurandi. §. ſi liberi. ff. de ope. lib. cum con cor. Vbi autem ius non eſſet firmum, in illa materia haberent locum, quæ dicentur in d. 5. fallentia. Et hinc eſt, quòd Innoc. in d. c. ſtatuimus, & Imol. hic, ſecus dicunt in materia illius c. in recepto authoritate c. tantùm ante illam decre. qui non habet ius ita firmum, per no. in c. inter cætera. de præbend. ¶ Sed ad intellectum huius ampliationis aduerte in eo, quod in principio dixi de teſtamento facto ante l. nouam, & mortuo teſtatore poſt ipſam, quia illud procedit ita demum, quando teſtator ſuperuiuens poſt l. nouam non habuit facultatem mutandi teſtamentum tempore ſuæ ægritudinis, ſed ſi mors non fuit repentina, imò tẽpore ſuæ ægritudinis habuit poteſtatem mutandi teſtamentum, & utendi ſolennitate legis nouæ, & non mutauit, teſtamentum, non tenet. Ita ſing. dicit Ang. in authen. ut factæ nouæ conſtitutiones. §. 1. motus per illum tex. a contrario ſenſu. ¶ Et quia uoluntas eſt ambulatoria uſque ad mortem, [a] l. quod per manus ff. de iure codi. ſed inſpecto tẽpore mortis illud teſtamentum dicitur factum poſt ſtatutum, ergo, &c. Et idem ſentit Angel. in d. authen. ut cùm de appel. cog. quod reputo bene notandum pro ſolenni limitatione d. l. iubemus. C. de teſta. ubi non reperio aliquem de hoc mentionem facientem. Reliqua, quo ad iſtam ampliationem, proſequere ex dicendis j. in 5. fallentia.

3 ¶ Modò † reſtringitur regula huius decre. ad x. fallentias, & ſic ultimum commentũ huius tituli correſpondebit ſtylo primi. ¶ Nam primò fallit in caſu claro, quem tex. ponit, uidelicet ubi l. noua diſponit nominatim de præteritis, & ita ſit in clemen. 2. in fi. de iudic. cum ſi. ¶ Hanc fallentiam limita ſex modis. Primò, ut non habeat locum in negocijs iam deciſis, ſecũdum oẽs hic, & in locis primò allegatis per text. in l. cauſas. C. de trãſa. & quia per uerba generalia non præſumitur legislatorem uoluiſſe reuocare quæſtiones deciſas, arg. c. ex multiplici. cum glo. de deci. Bonus tex. in propoſito cum glo. in uerbo irritari, in c. ea tua. de fi. presby. Et ita etiam no. Bar. in l. ſi. per illum tex. C. ſen. reſcin. non poſ. & gloſ. Et ibi no. do. Abb. in cle. dudum. §. nos etenim. in uerſi. pacta. de ſepul. quæ ad propoſitum uoluit, quòd lex irritans pacta præterita, non intelligitur de pactis, ſuper quibus emanaſſet ſententia, & confirmatio Apoſtolica. Et idem, ſi ſolùm ſententia ſecundũ d. Card. ibi in 7. q. quem uide. Et adde dom. Abb. in ca. non debet. de conſan. & affi. ubi dicit, quòd effectus cauſati per ſtatutum reuocatum, non reuocantur, & ideo excommunicatus ex l. antiqua, indiget abſolutione etiam poſt l. reuocatam, propter gloſſ. ibi in uerbo, liberè. Quod ultimum limitabitur paulo pòſt. Et idem no. Do. in c. 1. de conſt. in 6. ¶ Procedunt iſta, quomodocunq; præterita ſint deciſa, ſecũdum Barto. in l. 1. §. fi. ff. ad Tertul. & ibi refert ſe conſuluiſſe, quòd ſi filia diuiſerat cum fratrib. bona patrimonialia, & ſtatutum nouum excludens fœminas exprimat etiã præterita, non extenderetur ad illa bona diuiſa, per text. ibi in authe. ut cùm de app. cognoſc. in princ. & §. 1. Et idem dicit Bart. in d. l. omnes populi. ſubdens, idem, ſi ſunt deciſa iuramento, uel tranſactione, in d. c. cauſas. de tranſact. Et not. etiam Aug. in conſ. 53. inci. In q. propoſita. Comprehẽduntur tamen etiam deciſa in duobus caſib. Primus eſt ubi l. noua diceret, quòd omnia geſta prius, habeantur pro infectis, quia etiam deciſa erunt annullata. Ita eſt text. cum gloſſ. in uerſic. pro infectis. in clemen. 1. de immu. eccleſ. quem ad propoſitum ponderat Pet. de Anc. in repe. capitu. 1. uer. & licet iſta ſit communis doctrina. j. eod. intelligens d. gloſſ. in his, quæ ſtatuta ſunt ſimpliciter de iure poſitiuo

a Vſque ad mortem] Ad quod adde bonum textum in l. j. C. de ſacr. ſanct. ecc. & in l. quod ſi iterum. de adi. leg. & Inſtitu. eo. titul. & in l. cùm hic ſtatus. §. 2. ff. de do. inter uir. et uxo. & per gloſſ. in l. ſi quis emphyt. de leg. ij. & per Spe. in ti. de arbi. §. ſequitur de quibuſdam. uerſicul. ſed nunquid uerbum.

quia ea reuocat princeps, ut ex tunc: ſecus in his, quæ ſunt iuris diuini, uel gentium, per notata in ſimili in c. per uenerabilem. ſuper gloſ. 2. qui filij ſint legi. Et ad iſtū caſum facit etiam text. in d. clem. dudum. §. nos etenim. Et illam gloſ. in dicta clem. j. tanquam ualde ſing. approbant ibi do. Car. Imol. & domi. Abb. & Imol. poſt do. Car. in c. cæterùm. ſ. de reſcript. & domi. Car. in clem. j. oct. duro. in 2. oppo. de hære. & Petr. de Anch. conſ. mihi 137. pro domina Paula ad fi. & do. Abba. in d. ca. per uenerabilem. & in c. ſi aliquando. de ſent. excom. & in c. quæ in eccleſiarum. in j. no. §. eodem. & Domi. poſt Ioan. And. in c. fi. de elect. in 6. & do. Abb. in cap. non debet. in fi. de conſan. & affi. & in cap. paſtoralis. §. uerum. de appe. & Dom. in d. c. 1. de conſti. in 6. inferentes, quod excommunicatus uigore legis antiquæ non indiget iſto caſu abſolutione. Et illam gloſſ. facit ſing. Bald. in ti. de teſtri. conſ. 12. incip. An ſi opponitur. dicens per ipſam, quod impedimenta inducta à iure poſitiuo, nedum poſſunt per Papam ſola uoluntate tolli, ſed effectus eorum præteritus iam poteſt ex ſuo reſcripto haberi pro non facto. ¶ Sed iſtis adde do. Card. in c. ad petitionē. de accuſ. ubi limitauit d. gl. ut nō procedat reſpectu Iuris quæſiti tertio uigore primæ conſtitutionis, uel commiſsionis, quia ſi Papa decernit eā haberi pro infecta, intelligitur Saluo iure alteri quæſito, ut occurrit in contingentia facti, de qua ibi per eum, & ſequitur ibi Io. de Ana. ¶ Sed contrarium decidit do. Car. met, quem ipſe non allegat, in cap. quia diligentia. de elect. dicens. quòd ſi princeps reſtituit bannitos cum clauſula, Non obſt. quacunque q. præcedente. quam uult haberi pro non facta, recuperabunt banniti etiam bona alienata per fiſcum & ab alijs empta. Et ſequitur ibi Imol. ad fi. dicens tamen, quod fortè emptores habebunt regreſſum aduerſus fiſcum, ut ibi per eum. Et pro hoc ultimo dicto domi. Card. quod etiam in præiudicium tertij irritet præterita, uide do. Ab. conſ. 84. incip. Illud in ſumma de iure quæritur. uerſic. non obſt. quod medio tempore. ¶ Nihilo minùs æqua & ſuſtentabilis eſt prima opin. & ad id, quod dicit do. Car. in d. c. quia diligentia. poteſt reſponderi, ut iam eſt dictum, ſecū dum Imol. per quam reſponſionē ceſſat præiudicium tertij. Ad illud autem, quod dicit do. Abba. in d. conſ. dici poteſt, quod loquitur in iure exiſtenti in ſpe, non autem firmiter quæſito, & maximè ex cauſa onéroſa. Et ad ſic tenendum ſeruient, quæ dicentur in ſequenti caſu, ea quæ dicta fuerunt plenè poſt alios in d. c. quæ in eccleſiarum. oſtendēdo, quod princeps non præſumitur uelle tollere ius quæſitum tertio, niſi appareat eum habita notitia de tali iure uti uerbis & clauſulis denotantibus eum moueri ex plenitudine poteſtatis: imo quod etiam cum cauſa non pōt tollere ius tertij, niſi ei aliter ſatisfaciat, ut ibi dictū fuit in uerſ. modò aduertendum. Poteritis tamen cogitare de hoc, quo ad primum caſum reſtringentem hanc limitationem j. fallentiæ. ¶ Secūdus caſus, in quo cōprehēduntur deciſa, facta mentione præteritorum, eſt, quando conditor legis nouæ expreſſè diceret, quòd trahi deberet ad præterita etiā deciſa, quia tunc trahetur, ut eſt glo. reputata ſing. in d. l. cauſas. C. de tranſact. in glo. fi. in fi. quam intellige in cōſtitutione hoc dictante, ſecus in reſcripto, per quod non poteſt tolli ius tertij, ſecundum Bar. in l. fi. C. ſi contra ius, uel uti. pub. Sed tamen inter reſcriptum & ſtatutū difficilè redderetur in hoc differentia, & ideo utroq; caſu requiritur cauſa rationabilis abſorbēs ius alterius, & ualebit ut hic latè per do. Abb. cui aliud non addo, quia pendet hoc totum ab his, quæ ſatis accumulatè dicta ſunt in d. c. quæ in eccleſiarum. uidelicet de poteſtate principis in tollendo ius tertij. Et ideo proſequere & declara multipliciter ex ibi dictis. Et in terminis pro iſto caſu uide Pet. de Anch. in d. c. canonum. uerſicu. ex cauſa etiam. ubi idem tenet, dicens ita fuiſſe ſeruatum in patrimonio diui Petri: nam cùm propter terrarum calamitates annis 30. elapſis oportuiſſet homines illius patriæ uēdere poſſeſſiones pro modica cauſa redimendi ſe à captiuitate, fuit facta lex, quod reſtituto emptoribus precio omnes contractus haberentur pro infectis. Et ad hoc adducit alia, de quibus per eum. ¶ Limita ſecundò hanc j. fallentiam, ut non procedat in præteritis, in quibus licet non ſit lata ſententia, eſt tamen concluſum in cauſa: quia illa non extenditur, etiam ſi dicat expreſſè ad præterita. Ita dixit do. Car. hic per text. in authen. ut cum de ap. cognoſc. in prin.

Sed contrarium tenet hic Imol. dicens, quod ille text. requirit duo copulatiuè: uidelicet concluſum eſſe in cauſa, & relationem factam ſuperiori. Vnde ſola cōcluſio non ſufficit, ſecundum eum dicentem, Comp. hic idem tenuiſſe. ¶ Conſiderabam, quod pro opi. do. Car. primò multum facit uulgatum Ioā. Mo. in c. 2. de teſtib. in inte. in 6. ubi dixit, quod paria ſunt, eſſe iudicatum, uel eſſe concluſum in cauſa: & ſequitur Bald. in l. error. C. de iur. & fac. igno. & in l. incerti. C. de interdic. Et eſt bonus text. in c. auditis. de præcura. & in cap. paſtoralis. de cauſa poſ. & in ca. cùm dilectus. de fid. inſtr. cum concor. quas aliàs ibi reduxit enumerando circa 22. caſus, in quibus tantum operatur concluſio in cauſa, quantum ſententia. ¶ Secundò conſidera, quod ratio fallentiæ præcedentis ſatis uidetur militare in caſu iſto, uidelicet ne fiat præiudicium ei, cui per deciſionē eſt quæſitum ius, & lis ſopita, d. l. c. cauſas. Si enim partes renunciant productionibus iurium, & ſic concludunt in cauſa, uidentur quodammodo paciſci & tranſigere, ut ita iudicetur, prout probatum eſt, & nollu alio iure uti: & ſic illi, cui noceret lex noua, uideretur reduci ad inſtaurationem rei, quaſi uirtualiter ultimatæ. ¶ Tertiò conſidera, quod relatio iudicis non uidetur aliquid operari, quo ad effectum cognoſcendi, an lis dicatur deciſa, uel non? quia ita expectatur adhuc ſententia poſt ipſam, & non aliud, ſicut ſine ipſa. Et ideo qui uellet tenere opin. domi. Card. poſſet dicere, quòd in d. authen. copula reſoluetur in diſiunctiuam, ex quo ponitur inter ea quæ uidentur importare idem, quo ad propoſitum, argu. cap. monaſteria. in fi. de ui. & ho. cle. & c. 2. de reſcr. cum ſi. Nihilo minùs in practica ſeruaretur, ut puto, opi. Imo. quam indubitanter crederem ueram in illis caſibus, in quibus poſt concluſionē in cauſa poteſt adhuc fieri probatio, nam ſicut ius partis, quæ uult reprobare, non eſt tunc in totum ſigillatum & ceſſant prædictæ conſiderationes, ita etiam nec erit ei præcluſa uia uendi lege noua diſponente de præteritis. Qui autem ſint illi caſus, poſui alias in d. c. cum dilectus. enumerando 14. ex dictis Doc. ibi, & alibi. Et ſuper iſtis, tanquam per Doct. non enucleatis, cogita. ¶ Limita tertiò hanc primam fallentiam, ut non procedat in negotijs pendentib. per uiam appellationis, quia licet lex noua comprehendat illa præterita nominatim, tamen non cōprehendit illa, in quibus iudicatum eſt, licet pendeant coram iudice appellationis. Ita tex. in d. authen. ut cum de ap. cog. in prin. quia iudex appellationis ſuccedit loco primi, & ideo tenetur iudicare ſecundum ius commune, quod uigebat in prima inſtantia. Et ita no. omnes ° hic, & ī locis in prin. allegatis, & gl. in c. licet canon. in uer. de cætero. de elec. in 6. & gl. fi. in l. ſancimus. C. de ſs. ſan. ec. & Pau. de Caſt. conſ. 87. in cauſa ſortij. ad fi. & Ang. in authen. in medio litis ſacras iuſſiones non fieri. §. ſuper hoc. dicens illum text. eſſe diligenter notandum, quod licet lex expreſſè prouideat de cauſis pendentibus & futuris, nihilominus habebit locum in cauſis, quæ pendent per uiam appellationis, ita quòd ſententia erat lata. Vbi autem lex expreſſè nominat pendentiam per appellationem, tunc res eſt clara, ſicut fit in d. cle. 2. de iudic. in fin. & in alijs iuribus ibi allegatis in gloſſ. fin. ¶ Intellige hanc limitationem in ſpectantibus ad deciſionem & merita cauſæ, quia in illis iudex appellationis debet ſeruare ea, quæ debebat ſeruare iudex cauſæ principalis, ut eſt dictum, & no. Innocent. in rub. de conſue. & glo. & Arch. & Domi. in c. illud. 12. diſt. ¶ Sed in his, quæ concernunt ordinem procedendi, non procedit hæc limitatio, quia in illis debet ſequi tribunal ipſius iudicis, & non iudicis cauſæ principalis. Ita colligitur ex gloſſ. in d. c. licet canon. & no. Imol. poſt Innocent. & domi. Abb. in d. rub. de conſue. uer. quarto tractat. & eſt gloſſ. in terminis in d. cle. 2. in gloſſ. fi. in fin. de iudic. Nam in concernentibus ordinem iudicij ſemper attēditur locus, ubi cauſa agitur, l. 3. in fi. ff. de teſti. & no. in le. j. C. de eman. lib. & per domi. Anto. & domi. Ab. in c. quod clericus. de for. compe. cum ſi. Quinimo lex noua etiam nihil dicens de præteritis, extenditur ad præterita pendentia & inchoata, quantum eſt reſpectu ordinatoriorum iudicij, ut dicetur j. in 4. fallentia, licet aliàs ad pendentia regulariter non extendatur, ut ibi dicetur. Et hæc procedunt, ubi lex emanat motu proprio principis. Si aūt ad inſtantiam partis, ſecus, ut paulo poſt dicetur. ¶ Item

intellige

intellige hanc limitationem, ubi conſtitutio eſt omnino no-ua: ſed ſi eſt declaratoria, trahitur ad cauſas pendentes per oppoſitionem, licet non ad deciſas, ut hic expreſsè per Imo. poſt Vincent. De quibus fiet mentio j. in 3. limi. 2. fallen-tiæ. ¶ Limita quartò hanc primam fallentiam, ut non pro-cedat in negotijs præteritis, quæ pendent in prima inſtan-tia, ſecundum Bar. in d. l. omnes populi. per text. cum ru-bro, in authen. in medio litis ſacras inſlio. non fieri. Sed iſtud non poteſt limitari, ſecundum do. Abb. hic, quando lex emanat ad inſtantiam partis lite pen. Secus, ſi motu proprio principis, & exprimat, quòd uult ad præterita trahi, ſecundum eum: quem intelligo in l. concernente deciſionẽ litis: ſi enim concernit ordinaria iudicij, omnino trahitur, etiamſi de præteritis nihil dicatur, ut j. dicetur in 4. fallẽtia: & ita puto ſenſiſſe dom. Abb. & cum ipſo contor. hic Imol. pulchrè uer. ſed aduerte: quia Compoſt. ¶ Conſidera tamẽ ad id, quod ſcribit Bal. poſt Bar. in l. ſancimus. C. de ſac. ſan. ec. ubi dicit, quòd ſtatutum non trahitur ad pendentia in deciſorijs, etiamſi faciat mentionem de pendentibus per d. authen. in medio litis, &c. licet ſecus in l. communi, per tex. in d. l. ſancimus. Ex quo uideretur reſtringi opi. domi. Abb. & Imo. hic: ſed tamen ipſe Imol. hic non admittit hãc differentiam inter l. & ſtatutum in propoſito: quia ſtatutũ habet uim l.[a] in loco ſuo, l. omnes populi. ff. de iuſt. & iu. & ſtatutum factum motu proprio trahitur, ſicut ipſa lex, ſecun-dum eum: & fortè melius. Et pro iſtis fa-cit gloſ. in l. qui autem. ff. ſi quis cau. per quam no. ibi Bal. quòd pars poteſt uti in medio litis priuilegio principis ema-nante motu proprio: & no. Bar. in l. j. cir-ca med. uer. ſed quid ſi eſſet lata. ff. de pœ. & per Bar. & Bal. in l. c. C. ut lit. pen. ¶ Modò aduertẽ: quia non improbabiliter poſſet quis ſuſtinere indiſtinctè hanc limitationem: quòd lex, uel ſtatutum faciens mentionem de præteritis, non extendatur ad pendentia in iudicio, ſe-quendo Bart. in dicta l. omnes. Et dico in concernentibus deciſionem litis, nam de præparatorijs eſt clarum, ut j. in 4. fallentia, Et hic per tex. in d. auth. in medio litis. qui lo-quitur de omni conſtitutione, ſecundũ Bar. Non obſt. quæ de motu proprio dicta ſunt, quia dupliciter reſpondeti po-teſt. Primo, quòd de natura legis, uel ſtatuti non eſt, ut fiat ad partium poſtulationem, ſed ſemper fiunt motu ſtatuentiũ pro cõi utilitate, c. erit autem. 4. diſt. Secundò reſponderi poteſt, & melius, poſito, quod fieret motu proprio, non ta-men propter hoc ſequitur, quòd pars litigans debeat pati præiudicium ex l. noua, etiamſi dicat de præteritis, ex quo nihil dicit de his, quæ deducta ſunt in iudicio. Et ad hoc adduco, quod no. Hoſtien. do. Anto. Imo. & domi. Abb. in c. cauſam. lo 2. de teſta. ubi ſolẽniter decidunt, quòd priuile-gium conceſſum pendente lite etiam moto proprio ſuperio-re, non nocet parti aduerſæ, ut latè no. Ioan. An. in tit. de dolo & contu. §. fi. uer. porro. in addi. de hoc intereſſe. quia princeps non uidetur uelle tertio præiudicare, etiamſi quid faciat motu proprio. Pro qua ratione eſt glo. in cle. ſi Roma-nus. in uerb. ualidam. de præben. cum concor. multis, quas aliàs dedi in cap. cauſam. Nec obſt. tex. cum gloſ. in d. l. qui autem. per quem ſe monet Bal. in d. l. j. de pœ. quia ibi priuilegium conceſſum erat propter publicam utilitatem, ſecundum Ioan. An. in addi. Et alijs modis etiam reſponde-tur, ut ibi per eum. Nihilominus hanc impugnationem nõ ponerẽ omnino pro conſtanti. primò, quia priuilegium eſt ad utilitatem priuati, 3. diſt. priuilegia. & magis reſtringi-tur cap. porro. de priuil. cap. ex multiplici. de deci. quia non debet nocere tertio, l. ij. §. meritò. ff. ne quid in lo. pub. Et ideo non rectè infertur de priuilegio ad l. communem, uel municipalem, quæ pro omnium utilitate emanat, d. c. erit. Vnde ſi l. nominatim trahit ad ſe præterita, incluſit penden-tia in iudicio, in quibus non uidetur poſſe dari ratio, quare non debeant ita includi, ſicut alia præterita non deducta in iudicio, ex quo iudicium omnino pendet, id eſt, non eſt cõ-cluſum, uel iudicatum, dum modò talis l. non emanet ad par-tis poſtulationem, ut omnes fatentur. ¶ Secundo pro opi. do. Abb. & Imol. hic multum facit: quia in 2. & 3. limita-tione huius primæ fallentiæ præſupponitur pro firmo, ſe-cundum omnes Doc. in eis alle. quòd ſi non eſt concluſum in cauſa, uel ſi non eſt iudicatum, lex noua nominans præ-terita trahitur ad cauſas pendentes. Modò ſi diceremus, quod non trahatur ad pendentes, in quibus non eſt conclu-ſum, uel iudicatum, fruſtra poneretur aliquid ſpeciale in his caſibus, ſed ſolum generaliter deberet dici, quòd ad pẽ-dentia non trahitur: quia includerentur etiam illæ duæ li-mitationes. Hoc autem eſſet contra expreſſam intentionẽ omnium Doc. Et ideo tranſire poſſumus cum opi. do. Abb. & Imol. Non tamen ſine aliquali ſcrupulo, per prædicta & ad quæ ipſi non aduertunt. De alijs autem extraiudiciali-ter pendentibus dictum eſt aliquid in tertia ampliatione, & latius dicetur infra in 5. fallentia. ¶ Limita quinto hãc primam fallentiam, niſi præterita eſſent diuturnitate tem-poris comprobata: quia l. noua annullando præterita non porrigitur ad talia. Ita decidit Angel. conſil. 53. incip. in q. propoſita. Alleg. tex. in l. qua prouincia. §. diuus Marcus. ibi, monemur temporis diuturnitate. ff. de ritu nupt. & in §. alienationes. in authen. de non alie. dum dicit, tanta do-cumenta longo tempore facta commouere multæ eſſet ter-giuerſationis: & in §. hæc igitur omnia. in authen. de Ar-menijs. dum dicit, antiquiora perſcrutari & ſuperiora tem-pora aſcendere, magis eſſet confundere, quam l. facere. Et huic dicto dicit Ang. conſonare regulam iuris, quòd in no-uis conſtituendis euidens debet eſſe utilitas, ut recedatur ab eo, quod diu æquum uiſum eſt, l. 2. ff. de conſti. princ. ¶ Et iſta limitatio eſt æquitati cõſona, pro qua adduci poſ-ſet. Nam ſicut lex, quæ de ſui natura concernit futura, non rumpit ea, quæ poſtea uniuerſali conſuetudine introducũ-tur, l. non recepta. ut in c. denique. §. hæc & ſi legibus. 4. di-ſtinct. & glo. in c. j. de treu. & pac. cum concor. ita in ſimilẽ l. loquens de præteritis, non uideatur includere præterita diu obſeruata. ¶ Sed in practica haberem pro difficili ſu-ſtinere hanc limitationem tribus rationibus. Primò: quia iura allegata per Angel. non urgent, & in eis fit ſpecialis mentio ſolum de futuris, ſi luis præteritis. ¶ Secundò: quia ratio c. a. ſupra eodem. uidelicet ne res, quæ culpa ca-ret, &c. eſt generalis ad omnia præterita, demonſtrans æ-quum eſſe, ut non immutentur: & tamen text. hic uult, quòd facta mentione præteritorum illa ueniant: ſentiens non obſtare tunc illam rationem. ¶ Tertiò: quia ſi præte-rita non ſunt deciſa, non uidetur agi de eorum præiudicio: ſi autem per diuturnam conſuetudinem ſunt approbata, & effectui emancipata, illa non reſcindentur, tanquam de-ciſa, ut in prima limitatione huius fallentiæ: & ideo pro ſuſtentatione Angel. cui non reperio conteſtem, neque con-tradictorem, poteris cogitare: & pro ipſo facit aliquid ſecũ-da limitatio ſequentis fallentiæ, ſed non urgenter: quia ibi non fit mentio de præteritis, prout hic. ¶ Limita ſextò hãc primam fallentiam, niſi irritare præterita induceret iniqui-tatem, quæ euitari non poſſet, & per quam æquitas ſeruari non poſſit, nec reg. iur. ſubijci: nam tunc lex noua eſſet in-iuſta, & iniqua, ſi ad talia præterita porrigeretur. Ita dixit Angel. in loco ſupra proximè allegato. Alleg. text. in authent. hæc conſtitutio interpretatur, &c. §. j. & in authen. de trien. & ſemiſ. §. ſancimus. & alia, de quibus per eum. Et hæc li-mitatio eſt ſuſtentabilis & æquiſſima, ubi iſta occurrerent. Sed, ut dictum eſt in præcedenti limitatione, iſta iniquitas non uidetur poſſe aliter ſurgere, quàm ex deciſione iam facta in præteritis: quo caſu iam dictum eſt, legem nouam non trahi ad deciſa. Vbi autem penderent, uideretur ſtan-dum huic text. uolenti indiſtinctè legem poſſe præterita no-minare. Et ad hanc conſiderationem uide omnino Dom. poſt omnes, maximè Iaco. de ſancto Geor. in c. deliberatio-ne. §. uolentes. de off. leg. in 6. dum declarat, quòd illa con-ſtitutio comprehendens præterita, non comprehendit fu-tura, ex quorum irritatione reſultaret rigoroſitas magna. Et hæc omnia, quo ad primam fallentiam regulæ huius de-creti. quibus adde, quod ſtatutum trahens ad ſe præterita, debet reſtringi tanquam exorbitans à iure communi, per id, quod eleganter dixit Bartol. in l. prætor. 2. §. cum itaque. uerſic. ſecundo caſu. ff. ui bo. rap. dum dicit, quòd ſi aliquo ſtatuto cauetur, quòd habeat locum etiam in præteritis,[a] cùm hoc exorbitet à iure communi, per iſtum textum. cum concor. non intelligitur repetitum in ſtatutis ſequentibus: licet aliàs ſecus, ut ibi per eum: quod no. ¶ Fallit † ſecundò 4 regula huius decr. in conſtitutione declaratoria iuris anti-qui.

a *Vim legis*] *Ad de text. in l. cunctos populos. C. de ſumma tri. & in l. conſtitutionibus. ff. ad municip. & in c. j. eo. ti. li. 6.*

qui, ut trahatur ad præterita, ſecundum omnes hic, & in locis primò allegatis per text. in authen. de filiis ante dotalia inſtrumenta natis. §. j. & nota. gloſſ. fi. in proœ. in data 6. lib. quia declarando nihil de nouo inducit, l. hæredes palàm. ff. de teſta. & potiùs ligat conſtitutio antiqua, quàm noua declaratoris, ſecundum domi. Abba. hic, Et ideo dicit Bald. in l. non dubium. C. de legibus quod in plus ſe habet declaratio, quam conſtitutio: quia declaratio reſpicit præterita, ſed conſtitutio futura tantùm. Et hanc fallentiam ponit etiam Fed. conſ. 112. incip. Amice chariſſime. & Domi. poſt Imol. in d. c. deliberatione. & domi. Abba. poſt alios in cap. fi. de præſcr. dicens, quod conſtitutio declaratoria iuris diuini comprehendit præterita. Et cum iſtis concor. domi. Car. Ioan. de Ana. in c. cùm Chriſtus. de hære. & facit c. cum in cunctis. §. hoc ſanè. & ibi gloſſ. de elec. & text. in cap. ex antiquis. 54. diſtinct. Per quem dicit hic Vincen. quod ſtatuta & iura diſponentia de libertate eccleſiaſtica, reſpiciunt præterita: quia nunquam licuit laico de his ſe intromittere, c. bene quidem. 96. diſt. & ſequitur hic Ioan. An. & Domi. in cap. ex antiquis. & tenuit pro notabili in c. eccleſia, ad fi. ẽ. eodem. Et de hac fallentia eſt tex. quem reputo meliorem de iure in authẽ. de cap. mul. quæ cap. nu. in fi. ibi, tanquam ſi lex noſtra ab initio cum tali interpretatione promulgata fuiſſet. Et amplia hanc fallentiam, etiam ſi lex declaratoria uteretur uerbo apto ad condendam legem nouam, ut eſt gl. nota. in cle. j. in uerbo, cenſemus, de conceſ. præb. ¶ Hanc

5 fallentiam limita quatuor modis. Primò, niſi † in l. declaratoria eſſent appoſita uerba, per quæ appareret mentem authoris non fuiſſe comprehendere præterita. Exemplũ patet in ca. fi. de ſponſ. duo. & in c. j. de poſtu. præl. in 6. in quib. eſt uerbũ, De cætero.[a] Facit etiam, quod habetur in ca. aqua. de conſecra. eccleſ. uel alt. & in ca. unico, ad fi. de cle. non reſiden. in 6. & in clemen. j. in uerbo, de cætero. de uſu. cum ſimi. ſecundum do. Ant. & Imo. hic dicentem hanc limitationem eſſe ſatis claram. Idẽ tenet Domi. in d. c. ex antiquis. per text. in c. ſuſpectos. 3. q. 5. in uerbo, temporibus futuris excludimus. & ibi etiam hoc no. Dom. ¶ Secundò limita hanc fal

a *De cætero] De hoc uerbo, de cætero. uide do. Car. in cle. in pleriſq3. 55. q. de elect. & in cle. j. 17. q. eo. tit.*

6 lentiam, niſi † conſtitutio antiqui iuris declaratoria reperiret communem obſeruantiam in contrarium, quia tunc, quo ad illa, & in his quæ iam perfecta ſunt. uidetur noui iuris editoria, & ideo non trahitur ad præterita, ut not. gloſſ. in c. 1. in uerbo, de cætero. de poſtula. præl. in 6. per quam ita tenent do. Ant. & Domi. hic, & do. Ant. in c. fi. de ſponſa duor. & Io. de Ana. poſt do. Anto. in c. cum in. de uſu. & Domi. in d. c. 1. dicens ex illa gl. colligi unam limitationem ad no. hic, & dicit eſſe ſimilem in c. unico, in uerbo, receperint. de cleric. non reſi. in 6. & ibi hoc etiam repetit Domi. ponderando illam gloſſ. Facit, quod no. Ang. in dicto con ſil. 53. relato ſ. in 5. limitatione præcedentis fallentiæ cum iuribus hic allegatis, & quod not. Imola in clemen. ſtatutum. uerſic. uidere. de elect. & in clemen. j. uer. clarius poteſtis dicere. de elect. poſt Bertrand. ibi. ¶ Sed quia Imol. & d. Abb. hic, licet diuerſis uiis, aduerſantur aliqualiter huic dicto do. Ant. ideo pro concordia ex dictis ſuis & aliorum alibi diſtinguere oportet duos caſus. Primus caſus eſt, quando conſuetudo præterita eſt dubia, quia ius contrarium erat multipliciter intelligibile, & tunc procedat hæc limitatio, ſecundum do. Abb. hic, quia ille probabilis error ſuſtentabit geſta in præteritum. Et ita intelligit glo. in d. c. 1. quæ paulo poſt confirmabitur. ¶ Et ſi diceretur, ut dicit hic Imol. quòd licet iſta ſit iuſta cauſa dandi ſolum legem futuris, tamen ſi l. ſimpliciter loquitur declarando, comprehendit etiam hoc caſu præterita, per d. c. 1. uerſ. de cætero. a contrario ſenſu, & hoc motiuum tetigit Abb. in cap. fin. poſt princip. uerſic. in contrarium poſſet adduci. de ſpon. duo. reſponderi poteſt, quòd illud uerbum ſit poſitũ ad maiorem expreſſionem, & pro hoc non colligitur argumentum a contrario ſenſu, quia reſultaret abſurdum propter alia iura, uidelicet propter legem, Barbarius. ff. de officio præt. cum materia, & quia iniiceretur laqueus ei, qui non peccauit, contra l. iubemus. C. de teſta. ibi, quid enim peccauit antiquitas. & contra iura allegata in d. 5. limitat. præcedentis fallentiæ, & per gloſſ. in d. uerbo, de cætero, &

Et non eſt mirum, quòd lex aliquando exprimat uerba, quæ aliàs ſubintelligebantur, quia, ut dicit Ioan. And. ad multa in cap. nimis. lo 1. de exceſ. præla. ſæpe bis idem ponitur ad euitandam malitioſam & ſophiſticam interpretationem. Vnde dicit do. Card. in clemen. 1. in princip. de pœnis. quia licet text. ibi dicat, quòd lineam maſculinam non ſequitur, quòd ſi hoc non fuiſſet dictum, ueniſſet linea fœminea, quia iam erat ſancitum in c. ubicunque. de pœn. in 6. Sicut etiam dicit do. Abb. in c. uenerabili. de offic. dele. quòd iſtud, quod ſubintelligitur, ſæpe ponitur ad maiorem expreſſionem. Et ideo dicit Paul. de Caſt. conſilio 99. quòd glo. iuris ciuilis appellant hanc inculcationẽ uerborum. Et dicit do. Card. in clem. 1. in princip. in 9. not. de priuile. quòd ſæpe utimur locutionibus impropriis cauſa maioris expreſſionis, ut etiam concor. ſatis ibi in gloſſ. in uerbo, utamur. Quinimò in propoſito dicit do. Car. in d. cle. 1. de elect. in 57. q. quòd etiamſi non eſſet uerbum De cætero, illa conſtitutio non traheretur ad præterita. Eſt uerum, quòd gloſſ. in clem. ſi una. in uerſic. decernimus. de reb. eccleſ. non alie. ſenſit, quòd declarata irrationabilitate primæ opi. uideantur ſublata etiam præterita, pro quibus uigebat conſuetudo. Et ideo Domi. hic clarius, quàm do. Anton. limitat hunc primum caſum, niſi l. noua declararet irrationabilitatem præteritæ conſuetudinis. Sed dicas, ut ſubtiliter dicunt Paul. de Leaza. & Zenze. in d. cle. ſi una. quos latè ſequitur ibi d. Card. & etiã Imol. quòd Papa ibi damnat effectum conſuetudinis, & ipſam conſuetudinem de nouo inducendam, ſed prius facta caſſari non debent, quia pro præterita conſuetudine erat probabile dubium, propter opi. Doct. quas in illa materia ipſi remouerant: ex quibus rationabiliter excuſantur prius geſta. Et ideo ex illis dictis Doct. remanet ille caſus confirmatus, imò ampliatus, etiãſi lex declaret ueterem conſuetudinem non fuiſſe rationabilem: quicquid dicat Domi. Et ad hoc etiam bene faciunt, quæ ſcribit do. Card. in cle. j. in priu. in 26. q. de ſe. ecc. non alie. & do. Abb. in cap. capellanus. de feriis. & optimè facit, quod ſtatim dicetur in 3. limitatione huius fallentiæ. Dicas tamen, quòd non teneret actus geſtus ante l. declaratoriam uigore opinionis unius doctrinæ, pro qua nõ eſſet cõſuetudo in illo loco, ſecundum Imo. poſt do. Anto. in d. cle. ſtatuimus. uerſ. do. Anto. putat, de elect. Et ideo dicit ibi do. Card. in 5. q. quòd de acquiſitis ex tali opi. tenetur quis ad reſtitutionem, licet aliam pœnam non incurrat, ut in quarta limitatione huius fallentiæ. Et ſecundum iſta poteſt intelligi dictum Domi. in cap. perpetuò. uerſ. not. iſtud dictũ. de cenſi. in 6. ubi colligitur ex dicto Ioa. An. quòd ſi Papa per uiã declarationis approbat unam de opi. contrariis, illa declaratio trahitur ad præterita. ¶ Secundus caſus eſt, quãdo conſuetudo præterita non reputabitur rationabilis a maioris doctis: & tunc iſta limitatio non procedit. Sed imò conſtitutio declarans trahetur ad præterita: & non ſuſtentabitur uirtute talis conſuetudinis, ſecundum do. Abb. hic pro quo uide text. opti. in c. inter dilectos. in uerſi. excuſatio. de exceſſi. præl. & text. in c. aqua. de conſec. eccl. uel alta. Per quem colligit do. Abb. ibi, quòd geſta uirtute talis cõſuetudinis ſunt nulla, niſi de miſericordia tollerentur, prout fit ibi & in c. 4. in uerb. de cætero. & in c. cùm uenerabilis. in uerb. corruptela. & in uerbo, de cætero. de conſuetud. & in c. fin. in uerbo, de cætero. de ſponſa. duo. & in c. 1. in uer. corruptelam. & in uerbo, de cætero. de conſuc. in 6. & in clemen. 1. in uerbo. de cætero. de elect. ubi iura in tali caſu utuntur miniſterio uerbi excludentis præteritum tempus: & tunc res eſt clara, ut not. hic Domi. ſic reſtringens iſtum caſum. Et ita reducas, quod ſcribit Dom. poſt Ioan. An. in c. Abbates uerſic. quarto, an abbates. de priuile. in 6. & in c. unico, uer. Ioan. Mo. ſoluit. de biga. in 6. & in d. c. ex antiquis. uer. & hæc limitatio. Et ibi ponit modos cognoſcendi uerba, quæ excludunt præterita tempora, putà uerbum Decernimus, Statuimus, uel Per hanc noſtrã conſtitutionem. Alle. gloſſ. in d. c. 1. de cleri. non reſid. in 6. Et idem in uerbo De cætero, Deinceps[a], In poſterum[b], & ſimilibus: quibus appoſitis lex nullo caſu trahitur ad præterita, ſecundum eum: & hæc, quo ad ſecundam limitationem ad hanc fallentiam ſecundam. ¶ Tertiò li-

a *Deinceps] De hoc uerbo Deinceps, uide gloſſ. in cle. eos. de reg.*

b *In poſterum] de hoc*

de hoc uerbo, In 7 poſterũ, uide glo. & Card. in cle. j. 17. q. de conſib.

mita hanc ſecundam fallentiam, niſi † ſecundum opi. Doct. præcedentem lata fuiſſet aliqua ſententia: quia licet cõſtitutio noua declaret errorem illius opinionis, tamen ſententia non reuocabitur, ſecundum Vincen. hic latè, quem ſequuntur Ioan. An. do. Anto. & Imol. hic, & Domi. in d. c. ex antiquis. Mouentur per l. Barbarius. ff. de offic. præto. & per not. per Innocent. in c. nihil. de elect. & quia iudex debet iudicare ſecundum ll. ſcriptas & non ſcriptas, in authent. de leno. §. omnes. & ideo ſatis uidetur, quòd iudex iudicet ſecundum intellectũ, qui tunc ſeruabatur. Facit, quod not. Domi. in c. humanũ genus. j. diſtinct. ubi dicit, quòd non imputatur ei, qui tenuit opi. probabilem, licet ſuperuenerit lex illam declarans & reprobans. Facit, quod not. Innocent. in cap. per tuas. lo a. de ſim. cum concord. ¶ Excipiuntur ab iſta limitatione tres caſus. Primus eſt, quando a ſententia eſſet appellatum: quia ſi pendente appellatione ſuperueniat lex declaratoria, illa ſequenda eſt ſecundum Vincen. & prædictos hic, per ca. cùm cauſa. de re iud. ubi iudex appellationis reuocat primam ſententiam, quæ erat fundata in conſuetudine. Et hoc dictum reputat hic Imol. multùm notabile ad limitationẽ eorum, quæ ſ. dixi in 3. limitatione primæ fallentiæ, in qua habitum fuit, quòd lex noua nominans præterita, non trahitur ad pendentia per uiam appellationis. Et ratio ſpecialitatis eſt hic, quia cùm per declarationem appareat ueritas, illam debet iudex imitari, c. ueritate. 8. diſt. Sed in alijs caſibus debet ſequi iura, quæ uigebant tempore primæ ſententiæ, per iura alle. in d. limitatione. ¶ Secundus eſt in ſacramentalibus, in quibus ſententia lata uigore opi. ueteris nõ niter reprobatæ eſt reuocãda. Ita cõcorditer dicunt omnes prædicti propter periculum animarum, & alle. c. ueniens. de presby. non bapti. & ſequitur Domi. in d. c. ex multis. ¶ Tertius caſus eſt in ſententia lata pro matrimonio, quæ mero iure eſt inualida, docto de eius errore. Ita dicit ſolus Imol. hic, & contra omnes prædictos, per l. ſi adulterium cum inceſtu. §. idem Pollioni. ff. de adul. ubi cùm apparuerit matrimonium non poſſe ſubſiſtere, debent coniuges ſeparari. Fatetur tamen, quòd eſt iuſta cauſa diſpenſandi per Papam, per text. in l. qua in prouincia. §. diuus Marcus. ff. de ritu nup. ubi fuit diſpenſatum ex tali cauſa. Et ſic facit ille tex. ſecundum eum, quòd matrimonium non tenebat detecto errore. Nec obſt. c. fi. de ſponſ. duo. Imò potius facit pro, quia ſanè intelligendo ibi interuenit tacita diſpenſatio Papæ, ex quo eſt uſus uerbo De cætero, ſecundũ Imo. hic. ¶ Iſta ſua opi. ut dixi, eſt contra omnes prædictos nolentes, quòd imo ſententia ſuper matrimonio lata non reuocetur ex l. noua declaratoria. Et pro nunc cogitabam, an diſtingui poſſet hoc modo, quòd aut opinio, in qua fundauit ſe ſententia, erat probabiliter Doctorum & approbata per conſuetudinem, & tunc procedat opinio communis, per ea, quæ dixi in ſecunda limitatione huius ſecundæ fallentiæ, & facit c. obijciuntur Iacob. 32. q. 4. & ibi, quando mos erat crimen, non erat maximè, quia dolus tantùm inficit coitum, c. in lectum. 24. q. 2. Aut erat opi. non approbata a conſuetudine, & manifeſtè erronea, & tunc procedat opi. Imol. quia ita erat in iuribus per eum allegatis, ubi fit mentio de coniunctis inceſtuosè in figura matrimonij.

8 ¶ Quartò limita hanc ſecundã fallentiã, niſi † lex declaratoria imponat pœnam de nouo: quia reſpectu pœnæ nõ trahetur ad præterita, ſecundũ do. Ant. do. Abb. Imol. & Dom. hic. Allegãt, quod notat Pau. ĩ proœ. Cle. in uerbo, de cætero. & tex. cũ gl. in cle. 1. in uer. de cætero. de uſur. quã gl. no. ibi do. Abb. & eam facit ſing. do. Car. ibi, in prin. & no. etiã Imol. ibi. allegans pro ipſo c. dixit Sara. 32. q. 4. ubi dicitur, quod pœna criminis ex tempore legis eſt: & idem no. do. Abb. in c. fi. de ſponſ. duo. & Domi. in c. unico, de cle. non reſi. in 6. ponderans glo. ibi in uerbo, receperit. ibi, item nec pœna. Idem no. do. Car. in cle. ſtatuti. in 2. q. de elect. & Domi. in c. quoniam. 47. diſt. ponderans illum tex. in uerbo, poſt hanc diffinitionem. & Io. de Ana. in c. 1. ne præla. uices ſuas. per illũ tex. in uerbo, de cætero. & in c. cũ Chriſtus. poſt dom. Card. ibi, de hæret. & dom. Anton. & Domi. & Ana. in cap. ſignificaſti. de foro compe. & Domi. in cap. j. in prin. quod me. cau. in 6. & dom. Abb. in c. quoniam. de ſi. dicentes hoc optimè probari ibi in uer. de his autem, inducendo, ut per eos. Facit glo. in uerbo, ex nunc. in cle. nolentes. in fi. de hære. Bene facit, quòd no. Domi. in §. leges. iiij. diſt. ubi dicit, quòd conſtitutio cõtinens aliquid, quod eſt iuris diuini, ſi ultrà diſponit, regulatur in eo, ut lex poſitiua. Ita ponderat cap. 2. de conſt. in 6. Ita etiam in propoſito, conſtitutio declaratoria addens aliquid iudicatur, ut ius nouum, in eo quod addit. Benefacit, quód not. Ioan. An. in cap. diſpendia. de reſcri. in 6. ubi dixit, ꝙ conſtitutio, quæ aliàs extenditur ex identitate rationis, nunquam extenditur reſpectu pœnæ: & ſequitur multùm Domi. ibi, & Ioan. do. An. in c. fi. de reſcri. & do. Abb. in proœ. Decretali. §. Gregorius. & do. Anton. in c. fin. de conſue. & idem no. Ioan. And. in c. ſi fortè. de elec. in 6. & ſequitur ibi Domi. Facit ſingulariter dictum Ioan. And. in c. ubi, quia de reſcr. in 6. & ibi per Domi. ad fi. ubi dicit, quòd licet decretum Papæ afficiat ignorantes, c. 1. de conceſ. præben. in 6. non tamen reſpectu pœnæ. Facit, quod notat do. Abbas in c. primo, de loc. ubi dicit, quòd in correlatiuis non fit extenſio reſpectu pœnæ, licet aliàs ſic, ut ibi per eum, de quo tamen ultimo aliter ſenſit in dicto proœmio. Bene facit, quod latè ſcribit Domi. poſt Ioan. And. in c. 2. de conſtit. in 6. ubi concludit, quòd ſtatutum prohibens factum damnatum a iure, non ligat probabiliter ignorantem reſpectu pœnæ, licet omnino faciat actum prohibitum, de quo fuit dictum in c. 2. ſ. eod. Ad idem, quod no. do. Abbas poſt Ioan. And. in ca. ſignificaſti. de foro compe. ubi dicit, quòd cõſtitutio poſitiua fundata in iure diuino, ligat Papam, ſed non reſpectu pœnæ. ¶ Non obſt. huic limitationi tex. in c. cum tu. de uſur. ibi, ſiue ante, ſiue poſt. & ibi, per pœnam, quam ſtatuimus: quia ibi ſtatutum concernebat ordinatoria iudicij, quo caſu nõ habet locum regula huius tex. ut dicetur in 4. fallen. ita. Non enim decidit ibi, qualiter debeat decidi cauſa uſurarum, ſed qualiter uſurarius debeat compelli ad reſtitutionem uſurarum; & ideo illa conſtitutio meritò includit futuram reſtitutionem, ſecundum dom. Abb. hic, & fuit de mente Inno. ibi, ut latè ibi per Ana. Et ideo dicit Domin. hic, & in d. c. ex antiquis, quòd ibi pœna imponitur non reſtituenti uſuras, quod erat de futuro, & ſic non dabat formam præteritis, ſed futuris, quo ad pœnam, & idem ſenſit Bald. in rub. C. de uſur. Et ex iſta reſponſione infero ad id, quod ſignanter no. do. Car. in cle. ſtatutum. in 2. q. de elect. ubi dicit, quòd emolumenta recepta ante illam cle. ſubiacent reſtitutioni, quia illi non fecerant ea ſua, licet quo ad incurrendum pœnam illius cle. ſint excuſati, & ſic expreſsè ſentit, quòd qui malè aliquid percipit ante l. declaratoriam, tenetur reſtituere, & ſic ad actum de futuro. Bene facit ultra omnes tex. optimus in c. cùm ſingula. in uerbo, circa eos. ibi, alioquin. de præben. in 6. ubi iniungitur illis beneficiatis in præteritum, ut dimittant beneficia eo modo, quo ibi ſub pœna nouiter introducta, quia actus dimittendi eſt de futuro, meritò includitur ſub l. & faciunt, quæ j. dicentur in 5. fallentia. ¶ Excipit hic ſolus Imol. unum caſum ab hac limitatione, uidelicet ut intelligatur in pœna, quæ imponitur ipſo iure, ſed ſi ueniret imponenda per iudicẽ, uidetur, quòd poſſit illam imponere pro facto præterito ante conſtitutionem, ſi non erat punitum. Et ita dicit ſe intelligere c. cùm tu. de uſur. & mouetur per id, quod ipſe dixit poſt Ioan. de Lig. in c. 2. ſ. eo. ubi dixit, quòd ſtatutum puniens nouiter factum damnatum a iure, ligat probabiliter ignorantem reſpectu pœnæ, quando pœna non imponitur ipſo iure, ſed uenit imponenda per iudicem, qui uidetur eam iuſtè imponere attentanti factum damnatum. ¶ Sed hoc dictum reprobat Io. de Ana. in c. quoniam. de ſimo. dicens, quòd eſt contra illum tex. ubi pœna imponenda per iudicem, nõ imponitur de his qui litem præceſſerant. Pro hac impugnatione facit, quod indiſtinctè concluſum fuit in d. c. 2. ſ. eo. tenendo contra Io. de Lig. quòd omnino pœna l. nouæ ſuper facto damnato non extendatur ad ignorantes. Et iſtud conſonat per rationes ibi adductas, quæ ſeruiunt in propoſito, & ea, quæ latè dixi ſ. corroborando hanc quartam limitationem. ¶ Fallit tertiò regula huius decr. ubi

9 † lex noua annullat actum ex cauſa de præterito, ſecundũ Bar. in d. l. omnes populi. per l. pe. in fin. C. de inceſt. nup. & ſequuntur do. Ant. & Imo. hic. Sed hoc limitat dom. Abb. hic, dum modò cauſa nullitatis ſit de præterito, ita quòd iu

ferebat

ferebat nullitatem ipſo iure, ſecus autem, ſi actus tenebat, ſed in odium inducitur de nouo caſſatio, quia tunc non debet trahi ad præterita, attento quòd annullatio actus ſuper iure quæſito eſt pœna, ut ipſe not. in c. 2. ē. eo. cum con cor. ibi allegatis. Et reſpectu pœnæ conſtitutio nunquam trahitur ad præterita, ut proximè dictum eſt. ¶ Fallit quar-
10 tò, ubi † lex noua concernit modum ordinandi, ſeu præparandi cauſas, quia includit etiam pendentes, ſecundum gl. in d. c. licet canon. in uerbo, de cætero. & gloſſ. fi. in cle. 2. de iudi. & ibi Imol. & Bar. & Bal. in l. ij. in fi. alleg. in l. fi. C. de iura. cal. per illum tex. & Bar. in d. l. omnes populi. & Bald. in tr. de pa. Conſtan. §. hoc, quod nos. uerſic. tertiò no. quòd iudex. & do. Ant. Imol. & dom. Abb. hic, & eſt communis opi. ſecundum Imol. hic. Et ideo ſtatutum diſponens, quòd debitor, de quo conſtat per inſtrumentum guarentigiatum, debeat capi, extenditur ad debitorem, & inſtrumentum confectum ante ſtatutum, quia non dat modum decidendi cauſam; ſed properandi, ſecundum Bart. in d. l. omnes. & dom. Abb. hic. Pro quib. uide Bal. in c. fin. in fi. j. ut lite pen. Et ibi dixit, quòd ſtatutum de cauſis compromittendis habet locum etiam in litib. pendentibus, quia iſtud reſpicit magis ordinem procedendi, id eſt, corā quo & qualiter procedatur, quàm deciſionem cauſæ. Et uide Bal. in d. l. leges. C. de legi. ubi dicit, quòd ſi unum officium habet duos iudices, & adiungantur eis tres, uidebuntur adiuncti etiam in litibus pendentib. coram primis, quia ſtatutum reſpicit formam proceſſus. Nec obſt. auth. in medio litis, & c. quia loquitur in l. emanante ad deci. cauſæ, & ita dicit ſe conſuluiſſe Florentiæ de iudicib. ſallitorum. Et hanc fallentiam ponit etiam Bal. facta mentione de hoc conſilio in l. ſancimus. in fi. C. de ſacro ſanc. eccl. & idem conſuluit in illo caſu collegium Peruſinum per multas rationes, & eſt in conſilijs Ang. conſi. 211. incip. primùm eſt uidendum, utrum dicti iudices. ¶ Hanc fallentiam limitas, ut non procedat in proceſſu iam facto, ſed ſolum in proceſſu, qui reſtat, ſecundum Aug. in d. conſi. per d. l. fin. C. de iura. cal. ibi, in primo poſt hanc l. ingreſſu, & idem gl. in d. c. licet canon. quam ſequitur communis opi. ſecundum Imo. hic, & ſequitur d. Abb. in c. uenerabili. de iudi. Et poteſt eſſe ratio, quia iſtud eſſet ligare præterita perfecta, quod non eſt de intentione l. ut eſt dictum in 3. ampliatione, & non eſt mirum, quòd cauſæ inchoatæ ex factis præteritis ligentur l. noua, quia, ſecundum Imol. hic, proceſſus ſecundus eſt, quid futurum meritò comprehenditur, iuxta gloſſ. in cle. 2. de æta. & qua. & in cle. 1. de teſta. de quibus fiet mentio in ſequenti fallentia. ¶ Diſputatiuè tamen teneri poſſet, quòd iſta 4. fallentia nunquam procederet, ſecundum Imol. hic, & primò in cauſa appellationis, per tex. in authen. ut cùm de ap. cog. in prin. ubi apertè dicitur, ſecundum eum, quòd talis cauſa nedum debet determinari ſecundum l. antiquam, ſed examinari, ſecundò generaliter etiam in cauſa principali. Videtur idem per iſtum tex. cum ſuis concor. niſi lex noua loquens de ordinatorijs expreſsè nominet lites pendentes, prout fit in d. l. ij. C. de iur. cal. cum ſimil. Tamen communis opi. eſt illa, de qua ſuprà ſecundum eum ita in ſuſpē ſo remanentem. ¶ Sed aduerte primò: quia tex. in d. authē. ut cùm de app. cog. non dicit aliquid de examinatione, licet loquatur de examinatoribus in iudicibus: & dicit, quòd debeant dare terminum negocio ſecundum ueteres ll. quæ uerba non important examinationem, ſed ultimationem, quæ fit per ſententiam, ut de ſe patet: & ſic loquitur de deciſ. Secundò aduerte: quia mirum eſt quòd Imol. non attribuat hanc ſuam impugnationem: quia Iac. de Bel. qui latè ita tenuit in d. authē. ut cùm de ap. uolens, quòd conſtitutio diſponens ſuper ordinatione iudicij, non trahatur ad pendentia: & inducit multa iura, in quibus fit mentio de cauſis pendentibus, per quæ apparet a contrario, quòd aliàs non cōprehēdebantur. Et eius dicta refert Ioan. An. in d. cap. licet canon. dicens, propter hoc non eſſe recedendum a glo. ibi: & quòd illa iura capiuntur pendentia, quia iuſtum & æquum eſt ſic fieri, per iſtud non eſt dare l. præteritis, imo actis futuris, ſecundum eum. Sed opi. Iac. de Bel. & Imol. hic ſaluari poſſent in actib. proceſſus futuri, qui ueniunt per uiam executionis ad actus præteritos: quia lex diſponit ſuper iſto actu, & non ſuper executione, non trahetur ad executionem, per tex. hic, & in cap. ſtatuimus. & de ma. & obe. ſecundū Do. in d. c. licet canō. Quādo uſit actua eſt partim de præterito, partim de futuro, dicendū eſt, ut generaliter dicetur in ſequenti fallentia. Et ad rationem Imo. fundatam in iſto tex. iam reſponſum eſt, quòd iſtud eſt potius ligare futura, quàm præterita, & licet iura ſuper iſtis utantur uerbis præteriti temporis, per hoc non debet argui a contrario, ſecus eſſet, ſi non uterentur, ut no. gl. fi. in h. in d. cle. 2. de iudi. pro qua facit, quod dixi ſ. in ſecunda limitatione ſecundæ fallentiæ, uer. & non eſt mirum. Item quia reſultaret abſurditas ad iſtum tex. uolentē, quòd lex concernat futura, & ipſe proceſſus futurus eſt reſpectu actuum futurorum, licet cauſa pendeat, ubi autem eſt iudicatum, uel facta relatio, ſecus eſt, per prædicta. Et iſtis adde, quod no. Bar. in l. j. ff. de pœnis. ubi dicit, quòd ad deciſionem cauſarum præteritarum licitè allegatur l. hodie abrogata, quæ tunc uigebat. ¶ Fallit quintò regula hu-
11 ius decr. quando † factum de præterito expectat perfectionem ſuam, & complementum a facto futuro, quia lex noua ipſum comprehendit, ut eſt glo. & ibi do. Abb. in cle. 2. in uerbo, in poſterum. de æta. & quali. Ex qua etiam hoc colligit ibi Imol. poſt do. Ant. dicens, quòd ubi conſtitutio certam dat formam actui, licet actus ille fiendus in futurum habeat ortum ex cauſa de præterito, tamen ſubijcitur conſtitutioni nouæ. Et ſimiliter dicit ibi do. Car. illam glo. eſſe ſing. & ſignandam, quòd quando conſtitutio concernit aliquid productiuum plurium effectuum, concernit præterita reſpectu effectuum futurorum. Illam gloſſ. no. etiam Dom. in d. c. licet canon. quam uide. Bene facit glo. Gul. de monte Lauduno in extrauag. Io. 22. ſuſcepti ſuper uerbo, uacantium. Ad idem, quod notat Bald. in l. ſi ita ſcriptum. §. fi. ff. de leg. ij. ubi dicit, quòd ſi ſtatutū dat præmiū capienti bannitum, & præſentanti eum poteſtati, comprehendit eum, qui cœpit ante ſtatutū, & præſentauit poſt. Simile eſt, quod no. Bald. in l. illa. poſt medium. C. de dona. dicens, quòd ſi ſtatutum excludit filiam dotatā a ſucceſſione dotantis, includit dotatas ante ſtatutum, ſi moritur dotans poſt ſtatutum: ſecus, ſi mortuus eſſet ante ſtatutum, ut ibi per eum per illum tex. Ad idem, quod no. Domi. poſt Io. An. in c. auaritiæ. de elect. in 6. dicens, quòd illa conſtitutio comprehendit etiam electum, qui ante electionem legitimè adminiſtrabat fortè, ut œconomus, propter uerbum Gerere, poſitum in tex. quod nedum prohibet officium adminiſtrationis recipere, ſed gerere: & ſic actus præteritus nondum finitus ligatur. Similiter dicit Domi. in cap. fin. de elect. in 6. quòd in electionibus factis ante illam conſtitutionem, debet fieri confirmatio ſecundum formam, de qua ibi: quia non datur forma electioni præteritæ, ſed confirmationi futuræ: & alleg. gl. in d. clemen. 2. Ad idem uide gl. in uerbo, uterentur. in clemen. 2. de uit. & honeſt. cle. & ibi Imol. uer. no. bene hanc glo. Et per illam glo. dicit Bal. in d. l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur. quòd ſtatutum prohibēs fœminis certa genera ueſtium, intelligitur etiam de ueſtibus antea factis. quia eas non poterunt portare. Idem etiam ſentit gl. cum prædictis in cle. j. in uerbo, tranſierunt, de regu. & gl. fi. in c. j. de iniur. in 6. quam ad hoc not. ibi Domi. & gl. in cle. j. de teſti. ſtatim alleg. ¶ Recipit autem iſta fallentia duas declarationes. Prima eſt, ut non procedat, quando per extēſionem legis nouæ ad executionem de futuro fieret reſtrictio ad actum de præterito, faciendo ipſam duriorem & aſperiorem, quàm eſſet tempore actus geſti. Ita decidit Dom. in capit. ante triennium. in no. 31. diſtin. per illum tex. ubi conſtitutio diſponebat ſuper ſeruanda deinceps caſtitate diaconorū Orientaliū, & tamen non extenditur ad illos, qui contraxerant matrimoniū ante. Et ad hoc faciūt no. per d. An. Imo. & d. Ab. in c. cū dilectus. quod me. cauſa. & Arch. in cap. geſta. 24. diſt. & Ioan. And. & dom. Abb. in cap. ſuper eodem de reg. & Arch. in cap. certæ. 12. q. j. cum concor. in quibus habetur, quòd lex noua imponens religioſis aſperiorem uitam, in dubio non trahitur ad receptos ante legem. Quod ſoleo limitare, niſi lex noua reduceret eos ad ſtatum conſuetum, a quo eſſent collapſi, ut per Doc. in capitul. ab exordio. 35. diſt. de quo aliàs. ¶ Secunda declaratio huius fallentiæ eſt, ut non procedat in futuris, quæ nullo modo ſunt ſeparata, ſed omnino connexa cum præteritis, & habent omnimodam dependentiam, adeò quòd

quòd ſi poſſet conſtitutio reſpicere actum de ſuturo, quin-etiam tangeret actum præteritum, quia tunc talia ſutura regulantur tanquam præterita. Ita declarat do. Abb. in ca. paſtoralia. §. uerùm. de ap. & hic, motus per gloſſ. ordina. in cle. j. in uerbo, deputata. de teſta. & ibi habes exemplum, quod reaſſumitur per do. Abb. hic, & in d. cle. t. in prin. ubi facis illam gl. ſing. & idem do. Car. ibi dicens, eam ualere ad multa, & eã tanquam ſing. reaſſumit etiam ibi Imo. clarè, uer. no. bene ſing. glo. & latius & clariùs idem Imol. in d. cle. 2. uer. ſed contra prædicta. de æta. & qua. & Dom. in d. c. ex antiquis. uerſi. tertio, quando reperitur. dicens pro illa gl. optimè facere tex. in c. ſi. §. ſi autem. de conceſ. præb. in 6. ubi conſtitutio non inducit executionem actus de ſuturo, qui uenit connexè & acceſſoriè ad actus de præterito. Nec colligas ibi argumentum a contrario ſenſu, quòd ubi illud non exprimeretur, ſecus eſſet, quia obſtat uerbũ Certum eſt, ibi poſitum, denotans illam l. non eſſe in hoc noui iuris promulgatoriam. Subdit Domi. in d. c. ex antiquis. quòd ubi factum de ſuturo habens connexitatem cum facto de præterito, poteſt includi abſque eo, quod tangitur factum de præterito, tunc conſtitutio extenderetur ad tale factum. Et hoc uoluit gl. in d. cle. 1. licet clarè non exprimat. Sed quod ſic uoluerit, patet ex tex. in c. ſuper eo. J. de ap. quem alleg. ſecundum eum. Ad quod ultimum uide eundem in c. licet canon. ubi pro hoc no. gl. ibi, & gl. ſi. in cle. 2. de iudic. & faciunt notata ſ. in iſta ultima fallentia. ¶ Sub iſta declaratione plurima includi poſſunt, & maximè tex. hic iuncto c. ſtatuimus. de ma. & obe. Nam ſedere iſtos nouos canonicos ante alios, eſt quid ſuturum, & tamen conſtitutio non comprehendit illos, ſecundum Dom. hic, & optimè faciunt notata per Ioan. And. in regula, ſine culpa. in Mercu. dum ponis, quòd legitimatio primogeniti non tollit ius primogeniture quæſitum ſecundo legitimè nato. Idem facit tex. in l. teſtium. C. de teſti. ibi, is, ſcilicet qui iam ſine ſcriptis, &c. ubi forma data in probandis ſolutionibus non intelligitur de ſolutionibus cœptis, ſed de ſuturis. Facit elegans conſilium Fed. 294. Factum tale eſt, ante conſtitutionem Clementis. ubi latè concludit, quòd guardianus fratrum Minorũ deputatus executor ante cle. exiui. de uerb. ſig. poteſt exequi poſt ipſam cle. ne remaneat deluſa opinio teſtatoris, qui fretus fide habita in tali uiro excuſabiliter eum elegit l. non condita, ut ibi per eum. Itẽ conueniunt ea, quæ dixi ſ. in §. ampliatione, quæ omnia ſeruiunt etiam huic declarationi. ¶ Eſt uerum, quòd do. Ant. & Domi. hic reprobant opi. Fede. in d. conſ. uolentes, quòd imo guardianus datus executor ante d. cle. non poſſit poſt ipſam exequi, quia cle. dat formam acceptationi executionis & actui, qui erat de futuro. Ergo ipſum includit, propter gl. in d. cle. 2. de æta. & qua. cum concor. Et in hanc opi. uidetur tacitè inclinare hic Imol. per aliam rationem, uidelicet quia d. cle. uidetur procedere declarando. Ergo trahitur ad præterita, ut ſ. in x. fallentia. Et tanto fortius, quantò executio eſt de futuro. Et negari non poteſt, quin iſte punctus ſit dubius, & fortius per pertinaces dilatabilis. ¶ Sed fortè poſſet ſic diſtingui pro concor. opi. quòd aut edita d. cle. teſtator adhuc uiuebat, & habebit locum opinio iſtorum, quia imputandum eſt ei, cur teſtamentum non correxit, ſi non fuit repentina morte inuaſus. Et hoc optimè probatur per id, quod dixit Angel. in d. authen. ut cùm de ap. cog. quam retuli ſ. in ſi. tertiæ amplia. & ceſſant multæ rationes Fed. Aut teſtator mortuus erat ante d. cle. & tunc procedat opi. Fede. per rationes ſuas multũ æquas, quibus non obſt. quòd illa cle. det formam acceptationi, quia licet acceptatio ſit actus futurus, tamen eſt adeo connexus cum teſtamento, quòd ea facta impoſſibili irritatur in ea parte teſtamentum. Et ſic tanguntur neceſſariò præterita, quod eſt contra hanc ſecundam declarationem, & contra d. s. ampliationem. Nec obſt. quòd illa cle. procedit declarando, quia declarat id, quòd habebas communẽ opi. in contrarium, ſecundum Imo. hic, & ideo non trahitur ad præterita, per id, quod eſt dictum ſ. in 2. limitatione ſecundæ fallentiæ. Et pro hac parte adduco diſputationem Iac. Bu. & no. & optimè inſeruientem, quem ſequitur Pet. de Anch. in repe. c. 1. uer. ſubijcio q. ſ. eod. ubi refert q. diſputatam per dictum Iac. in qua concludit, quòd fratres non tenentur dare quartam parochiano de legato obueniente eis ex teſtamento condito ante cle. dudum. de ſepul. licet ipſum legatum habeant ex poſt. Et pro hoc faciunt multa, de quibus ibi, & facit optimè, quod eſt dictũ in §. amplia. huius regulæ. Ex quibus inferri poteſt, quòd ius quæſitum fratribus ſuper integritate legati, non debet eis auferri per legem nouam ſimpliciter loquentem. Et quamuis, quo ad terminos illarum cle. iſta nihil hodie proſint, tamen ad deciſionem ſimilium q. maximè in conſtitutionibus & ſtatutis, quæ de nouo quotidie fiunt, mirum in modũ ſeruire poſſent. ¶ Et eſt bene no. quod ſignanter ſubdit Fed. d. conſi. 294. in ſin. uidelicet quòd licet guardianus non poſſit eſſe executor, ut in d. cle. exiui. ſi tamen nullo opponente executus fuerit, ualebis executio,[a] ſicut clerico conſtituto in ſacris, eſt interdictum officium tabellionis, & tamen ſi inſtrumenta conficiat, ualent, ſecundum Ioan. And. poſt Hoſt. in c. ſicut. ne clerici, uel mo. & quia hic non eſt interdictum propter uitium ſuæ perſonæ, uel defectum, ſed propter ſtatum ſuæ perſonæ & perfectionis regulæ, ſicut dicitur de epiſcopo, qui propter dignitatem perſonæ ſuæ non debet aliquẽ per ſe uerberare. Et idem in ſimilibus exemplis poſitis per Ioan. And. in regula, non poteſt quis. de reg. iur. in 6. ſecundum eũ. Et in multis iuris articulis ſunt aliquæ perſonæ prohibitæ ab aliquo actu, ſi tamen illũ actum exercuerint nemine ſe opponente, ualet, ſicut de milite, ne ſit procurator, & de excommunicato, ne agat, l. filius fa. ff. de proc. & c. pia. de excep. in 6. Et hoc dictum Fed. ſequuntur per no. do. Ant. Imo. & Domi. hic, & Lud. latè conſi. 490. incip. Omnipotentis, &c. quo ad primũ. Et ex ipſo potes ſumere doctrinã ualde utilem, quòd actus factus per perſonã, quã lex inhabilitat ſolũ propter honeſtatẽ, ualet, ſi nõ opponatur. Quod perpetuò no. ad materiã l. nõ dubiũ. C. de legib. cum concord. ¶ Demũ, ut iſta quinta fallentia ſit clarior, non omitto nouam opin. Io. de Imo. hic, qui inhærens uni motiuo, per quod in hac materia uoluit multa noua attentare, firmat, quòd imo conſtitutio noua reſpiciens executionem, nunquam extenditur ad executionem actuum præteritorum futuram, niſi utatur uerbis præteriti temporis: quod eſt contra glo. & Doc. in hac fallentia allegatus. Mouetur dupliciter. Primò, quia tex. in d. cle. 2. de æta. & quali. dicit, ſunt mancipati: & tex. in cle. j. de teſta. dicit, deputatis. quæ uerba de ſe ſunt apta comprehendere præterita nondum executa: & ideo ſumpto arg. a contrario ſenſu, ſi non eſſent illa uerba, ſtaret firma regula huius decr. a qua non eſt recedendum in alijs caſibus non habentibus illa uerba. Secundò mouetur ex dictis Bar. in d. l. oẽs populi. in 5. q. dum dicit, quòd ſtatutum præferens maſculum fœminæ in ſucceſſione ab inteſtato, non habet locum, ſi is, de cuius bonis agitur, mortuus eſt ante ſtatutum, licet fœmina nondum habuiſſet portionem ſuam condito teſtamento. Ergo lex noua comprehendit executionem actuum præteritorum, ſecundum eum. ¶ Puto ſequendam eſſe opi. communem, quam ipſemet Imo. latè ſecutus eſt in locis in hac fallentia allegatis: quia iſtud comprehendere executionem, quæ non immutat actum præteritum, eſt propriũ officiũ legis, quia concernit futura. Non obſtat, quod in illis clem. ſunt uerba præteriti temporis: quia poteſt reſpõderi ſufficienter ex his, quæ dixi ſ. in 2. limitatio. ſecundæ fallẽtiæ, uerſ. primus caſus. ibi, & non eſt mirum. & ex his, quæ dixi in 4. fallen. uer. diſputatiuè. Tamen ualet, quòd ad maiorẽ expreſſionem ſint poſita illa uerba, prout dicit gl. ſi. in ſimili propoſito in cle. 2. de iudi. ibi, dato tamen. Et hinc eſt, quòd in hac materia quandoque lex noua utitur plenioribus uerbis, ubi non oporteret. Patet in c. ſi. §. ſi autem. de conceſ. præben. in 6. ubi dicitur, quòd conſtitutio noua non trahitur ad præterita connexa inſeparabiliter cum futuris: & dicit Certum eſt: ex quo uerbo apparet, quòd ſæpe ſit mentio ad cautelam, de eo quod ſubintelligebatur ſine expreſſione. Quare autem hoc ſiat, reſponde ex dictis in d. uer. primus caſus.

[a] *Executio*] *Sed quid ſi teſtator ultrà procederet annullando actum ſine conſilio guardiani fratrum Minorum? Dic, quod tunc omnino eius conſilium eſt ſequendum, et ualebit eius executio, ſecundum Bal. in rub. C. de inſtitu. in uerſ. ſed quid ſi teſtator. & in authẽ. ingreſſi. uerſ. quid ſi teſtator dicit, ff. de ſa. ſan. ec cle. contra Bar. in l. j. §. ſi plures. in uerſ. et per hoc dico, quòd quãdo. ff. de exerci.*

.caſus. & ex tex. in cle. j. ad fi. ibi, quamuis com. de pœnis.
Non obſt. dictum Bar. in l. omnes populi. ff. de iuſti. & iu-
re. quia ibi ſumus in caſu quartæ ampliationis, de qua ſ.
Et ſecunda declaratio huius fallentiæ, in quo caſu hæc fal
lentia non procedit, uulet, ubi executio tangi non poteſt
ſine mutatione actus præteriti. ſ. iuris iam quæſiti fœminæ
ex morte alterius, quod ius ſtatuti non tollit, ut in ſimili
dixit ipſemet Imol. hic contra Bar. in q. reſtituendæ dotis,
de qua in d. 3. ampliatione, & in. Bal. in propoſito in d. l.
illa. C. de dona. Et pro complemento huius fallentiæ uide
aliqua per Domi. in d. c. ex multis, quem non refero, quia
ex prædictis deciduntur. ¶ Fallit ſextò regula huius decre.
12 ubi † conſtitutio dat exceptionē, uel tollit, quia ſi exceptio
oritur poſt ſtatutum, ſubiacet ipſi ſtatuto reſpectu contra-
ctus facti ante ſtatutum, ſecundum Bar. in d. l. omnes po-
puli. & do. Ant. Imo. & d. Abb. hic per l. teſtamentū. C. de te
ſta. & l. pen. C. de uſur. & facit, quod habetur in l. ſi ſeus. ff.
de iur. fiſci. niſi aliud exprimeretur in ſtatuto. Et ſic poteſt
intelligi, quod habetur in auth. hæc conſtitutio innouat. ſe
cundum Imol. hic. ¶ Et ex hac fallentia inferunt prædicti,
quòd ſi ſtatutum nouum diſponit, ut contra inſtrumentū
guarentigiæ admittatur ſolu exceptio ſolutionis, inſtrumē
tum confectum ante ſtatutum ſubiacebit ſtatuto, quia con
cernit ordinē procedendi. Et ſic ſumus in quarta fallentia,
de qua. ſ. & non poterunt opponi aliæ exceptiones, quæ eſ-
ſent ortæ poſt ſtatutū, ſecundum iſtos. Vbi aūt eſſent prius
ortæ, poſſent opponi, quia non intendit ſtatutum tollere
ius antè quæſitum. Subdit & Bart. & ſequuntur prædicti;
quod facto ſtatuto, quòd poſſeſſor bonæ fidei præſcribat quin-
que annis, poſſeſſio cœpta ante ſtatutum, non computa-
tur, ſed debet inchoari quinquennium de nouo, per ratio-
nes, quas uide per Bart. cui nihil addo. Et ad hanc fallentiā
uide, quod not. Ang. in d. auth. ut eſt de appell. cognoſ. in
fi. prin. & Bal. in d. l. leges. in fi. ¶ Fallit ſeptimò regula hu-
13 ius decret. ubi † lex, ſeu ſtatutum aliquid indulget, quia
etiamſi loquatur per uerba futuri temporis, non extēditur
ad futura, ne detur materia delinquendi. De hoc eſt text.
ſingu. limitans hanc materiam in l. cùm lex. ff. de legi. Per
quem tex. dicunt ibi Bart. & Bal. quod ſtatutum diſponens, quod
quilibet bannitus extrahatur de banno ſoluendo x. non ha
bet locum in banniendo in futurum, quia daretur materia
delinquendi. Et hoc dictum ſequuntur hic d. Ant. & Imol.
Idem Do. in d. c. ex antiquis. & hic, adducens pro hoc, quia
lex priuilegiatiua non ſequitur naturam legis. Alleg. gl. in
proœ. Clemen. in uerbo, de cætero. quæ de facto dicit con
trarium, poſt princip. ibi, quo caſu imitari debet. Et iſtud
de bannito fuit originale dictum Odoſ. ut refert & ſe-
quitur Sal. in l. ij. C. de generali aboli. dicens, beneficium
talis ſtatuti non extendi ad poſtea accuſatos. Nec obſt.
iſte textus cum ſimili, quia in deciſiuis lex dat formam
futuris negotijs. Et idem in ſolennitatibus adhibendis.
Sed in remiſſionibus pœnarum ex beneficio conceſſis
ſecus, ne detur uia delinquendi, ſecūdum eum. Facit, quod
no. idem Sal. poſt Iac. But. in l. caſtigari. C. de adul. ubi dicit,
quòd reſcriptum dans remiſſionem pœnæ infligendæ ante
delictum commiſſum, nō ualeret: quia inuitat ad delinquē-
dum, & quia remitti non poteſt id, ad quod quis nondum
eſt aſtrictus, & quia remiſſio fit pœnitenti: ſed pœnitere &
operari ſimul non poteſt fieri non conſentiente oppoſitorū
contradictore, ſecundum eum: & ſunt uerba Dantis uulga
ta, dum loquitur de Eremita, qui credit ſe poſſe abſolui an-
te peccatum. Et hanc fallentiam ponit etiam Bal. in l. ſi ita.
ff. de aur. & argen. leg. & Domi. poſt Imol. in c. 1. in 2. reſpō-
ſo, de conſti. in 6. & Bald. & Imo. in l. cùm in 2. ff. de iniuſto
teſta. & Bald. in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur. & do. Abb.
in cap. 2. in 2. not. ſ. eod. & Bald. in l. leges. C. de legi. & do.
Ant. in cap. quia circa. de priu. & Imol. in cle. fi. uerſic. ſecun
dò fallit de reſcript. & Albe. in quarta parte ſtatutorū, q. 56.
incip. ſimilis quæſt. Old. & Ange. conſi. 66. incip. municipa-
lis l. ad fi. & Bald. in cap. fi. ad fi. de præſcrip. Bene facit elegās
conſi. Fede. 178. incip. Factum, ex quo iura conſilium, &c.
ubi latè conſuluit, quòd ſtatutum non poteſt habilitare pro
lem illegitimam ad ſucceſſionem, ne aperiatur uia adulte-
rijs & copulæ illicitæ: & quia ſtatutū careret honeſtate, con
tra c. erit ubi. 4. diſt. Ex quo cōſilio. pulchrè infert Domi. c.
j. §. 2. in fi. de fil. presby. in 6. quòd non ualet ſtatutū epiſco-
pi habilitās oēs filios illegitimos ad minores. & ſimplicia be
neficia, quia aperiret uiam peccato: ſecus in diſpenſatione,
quæ ſibi competit: quia illa fit cum cauſæ cognitione, ut
per Innoc. in c. cùm ad monaſteriū. de ſtatu mo. quæ non po
teſt dici accedere tali ſtatuto, per quod induceretur diſpēſa-
tio nimis indiſcreta & uaga, ut ibi latius per eum. ¶ Fallit
14 octauò regula huius decre. ubi † conſtitutio noua impo-
nit pœnam pro aliquo delicto, quæ pœna eſt congrua &
conueniens delicto magis, quā pœna l. ueteris, quia tunc
in puniendo eos, qui deliquerunt ante conſtitutionem no-
uam, ſeruabitur iſta conſtitutio noua, ſecundum Barto. in
d. l. omnes populi. quem ſequuntur hic do. Ant. & Innoc.
Et ideo dicit Bar. ibi, quòd cùm Paduani feciſſent legem,
ne quis ſub pœna capitis uenderet ſal Venetis ſine licen-
tia, deinde per ſecundam l. fuiſſet mutata illa pœna in pecu
niariam, debebit ille, qui uendidit tempore primæ l. hodie
puniri per l. nouam: quia prima pœna fuit nimis rigoro-
ſa, ſecundum eum. Idem in ſimilibus. Et mouetur per tex.
in l. pen. ff. ſi ex noxa. cauſa ag. ubi ſeruus delinquens in
ſeruitute, & accuſatus in libertate, non punitur ut ſeruus,
ſed ut liber. ¶ Hanc fallentiam intellige primò, ſecundū
prædictos, in pœna, quæ augetur, uel diminuitur ex cauſa,
quia in ea imponenda inſpicitur tempus ſententiæ, nō de-
licti, ut eſt dictum. Sed ubi eſſet pœna ordinaria delicti, de-
bet inſpici tempus delicti, per l. j. ff. de pœnis. & c. fi. de ſen
ten. excomm. Et idea hæc fallentia loquitur de pœna con-
gruentiori, ut hic per do. Abb. poſt alios, & per Petr. de An-
cha. clarè in repe. c. 1. uer. quid in delictis. ¶ Secundò intel
lige hanc fallentiam in pœna imponenda per ſententiam,
ſecus, ſi imponitur ipſo iure, quia tunc attenditur ſemper
primum tempus, ſecundum Ioan. Aud. in c. fi. de elec. in 6.
Dat exemplum in c. felicis. & in c. exigit. de cenſi. in 6. &
ſequitur Domin. in d. c. fi. allegans rationem, quia quando
ſtatutum imponit pœnam ipſo iure, dicitur executorium,
per no. in c. licet canon. de elec. in 6. Ad idem facit c. fi. de
ſenten. ex com. ubi in pœna delicti per ius ipſo iure impoſi-
ta attenditur tempus delicti, quo ad tollendam illam pœ-
nam, poſito quòd ſuperueniat cauſa, propter quam aliter
deberet de delicto ſatisfacere. Dicit tamen Ioan. And. in d.
c. fi. de elec. in 6. & ſequitur ibi Domi. quòd ubi lex ſecun-
da uellet primam haberi pro infecta, tūc etiam pœna prius
impoſita ipſo iure eſſet ſublata, per text. cum glo. in cle. 1.
de immu. eccl. & bene facit, quod dixi ſupra, in 1. limi. pri-
mæ fal. Reliqua dicta Ioan. And. in d. c. fin. reducas ad di-
ſtinct. Bart. in d. l. omnes. & Docto. hic, & de materia uide
etiam per Albe. in prima parte ſtatutorum, q. 85. & in 4. par
te, quæſt. 54. & per Ioan. de Lig. in reper. c. cum dilectus. de
conſue. & Bal. in d. l. leges. Et facerent hæc ad quæſt. de per
ſona, quæ tempore ſententiæ mutauit ſtatum, quem habe-
bat tempore delicti, putà ſi efficitur clericus, quæ iura de-
beant attendi in eo puniendo, an iura, quæ conſiderant pri
mum ſtatum, an quæ conſiderant ſecundum? De quo uide
ad ſatietatem per Ioan. And. & do. Anto. in c. 1. de obli. ad
ratio. Bal. & Ange. in l. 1. ff. de pœ. Bald. in l. officiales. C. de
epiſc. & cle. & in l. cùm quædam puella. ff. de iuriſd. om. iu.
& in l. 1. C. an ſeruus ex ſuo facto. & in authen. cauſa, quæ
cum monacho. C. de epiſ. & cle. & Ange. in l. ſi quis poſtea.
ff. de iudi. Pet. de Anch. in regula, ea quæ. ocrſi. 3. quæritur.
de reg. iur. in 6. Ioan. de Ana. poſt Pet. de Anch. in c. ad fal-
ſariorum. de cri. fal. do. Card. in cle. ne in agro. §. quia uerò.
in 7. q. de ſta. mo. Arch. in c. 1. 11. q. 1. Spec. in titu. de reo. in
prin. uer. quid ſi pendente. Iac. But. in l. pe. ff. ſi ex noxa. cau
ſa ag. Bal. in c. cum non ab homine. de iudi. & in c. 1. de mi
li. uaſ. qui bellica arma depo. gloſ. 2. Bal. Ang. & Imol. in l.
nemo poteſt. ff. de leg. 1. Bald. in l. affinitaos. C. communia
de ſuc. & in l. 2. C. ut in poſ. leg. & in l. quædam. C. de fidei-
com. Bar. Brixi. in quæſt. ueneræ, incip. aliquis litigabat.
Iaco. Bu. in l. quiſquis. la 2. C. de epiſ. & cler. Imol. in c. cum
te. de reſcrip. do. Abb. in c. quod clericis. de foro comp. Bal.
in l. idem Vlpianus. ff. de cenſ. tu. & Pe. de Anch. latiſſimè
15 in diſpu. inci. Laicus quidam. ¶ Fallit † nono regula hu-
ius decret. in conſtitutione confirmante, quia trahitur ad
præterita, ſecundum Iac. de Bel. quam refert Bartol. in d. l.
omnes populi. & facit c. 1. de tranſac. & quod habetur in l.
bene à Zenone. C. de qua. præſcrip. Et intellige, ſi conſtitu
tio utitur uerbis, quæ poſſent importare præteritum tem-
pus,

pus, aliàs non, ſecundum Bartol. ibi, & ſequitur Imol. hic, inferens, quòd in caſu l. ſi quis argentum. C. de dona. confirmantur donationes præteritæ, quia lex utitur uerbo Factas, ut hic latius per Imol. ¶ Limita hanc fallentiam, dum modò actus confirmatus retro habuerit uigorem, ſed ſi ſumit uigorem ex confirmante, tunc confirmatum trahitur ad tempus confirmationis, non econtrà, ſecundũ Bald. in d. l. leges. Et ibi dicit idem in infirmatione, nam aut habet uetuſtiorem cauſam efficacem ad infirmandum, & tũc trahitur retro, aut non habet uetuſtiorem cauſam, & tunc non trahitur retro. Iſta probantur in ratione ſui in l. obſeruare. in fin. ff. de offic. proconſul. & in l. ſi quis priore. ff. ad Treb. & in l. tribunus. §. ult. ff. de teſta. ſecundum eum, & ſequitur Pe. de Anc. in d. repeti. capit. j. uerſi. quid dices. ſuprà eod. Et hoc modo intellige, quæ ſcribit Bald. in l. ex placito. uer. ſed pone, actum eſt. C. de rer. permu. dum ſubtiliter ponit, utrùm qui intẽtauit conditionem ex ſtatuto inualido, poſſit obtinere, ſi lite pen. ſuperuenit confirmatio. De quo ibi per eum. ¶ Decimò & ultimò poteſt dici, quòd
16 † regula huius decre. fallit in alijs diſpoſitionibus, præterquam conſtitutionum, quoniam regulariter diſpoſitio ſimpliciter prolata concernit præſentia, uel præterita, non futura. Patet in cap. ad audientiam. lo 2. de eccle. ædi. ubi priuilegium non trahitur ad eccleſiam futuram, & in cle. ſi. de reſcrip. ubi literæ ad beneficia, non trahuntur ad eccleſias futuras. Idem in reſcriptis ad lites, in capitul. ſi. infrà de reſcrip. Et emptio non trahitur ad futura, l. Ratilia Polla. ff. de contrahen. emptio. Idem in iuramento, capitul. clericos de iureiur. cap. 2. de renun. Idem in arbitrio, l. de his. ff. de arb. Idem in tranſactione, l. Aquiliana. ff. de tranſac. Idem in renunciatione, ut per Bartol. & alios in l. qui Romæ §. duo fratres. ff. de uerb. obligat. dicto cap. 2. de renunc. Idem in pignore, l. 4. C. de uſur. Idem in exemptione conceſſa capellis, glo. in c. cùm appell. de priui. per Card. in cle. j. in 4. opp. de cenſ. Idem in confiſcatione: quia non trahitur ad bona futura, c. felicis. ultra medium, de pœnis. in 6. Bar. in l. ſi tibi mandauero. §. 15, cuius. ff. man. Et renuncians ferijs, non intelligitur renunciaſſe futuris, ſecundum Bartol. in l. ij. ff. de fer. Et generaliter de alijs renunciationibus dic. ut per Bar. in d. §. duo fratres. in 20. q. cum concor. quas dedi in d. c. 2. Et facta liberatione ab omni obligatione orta ex forte, non eſt facta liberatio ab obligatione orienda ex forte, ſecundum Abb. conſil. 10. Et uicarius habens mandatum ad caſus epiſcopo competentes & competituros non poteſt expedire caſus nouiter de iure ſpeciali epiſcopo competentes: putà habilitare ſpurium aliquem ex diſpẽſatione Apoſtolica, ſecundum Rotam pulchrè in tit. de offi. uic. cõſil. 3. in antiquioribus. Verùm iſta, & multa his ſimilia, quæ facilè adduci poſſent, exigerẽt per ſe tractatum longũ, & a materia noſtra, extrauagantem: & pro concordia aliorũ iurium, quæ uidẽtur iſtis aduerſari, fiunt multa uerba, quæ ad fallentias reduci poſſent, ſed omitto. Hanc autem fallentiam poſui, non quia multum neceſſaria eſſet, ſed ne ultima decretalis tituli inuideret primæ, cuius dos ſimiliter per x. fallentias expedita fuit. Et ideo generaliter, an & quando diſpoſitio l. uel hominis, fauorabilis, uel odioſa trahatur ad futura, perſequere. ut ſolenniter & magiſtraliter per Bart. in l. ſi ita. ff. de aur. & arg. leg. & latè per d. Anton. in c. quia circa. de priuil. & latiſſimè per Imol. in cle. ſi. in 16. col. cum 20. ſeq. de reſcr. per Arch. in c. frater noſter. 16. q. 1. per Domi. poſt Ioan. And. in c. ſi confirmatis. de elec. in 6. per Io. And. & Domi. in c. licet. de priuil. in 6. cum concor. de quibus in dictis locis. Et ſcias, quòd ad hoc multa inuenies per quoſdam Mod. in famoſo tractatu De ſeru. urb. præd. c. 1. q. 5. dum examinãt de illo, qui promiſit pro certis annis coquere panem pro certo pretio, utrum teneatur ad id pro eodem pretio, ſi familia multùm creuit. Et ibi inferuntur multa, & multa ponit Ludo. in l. damni. §. is, qui uicinas ff. de dam. infe. & Albe. q. 14. in prima parte ſtatutorum, per Ioan. And. in Spe. de renunt. & concluſ. §. 1. uer. quòd ſi quis renunciat. per Domi. in c. authoritate. §. ſi. de priuil. in 6. per Card. in tit. de regula. conſi. 18. per Bald. in c. ad noſtram. lo 2. de iureiu. cum ſi. ¶ Et per has x. fallentias puto expedita omnia potiſſimum neceſſaria ad materiam huius decr. Si qua deſint neceſſaria, recurre ad Doc. hic ſcribentes, quod tamen rarò opportunum erit tam in iſta decr. quàm in toto iſto tit. in quo in omnibus articulis examinatis nihil omiſi ex his, quæ poſt longiſſimam indaginem & ſolennem lucubrationem inuenire potui. Itaque finem facio feſſus continuo iugo tolerato per triennium, in quo ultra quotidianæ lectionis pondus hoc opuſculum ex mera urbanitate & ſupra debitum paulatim publicaui in hoc feliciter renouato gymnaſio Piſano, ubi inter primos profeſſores primum locum gubernaculorum inter Canoniſtas triennio occupaui. Errores, quos in hoc opere commiſiſſe formido, magis in electione, quàm in ordinatione & fideli opinionum relatione, attribuat pius lector iuuentuti noſtræ. Si qua autem bene ordinata & ex omni iurium pelago utili compendio perſtricta forſitan uidebuntur, attribuantur omnium bonorum largitori, cui gratias plurimas agens dicam cum Marone:

Claudite iam riuos pueri, ſat prata biberunt.

Nam patriæ & patria poteſtas repatriare me cogunt propter fidem de redeundo datam, curſu iſto cœlo fauente feliciter conſummato, M. cccclxxvij. xv. Auguſt.

Explicit lectura ſolennis do. Felini Sandei ſuper tit. de Conſtitutionibus.

FELINI SANDEI IN TITVLVM DE RESCRIPTIS.

ORDINABVNTVR Omnes articuli tacti per Doctores, quaſi materiam apoſtillando ex pluribus ab alijs in ſimul non reductis, non tranſportando, neque uſurpando dicta Doctorum, maxime Modernorum, ut ſunt præ cæteris Marianus de Senis, Andreas Siculus, Alex. Imolenſis, & præceptor meus colendiſsimus Franciſcus Aretinus his omnibus re & fama anterior, & felici uita adhuc ſuperſtite poſterior: de quibus meritò dici poſſet, ut ille, quod ipſi non uiderunt, totus mundus ignorat. Ab iſtis quædam luminum faces mihi uelut in obſcuro poſito eminus accenduntur, & tanquam è ſublimi ſpecula, qua greſſum tendere oporteat, eorum ueſtigijs & uocibus monemur, ut de ſe inquit Ruffinus in prin. Hiſtoriæ eccleſiaſticæ. ¶ Stylo etiam compendioſiore utar, quàm uſus fuerim ſuper ti. præcedenti: cùm quòd gaudeant breuitate Moderni: tum, quia re uera longè utilius eſt multos paſſus ſucci plena breuitate deciſiuè perſtringere, quàm paucos longo ſtylo examinatos ampullato oſtentatricique ſuperfluorum diſcurſuum circuitu diffuſiùs cæteris dilatare, attenta commentariorum multiplicata uſque ad nauſeam caterua: quorum multiloquia denuo inculcare, uel iterum more quorundam ad literam tranſcribere, non expedit, ſed potiùs ſuper ipſis quodam modo repertoria contexere perquàm neceſſarium eſt, adaptatis concordia & ordine magnis ac inextricabilibus penè uarietátibus, quæ in tot uoluminum uaſtiſsimo pelago ad numerum capitum numeros ſententiarum efficientes confuſionem in dies maiorem pariunt, fatigataſq; plerunque delicatorum mentes quadam immenſæ profunditatis, inacceſsibiliſque labyrinthi obſcura confuſione perterritas, de uiribus tandem diffidentes, cœptique itineris pœnitentes propè ad deſperationem ac diuinæ huius ſcientiæ poſtergationem perducunt. Qua de re notabilibus, quæ ex more eliciuntur, gloſſarumque & opinionum communiter reiectarum uorticibus extenſiùs in lectionis curſu deductis, ea duntaxat ſtylo potiùs gloſſam, quàm commentum ſapiente, coagulata, ſcribendo percurram, quæ ſtudentium animos poſt aliorum ueterum ac modernorum ampliſsima commenta decurſa, ſuaui quodam & ab eis deſiderato fragantium floſculorum ornamento terſo ac reſoluto breuiloquio depaſcant, & ad inſtar phyſici in ægritudinis calce uocati, omnem rugatæ frontis nebulam aliquantiſper demulceant, mitigent, alleuient. Scio ſcriptum eſſe, Nihil dictum, quin priùs dictum: & apud Horatium,

Scribimus indocti, doctique poemata paſsim.

Plura tamen priùs dicta, ſed non priùs ordinatè reducta: imò errantia, & ſæpe aduerſantia, rudemq; & indigéſtam, ut ille, facientia molem, conſtanti & indefeſſa ſolicitudine uobis iure ueſtro ſic a me exigentibus ordinatiſsima palpabilique claritate componere pro uiribus enitar: fretus in primis diuino auxilio poſtulato, ut docet Iacobus [a] in prima epiſtola, in fide, ſine ulla hæſitatione: de hinc pertinaci iſta ac diuturna aſsiduitate ueſtra, quæ ſtudium mirificè ſupra omnia excitat, & timiditatem in ſcribendo meam omnium maximam inanimat, accendit, impellit: Nec non & librorum meorum copioſa ſatis multitudine, ſed magis longa cum eis præterita familiaritate, non riuulorum, ſed fontium ubertate decocta: Proteſtatione & recognitione imbecillitatis & inſufficientiæ meæ præmiſſa ad proœmium opuſculi a me in tit. præcedente editi, conſtanti, non ficta humilitate ſemper repetita. De cœlo enim, iuxta Aquinatem Satyrum, cecidiſſe memor ſum, Cognoſce teipſum.

1 *Iac.*] *Et adde a Act. cap. 17. & c. in nomine. & ibi Abb. de teſti. & ea. non licet. 16. q. 5. 1. q. 1. cum Paulus. & 26. q. 7. non obſeruetis. tex. in authen. de quæſtio. & in authen. de armis. in princip. col. 6. & tex. in l. in nomine Domini. C. de off. præfec. Afric. etiam Bal. in proœ. quarti libri. C. & in Spec. de aduoc. §. 6. uer. ſuppoſitis. & de inſtru. edi. §. 2. uerſi. ante omnia. Et adde, quod tria operatur in omni opere, ſ. bonum principium, melius medium, & optimum finem, ut per Bald. in prima conſti. digeſtorum, in prin. & in authen. quomodo oporteat epiſcop. in princ.*

De Reſcriptis.

TITVLVS III.

SVMMARIVM.

1 *Reſcriptum habet uim conſtitutionis inter partes, quaſi dicat, non inter alios.*

2 *Reſcriptum habet uim legis inter partes.*

3 *Impetrator reſcripti an poſsit inuito aduerſario renunciare reſcripto? Et uidetur concludere, quod ſic, exceptis quinque caſibus immediate ſequentibus.*

4 *Reſcriptum contra ius eſt ſuſpectum: & ſi conſtat de mente reſcribentis, mutat naturam, & potius eſt priuilegium.*

5 *Reſcripta an ſint ſtrictè interpretanda.*

6 *Surrogatus in ius, quod defuncto competebat quomodolibet, acquirit poſſeſsionem, quia poſſeſsio quæſita & apprehenſa iure eſt.*

7 *Agere quilibet poteſt pro re eccleſiæ alienata, ſicut pro inuaſa.*

8 *Beneficium quid ſit, & qualiter diffiniatur.*

9 *Cancellaria Papæ poteſt omnes cauſas, quæ ſunt de communi iuſtitia, uni committere abſque ſpeciali mandato.*

10 *Signare reſcripta Papæ quis poſſit abſente uicecancellario? Et dicit, quòd unus cardinalis de mandato Papæ.*

11 *Impetrans reſcriptum per ſurreptionem, non eſt falſarius, nec ex communicatus ipſo iure.*

1 CONSIDERA Primò uerba Ioan. And. continuantis hanc rubricam, dum dicit, quòd † reſcriptum habet uim conſtitutionis inter partes, quaſi non inter alios. ¶ Limita ex dictis Arch. & Dominic. in capitul. ignorantia. 38. diſtinct. ubi dicunt, quòd ſi dantur certa forma diffinitioni cauſæ, & poſtea emergat aliud ſimile negotium, poteſt eadem forma diffiniri, per cap. licet. 16. q. 3. ibi, tunc formam pro cæteris cognitionib. ſcripſimus. & c. multi. 2. q. j. ibi, formam ad omnia ſimilia. Et idem no. Ioan. And. in cap. quia enim. de iudi. Et dicit Lud. Ro. conſil. 260. In propoſito caſu. in prin. quòd interpretatio facta per reſcriptum ad poſtulationem unius conceſſum ſuper iuris, uel Apoſtolicæ regulæ intellectu, facit ius generale, quo ad omnes, per l. fin. C. de legi. & per no. in c. in cauſis. de re iud. ¶ Quæ intelligas procedere in reſcripto principis, ſed in reſcripto inferiori etiam habentis poteſtatem legis condendæ non inducitur ex eo lex ſiue reſcribat, ſiue iudicet, aut epiſtolam tranſmittat. Aug. in l. j. ff. de feriis. propter gloſſ. ibi, quæ incipit, Imo derogat. & ſequitur ibi Alexand. poſt alios, quicquid dixerit idem Angel. loquens de epiſtola ducis Venetorum in l. item ueniunt. §. cæterùm. ff. de peti. hære. Quem etiam reprobat Alexand. conſil. mihi numero omnium uoluminum continuatiuo, 465. incipiente, Aliàs de facto conſulenti. aliàs eſt in 5. uol. 97. ubi reſpondes ad d. §. cæterùm. quod loquitur in habente poteſtatem principis. Opinio autem Angel. in §. cæterùm. poſſet procedere, quando illud reſcriptum eſſet inſertum inter conſtitutiones conditas ab inferiore a principe, qui poteſt ius ſtatuere in territorio ſuo, ſecundum And. Sicu. hic. ¶ Conſidera ſecundo, 2 dum uult Ioan. And. in d. continuatione, quòd † reſcriptum habet uim legis [a] inter partes. Et adde Rotam de dolo & contu. capitul. 5. in antiquioribus, ubi dicitur, quòd reſcriptũ conceſſum uni parti, ut eius aduerſarius poſſit compelli perſonaliter comparere contra regulam l. fi. C. de procu. & capitul. j. de iud. in 6. operatur idem in ipſo impetrante. Et dicit Bal. in capitul. j. in fin. infrà eodem quòd reſcriptum remouens appellationem, intelligitur etiam remouere appellationem ipſius impetrantis. Et dicit gloſſ. in cle. ſæpe. in uer. uoluerit. de uerb. ſig. quòd ſi actor obtinuit per reſcriptum, ut cauſa de ſui natura plenaria agitetur ſummariè, eiuſdem, ſi in eodem iudicio ipſe reconuentiatur. Et ſequitur Domini. in cap. j. de do. & contu. in 6. & Abb. in capitul. fin. de mu. pe. ubi aliàs reduxi alia in ſimili de æqualitate in iudicio inter actorem & reum ſeruanda. Et in propoſito dicit etiam Bald. in l. fin. C. de fruc. & lit. expen. quòd ſi ex reſcripto principis obtinuit uaſſallus, ut a feudo non caderet propter non ſeruata fœdera feudi, eodem modo dominus non amitteret dominium directum, ſi eadem non ſeruauerit, quod aliàs amitteret, capitul. j. §. ex eadem. de lege Conra. dixi in cap. dilecti. de maio. & obe. Et dixit Bart. in l. in ſacris. la 3. in fin. C. de proxi. ſacro ſcri. lib. 12. quod reſcriptum cõceſſum uni parti in ſolutione ſportularum, prodeſt etiam alteri. ¶ Quæ omnia, & his ſimilia, limita primò, niſi conceſſio eſſet facta motu proprio ſuperioris, ut per gloſſ. in d. cle. ſæpe. & Abb. in d. c. fi. de mutu. pe. per text. in l. iij. in prin. ff. quod quiſ. ius. & ibi plenè Scribentes. ¶ Secundò, niſi odium, aut fauor ſpecialiter in una parte tantùm aliud inducat, ſecundum Bal. c. j. proxi. in fi. ¶ Et adeo procedunt 3 iſta, ut fiat longa quæſtio, utrum † aduerſario inuito poſſit impetrator renunciare reſcripto? De quo recurre ad omnes Scribentes in c. ex conqueſtione. de reſt. ſpo. Bal. ponit in l. petendæ. C. de temp. in integ. reſt. pe. gloſſ. in clem. conſtitutionem. in uer. nolle uti. de elec. Rota de app. 45. in antiquis, Domi. in c. quoniam. poſt princ. de immu. eccl. in 6. Imo. poſt glo. pe. in c. cum olim. de offi. deleg. Ang. in l. obſeruandum. ff. de iudi. Imo. in c. ex tenore. j. eod. But. & Abb. in cap. ex literis. in priu. de fi. inſtru. Ang. in l. iij. in prin. ff. quod quiſ. iuris. Et communior * cõcluſio eſt, quòd poſſis renunciare, ut etiam per Bald. in l. j. C. ut lite pen. & Maria. de Senis in c. fi. de cri. fal. etiam ſi motu proprio fuit cauſa commiſſa ad utilitatem priuatam. Abb. in d. c. ex conqueſtione. ¶ Fallit primò, niſi reſcriptum afferat alicui ius ultra inſtantiam. Bal. in l. poſtquam liti. in fi. C. de pac. ¶ Secundò, dum modò ſatisfaciat reo de expenſis. But. j. eo. ſuper literis. uer. quia aduerte. ¶ Tertiò, niſi iam reſcriptum fuiſſet præſentatum iudici. But. j. eod. ex parte decani. uer. not. primò. Sed Abb. contrà in d. c. ex conqueſtione. quia ante citationem licitum eſt pœnitere, authen. qui ſemel. C. quomodo & quando iu. & quia per præſentationem ante citationem non confertur exercitium iuriſdictionis, ut per eum latius, & per dictũ domi. meum Fran. de Are. conſi. 33. conſultatio præmiſſa. ¶ Quartò, niſi iam emanaſſet citatio, Abb. poſt alios in d. c. ex conqueſtione. & Lud. Rom. conſil. 343. ex themate. ¶ Quintò, niſi reſcriptum eſſet ad bonum publicum, quia ei non renunciat impetrator. Hoſt. in d. c. ex conqueſtione. etiam ante præſentationem, ſecundum Abb. ibi. ¶ Hos quinque caſus reſtringe, niſi ſalſus procurator reſcriptum impetraſſet. Et commiſſio infundat nouum habitum & exercitium iuriſdictionis. Rota de appell. 61. Item fuit dubitatum & per me, & c. in nouis. Nam tali reſcripto indiſtinctè renunciari poteſt, ſecus, ſi tale reſcriptum infunderet ſolum exercitium iuriſdictionis habenti eam habitu, ut in commiſſione, quæ fit auditori Apoſtolico, ſecundum Rotam ibi. ¶ Ex quo fortè idem eſſet, quando ſcriberetur ordinario excitando iuriſdictionem ordinariam, iuxta c. licet. & c. graue. de of. ord. ubi dixi, quomodo cognoſcatur iſta excitatio. Et ratio in auditore eſt, quia cõmiſſiones, quæ fiũt in auditoribus, potius ſunt diſtributiones nullã iuriſdictionẽ dantes, ſecundum Rotam ibidem, & contu. 62. & de iudi. 5. & de offi. de leg. 13. in nouis, ubi concluditur fortius, quòd impetrationes cõmiſſionum, quæ fiunt talibus, ualent etiam obtentæ ab excommunicato ad limitationem c. 1. eo. tit. in 6. ubi hoc ſequitur Domi. uer. quid ſi ad inſtantiam. intelligens eſſe uerum, quòd auditores habeant ordinariam in cognoſcendo, ſed in pronunciando delegatam, ut no. gl. 1. in cle. auditore. de reſcr. & Rot. de re iudi. 16. in nouis, eſt ſi. Et ita intellige gl. 3. in ſi. in c. ſolet. de ſent. exc. in 6. quam no. ibi Domi. in prin. Dixi latius. j. e. nonnulli. §. 1. uer. fallit quartò. Commiſſiones tamen, quæ fiunt ab ipſis auditoribus, ſunt ſtrictiſſimè interpretandæ. Rot. de dolo & contu. 18. item ſi impetretur. in nouis. Ex iſtis adde Nic. auditorem Rotæ in Repertorio, fol. 159. uer. reſcripta ſunt cõia. ¶ Ad diffinitionẽ reſcripti adde tex. in l. falſo. C. de diuerſ. reſcr. ibi, ad ius reſcribuntur. Ex quo tex. ſumpta eſt diffinitio, ſecundum Bal. ibi. Et eſt bona gl. in c. 1. in uer. noſcatur. de 4 conſti. in 6. dicens, quòd † reſcriptum contra ius eſt ſuſpectũ, & ſi conſtat de mente ſcribentis, mutat naturã, & potius eſt b priuilegium [b]. Et nos. ibi Domi. & dicit Ioan. And. in capit. olim. de uerb. ſigni. quòd ſi priuilegium eſt propriè contra ius, unde illud fruſtra precibus imploratus, &c. l. j. C. de theſau. lib. 10. & 25. q. 2. in ſumma. Vnde reſcripta dicuntur modici præiudicij. Bald. in l. j. C. de diuerſ. reſcri. Et recipiunt interpretationem a iure communi. Bald. hic per capitul. cauſam. infrà eodem ubi latius uidebimus. Et ubi princeps uocat priuilegium, & ſigillatur ſigillo priuilegiorum, non eſt neceſſaria alia clauſula, quia ſatis apparet ipſo facto, quòd tunc uult infringere legem. Ideo non requiritur clauſula, Non obſtante, Bald. pulchrè in l. lapillis. 3. col. uer. ego dico. ff. de re. di. Et unam differentiam inter reſcriptum & priuilegium ponit Abb. j. eo. plerunque,

a *Vim legis] Adde Io. de Pon. in l. ſen. 4. col. fol. ma. quod intellige, ſi ſit cõforme iuri cõmuni, quo caſu poteſt allegari ad differentiam deciſionum, gloſſ. in uer. ſubſcriptionem. et Doc. in l. j. C. quomodo & quando iu. & in l. ij. C. de leg.*

b *Priuilegium] Ad quod adde domi. Soci. ſuo conſ. 164. incip. Viſa bulla Bonifacij. uerſ. primum fundamentum. ibi, ex quib. patet. in 2. parte. quod reſcriptum conceſſum contra diſpoſitionem iuris communis, conſequenter dicitur priuilegium proprie ſtricto & ſumpto uocabulo.*

¶ Signa autem cognoſcendi reſcripta ad lites, ponit Cald. in iſto tit. conſil. 5. & ult. Dicam infrà. eo. ad audientiam. 2.

5 ¶ Cæterùm † ex eo, quod dicitur reſcripta ſtrictè interpretari, impugnat hic latè Aud. Sic. aureum & uulgatum dictũ Inn. in capit. epiſcopi. de re. ecc. non alic. dum dicit, delegatum datum cum clauſula, ad ius & proprietatem eccleſiæ reducas, malè alienata poſſe cognoſcere & iudicare de occupatis, licet propriè non dicantur alienata manente proprietate, l. alienationis. ff. de uerb. ſign. quia iſtud eſſet reſcriptum latè interpretari, propter quod communiter damnatur Innoc. ſecundum eum, qui idem dicit in d. cap. epiſcopi. & ſentit Abb. ultra ipſum in cap. nonnulli. §. j. in notabili. infrà eodem. ¶ Tu uerò ſequere Inn. quem approbat Spec. de reſcript. præſenta. §. ratione quoque formæ. uer. item quod in reſcripto. Arch. in cap. & ſi illi. 12. quæſtio. 2. in cap. reuera. in fi. c. 3. q. 9. Bald. in l. iubemus. la 1. in fi. C. de ſacroſan. eccle. in l. ſi mulier. §. qui in poſſeſſionem. in fi. ff. quod me. cauſa. in l. j. ff. de conſtit. prin. Ludo. d. conſi. 141. ſentit Innoc. in ca. cum olim. Abb. ſuper uer. mentio. ibi, imo plus. de offi. deleg. & eſt tex. in c. j. de reſt. in inte. & ibi Inn. in ſecundo no. & Abb. & facit tex. & quod ibi Bar. in l. ſi minoris. C. de iure fiſc. lib. 10 Vnde dicit Bald. in l. ſi de proprietate. C. ſi a non compe. iudic. quòd reſcriptum, Conqueſtus eſt talis de Titio, qui iniuriam ſibi de re ad ipſum pertinente facit, concludis petitorium & poſſeſſorium. Alle. Innoc. facit in d. ca. epiſcopi.

6 ¶ Et ideo dicit Rota, ut lit. pend. v. in nouis: quòd † ſubrogatus in ius, quod quomodolibet competebat defuncto, acquirit poſſeſſionem, quia poſſeſſio quæſita & apprehenſa iuris eſt. Bene facit l. ſi quis a ſe fundum ibi, poſſeſſionis iura reparentur. C. ad l. Iul. de ui. quem tex. no. ibi Bal. pro dicto Inn. præalleg. Eſt uerum, quòd aliquando in reſcriptis dicitur deperdita & alienam, reducas ad euitandam opinionem contrariam Inn. quæ tamen non eſt uera. Ita dicit Card. in cle. 1. in prin. in 9. q. de reli. do. & ibi Imo. uer. no. bene gl. ¶ Et dixit Lap. alle. ſecunda. dicebatur. in prin.

7 quòd † ſicut pro re eccleſiæ malè alienata quilibet agere poteſt, etiam non prælatus, ita pro inuaſa, & ſequuntur But. Imo. & Abb. in capit. cùm olim. de teſti. Sed uide ibi dominum meum de Are. ubi impugnãdo Lap. & prædictos uult, quòd dictum Inn. in ca. epiſcopi. loquẽs in delegato, non debeat extendi adeo, ut facultas data cuilibet de clero per c. ſi quis presbyterorum. de reb. eccl. non alie. habeat locum pro recuperanda re eccleſiæ non alienata, ſed inuaſa, ut ibi per eum. Ex his remanet roboratum dictum Inn. ¶ Ad rationẽ in contrarium reſpondet Ab. in d. c. epiſcopi. quòd reſpectu uirtutis extenſiuæ reſcriptum ſtrictè interpretatur. j. eodem Rodulphus. cum ſi. ſed reſpectu uirtutis comprehenſiuæ, quo ad uim uerbi, ſecus. Aliter etiam reſpondebitur infrà. ¶ Scias etiam pro huius puncti complemento, quòd ubi reſcriptum narrat ſpolium, uel uerba concernentia poſſeſſionem, non poterit reduci proprietas. Ita uoluit collator Rotæ contra alios coauditores. in tit. de cauſ. poſ. 9. Item ſi committatur, in ti. in nouis. ¶ Nec obſt. dictum Innoc. in d. capit. epiſcopi quia, ſecundum ipſum, uerba poſita in reſcripto, ea quæ de bonis ſapiunt, & ſapere poſſunt tam petitorium, quàm poſſeſſorium, ſecus, ubi ſimpliciter narratur de ſpolio, & ſubinde obtinetur commiſſio, quia non uenit proprietas, ſecundum eum contra alios ibi, quem ſequitur Abb. in capit. j. de ſeq. poſ. & fruc. poſt But. ibi ad fin. Hoc autem limitatur, niſi ſpoliatus dicat rem ad ſe pertinere, quia per hoc uerbum Pertinere, tranſit cognitio petitorij. Ita firmat Rota præalleg. de capitul. 9. in no. licet Collector inſiſtat etiam contra hoc, ut ibi per eum. Et opi. Rotæ contra Collect. ſequitur But. in d. cap. j. & ibi latius Abb. quia uerbum Pertinere, eſt latiſſimum, [a] & aptum comprehendere tam petitorium, quàm poſſeſſorium, ca. cùm ad ſedem. de reſti. ſpo. cap. cùm uenerabilis. de excep. & l. uerbum illud Pertinere. ff. de uerb. ſig. & per Bal. in d. l. ſi de proprietate. C. ſi a non compe. iud. & per But. in c. cùm eccleſia. in princip. de cauſa poſ. & propri. ubi etiam ponit, an ſufficiat apponere hoc uerbum per uiam cauſæ, ut puta rem, quia ad me pertinet. Cæterũ quando ſit ſimplex cõmiſſio, bene transfertur poteſtas cognoſcendi tam ſuper petitorio, quàm ſuper poſſeſſorio, ſed ſecus, ſi ſimpliciter ſuper altero tãtum, ut per Rotã, But. & Abb. ubi ſ. Quòd aũt uerbum Pertinere, ſufficiat ad petitorium & poſſeſſorium, notat ẽt Bal. in c. inter dilectos propter gl. ibi de fi. inſtr. Et ſufficeret dicenti rem ad aliquem pertinere, ſi docet, quòd pertinet ex poſſeſſione, uel quaſi, etiãſi ad aliũ pertineat proprietas. Rota de reſcr. 41. quidã impetrauit in antiquis, quæ eſt ẽt de præb. 5. in antiquioribus. Volens, quòd ſi Papa ſcribit pro beneficio pertinente ad collationem, talis intelligitur, etiamſi pertineat ſoltim quaſi poſſeſſio, licet ad aliũ ſpectet proprietas, niſi diceretur ad ius & proprietatem. Ad quod etiã uide Cal. de præb. conſi. 23. & Rotam de interpa. 13. in antiquis, & Io. And. in regula, mora. in 2. q. in Mercur. ¶ Et facit ad hoc conſi. Mariani de Senia, mihi 58. uiſis & diligenter. ubi conſuluit, abſoluendum inquiſitũ, quia dicebatur in inquiſitione rem pertinere ad illũ. Nam poterat pertinere aliter, quàm iure dominij. Ergo non concluditur fuiſſe furtum. Allegat Bar. in conſi. Videtur dicendum dictos accuſatos. Sed ſi diceretur, Spectat, tunc bene denotat ẽt dominium, ut ſentiunt prædicti, & firmiter Alb. in Dictionario, in uer. ſpectant. Allegat Hoſt. in c. dicet cauſam. de probat. no. Io. Pe. in ſua practica, quæ uulgò dicitur Papienſis, fol. 6. ad fi. in uer. ſpectat & pertinet. Inn. & Io. And. in c. dilecta. in uer. ſpectantia. de offi. arch. De uerbo aũt Competit, uide Domi. in c. oẽs leges. in ult. col. 1. diſt. Itẽ ad rationem ſuprà dictam per And. Sic. contra Inn. in d. c. epiſcopi. reſpondet ẽt aliter Abb. in d. c. 1. de ſeq. poſ. ꝙ licet dicat hoc, ꝙ reſcripta ſunt ſtrictè interpretanda, tamen põt dici, quòd ubi uerba patiuntur, ſunt laxiſſimè interpretanda, cùm contra ius nihil concedas, ſed ſolùm actionis exercitium coram iudice delegato, ad quod tene menti tex. ibi, & præalleg. dictum Inn. ſecundũ eum. Cætera de reſcriptorum interpretationibus dicam j. eod. cauſam. & in pleriſque locis huius ti. ¶ Circa diffinitionem aũt beneficij [b] dicit Io. An. in d. c. olim.

8 de uerb. ſig. quòd † aliquando capitur largè, iuxta ca. Obertus. de mili. uaſall. qui contu. eſt. prout eſt conceſſio gaudium tribuens, &c. Si accipitur in c. ordinarij §. ſi uerò. de offi. ord. in 6. & per gl. ſi. in c. quia circa. de priui. & in d. ca. olim. Propriè uerò eſt beneuola actio præter ius, quæ latè interpretatur, in c. cùm dilectus. de dona. niſi ſit ad beneficia eccleſiaſtica, c. quamuis t. de præben. in 6. dicetur in d. c. cauſam. Et de natura beneficij latè per Bal. in l. beneficium. ff. de conſt. prin. & ibi melius omnibus per Alb. de Roſa. uerſi. ex prædictis patet. ¶ Breuia dicuntur, quæ a ſolis ſecretarijs conficiuntur, & per Papam ſignantur in cera rubea annulo piſcatoris, eandem uim habentia quam reſcripta. Ita dicit gl. 2. in ſuprascriptione in extrauag. unigenitus. folio impreſſarum 115. facit c. 1. de feu. guar. ibi, breue teſtatum. ubi exponitur. i. publicum, ideo ſic appellatum, quia ſit breuibus uerbis, ſecundũ Bal. & Ia. de Alua. in c. 1. in prin. de contro. inueſt. ¶ Demum no. quinque introductoria ad materiam. Primò, quod omnis, qui non prohibetur, põt impetrare. Hoſt. hoc tit. §. quis poſſit. Etiam ſeruus, l. 3. & l. uniuerſis. C. de preci. impe. offe. Vide Rota de iudi. 5. in nouis, & Egi. Belle. deciſ. 730. cõmiſſio impetrata. Itidem firmant filiumfa. poſſe impetrare non obſtante patria poteſtate. Ponunt etiã Bar. & Bal. in d. l. 3. quando poſſit quæri, quis impetrauit? Quibus adde, ꝙ hæreticus nullo caſu impetrat, c. quicũq;. §. ad hoc. de hæret. in 6. & dicit Imo. poſt Car. ĩ. tit. proa. quæ in eccleſiarum. in notabil. quòd pro utilitate publica quilibet

a Eſt latiſſimũ] Adde idem tenentem dom. Soci. ſuo conſil. 8. inci. uiſis & diligenter inſpectis. uerſ. ſecundo principaliter. circa medium in prima part. & conſil. 47. incip. In primo præſentis conſultationis. circa medium 2. col. in d. parte, & conſi. 151. inc. Cõſideratis omnibus. uerſicu. præceſſit. circa med. in d. parte. Et adde Flo. in l. j. §. 1. ff. de ſeruit. urb. præ di. ubi dicit poſt Inn. in c. cùm eccleſia ſutrina. j. de cauſa poſ. & propri. quod ſi eſt functiũ, uerbo Conſueuendo, importat petitorium, ut ſi dicitur, quod ſpectat ad me de conſuetudine, de quo etiam per Bald. in add. ad Spe. in ti. de cauſa poſ. & propri. uer. qui agit & adde domi. Alex. de Imol. in ſuo conſil. 42. 4. parte, & Fede. de Se. in conſ. 189. conſ. latum, &c.

b Beneficij] Beneficium quod dicatur, uide Bal. in Marga. in uerb. beneficium. uerſ. 7. & Hoſt. in ca. dudum. de elec.

ber poteſt impetrare, dum modò non ſit aliàs inhabilis. Et intellige de inhabilitate expreſsè repellente ab impetrando, ut hæreſis & excommunicatio; non de quàlibet inhabilitate, ut ſic tollatur una ratio And. Sic. hic ſumpta ex dicto Bal. in l. ſi quis. §. hi quoque. ff. ad Syll. De his etiam
9 infra eo. nonnulli. j. §. ¶ Secundò no. quòd † cancellaria Papæ poteſt omnes cauſas, quæ ſunt de communi iuſtitia, cõmittere abſque ſpeciali mandato, Bellemera deciſ. 602. inci. cancellaria. Non tamen ſignat ea, in quibus eſt opus plenitudine poteſtatis Papæ, putà, committendo cauſam pendentem in partibus, ut per eundem Belle. deciſ. 46. excep. Dicit infrà eodem ſuper. in 6. regula; & aliquid j. eo. cùm
10 dilecta. in prin. ¶ Tertiò no. quòd † ubi non eſt uicecancellarius, ſignat unus cardinalis de mandato Papæ, & illi ſignaturæ ſtatur reſpectu ſignati, & reſpectu aſſertæ commiſſionis deſignando: Belle. deciſ. 686. ſuppoſito, quòd domino noſtro. ¶ Quartò not. quòd cauſæ beneficiales ultra ſummam 60. flore. de camera non committuntur Cardinalibus, & commiſſio eſt nulla. Ita eſt conſtitutio in curia Ro. quæ omni anno publicatur in rota primo die Octobris. Et refert Franc. Pauinus ſuper extrauag. ad onus. quæ eſt in trac. ſuo De ſede uacan. folio. 38. ¶ Quintò & ultimò not.
11 quòd † impetrans literas do. Papæ tacita ueritate, uel ſuggeſta falſitate, non eſt excommunicatus ipſo iure. Ricar. de Mediauil. in 4. ſen. diſ. 18. q. 2. art. 3. reſpondet ad iura excommunicantia falſarios, quæ allegaui in cap. 2. uerſic. præſumitur. infrà eodem. quod loquitur in falſantibus literas modis in iure expreſſis; uel æquiualentibus, de quibus in cap. licet. de cri. fal. inter quos non eſt iſte. Et ſequitur Archi. Flo. in ſecunda parte tertiæ partis ſuæ ſummæ c. 17. cen ſurarum, addens Pet. de Anch. in ca. ad falſariorum. de cri. fal. ubi dicit, quòd impetrans, uel utens reſcripto ſobreptitio punitur pœna c. ſuper literis. j. eo. nõ tamẽ incidit in pœnam d. ca. ad falſariorum. Et dictum Car. prædlr. ſequitur etiã Aſteſanus in ſua ſumma lib. 7. ti. 2. art. 24. & frater Fran. de Platea in tractatu De excommunicatione; in uerbo Excommunicatio, lo 2. §. 32. idem dicens poſt Ricard. ubi ſuprà, de literis Apoſtolicis ſub alio nomine impetratis.

SVMMARIVM.

1 Princeps poteſt tollere appellationem.

2 Legatus non poteſt committere cauſam ſublato iuris ordine. Super qua concluſione uide declarationes & ampliationes uſque ibi, ualet priuilegium, &c.

3 Priuilegium ſecundum contra primum generale ualet, non facta mentione primi, ſiue contineat ius cõmune, ſiue aliquid ultra.

4 Priuilegium continens idem quod ius commune, debet ita intelligi, ut aliquid addat iuri communi.

5 Princeps ſi conceſſerit alicui iudici facultatem inquirendi de aliquo maleficio, poterit ille iudex uirtute huius priuilegij inquirere, uel procedere, non præcedente fama.

6 Priuilegium ſi ſit datum eccleſiæ, quòd nulla currat contra eam præſcriptio, uidetur etiam tolli præſcriptio lõgiſſimi temporis.

7 Verbum Filij, in priuilegijs licet non intelligatur de adoptiuis, fallit tamen, ſi non poteſt uerificari illud priuilegium, niſi in filijs adoptiuis. Iunge ſimi. nu. 8. 9.

10 Diſpoſitio ſecunda contraria primo priuilegio, non derogat ei, nulla de primo facta mentione. Et hoc ponitur pro regula ſecundum omnes, quæ regula patitur ſex fallentias. nu. 12.

11 Lex, uel princeps ubi ponit clauſulam derogantem priuilegijs, nõ intelligitur in dubio de inſertis in iure.

13 Mentio non eſt facienda de primo priuilegio in ſecundo, quando primum priuilegium eſt nullum, uel ſubreptitium.

14 Reſcriptum ad lites, quando eſt contrarium priuilegio, a quo cauſatur priuilegiato ius peremptorium, ut eſt uidere ſuper non ſolutione decimarum, non facta priuilegij mentione ualet.

15 Iure communi ſublato non intelligitur ſublatum ſtatutum ſimpliciter illi conforme. Hanc concluſionem limitat xij. modis.

16 Accidens qualificatum adueniens enti, facit rem alterius ſpeciei.

17 Populus ſi ſeruaret legem mille annis, non inducitur conſuetudo, quia non ſeruat animo inducendi conſuetudinem, ſed ſeruandi ius commune.

CAPITVLVM I.

ICVT ROMANA. ¶ Omiſſis ſuperfluis, addendo primis dictis, quæ ponit hic Ab. quòd † princeps 1 poſſit effectualiter tollere appellationem, [a] uide Abb. in rub. de app. ſicut lex prohibet appellare, 9. q. 3. cuncta. ¶ Et tollit tertiã appellationẽ. Nec dicitur tollere defenſionẽ, quia præſumitur cauſa, adeo ut de legato tantũ confidat, quantũ de ſeipſo: Sed caue: quia ſi iſta eſſet defenſio iuris naturalis, non præſumeretur cauſa. Abb. ſuprà tit. proxi. quæ in eccleſiarũ. ibi, hoc dictum uidetur durum. & in ca. cùm olim. de re ind. & in diſpẽ. inci. epiſcopus. Iden Phil. in cap. paſtoralis. in princ. de app. non putat hic ſumi defenſionem, prout in cle. paſtoralis. de re ind. ſed tanquam inductam à iure ciuili, ſicut & recuſatio, quam princeps tollere poteſt. ſecundum eum. Pro quo uide Domini. de app. non ſolùm. lib. 6. Abb. in capit. dilecti. ibi, ſed tu dic latiùs. de excep. dũ dicit, q cle. paſto. intelligitur de defenſione, Vincẽti, & c. poſt Bal. in l. cũ mulier. ibi, ideo dic, q triplex eſt defenſio. ff. ſol. mat. & ſequuntur latè Mudernis lib. Maleficiorum in uerbo, hæc eſt quædam inquiſitio. & Ang. Are. Inſtit. de excep. in prin. cum concor. quas dixi in d. c. dilecti. Et ideo non ſine cauſa Bart. in l. omnes populi. ibi, iuxta præmiſſa. ff. de iuſti. & iur. uolens ſtatutum non poſſe appellationẽ tollere, nõ fundat ſe, quia appellatio ſit defenſio, ſed ſuper iure ſuperioris, ioxta c. ne innitenris. de iure iu. Et iſta tene, quãuis And. Sic. hic impugnet cõem, rationibus per prædicta ſublatis. Quibus adde Sal. in l. fi. C. de ſen. dicentẽ, quòd ita põt tolli a principe recuſatio, ſicut appellatio: & latè Phil. de app. in c. poſtremo: & alij, quos refert, de excep. cũ inter. reſpõdendo motiuis And. Sic. deſtruentis cõem, & de foro comp. ex tranſmiſſa.

a Appellationẽ] Adde Bar. in l. fi. in fi. C. de ſen. et tex. in l. j. §. interdũ. & ibi Bar. in 1. et 3. op. ff. qui. ap. n[on] li[cet]. et per Spe. in ti. de app. §. in quibus. uer. 12. quãdo appellatio. et ſeq. et no. plenè per d. Soc. cõſ. ſuo 195. inci. Circa primũ cõſultationis arti. in prin. in 2. par.

b LEGATVS [b] Non † committit 2 cauſam ſublato iuris ordine. Abb. hic allegando gl. in c. fi. in glo. maiori; quaſi in fi. de hære. in vj. Adde Domi. in c. quæ in eccleſiarum ſupra ti. proxi. & ibi Imo. Ana. in c. cùm in diœceſi. de uſur. Ab. in c. dilecti. de iudi. in c. quoad. & in c. niſi. de off. dele. & in c. ſuper quæſtionum. in princ. de officio deleg. Card. in clem. ij. in fi. de iudi. & in cle. ſæpe. q. 2. & ſeq. de uerb. ſigni. & pulchrè Bald. in l. nec quicquam. §. fi. ff. de off. procon. & leg. & Vitalis in lib. De clauſulis, fol. vij. poſt medium: & Alex. poſt Imol. in l. nemo poteſt. de leg. j. & Domi. in c. iudex. de off. dele. in 6. & Phil. in ca. poſtremo, de app. In quibus locis extollitur d. gl. per quam dixit Abb. in c. t. de tranſac. quòd legatus nõ põt ſupplere defectum iuris cõmiſſum in contractu. Et per illam gl. dixit Abb. in c. fi. in 2. no. de confir. uti. uel inut. q omnia tendentia ad uiolationẽ iuris ſunt prohibita legato. Per illam gl. dixit Sal. in l. fi. C. de ſenten. quòd legatus nõ
c poteſt committere cauſam app. re. [c] Sequitur Imo. & Ange. Are. in l. j. §. fi. ff. a quibus app. non licet. Pro quibus eſt gl. magna in fi. in d. c. quoad. Et dicit Rota de iudi. in 6. in antiquioribus, quòd talia prohibentur legato, etiamſi partes cõſentirent, quòd ea attentaret. Et dicit Bal. in l. j. ad fi. ff. de off. præfec. præto. quòd legatus Papæ non facit contra prohibitiones iuris. Allegat Io. And. in c. nemo deinceps. de elec. in 6. Et iſtis adde gl. fi. in fi. in cle. 2. de reſcr. & in cle. ſæpe. in uerbo, mandamus. de uerb. ſig. & in ca. indemnitati. in uerbo. ſine ſtrepitu. de elec. in 6. quæ glo. uidentur ſimiles prædictæ. Facit c. dilectus. de præben.

b Legatus] Ad huius text. materiam uide no. plenè per dom. Soc. ſuo conſ. 96. incip. uiſo proceſſu. circa med. in j. parte, ubi etiam, quid de gubernatore alicuius ciuitatis ex poteſtate a pontifice attributa, ubi etiã, an talem poteſtatem poterit delegare.

c Appellationa remota] Adde do mi. Alex. de Imol. in conſ. 107. 4. parte.

& no. Spe. de leg. §. ſupereſt. ibi, ſed nunquid legatus. Et dicit Spe. in illo ti. §. nunc oſtendendũ. uer. legatus, quòd legatus non põt cõmittere cauſam, quæ ibi pendet. Concordant alij, de quibus per Phi. in c. nuncioſtiũ circa fi. in 3. q. de app. & dicit Fed. conſ. 200. quòd permutatio, quòd legatus Papæ non põt tollere ius alterius. Facit, quòd dicit Bal. in l. ij. nerſic. & ideo licet Imperator. C. de ſer. & aqua. ¶ Amplia iſta, & ſi Papa conceſſiſſet legato legationẽ cum clauſula app. re. quia licet operetur, quo ad ſententias per eum ferendas, non tamen põt legatus concedere hoc ſuo delegato. Bal. in l. ij. C. de app. facit c. ſuper quæſtionem in prin. §. ſi uerò. de offi. dele. ¶ Amplia ſecundò, etiam ſi Papa cõmittat alicui uniuerſitatẽ cauſarũ cum plena & omnimoda poteſtate. Bal. in d. l. 2. & ſequitur Imol. in l. j. ff. a quibus app. non licet. & Vitalis, ubi ſ. Pro quo uide omnino Bal. in l. ij. circa medium, ff. de teſta. mil. ubi ſentit, quòd ſi Papa conceſſit uni Comiti plenum & liberum regimen ciuitatis Tuderti, non per hoc poterit illi committere cauſas ſummariè & de plano. ¶ Modò declara prædicta quinque modis, alibs non reductis. Primò, ut non procedant in principibus non recognoſcentibus ſuperiorem, quia licet ſint minores Papa & Imperatore, tamen poſſunt facere huiuſmodi cõmiſſiones, Phi. poſt Abb. in d. cap. paſtoralis, in prin. quibus adde Lud. Ro. in rub. de arb. ibi, iu. uerò alleg. ubi exemplificant in dominio Florentino, propter dictum Bal. in l. ij. C. de ſeru. & aqua Adde Bar. in d. l. j. ff. a qui. app. non licet. & facit, quod ipſe no. in l. infamem. ff. de pœ. aud. & in l. j. §. de quæſt. ff. de poſtu. cum concor. quas ordinarij, de præſcr. in c. j. cùm non liceat. tractãdo, quomodo poſſint tales non recognoſcere ſuperiorem iuridicè. ¶ Secundò declara, ut iſta non habeãt locum in inferioribus a principe ſecularis, qui habent poteſtatem ſtatuẽdi contra iura quia poſſunt etiam committere app. re. Bal. in l. fi. C. quorum app. & Pau. de Caſ. conſil. 125. inci. Super primo dubio. ibi, quartò principaliter, dicens, quòd gloſ. in d. c. fi. procedit ſolùm in eccleſiaſticis. Quare autem eccleſiaſtici habeant minorem poteſtatem in tollendo iura, quam ſeculares, dixi in c. quod ſuper his. de ma. & obe. Et ad hãc declarationem uide etiam Alex. in d. l. nemo. ¶ Tertiò declara, ut non habeant locum in appellatione ab interlocutoria, quia illam poteſt remouere inferior a principe, l. fi. C. de ſen. & interlo. om. iu. ſecundũ intellectum, quẽ ſequuntur ibi Bar. & Angel. & Sal. & And. Sicu. in c. quo ad. de offi. leg. & Vitalis in libro de clauſulis, fol. 7. ¶ Sed iſtu intellectus communiter non tenetur, ut per Bart. in l. fi. ff. a qui. app. non licet. & Bal. in d. l. fi. & in additionibus Spec. in ti. de app. uer. clauſula App. re. & Imol. in d. l. j. a qui. ap. non licet. & Phil. in d. c. paſtoralis. in prin. concludentes, quòd talis inferior poteſt hãc clauſulam apponere, ut deferatur iuri, i. ut appellatio nihil operetur, niſi ſecũdum iuris diſpoſitionem. ¶ Quartò declara, ut non procedant in epiſcopo, qui per uiam ſtatuti diſponeret ſuper modo procedendi, etiam faciendo de nouo cauſam ſummariã. Bal. ſ. ti. proxi. cùm omnes. quia aliud eſt cõmittere, aliud ſtatuere, Statutũ. n. eſt generale & fauorabile, ſed delegationes ſunt particulares & quodãmodo odioſæ. Sed hoc reprobat And. Sicu. in cle. ne Romani. ibi, ego uerò puto. de elect. per illũ tex. in uerſi. tolli. quia ita tolleretur ius ſtatuendo, ſicut committendo. Inducit etiam Bal. in l. omnes populi. ibi ſed hic dubitatur. de iuſt. & iur. ubi firmat non ualere ſtatutum epiſcopi contra ius Canonicum. Eſt tex. in c. quod ſuper his. de ma. & obed. Et pro iſta impugnatione uide omnino Ang. in diſpu. Aſtenſis miles. ibi, de ſecundo, an ualeat. ubi uult epiſcopum non poſſe ſtatuere, ut contra uſuratium ſufficiant probationes imperfectæ, propter glo. in d. c. fi. Et ſic intelligit eam etiam in ſtatuto. Et idem Fed. conſi. 17. inci. quæſt. talis eſt. cum concor. de quibus per Ant. in c. cùm in diœceſi. de uſur. Certos autem caſus, quibus poteſt epiſcopus ſtatuere contra canones, dixi latè in d. c. quod ſuper. ¶ Quintò declara, ut iſta non procedãt, quando legatus ex magna cauſa induceretur ad committendum cauſas ſine ſtrepitu, &c. putò attento ſtatu loci & rei. Ita Imol. importantiſſimè in c. fi. a. no. de tranſact. per illum tex. qui bene facit: & ſequitur Alex. in d. l. nemo poteſt. Ad idem, quod no. Bal. in d. l. omnes populi. dicens, quòd epiſcopus ex magna & neceſſaria cauſa poteſt ſtatuere contra canones: arg. l. ſi hominem. ff. mandati. per quam l. multa alia dicuntur in ſimili, ut dixi in ca. j. in 7. fal. ſ. tit. proxi. & in ſpecie de hoc dicto Bald. dixi in d. c. quod ſuper. Et intelligerem hanc declarationem, dum modò de cauſa appareat, quia in inferiore non præſumitur, ut per Inn. de electio. dudum. lo 2. uerſus fin. cum ſi.

VALET. Secundum † priuilegium contra primum generale, nõ facta mentione primi, ſiue contineat ius cõmune, ſiue aliquid ultra. Hoſt. Io. An. Ant. Bu. Car. Imo. & Domi. in c. quoniã, 18. diſt. per regulã, generi. eſt ſi. de reg. iur. in 6. ¶ Limita ſex modis. Primo, dum modò primũ conferat ius ad rem, ſicut erat hic priuilegiũ de appellando, & ſicut de præb. dudum. lib. 6. de conferendo. Secus, ſi eſt acquiſitum ius in qualibet ſpecie contenta ſub genere, ut eſt conceſſio decimarum. Ita procedat glo. in regula. generi. & 25. q. 1. in ſumma. Ita Ab. hic, quem ſequitur And. Sic. idẽ Abb. de præſcr. de quo ibi, pro quorum concordia. & Fran. de Are. conſ. 77. inci. In Chriſti, &c. diligenter uiſis. uerſ. circa ſecundum. Eſt uerum, quòd Imol. j. eo. cùm ordinem. dicit, quòd in practica ſeruaretur ſimpliciter, quòd ſpeciale non deroget generali, propter dictam glo. ſimpliciter loquentes. Tamen ipſe hic dicit ueriorem opi. Hoſt. contra illam glo. ¶ Obſtat huic limitationi c. quamuis. de præb. in 6. in uerbo, deuoluta. & in uerbo, ſimuli ratione. & ſic ius erat ad rem quæſitum. Propterea dominus meus de Are. in ſpeciali commento huius decret. impugnat hanc limitationem. Diſtulo manus. teneo ipſam, tum per rationes urgentes Abb. tum etiam per regulam c. poſtula. j. eo. Ad idem, quæ ſit differentia, quæ ſit inter ius ad rem, & in re, in c. pe. & fin. de præb. in 6. & dicetur poſt Io. And. j. eo. cauſam. Ad idẽ, quod no. Domi. poſt Io. And. in c. 2. ibi, quid ſi eſt conceſſum. de pac. in 6. ubi firmat poſt Io. de monte Murlo, quòd ſecundum priuilegium ſpeciale datum uni eccleſiæ, ut poſſit omnes liberè ſepelire, non præiudicat primo conceſſo certis religioſis, quòd eis irrequiſitis eorum parochiani nõ ſepeliãtur alibi, & allegant gl. hic. Facit etiam quinta limitatio ſtatim ſequens, & quod no. But. de deci. dudum. ad c. quamuis, propè eius reſponſio. ¶ Tripliciter reſtringitur iſta limitatio. Primò, niſi ſecunda conceſſio haberet in parte diminuere, uel differre exercitium primæ. Ita propriè loquitur c. dudum. de præb. in 6. ſecundũ Domi. hic. ¶ Conſidera, quòd qua ratione princeps non præſumitur tollere primum in totum, eadem ratione nec diminuere. Vnde reſpectu diminutionis dubito de hoc. Et ad c. dudum. reſpondebit ſequens reſtrictio. Tamen pro illa reſtrictione urget deciſio Domi. poſt Imo. in c. fi. §. fi. ibi, ultimò oppono. de conſue. in 6. ubi dicit, quòd licet impetratio tacens de ſtatuto eccleſiæ non ualeat, j. eo. cõſtitutus. tamen illud procedit, quando impetratio infringit ſtatutum, ſecus, ſi ſuſpẽdit pro una uice. Quod dictum non affirmo, quia obſtat, quod dixi, & quod eſt dictum de ſepultura poſt Io. de monte Murlo, quia ibi ex toto non tollebatur priuilegium. ¶ Secunda reſtrictio eſt, dum modò primum priuilegium concernat damnum burſale ipſius priuilegiati. ſecus, ſi nullum damnum burſale, ut facultas conferendi beneficij, quia in ſecundo ſpeciali non eſt opus dicere de primo. Ita Domin. poſt Pau. in d. c. dudũ. & ita procedat d. c. quamuis. & ẽt c. dudũ. ¶ Tertiò reſtringe, dum modò priuilegiũ primũ contineat particularia habitu & actu certitudinaliter, ut in exẽplo decimarũ certæ parochiæ, ſecus, ſi in conſilio, ut habitu tantũ, non actu, puta, ſi aliqui religioſi ſunt priuilegiati de exẽptione decimarũ pro quatuor poſſeſſionibus ab eis nominandis, & ante nominationẽ alius impetret priuilegiũ, quòd pro certa poſſeſſione illi teneantur ad decimas, nam hoc ſecundũ derogat nominationi, quã illi uellent facere de iſta. Ita Imo. poſt Car. j. eo. cum ordinem. ¶ Limita ſecundò, dum modò primum priuilegiũ contineat in totum ius cõe, ſed ſi contineat ius ſpeciale, tunc nõ ualet ſecundũ tacens de illa parte. Inn. de præſcr. ueniens. in gl. uel interdicto. quẽ ibi extollit Card. in 4. op. & But. & Imo. & latè Ab. inducens c. 2. de fi. presby. in 6. Idẽ Io. An. in Spe. de teſti. in 2. q. ſuper rub. per c. 2. §. 1. de deci. in 6. & Pet. de Anc. in c. ſi propter. ibi, ſecundò hoc probatur. de reſcrip. in 6. & Domi. in c. quoniam. 13. diſt. per d. c. ſi propter. ¶ Conſidera, quòd iſta limitatio uidetur contra intellectũ Hoſt. approbatũ hic ab omnibus, dum uult, quòd priuilegiũ, de

quo

quo hic, operabatur tres effectus circa facultatem appellandi. ſ. q tertio, & ſine ſcriptis, & ex interuallo. Ergo habebat in ſe partim ius commune, partim contrarium, & tamen non fuit neceſſaria mentio ipſius, ad quod nullus aduertit. Cogitabã duas reſponſiones. Prima, capiendo uerba ſolius But. hic in 3. col. ibi, ſed ſalua ipſum, dum dicit, quòd iſti effectus erant ultrà, ſed non contra ius, loquitur autem limitatio, quando contrà. Quod dictũ nemo concederet, quia non probat, quòd non ſit contra ius. ¶ Secunda reſponſio poteſt colligi ex uerbis Ab. dum approbat Hoſt. ea eo, quia illæ interpretationes non derogabant iuri priuatæ perſonæ; quia quando hoc eſſet, non ſinnt, ut dicetur in prima declaratione ſequentis cõcluſionis, ſed offendebant ſolum ius commune. Hoc modo reſtringitur hæc limitatio, dum modò particula, quæ eſt contra ius cõe, ita proſit priuilegiato, q̃ & tollat ius alterius, quia de ipſa erat faciẽda mentio: ſecus, ſi ſolùm proſit priuilegiato. Quæ nota tanquã ab alijs non diſcuſſa. ¶ Limita tertiò iſtud, quòd ualeret priuilegiũ non facta mentione alterius priuilegij continentis idem, quòd ius cõe, ut non procedat in literis ad beneficia, quia ſunt magis ſtrictæ, c. quãuis. lo 1. de præb. in 6. Ita But. Imo. & Domi. hic inducunt dictum Io. Mo. & Io. And. in c. 1. de fil. presby. in 6. dicentiũ, quòd ſi in eccleſia eſt ſtatutum, ut illegitimus non recipiatur in canonicũ, licet iſtud ſit de iure cõi, tamen ſi quis impetrat in illa eccleſia, non facta mentione ſtatuti, nihil agit. Ad idẽ allegat Domi. quod no. Io. And. in c. ſi motu. de præb. in 6. & dicit Io. Mon. ubi ſ. Papam ita pronunciaſſe, quia clauſula, Non obſtantibus, poſita in literis papalibus non iuſtificat perſonam impetrantem. Et hoc dictum Io. And. multũ ponderat Alex. conſi. 6 a. inci. Nobilis uir Philonur. ad fi. licet Bal. malè ipſum referat in c. naturales. in fi. ſi de ſan. ſuc. contro. inter do. & agna. ¶ Non obſtat c. quãuis. de præb. in 6. ubi ſecundum ſpeciale derogat primo generali nõ nominato, quia reſpondet hic Domi. quòd ſecundum priuilegiũ non tollit ibi effectum primi, ſed differt. Bene facit, quod ipſe no. c. ſi propter de reſcr. in 6. dum colligitur propter gl. ibi in uerb. impediri. quod multum differt, an aliqua diſpoſitio tollat effectum alterius, an differat. ¶ Conſidera, quòd Io. Mon. & Io. And. loquuntur in ſtatuto iurato, uel confirmato, quo caſu conſtat clauſulam. Non obſtantibus, non extendi ad talia. Gl. in c. cũ non deceat de elec. in 6. & in cle. dudum. in uerbo, pacta. de ſepul. Dicemus ſatis ĩ. eo. conſtitutus. ¶ Quid autẽ, ſi eſſet ſimplex ſtatutum ſine tali robore? Hoc ipſi omittunt, & fortè tunc ſecus, primò, quia Domi. ibi in prin. expreſsè ponderat robur additum ſtatuto dictis modis, quaſi ſecus ibi eſſet ſimplex. Secundò, quia ubi non infringitur ſtatutũ, ſed pro illa uice ſuſpenditur, non nocet tacuiſſe eũ. Domi. poſt Imo. in d. c. fi. de conſuc. in 6. Tamen hoc dictum non placuit mihi heri in uer. tripliciter. Tertiò fortius, quia ſublato iure cõmuni, uidetur ſublatũ ſtatutum illi conforme, ut ĩ. examinabitur. Vnde cogita, quia But. & alij hic indiſtinctè loquuntur, & tenẽdo eos poſſet dici, quòd hoc operatur odioſitas literarũ ad beneficia. ¶ Limita quartò, niſi ius quæſitum ſit, uel quærendum ex priuilegio non reuocabili, quia ſi non reuocatur expreſsè, minus tacitè. Quæ aũt illa ſint, uide Inn. de iudic. nouit. ſuper uer. Theodoſius. cum concor. multis, quas ibi addidi poſt Moder. ponendo, quando priuilegiũ conceſſum non ſubdito habeat uim contractus. Et reſtringe hanc limitationẽ illis modis, quibus ibi reſtringit Inn. ¶ Limita quintò, dum modò priuilegiũ ſpeciale nõ abſorbeat generale in totum, ſed ei aliqualiter detrahat. Hoſt. hoc n. §. item an præiudicet. in prin. dicens, quòd nõ uitiatur ex eo, quòd non faciat mentionem, ſed ex defectu intentionis, arg. c. in his. de priuil. & c. ad audientiam. & c. ſuggeſtum. de deci. Idẽ dicunt hic Hoſt. But. Imo. & Dom. qui pro hac differẽtia inducit d. c. dudum. & c. quamuis. & ſequitur do. Abb. ſuper gl. a. dicens eſſe bonam limitationem. ¶ Conſidera, quod licet non probetur iure, tamen fortificatur ex prima limitatione, & ea his, quæ pro ea dicta ſunt. Vbi autem agerent de iure ad rem, procederet ſimpliciter regula ſ. poſita. ¶ Limita ſexto & ultimò niſi id, quod competebat mihi ex iure communi & ex priuilegio, incipiat etiam mihi competere de iure ſpeciali originato a partium conuentione, quia ſemper de illo iure facienda eſt mentio. Tex. no. de præſcri. cùm olim. ubi hoc extollit Ab. ult. col. uſq; ibi, ex ultimo dicto. Cætera ad regulã, generi. ponit hic magiſtraliter Baldi Diai quædam de off. leg. niſi. Quid aũt de ſtatuto omnino conformi iuri, dicetur ĩ. Tangit etiã But. Dom. & Ab. hic, latius do. meus Fran. Are. De clauſula, Non obſtante lege, dicetur poſt Ab. ĩ. eo. nonnulli. ubi melius cadit, & fiet diligens mentio corũ, quæ de nouo ponit hic do. meus in ſpeciali commento huius c.

4 PRIVILEGIVM Continẽs † prima facie idem, quod ius commune, debet ita intelligi, ut aliquid addat iuri cõmuni. Hoſt. & omnes * alij hic per c. in his. de priuil. & c. paſtoralis. in prin. de app. & l. j. in fi. ff. ad muni. no. Bal. in authen. habita. in 4. notab. C. ne fi. pro pa. aliquid Cal. de offi. Archi. conſi. 1. Adde Pet. de Anch. conſi. mihi 182. inci. Pro' perie eccleſiæ. dicentem, quòd priuilegium datum epiſcopo, ut poſſit teſtari, intelligitur de bonis ab eccleſia quæſitis, non de patrimonialibus, per dictam regulam: quoniam epiſcopus de patrimonialibus bonis iam diſponere poteſt de iure communi, §. interdicimus. in authen. de eccl. tit. no. in authen. licentiam. C. de epiſ. & cle. Et dicit Bal. in l. iij. §. ſi is, pro quo. ff. quod quiſq; iur. poſt med. quòd clauſula, Exceptiona remota, poſita in reſcripto,
a non intelligitur de iuſta, s per l. ita nobis. C. de adul. Secus, ſi in priuilegio, per d. regulam. Intellige, dum modò ſit appoſita clauſula, Non obſtante, ut ibi per gl. & Alex. Dixi de offi. deleg. ex parte. lo 2. Et dicit Bal. tit. prox. cùm olim. ad fi. quòd ſi Papa concedit epiſcopo facultatẽ creãdi nouã dignitatem, quod iam epiſcopus poterat, intelligitur & ſine conſenſu capituli. Et dixit Bal. in l. j. ibi, quintò oppono. C. ſi ſeruus extero. quòd facultas teſtandi data ſimpliciter monacho per Papã, intelligitur de bonis, quæ de facto tenet. Et dicit Ab. poſt Car. in c. fi. quaſi in medio, de præb. quòd mandatum prouidendi de beneficio in certa eccleſia, includit canonicatus, ſi in ea nõ ſunt alia beneficia, licet alias ſecus, de præb. quamuis. lo 1. in 6. ut literæ operentur. ¶ Et dicit But. in cap. at ſi clerici. §. de adulterijs. ibi, nunquid autem. de iudi. quòd licet diſpenſatio ſit ſtricti iuris, c. 1. in fi. de fi. preſby. in 6. non tamen ita arctanda, quòd nihil gratiæ conferat, ſed ſufficit, quòd aliquid licet modicum operetur. Di-
5 xit etiam Bal. in l. nullus. C. ad l. Iul. maieſ. quòd ſi † princeps concedit iudici ius inquirendi de aliquo delicto, de quo prius inquirere poterat, uirtute huius priuilegij, poterit procedere non præcedente fama. Quod dictum extollit Lud. Ro. in repe. l. j. C. de hær. inſti. Ang. Are. in lib. Maleficio. in uerbo, fama publica præcedente. & Franc. Pauinus. in conſ. Pueri Tridentini. poſt conſilia Ol. impreſſa. inci. Patres, cõſidero, & c. dum modò ſuperior hoc mandet proprio motu, ſecus, ſi ad petitionem partis. Gl. j. in c. 2. de accuſ. in 6. quam extollit Ang. de Ariminio in addi. ad dicta maleficia, fol. 55. ¶ Quinimo uolunt do. Ab. & Phil. in c. paſtoralis. in prin. in ultimo no. de ap. quòd etiã reſcripta habentia clauſulã odioſam, debent ita exponi, ut aliquid operetur, per illũ tex. quia ſic generaliter dicitur de omni diſpoſitione etiam impropriando, per c. ſi ſententia. in fi. de ſent. excom. in 6. Et dixit But. ĩ. eo. eam te. quòd ſi uerba ſimplicia mandati de cõferendo beneficio poſſunt adaptari habenti & non habenti poteſtatem conferendi, præſumitur ei ſcriptum, ut executori, ut aliquid operetur. ¶ Et dixit do. meus
6 de Aret. conſi. 15. uer. circa tertiũ. quòd † per priuilegiũ datũ eccleſiæ, quòd nulla cõtra eã curtat præſcriptio, uidetur remoueri præſcriptio temporis longiſſimi, quia aliàs parũ operaretur, cũ de iure ſola præſcriptio longiſſimi temporis curtat contra eccleſiã, c. illud. de præſcr. & allegat Bal. in c. 1. §. præterea. de capi. Cotra. & alia, de quib. per eum ſubdentem, quòd tamen curret centenaria præſcriptio, quia illi non eſt derogatum per uerba generalia, ut locis allegatis ab eo, & ab Alexan. in l. nemo poteſt. ad fin. de legat. 1. ¶ Et dixit Bald. in l. ſi quis poſthumos. in princip. ff. de
7 lib. & poſth. propter gloſſ. ibi, quòd † licet aliàs in priuilegijs uerbum Filij, non intelligatur de adoptiuis, c. adoptiuus. ſi de feu. fue. contrrouer. Spe. de loca. §. nunc aliqua. uer. 68. tamen fallit, ubi uerbum Filij, non poſſet uerificari, niſi in adoptiuis, ut ſi erat talis, qui nõ poterat generare,

a De iuſta] Adde gl. tx. q. x. fine excep.

nerare,uel clericus in ſacris. Et dicit Bal.de puce Conſtan. io uer. caſſantur.quòd ubi dicitur Caſſentur & irritentur, iſta geminatio importat nullitatem ipſo iure, ne aliquid operetur, licet aliàs uerbum futuri temporis operetur ferendam ſententiã. [a] Gl. to ca.ſi diligenti.iu uerbo perdunt.de fo. com.cum ſimilibus. Et hoc dictum Bal. multi ſequuntur, ſed præcipuè Maria. de Senis, conſi. mihi 53. Do. Ang. Maurocenus. dicens, quòd iſtu uerbu, Fiut ſtatim & incontinenti, ſi in materia, in quu uliàs unum de ipſis requireret tamẽ aliquod interuallum, proferantur ita coniunctiuè, tollent protſus omne interuallum. Quod no. ad ſimilia. ¶ Longum eſſet & nimis impertinens, oſtendere, quòd idem eſt in omni diſpoſitione, ſicut in ſtatutis, de quo ad futuritatem ſcribit Aleand. in l. iiij. §. prætor. ff. de dam. infec. Et idem in legatis,l.ſenatus. §. fi. ff. de leg. i. Et ibi Scribentes, maximè Alea. ponens quinque aurea dictu, & ultimo illorum dictorum addu Pau. conſi. 75. Et dicit Bal. in rub.C.de contraben. emp. in 9.q. quòd in contractibus quodlibet uerbum debet ita interpretari, ut aliquid operetur. [b] Et dicit Bal. ĩ.in hac rub. quòd in reſcriptis nihil debet eſſe ſuperfluum. Et dicit gl. in l. fin. ff. quod me. cau. quòd ſyllaba non debet ſuperfluè apponi. Bona glo. in l. poſtquam. in gloſſ. 1. C. de pac. & pulchrè Phi. in c. paſtoralis. in princ.de up. & Lud.in repe. l. j. C. de hære. inſti. & Alex. conſi. 33.Viſo themate. & Lud. conſi.180. Si admittimus. uerſic. ſecundò principaliter. & eſt aureus text. in l. fundus, qui locatus. ff. de fund.inſtru. ubi legato fundo cum inſtrumento, ſi in eo eſt inſtrumentum domini & coloni, intelligitur de inſtrumento domini, niſi dominus nullum inſtrumẽtum habeat, quia tunc intelligitur de inſtrumento coloni, ne uerba ſint ſuperfluu. ¶ Per quẽ text. dicit egregiè Bal. in l. quibus diebus. §. dominus. ff.de condi. & demon.

8 quòd † licet teſtator mandet, ut ſoluuntur debita, non intelligatur de præſcriptis cum bona fide. Tamen ſi nulla ulia debita habebat, niſi præſcripta, intelligitur de illis. Sic etiam per illum text. dixit ſolenniter Bald. in paucis uerbis in l. ſi ita ſcripſiſſet. ff. de legat. ij. quòd licet legato credito intelligatur de puro, non in diẽ, niſi adijciatur, ut ibi, tamen ſi nullum habeat creditum purum,intelligeretur de eo, quod habet in diem. ¶ Ex quo uidetur poſſe inferri limitatio ad unum, quod ſubdit ibi Bal. quòd licet mandatum de reſtituendis uſuris non intelligatur de extortis poſt mandatum, tamen fallit,ſi tunc nullas extorſerat. Et idem in omni ſimili caſu, quod eſt aureum, ut etiam dixi in cap. ſedes. in 6. limitatione, infra eod. ubi uide. Quoſdam autem caſus, quibus toleratur ſuperfluitas, dixi in cap. ſolitæ. in fi. de ma. & obe. ¶ Facit etiam ad hæc, quod dixi poſt Abb. in c. poſtulaſti infra

9 eod. quòd † licet literæ ad eccleſias cathedrales, quo ad beneficia earum, non includant canonicatus, ut dicunt omnes * in c. fi.de præben. tamen fallit, ubi non ſunt ibi alia beneficia. Quod dictum, & ſimilia, intellige ſaluo eo, quod de beneficio manocuſuri ſcribit gloſſ. in clemen. i. de præben. & dixi infra eod. in noſtro corollario 24. Et ſul uo notabili dicto Alber. in l.ſi eiũm dies. §. 1. in fin. ff. de arbi. uidelicet, quando non poteſt uenire illud, quod ſub eſt, & plura ſunt nominata, ut in exemplo de quo ibi. Et his adde, quòd licet legato blado, quod quis habet in ciuitate, non ueniat quod habet in diſtrictu, tamen ſi non habet niſi in diſtrictu, de illo intelligitur. Alber. in l.j.§.1. ff.de offi. præ. ur. per d.l.fundus, qui. ſicut dicitur etiam de teſtatore, qui legat chartas, quòd ſi non habet ulias chartas, tunc libri continentur, l. librorum.de leg. iij. ſecundum eum.

Declara Duobus modis iſta & ſimilia aduertenter*. Primo, dum modò tales interpretationes conferant ius, & tertio nihil auferant, uel ſolùm auferant lucrum quærendum. Ita text. hic cum ſuis concor. Sed ubi præiudicaretur alteri in iure quæſito, uel inferretur damnum, tunc exponitur ſimpliciter priuilegium ad terminos iuris cõmunis, prout iacet: Ita Cy. & Bald.in l.ſi quando. C.de inoff.teſt.per illũ tex.ubi ſi princeps concedit liberam teſtamenti factionẽ, intelligitur non omiſſa ſolennitate inducta in alterius utilitatem, etiamſi aliùs ille erat teſtabilis. Et ſequitur do.meus hic,addens, q; nec excludit legitimã, quæ non dicitur propriè lucrum, ſed quaſi, & allegat gl. in l.13.C.de int.& fac.igno.Addit etiã tex.in l. etiã.in prin.ff. de bonis lib.ubi ſi princeps concedit liberto liberam teſtamenti factionem, poteſt teſtari, & excluditur patronus contra tabulas, quia agitur de ſuo mero lucro. ¶ Adde Ioan. And.in c.certificari.ibi, ſecundò quæro. de ſepul. quem ſequuntur ibi But. & Abb.& Domin.in c.1.de puc.in 6. poſt Arch.& Ioan. Andr.ibi, ubi dicit, quod priuilegium concedens liberam ſepulturam non inducit liberationem à quarta Canonica, ſed operatur acquiſitionem nouam iuris funerandi:& inducit ibi Abba.d.l.ſi quando. dicens, quod ibi ſufficit, quod inhabilis habilitetur. Vnde non poterit quem ſine cauſa exhæredare, ſecundum Bald. ibi. Ad quod uide eum omnino in l.j.ff.de mil. teſt. Sed nõ aperiunt iſti, quid, ſi prius competebat ius funerandi, utrùm conceſſio erit inanis. In quo Lu.Ro.in d.l. j. de hær. inſti.dicit, quod tunc uidebitur data exemptio à quarta. Allegat Pe. de Peruſio in d. c. certificari. Contra quod uidetur prima facie iſta declaratio: niſi dicas, quod reſpectu quartæ non auferatur damnum iuris quæſiti, ſed ſimplex ceſſatio lucri. Tamen cogita,& non dicas, Ergo pari ratione, ubi prius non competebat ius funerandi, debet intelligi data dicta exemptio, quia non eſt opus, quod fiat interpretatio, ut operetur omnes effectus, quos operari poteſt, ut in proxima reſtrictione. Et cum iſtis concordat Pet.de Anc.in d.c.ſi propter. uer.reſtat reſpondere. Et q; dictum eſt de læſione iuris quæſiti, intelligit dominus meus de Are.hic,quando reſultaret læſio certa & indubitata, & ſemper uniformiter: nam ſi nõ reſultaret talis læſio, non uidetur fienda reſtrictio. allegat de appella. c.paſtoralis. ¶ Adde iſtis etiam omnino Bald.j. eodem etiam ordinem.uerſic.pone ergo. ubi oſtendit, quomodo uerba reſcripti nihil operantur, quando iuris ratio non patitur, ut quia quod exprimitur, ineſt de neceſſitate, & in quolibet contingenti & loquitur de clauſula appoſita in literis ſuper reſidentia, per quam non tollitur, quin epiſcopus ſuper ea diſpenſare poſſet, licet per hoc dicta clauſula uideatur nullius operationis, ut per Io. And. in cap. licet canon. §.fin. de electio. in 6. Dicam etiam infra eodem cauſam. uerſic. interpretatio reſcripti. ¶ Secundò declara, dum modò interpretatio, quæ fit, lædat ius commune, quanto minùs poſſibile eſt. Ab. in d. cap. certificari. Bonus tex. in capit. eos. §. j. de temp. or. in 6. per quem dicit ibi Domi. in prin. quòd data alicui libera poteſtate faciendi actum, quem facere non poterat, tamen in eo debet ſeruare canonicam formam. ¶ Similiter dixit Domi. in c.ſi pro debilitate.in notabilibus,de offi. deleg. quòd ii, cui conceditur electio libera, nõ poteſt eligere non idoneũ. ¶ Similiter dixit Arc.8. q. 2.licet. quòd priuilegium datum epiſcopo ſuper collatione certæ præbendæ, intelligitur accedente conſenſu. ¶ Similiter dixit Cal.de regula. conſil.22. quòd mandatum Papæ de uendendis fructibus certi monaſterij reſeruati Apoſtolicæ ſedi uni monacho, intelligitur, dum modò cum licentia ſuperioris illius monachi. ¶ Simile dixit Cal. de reſcrip. conſil. 8. Quæ duo conſilia non ſoleo affirmare, attenta l. item Vlpianus. ff. de excuſat. tu. & quod ſcribit Old. in conſilijs nouiter impreſſis ultra conſueta, conſil. 325. inci. thema quæſtionis. cum pluribus ſeq. ¶ Similiter dicit Egi.Belle.deciſ.419. ſi auditori.& ſeq. quòd cùm iudex ſuper interlocutoria debeat remittere ad primum, non conſulto de grauamine, caput de-

a *Ferendam ſententiam*] *Adde idem eſſe, etiam ſi ex uerbo futuri temporis adiungatur aduerbium Mox, uel Ilico, uel Funditus, & ſimilia,quia intelligitur ipſo iure, non per ſententiam, ut per glo. in authen. de inceſt. nup.in prin. in gl.quæ incipit, ſed nunquid. & ibi Ang. & in authen. de nup.§.ſi uerò expectet. & per gl.in l. decernimus.de ſac.ſan. ecc. & in l.j. §.ſi pecunia. de poſ. Item fallit, ſi a teſtatore proferatur. Ita Bald.in l. j. in fin. C. de his, quæ pœ.no.in lectu. antiqua. Item fallit in uerbo, Cadat a iure ſuo, quia non per ſententiã, ſed ipſo iure intelligitur. Sali. in l.3.de iure emphyt. per l. fin. C. de loca. & omnino uide per do.Alex. de Imol. in l.imperator.ff. de iure fiſ.*

b *Operetur*] *Ad quod adde do. Soci.ſuo conſi.47.in cip.in primo præſenti conſultationis.in 1.parte.*

ut debitus. de accuſ. iſtud habeat locum, etiamſi ſit datus cum clauſula, quòd ſuper toto negotio procedat, de quo dixi j. eo. cauſam. uerſic. interpretatio reſcripti. ¶ Similiter conſuluit latè dom. Marianus conſi. mihi 23. incip. Bonæ memoriæ, Pius ſecundus. quòd indultum Pij datũ abbati Florentino, ut poſſet facere unionem abſque alicuius ſuperioris licentia, non tollit conſenſum conuentus. Et eſt deciſio Thomæ Faſtoli auditoris Rotæ dubio 5. Et ideo uidi conſultum a quodam Andrea Bentio aduocato conſiſtoriali, quòd in caſu cle. dudum. de ſepul. uolentes confiteri religioſis, de quibus ibi, debent petere licentiam a parochiano. Verbum autem Liberè, de quo ibi, intelligitur reſpectu ipſum religioſorum, qui non ſunt curati, qui non poſſunt ſine licentia parochiani audire confeſſiones. Gl. in cle. 2. de priuile. in uer. ſpeciali. Modò autem ſine illa poſſunt. Sed ipſi uolentes confiteri non ſunt priuilegiati ſuper non petenda licentia, de qua in cap. omnis. de pœ. & remiſ. quia ubi agitur de iure nouiter creando eſt priuilegio, nonquam eſt remiſſa ſolennitas iuris. niſi quatenus exprimitur, d. l. ſi quando. ¶ Tamen in caſu dictæ cle. dudum. hodie declaratum eſt contrarium, quòd imo etiam a ſacerdote non ſit opus licentia, ut in conſtitutione Eugenij 111 r. quæ incipit, Gregis nobis crediti. confirmata per Nicolaum 5. in conſtitutione, Prouiſionis noſtræ. in quibus puniri mandatur, ut hæreticus, contrarium affirmant. Et ex prædictis pridie conſului Florentiæ, quòd indultum Papæ datũ certis religioſis non exemptis, quòd poſſent liberè eligere ſibi ſacerdotem ad curam ſuarum animarum, debet intelligi, ut ipſi eligant, & hoc operatur gratia, deinde ordinarius loci confirmet. Cuius contrarium dicebant aliqui rudites capientes uerbum Liberè, propter prædicta, de quibus mentionem non faciebant. De uerbo autem Liberè, [a] dicetur aliàs. Multa ponit And. Si. in c. 1. de off. ordi. ¶ Modò conſidera. Stante iſta ſecunda declaratione, quomodo facultas liberè appellandi, de qua hic, poteſt operari tot effectus, quot ſibi attribuunt Doc. Videtur enim facienda interpretatio, ut minùs offendatur ius commune, quàm fieri poſſit, ſicut etiam de ſtatuto dicitur tit. ſeq. cùm dilectus. niſi dicas de mente iſtorum eſſe, quòd non operetur omnes dictos effectus, ſed unum, quẽ pars elegerit. ¶ Conſidera etiam aliud, quòd aliquando ſumus certi, quòd uerba priuilegij ſunt contra ius, tunc non datur eis alia interpretatio. Ita loquitur cap. in his. de priui. cum ſi. ¶ Aliquando uerba non ſonant in priuilegiũ, & tunc per uiam ueriſimilitudinis, uel interpretationis reducemus ea, ut operentur. Ita tranſeunt prædicta. Quibus adde Innocen. in cap. dudum. in fin. de deci. dum dicit, quòd confirmatio Papæ. quæ poteſt referri ad actum, qui eſt aliquis & ualidus, & etiam poteſt referri ad actum, qui erat nullus, contra ius refertur in dubio ad actum ualidam duntaxat, quod alibi non inuenies, ſecundum But. ibi, cui adde Pau. de Caſt. in pluribus locis, quæ extentè poſui de excep. cùm inter. diſcuſſo hoc dicto. ¶ Et ex prædictis uidetur poſſe attentari, quòd ſublato iure communi non ſit ſublatum priuilegium continens idem, quod ius commune. Si enim debet ita intelligi, ut addat iuri, ergo differt ab ipſo, quamuis fortè hoc ſit dubium, quia infrà firmabitur, quòd ſublato iure communi eſt ſublatum ſtatutum illi conforme, niſi dicas, quòd dicta illatio non procedit, quando uerba priuilegij nullo modo ſunt apta addere iuri communi. Sed ſi poſſunt addere, tunc non eſt reuocatum tale priuilegium, ſicut etiam dicitur de ſtatuto, ut infra uerſic. limita ſecundò. ¶ Aliæ declarationes dari poſſent, in quibus aliquando in alijs materijs uerba nihil operantur. Sufficiant iſta ad rem propriam, in alijs caſibus uide magiſtraliter Domi. in cap. ſi Romanorum. 19. diſtinct. ubi ponit, quinque fallentias, quas etiam ipſe ponit in cap. ſi Papa. in ſi. princip. 1. de priuilegijs. in 6. Et ad quartam adde omnino Alexan. conſi. mihi 33. uiſo themate. & uide etiam Domin. in ca. ſi duo. in prin. de procu. in 6. & Ioan. And. But. & Abb. in cap. ſolitæ. de maio. & obe. & Bald. in cap. uenient. de præſcrip. ante ſi. ibi, ego dico, quòd idem. ubi dicit, quòd quando priuilegium uenit ad corroborationem iuris quæſiti, non derogat iuri quæſito, ſed ipſum iuuat tollendo omnem dubitationem. Quæ omnia nota, tanquam, nouiter adaptata, & ad hæc ultima uide, quæ dixi in d. cap. ſolitæ. ¶ Ad intellectum cap. ut debitus. uide etiam gl. 1. infra eod. cæterum. & in capit. paſtoralis. §. quoniam. in uerſic. eneruatur infra eod. quæ concordant cum iſta. Sed tene communem intellectum, quòd regulariter attenditur data, dum modò primum reſcriptum prius præſentetur, quàm de ipſo excipiatur coram iudice ſecundò impetrato, niſi impetrator fuerit impeditus, & proteſtatus fuerit, ſecundum Abb. poſt alios hic, & But. in cap. plerunque. & c. ſi autem. in princip. infra eod. & in d. ca. ut debitus. & ibi latè Phi. col. xxv. cum ſeq. Bene facit text. ibi in uer. prius quàm delegato fuerint aſſignatæ. Ergo ſimplex exceptio de eis nondum aſſignatis nihil operatur. Et ideo ſit cautus, qui citatus, ante quàm compareat coram ſecundis, ut præſentet ſuas primas, poſtea compareat excipiendo de eis, ſecundum Domi. hic.

a Liberè] *De hoc uerbo Liberè, uide etiam do. Iaſo. May. in l. j. C. de ſac. ſan. ec.*

14. *Diſpoſitio facta ad inſtar alterius, non ualet eo non apparente, uel data ualiditate eius, ad quod fit relatio.*
15 *Conditio, Si preces ueritate nitantur, non conditionat ſubſtantiã reſcripti, ſed exercitium.*
16 *Stylus curiæ facit, quod præſumitur contra reſcriptũ, uel priuilegium deuians ab eo, ideo commiſſarius poteſt ſuperſedere.*
17 *Libellus formatus contra conſuetudinẽ curiæ, poteſt a iudice reijci.*
18 *Sigillum curiæ Romanæ requirit imagines amborum Apoſtolorum, ſcilicet Petri & Pauli, quia reputantur pro uno.*
19 *Præciſe, uerbum importat abſolute & ſine cauſæ cognitione, & ſimplicem executionem exceptione remota.*
20 *Impetratio reſcripti ſuſpecti de falſo, mittitur ad Papam, & mittitur uiens ſub cuſtodia ligatus.*
21 *Copulatiua an & quando requirat probationem omnium copulatorum.*
22 *Contractus ſi nominat certa loca per copulam, putà dicendo de omnibus terris, quæ ſunt in comitatu & uilla & uocabulo montis Alberici, illa copula facit, quòd non uenit in contractu aliquis fundus, in quo non concurrant illa tria copulata.*
23 *Reſcriptum, libellus, uel articulus, quando plura copulat circa unum effectum, in quo non ſunt omnia neceſſaria, copula reſoluitur in diſiunctiuam.*
24 *Cauſa an & quando ſit probanda in libello, uel reſcripto.*
25 *Qualitas in libello, uel reſcripto, quãdo debet probari, uel nõ? Vide caſus hic enumeratos, num. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. & 37. quam materiam egregiè tractat.*
38 *Quando uideatur quis ſe aſtringere ad probandum deducta. Et eſt hæc quæſtio ualde prolixa propter uarias declarationes, & opiniones, et reſtrictiones, quãm materiam extẽdit uſq; ad uerſiculum, leges inſertæ.*
39 *Leges inſertæ in Decreto, non ſunt approbatæ, etiamſi liber ille eſſet approbatus.*
40 *Conſenſus principis nullum robur tribuit iniquæ legi.*
41 *Papa licet reprobet quædam ſtatuta forte contra libertatem eccleſiaſticam, per hoc non uidetur confirmare alia inualida, niſi fuerint diſcaſſa.*
42 *Confirmatio etiam ex certa ſcientia non prodeſt in defectum ſubſtantialium, puta incompetentiæ iudicis, & falſitatis narratorum.*
43 *Confirmatio executionis nullæ, non ualet.*
44 *Liber Decreti non eſt approbatus.*
45 *Liber Decreti quo tempore fuit compilatus.*
46 *Libri, qui ſunt approbati. De hoc uſque ad c. ſequens.*
47 *Innocentius commentator Decretaliũ, quantæ fuerit authoritatis.*
48 *Authoritates diuinæ poſſunt pro legibus allegari.*
49 *Chronicæ, ſeu libri hiſtoriales, an probent?*

CAPITVLVM II.

a 1 EX PARTE. a ¶ In † reſcripto Apoſtolico ſubintelligitur clauſula, ſi preces ueritate uitantur. Et ſi reſcriptum prohibet cauſæ cognitionem, eſt de falſitate ſuſpectum H. D. Et dicit hic Innoc. quòd ad confirmationem ſententiæ non debet ſibi uendicare locum, niſi ueritas probationum: quod eſt nota. ſecundum Bal. in authen. ſi quis litigantium. 2. not. C. de epiſcop. audientia.

a *Ex parte*] *Adde do. Soc. ſuo conſilio 164. incipi. Viſa bulla Boniſa cij. uer. confirmantur etiam præmiſſa. in 2. par. quòd iſta clauſula, Si preces, &c. in quocunque mãdato & reſcripto ad litẽ & beneficia, ſubintelligatur.*

2 PRIVATVS Eſt † priuandus beneficio, non priuatur. Sentit Abba. poſt alios hic. Addit An. Sicu. Car. & Abba. de iureiur. querelam. & gloſſ. pen. in c. fi. de iure pa. quæ dicit, quòd pœna priuationis nõ incurritur, niſi iure exprimatur. Facit gloſſ. 15. q. 8. in ſumma, ſecundum eum. Adde tu gloſ. in clem. 2. in uerbo, ſuſpenſus. in princ. de uita & hon. cle. quæ dicit, quòd nullus priuatur beneficio, niſi exprimatur. Benefacit gloſſ. 2. in fi. de offic. ord. cùm not. nota. Abba. in c. fi. in fin. de præſum. & in cap. cùm uenerabilis. de excep. allegando gloſſ. in d. c. fi. ¶ Et dicit Innoc. de elect. bonæ
3 lo 2. in gloſſ. poſt mortem. circa medium, quòd † pœna priuandi quem ipſo iure non incurritur,
b niſi ſit iure expreſſa. ¶ Quod uerbum melius facit ad propoſitum, quàm prædicta, quæ non exprimunt de pœna ipſo iure. Facit text. in authen. de non eligen. ſecundo nubẽ. ibi, nec eſt lex tale quid dicens. per quem dicit Bal. in authen. ex teſtamento. C. de ſecun. nupt. quod nihil inducit priuationem, niſi quod iure caue tur, & ſequitur Ana. in c. j. de maledicis.

b *Expreſſa*] *Adde, quod habetur per Bal. in authẽ. qui ſemel C. quomodo & quando iud. & per domi. Alex. de Imol. in l. imperator. de in re ſiſ.*

¶ Sed cõtra communem, quòd imo periurus ſit ſtatim priuatus, tenet And. Sic. per iſtum text. in uerbo, amoueretur & per d. ca. querelam. ibi, remouentes. iuncta theorica But. in cap. fi. ibi, 4. & c. de poſtul. ubi dixit quòd uerbum Spolietur, licet ſit de futuro, tamen denotat ſolam amotionem manualem, & præſupponit priuationem iam iure factam, & ſic dicit fuiſſe dictum in facto. ¶ Præterea hic æquiparatur renuncians & periurus. Sed renuncians eſt priuatus, c. quod in dubijs. ibi, ſpoliari. de renun. & ibi But. contra Hoſtien. Ergo. Item infamia priuat ipſo facto militẽ militia, l. 2. §. 1. ff. de his, qui not. infa. Sed periurus eſt infamis, gl. in d. cap. querelam. Et facit lex, ſi quis maior. C. de tranſact. Ergo & clericũ, iuxta gloſſ. in l. miles ff. de

ff. de re iud. Et hæc eſt ueritas, ſecundum eum. ¶ Vrget primum argumentum, alia non. Quoniam ad ſecundum dicitur, quòd iſta commiſſio relata ad factum, præſupponit hæc duo digna priuatione. ¶ Præterea ipſa renunciatio non priuat ipſo iure. Imol. poſt Hoſtien. in c. quod in dubijs. de renun. ¶ Ad tertium, quòd infamia. 2 0 2. Iſtæ militiæ non æquiparantur in propoſito. Abba. in d. c. querelam. & in ca. j. de cler. ægro. Nec eſt expoſitum, quòd periurus ſit infamis, ut nota. de teſti. teſtimonium. ¶ Sed pro primo argumento adde Abba. poſt Cal. de pac. cùm clerici. Imol. in d. c. fi. de poſtul. ult. nota. Abba. in c. ex parte. 3. nota. de cle. non reſi. Bu. conſil. 27. Viſis præſentibus. Sed in contrarium facit c. de multa. de præben. in uerbo, ſpolietur. iuncta extraua. execrabilis. quæ addit ipſo iure. ¶ Ad idem cap. poſtulaſti. de cle. exc. miniſt. in uerbo, ſpolietur. iuncto cap. clerici. eodem. titul. ubi non perdit ipſo iure. Pro hoc cap. uergentis. de hæret. in uerb. ſpoliari. iuncto ca. cum ſecundum. eodem titul. in 6. ubi requiritur ſententia. Ad idem d. c. quod in dubijs. iuncto dicto Imol. ibi, exponentis ſpoliandi, id eſt, priuandi. Ad idem text. hic in uerbo, amoueretur. iuncto uerbo, ſententiam. Ergo pronunciauit priuãdo. Ad idẽ c. ſi autem. de coha. cle. c. audiuimus. de colluſione. c. ad falſariorum. in fi. de cri. fal. & ubique exponunt Doct. ſpoliare, ſcilicet per ſententiam. Dici poſſet inſpiciendum eſſe materiam ſubiectam: Si enim per alia iura apparet requiri ſententiam, tunc huiuſmodi uerba important ſententiam. Facit in ſimili c. 2. cũ glo. de ſo. comp. & c. ſi quis. cum gloſſ. 23. diſt. ubi exponitur Sit, id eſt fiat, propter alia iura. Vbi autem in materia alibi explicitè, uel implicitè non declarata lex utitur uerbo Spolietur, fortè ſtarent doctrinæ prædictæ. Pro quibus facit c. cum bonæ. in fin. de ætate. & qual. ibi, non differat ſpoliare. quæ uerba denotant priuationem ipſo iure, ſecundum Car. in cap. perpendimus. ibi, ego dico melius. de ſent. excom. Pro quo uide Old. conſil. 295. Articuli domini Arnoldi. poſt princ. ubi dicit, quod in materia cap. ex tuæ. de cle. non reſi. non eſt neceſſarius ordo iuris: tum propter uerbum Spoliare, de quo ibi: tum quia non reſidere eſt quid notorium. Ergo non requiritur ordo, c. quoniam. de fi. presby. Requiritur tamen priuatio, ſed nõ ſolennis, ſecundum Abba. in cap. ex parte. lo j. in 3. nota. de clerie. non reſi. niſi faciat actum, per quem uideatur habere eccleſiam pro derelicta, ſecundum But. in ca. ex tuæ. de cle. non reſi. ante uerſic. oppono ſecundò. Et ita etiam Abba. in rẽp. c. extirpandæ. §. qui uerò. ibi, hoc etiam uidetur ſentire Old. de præben. Cum ergo in propoſito per iura adducenda appareat periurum non eſſe priuatum, uerbum Remouentes, ſ. ponderatum, non denotat ſolam facti remotionem, ſed ſententiam. Quòd autem periurus nõ ſit priuatus ipſo facto, firmat Innoc. in c. inter dilectos. poſt princ. de exceſ. præla. & omnes in d. c. querelam. & Dom. 8. diſt. quo iure. ad fi. dantes doctrinam, quod nullum crimen priuat ipſo iure, niſi ſit iure cautum. Videmus idem in homicida, ſecundum Innocent. & alios in d. ca. cum noſtris. de conceſ. præben. Domi. poſt Archi. l. diſt. ſtudeat. Car. in cle. conſtitutionem. §. cæterum. in fin. de elect. Ana. in ca. 2. de clerico pug. in duel. & in c. fi. de homi. Ioan. And. in c. quanquam. de elect. in 6. Arch. 8. q. j. in ſcripturis. Imol. de iureiurãdo. cum contingat. ad fi. Rotam, ut lit. pendẽ. 14. Item Titius. ultra medium, ibi, ad dicta iura. in nouis: Bald. in le. Barbarius. uer. ſed quid de ſeruo. ff. de off. præto. in rep. non in lectura: Abba. in c. ſi pe. no. de exceſ. præla. Bald. in l. cum fratrem. C. de his, quibus ut ind. Lud. in leg. is, cui bonis. de uerb. obli. Pet. de Anch. in regula, peccati. in j. oppo. lib. 6. Calder. de præben. conſil. 50. Et de accuſ. quarto. & Imol. in c. niſi cum pridem. in 6. col. ibi, nota bene hunc text. de renun. Niſi in caſu. ca. j. de homic. in 6. Probatur in c. clericis. in uerbo, priuetur. ne cle. uel mo. in c. ex literis. in uer. cedat. & in uerbo, amouentes. de exceſ. præla. & in c. quæſitum. de rem. or. in uerbo, priuetur. Non obſt. c. miror. in uerbo, priuatus. l. diſt. quia Card. & Ana. in c. inquiſitionis. in princ. de accuſ. exponunt, ſcilicet per ſententiam, per prædicta, de quibus aliàs feci mentionem ibi ad. c. in quibuſdam. in uerbo, prorſus amittant. de pœ. 5 0 2. Loquitur in feudo. Et hic not. quibus adde, quod dicetur j. eo. ſuſcitatus. in prin. ¶ Collatio † tamen facta periuro, uel aliàs cri-

4 minoſo eſt nulla. Fede. conſil. l. incip. An collatio. Allegat Hoſtien. de exceſ. præl. inter. Idem Abb. in d. c. querelam. & Rota de iure pa. 5. ad fi. in nouis, reprehendendo quendam Cardinalem, qui ſequutus Innoc. de conceſ. præben. cum noſtris. malè ponderabat c. poſtulaſti. de cle. excom. mi. cap. cum bonæ. de æta. & qua. & c. accedens, de accuſ. Et hanc partem tenet Innoc. de ap. conſtituris. lo 2. in gl. deficit toms. poſt prin. quem ſequitur Abb. in d. c. cum noſtris. ad fi. Idem Ni. Myl. in Repertorio, fol. 79. §. irregularis, ut homicida. dicens non eſſe uerum, quòd Innoc. aliter dicat in d. c. cum noſtris. licet uelit, quòd beneficia acquiſita ante hos defectus licitè teneantur, quouſq; iſti priuentur, non dicit, collationem ualere. Et in hoc communiter errat uulgus, allegando Innocen. Idem Abba. in c. cum in cunctis. §. fi. de elec. per illum text. in uerbo, amittat. quod importat ipſo iure, ſecundum eũ, & forte malè, propter gl. 1. in l. amiſſione. § j. ff. de cap. d. quæ dicit, quòd ſonat in futurum. Et rarò inueniet ſimilem, ſecundum Bal. ibi. Et no. gloſſ. & Doc. in l. ſi quis in tantam. in uerbo, amittat. C. unde ui & ſic etiã reſpondebitur ad cap. quanquam. in uerbo, deuoluatur. de elect. in 6. Et hãc partem tenet etiam Abb. in c. j. de re iudic. & in c. fin. de præſump. & in c. graue. de præb. dum modò collatio fiat indigno tali Indignitate, quæ ipſo facto impediat uires collationis, ut in quatuor defectibus, de quib. in d. c. cum in cunctis. in prin. alias non. Sed certè rarò erit indignitas, quæ non ſit talis, propter illum tex. in uerbo, uita & moribus. Et hanc partem ſenſit Aegi. Belle. concluſione 172. collatio facta. ¶ Limitatur iſta opi. ut non habeat locum in electione. Ita Ioan. An. in c. auditis. ſuper. gloſſ. ult. de elect. ibi, ſed quid ſi eligitur criminoſus. quem ſequũtur ibi Butr. & Dominic. & Domi. 8. q. j. in ſcripturis. uolẽtes electionem factam ſcienter de criminoſo, non eſſe ipſo iure nullam, niſi crimen inducat irregularitatem, uel ſuſpẽſionem maiorem, iuxta c. ſi celebrat. de cle. excom. mi. Alle. Compoſt. j. eodem. c. ¶ Contrarium firmat But. d. ca. cum noſtris. dicens, electionem non ualere. Alle. Cald. in d. cap. querelam. & ſequitur Nic. Myl. fol. 29. §. clericus licet ſit homicida. Et quòd electio non ualeat, tenet Hoſtien. in c. j. de poſt. præla. & in d. cap. cum in cunctis. per illum text. in uer. uita & moribus. cum quo reſidet Archid. in d. c. in ſcripturis. in fin. Et eis non adductis idem tenet Innoc. in d. c. auditis. in fin. per d. c. cum in cunctis. iuncta l. non dubiũ. C. de legi. Idem Abbas in capitul. dilecti. 3. nota. de except. ¶ Reſpondet Imol. in d. ca. auditis. ad id, quod j. dicetur de collatione, quòd illa habet in ſe incluſam uirtualiter cõfirmationem: gloſſ. 3. c. j. de elect. in 6. cum concor. dicendum j. eodem. cam re. ſecus in electione. Poſſet reſponderi ad le. non dubium. quòd in c. cum in cunctis. ponitur pœna priuationis poteſtatis eligendi. Ergo actus tenet, quando nullitas eius reſpicit præiudicium alterius, non illius, qui punitur. Bartol. in l. prætor. in fin. princip. ff. de ope. no. nun. Item ſi eadem eſt lex prohibens & puniens, tunc actus non annullatur. Abb. in c. 2. de teſti. Ideo fortè iſtud de electione eſt uerũ, ſaluo, niſi fiat de perſona irregulari, ut illegitimo, bigamo, homicida, uel ſimili, ut fatetur Ioan. Andr. ubi ſ. Idem, ſi fieret de notoriè incapace, ut de laico, fœmina, infante, uel ſimili, propter uerba Abba. in d. c. fi. de præſump. ¶ Sed contrariam partem, in collatione, quòd imo ualeat mero iure facta periuro, uel aliàs criminoſo, tenet Lap. in addi. Ad conſi. Fed. l. & Imo. in d. cap. auditis. ad fi. de elect. & firmiter do. Card. in d. c. querelam. in fin. quia ſi periurus eſſet incapax tituli beneficialis, ſequeretur, quòd beneficiatus incurrens periurium eſſet ipſo facto priuatus. Contra prædicta inducit etiam d. c. inter. de exceſ. præla. intelligendo uerbum Irritandam, propriè. Præterea ſecunda electio non ualet, niſi caſſetur prima, ca. conſiderauimus. de elect. Ergo prima tenuit. Ad regulam, infamibus. reſpondetur, quòd poſſunt excludi, ſed non ſunt ipſo iure incapaces. Idem tenet Nic. Myl. d. fol. 29. allegando Butr. in d. ca. cum noſtris. Idem Aegi. Belle. deciſ. 751. patronos infra tempus. in fi. ſequendo Car. ſancti Euſtachij ſ. reprehenſum ab alia deciſ. prælle. de iure pa. 5. in no. Idem not. Compoſt. & Ioã. And. in locis præalleg. ad id, quod dixi de elect. ſ. in uerſic. limitatur. & Ioan. Andr. in ca. dudum lo 2. de elect. in gloſſ. hoc non facit ad rem. & in d. c. inter dilectos. in gloſſ. nota. non ſolum. Et iſta ſunt loca authentica, & ſolidæ authoritatis, non collecta ex riuulis. ¶ Conſidera in tanta uarietate,

tate quòd ſorte tam collatio, quam electio uidetur ualida,
niſi fiat perſonæ irregulari, ut homicidæ, & ſi. uel prorſus
incapaci, ut fœminæ, infanti & ſimilibus, in quibus datur
omnimoda & notoria inhabilitas, per prædicta, quicquid
aliàs ſcripſerim in d. c. querelam. & in c. fin. in fi. in 3. con-
cluſione, de præſumpt. Et ita etiam expreſsè uult Innoc.
in d. ca. cum in noſtris. quaſi in fin. tertiæ gloſſ. dicens non
tenere electionem factam de illis, in quibus ius dignitatis
cadere non poteſt, ut ſunt omnino illiterati, mulieres &
infantes. ¶ Et adde, quòd ſi Papa mandat conferri bene-
ficium, quod dicit de iure uacare ob certum crimen, licet
reuera non inducat illud crimen uacationem ipſo iure, ta-
men ſtandum eſt literis. Pet. de Ancha. conſilio mihi 288.
ultra alia ſolenniter: quia talis narratio principis operatur
certam ſcientiam & prouiſionem in illo actu, per l. quidam.
ff. de re iudi. & leg. idem Vlpianus. ff. de excuſ. tu. & ſubdit,
quòd ſola ſimonia & hæreſis priuant quem ipſo iure. Quod
bene no. ¶ Penderet hoc conſil. Pet. à materia clem. j. de
proba. Nunquid dici poſſet de erroribus Papæ in iure, ma-
ximè in literis ad partis petitionem conceſſis: dicam j. eod.
5 cauſam. ¶ Limita etiam omnia prædicta, niſi † prouiſio
facta crimino ſo, uel infami, fiat uirtute literarum ad bene-
ficia: quia propter maximam earum odioſitatem erit ipſo
iure nulla. Cald. de præben. conſil. 20. & de accuſ. quarto,
licet aliàs collatio ualeret, per prædicta: cum quibus ipſe
concordat. Adde etiam Bald. in d. repe. leg. Barbatius. ubi
dicit, quod ſi Papa confert epiſcopatum apoſtatæ, ignorans
eum apoſtatam, non tenet collatio, quia hoc ius non cadit
in apoſtatam: ſecus dicit in homicida. Alle. Innocent. d. ca.
cum in noſtris. Et hæc nota, quia muſicè inſeruient. Nec
ad ea introducetis ex apoſtillis, uel recollectis Moderno-
rum, quas ferè omnes domeſticas habeo, & ubi inſeruire
poſſunt, ut uides, allego, cupiens potius honorem dare,
quàm aucupari indutus plumis alienis: quæ fucata hono-
ris principia tandem turpius dehoneſtant patefacto matri-
ce fonte tinulnium, ut indies cum rubore experiuntur ple-
rique leuiſſimi commentantes, quorum delubrioſa furta
palàm detegunt moderniorum operum multiplicatæ hinc
inde impreſſiones.

Vel, Si ita eſt] 6 Clausula. Si † preces, &c. uel,
Si ita eſt, [a] non facit conditionem, nec
fundat, uel incheoat iuriſdictionem, ſed
inſtructionem ad procedendum. Bald. j.
eodem. ſuper literis. ibi, Iſta clauſula, Si
preces, & ſequitur hic An. Sic. ¶ Adde
Rotam, de filijs presbyte. 4. in antiquis:
& qui filij ſint le. j. in antiquioribus: quæ
dicit, quod clauſula, Si non fuerit pater-
næ incontinentiæ imitator, non inducit
cõditionem præſertim extrinſecam, quæ
reddat mandatum conditionale, Sed eſt
dare formam, quæ etiam ſine expreſſiona
intelligitur. Idem Innoc. clarè in ca. inter
dilectos. ibi, ſed quid dices. de exceſ.
præla. Et dicit Sali. in leg. præſcriptione.
uerſi. iterato ad idem, quia conditio. C. ſi
contra ius. quòd iſta clauſula locum ſibi uendicat, quan-
do princeps non eſſet alias conceſſurus: quod quando ſit,
ipſe ibi declarat, ponendo materiam ca. ſuper literis. infrà.
eodem. ¶ Dicit etiam Aegi. Bel. deciſ. 4. incip. Falſi expreſ-
ſio. ſe conſuetum dicere, quòd iſta clauſula non inducit
nouam formam, nec partis uocationem neceſſariam.
¶ Et uide Rot. de off. deleg. 2. in nouis, ubi dicitur, quòd
clauſula, Si ita eſſe inueneris, facit executorem mixtum,
& requiritur citatio. Sed caue, quia Rota de dolo & contu.
14. in antiquis, tenet de ſtylo, quòd clauſula, Si inueneris,
non requirit citationem, ſecus in clauſula, Si repereris. Idẽ
ſentit eo. tit. 16. Forte melius eſſet dicere econuerſo, pro-
pter illud Ouidij, [*Tu non inuenta reperta es*:] quaſi ad in
ueniendum præcedat indago, reperire autem ſit caſuale. Et
ita ſentit ſummarium dictæ deciſionis 14. Tamen uſus
obtinuit, quòd Reperio & Inuenio non differant, ſecundũ
Vallam elegantia 300. & Iunianum, in uerbo Excogitare.
7 ¶ Et not. quòd † ſi iudex admittit aliquem ad actum aliàs
uetitum, putà ad probandum per teſtes poſt concluſionem

a Adde, quod clauſula, Si preces, etc. & clauſula, Si ita eſt, idem important, et ſubaudiſſitur in reſcriptis Apoſtolicis, ſi expreſſe non continentur, ſecundum Spec. in tit. de reſcripti præſ. §. ratione quoque defectus. in uer. ibi quòd non eſt ibi clauſula.

in cauſa ſub conditione, ſi iurauerit non habuiſſe eorum
notitiam, ſubintelligitur alia conditio, uidelicet & quod
ita ſit. Vnde probato poſtea, quòd imò habuerit eorum no-
titiam, examinatio eſt nulla. Paul. de Caſt. late & ſingul. in
l. ſi cum patrono. C. com. utr. iud. propter gloſſ. ſing. ibi, &
alia, quæ dicit ſe adduxiſſe in facto. Quod guſta ad multa,
putà ad c. paſtoralis. de excep. & ſimilia iura, quæ dant iu-
dici poteſtatem admittẽdi ſub conditione dicti iuramenti.
Secus tamen in iuramento litis deciſiuo, l. j. & 2. ff. de in
lit. iur. ut latius per Paul. cui adda Abb. in d. cap. paſtoralis.
ibi, uel niſi aduerſarius. & ibi dixi. ¶ Et dicit Bal. in l. uni
uerſa. C. de diuerſis reſcriptis. quòd in his, in quib. princeps
habet notitiam plenam, non eſt opus de iure ciuili d. clau
ſula, putà in ſententia lata ab eo, & tunc ſi apponit, exponi
tur, Si pro Quia, ſicut in ſimili dictum de dictione Iuxta,
quòd ſtat cauſaliter, de uerb. ſig. abbate. & dicitur j. ¶ De-
8 clara hæc dupliciter. Primò, niſi † in literis ad beneficia, po-
nantur dictæ clauſulæ in his, quæ à iure nõ præſumuntur:
putà, ſi eſt doctor, uel de tali domo, quia tunc propriè eſt
conditio, & de forma, ſecus, ſi à iure præſumitur, ut, ſi eſt
idoneus. Innoc. & alij in capitu. ſi. de præſum. ubi aliàs latè
reduxi, & glo. maior, & omnes in cle. j. de off. deleg. & Bal.
in l. præſcriptione. C. ſi contra ius. Sed in reſcriptis ad lites
procedunt prædicta. Quibus adde Inno. in c. prudentiam.
de offi. deleg. & quæ ibi dixi. Et uide Card. poſt Pau. in cle j.
in j. & 2. q. de conceſ. præben. ubi etiam diſtinguit, ut eſt
dictum in literis ad beneficia. Not. Bald. in l. 2. C. quando
prouocare. & Paul. in l. eum, qui. §. j. ff. de acqu. hære. ¶ Se-
9 cundò declara. Quia † licet dicta clauſula non ſapiat con-
ditionem, quo ad uim reſolutiuam, id eſt, quòd aliter factũ
non teneat, tamen habet uim ſuſpenſiuam, adeo quòd
pœna reſcripti non incurritur, niſi uerificatis precibus. Pet.
de Anch. conſil. mihi 235. per prædicta, ad fi. dicens, quòd ſi
Papa præcepit ſub pœna excommunicationis latæ ſenten-
tiæ, & tamen non fiat, non incurritur excommunicatio, ſi
narrata ſunt falſa: quia ſubintelligitur conditio Si preces,
&c. quæ ſuſpendit excommunicationem. Innocent. & alij.
de appel. præterea requiſiſti. Idem ſentit Card. Innocent. &
Abba. j. eodem. ſi quando. ¶ Pro quibus uide Innocent.
j. eodem conſtitutus. dicentem, quòd licet conditio, quæ
tacitè ineſt, non reddat rem conditionalem, per prædicta:
tamen ſuſpendit actum, ſicut expreſſa. Allegat gloſſ. in leg.
item quia. in uerbo, malè petitur. ff. de pac. quàm ſequitur
Lud. in authen. ſimiliter. C. ad le. Fal. dicens ſe plenè dixiſſe
in l. & ſi poſt tres. ff. ſi quis. can. Nic. de Neap. in l. planè. in
princip. eodem titul. licet aliter gloſſ. in leg. ita demum. in
princip. ff. de arbit. quæ tollitur, ut per Alexand. in d. l. item
quia. ¶ Scias etiam, quòd licet exprimere conditionem,
quæ ſubintelligitur, non faciat actum conditionalem, ut
eſt dictum, tamen quando exprimitur in materia, in qua
non præſumitur qualitas à iure, ſed conditio ſubintelligi-
tur, facit actum conditionalem. Gl. ſi. in ca. j. de ſponſ. in 6.
Pro cuius intelligentia uide latè Iaco. Zochum in c. ad au-
dientiam. de ſponſ. Et de materia per Bald. & Imol. in l. qui
filiabus. §. ſiu. ff. de lega. j. & Imol. in l. miles. §. j. ff. de leg. 2.
But. Abba. & Imol. de iureiuran. quemadmodum. ¶ Scias
10 etiam, quòd † aliquando in literis Papæ dicitur Iuxta te-
norem talium literarum, uel Secundum, uel Prout: & du-
bitatur, an iſtæ dictiones importent conditionem, id eſt, ſi
ita eſt, prout dicitur contineri in diſpoſitione nominata cũ
illa dictione iuxta, uel ſimili? Ad quod reſpondet Ludo.
conſil. 336. Circa propoſitam. circa medium, quòd aut po-
nontur in priuilegijs: & intelliguntur talia uerba ſtare cau-
ſaliter, ac ſi diceretur, quia ita eſt: ut eſt caſus in d. c. abbate.
uer. contra quod fuit. de uerb. ſignifi. ubi iſta uerba ſecundũ
præteriti temporis morem exponuntur, quia mos præteriti
temporis ſic obtinuit. Et ideo non erit opus probare illud:
quia uerba illa narratiua probant, niſi contrarium probe-
tur, cle. j. de probat. Quæ tamen nõ admittit probationem
in contrarium, quando Papa enunciaret factum à ſe, & in
eo ſe fundaret. Aut dictum uerbum iuxta, uel ſimile, poni-
tur in reſcripto & tunc ſtat conditionaliter, id eſt, Si ita eſt.
Alleg. Lud. gloſſ. ſi. in c. quoniam Abbas. de offi. deleg. quæ
apertè firmat hanc differẽtiam inter priuilegia & reſcripta,
allegando c. examinata. de confir. util. uel inutil. & c. quia
diuerſitatem. de conceſ. præbend. Sed certè uidetur, quòd

non

non ſit diſtinguẽdnm inter priuilegia & reſcripta: ſed quòd
ſit inſpicieudus modns loquendi, qui poteſt eſſe duplici
modo: aliquando tales dictiones Iuxta,
a Secundum, Prout, b & huiuſmodi
proferuntur, ſiue in priuilegio, ſiue in
contractu, uel ſimili materia: de cuius
natura eſt diſponere aliquid de nouo, &
diſpoſitione conceditur aliquid certum,
& refert de diſpoſitis ad aliud per tales
dictiones, & tunc non ſtant conditiona-
liter: quia natura principalis diſpoſitio-
nis contineatis clarè certum quid, non
eſt referre ſe quaſi conditionaliter ad
aliud. Vnde etiamſi illud non appareat,
iſta falſa demonſtratio non uitiat diſpo-
ſitionem. Ita dicit Bart. in l. eum, qui. §.
Iulianus. per illum text. ff. de conſtitut.
pecu. dicens, quòd ſi in ſententia dici-
tur, condemno te ad unum par caponum
omni anuo, ſecundum quod tui anteceſ-
ſores conſueuerunt, iſta uerba non faciũt
conditionem: imò ſimpliciter condem-
nant. Et inter alia adducit gloſſ. in d. cap.
quoniam. per quam dicit, quòd iſta uer-
ba, Confirmo ſententiam, ſicut iuſta eſt,
non faciunt conditionem, cùm proferan-
tur in actu diſpoſitiuo. Et dicit Abb. in c.
examinata. ad fin. de confir. uti. uel inuti.
quòd ſi in confirmatione facta à princi-
pe informato & cum clauſula. Ex certa ſcientia, dicatur,
confirmamus prædictam ſententiam, ſicut prouidè lata
fuit, exponitur. Et idem optimè Bar. in extrauã. ad reprimẽ-
dam. in uerb. prout. uerſic. ad cuius intelligentiam. dicens,
quòd in legibus, priuilegijs, cõtractibus & ſententijs, quæ
fiunt animo aliquid diſponendi, & quæ fiunt cum cauſæ
cognitione, talia uerba ſtant cauſaliter, ideſt, quia ita eſt,
Vnde ſi dicitur, concedo tibi uectigal tantæ quantitatis,
prout hactenus conſuetum eſt, exponitur, i. quia ſic con-
ſuetum eſt, ſecundum com, quem clarè reaſſumit do. meus
de Are. conſil. 86. diligenter uiſis. ¶ Vnde dicit Io. An. in
21 addi. Spec. de feu. §. ſi igitur. in j. additione, quòd ſi † priu-
ceps dicat, Sicut genitor noſter genitori tuo feudum con-
ceſſit, ſic & nos concedimus, non habet neceſſe uaſallus
primam conceſſionem oſtendere, per dictum c. Abbate. niſi
talis eſſet cauſa, qua non exiſtente dans non conceſſiſſet,
quod haberet probare, qui hoc diceret, ſecundum eum, per
l. cum tale. §. falſa. ff. de cond. & demon. ¶ Sic etiam dixit
Pan. de Caſt. cõſ. 320. In cauſa decimali. quòd ſi inueſtitura
decimarum habet iſtam clauſulam, uidelicet iuxta formam
antiquarum inueſtiturarum, cum appareat certitudo diſpo
ſiti, de quo facta eſt inueſtitura, ſ. de decima fructuum certi
loci, illa uerba iuxta, etc. non faciunt conditionem, ſed mo
dũ, per l. pe. C. de inſt. & ſubſti. & non eſt probare antiquas
inueſtituras. Allegat d. c. abbate. & Bar. in dictis locis, &
etiam in l. admonẽdi. poſt prin. ff. de iureiu. & in l. edita uer
ſus fi. C. de eden. & Bal. in l. j. circa fi. C. de epiſ. & cle. quæ
ſunt bonæ allegationes ad hoc. Et dicit Bal. in d. l. admonẽ
di. quòd ſi lege priorum ſtatuitur, quòd quilibet ſoluat col
lectam infra decem dies ad pœnam quarti plutis, ſecundũ
formam ſtatuti, certè ſi de hoc nullum ſtatutum reperire-
tur, lex habet effectum, per tex. eũ gl. ibi, & in d. l. Iulianus
Et quòd libellus, uel ſtatutum referens certitudinaliter aliã
diſpoſitionem, non requirat ipſius apparentiam, aliàs ſic:
no. Bar. in d. l. edita. loquens in libello: & Bal. in d. l. loquẽs
in ſtatuto. ¶ Aliquando uerò priuilegium utitur relatione
ad aliud per dictionem Iuxta, uel Prout, & ſimile, & refert
ſe ſuper eo, de quo in priuilegio concedentis per ſe clarè
non conſtat, neque certè: & tunc priuilegium non ualet,
niſi illa relatio declaretur per illud, ad quod fit relatio. Ita
dicunt quaſi omnes prædicti: & ſecundum Are. in d. conſil.
eſt caſus expreſſus in l. ſi ſic. §. j. & ibi per Dy. & Bart. ff. de
leg. j. & in l. legauit. ff. de lib. leg. ubi habes, quod ſi con-
cedo tibi, quicquid iuris habeo in tali loco, ſi non apparet
quid iuris ibi habeam, nihil eſt conceſſum. No. Ol. conſil.
164. uiſo priuilegio. & Angel. in l. ſi locus. ff. de aequl. poſ.
ſecundum prædicta. Itaque intellige gloſſ. in d. c. quoniam

u *Iuxta] Qualiter autem hæc dictio Iuxta, exponatur, uide per do. Soci. ſuo conſi. 21 1. incip. breuiter conſultationẽ præmiſſam. uerſi. accedat etiam, q. in 2. parte. et Old. conſilio 49. aliàs 197. In conceſſione cuiuſdam donationis, &c. & Alexand. conſi. 8. in 3. parte.*

b *Prout] Pro qua dictione uide Domi. & Fran. de Padua. i l. prout. de ſolut. & Alex. in conſil. 3. ſecun. parteſ, ubi plenè. & in conſil. 66. 1. parte.*

Abbas. ¶ Et dicit ibi Imol. quod etiam in confirmatione
dictæ dictiones non ſtant conditionaliter, ſed cauſaliter,
quando fiunt ex certa ſcientia, per id, quod habetur in d. c.
examinata. Ad hæc facit, quod nota. Bal. in c. j. §. ſi. qualiter
feu. alie. poſ. dicens, quod quando ſtatutum remittens ſe
ad aliud, non dat formam certam, oportet uideri ſtatutum,
ad quod fit remiſſio: ſed ſi per ſe dat certam formam, non
oportet de ipſo perſcrutari. ¶ Conueniunt etiam in hoc
plures concordantiæ, quas ſimpliciter ponit Alex. in d. leg.
admonendi. ff. de iureiur. circa dictum Bart. præallegatum,
& circa naturam dictarum dictionum: & bene facit elegãs
conſil. Lud. 305. Quo ad ſeptimum. ad fi. & quod ipſe ponit
conſil. 21. & conſil. 201. pro deciſ. in princ. Et dicit Oldrad.
conſil. 230. Factum tale eſt. quod ſi ſcribitur de beneficio
certi ualoris ſecundum taxationem decimæ, & iacet nõ
non taxatum, non includitur in gratia, & ſequitur Ioan.
And. in addi. Spe. ſuper rubr. de conceſ. præben. & Pet. de
Anch. in repe. cle. 1. de conceſ. præb. ¶ Et dicit Bal. in cap.
22 cum cauſa. poſt prin. de re iud. quòd ſi † in ſententia dici-
tur, Nos ſequentes formam ſtatuti, &c. & ſtatutum eſt nul
lum, ſententia eſt nulla, per l. qui teſtamento. ff. de excuſ.
tu. ubi melior tex. de iure, ſecundum eum. Faciunt, quæ
de ſententia referente ſe ad acta non probantiã plenè, ſcri-
buntur in l. j. C. de erro. cal. in l. ex diuerſo. §. fin. ff. ſol. ma.
& in c. quoniam. de proba. Et conſuluit do. meus de Are.
conſil. 68. Excellens domine. non ualere compromiſſum fa
ctum ſuper lite aliàs agitata, ſi de illa lite nihil appareat.
23 ¶ Et dicit Bald. in l. ij. C. de erro. aduo. quòd ſi † quis di-
cit, Confiteor. prout in tali inſtrumento continetur, & ibi
nihil ſit ad propoſitum, non dicitur aliquid confeſſus. La-
tè Lud. conſi. 294. hæc confeſſio. Dia. in c. cùm uenerabi
lis. de except. facit l. qui plures habebat libertos. ff. de uſu-
fruct. leg. ubi habitatio relicta, prout in codicillis eſt deſi-
gnatum, non dicitur relicta aliquo modo, ſi nihil eſt de ea
in codicillis. Simile eſt de teſte dicente, Dico, prout aliàs
dixi, ut per Bart. in l. eos. ff. de falſ. & Bald. in l. fin. C. de
re iudic. cum concord. Quomodo autem priuilegium da-
tum ad inſtar alterius, reguletur ab illo, & quid, ſi illud li-
mitaretur, an intelligat limitatum? Hæc, & alia uide om-
nino per Abba. in c. ſuper ſpe. ne cle. uel mona. dum allegat
gloſſ. in cle. dudum. in uer. confeſſionem. de ſepul. & Bald.
in l. omnia. C. de ſa. ſanc. eccl. & per Old. conſi. 300. Factum
tale eſt. com concord. Et dicit Abba. poſt alios in cap. inter
dilectos. de fid. inſtru. quod conceſſio, quæ ſit non certa, ſed
cum clauſula ad inſtar priuilegij aliàs conceſſi, nihil pro-
deſt, niſi alia conceſſio appareat. Et idem ſi eſt dictio Iuxta,
uel Prout: tunc enim ſtant talia conditionaliter. Et dicit gl.
fi. in ſi. ca. j. de fid. inſtru. quòd commiſſio facta iudicibus,
ut procedant iuxta, uel ſecundum formam priorum litera-
rum, nihil operatur, ſi primæ literæ non apparent. Facit ca.
quia intentiones. de priui. & ca. cùm dilecta. de confir. util.
uel inutil. ubi innouatio priuilegij nõ tribuit nouum ius,
ſi de innouato non apparet, etiamſi innouatio fuit facta ab
habente poteſtatem de nouo concedendi, ſecundum Abb.
in c. ex parte. j. in ult. not. de priui. Et dicit Pet. de Anchar.
conſil. mihi 184. Viſis conſilijs. quod ſi conceduntur literæ
reuocantes literas, quæ reuocabant alias literas, per hoc nõ
datur nouum robur illis reualidatis, ſi aliàs erant nullæ,
ſed ſolum tollitur obſtaculum, ſi quod eis aſſerebant literæ
24 ultimò reuocatæ. ¶ Et † quòd diſpoſitio facta ad inſtar
alterius, nihil ualeat eo non apparente, uel data inualidita-
te eius, ad quod fit relatio, uide Card. conſil. 119. Monaſte-
rium ſancti Iuliani. & quod not. gl. pe. in c. ſi Romanorum.
19. diſt. & in cap. ut ueterum. 9. diſt. gloſſ. & Angel. in leg. ſi
donatio. C. de donat. Domi. in c. j. in princip. de ſen. exco. in
6. Pet. de Anch. in cle. j. de proba. Arch. & Dominic. in cap.
præſentium. 7. q. j. & quod dixi j. in iſto c. ad ſi. uerſic. literæ
inſertæ. j. eodem. glo. & omnes in c. pe. de confir. uti. uel
inuti. Archidi. ca. in ſynodo. 63. diſt. Secus, ſi ſit ſpecifica &
certa mẽtio eius, ad quod ſit relatio ab habente poteſtatem
de nouo concedendi, ut eſt dictum poſt Bart. in d. l. admo-
nendi. cum concor. datis ibi per Alexan. & Bald. in l. unica,
uerſi. in omnibus. C. de caduc. tol. bene faciunt plenè nota.
per Bart. & alios in authen. ſi quis in aliquo. C. de eden. &
quod no. Bald. in l. ciuile. in fin. ff. de ll. & Alexand. conſil.
46. Viſis & accuratè, &c. quæ omnia licet ſint dilatabilia,
guſta

guſte diligenter, cum ſeruiant ad intellectum clauſulæ, Si ita eſt, uel, Si preces, &c. quibus uerbis æquipollent prædicta, ſcilicet Iuxta, Prout. ¶ Dixit etiam circa prædicta Aeg. Belle. deciſ. 176. Auditor, quod iſta clauſula, Si repereris, æquipollet iſti, Si tibi conſtiterit, quæ requirit citationem. Gl. in cle. præſenti. in uerbo, conſtiterit, de cenſi. & in cle. 2. ǰ. in eodem. uerb. de pœ. & Rot. hoc tit. 15. in antiquis. Et dicit Card. conſil. 98. Papa inuait, quod etiam in reſcriptis datis motu proprio debet intelligi clauſula, Si preces, &c. maximè, quando cauſæ mouentes Papam ſunt tales, quibus ceſſantibus de iure communi diſpoſitio non teneret. Dixi ǰ. eodem. ad aures. in 5. concluſione. Et dixit Car. in c. ſi. de præſump. quod cum in reſcriptis ſubintelligatur clauſula, Si preces, illud ſubintellectum eſt loco cauſæ. Et ideo ſicut cauſa adiecta impedit effectum, ſi eſt falſa, l. demonſtrato. §. j. ff. de condi. & demonſt. c. quia circa. de conſang. 15 & affinitate. ita & iſtud. ¶ Et nota quod † iſta conditio, Si preces, non dicitur conditionare ſubſtantiam reſcripti, ſed exercitium: & habet hunc ſenſum, quod in alia parte, uel opponente, procedi ualeat, Si preces, &c. Bar. ǰ. eodem. ſuper literis. ibi, Canoniſtæ dicunt. Et non eſt abſurdum, quòd in reſcriptis apponantur affirmatiuæ, uel negatiuæ conditiones, quæ ſubintelliguntur. Io. And. ǰ. eo. mandatũ. ſuper gloſſ. 2. & de ſepult. certificari. q. 2. Et ibi dicit, quòd exprimere qualitates ſubintellectas nihil operatur. Alleg. iſtum text. in quo uide Abb. ǰ. eo. cum dilecto. ubi dicetur. Iſta adde ad Vitalem in libro De clauſulis, in uerſ. clauſula, Si preces, quod eſt fol. 79. Et ad ſuprà dicta de clauſula, Ad inſtar, uel Prout, Secundum, etc. uide, quæ ſoleo ponere in d. c. quoniam. de offic. deleg. & in d. c. inter dilectos. de fi. inſtru. poſt Bellẽcinum ibi, in 24. no. qui multa ponit, licet ſupra ſint commemorata plura ualde, quàm in dictis locis. Aliquid per Firma. in repert. in uerbo, Prout, & de dictione Sicut [a], latè Lud. conſil. 328. præſens conſultatio.

a Sicut] De hac dictione uide etiã do. Soc. ſuo conſi. 252. incip. quoniã in præſenti conſultatione. uerſic. ſecũdo, quia decir. cum uerſic. ſeq. 1. parte, Bar. in cõſ. teſtator legauit, etc. et Bal. et Dec. in l. edita. C. de edend. & Bald. in Margn. in uerbo, uerbum. uerſ. 2.

16 STYLVS Curiæ † facit, quòd præſumitur cõtra reſcriptum, uel priuilegium deuians ab eo, ideo commiſſarius poteſt ſuperſedere. Abba. hic per iſtum tex. cum gloſſ. fi. Idem Abba. in c. ex parte. lo 3. in fi. de offic. dele. & in c. cum inſtantia. prope fin. de cenſ. facit c. ex parte. de capel. mo. Et iſta præſumptio falſitatis eſt ſufficiens ad condemnandam de falſo, quo ad pœnã criminalem, c. porrecta. de conſir. uti. uel inutt. & ibi Bu. 2. not. & Ni. Myl. in Repertorio, fol. 260 §. reſcriptum Apoſtolicum. Et ideo dixit Cal. hoc tit. conſil. 8. ad fin. quòd ſtylus curiæ habet, ut in defectu ætatis dicatur, Tecum ſuper dicto defectu de uberioris gratiæ dono diſpenſamus, ideo omiſſio talis ſtyli reddit gratiam nullam, etiamſi de ætate fiat mentio ennnciatiua, quod nõ affirmo, propter dictam Car. de quo uer. dicitur autem. Dixit etiam Lapus alle. 33. incip. de ſtylo. quòd factum oraculo uiuæ uocis Papæ ualet quando de hoc conſtat ſecundum ſtylũ curiæ. Allegatat Io. An. de app. conſtituentur. & ſequitur Ant. in c. excommunicamus. §. quia uerò. in fin. de 17 hæret. ¶ Et † iſta procedunt etiam in libello formato contra ſtylum & conſuetudinem: quia poteſt à iudice reijci. Angel. in l. j. ff. de offic. aſſeſ. Allegat gloſſ. in l. de quibus. ff. de legi. in uer. in ueterata. ibi reſponden, ſi 15. Similiter dixit Bald. in rub. C. de emen. Iuſti. codi. in fi. quod nedum in inſtrumento fit comparatio literarum, ſed etiam ſtyli. Facit c. licet. §. pe. ibi, in modo dictamimis. cum gl. in uer. ſcripturæ. de cri. fal. Similiter narrat Plutarchus de Pyrrho rege Epirotarum, quod propter ſtyli inæqualitatem ſtatim perpẽdit falſitatem literarum, quas ei trãſmitti curauit Lyſimachus, tanquam a Ptolemæo rege ſcriptas: non enim ſcriptum erat, ut conſueuerat, Pater filio ſalutem: ſed, Ptolemæus rex Pyrrho regi ſalutem. Similiter dicit Ang. in l. fi. C. de cann. largi. titu. lib. 10. quod excuſatur non comparens, quando citatio habebat uerba non conſueta: putà, cum de ſtylo diceretur, Sub pœna decem librarum, in ea diceretur, Sub pœna rẽis & perſonæ. Idem dicit de bulla inſolita. Et ideo dixit glo. j. in leg. ſi quis ſub conditione. quæ eſt lex 7. ff. de condi. inſti. quod clauſula inſolita inducit præſumptionem latentis fraudis. Et eam extollit Bal. poſt Bar. & Angel. in fi. & Bald. ſ. eod. in rub. in princ. & in c. tertio loco. de probat. & in l. cum de conſuetudine: & in l. nam ad ea. ff. de legi. & in l. etiam. C. de execu. rei iud. & pulchrè in addi. Spec. de arb. uer. nimia cautela. & in c. j. ad fi. prin. ibi, & conclude, q. alteratio. de feu. dato in uic. l. commiſſ. & Cepo. in li. De ſimulationibus, uer. 9. præſumptio. & Imol. in c. ad noſtram. de emp. & uen. Similiter etiam dicunt But. & Abba. in c. q. ſuper his. de fid. inſtru. quòd literæ cõtra ſtylum curiæ ſunt ſuſpectæ de falſo, per text. ibi, & de præben. cum teneantur. & j. eodẽ. ſi quando. & in l. Labeo. ff. de ſta. lib. ibi, morem agentium ſequi debemus. Et uult regula cancellariæ 25. incip. Item uoluit, ſtatuit & ordinauit, quòd reſcripta & cõmiſſiones contra tenores & formas conſuetas remittantur ad cãcellariam Papæ ad inſtantiam eorum, quorum intereſt. Et dicunt Bal. & Pau. de Caſt. in l. uniuerſa. C. de preci. impe. offe. quòd Vrbanus Papa reſpondit ambaſiatoribus Peruſinis, quòd non poterat eis dare reſponſum in camera propter ſtylum curiæ, per quem cauſæ uniuerſitatum proponuntur & deliberantur in publico conſiſtorio, & ideo uocantur cauſæ conſiſtoriales, per illum text. Et idem dicunt reſpondiſſe Carolum imperatorem eiſdem oratoribus in ciuitate Lucana. Vnde dicit Bald. in l. de quibus in 1. col. ibi, econtra quæritur. ff. de legi. quòd literæ ducis Venetorum non plumbatæ, ſunt ſuſpectæ, poſtquam de ſtylo utitur plumbo. Et dicit Albe. de Roſ. in procem. ff. ſuper rubrica, in fin. ſe credere, quòd ſi Papa ſcriberet ſub nomine proprio, non intitulando ſe Papam, literæ non facerent fidem. Similiter dicit Card. in c. quod ſuper his. de fid. inſtru. quod præſumitur contra literas non habentes tractus ſolitos. Et Angel. in l. c. bene à Zenone. C. de quad. præſcript. Idem dicit, ſi primæ literæ non ſunt longæ. Et Arc. 15. q. 2. in ſumma, ponit multa ſimilia, de quibus Spec. latè hoc ti. §. j. uerſicu. quoniam ex forma. & §. ſeq. per totum. Et dicit 18 Dominic. 11. diſt. quis † neſciat requiri in plumbo imagines amborum Apoſtolorum, non unius tantum? quia reputantur pro uno, ut ibi in gloſ. Et non eſt opus, quod dies & annus ſint in plica bullarum, ut uulgus ait: Lud. conſil. 314. Circa primam. in princip. Dicitur autem ſtylus [b] forma rectè ſcribendi à conſuetudine Romanæ eccle. approbata. Bal. in rub. ſuprà, eodẽ. Et dicitur à ſtylo ferreo, cuius firmitatem imitatur: Bald. in d. l. de quibus. Et licet oriatur ex facto, tamen eſt quid iuris: Ro. de conſuet. 16. in antiquis. Et differt à conſuetudine: quia illa eſt generalis, ſtylus autem reſpicit ſolam ſcripturam. Ioan. And. in c. fi. de conſue. Maria. in rub. de conſuet. fol. 3. ad fi. Pro quo uide Albe. de Roſate in Repertorio d. l. de quibus ibi, in quo autem differant. ubi tandem dicit, ſe credere, quòd ſtylus eſt in ſcribendo, uel dictando tantum. Vnde dicimus, ſtylus curiæ ſic ſe habet. Et dicitur fortè à ſtylo, quo ſcribitur in tabulis, ſecundum eum. Et ubi ſtylus omittitur, & nihil fit contra ſtylum, uel præter, ceſſant prædicta Car. ſingulariſſimè in ſuis notis cauſarum, nota. 157. Obijcitur contra iſta. in fi. loquens contra Cal. in d. conſil. 8. huius tituli. ¶ Et non eſt neceſſarium dicere, Sic ſeruat curia: Niſi hoc a Papa per modum declarationis, uel conſtitutionis procedat. Alberi. in Dictiona. in uer. curia. in fi. Retuli ǰ. eo. Rodulphus. Et nota quod ſi in literis eſt clauſula inſolita, uel non communis, ſi facit lineam, augetur taxa in quatuor groſſis Turonenſibus: linea eſt, quæ habet 150. literas, ſeu 25. dictiones. Sed ſi clauſula non facit lineã, non auget taxam. Hæc habentur in extrauag. Ioan. XXII. Cum ad ſacroſanct. Et 12. Turonenſis faciunt aureum unum cunei Florentini, ut in extrauag. Benedicti. XII. uas electionis. Et de iſtis taxis ultra dictã extrauagantem habent hodie curiales ſpecialem libellum, maximè propter noua officia multiplicata in cancellaria Papæ per Sixtum IIII. ex quibus uerificatum eſt magis adhuc dictum Alphonſi regis Neapolitani, qui, ut refert Anto. Panormit. in aureo libello De dictis Alphonſi poſt princi. dicebat, Harpyas non amplius inſulas colere, ſed ex inſulis in Ro. curiam migraſſe, ibique iam domicilium conſtituiſſe. Et qui apponit manus literis Papæ, uel in magno, uel in modico,

b Stylus] Quot autem modis dicatur ſtylus, uide planè per do. Iaſ. May. in l. 1. C. de ſacroſan. eccl.

etiam ut addat punctum, eſt excommunicatos excōmunicatione Papali. Ita dicit Hoſtien. præceptum fuiſſe hodie, in ſumma de cri. fal. §. qualiter. uer. ſed hodie præceptum. Et refert Archid. Flor. in 2. part. tertiæ partis, c. de cenſi. 16. inci. Hoſt. in ſumma, licet non dicat, in quo loco ſummæ iſtud ſit, & limitat, niſi effectus literarū iā expiraſſet, & illa appoſitio manus non reuocaret eum. Allegat Richar. & bene, in 4. diſt. 18. quæſt. 12. artic. 4. ubi uide. Et cum ea concordat Aſteſanus in ſua ſumma, lib. 7. tit. 2. uer. 24. quos etiam refert frater Franciſc. de Platea in Tractatu reſtitutionum, in uerbo Excommunicatio. el 2. §. 32. uerſic. 5. Et ibi etiam multa inuenies de pœna falſificatorum literas Papæ: & dic, quòd excommunicatus in proceſſu annali, qui fit per Papam die Iouis ſancto, ut in conſtitutione Martini V. poſita per Archid. in dicta parte cenſurarum, cap. 72. in cip. Martinus. Et idem ſtatuit Eugenius IIII. ſecundum quod ponit dictus Franc. de Plate. in uerbo, excommunicatio. 4. uer. & ibi etiam refert dictum Hoſtienſ. de excommunicatione mutantis ſyllabam, uel punctum cauſa correctionis. De pœna autem falſificantis literas delegatorum Papæ & inferiorum, uide text. in c. ſi quis epiſcopus. l. diſt. & omnino Abba in c. olim. io j. not. j. eodem. Plenè Maria. de Senis in c. ad falſariorum. de cri. fal. Et iſtis adde, quod dixi in c. non nulli. §. j. in 7. ampliatione, j. eodem. Et quod dictum eſt, dictam excommunicationem & priuationem commodi literarum incurri etiam ab imponente manum literis Papæ circa non ſubſtantialia, uel circunſtantias non neceſſarias, putà in cognomine, uel agnomine, & ſimilibus; reputat mirabile Maria. de Senis in cap. fi. de cri. fal. Et putat quod tamen talis non incurreret pœnam leg. Corneliæ de Falſis, cum dolo careat. Audiui, quod pœnitentiarij Papæ non intelligunt dictam conſtitutionem loqui de appoſitione manus, per quā nihil ſubſtantiale alteratur.

b *Præciſe]* *De hoc uerb. præciſe,* t 9 *uide plenè per do. Iaſ. May. in d. l. omnes populi. alle. in tex. cū concor. et confirmationib. ibidē per eū ſignatis, ubi pulchre & per Alex. de Imo. in conſil. 80. quod incipit, Viſo et opportune animaduerſo. j. parte.*

b VERBUM Præciſè, ¶ importat † ab ſolutè & ſine cauſæ cognitione ſimplicē executionem, exceptione remota: Card. hic. Item importat actum factum abſolutè, in c. contra Chriſtianos. de hære. in 6. item importat clauſulam derogatoriam ad futura ſtatuta: Abba. hic. Dicit tamen Bald. hic, quod non excludit legalem interpretationem. Contrarium dicit An. Sic. per iſtum text. ubi importat ſine cauſæ cognitione. Sed de hoc quando ſtatuta debent intelligi ad literam, uel præciſè, uel prout iacent, uel non gloſſari, quā interpretationem excludant, non cadit congruè hic. Fortè dicetur de conſuetud. cum dilectus. ubi Domi. ponit in fi. propter gloſſ. pe. ibi in fi. Pro nunc uide principaliores remiſſiones, uidelicet Bar. in le. omnes populi. ibi, quid ſi in uolumine ſtatutorum. ff. de iuſt. & iu. Bald. in authen. ſi qua mulier. in fin. C. de ſac. ſan. eccle. Angel. in l. ſi ita ſcriptum. ff. de lib. & poſth. Bald. in l. non dubium. C. de legi. Bald. in l. 2. C. de pæ. qui ſi. diſt. Alex. poſt Pau. in l. j. in fi. ff. ſi cer. pet. Imol. & Lod. in leg. Cæſar. ff. de Publica. Lud. ſing. 415. communis doctrina. Abb. in proœ. Decre. Bald. omnino in l. maximum uitium. C. de lib. præ. Pan. conſil. 196. ſuper hoc puncto. ibi, ſed his non obſtantibus. Angel. Are. in l. 5. §. interdum. ff. à quibus appel. non licet. Alex. in l. poſt aditam. ad fi. C. de impub. & alijs ſubſti. Bal. in c. in præſentia. de proba. Alex. conſil. 50. Viſis & opportunè ponderatis. Fran. de Are. con. 109. Coegiſtis me. in princi. & plenius conſil. 145. licet ſtatuta. Pan. de Caſt. in l. Iulianus. ff. de condi. & demon. Cas. omnino conſ. 74. Titius: nunc ſunt. uerſ. ad 7. text. ab omnibus ferè allegatum in extrauag. Nic. III. exijt, qui ſeminat. ad fi. ibi, gloſſ. non fiat, niſi forſan, &c. Bald. in l. fin. C. de hære. inſti. Domi. in c. relatum. 37. diſt. Bartol. Soci. in aurea repet. l. j. uer. nonò limita. ff. de uul. & pup. Pet. de Ancb. in repet. ca. j. ſ. tit. proxi. fol. pen. Copioſè Alexand. in l. iam hoc iure. ff. de uul. & pup. Baptiſt. de ſancto Seuerino in d. le. omnes populi. fol. 43. poſt omnes ibi: And. Sicul. in repet. leg. cum acutiſſimi. C. de fideicom. fol. 23. cum tribus ſequentibus. Sed de hoc uerbo præciſè, dixit Bal. in l. 2. C. de exec. rei iu. quòd in ſtatuto importat, ut nullo modo poſſit ab eo recedi. Allegat gloſſ. fin. in l. placuit. C. de iud. Et dicit Baptiſta in d. l. omnes. fol. 19. ſequēdo Ab. hic, quod Guido de Suza. plus uoluit, quod circa ſtatutum habens tale uerbum, non poſſit dari parabola, neque mutari. & conſonum eſt, quod habeat uim clauſulæ derogatoriæ: ſed dicere, quòd non ſit mutabile, uidetur falſum, ſecundum Baptiſt. ibi, & bene, argumen. leg. ſi quis. in princip. ff. de lega. 3. facit capi. innotuit. de elect. ubi par in parem, &c. ¶ Et adde, quòd iurans ſeruare ſtatuta præciſè, debet obſeruare tenaciter, & à forma ſtatuti non recedere. Bald. in authenti. hodie. C. de iudic. Et iſtud uerbum Præciſè, importat etiam omnimodè & indiſtinctè, ut ſentit gloſſ. j. in leg. ſemper. §. demonſtratur. ff. de iure immun. quam allegat Bald. in rubri. ſuprà titul. proxi. dicens, quòd importat etiam obſeruantiam ad unguem. Dixit tamen Bald. in leg. exceptionem. C. de proba. quòd licet reus teneatur per ſtatutum reſpondere præciſè accuſationi, poteſt tamen opponere incompetentiam fori, propter gloſſ. in clement. j. de ſequeſt. poſſeſſ. cum ſimili. Dixit etiam Bald. in d. leg. omnes populi. quòd iſtud uerbum poſitum in ſtatuto, præcedit omnia ſtatuta aliter diſponentia. Et dicit Bald. in ca. j. ſuprà, titul. proxi. quòd uerba præciſa Papæ recipiunt tacitam conditionem & interpretationem. Et idem Bald. in le. commiſſoriæ. C. de pac. inter empt. & uend. Et iſta adde ad Firma. in Repert. in uerſic. clauſulæ ſtatutorum. uerſic. hoc ſtatutum. ubi ſequitur latè dictum Card. hic, licet per errorem allegetur ibi Card. in cle. 2. de reſcrip. ubi hæc non ponit.

20 IMPETRATIO Reſcripti † ſuſpecti de falſo, mittitur ad Papam, ut hic: & mittitur uteus ſub cuſtodia ligatus. Bal. Card. & Imol. hic per illum textum. ibi, compellas. Simile dixit Bald. in l. eos. §. qui ſuper his. C. de appel. quòd in caſu c. ſi iudex. de ſenten. excommu. in 6. fit remiſſio ſub cuſtodia fida. Et fiunt iſtæ remiſſiones expenſis illius, qui petit ſe remitti. And. Sic. hic dicit ſe ita conſuluiſſe. Alleg. Bald. in leg. generaliter. §. 2. C. de ſe. cre. Non aperit, quid ſi reus hoc non peteret: & tunc uidetur, quòd expenſis fiſci, iuxta nota. in clemen. j. de hære. ¶ Conſidera text. in ca. 2. de crim. fal. & in c. in memoriam. allegato in gloſſ. ubi tales iubentur retineri. Nihil dicitur de mittendo ad curiam. Fortè mittendus eſt data ſuſpicione falſi: ſecus, ſi eſt ſuſpicio ſurreptionis, ſecundum Imol. hic. Quod non placet quia dicta iura loquuntur etiam de falſo, & facit doctrina ſtatim allegada. Vnde fortè iſtud de mittendo, cum exigat grauem expenſam propter cuſtodias, non eſt faciendū, niſi Papa informatus committat de capiendo. Et dicit Petr. de Anchatano. in d. ca. 2. quòd ſi clericus præſentarat talia iudici laico, poſſit ab eo detineri, ut remittatur ad epiſcopum, per nota. in ſimili de ſenten. excommu. ut famæ. Sed eum retinere non debet, ut ibi latius per Cardi. & Anania. ¶ Et adde, quod quando iam facta eſt condemnatio, & expectatur relatio ſuperioris, debent iſti detineri uinculis arctioribus. Bald. & Imol. in leg. ſi quis filio. §. eius. ff. de iniuſt. teſt. per illum textum. & uide Archi. & Dominic. in d. c. in memoriam. dicentes, quòd quædam eſt falſitas proueniens ex expreſſione falſitatis factæ principi, & iſtarum literarum præſentator non carceratur: quia largè dicuntur falſæ, leg. ſi quis obrepſerit. ff. de fal. Quædam conſiſtunt circa ſabricationem, uel mutationem ipſarum: de qua in c. licet. de cri. fal. & tunc poteſt carcerari, d. capi. 2. niſi offerat fideiuſſores, cap. ſi clericus. de ſenten. excommu. in 6. dummodo non ſit magnum delictum: quia non relaxaretur ad cautionem fideiuſſoriam, per l. diuus. de caſt. reo. ſecundū eos. Pro quo ultimo dicto facit gloſſ. trita 23. quæſtio. 5. cum homo. dicens, quòd ubi agitur de pœna corporis, non cadit fideiuſſio. No. Pet. de Ancharano. & Imol. in rubri. de fideiuſſo. cum concord. quas dixi in ca. legebatur. de maio. & obe. & in c. ius generale. j. diſt. & de teſti. cum ueniſſent. & de ſenten. excommu. cum ogit. el j. Et hic poſſet ſequi pœna morti comparabilis, prius degradando, iuxta cap. ad falſariorum. de crim. falſi. ¶ Modò ſequitur difficilis materia, pro qua ſemper hue recurritur, uidelicet an & quando narratio copulatiuè facta requirat probationem & ueritatem omnium copulatorum? In qua, aliorum uario ſtylo omiſſo, reducas capita per regulam affirmatiuam cum ſua fallentijs rerum diuerſarum mixtura & ordine nouo compoſitis.

Copula

21 Copvla Contingit & operatur, quòd † ubi ponitur inter duo, debet regulariter diſpoſitio uerificari in utroq; [a], l. ſi hæredi. ff. de cõdi. inſt. cum concor. de quib. & ibi, cõiungit hic in gl. Quæ regula licet recipiat plurimas declarationes, tamẽ colligendæ ſunt principaliores, licet in iſto paſſu nihil ponat ultra Docto. An. Sic. hic excepto uno dicto, de quo ĩ. in 2. reſtrictione tertiæ fall. ¶ Et priùs no. quòd dicit Lu. conſi. 146.

a In utroq;] Adde do. Soci. conſil. 55 t. inci. quoniã in præſenti conſultatione. uerſic. ſecundum decis. in fi. in 2. parte.

22 incip. Viſo diligenter. quòd † ſi in contractu nominantur certa loca per copulam, putà dicendo de omnib. terris, quæ ſunt in comitatu & uilla, & uocabulo montis Alberici, illa copula facit, quòd non uenit in cõtractu aliquis fundus, in quo non concurrant illa tria copulata, per d. l. ſi hæredi plures. Et ſubdit, quòd natura copulæ ſequẽs enumerata, ea reſtringit, per l. quæſitũ. §. j. de leg. 3. ubi ſi legetur argẽtum & oĩs ſupellectilia, & quicquid in ſundo Semproniano habet teſtator, eſt ſenſus horum uerborum, quòd intelligitur legata ea tantùm ſupellex, quæ in fundo Semproniano eſt, & nõ alia, & hoc ob uirtutẽ ipſius copulæ. Vnde dicit Lud. in d. conſi. quòd in dicto contractu ueniunt ſolum terræ quæ ſunt in dicta uilla & comitatu & monte, etiãſi prius dictum eſſet, quòd uenderentur terræ ſimpliciter, nã ſubdendo, & quicquid eſt in tali loco, eſt ſenſus, quòd alibi ſita non ueniant. Tene menti, & iunge remiſſiones, quæ dicen̄t in fine huius materiæ poſt ſextam fallẽtiam. ¶ Fallit primò dicta regula, Vbi copula ponitur inter impoſſibilia. Butr. Imol. Domi. & Abb. hic. Exemplum de teſtamento & codicillo, ut per eos, & per Barto. in l. ſi is, qui ducenta. §. utrum. ff. de re. dub. & Imo. in cle. in pleriſq; de elec. ¶ Fallit ſecundò, ubi copula ponitur inter ea, quæ non ſunt diuerſa, quia tunc ſtat expoſitiuè, pro Id eſt, ſecundum prædictos. Quib. adde text. in c. monaſterium. in fi. de uita & hone. cle. & ibi Doct. Natura enim copulæ eſt poni inter diuerſa.[b] Gl. in rub. ff. de iur. & fact. ign. ¶ Intellige primò, Niſi iſta non diuerſa ſaltẽ differant, ut genus & ſpecies, quia tunc copula non diuerſificat. Imol. in l. ſi cum dotem. §. ſin autem in prin. ff. ſol. mat. quia licet ibi copula ponatur inter alimenta & medicinas, non tamen ſunt diuerſa, imò appellatione alimentorũ ueniunt medicinæ, ſed differunt, ut genus & ſpecies. Alleg. gl. in rub. C. de ſer. & aqua. quæ idem dicit allegãdo illud, Diſcipulis eius & Petro. & ſic genus & ſpeciem, non quòd ibi eſſet diuerſitas, ſed quædam ſingularitas, ſecundũ Bal. ibi. ¶ Et ideo dicit Bart. in l. in fraudem. §. neq; inſtrumenta ibi, ult. iſte §. ff. de iure fiſci. quòd appellatione inſtrumẽtorũ ueniunt acta, per iura, quæ allegat. Et licet ibi ponãtur per copulã, non ſunt diuerſa, quia non repugnãt, quòd inter genus & ſpeciem quandoq; cadat copula. Allegat l. ſi. §. cui dulcia. ff. de uino, tri. & oleo leg. Facit, quòd no. Bart. in l. j. & 2. ff. ad l. Aqui. per illũ tex. in uerb. quadrupedẽ, uel pecudem. ubi alternatiua exponitur pro Id eſt. ¶ Intellige ſecundò, Niſi iſta duo non diuerſa ueniant unum ad aliud, ut accidens. prout in l. j. ff. de pac. ubi dicitur, pactum duorum, placitum & conſenſus, exponitur, id eſt, placitus conſenſus. Vnde not. ibi Bart. ꝙ qñ copula ponitur inter duo, quorum unum neceſſariò ineſt alteri, illa duo reſoluuntur in unum. Allegat etiam illud, *Arma uirumq; cano*, id eſt, armatum uirum. Simile not. gl. j. in l. ubi pactum. C. de tranſact. ubi ſi alternatiua ponitur inter genus & ſpeciem, exponitur pro Id eſt, & ibi Bartol.

b Inter diuerſa] Vide omnino Bal. in l. 1. 6. quæſt. C. quando non pet. par.

23 ¶ Fallit tertiò, ubi † plura copulantur in reſcripto, libello uel articulis circa unum effectum, in quo non ſunt oĩa de iure neceſſaria, quia copula reſoluitur in diſiunctiuam. Gloſſ. & oẽs * Doc. hic, per c. cum iamdudum. de præb. & c. ſignificauit. de app. cum gl. in uerbo, earum. & Pet. de Anc. in c. præſentium. §. teſtes. de teſti. in 6. Bald. Imol. & Ludo. in l. Titia. ff. ſol. mat. Butr. Abba. & Imol. in c. licet de probat. But. & Imol. de iudic. exhibita. Bart. & alij in l. diuus. ff. de re iudic. Bald. in l. j. in fin. C. de cond. inſer. Bartol. in l. Fulcinius. §. cum hoc edictum. circa princip. ff. ex qui. cau. in poſſ. ead. Dy. in regula, nullus pluribus. Arch. & Domi. j. diſt. omnes leges. gloſſ. penult. de elect. is, qui. lib. 6. Domi. in c. quoties, in fin. 2. q. j. propter gloſſ. ibi. Nico. Myl. in Repertor. fol. 158. §. reſcriptum. 2. Marianus copioſè conſil. mihi 25. Viſa & intellecta. Lud. conſil. 369. & Franc. Paui. in tract. De poteſ. c. ſe. uacan. fol. 5. ad fin. & Signorollus de Mediolano conſil. 148. in q. exceptionum propoſitarum. ad finem, & alij prope adducendi. ¶ Extenditur iſta fallentia, etiamſi plura deducantur in eodem cap. ſecundũ prædictos hic contra Archid. in d. §. teſtes. cum quo tranſit ibi Domi. Item ampliatur, etiamſi pars iuraſſet ſe credere omnia uera. Gloſſ. in capitu. ut circa. in uerbo, probare. de elect. in 6. quam ibi not. Domi. in §. j. in fin. Et dixit Rota hoc. tit. 13. in nouis, & latius Aegid. Belle. deciſ. 715. ſi impetrans. quod qui narrauit beneficium uacare per conſtitutionem, execrabilis. & per c. de multa. de præbend. & per capi. licet. de elec. in 6. non tenetur iſtos modos uacationis probare, ſed ſufficit probare unum, per not. hic. Subdit tamen ſubtiliter Rota, & plenius etiam Aegi. quòd oportet probare primum modum, & non ſufficeret eo omiſſo probare alium, quia ſtatim quando firmauit unum modum uacandi, eſt impoſſibile, quòd uacet alio modo. Facit c. ſuſceptum. de reſcript. in 6. Quod not. Et caue, quia But. in cap. exhibita. prope fin. de iudic. non referens hoc. uidetur aliter limitare Rotam, & ſentire, quòd poſſit ſupplicans incipere ab alia uacatione, non à primò deducta. & forte non bene, per dictam rationem. Et adde, quòd ſi impetrans ſecundum beneficium narrat ſe habere aliud à ſe dotatum & fundatum, facta mentione de corpore beneficij, non tenetur probare fundationem & dotationem, de quibus ſuperfluò dixit Rota hoc tit. 10. in nouis. Sequitur But. in c. literæ. de dila. & dicit Rota de reſcript. 7. in nouis, quòd licet plura narrentur in commiſſione obtenta, quorũ aliqua ſunt uera, aliqua falſa, ſi ex ueris poteſt ſequi effectus & concluſio, ualet commiſſio. Alle. notata hic. Et dicit Aegi. Bell. cõcluſione 28. licet plura. & Rota hoc tit. 54 in antiquis, quòd ſi plura narrantur, ut obtineatur reſtitutio contra ſententiam, ſufficit unum neceſſarium eſſe uerum, licet alia ſint falſa. Allegant not. hic. Similiter dicit Lap. allegatione 24. in fin. quod ubi plures cauſæ narrantur in reſcripto, quarum aliæ ſunt ſurreptitiè narratæ, aliquæ non, procedendum eſt ſuper illis, ſuper quibus Papa ſe fundat, & ſi illæ ſunt ueræ, non attenduntur aliæ falſæ. Allegat nota. hic. Bonus text. eodem. titul. ſi eo tempore. lib. 6. ubi ſurreptio unius partis nõ uitiat totum reſcriptum. Dicetur infrà, eodem. ſedes. Et dixit Aegi. Bellem. conclusione 568. concluſio, quòd ſi de mandato, &c. quòd clauſula committens cauſam ſuper eccleſia parochiali, nec non ſuper iuribus, prouentibus, & ſedibus ipſius, operatur, quòd nedum cauſa beneficialis, ſed etiam profana ſuper pecunijs & decimis uidetur commiſſa. Similiter dixit Bartol. conſil. 193. Commune Luignani. quòd ſi conductor petat remiſſionem ex duabus cauſis, quarum quælibet per ſe ſufficeret, & probet, debet obtinere. ¶ Et cum iſtis eſt notabilis theorica Innocent. in cap. ex parte. lo j. de priuileg. poſt princip. ibi, ad hoc ſic

24 reſpondemus. ubi dicit, quòd † non oportet probare cauſam in reſcripto, uel libello, appoſitam, dum modò conſtet de re, cuius cauſa, uel demonſtratio dicitur, niſi ſit talis cauſa, uel demonſtratio, ſine qua literas non habuiſſet, neque libellus eſſet receptus, uel niſi eſſent appoſita in conditione, per l. cum ita. §. legato. & §. falſum. ff. de conditio. & demonſt. Quæ uerba extollunt ibi domi. Abba. in fi. & Arch. 6. q. j. in c. actor. circa princip. & Bald. in pluribus locis, nam in l. j. in princip. ibi, extrà quæritur. ff. de edendo. dicit per hoc, quòd ſi actor allegauit in libello plures cauſas, & quælibet eſt in ſua ſpecie rationabilis & perfecta, ſufficit unam probare. Similiter Bald. in l. ſi mater tua. C. de contrah. emp. dixit, quod proponens copulatiuè duas cauſas, non tenetur utranque probare, niſi requirantur reſpectu unius effectus. Alle. Inn. ubi ſ. Similiter Bar. in c. imperialem. §. ſi. de prohi. feu. alie. per Fed. dicit, ꝙ non eſt opus probare prolata enſiciatiuè, uel non facientia ad cãm. Alle. Inn. ubi ſ. Similiter dicit Bal. in l. 2. ad fi. C. cõi diuidũ. quod cã. libelli eſt probanda, quando eſt talis, ſine qua libellus nõ fuiſſet receptus. Alle. Inn. ubi ſ. Quod dicit eſſe not. dignum. Et illud ſequitur etiã Bal. in l. præſcriptione. in fi. C. ſi contra ius. & in l. Titia. in princip. ff. ſol. mat. & Domi. poſt Ioã. And. in c. j. de lit. conteſt. in 6. & Pau. de Caſt. in l. interpoſitas. ad fin. C. de tranſact. dicens, quod ubi aliquid

narratur in libello per modum cauſæ ad intentionem agẽtis, ſemper neceſſe eſt illud probare,[a] tanquam ſubſtantiale. Alleg. Innoc. in d. c. ex parte. Et hoc perpetuò tene menti, quia poteſt de facto frequenter contingere, & melius guſtatur per practicam, quam per doctrinam, ſecundum eum. ¶ De illo autem, qui egit ex cauſa falſa, & probauit de uera, uide Paul. in l. ſi is, ad quem. ff. de acqui. hær. cum concord. de quibus per Alex. ibi in fi. Cum iſtis ad de Domi. in c. j. de pac. in 6. ubi colligit ex uerbis Ioan. And. ibi, quod ſi probatio eſt uerificabilis, & concluſiua in omni intellectu prodeſt probanti, licet habeat ambiguos intellectus. Ex quo dicto intulit Alex. in l. inter ſtipulantem. §. j. ff. de uer. obl. quod ſi accuſo Titium, quod occidit Seium, & teſtes deponunt alternatiuè, quod occidit eum gladio, uel clauo, licet uideantur deponere incertè & ambiguè, tamẽ quia uterque intellectus concludit homicidium, habetur pro probatione certa. Quod nota. ¶ Adde etiã iſtis Bald. in l. minoribus. C. de his, quibus ut indig. ubi dicit, quod in caſu cle. appellanti. de appel. pluribus cauſis expreſſis ſufficit unam probare, etiamſi non dixit, non ſe aſtringens. Facit c. ſignificauit. & c. ſignificante. ibi, aut earum altera. de appella. not. Abba eodem. tit. cum cauſa. in fi. eſt gloſſ. ſi. in fi. de iudi. exhibita. nota. Car. in d. cle. appellanti. 3. q. & Phi. de appel. ut debitus. ibi, decimoſextò quæritur. ¶ Adde etiam Lapum allegatione 65. quidã coram iudice. ubi dicitur, quod narranti plura in libello, ſufficit probare neceſſaria. ¶ Non obſt. iſtis leg. ſi hæredi. cum concord. de quibus in regula: quia ſecundum Bald. hic, loquuntur in actu, qui recipit diſpoſitionem à ſola uoluntate diſponẽtis: hæc autem loquuntur in actu, qui diſponitur ſecundum legis diſpoſitionem non apparente clarius mente diſponentis, iuxta j. dicenda: licet Car. in d. c. licet cauſam. uerſicul. quãquam. de proba. uelit indiſtinctè, quod ſemper utraque pars copulæ eſt probanda, quando habet duo ſubiecta, & duo prædicata, id eſt, per duas categoricas: ut ſi dico, quòd ſunt corrupti, & quòd falſum dixerunt: & fuit opi. Archid. in d. c. a. de teſti. in 6. damnata per Bartol. in d. l. diuus. & communiter per omnes prædictos.

a Illud probare] Vnde adde, quòd utile eſt plures deducere cauſas in libello, & non aſtringere ſe ad aliquod onus probationis ſuperfluæ: quia ſatis erit probare quamcunque cauſam inferentẽ ad intentionem. Tamen alias caueant libellantes, quam cauſam exprimunt in libello, quia ſi illam non probant, ſuccumbunt, etiamſi ex alia uincere potuiſſent. Et quãdo ſit utile unam cauſam exprimere, uide not. & plenè per do. Soc. conſil. 39. incip. Viſis et inſpectis. circa medium, in j parte.

RESTRINGITUR Quinque modis hæc tertia fal-
25 lentia cum ſuis ſimilibus. Primò, niſi † unum ex narratis ueniat, ut qualitas: quia tunc non ſufficit probare narrata, niſi probetur qualitas. But. & Imol. & Abb. hic: Ab. & Phi. de appel. ſignificauit. ult. not. Bar. in l. certi. §. quoniam. ff. ſi cer. pe. But. & Imol. in d. c. exhibita. Bal. Imol. & Ro. in d. l. Titia. ſol. ma. Bart. & oẽs in l. diuus. ff. de re ind. Bar. in l. Fulcinius. §. j. ff. ex qui. cauſa. in poſ. ear. Rota hic tit. 7. in nouis, in addi. eſt text. in c. ab eo. de elect. in 6. ubi ſuccumbens in probanda qualitate, ſuccumbit in toto: quod non eſſet, ſi nõ uideretur ad utrunque ſe aſtrinxiſſe. Et ideo dicit Bal. hic, quod ubi aliquid uenit ad informationẽ alterius, oportet probare utrunque, per l. habebat. ff. de inſtito. Et hinc eſt, quod accuſans de percuſſione cum ſanguinis effuſione, quæ maiorem pœnam exigebat, non obtinet probata ſolum percuſſione. Cy. Bal. & Sal. in l. a. C. de prob. Ab. in c. examinata. de iudi. pulchrè Maria. poſt Ab. in c. cõqueſtus. ad fi. de for. comp. Flo. in l. j. in prin. ff. ad l. Aquil. Bal. in l. in cauſis. C. de accuſ. & Ioan. Andr. in addi. Spe. in rubric. de accuſ. & inqui. Et hinc eſt, quod ſermo qualificatus uidetur unum c. indiuiduum. Bar. in le. Aurelius. §. idẽ quæſijt. prope fi. ff. de lib. leg. ſicut iniuria uerbis qualificata dicitur unica, ut proditoriè occidiſti. Bar. in le. itẽ apud. §. ſed quod dicitur. ff. de iniur. cum concor. Et ideo, qui dixit furtum fuiſſe factum de certo menſe, non obtinet, niſi probet tempus. Angel. conſi. mihi 153. inci. In q. uertente. per l. denunciaſſe. §. quid tamen. ff. de adulter. & dicit Lud. conſil. 167. Anto. quod ſi accuſator dicit Titium commiſiſſe adulteriũ cum dolo & fraude, non obtinebit, ſi probatus mulieris uoluntas: quia uolenti dolus non infertur, ut in regula, ſciẽti. cum concor. & alle. Cy. in d. l. a. Et accuſans aliquem, quod incidit in pœnam ſtatuti punientis facientem mandatum cum hominibus armatis, nõ obtinet, ſi probat de andata, & non probat, quod accuſatus fuit ille, qui eam congregauit. Alex. per prædicta conſi. ul. ſecundæ partis mihi 364. Viſo proceſſu inquiſitionis. per aliquã ex prædictis. Et accuſans crimen commiſſum de nocte, ſi non probat, quod de nocte fuit commiſſum, non obtinet. Lud. multa ad hoc ponens
26 conſil. 110. ubi uide. ¶ Excipiuntur † ab iſta reſtrictione caſus nullibi examinati, in quib. non eſt neceſſaria uerifica-
27 tio qualitatis. Primus eſt: In † mandatis ſuperiorum qualificatis. Nam reſoluitur in duo: unum cum qualitate, aliud ſine. Vnde ſi mandatur alicui, quod compareat j. talem terminum, intelligitur quod compareat, & ſic ſine qualitate. Item cum qualitate, ſ. in termino, c. cum dilecti. de dol. & contu. Et ibi Car. inferens, quod tũc propoſitio qualificata non corruit ſublata qualitate. Ratio ſpecialitatis, quia mãdatis oĩno parendum eſt. In alijs ſtat regula d. c. licet cãm. Et dicit Ab. in c. fi. de reſt. ſpo. quod mandatum qualificatũ diſtribuitur in duo, quæ ſi non poſſunt ſimul adimpleri, ſaltem fiat poſſibile, per illum tex. Et ſentit gl. j. j. co. cõſtitutus. ubi mandatum de recipiendo in canonicum cum aſſignatione præbendæ, ſi non põt in omnibus uerificari, uerificatur in uno. Et dicit Imo. in d. c. cum dilecti. quod doctrinæ, de quib. ſ. loquuntur in ſermone prolato à parte, quæ loquendo qualificatè in ea. oratione, uidetur ſe aſtringere: ſecus in iudice, cuius uerba latius interpretantur. Et dicit ibi Abb. quod iſto caſu reſoluitur præceptum diſtributiuè. Quid aũt, ſi qualitas poneretur pro forma? dicetur j. eo. c. cũ
28 dilecta. ¶ Secundus caſus eſt: Quando † qualitas ineſt ex natura rei: quia non eſt opus eã ꝓbare. Bal. in authẽ. habita. ibi, ſed reuocatũ in dubiũ. C. ne fi. pro pat. dicens, quod ſi ſcholaris conquerit de furto, uel damno, non eſt opus exprimere,
29 quod fuit iniuriosè: quia ſubintelligit. ¶ Non † ſperit Bald. quid, ſi inſerat, an tunc uideatur ſe aſtringere? Sed ſentit, quod non, & faciunt ꝓximè dicenda. Et adde quod ſcribit Alex. in l. qui iuraſſe. in fi. princi. ff. de iureiu. ubi dicit, quod ſi accuſo de periurio, & nõ addo, quod ſciẽter & dolosè ſis periurus, ꝓcedit accuſatio, quia eo ipſo, quod in accuſatione fit mẽtio de falſo, intelligitur deductum, quòd doloſe. Alle. l. nec exẽplo. & ibi expreſsè Cy. & Bal. C. de fal. quicquid dicat Paul. in d. l. qui iuraſſe. ¶ Pro quo tamen habeo conſilium Car. 96. Quæritur, uiſa. ubi reprehendit inquiſitionem, in qua non fuit deductus dolus. Et forte non bene, quando eſſet materia, quæ à iure præſumitur dolo fieri, per c. j. de præſump. Et adde Moder. in maleficijs, in uerbo, ſcienter & do. ¶ Ter-
30 tius caſus eſt: Quando † qualitas, quæ exprimitur, non alterat factum deductum. nec eſt de ſubſtantia. Bart. in l. denunciaſſe. §. quid tamẽ. ad fi. ff. de adul. dicens, quòd ubi remota qualitate non alteratur factum, uel ſpecies criminis, tunc qualitas poteſt detrahi, per l. in delictis. §. ſi detracta. ff. de nox. Ergo ſi poteſt detrahi, non uidetur ſe aſtrinxiſſe. ¶ Similiter Bal. in l. Titia. in j. no. & ibi Imo. in j. notab. ſummat. intelligũt prædicta, quando qualitas alterat factum, per l. habebat. ff. de inſti. & l. prætor. la 2. §. hæc autem. uer. docere ff. ui bo. rap. Secus dicunt, ſi non eſt de ſubſtantia actionis, uel defenſionis, per dictũ §. ſi detracta. ¶ Pro tanto dicit Bal. in l. j. ibi, ſextò quæritur. C. de con. ind. & l. fi. ibi, tu uerò iſta Grãmaticalia non curas. C. ſi ex falſis inſtr. quòd ſi allego, quod teſtes corrupti falſum dixerunt, non uideor me aſtringere ad corruptionem: quia ſola falſitas eſt potens irritare dicta teſtium. All. d. §. ſi detracta. & reſpondet ad c. licet cauſam. Per quod Doc. hic, & in locis allegatis in prin. huius fallentiæ, dicunt oppoſitum: & ſua reſponſio non eſt clara. Ideo in hoc Lu. Ro. ſubſiſtit in d. l. Titia. Sed Pau. & Alex. in d. l. diuus. ſecuti Bal. contra Bar. ibi dicunt, quòd ideo non ſufficit probare unũ tm̃, in d. c. licet quia non probauit falſitatẽ: ſed ſimpliciter corruptelã, quæ ſola non ſufficiebat, ut ibi per Doc. ſuper gl. in uer. opponi. ¶ Præterea fuerat ibi parti aſſignatus terminus ad reprobãdũ perſonas teſtiũ, poſt quẽ nõ potuit allegare de corruptione, quia illa reſpicit pſonas. Et cũ iſtis trãſeo, Licet do. meus de Are. in d. c. licet. potius uideaẽ ſeq. Bar. in d. l. diuus. non uiſo Paulo ibi. Meritò dixit Bal. in d. l. j. capiẽdã eſſe doctrinã, quod nunquã uideẽ quis ſe aſtrĩgere, niſi quãdo qualitas mutat ſpeciẽ actiõis, uel

uel exceptionis, uel facit quem admitti ad id, quod aliàs non admitteretur. Similiter dixit Bald. in l. j. ibi, extrà quæritur. ff. de edē. quod ſi qualitas non eſt de ſubſtantia actionis, nec ex ea uariatur libellus, non eſt opus eam probare: ſecus, ſi inducit uariationem libelli, etiamſi non ſit de ſubſtantia actionis, ut ibi, per eum. Similiter dicit Bald. hic, quod qualitas inepta & impertinens nihil aſtringit, putà, quod tempore contractus erat tempus nebuloſum: ſed illa qualitas eſt probanda, per quam actio, uel exceptio aſſumit iuris uirtutem, ut latius per eum. Et pro iſtis facit, quod di-
31 cetur j. uer. tertia ſaluatio. ¶ Quartus caſus eſt, ubi † quis deduxit aliquid qualificatè ſubiuncta clauſula, & omnes alias exceptiones mihi competentes oppono: quia non uidetur ſe aſtringere ad probandum omnes ſpecificatas. Bal. in l. ſcire oportet. §. ſufficit. ff. de excuſ. tu. Bal. Ang. & Imo. in l. Titiæ textores. ff. de le. j. & ibi tranſit Alex. Conſidera, quòd aliud eſt quærere, utrum iſte uideatur dicere ſe uelle poſſe probare etiam plura, quam deduxerit: & in hoc bene prodeſt iſta clauſula. Aliud eſt quærere, utrum uelit non eſſe aſtrictus ad probandum qualitatem deductam: & tunc non uideo, quomodo in hoc proſit iſta clauſula, licet iſti
32 ſimpliciter loquantur. ¶ Quintus caſus: quando † eſt clauſula, Saluo iure addendi & minuendi, quia licet aliàs nihil operetur, niſi quantum ius permittit addere, uel minuere, [a] gloſſ. j. de fid. inſtr. inter. But. ā. rit. proxi. c. cum M. ibi, per hoc patet. Bartol. in l. c. non ſolùm. §. morte. de ope. no. nun. Tamen operatur hoc, quod ſic proteſtas non uidetur connexim, ſed diuiſim uoluiſſe loqui. Bald. l. Neſennius ibi. Et per hoc dicit Bald. ff. de neg. geſt. ¶ Contrarium tenet Barth. Bellen. præceptor meus triennalis, demum honoratus auditor Rotæ, in d. cap. inter dilectos. ubi ſuper illo ca. & toto illo titul. duntaxat ſcripſit eleganter, ſicut & ſuper certis titulis 3. li. quem ſi curia Romana non uocaſſet, habebat hæc noſtra ſcientia alterum Alexand. Alleuiaſſet enim labores poſteris, ſicut & ille, qui hodie eſt lucerna ardens cathedris iuris ciuilis. Et in propoſito dicit ſimpliciter Bellen. ſe non uidere, quomodo iſta clauſula poſſit diuidere qualificate propoſita. Pro quo adduco dictum ſolius Car. in c. licet. §. quanquā. de prob. ubi dicit, quòd clauſula nō ſe aſtringes, non poteſt facere uerificari illam propoſitionem, Corrupti, etc. niſi probato utroque: quia habet unum ſubiectum & unum prædicatum. Sed tene dictum Bal. & uide eundem in repetit. Pad. l. edita. de edendo: & in Peruſina, ibi, de ui quia hoc operatur illud uerbum Minuendi. Ad argumentum in oppoſitum patebit reſponſio in ſequenti caſu. ¶ Sextus ca-
33 ſus eſt: Vbi † adiecta eſt clauſula non ſe aſtringens ad non neceſſaria, ſecundum omnes hic, & in d. c. licet. & in d. l. diuus. & But. & Imol. in d. c. cahſbita. Et per iſtam effugiuntur dubietates Bart. in l. circa. ff. de probat. Et iſta proteſtatio iuuat in materia diuidua, etiam ſi pars contradicit. But. in d. c. cum M. ibi per hoc ſecundò deciditur & operatur, quod uideiur intentata actio, quæ ſuperfluit, ſed illa ex qua maior ſequitur condemnatio. Butr. de iudi. dilecti. Et operatur, quod deducens tempus in accuſatione non tenetur ipſum probare. Ana. poſt Card. de accuſat. qualiter. 2. §. debet. Et operatur ad euitandam opin. Arc. in d. c. a. de teſti. in 6. cum quo tranſit Domi. ibi, & Imol. in d. l. c. diuus. licet cōmunis opi. ſit in contrarium. ¶ Non aperiunt iſti, utrum proſit in deductis qualificatè? Car. dicit, quod non, in d. ca. licet ut dixi. Contrarium expreſsè firmat Rota, de reſcrip. 7. in nouis, in addi. & uidetur de mente omnium in hac materia, & credo eſſe uerum, quando qualitas non habet ſpecificare ſubiectum, ſed aliquid noui ſibi addere, ſine quo ſubiecto iudicari poteſt, quia tunc uirtualiter erit duplex prædicatum. Secus, ubi qualitas cauſaret unicum ens non diuiduum, propter doctrinam Sal. de qua j. uerſi. tertia ſaluatio. ¶ Intellige tamen uirtutem huius clauſulæ, dummodò lex non det formam, quod quis proponat omnia narrata eſſe uera, quia tunc iſta proteſtatio non iuuat. Text. cū glo. peculi. in c. is, qui de elect. in 6. & But. & Domi. hic. Pro quibus uide Bal. in l. non ideo. C. de lib. cauſa. ubi dicit, quod iſta clauſula nō releuat ab his, quæ de iure probanda ſunt. ¶ Intellige ſecundò, Niſi ageretur de arcanis materiæ deductæ iuris myſterio, quia iſta clauſula non prodeſt in illis, etiam ſi non fuerint deducta. Dom. in c. abbate. §. præfatus. ibi, not. bene iſtam glo. de re iu. in 6. quem uide. ¶ Et adde iſtis Sal. in l. in cauſis. C. de appel. & Bal. in l. propter litem. §. j. ff. de excuſ. tu. & Bald. & Angel. in leg. edita. C. de eden.
34 ¶ Septimus caſus, Niſi † aliqua proponātur negatiuè, quia nunquam uidetur quis ſe aſtringere ad onus probandi, niſi lex eum aſtringat. Bald. in l. cum temp. in fine, C. de proba.
35 ¶ Octauus caſus, Quando † quis per modum, per quem uidetur ſe arctare, narrauit plura, non in libello, ſed in capitulis, quia ſibi non præiudicat. Bal. in l. pe. C. de appel. quia ſententia reſpicit libellum, non proſecutionē. ¶ Conſidera duo. Primò, quod Domi. in c. 2. §. teſtes. de teſt. in 6. loquitur de capitulis, & etiam Abba. in d. c. licet. ibi, quapropter ego. ¶ Secundò conſidera, quòd licet ſententia reſpiciat libellū, tamen libellus declaratur ex capitulis. Innoc. in ca. 2. de or. cog. cum concord. Et procedit dicta ratio, quod pars uidetur uelle, ut ſequatur ſententia iuxta modum deductum. Ergo non refert, quomodo deducatur. Tamen cogita, quia
36 non declaratur ab alijs. ¶ Nonus caſus, In † reo, quia etiā non probando ea, ad quæ ſe arctauit, abſoluetur actore non probante. Abb. hic, & Flor. in l. circa. ff. de proba. per l. uoluntariæ. C. de excuſat. tu. Dic tamen, quod in reo ſibi præiudicat, quia ſi probaſſet, nedum fuiſſet ſimpliciter abſolutus, ſed etiam pronunciatum ius ſibi competere. Inno. de reſt. ſpol. ex conqueſtione. & ibi latè Butr. & Abb. Dixi aliquid de re iud. cum cauſa. in j. additione. ¶ Decimus
37 & ultimus caſus, Vbi † agitur de utilitate pub. De quo dicetur in ſequenti reſtrictione. Ex his clauditur prima reſtrictio ad hanc tertiam fallentiam.

[a] *Minuere] Vide omnino Angel. in auth. de litigioſ. §. omnem uero. in 9. col. in princip. uerſic. ſed quæro. in fi. libelli. col. 8.*

Restrictio. Secundò hanc tertiā fallentiam, Niſi
38 † quis expreſſe ſe aſtringeret ad probanda plura, quæ aliàs in ſolidum ſufficerent, quia non probando omnia ſuccumbet. Ita omnes hic, & in d. l. diuus. per l. circa. ff. de probat. & in c. licet. infra. de probat. & ita Bartol. in l. j. §. item quæſitum. ff. de aqua quoti. & æſti. per illum text. in uerſic. illud. Et dicit Angel. conſil. mihi 153. In quæſtione uerten. quòd licet teſtes non deponentes de tempore, probent, ut per Doc. in cap. cum cauſam. ſuper gloſſ. in uerſic. tempore. de teſti. tamen fallit, ubi quis ſe aſtrinxit ad probandum tempus. ¶ Excipitur unus caſus, uidelicet ubi agitur de fauore iuris publici, in cuius præiudicium non curatur talis arctatio, & iudex ſupplebit, ut ſentit gloſſ. hic, & firmant But. & Abba. Imol. & Domi. hic, & in d. c. licet. & uidetur gloſſ. in c. ut circa. in uer. interdictam. quaſi in fin. & in c. cupientes. §. cæterum. in uerbo, excludentes. & in uerbo, contumacia. & in c. ab eo. in gloſſ. fi. & in cap. ſi forte. in uerbo, euidentem. ibi, ſed nunquid iudex. de elect. in §. not. Ioan. And. in regula, inſamibus. & Fran. Pauinus in tract. De ſede uacan. fol. 5. ad fi. & Bal. in l. j. C. de cond. inde. allegando gloſſ. ordinariam in d. c. licet. uerſic. aſtrinxit. in fin. ſuper qua dicit ibi Butr. ibi, in quantum gloſſ. dicit, quòd in talibus poſſet pars incitare officium iudicis, ubi repelleretur, ſi parata eſt incontinenti probare neceſſaria. Et ideo ſi quis accuſaret de poſſeſſione turbata certo die, & non probat diem, tamen reus puniretur, ſi ſtatutum puniebat pœna fiſco applicanda. Ita dicit And. Sicul. hic, aliud noui afferens, dicens ſe ita conſuluiſſe, licet contra eum allegaretur Bart. in l. is, qui reus. ibi, uenio ad q. ff. de pu. iud. cuius dicto ipſe non reſpondet. Sed Bar. intelligitur, quando expreſſio diei eſt in materia iterabili, in qua dies cauſare poteſt uariationem delicti, aliàs non, ut ſolenniter per Bal. in l. j. ibi, ſuper ſeptimo puncto. C. qui accuſa. quam adde ad Ioan. de Ana. in d. c. qualiter. §. debet. ubi ſequitur Imol. in d. leg. is, qui. ibi, extra gloſſ. ſciendum. Et ponit copioſè Aug. de Arimino in libro Maleficiorum. fol. 73. in medio, & late Salic. in leg. cum cauſis. C. de accuſ. ¶ Obſtat autem fortiter prædictis doctrina Bart. in l. denunciaſſe. §. quid tamen. ff. de adulter. dum dicit, quòd non probata qualitate reus abſoluitur, & quod not. Bald. poſt Cy. in l. 2. C. de proba. dum ponit de illo, qui accuſauit de percuſſione facta cum effuſione ſanguinis. Et dicunt, quòd ſi non probat de effuſione, nihil agit. Ad idem diſputatio Bartol. incip. Iudex maleficiorum. quam poſuit in l. 4. §. hoc autem ff. de dam. infec. Et referunt Petr. de Anch. & Anania. in c.

a.de col. ubi latè uoluit, quòd in criminalibus regulariter non ſupplet iudex ex officio. Facit quod nota. Bartol.in d. leg.is,qui reus.de illo, qui non probauit diem, quem dicit debere ſuccumbere, propter quem remanet res dubia. ¶ Cogitabam quatuor modos, in quibus ſaltem ſeruari poſſet communis doctrina. Prima ſaluatio eſt: Vt iſtæ impugnationes procedant, quando quis aſtrinxit ſe qualificatè: quia non probata qualitate totus proceſſus corruit. Nam delictum probatum eſt aliud delictum, quàm illud, de quo eſt actum, adeo quòd atteſtationes illæ non probarent in alio iudicio: quia teſtes depoſuerunt extra articulum,& ſic non iurati,contra cap.de teſtibus. infrà, de teſti. Sed ubi non fuit quis loquutus qualificatè, ſed diſtributiuè, & expreſsè ſe aſtrinxit, ſi agitur de publico fauore, non potuit ſe aſtringere in damnum reipub. ſed bene ad excluſionem ipſius proponentis. Ita adaptat domi. Abb.in d.cap.licet. ibi, quapropter ego diſtinguerem. Et confirma ad primum membrum,ut pulchrè per Franciſc. Aret. in dicto capitul.licet.uerſicu.ſecunda ratio.dum oſtendit, quomodo remotio qualitatis alterat naturam ſubiecti in propoſito. Tamen primum membrum forte debet reſtringi ex dicendis in tertia ſaluatione. ¶ Secunda ſaluatio: Quòd in beneficialibus procedant gloſſ. prædictæ, in quibus iudex ex officio facilius mouetur. Sed nihilo minus non puto inter hæc eſſe differentiam: quia ſi qualitas eſt inſeparabilis, adhuc ſtat ratio de dictis teſtium non probantibus. Si autem eſt ſeparabilis, tunc idem erit etiam in non beneficialibus, ut in 3. ſaluatione: niſi dicas,quòd fauore eccleſiarum facilius inchoaretur nouus proceſſus à iudice, ut in dictis gloſſ. ¶ Quæ omnia intellige in iudice ordinario ſecus in iudice delegato, quia habet ſeruare formam reſcripti, infrà. eodem. cum dilecta. Ideo ex quo impetrator ſe aſtrinxit ad utrunque probandum, non ſufficeret alterum probare, ut iudex ex officio aliquem deponeret. Ita ſolus Dominic. hic non reſpondet ad iſtum textum. cum gloſſ. niſi dicas, quod hic non ſe aſtrinxit. ¶ Tertia ſaluatio: Vbi in fine accuſationis petitum eſt reum condemnari ſecundum formam iuris & ſtatutorum: quia uidentur deducta omnia iura, ex quibus reus poteſt puniri, & ſic ſimplex delictum etiam ſine qualitate. Bald.in d.leg.2. C. de proba. De qua clauſula per Bartol.in l. rerum.ff.re.amo. Bald.in l. unica,ibi,dubitatur,quia in fi. accuſationis.C. de confeſſ. & in le.obſeruare.§.proficiſci.ad fin. quæſtio.32.ff.de offic. proconſ.& Moder.in lib. Malefic. ſuper uerbo, contra formam iuris & ſtatutorum.fol. 147. cum concord.de quibus ibi,& per Aleſan.in le.gallus.§.ſi eius.de liberis.& poſthu. In quibus non tangitur in ſpecie iſte punctus. ¶ Contra Bald.tenet ſolus domi.meus de Aret.in d.cap.licet.quia ex quo iſte deduxit delictum cum qualitate, uidetur iſta generalis clauſula reſtringi ad caſum ſpecificatum eo modo, quo fuit deductus: quia qualitas adiecta in principali diſpoſitione, uidetur repetita in clauſula acceſſoria tendente ad eundem effectum. Barto. in l.ſi ita ſtipulatus.§. Chryſogonus. ff. de uerb.oblig. Et ſicut concluſio limitat narrata, Innocent. infrà, eodem. ſuper literis. ita narratio declarat concluſionem, ut nota.de iudic.examinata. bonus textus. de fide inſtrumen.inter.ſecundum eum. ¶ Conſidera uerba Salic.in l.tutores. ibi,ampliando tamen materiam.C.ad le. Iul.de ui publi. ubi dicit,quod duplex eſt adiectio qualitatis: una accumulat nouam delicti ſpeciem, putà occidiſti per aſſaſſinamentum, uel adulteraſti inceſtuosè: alia non addit nouam ſpeciem ad ipſum delictum, ſed eum ſpecificat, ſeu fortificat, putà damnum datum in turba. Primo modo, probato delicto ſine qualitate, clarum eſt, quòd ipſum delictum eſt capax pœnæ, & poteſt ſequi condemnatio, ubi quis nõ ſe aſtrinxit, l.ſi adulterium cum inceſtu. in princip.ff.de adult. Et ideo reus poterit ex officio puniri, ut per eum. Modò in propoſito, cum accuſans peteret crimen puniri omni iure eum puniente, non ſolum gerebat in mente qualitatem adiectam crimini, ſed etiam ipſum crimen ueriſimiliter, cupiens, quòd omnia punibilia iuribus punirentur. Si ergo ipſa lex puniret delictum ſine illa adiectione expreſſa, quando quis ad eam non ſe aſtrinxit, ita quando primò ſe aſtrinxit, poſtea ſeipſum ſubmiſit indiſtinctè legalibus pœnis capiendo adiectionem qualitatis. Secundo modo procedit impugnatio domi. mei: quia illa qualitate ceſſante, ceſſat actio, uel accuſatio propoſita.arg. le.Iulianus.§. ſed & ſi quis.ff.ad exhib. & non poteſt ſequi condemnatio,etiamſi ſe non aſtrinxit, d.le.prætor.uerſicul. docere. Et dicitur qualitas ceſſare, cum non probatur: quia non eſſe, & non apparere, æquipollent, l. in lege.[a] ff.de contrahen.empt.ut latius per Salic. cuius theorica multum aperit hanc materiam. ¶ Optimè facit concluſio, quam poſt multa firmat tandem Bal.in le.quid ergo. §. pœna grauior. ibi, iuxta hoc quæro de iſta quæſtio. ff. de infam. dicens, quòd ſi accuſator deduxit crimen qualificatè, & non probauit, ſi qualitas non uariat delictum, non tenetur iudex condemnare: tamen poteſt. Secus, ſi alterat, uel uariat delictum. Vnde Bald. ibidem ibi, iuxta hoc quæro,egi,etc. tandem firmat, quod ſi egi tanquam de furto manifeſto, & probaui ſimpliciter furtum, non condẽnatur reus: quia uideor me aſtrinxiſſe ad illam qualitatem, quæ auget effectum,& modum agendi uariat: ſed fieri poteſt nouus libellus, per illum tex c.ut ibi latiſſimè per eum, & in l.edita.C.de eden.uerſic.ſitum ſtatim allegando. Vide etiam omnino Alberic.de Roſ. in d.§. pœna grauior. uerſi. Item quæro, quomodo ſciemus. ubi poſt Iaco. de Bel. latè diſtinguit, quot modis poſſit conſiderari adiectio qualitatis ad crimen principale? & an & quando qualitate non probata crimen ſit punibile, uel non? ¶ Quarta ſaluatio: Quãdo in proceſſu inquiſitionis eſt clauſula, ſuper quibus omnibus[b] & ſingulis intendimus ex officio inquirere: quia illud uerbum Singulis, uidetur proteſtari, quòd iudex non uult ſe reſtringere ad qualitatem. Bald.in leg.j. ibi, & hoc, ubi proceditur per inquiſitionẽ. C.qui accuſ. quia tunc uidetur iudex connexe inquirere. Idem Bald. in lege. 2. C. de probat. Sequuntur Moderni in lib. Malefic.fol. 147. ſuper uerbo, omnibus & ſingulis. Quibus Adde Bald.in lege.edita.in repe. Peruſina, ibi, ſed quid contra, ſi actum eſt, etc. C. de eden. ubi dicit ſimpliciter, quòd in proceſſu inquiſitionis debet ſequi condemnatio probato delicto ſine qualitate, ſine qua delictum eſt punibile, quia inquiſitio non habet annexam concluſionem ex narratis, neque uidetur unquam inquirens ſe aſtringere ad qualitatem probandam, ſed uerba inquiſitionis ſunt narratiua, & officium inquiſitionis eſt inquirere & inuenta punire: & hoc, quo ad ſecundam reſtrictionem 3.fallentiæ. Vide tamen Lud. conſil. 110. ubi non tenet hanc ſolutionem in deductis conuexè, uel qualificatè. Sed rationes ſuæ facilè tollerentur. ¶ Eſt etiam alius caſus in hac ſecunda reſtrictione, in quo non ſuccumbit ille, qui probat factum ſine qualitate deducta non diſtributiue, ſed qualificatè,uidelicet quando aduerſarius ex hoc, quòd iudex eum abſolueret, locupletaretur cum aliena iactura. quia tunc poteſt iudex iudicare ſuper facto ſimpliciter probato, ſecundum But. in d.capitu. licet. uerſicul. quæro.cum gloſſ. ¶ Mouetur dupliciter, ut ibi per eum, quem ſequitur ibi Imol. quod reſtringe triplicitet. Primò, Niſi quis expreſsè ſe aſtrinxiſſet: quia tunc uidetur conueniſſe, ut aliter non obtineat, & ideo mos ei gerendus eſt, leg. circa.ff.de probat. & leg.ſi conuenerit.ff. de re iudic. ¶ Secundò reſtringe, Niſi qualitas conuexè deducta mutaret naturam facti: quia ſi non eſt probata, dicitur probatum aliud factum, l.denũciaſſe. uerſi.quid tamen. ff. de adul. & teſtes non probant tanquam deponentes extra articulum, c.de teſtib.j.de teſti. ut per Abb. in d. capitul.licet. ¶ Tertiò reſtringe, Niſi illud, quod eſt probatum, non ſufficeret per ſe ad uictoriam, putà ſi publicatis teſtibus deduceretur, quòd corrupti falſa dixerunt. Nam ſi probatur falſitas, & non corruptio, non prodeſt, quia falſitas de per ſe deduci non poteſt, & ſequeretur, quòd probatio c.fraternitatis. de teſti. eluſoria eſſet, quia deduceretur ſemper directò contrarium cum corruptione tanquam nouum capitulum, & non probaretur, niſi falſitas. Ita expreſsè But.ubi ſuprà, & ibi Ab.latius. ¶ Et aduerte ad omnia prædicta. Nam Ab. ibi primò non admittit differentiam,

a *L. in lege] Vide ibi Bart.*

b *Super quibus omnibus, &c.]. Adde domi. Soci. conſilio 188. incipien. uiſa bulla Pauli.ij. uerſi. & maxime propter clauſulã. cum no. ſic. ſeq. in ii. parte, quòd clauſula, ſuper quibus omnibus, etc. idem importat, quod in ciuilibus petens ſibi ius et iuſtitiam adminiſtrari. Et ibi, quid importat.*

tiam, an qualificatiuè, an expreſsè quis ſe arctet. Poſtea aliter ſentit in fin. illus materiæ, dum notat, quòd ſi quis expreſsè & apertè ſe non arctet ad duo, ad quæ diſtributiuè fuiſſet admiſſus, ſufficit probare alterum: quod ſatis fit ad victoriam. Nam in iſtis verbis uult ſecus eſſe, quando non expreſsè ſe arctet. Hoc autem debet procedere in caſu prædicto declarato tripliciter, ut ſuprà.

RESTRINGO Tertiò hanc tertiam fallentiam, niſi deducta copulatiuè in iudicialibus eſſent talia, ad quæ quis tempore, quo deducuntur, non fuiſſet admiſſus diſtributiuè, uolendo probare unum tantum. Ita pulchrè ſoluit Abba. in d. cap. licet. ibi, hæc differentia quam facit domi. Anto. putà, ſi ſunt publicatæ atteſtationes, & quis non poteſt allegare falſitatem directò, ne uideatur probare directò contraria, miſcet corruptionem cum falſitate, ut ſic admittatur ratione noui articuli, & probat ſolam falſitatē, non ſufficit: quia miſcuit in fraudem corruptionem, ut directè probaret falſitatem. Quod nota ad multa, & credo tetigiſſe etiam heri.

RESTRINGO Quartò hanc tertiam fallentiam, niſi in libello ſit deducta ſolùm una cauſa actionis: quia uidetur ſe arctare ad illam, qua non probata, ſuccumbit. Imol. hic per cap. abbate. §. præfatus. de re iudic. in 6. Bartol. in l. j. in princip. ibi, ueniamus ad cauſam. ff. de eden. & in lege. habebat. ff. de inſtitu. dicens per illum textum. quòd licet non oporteret exprimere cauſam actionis, tamen expreſſio arctat. Ad idem lex, ſi mater. §. j. ff. de except. rei iudic. & lex, & an eadem. §. actiones. eodem. titul. & ubique Bartol. ¶ Quod intellige quatuor modis. Intellige primò, quando cauſa eſt expreſſa in libello, & etiam in proſecutione cauſæ: ſecus, ſi ſolum cauſa eſt expreſſa in libello. Paul. de Caſt. in d. leg. habebat. ad fi. princip. Allegat Cyn. in l. cum te. C. de proba. quaſi uelit, quod probando aliam uideatur illi inhærere. ¶ Intellige ſecundò, dum modò allegauerit unam cauſam: ſecus, ſi plures: quia ſufficit probare concludentem. Bald. latè in d. leg. j. in princip. de eden. ¶ Intelligo tertiò, in petitorio: ſecus in poſſeſſorio. Vnde ſi dico, ſpoliaſti me poſſeſſione annui cenſus ex tali cauſa mihi debiti, licet non probem cauſam, ſufficit probatio ſpolij. Innocent. in capitul. querelam. in fin. de elect. & obtinuit Angel. ut ipſe ponit in le. final. C. de anna. exce. & in dicta l. j. in princip. ibi, ſequitur. in gloſſ. de edend. Pro quo dicit Bald. hic, quòd qui intentat poſſeſſorium qualificatum ſeu iuſtificatum dominio, non habet probare dominium, ut hic per eum, licet And. Sicul. in cap. 2. de libel. oblatione. dicat ſe conſuluiſſe contra Innocent. ex dictis Baldi. & Abba. in d. cap. querelam. & Bald. in le. ſolent. §. final. ff. de offic. proconſulis. In quibus locis ſimpliciter dicitur, non oportere in poſſeſſorio allegare cauſam. ¶ Caderet iſte punctus ad materiam brocardicam, quando nocent expreſſio rei non exprimandæ, de qua uide textum. in leg. j. poſt princip. C. de rei uxo. act. in clemen. conſtitutionem. cum gloſ. de electione. in l. expreſſa. ff. de regu. iur. dixi de accuſ. ſuper his. & infrà, eodem. cum ordinem. in princip. ¶ Intellige quartò non procedere in appellatione à diffinitiua, in qua exprimens unam cauſam, poteſt obtinere ex alia. Imol. hic per l. ſcio. §. fin. ff. de appellat. Rationem ſpecialitatis ponit Bartol. ibi, Secus dic in interlocutoria, in qua cauſa expreſſa eſt probanda, non alia, clemē. appellanti. de appellation. Sufficit tamen concludentem probare, ſi plures in ea deducantur, ut ſuprà, in confirmatione huius tertiæ fallentiæ.

RESTRINGO Quintò hanc tertiam fallentiam, niſi in pœnam calumniæ ius repellat non probantem propoſita ab alijs propoſitis. Bur. & Domi. hic per cap. ſi fortè. de electione. in 6. Declara, ut ibi per gloſſ. in uerbo, auidentem. Generaliter uerò de repellendo præſumptum calumnioſum, uide Innocent. in capitul. cum noſtris. ad fin. de conceſſione præben. poſui de re iudic. da cætero. ibi, limita omnia. Ex his clauditur tota tertia fallentia, quam nota: quia melius eſt ordinata, quàm ea, quæ aliàs dixi in dicto capitulo, licet cauſam.

¶ Fallit quartò dicta regula, uolens copulam requirere omnium cōcurſum, niſi ſequatur abſurdum. Bar. in l. Gallus. §. etiā. de lib. & poſthum. ibi, ex hoc apparet. dum dicit de ſubſtituto cum filijs & hæredibus. ¶ Ad idem, quod nota. Ange. ibi, de emphyteuſi pro ſe, filijs & hæredibus: & dicit, quòd non oportet filium eſſe hæredem: not. Bald. in lege. Caius. ſol. matri. & pleriq; alij: tamen paſſus eſt profundus. Patet ex notatis per Alexand. in l. quod dicitur. ff. de uerbo. oblig. Concluſio ſua eſt, quòd requiratur filium eſſe hæredem. Item quòd hæres extraneus erit capax, niſi illa uerba eſſent prolata in materia de ſui natura non tranſitoria ad extraneos. Adde etiam Ana. de iuro. querelam. ad fin. dum dicit, quòd ſi dico, Vendo uillam, & ius patronatus, exponetur, id eſt, cum iure patronatus. Vide Ioan. And. plenè in c. j. de iure patro. in 6. Adde etiam hic conſil. Ludo. 104. Reuerende pater, dum ponit, quòd licet ſtatutum Florent. dicat de ceſſantibus & fugientibus, tamen ſufficit ceſſatio. ¶ Fallit quintò, ubi copula ponitur circa qualitatem, non autem uniformiter in omnibus partibus, Bart. conſil. 2. in fin. & in lege. fin. & in lege. Seiæ. §. Caio ff. de fund. inſt. dicens, quòd ſi dico, lego fundum inſtructum & centum, nō cadit inſtructio in illis centum: Card. conſil. 59. in fin. Quædam domina Agnes. ubi uoluit, quòd ſi teſtator dixit; debent decem pauperibus ſacerdotibus pro miſſis, & cæteri remaneant fratribus, non infert illa copula, quòd neceſſariò iſti fratres celebrent: ſecus, ubi qualitas uniformiter reſpicere poteſt utrunque: putà, lego fundum, ſi nauis uenerit, & domum: intelligitur domus ſub cōditione relicta, d. §. Caio. Et dixit Bart. in l. ſi legatarius. §. cum ita. de leg. 3. quòd ſi dico, lego omni anno decem corbes frumenti, & decem libras, dabuntur libræ tempore, quo frumentum. Ergo in fine anni, quando recolligitur, iuxta lege. Firmio. §. pactus. & ibi notatur, ff. quādo di. leg. ce. Quod extollit Lu. in lege. qui hoc anno. de uerbor. oblig. ¶ Fallit ſextò, quando duo copulantur de per ſe, non reſpectiuè, ad unam ſpeciem. Bart. ſolenniter in d. lege. ſi is. qui ducenta. §. proinde. ff. de reb. dub. Imol. in clemen. in pleriſque. ibi, item aduertendum. de elect. Exemplum in lege. j. ff. de infamib. & in l. lege Iulia. ff. de teſti. in l. j. ff. de ſic. cum ſi. Pulchrè Bald. in d. l. qui hæredi plures. dicens, quòd ubi ueritas, uel falſitas alterius orationis non dependet à copulatis, non requiritur omnium exiſtentia. ¶ Et idem Bald. ſubtiliter in l. j. ff. de inſt. & iure. dicens, quòd regulariter natura copulæ extendit & non reſtringit[a], l. ex tamen adiectio. de leg. 3. Et legatum factum doctoribus & medicis Paduæ, comprehendit tam doctores, quam medicos: nec oportet eſſe utrunque: quia cum inſeritur copula ſubiecto generali, non copulat in dubio plures qualitates, ſed plura ſubiecta non dependentia unū ab altero. Fuit quæſtio Bur. allegata in pluribus ex dictis locis, ubi diſputando cōcluſit, quòd ſi legatur militibus & doctoribus, includitur ſimplex miles, & ſimplex doctor: quia materia eſt larga. Sed in materia ſtricta, dicit Imol. in d. clemen. in pleriſque quòd reſtringitur. ¶ Vnde pœna appoſita à ſtatuto, nobili & baſtardo percutienti, requirit utranque qualitatem, ſecundum eum. ¶ Ponit etiam ibi ſubtiliter Card. de propoſitione categorica & hypothetica, cuius dicta induxit Alexand. conſulendo pro dominis Mirandulæ ad probandum, quòd ſi inſtrumentum declarat illas eſſe uales, ubi eſt aliquantum profundus, & cannæ fortes & denſæ & uulgarij, non requiruntur omnia, ſed omnis locus habens unam de illis qualitatibus eſt uallis, & incipit conſilium, Conſideratis uerbis inſtrumenti. quod non reperi in impreſſis. Dicit etiam per pulchras rationes Thom. Faſtoli dubio Rotæ 46. Die Mercurii. quod clauſula adiecta poſt plura copulata, refertur ad ultimo notata. Vnde dicitur, prouideatur Titio de præbenda & portionibus ac præſtimonijs cedentium, uel decedentium, illud Cedentium, uel Decedentium, non refertur ad præbendam. Vnde ſi uacat per priuationem, debetur. Multa alia de natura copulæ. Et, inculcauit uſque ad ſaturitatem, & ultra, Fran. Pauinus in tract. de Poteſtate capituli uacante ſede. ſol. 2. uerſicu. tertio præmitto. quem uidi biennio poſt prædictorum editionem, & addidi in pleriſque locis huius operis.

a *Et non reſtringit*] *Adde text. in l. ſi ſtipulatus. in princip. ff. de uſur. & in l. ſi quando. de leg. j. & Bart. in l. cum ita. §. fin. de legat. 2.*

ADDITIO. ¶ *Reliquas fallentias colligatis ex locis prædictis, maxime per Bart. in d. §. proinde. aliquid etiam But. in c. uestra. de cohab. cle. Aliquid Alex. conſi. 48. & per Bar. in l. antiquioribus. in princ. C. de iure deli. Multa etiam in conſi. Alex. 110. certia partis, mihi uero 474. Circa primum dubium. dum uult pœnam impoſitam filio habitanti ſeorſum, & prouocanti ad diuiſionem, non committi, niſi utrunque concurrat, & ibi allegantur multa. Et dixit Cal. de uer. ſign. conſi. 2. quod ubi uerba referuntur ad eundem effectum, copula nihil addit. Allegat c. in ſynodo. 63. diſt. ibi, confirmamus & corroboramus. c. in nomine Domini. 23. diſt. ibi, decernimus & ſtatuimus. cum ſimil. Sæpe enim ad maiorem expreſſionem fiunt huiuſmodi inculcationes, ut poſuit late de offic. deleg. c. uenerabil. Signa autem prædicta, quia non innuiet nihi per talem ordinem coadunata & deciſiua adaptata.*

39 LEGES INSERTAS In † Decretis non ſunt approbatæ, etiamſi liber ille eſſet approbatus. Ioan. Aud. hic. Ex quo dicto infert Pet. de Anch. hic, quod generalis confirmatio non trahitur ad ſpecialiter reprobata. Facit glo. in uerbo, acquiritur. in prin. l. j. §. fi. ff. de his, qui ſunt ſui uel alie. iu. Et ibi Bald. dicit, quòd generalis confirmatio priuilegiorũ non prodeſt priuilegijs iniquis. a Similiter dicit Bald. in cap. j. per illum text. per quos fiat inueſt. quòd inueſtitura non prodeſt rebus iniuſtè poſſeſſis, ſecundum Aud. Sic. hic. Ad quod ultimũ uide, quæ dixi j. codẽ. poſtulaſti ſol. ule. ¶ Conſidera, quod non dicit Ioan. And. leges ideo non approbatas, quia ſint reprobatæ: ſed quod non approbatæ, ut canones. Tamen pro iſtis uide gloſſ. Lu. & Alexan. in l. quod ſeruus. ff. de acquir. poſ. ubi multa allegãt. Quibus adde Bal. in cap. ea, quæ. in fi. de re iud. & in ca. ad noſtram. de proba. ¶ Et dicit ibi formaliter Bal. quod † conſenſus principis nullum robur tribuit iniquæ legi. 40 Et dixit Baptiſta de ſancto Seuerino in l. omnes. de iuſti. & iur. ſe conſuluiſſe confirmationem ſtatutorum certi caſtri debere intelligi ſine damno populi confirmantis, propter uerba Bal. ibi, ſed nunquid Papa. dũ dicit, quod licet Papa in ſpecie poſſet confirmare ſtatuta contra libertatem eccleſiaſticam, Inno. in c. j. de tranſact. tamen in dubio non præſumitur. Sed. tu. pro hoc uide Bald. de inueſtiu. uenientes. ubi dicit, quod Papa non intelligitur confirmare ſtatuta contra ie. Et dicit Ab. conſil. mihi 191. In q. hæredum quondam domini Pe. quod approbatio papalis de omnibus ordinamentis populi Tudertini nihil operatur in alienationibus factis ab illo populo de rebus ad Roma. eccle. ſpectantibus. ¶ Fortius dicit Ioã. And. poſt Vincen. de cenſibus, cum inſtantia. prope fin. quod Papa non poſſet priuilegiare aliquẽ prælatum, uel aliquam religionem, ſ. ne ueniat ad eum, uel ne poſſit eum excommunicare: & inuehit contra Ciſtercięſes in eo, quod utuntur non permittendo monachos ire ad curiam. Facit cap. pe. de immu. eccl. in 6. Quod uerbum nota contra conſtitutiones Carthuſienſium punientes monachos, qui aliquid impetrant in curia. ¶ Amplius dicunt Bal. & Imol. 43 in l. legata inutiliter. de leg. j. q † licet Papa reprobet quædam ſtatuta fortè contra libertatem eccleſiaſticam, per hoc nõ uidetur confirmare alia inualida, niſi fuerint diſcuſſa, per illum text. & q ibi Bart. Et intelligunt diſcuſſa, ſi fuerint lecta, uel ſecundum Paul. ibi, ſi conſtat ſuperiorem ſciuiſſe de inualidis. Quæ dicta extollens Alex. conſil. mihi 59. Viſo inſtrumento & ſt. quæſtionis. infert, quod confirmatio Papæ non ualidat ſtatuta debilitantia iuramenta, etiamſi excipiat ſolum ſtatuta contra libertatem eccleſiaſticam. Et licet exceptio firmat regulã l. nam quod liquidè. §. fin. ff. de penu leg. non tamen facit, quòd regula comprehendat alia, quæ non comprehendiſſet exceptione non facta, l. generali. §. uxor. per illum text. ff. de uſu leg. & ibi Bartol. & Bartol. in l. j. in fin. ff. de reg. iur. cum concord. & idem, quod Alexand. conſuluit Frãciſc. Aret. ac etiam conſilio 8. ubi omnino uide. ¶ Et iſtis adde, 42 quòd † confirmatio etiam ex certa ſcientia non prodeſt in defectum ſubſtantialium, putà incompetentiæ iudicis & falſitatis narratorum: ſed ſolum in defectu ſolennitatis, ut in uocatione partis & ſimilibus, ſecundum Rotam egregiè de confir. u. ti. j. in nouis, quod extollit Domi. in c. 1. in fin. de tranſact. in c. Cænomanenſem. ad fin. 56. diſtinct. limitans, niſi interueniret certa ſcientia dicti defectus ſubſtantialis reddentis proceſſum nullum: quia tunc ualeret confirmatio, & suppleret defectum poteſtatis gerentis actũ. Et idem in omni ſimili defectu, per tex. in ſimili, in capitu. conſtitutus. & ibi gloſſ. pen. de conceſ. præbend. Et ita dicit poſſe intelligi dictum Innoc. in d. c. 1. & facit gloſſ. 3. eod. tit. ueniens. ſecundum eum. Et pro dicto Rotæ facit dictũ Hoſtienſ. in d. c. 1. dicentis, quòd clauſula Supplentes, etc. ſupplet defectum ſollennitatis, ſed non defectus, quibus actus redderetur nullus, & ſuper quibus requireretur diſpenſatio, ut ſi impetrans erat excommunicatus, illegitimè natus, uel aliquem defectum naturalẽ patiebatur: & idem Spec. de lega. §. nunc oſtendendum. uerſ. & no. Et pro hoc ultimo allegat ibi Ioan. And. text. in clement. paſtoralis. de re iudic. in uerbo, cæterum. Et adde, quòd ſi quis oſtendat ſolum priuilegium Papæ confirmans conceſſionem prædeceſſoris factam de aliquo caſtro, nihil probat. ſi originale non oſtendatur, ut latiſſime diſputando concludit Alb. de Roſ. in authent. ſi quis in aliquo. C. de eden. dicens ſe ita allegaſſe in ciuitate Bergomi coram collegio ciuitatis, mu ima per c. ſi Papa. de priuile. in 6. & gloſſ. quæ incipit, pro hoc. in capi. ne ueterum. 9. diſt. niſi forte totus tenor authoritatis iudiciaria eſſet per modum authenticationis & publicationis inſertus: quia tunc fidem faceret. Allegat Bar. Brix. q. 133. quæ incipit, ſæpe contingit. & Arc. in c. præſentium 7. q. 1. Et ita intellige opi. Spec. de inſtr. edit. §. nunc aũt uidendũ reſtat. uer. quid ſi conceſſum eſt alicui. & uer. præcedenti. & hæc dicta Alberici ſequitur Vatabs. in lib. De clauſulis, fol. 60. ad quæ potes te dilatare ex copioſis cõſilijs poſitis inter conſi. Alex. conſi. mihi 604. Viſo punctu & accuratè pẽſato, & ſequẽti, quæ aliàs aũt in 4. uol. & elegantiſſima per Belencinũ in c. inter dilectos in 23. no. de fid. inſtr. & q dixi ĩ eo. c. uer. clauſula, Si preces. ubi inuenies ſpatioſum cãpũ, De uirib. confirmationis ex certa ſciẽ, omitto: quia nimis 41 digrederer. ¶ Sed ad priora dicta adde, q † non ualet confirmatio executionis notoriè nullæ, etiamſi eſt confirmata per ſauten. Ab. conſil. mihi 98. Nitar in præſenti cauſa. uer. 1. q. eſt. Facit conſil. Lud. 328. Qui ad primum ubi dicit, quòd confirmatio ſententiæ non obſtat dicenti ſententiam nullam. Aliquid etiam per ipſum cõſil. 336. Circa propoſiti. Et da clauſ. Quatenus ritè & rectè proceſſum eſt, confirmamus, uide Vitalem, ubi ſ. fol. 4. Et ad dictum Hoſt. præallegatum in d. c. j. de tranſact. adde But. in c. illa. de ele. Ab. in d. c. inter Bal. in proœmio Decret. Car. conſi. 85. Ab. in c. ea, quæ. in fi. de re iudic. Bal. in rub. de conſue. ad finam. Alex. cõſi. 79. Et dicit Bal. in tit. de pac. Conſtan. in uerbo, Iuella tur. Quod populus Romanus nunquã ſuit uſus dicta clauſula Supplentes: & dicit Bal. in c. cum ordinem. uer. quæro, nunquid j. eodem. quod certa ſcientia Papæ firmat ſententiam nullam, dum modò exprimatur certa ſcientia. Reliqua liberius ampliabo aliàs, ne uideat hic tranſplantare titul. de confirmat. utīl. uel inutil. ¶ Lex poſita inter canones non dicitur canonizata. Ioan. And. & omnes [a] hic, cum quibus tranſit And. Sia. Adde gloſſ. 2. ibi, aliud ſecundum leges. in c. j. de except. & gloſſ. in c. ſuper eod. lo j. de teſtibus & ibi Ab. in fi. & gloſſ. in c. j. in uerbo tractatus. circa med. de reb. eccleſi. non alien. in 6. quam reputat ibi Dominic. ordinariam in propoſito. Not. Petr. de Anchara. in c. j. ſuprà, titul. proximo, & Nico. Mylus in Repertorio fol. 95. uerſicu. lex licet ſit. Facit etiam gloſſ. in c. nunc autem. ibi, proximam legem. 19. quæſt. ult. not. Card. in clem. j. in fin. 2. oppoſitionis, de ſequeſt. poſ. & fruct. Secus, ſi eſt inſerta

a *Iniquis] Adde a Lu. Ro. in conſilio 217. quod incip. præſens caſus. & domi. Alex. de Imol. in conſilio 58. quod incip. Viſo inſtrumento & tenore quæſtionis. et uide omnino Bald. in d. cap. 1. Alex. om. in tex. in princ. ponenti aliqua pulchra in propoſito. & in l. 1. de conſti. princ. Ad quod adde ſingularem & aureã deciſionẽ Panor. in c. Inter dilectas. de fi. inſtr. quòd ſi priuilegiũ confirmationis impetratũ à Papa, uel à principe, ſit ſurreptitium, putà, quia ſit confirmatorũ aliquius inſtrumentis falſi, uel ſimulati, et de his non ſit facta mentio principi confirmanti, talis confirmatio eſt nulla, & q eſt factae ſi in confirmatione apponantur illa uerba, Confirmamus actũ, ſi de ſe eſt ualidus: alias de nouo concedimus: imo plus, ſi adeſſet clauſula, Supplentes de plenitudine poteſtatis omnes defectus, tam iuris, quam facti, ſi qui ſunt. adhuc confirmatio nihil operatur propter uitiũ ſurreptionis. Quod bene nota, et ad ſ. dictũ adde Ang. in l. ſi. C. de ſep. app.*

inſerta in canone, ſecundum omnes hic, & gloſſ. in uerbo, lex. in capi. in primit. 2. quæſtio. j. quam ſequitur Abba. de iudic. nouit & in cap. j. in j. not. de præſumpt. Imol. in cap. j. ſuprà, titul. proœm. & ibi etiam ſequitur dictum Ioan. Andr. hic Opinionem Gratiani reprobat gloſſ. 13. diſtin. in ſumma. & gloſſ. 2. 18. diſt. in ſumma, gloſſ. fin. in capitu. de Syracuſanæ. 8. diſtin. gloſſ. in cap. Cænomanenſem. §. cum ergo 56. diſtinct. gloſſ. in ca. ſtatuimus. §. his omnibus. 52. diſt. gloſſ. antepenult. in c. Valentinianus 63. diſtinct. gloſſ. unica. in cap. ſcite. §. neceſſariò. & § ſequen. 76. diſtin. gloſſ. in ca. ſicut Chriſtus. j. quæſt. j. gloſſ. fin. in c. cum ſcriptura. ea. cauſa, & quæſt. gloſſ. in c. quòd quidam. §. opponitur. in uerſic. poteſtate. cap. cauſa, & quæſt. gloſſ. in uer. ſed nec in eodem. §. opponitur. & gloſſ. ſecunda. in §. breuiter. j. quæſtio. 7. gloſſ. tertia. in cap. Eutbemium. §. hinc colligitur. 2. quæſtio. 3. gloſſ. j. in cap. à iudicibus. §. quod de arbitris. 2. quæſtio. 6. gloſſ. j. in cap. ei, qui appe. §. nullus. in uer. & hoc in notorijs. ca. cauſa, & quæſtio. & gloſſ. j. in cap. ſi teſtes. §. teſtes. 4. quæſt. 3. gloſſ. j. in cap. nullus. §. aliquando. 4. quæſt. 4. gloſſ. 2. in cap. teſtimonium. §. nec honore. 11. quæſtio. j. gloſſ. in ſum. 12. quæſt. j. gloſſ. in §. cum ergo. ea. quæſtio. & cauſa. gloſſ. 2. in cap. penult. 12. quæſt. j. gloſſ. j. in cap. non ſanè. 14. quæſt. j. gloſſ. in cap. ſi quis. §. quod autem. 17. quæſt. 4. gloſſ. in capi. ſi illic. §. ſed obijcitur. in uerbo, Achab. 23. quæſt. 4. gloſſ. j. in c. ſic quippe. §. ex his omnibus. 27. quæſt. 2. gloſ. in cap. ſi quis cum. §. quamuis 32. quæſtio. 7. gloſ. in uerbo, præſtitutus. in §. alij econtrà. de pœnit. diſtinct. j. gloſſ. penult. in §. econtrà. de pœn. diſtinct. j. gloſſ. j. in eo. §. gloſſ. in uerbo, quadragenaria. in capitul. de quarta. de reſcript. Archid. in capitul. ei, qui. §. diffinitiua. uerſicu. de poſſeſſione. 2. quæſtio. 6. Card. in d. clement. j. de ſequeſt. poſ. ¶ Iſtas gloſ. non reperi ab alio collectas. Audio, quòd frater Gratianus. ſcilicet magiſter ſententiarum, reprobatur in 15. locis, & unū ponit But. poſt Io. An. de Biga. debitum.

44 Liber Decret. † non reperitur approbatus [a]. Ioan. An. But. Imol & Domi. hic, & Abb. ſupra, in proœmio, §. rex paci ficus. & Nico. Mylue in d. §. rex. licet ſit. ¶ Contrarium firmat Abb. hic, & And. Sicul. propter longam operis obſeruantiam. Et hanc rationem dilata, ut per eos, Quibus adde Ioan. And. in cap. ex parte. in fi. de feu. ubi uidetur firmare, quòd uolumen Decretorum ſit approbatum, licet non dicta Gratiani. Idem firmant Archi. & Dom. in c. quis neſciat. 9. diſt. & in c. de his. lo 2. in princip. l. diſt. Et idem ſentiunt, qui loquuntur de libro Feudorum in rationib. ſuis in lncit prope allegandis. ¶ Firmat etiam Abb. in proœmio ad commentū, quod incipit, Baſilicæ. ſuper Decreto, Addens, quòd dicta patrum & pontificum, de quibus in Decretis, ſunt approbata: non, quia in eo uolumine comprehendantur, ſed authoritate ipſorum ſcribentium, quorum ſententiæ etiam extrauagantes ſunt generaliter per eccleſiam approbatæ, c. j. 20. diſt. c. ſi Romanorum. 19. diſt. & ita loquitur capitu. cōtinebatur. in uerbo, cum in decretis habeatur. de deſpon. impu. quia loquitur de decretis patrum, non de libro Decretorum. Et licet dicatur ſupra, in proœmio in fin. hac tamen compilatione non excluditur Decretum, ſed intelligit de compilationibus, quas in capitulis in hoc libro poſitis prius compilauerant alij pontifices, de quibus per Io. And. in proœmio Operis ſui, licet illum text. nemo conſideret in propoſito. Et ſicut liber Decreti eſt approbatus ab eccleſia, ita etiam autoritates, quæ ſunt in eo, ſunt ſeruandæ, ut leges pontificales, etiamſi ſint conditæ ab inferioribus à Papa. Ita dixit Archid. poſt Hug. in d. cap. de his. lo 2. in princip. l. diſt. & ſequitur ibi Domi. in princip. Et iſta adde dictis Præpoſiti in Arbore conſanguinita. ¶ Rubricæ quæ ſunt in Decretis, non habent uim leg. Specul. & Ioan. And. de diſp. & alleg. §. fin. in fin. Domi. in d. c. quis neſciat. Ludo. in le. ſtipulationes non diuiduntur. de uerb. obligat. Archid. & Abb. in proœmio ad commentum Decreti, Imol. latè in rubric. de uerb. oblig. Et nullum earum compoſuit Gratianus, prima excepta, ſecundum iſtos. Et uide gloſ. in cap. j. quæſtio. 9. quæ impugnat rubricam. Sed rubricæ

a *Approbatus*] *An liber Decretorum ſit approbatus & authenticus, ut allegari poſſit, uide Fede. de Senis, conſilio 76. incipiente, domino auditori, &c.*

aliorum librorum iuris habent uim legis, ut per Imol. in d. rubric. Dixi aliàs in rubric. ut lit. non conteſtat. Facit gl. in proœmio Sexti, in uerbo, titulis. & in §. hæc autem uerba. de pœn. diſtinct. j. ¶ Aliquando etiam redarguitur ſupraſcriptio gloſ. in cap. abſit. l. diſtinct. & in cap. futurum. in ſupraſcriptione. 12. quæſt. j. & in cap. propoſuiſti. in gloſ. j. 32. quæſtio. 7. ¶ Quo † anno fuerit

45 compilatum Decretum, [b] uide gloſ. in cap. poſt. appellat. §. forma. in uerbo milleſimo. 2. quæſt. 6.

b *Decretum*] *Adde, quod fuit compilatum anno M. cl. ut legitur in libro qui dicitur Faſciculus temporum, ultra gloſſ. alleg. in text.*

De authoritate Librorum

46 † authoritate nota. plenas remiſſiones ultra Bellencinum. in cap. 2. de feud. in ultima apoſtilla impreſſatum. ¶ Liber feudorum eſt approbatus. Ioan. Andr. poſt multa in d. capitul. 2. de feud. & Bal. & Iaco. Aluaro. in proœmio feudorum in primis chartis, Nedum quo ad leges imperatorum, ſed etiam Oberti, & aliorum: ut quia Papa in multis c. alleg. illas conſtitutiones. Tamen propter ueterem & generalem operis obſeruationem, amplia etiam in feudis eccleſiæ. Bald. de iudic. cæterum. ¶ Regula beati Benedicti poteſt pro iure allegari. Ana. conſil. 62. per cap. ſuper eo. de regula. ¶ Et idem de dictis ſancti Benedicti,

47 ut infrà dicetur. ¶ Sententiæ † Innocen. IIII. non habent uim legis. Innocen. in c. per tuas. lo 2. de ſimo. Unde dicit ipſe de elec. innotuit. ante fin. licet forſitan mihi non credatur, loquendo de ſeipſo. Et refert Hoſt. de ſen. ex commu. ſolet. lib. 6. ſe audiuiſſe ſæpe ab Innoc. quòd uolebat, ut ſuæ glo. facerent ius. Tamen exponitur, tanquam exceſſit alios authoritate, quia fuit pater & organum ueritatis, ſecundū Arch. in c. pia. de except. in 6. & dicit eos dupliciter, ſcilicet, ſolenni apparatu, ut Magiſter: & cōſtitutionibus, quas fecit ut pontifex, quas nunc in 6. habemus, ſecundum Io. An. in Spe. in rub. de ſe. ua. ubi dicit, quòd fuit gratioſus ſemper nobilibus, & grauiter fuit perſecutus Fedaricum imperatorem, ut latè ponit Platina in Opere pontificum. Et iura ab eo condita enumerat Ioan. And. in Spec. in rub. de ſumma. tri. Et Arch. melius omnibus intellexit mentem Innocent. ſecundum Imol. de teſtibus teſtimonium. Eſt uerum, quod Innocent. communiter loquitur confusè, ut dicit Bu. in c. tanta. de exceſ. præla. & Abb. in c. non minus. de immu. eccle. Et fuit ſubtilis nimium, ſecundum Abba. in cap. at ſi clerici. in princip. de iudi. & Imol. in leg. ex diuerſo. §. fin. ſolu. mat. & Ana. in capi. continentia de clerico percuſ. & ibi pro Innocent. eſt gloſſ. non dicas, Innocent. tenet ſic, ſed eſt gloſſ. cum qua concordat Innoc. Ita docet But. in c. cum cauſam. in fi. de uer. ſig. Et ſi liber nus Inno. habet unam addi. in c. ſi. ut lit. penden. quæ eſt ſuper uerb. in mentio. & incipit, no. quod priuilegium. dic, quod habet etiam alias additiones, ſecūdum Car. ibi in 4. oppoſitione. Iuuat hoc de Innoc. dixiſſe ob ſpecialem affectionem, quam ad ipsū præ cæteris ſemper habui merito ſuæ authoritatis. ¶ Et de lege Lombarda fit mētio in c. Raynaldus. de teſta. ubi dicit Io. de Lig. poſt Innoc. quòd eſt ſpecialis liber, in quo ſpecialia iura ſuper dotibus ſtatuuntur. Et ſic colligitur iura Lombardorum approbari per canones, ut etiam in multis legibus canonizatis. Quod ipſe intelligit in his quæ faciunt pro nobis, non contra: quia illa lex approbat duellum, quod iura canonica reprobant, de cle. pug. in duel. per totū ut latius per ipſum Ioan. de Lig. in tract. De bello, c. 184. cum ſeq. Et de hoc & uidelicet. ¶ De libro Longobardorū, alias Lombardorum, uide gl. in uerbo, uulgari. in c. cum de nouiſſimam. 12. q. 2. quæ meminit de illa lege, quæ ſecundum Arch. dicitur uulgaris: quia uulgaribus uerbis compoſita, uel quia à uulgaribus & rudibus. Et dicit Bald. in authen. dos data. C. de dona. ante nupt. quod illa lex hodie non eſt lex, neque ratio: & receſſit ab aula. Et refert Odoſ. dicere, quod illum librum fecerunt nonnulli reges, qui uocabantur Longobardi in Apulia, qui primò uenerunt de Romania & Sardinia, poſtea in Apulia ſic uocati propter barbas lōgas. Et de illa lege nō eſt curandū, ſecundū Bal. in l. ſi finita. C. de nup. Et extincto regno eorū, extinctæ ſunt leges, ſecundum Bal. ī. ti. proxi. translato. Dicit tamē And. de Iſer. in proœmio feud. quod inter illas leges ſunt aliquæ imperiales, & illæ ſeruandæ ſunt, non aliæ dictorum regū,

licet earum ratio allegari poſſit. Quod ultimum reprobat Iac. Alnaro. in d. proœ. dicens poſt Nic. de Neap. quòd iſtud de ratione legis correctæ intelligitur de legibus, quæ ſunt in ſex uoluminibus iuris ciuilis: quia aliqua correcta, Bene remanet ratio ipſius, l. j. & ibi Bartol. ff. de coniungen. cũ emanci. lib. Secus in legibus, quæ non ſunt in dictis uoluminibus. Nun aperit, quid de legibus imperialibus, quæ ſunt in d. lege Longobarda. Forte ſentit eas, & earum rationes eſſe correctas. Sed dicerem ualere, ut extrauagantes. Et dicit Ia. illum librum fuiſſe factum à Carolo, & appellari Capitularium Carol. Alleg. gloſſ. quam non reperi, in c. 1. 33. q. j. Et uide glo. fin. in c. quicunq. 11. q. j. ſuper qua Arc. dicit, legem Longubardam eſſe inualidam. ¶ Quid ſit curia Bulgari, uide Bart. in leg. Titia. §. fin de leg. 2. ubi dicit, quòd eſt nomen loci in ciuitate Bononiæ, ubi ſtetit Bulgarus. Et ad fugiendas contentiones etiam tempore ipſius fuerunt redacta quædam in ſcriptis, quæ obtenta fuerunt Bononiæ de conſuetudine. ¶ Liber Pontificalis eſt approbatus. Gloſſ. in uerbo, pontificali. clem. j. de iureiur. quia illius uerba ponuntur ibi in textu. Idem dicit gloſſ. de arbore, per cap. cum ad ſedem. 35. quæſt. 5. Pondera hanc conſequentiam utilem ad multa, uidelicet iura, quæ allegant talem librum. Ergo eſt approbatus. Et dicunt Hoſtienſ. & Ioan. An. in c. conſuluit. de ſer. non or. quòd presbyter non debet cantere pontificali, nec etiam epiſcopus cum ad parochiam declinat.

48 ¶ Autoritates† diuinæ ſcripturæ ſunt approbatæ, & poſſunt, tanquam leges, allegari in cauſis. Gl. in uerbo, eloquia. in §. cognitio. in authen. ut iu. ſine quoquo ſuff. Sequitur Bald. in authen. ad hæc. C. de uſur. Vnde glo. in l. illud. ff. de off. præſ. alleg. Prophetam, & Bald. allegat Apoſtolum in rub. C. de fide inſtru. quem etiam allegant multi Canones, de præben. cum ſecundum. de cenſib. cum Apoſtolus. cum ſi. niſi haberemus legem contrariam autoritati diuinæ, quia tũc ſtabitur legi [a]. Paulus in l. j. ff. ſi cert. per. dicens non eſſe ueram conſequentiam Apoſtoli, ſi filius, ergo hæres. Nec eſt fundata intentio creditorum hoc ipſo, quòd eſt filius, niſi probetur hæreditatem accepiſſe, lege. j. C. ſi ut ſe ab hæreditate abſtineat. ¶ Intelligerem, niſi authoritas diuina loqueretur in concernentibus animam: quia tunc nedum eſt ſuperior lege ciuili, § fin. de ſecundis nupt. ſed etiam canonica, uel conditore canonis, 25. quæſtio. j. ſunt quidam. cum ſi. Et dicit Ioan. And. de ſepul. certifican. certificari. paulo poſt princip. quòd dicta Hieronymi poſſunt cauſas diffinire, prout ibi, & in cap. cùm Apoſtolica. de his, quæ fi. à præla. Fortius dicit gloſſ. 22. diſt. de libellis. quòd dictũ unius Sancti munitum authoritate ueteris uel noui Teſtam. præfertur deciſioni papali: ſecus, ſi non eſt ita munitum. Quam gloſſ. ita intellige ſanè, ut dixi ſupra, titul. proxi. ne inuitaris. Et ibi dictis adde Auguſt. de Ancho. in lib. De poteſtate eccleſiæ, quæſt. 6n. articu. 6. ubi pulchrè ponit, quomodo poſſit Papa diſpenſare in dictis Doc. qui per eccleſiam approbati ſunt. ¶ Et de libris ab eccleſia approbatis, & etiam de reprobatis, habes 16. diſtin. per totum. ¶ Aliæ ſcripturæ, neque approbatæ, neque re-

49 probatæ, probant in his, quæ ponunt enũciatiue, ut† libri Hiſtoriales & Chronicæ. Bartol. in l. j. ff. ſi cer. per. Secus, ſi diſponunt determinando: quia non ſtatur eis, niſi longiſſimo uſu fuerint approbatæ, ſecundum eum, quem ſequitur Mylus in Repertorio, fol. 163. in uerbo, ſcriptura. §. fin. Et ita intelliguntur dicta philoſophorum & phyſicorum, in ara l. 7. menſe. de ſta. ho. ubi dicta Hippocratis allegantur. Et idem dicit ibi Bald. de dictis Ariſtotelis, arg. l. ſi pater. ff. de ſolut. de quo dixit Auerroys non fuiſſe inuentum errorem in dictis ſuis ab anno mille quingentis, & citrà: putans naturam feciſſe in eius ingenium ultimum conatum. Secus in dictis Virgilij, & aliorum Poetarum, quia aliquando reprobantur, ſecundum Mylum, ubi ſuprà, per le. in tantum. § fin. cum le. ſequ. & ibi glo. ff. de reb. diui. Et de chronicis dicetur paulo infrà. ¶ Quid de pace Conſtantiæ? Vide Bal. ibi in uerbo, hæc ſunt nomina. ¶ Et de reſcriptis ueteribus, quæ ſunt in columnis. uel marmoribus [b] ponunt oẽs in ca. cum cauſam. de proba. ubi dixi. ¶ Et prouerbia uulgaria licite allegantur in cauſis, cap. & ſi Iudæos. de Iud. Et ibi Io. An. facit l. ſolent. in fi. ff. de off. procõſ. & leg. ſi chorus. de leg. 3. cum ſi. ¶ Et dicta ſancti benedicti allegantur pro l. Domi. in c. oratorium. 62. diſt. per illum text. & in ſuprascriptione. Ad idem de regul. ſuper eo. ¶ Deciſiones Rotæ non habent uim legis. Domi. in ca. duobus. de reſcr. in 6. & in ca. neque. 18. diſt. dicens idem de alijs dictis doctorum: de quo ultimo ſatis dixi in c. j. in ult. limitationes, ſ. titu. proxi. ¶ Regulæ cancellariæ Apoſtolicæ nõ ſunt conſtitutiones generales. Pet. de Anch. conſil. mihi 242. efficacibus. Nec ligant gratias ſucceſſorum Papæ, niſi confirmentur, ſecundum ipſum, in ca. j. de conſt. in 6. Idem Cardi. conſil. rot. redemporis, &c. dico, quòd acceptatio. quia nõ intimantur ſecundũ formam authen. ut facta noua conſtitu. Nec ligant ſaltem exiſtentes extra curiã, ſecundum eum. Soleo de hoc dubitare: quia quotidie in cauſis etiam extra curiam pendentibus allegantur, & fit de eis fides per literas uicecancellarij Papæ, & in concernentibus poteſtatem legatorum, & uires expectatiuarum, & reſeruationum, & huiuſmodi, adducuntur ubique ut leges generales. Et de eis iudicatur, ut de alijs canonibus, niſi dicas, ꝙ communiter reſpiciunt materias trahentes originem in curia, ut in dictis exemplis. Et ideo ſi ad uires collationum allegantur, reſpiciunt originem actuum inchoatorum in curia Romana. Et ſi qua ipſarum ſimpliciter diſponeret aliquid, in quo diceretur incidiſſe aliquis extra curiam, fortè tunc excuſaretur, niſi probaretur ex aduerſo aliqua notitia regulæ. Et ibi procedant rationes Pet. & Cardi. in dictis locis. Cogita & pondera mentem Ludo. conſil. 160. in propoſito, uer. nec præmiſſis. ¶ De libris autem ueteris Teſtamenti, qui ſint authentici & allegabiles ad decidenda dubia fidei, uide pulchram gloſſ. Nico. de Lyra in prœmio ad librum Thobiæ. ¶ Et de alijs operibus ſacræ Scripturæ, uide text. plenum in §. ſancta Romana. 15. diſt. & longe plenius per archiepiſcopum Florentinum multorum opera nominantem in 2. parte 3. partis, lib. 19. cap. 5. incip. Ad dilatandam materiam. ¶ Et de diuerſis ſcriptoribus, ſacris & Latinis, uide per multas epiſtolas Hieronymi collectas in regiſtro ſuper eis compilato per Theodorum auditorem Apoſtolicum in 6. tractatu regiſtri 2. partis, impreſſione Parmenſi. ¶ Et de multiplici ſcriptura, quadam ante eccleſiam, quadam cum eccleſia, quadam poſt eccleſiam, pulchrè ſcribit Dantes poeta Florentinus in ſua monarchia in 3. lib. fol. 5. uer. in introitu ad quæſtionem hanc. Quamuis illud opus non allegem aliàs pro authentico, cùm, ſecundum Doc. in c. nouit. de iudic. propter ipſum fuerit damnatus Dantes, ut hæreticus. ¶ Et de authoritate & qualitate multorum, qui in iure ſcripſerunt, latè ponit dom. Baptiſta de ſancto Seuerino in aureo tractatu De modo ſtudendi, qui incipit, Cum capurgauantis, uer. notum tibi facio. Et uide Auguſtinum de Anchona in lib. De poteſtate eccleſiaſtica, q. 6. art. 3. ubi ponit, quomodo libri, qui leguntur in eccleſia, triplici genere ſe habent ad comprobationem eccleſiæ. Et ibi ponit, quantum authoritatis habeant ſcripta multorũ, quæ ab eccleſia nec approbantur, nec improbantur: & concludit in ſequenti art. quòd iſtud non ſequitur, Talis doctor eſt canonizatus, ergo prohibitum eſt aliter opinari, quàm ipſe ſcripſerit. Nec ſequitur: Talis non eſt canonizatus, ergo dicta eius non ſunt recipiẽda. Bene ſequitur iſtud: Talis eſt canonizatus, ergo licitè leguntur & tenentur eius opera. Quæ oĩa probãtur latius per eum. ¶ Et dum ſ. tractũ eſt de Chronicis, adde quo. in factis in antiquis plenè probant.

a *Legi] Sed quid ſi authoritates diuinæ Scripturæ ſint cõtrariæ, cui magis ſit ſtãdum, uide do. Alex. in l. 1. ff. ſi cer. pet. et glo. 9. diſt. Et uerum, quòd Auguſtino magis creditur in diſputationibus, Hieronymo in hiſtorijs et tranſlationibus, Gregorio in moralibus, et authoritas & dictum illius eſt irrefragabile.*

b *Vel marmoribus] Adde, quòd ſi ſcriptura de uoluntate partium ſit facta in muro, uel lapidibus, ualet, & probat, ſecundum Barto. in l. 1. in ſi. princ. ff. de bono. poſ. ſecundum tab. & in l. 1. ff. de alie. ſcri. Aliàs non, etiamſi ſit antiqua, ut in ſepulchro: quia non ſatis tuta. Bald. in l. ad quod. ff. de reli. Bart. tamen contrà in l. 1. C. de reli. & ſump. fune. quod ualet: et probat in antiqua. Vide Bald. in authen. quas actiones. C. de ſa. ſanc. eccle. & Spec. de proba. §. uidendũ. uerſ. nonò per libros antiquos. gl. Bar. & Doct. in l. monumentorum. C. de reli. & gloſ. 24. quæſt. ſecunda ſanè. & per Innoc. in rub. de conſecratio. eccle. uel altaris.*

bant. Dom. poſt gl. 1. in c. placuit. 16. diſt. & in c. in nomine Domini. poſt glo. 2. 23. diſt. & in c. 1. circa med. poſt gloſſ. ibi, 27. diſtin. & in cap. abſit. 1. diſtin. poſt gloſſ. ibi in ſupra ſcriptione, quam legit ante ipſum c. Et eſt etiam gloſſ. in c. inter dilectos. in uerſi. magis. de fi. inſtr. ex qua colligit ibi But. quòd creditur Chronicis in publico inſtrumento. Et innuit illa gloſſ. quòd Chronica probat in iudicio, ſecundum Abb. ibi addentem gloſſ. in c. uenerabilem. in uerſic. tranſtulit. de elec. & Bar. in l. 3. ff. ſi cer. pe. Eſt alia in proœ. ff. §. hæc autem tria. in uer. urbibus, dum modò ab antiquo talibus chronicis fuerit adhibita fides, Bar. & Ange. in d. l. 3. Abb. in c. cum cauſam. de proba. Vel quando chronica fuit cuſtodita in loco publico, & a perſona publica, Abb. in d. c. cùm cauſam. Et dicit Domi. in c. quamuis. ante fi. 21. diſt. propter gloſſ. ibi, quòd in factis antiquis ſtatur libris Hiſtoriarum. Facit, quod no. Spec. de proba. §. uidendum. uerſi. nonò, per libros. & Inn. in rub. de conſe. eccle. uel alta. cum concor. quas ſoleo dicere in d. cap. cum cauſam. De fide chronicarum uide etiam gloſſ. in cle. 1. in uerbo, Vrbano. & in gloſſ. mag. in fin. de reliq. & ue. San. & in clem. 1. in uer. Bononiæ. de magiſt. & Bellemeram deci. Ro. 70. admiuicula. & omnino Franc. Pauinum in aureo tractatu De canonizatione ſancti Bonauenturæ, fol. uigeſimo. uer. ad 8. Et ibi etiam, unde dicatur chronica, & quòd non eſt de eſſentia eius, quòd ſit ei inſcriptum nomen authoris, per no. per Ioan. And. in data Sexti. ¶ Vltimò pondera iſtum tex. ibi, non fuit habita mentio priorum. Ergo ſi fuiſſet habita, ualebant literæ remouentes cauſæ cognitionem. Facit pro dicto Bal. in rub. de off. dele. & in c. 1. ſi de inueſti. inter do. & uaſ. lis ori. ubi dicit, quòd ſolus princeps poteſt in ſuo mandato dicere, Facias ſic, ſed inferior debet dicere, Facias iuſtitiam. Facit etiam c. Raynutius. de teſta. uer. cùm autem coram G. diacono. & ibi latè And. Sicu. fol. 18.

SVMMARIVM.

1 *Reſcriptum ſecundum ſi non faciat mentionem de primo, ualet primum, & non ſecundum.*

2 *Mentio de primo reſcripto qualiter ſit facienda, & ponitur pro regula, quod reſcriptum ſecundum ad lites impetratum, non ualet, niſi mentionem faciat de primo. Hæc eſt regula cum ſuis limitationibus.*

3 *Secundum reſcriptum tribuens collegam primo iudici, debet facere mentionem de ſtatu litis.*

4 *Mentio non ſolum eſt facienda de primis literis, ſed etiam de proceſſu, puta de receptione in canonicum.*

5 *Gratia quando impetratur concernens reſcriptum, uel litem, non eſt neceſſaria eorum mentio.*

6 *Signatura ſufficit, quod dicat, Tolis audiat, Nam ſi fuit præmiſſa narratio in commiſſione alteri facta, cenſetur reuocata, tanquam conſtet de mente Papæ.*

7 *Reſcriptum impetratum in alia cauſa, non tenetur facere mentionem de primo.*

8 *Reſcriptum ſecundum ſpeciale, non faciens mentionem de primo generali, ualet.*

9 *Reſcriptum ſecundum conceſſum motu proprio, non facta mentione de primo, ualet.*

10 *Reſcriptum ſecundum ualet, non faciens mentionem de primo, quando primum reſcriptum fuit doloſè occultatum per annum. Reſcriptum ſecundum tacens de primo, an & quando ſit nullum uel annullandum.*

11 *Proceſſus factus uigore primi reſcripti reuocato per ſecundum, ualet, donec de ipſo excipiatur per partem.*

12 *Impetrator ſecundus poteſt ſuo reſcripto renunciare, & primus impetrator poteſt conſentire, quod ſecundus iudex procedat.*

13 *Excommunicatio inflicta per primum delegatum ante præſentationem ſecundi reſcripti, ualet.*

14 *Iudex ſi poſt notam reuocationem procedat, & cognito, an ſua ſit iuriſdictio, pronunciat ſe competentem, & non appellatur, tenet ſententia.*

15 *Proceſſus tenet etiam in cauſa principali, ſi partes procedant coram iudicibus reuocatis.*

16 *Reſcriptum ſecundum non faciens mentionem de primo reſcripto, reconualeſcit, ſi primum reſcriptum occultatur doloſè per annum.*

17 *Iudices primi ſi ſciant aliunde reuocationem, ſed non per exceptionem partis, ualet eorum proceſſus. Ab hinc ponit nouem reſtrictiones ualde ſubtiles & utiles.*

18 *Clauſula, Motu proprio, inſerta in ſecundis literis, inducit ſtatim reuocationem primarum literarum, habita earum notitia etiam ante præſentationem. Et hoc pro prima reſtrictione.*

19 *Clauſula decreti, uidelicet, Si ſecus factum fuerit, ſi eſt inſerta in ſecundis literis, proceſſus primorum iudicum erit nullus. Secunda reſtrictio.*

20 *Irritatio operatur effectum ſuum a die ſecundi reſcripti ante eius notitiam, ubi nominatim uoces irritari proceſſum iudicis reuocati. Tertia reſtrictio.*

21 *Licet quo ad partes, reſcriptum ſecundum non operetur ante præſentationem, tamen quo ad proceſſum factum contra tertios, trahitur retro eius uirtus, & reddit eum nullum. Quarta reſtrictio.*

22 *Cauſa quando non concernit fauorem priuatum, ſed publicum, reuocatio iuriſdictionis operatur ab hora notitiæ. Sexta reſtrictio.*

23 *Remotio iuriſdictionis, quam facit lex, putà mortuo delegante, operatur ſtatim, ſi res eſt integra. Septima reſtrictio.*

24 *Reuocatio iuriſdictionis facta propter delictum iudicis, operatur ipſo facto ante notitiam. Octaua reſtrictio.*

25 *Iuriſdictio quando non ſolum reuocatur, ſed etiam, quicquid eſt actum per ipſam, tunc procedit regula ſuperius poſita, quia ſtandum eſt mandato Papæ, ex quo reuocat omnia, ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè. Nona reſtrictio.*

26 *Et has reſtrictiones intellige, Niſi uerba ſecundi reſcripti aperiant, quod ſcribens non intendit reuocare primos iudices, niſi notificata eis poteſtate conceſſa ſecundis.*

CAPITVLVM III.

1 CAETERVM ¶ Si † in ſecundo reſcripto per aduerſarium impetrato non fiat mentio de primo, ualet primum, & non ſecundum, aliàs ualet ſecundum. Et ſi primum fuit impetratum communi partium conſenſu, non ualet ſecundum, niſi etiam de hoc conſenſu mentionem faciat. ¶ Circa ea, de quibus facienda eſt mentio, quatuor modis loqui poſſumus. Vno modo in genere, uidelicet quæ ſint illa, quorum expreſſio, uel taciturnitas uitiat impetrationem inſpecta mente reſcribentis. De hoc dicetur infrà, eo. poſtulaſti. ¶ Alio modo, quando ſimpliciter impetratur primum reſcriptum ad lites, & tunc, de quibus ſit mentio. dicetur ĩ. eo. ſuper literis. ¶ Alio modo, quando in beneficialibus impetratur primum, uel ſecundum reſcriptum, & tunc quæ ſint exprimenda, dicetur ĩ. eo. in noſtra. ¶ Alio modo, quando agitur de reuocando primum reſcriptum ad lites. Et hæc eſt propriè materia huius cap. in qua ultra Doct. addit And. Sicu. text. in c. 2. de do. & contu. per quem dicit fiendam eſſe mentionem, nedum de primo reſcripto, ſed de omni eleganti eius clauſula. Item etiam de proceſſu inde ſecuto, per c. inter. de re iud. Limitat, niſi primum reſcriptum eſſet nullum, uel elidibile, per not. ĩ. eodem cap. ex tenore. & ita reſidet, nihil ponens de his, quæ dicam infrà. Et ideo collectis multis hinc inde ſparſis, primò pone regulam, ſecundò quatuor extenſiones regulæ, tertiò ſeptem reſtrictiones.

2 DE PRIMO Reſcripto † debet fieri mentio regulariter, ut hic enim concut. Et nedum expreſſa, ſed expreſsiſsima, Inno. de off. deleg. ex literis. in gloſ. 3. quia reuocatio literarum Papæ eſt odioſa, & contra ius. Vel, ſecundum Hoſt. Ioan. And. But. Abb. & Imol. ibi, Ratio eſt, quia fit contumelia iudici primò dato, l. litigatores. ff. de arb. ¶ Vbi uerò impetrantur primæ literæ, ſi in eis aliqua falſitas exprimatur, uel ueritas taceatur, nihilo minùs ualent, & iudex procedit iuxta formam cap. paſtoralis. ĩ. eod. Et ſic non requiritur tanta expreſſio, quanta in ſuperioribus, ſecundũ prædictos latiùs. Et non poteſt dari certa doctrina. qualis mentio debeat fieri de clauſulis primarum, ſed arbitretur iudex. an ſint tales, quibus. commemoratis difficilior fuiſſet ſecunda impetratio. Abb. in cap. 2. de dol. & contu. ibi, ego puto,

puto, & ibi eſt text. de hac expreſſiſſima mentione fienda, ſecundum Card. ibi, ad fi. Et nedum reſcriptum, ſed priuilegium tacens de reſcripto, non ualet. Abb. in cap. j. ad fin. ſ. eod. Et ſcias, quod ubi appellatio permittitur ſolum certo caſu, oportet de illo ſpecialem mentionem facere. Ab. poſt. Imol. in cap. ad noſtram. in fin. de appel. putà cùm appellatur ab executore propter exceſſum modum exequẽdi. ¶ Extenditur iſta regula quatuor modis. primò, ut nedum de primo reſcripto, ſed etiam de proceſſu per ipſum inchoato debeat fieri mentio, c. inter. de re iudi. cum ibi allegatis. Et idem de proceſſu inchoato coram ordinario. Abb. ibi poſt gloſſ. in uer. ſi dicat. in cap. ut debitus. de ap. & not. Doct. hic. & dicetur infrà, eod. cap. ſuper literis. uerſi. ſexta regula. ¶ Limita decem modis iſtam extenſionem reſpectu proceſſus. Primò dum modò lis fuerit conteſtata. Bald. in l. j. in fin. C. de tela. dicens curiam ſeruare, quòd ante litem conteſtatam non eſt lis in aliquo ſtatu, & ideo de ſtatu non poteſt fieri mentio, ſecundum ipſum, quem extollit And. Sicu. in capitul. prudentiam. §. ſexta. de offi. deleg. ¶ Obſtant tria, licet ipſe non dicat. Primò, quia citatio eſt de proceſſu cap. quoniam. de prob. gloſſ. in uerſi. formam. in cap. prudentiam. in prin. de offi. deleg. & text. in d. ca. inter. loquitur de proceſſu. Ergo de citatione debet fieri mẽtio, & ſic de actu præcedente lit. conteſt. SOL. Propriè citatio dicitur præparatorium iudicij, & actus extraiudicialis. Gloſſ. j. in clem. j. de iudi. Vnde citatio, oblatio libelli & alia, quæ fiunt ante litem conteſtatam, dicuntur iudicij proœmia.[a] Gloſſ. in uerbo, proœmijs. in authen. in medio litis factas iuſ. non fieri. §. fin. Ange. in l. j. C. de præſcrip. long. temp. Alex. copioſè in rubrica. C. de in ius uocan. in princ. ¶ Obſtat ſecundò, quia impetrare litis pendentiam, eſt aliquid innouare. Gloſſ. j. in clem. ſ. ut lit. pen. Et citatio executa cauſat litis pendentiam, ut ibi. Et de pendentia debet fieri mentio, ut in d. gloſſ. & not. Petr. de Anch. conſil. 13. Viſo proceſſu. loquens propriè de pendentia inducta ex citatione. Ergo de citatione debet fieri mentio, contra Bald. loquentem de ſola litis conteſt. SOL. Reſtringi poteſt dictum Bald. ut intelligatur in citatione non executa, quia non inducit pendentiam litis, quo ad titulum, ut lite pend. ut expreſsè dicitur in d. clem. 2. Firmat Aegidius concluſione 699. Suppoſito. ¶ Obſtat tertiò deciſio Arch. & Domi. in ca. induciæ. §. ſpacium. uer. et autem. 3. q. 3 ubi firmant, quòd debet fieri mẽtio de proceſſu. etiãſi non ſit lis conteſt. Bene ſubdunt poſtea, & multo fortiùs, ubi eſt lis cõteſtata optima ratione, quia uiſæ ſunt partes litem conteſtando approbare iudices, qui conſenſus præſumptus eſt dignus mentione, ſicut de expreſſo dicitur hic in tex. Et propter authoritatem iſtorum efficitur hæc limitatio difficilior. Contra quam me inclinat urgens ratio, quia per citationem eſt perpetuata iuriſdictio delegati, cap. relatum. cum materia, de offi. dele. Etiam per actus anteriores citatione, ut multi uolunt, & latè diſputant in d. capit. relatum. ubi poſui. Vnde uidetur militare utraq; ratio, in qua fundatus eſt iſte text. ſiue quia reuocatio eſt odioſa, ſiue, quia eſt primo iudici ignominioſa. Ideo dictum Bal. non affirmo, niſi ſtylus curiæ, in quo ſe fundat aliter ſe habeat, Niſi dicas, quòd poſtquam fit mentio de primo reſcripto, iam uõ curatur de uerecundia iudicis, ideo illa non debet conſiderari in taciturnitate proceſſus non ponentis litem in ſtatu, ſed ſolùm poſt litem conteſt. uel per prædicta poſt citationem executam. ¶ Limita ſecundò, Niſi iudex, coram quo lis pendebat, pronunciaſſet ſe incompetentem, quia non dicitur amplius pendere coram eodem. Ideo non eſt neceſſaria eius mentio. Ita in terminis Pet. de Ancha. d. conſi. 13. ...]

a *Iudicij proœmia*] *Adde dom. Soc. in ſua lec. C. de eden. in rub. qui hoc idem probat authoritate & ratione, & primo per Bart. in l. ſi inſulam. in 7. apoſt. j. partes, ff. de uerb. oblig. & per Bal. in authen. clericis. C. de epiſc. & cle. & per gloſſ. in cle. j. in uerbo, actiones, de Iudæ. Ratio eſt, quia iudicium propriè incipit a litis conteſtatione. Allegat gloſſ. in authen. in medio li. non ſie. fa. ius. quam refert. Ang. dicens non extare alibi, in d. l. j. alle. hic in tex. C. de præſcri. lon. temp. De hoc plenè & not. cum non nullis remiſſionibus habes per Iaſ. May. in d. rubri. C. de eden. quem omnino uide.*

Viſo proceſſu. ¶ Limita tertiò, niſi proceſſus eſſet factus in cauſa, in qua ſententia non tranſit in rem iudicatam, putà in cauſa matrimoniali. But. poſt Ioan. And. in capitul. tenor. de re iudic. per illum text. Et quia ibi primus proceſſus obſtat ſecundo, tunc literas non habuiſſet. Ideo debet fieri eius mentio. Secus, ubi proceſſus non repugnat impetrationi, uel proceſſui agitando. Idem Lap. allegatione 88. incip. Duo prælati. quia ex quo ſententia non tranſit in rem iudicatam omnino obtinuiſſet etiam, docto de ea, & idem Inno. in d. c. tenor. dicens per illum tex. quòd non nocet tacere proceſſum nullum, uel qui non impedit ſecundum proceſſum. Et idem Card. ibi loquens de ſententia nulla, de quo dicetur infrà eod. cap. ex tenore ¶ Conſidera, quòd aut pendet proceſſus cauſæ matrimonialis, aut eſt lata ſententia. Primo caſu uidetur eadem ratio, quæ in alijs, ſcilicet & uerecundia iudicis. Et tanto magis, ſi iam cœpit procedere, & quòd ſi Papa ſciuiſſet, conceſſiſſet difficilius. Probo, quia non apparet ratio ſpecialitatis in talibus, quo ad proceſſum, quia ſicut Papa difficilius reuocat literas, a quibus iam eſt inducta pendentia litis, ita in iſtis, in quibus etiam accedit conſenſus partis, maximè litem conteſtantis. Secundo caſu, ubi ſententia eſt lata, placent iſta dicta. quia ceſſat dicta ratio. Item præſupponitur, ſententiam non tenere. Ergo ſuccedit regula, non præſtat. de reg. iur. in 6. cum concor. Non ſic in proceſſu, qui in ſe poteſt eſſe ualidus. Non obſtat, quòd ubi non nocet ſententia, non nocent acta, quia non eſt generaliter uerum, ut traditur in c. pe. de re indic. & per Alex. in l. ſæpe. ff. de iudi. & in l. ſi is, ad quem. C. de eden. & dixi in c. inter dilectos. de fi. inſtru. Item illud intelligitur de nocumento, quo ad merita cauſæ. Sed quo ad ualiditatem ſecundarum literarum, plus nocet pendentia actorum in cauſa matrimoniali, quàm ſententia ratione prædicta uerecundiæ iudicis & inchoati proceſſus. Nec tex. in c. tenor. loquitur in proceſſu, ſolus Car. ibi, licet But. & Imol. dicunt idem in proceſſu, de quo tex. non loquitur. Tamen cogitabis. ¶ Limita quartò, Niſi proceſſus ſit factus poſt appellationem, quia cùm per eam ſit receſſum a iudice, non teneor ſcire, quid ipſe faciat. Vnde tenet reſcriptum de illis nihil dicens. But. Card. Imo. & Abb. in c. dilectæ. de excep. Subdentes poſt Phil. quod etiam de excommunicatione lata poſt appellationem non eſt opus mentionem facere, quia eius ualiditas pendet ab exitu appellationis. Ergo literæ carent omni ſubreptione, ſecundum eos. ¶ Limita quintò, Niſi proceſſus fuiſſet inchoatus ea die, qua fuit facta impetratio. Aegid. Belle. concluſione 699. Suppoſito. Et clarius hoc firmatur in ſummario illius concluſionis, quod eſt in tabula iſto tit. 45. Neque credo, quòd hoc ſentiat concluſio Rotæ, maximè quia dicit in fi. ſecus, ſi præceſſit plena citatio. Et uidetur ponderare ſolùm, quòd ibi non emanauerit plena citatio, iuxta cle. 2. ut lit. pen. Poteris tamen melius perſpicere uerba Aegidij. ¶ Limita ſextò, dum modò noua commiſſio cauſæ fiat alteri iudici: ſecus, ſi eidem, qui primò datus fuerat, quia fortè aliquid deficiebat in primo reſcripto, quo ad intẽtum actoris, quia ualet ſecundum non facta mentione proceſſus primæ cauſæ, ex quo non agit de reuocatoria iuriſdictionis. Domi. in c. ex literis. de off. deleg. Alleg. Rotam 333. quidam dedit obiectum. quæ eſt hodie hoc tit. quarta in antiquioribus, ubi quidam dederat obiectum de exceſſu ſummæ, & quia non expreſſit qualitatem exceſſus, bis fuit excluſus, obtinuit admitti ad probandum obiectum non obſtante c. ut circa. de elec. in 6. tacuit de duabus ſententijs, ualet impetratio, quia ex alio capite non excludebatur, niſi propter omiſſam formam d. c. ut circa. & ex quo eidem auditori cauſa committebatur, non nocuit dicta taciturnitas. Quod not. ¶ Limita ſeptimò, Niſi committatur cauſa in eodem ſtatu, quo erat coram primo auditore, quia ualet commiſſio, licet ſtatus cauſæ punctualiter non exprimatur. Rota hoc tit. 5. in antiquis, quia per acta primi iudicis potent apparere, in quo ſtatu eſt cauſa commiſſa. Vnde perinde eſt, ac ſi nominatim fuiſſet expreſſus, argumen. l. nominatim. ff. de lib. & poſthum. Sed cane dupliciter. ¶ Intellige primò ſanè, Niſi per hanc commiſſionem cauſa aduocaretur in totum a primo auditore, quia tunc requiritur mentio proceſſus, per prædicta, uel ſaltem illa clauſula

conſue-

conſueta, etiam cauſæ ſtatum dignemini habere pro expreſſo. Tunc enim Papa committendo alteri uidetur ex certa ſcientia committere, & ſtatum cauſæ pro expreſſo habere. Rot. hoc ti. 20. in nouis, dicens omnes auditores in hoc remanſiſſe. Sequitur Domi. in d.c. ex literis. & Ni. Myl. fol. Repertorij 459. firmantes, quòd ſi non eſt appoſita dicta clauſula, non ualet commiſſio. Facit, quod ultra alios dicentur j.c. nonnulli. in prin. uerſi. fallit ſecundò, Verùm clauſula, Omnia obſtantia pro expreſſis habentes, ſufficiat ſemper. ¶ Intellige ſecundo attentiſſimè, Niſi primo auditori commiſſa eſſent aliqua in illa cauſa ultra primam generalem commiſſionem, quæ non ſaperent iuriſdictionem contentioſam, ſed eſſent in modum priuilegij conceſſa parti, quia niſi de hoc fiat mentio, illa non tranſeunt in ſurrogatum. Aegi. Belle. concluſione Rot. 328. Si Papa ad inſtantiam. quia ſecundus non ſurrogatur, niſi in cauſis iuriſdictionalib. & contentioſis, ſecus in his, quæ ſunt alterius naturæ, putà ſi primo auditori fuerat commiſſum, quòd faceret reſponderi litiganti de fructibus præbendæ uſque ad triennium, quia in hoc non tranſit poteſtas aliqua in ſurrogatum. ¶ Amphat etiam, ſi ſecunda commiſſio haberet clauſulam, Cum incidentibus, dependentibus, emergentibus, & connexis, quia ſub illa clauſula ueniunt ſolùm ea, quæ ſunt eiuſdem naturæ, uidelicet cauſarum iudicialium, ſecundum ipſum, quem adde ad doctrinam. Bal. bene ſeruientem in l. ij. ibi, ſed contra hoc opponitur ff. de iuriſ. om. iu. dum dicit, quòd licet mandata iuriſdictione uideantur mandata etiam ea, quæ ſunt maioris iuriſdictionis, ut ipſe probauit, tamen intelligitur, dummodò ſint eiuſdem ſpeciei de iuriſdictione, ſecus, ſi non eſſent eiuſdem ſpeciei, nam tunc illa non uidentur mandata. Ad quod uide omnino, quæ dicentur ſ. eo. ſedes. Quæ ſigna tanquam cæteris incognita & antea. ¶ Limita octauò, Niſi falſa expreſſio pendentiæ litis interuenerit in ſurrogatione obtenta in iure & in lite, quia licet dicta falſitas impediat ſurrogationem in lite, non impedit ſurrogationē in iure, latè Aegi. Belle. concluſione 505. falſa expreſſio. ſubdens, quòd ſi fieret mentio minus plena, uel non ea tota uera de ſtatu litis, tunc non eſt ſurreptio, nec quo ad ſurrogationem in lite, nec in iure. Probat, quia nihil curatur de expreſſione eorum, quorum narratio non inducit aliquē effectum reſpectu qualitatum, ſeu ſpecierum ſub genere contentarum. Gl. in uerbo, ſpeciem. in c. pia. de excep. in 6. Bart. in l. libellorum. ff. de accuſ. Sed in quocunque ſtatu ſit cauſa, ita citò papa eſſet conceſſurus, uel denegaturus. Ergo, &c. quia falſa expreſſio in ſuperfluè narratis non curatur, ut per eundem Aegi. concluſione 4. Faciunt dicta in c. præcedenti, uer. fallit tertiò. ibi, plura. ¶ Limita nonò, ſeu declara ex dicto Hoſt. in d.c. inter monaſterium. ubi dicit, nō eſſe neceſſariam extrinſecam mentionem proceſſus, ſed ſufficere commemoratiuam, & ſequitur ibi Imo. in fi. & Abb. in fi. ponentes hoc in arbitrio iudicis, ſed de principalibus articulis neceſſaria eſt mentio, j. eo. cum dilecta. & de excep. c. 1. de proc. in noſtra. & de iudicibus & litigatoribus, ut per eos, & idem But. & Imo. hic. ¶ Limita decimò & ultimò, dum modò noua impetratio concernat deducta in lite, ſecus, ſi ſutura etiam eiuſdem materiæ, quia tacere litis pendentiam nihil nocet. Abb. conſi. 18. in cauſa, & q. quæ in præſentiarum uertitur. putà ſtante lite de fructib. beneficij in abſentia malè perceptis, ualet impetratio de percipiendis tacens litem. Adducit inter alia l. 1. §. 1. ff. de uſur. ubi licet præſentes, uſuræ debeantur l. ciuili, non tamen propter moram de præſenti, poſſunt peti uſuræ pro futuro tempore, pro quo non poteſt debitor adhuc dici eſſe in mora. Ita hic prouiſio pro tempore futuro nihil lædit dependentiam litis, ut latius per eum. ¶ Optimè facit Rota de reſcrip. 29. in nouis, ultra medium ibi, & ſi dicatur. dicens, quòd non uitiatur impetratio ex taciturnitate iuris. quòd in beneficio potuiſſet aduerſarius in futurum conſequi, ſi ego non impetraſſem. Ex his clauditur prima extenſio ad regulam huius literæ uolentis, quòd de primo reſcripto fiat mentio. ¶ Extenſio ſecunda eſt: Etiam
5 ſi impetratur collega primo iudici: quia † fieri debet mentio de ſtatu litis. Gloſ. 2. de off. dele. coram. & ibi But. in 4. no. & Ab. & Domi. in c. ex literis. eo. tit. & And. Sic. in d. c. coram. per allum tex. Contrarium tenet Bal. j. eo. c. cum dilecta. dicens, quòd ubi iudex additur iudici, non oportet facere mentionem proceſſus. Quod ſimpliciter extollit And. Sic. de off. dele. prudentiam. §. 6. nihil dicens de tex. in d. cap. coram. Idem tenet Arch. melius omnibus in §. ſpatium. uerſic. ei, qui. ibi, ſed quid dices in caſu dubitabili. 3. q. 3. quia dato ſecundi reſcripti non reuocat iudicem, nec geſta per eum, & quia tales literæ ſunt quodammodo gratioſæ, & ſequitur ibi Domi. quia ceſſant rationes, quibus aliàs reuocatoriæ reſtringuntur, & ceſſat dedecus primi iudicis, cum eius iudicium futurum ſit maturius, de off. deleg. prudentiam. capit. ne pro defectu. in fin. cum ibi no. de elec. Reſpondent ad cap. coram. quòd fuit narratio partis. Quam reſponſionem corroborat Domi. in d.c. coram. tenens hanc partem inducendo illum text. ubi capitulum ſanctæ Mariæ non oppoſuit coram auditore ſurreptionem taciturnitatis, ſed quòd clauſula appoſita in reſcripto canonici Bononienſis non poterat habere locum illo caſu, & ſic non defendebat ſe ex ſurreptione, imo præſupponebat literas ualidas, ſed propter aliud non ualuiſſe ſubdelegationem. Datur alia reſponſio, quòd ibi lis erat conteſtata, quo caſu non datur adiunctus, 3. q. 3. §. offeratur. ſed eſt diuinatiua. Et no. quòd ubi datur adiunctus poſt lit. conteſt. debet de ipſa mentio fieri, ſecundum Arch. & Domi. ubi ſuprà ſentientes expreſsè neceſſariam eſſe aliàs mentionem proceſſus facti ante li. conteſt. Ad quod uide aliquid per Sal. in l. ij. C. ut li. pen. poſt prin. ubi etiam infert, quòd non ſufficit dicere. Non obſtante litis pendentia, ſed debet fieri mentio proceſſus, & cauſæ [a] non tamen eſt opus dicere Non obſtante ti. ut li. pen. licet cautela ſit, quòd apponatur, ſecundum eum.

4 ¶ Extenſio tertia eſt: Quòd † ſicut non ſolùm de primis literis, ſed etiam de proceſſu eſt fienda mentio, ita nedum de literis ad beneficia, ſed etiam de proceſſu ex his ſecuto, putà de receptione in canonicum. Hoſt. j. eodem. in noſtra. & ibi Imo. ¶ Extenſio 4. & ultima eſt: Quòd nedū primo de reſcripto, & nedum de proceſſu, ſed imo etiam de omni notabili clauſula primi reſcripti fienda eſt mentio. But. de ap. ut debitus. in tertio effectu clauſulæ Appellatione remota. Allegat de reſ. ſpo. ex conqueſtione. & j. eod. cùm dilecta. Idem But. hic, & in d. c. ex conqueſtione 3. notab. Et ibi Abb. in 4. not. dicentes idem de clauſula Ap. re. Pro quibus facit, quia conſumptio, uel abtatio circa iſtam clauſulam uitiat reſcriptum. [b] Gloſ. in uerbo, conſumptum. de fi. inſtr. inter dilectos. Quod non faceret, ſi non eſſet de ſubſtantia, eo. tit. ex literis. Et uide Cal. conſi. 337. Factum ſic ſe habet, uacantibus, &c. ubi multùm extollit iſtum tex. dum requirit mentionem conſenſus partium [c]. Et idem dicit de proceſſu, per ca. bonæ. de confirmatione utili. & in d. ca. inter. de re iud. Et dicit mirabile uerbum Old. conſi. 324. Factum tale eſt, dominus noſter Papa. quòd non ſufficit facere mētionem de gratia expectantis, etiam niſi fiat mentio de clauſula Anteferri, quando eſt in ea inſerta. quæ autem dicatur notabilis clauſula, relinquitur arbitrio iudicis de ſurreptione cognoſcentis. Ab. in d. c. ex conqueſtione. Et hæc, quo ad extenſiones.

RESTRINGUNTUR Septem modis dicta regula huius literæ. ¶ Primo ex dictis Ioan. And. in d. c. ex literis. de off. deleg. ubi dicit, quòd ſi ſuper appellatione impetrantur literæ, & ante ſententiam fuerit appellatum, ſufficit, quòd de cauſa appellationis fiat mentio, ſed ſi poſt ſententiam, ſufficit dicere de ap-

a *Proceſſus & cauſæ*]. *Adde, quòd debet fieri mentio de proceſſu in ſpecie, non in genere, id eſt, debet fieri mentio de articulo principali, de exceptionibus, de iudicibus, & de litigantibus, ſecundum Abb. in capi. inter monaſterium. in princ. in uerſi. nunc extra gl. de re iud.*

b *Reſcriptum*]. *Quo caſu autem reſcriptum per raſuram non uitiatur, uide dom. Soci. conſi. 15. incip. Viſis prædictis inſtrumentis. uerſi. quæ quidē omnia. cir. med. in 1. parte.*

c *Conſenſus partium*] *Adde, quòd ſi reſcriptum ſit impetratum de communi cōſenſu partium, ſi ſecundum impetratur non facta mentione de communi conſenſu partium, ſed ſolum de primo impetrato, ſecundum tanquam ſurreptitium non ualet. ut per d. Soc. ſen. conſi. 564. incip. Viſa bulla Bonifacij. uerſi. confirmantur etiā*

pellatione

præmiſſa. in 2. parte.

pellatione abſque exacta mentione primi reſcripti, uel proceſſus. Et poſt multa hæc eſt ueritas, ſecundum Ioan. And. q in literis impetratis ſuper commiſſione appellationis nõ requiritur tanta ſubtilitas circa expreſſionem uel ſuppreſſionem ueritatis, quanta in alijs, quia conſiderata natura appellationis non impetrantur ad alium impugnandum, ſed potius ad impetrantẽ defendendum, de ap. cùm ſpeciali. §. porro. & ſunt de ſimplici iuſtitia, de cri. fal. accedens. imò fauorabiles & ampliandæ, ſecundum eum, ſaluo niſi primò emanaſſent aliæ literæ in cauſa appellationis, quia eſſet idem dicendum in ſecundis, quod hic dicitur Imo. in d. capitu. ex literis. tradiitur infrà, eodem ex parte. Bonus res. de confir. utili. bonæ. ¶ Secunda reſtrictio. Vbi

5 † impetratur gratia concernens reſcriptum, uel litem, non eſt neceſſaria eorum mentio. Io. An. de elect. dudum. lo j. ad fi. Sequitur But. in cap. 2. ibi, uel ad omnia contraria. de reſ. in intr. Et dixnot ualere diſpenſationem, in qua tacetur accuſatio criminis, & eius pendentia, Neque opus eſt uocare eos, qui eum elegerunt in executione gratiæ. Inn. de renun. niſi. ſuper uerbo Indulgeri. Et ibi late Imol. quia nemini præiudicatur, Nec etiam accuſatori, quia pœna nõ imminet. ſi quantum in ſe eſt, probat, licet pœna non ſequitur. Bene facit Rota de reſcr. 25. in nouis, dicẽs, quòd innouatio facta pendente lite ualet, ubi nemini præiudicat, ſaluo, niſi eſſet interim quæſitum ius alteri, putà electo, ſecũdum prædictos, per cap. fin. ut lite pen. no. Domi. l. diſ. ſi quis presbyter. Et Abb. poſt Io. de Lig. de iudi. at ſi clerici. §. de adulterijs dicentes, quòd diſpenſatio facta cum eo, qui erat priuandus, nõ præiudicat ei, qui impetrauerat illud conferendum beneficium ei ſecuta priuatione. Idem Cald. in iſto tit. conſi. 12. & Card. 33. in hac dubia cauſa. & Archi. & Domi. in cap. ſi quis presbyter. l. diſt. Et adde Franc. de Are. conſi. 7. procedendum eſt breuiter. ubi intellige. dicta Doct. in cap. dudum. prout ibi per But. uidelicet quãdo diſpenſans, uel habilitans ſcis collationem præcedentem fuiſſe inutiliter factam. Et ita etiam expreſsè uult Ioan. And. in d. capit. dudum. dicens, quòd ſi tempore electionis, uel collationis patiebatur electus defectum ordinum, uel ætatis, & Papa poſtea diſpenſet cum illo, non ualet electio, uel collatio, niſi Papa de electione, uel collatione priùs facta faciat mentionem, ipſius ſupplendo defectum. Et ita etiam dixit Inn. ibi, & ſequitur But. uer. ex his. infert Inno. Tamen, quando ageretur de aliqua diſpenſatione, quæ haberet tollere reſcriptum, uel litem aliqui modum, non autem purgare aliquid uitium prouiſionis de eo factæ, non uidetur neceſſaria mentio reſcripti, uel litis, ut eſt de mente prædictorum, quos uide. Et dicta Inn. & Ioan. And. in d. c. dudum. Sequitur etiam ibi ſimpliciter Domi. ad fin. licet Imo. & Abb. ibi de hoc non tangant. Et quòd diſpenſatio ſuperueniens ualidet electionem irritabilem, uide etiam Cal. de elec. conſi. 1. & Arch. & Dom. in c. quicunque. 1. l. diſt. An autem ualidetur per cõfirmationem, latè ponit Pet. de Anch. in regula j. in 6. q. de reg. iur. in 6. cum concor. ab eo allegatis. ¶ Tertia reſtrictio; Si auditor primò datus remittit cauſam ad cancellariam, tãquam procedere non ualens, ſecunda impetratio tacẽs de hac prima, quæ innouit, ualet. Aegi. Belle. concluſione 600. ſi delega-

6 tus. ¶ Quarta reſtrictio. Sufficit, quòd † ſignatura dicat, Talis audiat, quia ſi fuit præmiſſa narratio de commiſſione alteri facta, cẽſetur reuocata abſque expreſſiori reuocatione, tanquam conſtet de mente Papæ, ſecundum Rotam in iſto titu. deciſ. 6. in nouis. Et ibi habes in additionibus, quòd debet fieri plena narratio de primo reſcripto, & de rebus in eo cõtentis, & de perſonis iudicum. Vbi autem ad eoſdem fit impetratio, ſecus, ut etiam ſuprà, in 6. limi. ¶ Quinta

7 reſtrictio, Reſcriptum † impetratum in alia cauſa non tenetur facere mentionem de primo. Test. hic in uerbo, eãdem cauſam. Amplia, etiamſi eſſet eadem materia dummodò non ſit eadem cauſa. Ioan. de Deo q. 15. Et ſequitur hic Io. And. & Domi. dicentes, quòd ſi aliquis orauit ſe in renunciatione circumuentum, & Titium ſimoniacè ſibi ſurrogatum, & obtinuit ſibi prouideri. Si ita eſt, deinde Titius impetrat contra ipſum ſuper reuocanda prouiſione illi facta; quòd non eſt eadem cauſa, ſed bene eadem materia, ſentientes, ut puto, quòd ſufficiat feciſſe mentionem prouiſionis factæ licet de cauſa, uel proceſſu nihil fuerit dictum. Cogi-

8 ta, quia ſeruiet ad multa. ¶ Sexta reſtrictio, Valet † ſecundum reſcriptum ſpeciale non faciens mentionem de primo generali, per cap. paſtoralis. §. j. j. 20. Et alias audiui dominum meum de Aretio dicentem oretenus, quòd fortè idem eſt, ubi ſecundum reſcriptum non euellit cauſam de manibus primi iudicis, ſed committit certum articulum ipſius cauſæ, & iuxta cle. j. de off. dele. & uidetur tunc habere locũ quod de procuratore dicitur in cap. pe. j. de procur. cum cõcor. Et intellige rem, niſi ſuper illo articulo iam cœptus eſſet proceſſus, per prædicta. ¶ Septima reſtrictio, Secundum

9 † reſcriptum proprio motu conceſſum, ualet, non facta mẽtione primi. Ita aliàs audiui allegare & ex tolli Bu. in cap. ſi. de dila. per illum text. Et quia motus proprius tollit ſurreptionem, c. ſi motu. de præb. in 6. Hoc non affirmo, primò, quia tex. in d. c. ſi. & Bu. loquũtur in præceptis contrarijs, in quibus nemini præiudicatur, ut ibi per Abb. ſed hic agitur de præiudicio partis. Vnde non uidetur, quòd propter motum proprium ualeat ſecũdum tacens de primo. Fateor, quòd non poteſt dici ſurreptitiè impetratum, ſed bene dici poteſt, non eſt de intentione reſcribentis præiudicare iuri alterius ſibi incognito. Ioan. And. & Domi. in d. capit. ſi motu. gloſ. in uer. ualidam. in clem. ſi Rom. de præben. quia motus proprius non nocet tertio. Hoſt. But. & alij. de teſtib. cauſam. lo 2. But. qui ſi. ſint legi. per uenerabilem. Abb. in c. 1. de iudic. col. 12. ibi, tertia principalis. Do. in cap. ſi propter. de reſcr. in 6. Hinc eſt, quòd in beneficialibus motus proprius non facit ſecundum impetrantem præferri primo. niſi de eius literis mentio fiat. Imo. poſt Cal. & But. infrà eod. mandatum. Et ideo dicit Car. conſi. 98. Papa noluit. quòd ubi dicitur motu proprio, debet intelligi, Si preces, &c. ut l. c. prox. maximè, quando cauſæ mouentes Papam ſunt tales, quibus ceſſantibus de iure cõmuni diſpoſitio non teneret. Dixi ad ſatutitatem in d. rap. cauſam. & dico infrà, eod. ad aures. uer. quinta concluſio. Fatent, quòd ſecundæ literæ reuocantes primas motu proprio, ſunt ualde fortiores, ut j. dicetur, ſed Doct. ibi allegandi expreſsè præſupponunt, q de primis fiat mẽtio. Ideo hæc reſtrictio remanet ſine fundamento. Vltima reſtrictio, Niſi primum reſcriptum occultetur doloſè per annum, infrà, eod. plerunque. Et ex his facta eſt materia clara longè opulentius, quàm per Scribentes hic. Modò eſt uidendum, an ſecundum reſcriptum non faciens mentionem de primo, ſit nullum, uel irritandum.

10 NON EST Nullum † ſecundum reſcriptum tacens de primo, ſed ope exceptionis annullandum, ſecundum omnes Doct. hic, excepto And. Sic. Et ante confirmationem cõmunis opinionis ſunt paucis uerbis tollenda duo eius motiua plena multiloquio. Primò inducit iſtum tex. ibi, nec obtinent alicuius roboris firmitatem, quæ uerba important ipſo iure, ſicut infrà, eod. ad aures. illa uerba, Vires nolumus obtinere, important in beneficialibus ipſo iure, ſecundum omnes ibi. Ad idem de renun. quod in dubijs. ubi idem dicitur de iſtis uerbis, Nullam obtineat firmitatem, & in l. prolatam. C. de ſenten. ibi, non obtinet authoritatem rei iudicatæ. & exponitur, quòd eſt nulla. SOL. Hoc nemo negat, ſed talia uerba denotans nullitatem ipſo iure in materia, in qua per alia iura non eſt declaratum, quòd ſit opus exceptione, ſecus, ubi eſt declaratum, prout in propoſito, quia in contentioſis ſurreptio non uitiat ipſo iure. Dicetur. j. eod. ad audientiam. lo 2. Patet infrà, eod. plerunque; ubi ſecundæ aſſumunt uires data annali occultatione primarum. Ergo non erant nullæ, quia non reconualeſcerent, regula, non firmatur. lib. 6. Et ideo Domi. hic not. quòd in ſtatutis ſimilia uerba non denotabunt ipſo iure, quando repugnat aliud ſtatutum. Similiter dicit Imol. in d. capitul. ad aures. ultimo not. quòd iſta uerba Nullas uires, etiam intelliguntur ipſo iure, ſalua tamen natura ſubiectæ materiæ alibi declaratæ. Facit, quod de uerbo Spolietur, dixi in c. præcedenti, in prin. Ad hoc c. ſuper literis. j. eod. in uerbo Nullatenus cognoſcat, quòd aliàs importet ipſo iure. Domi. in c. Romana. §. pe. de ap. in 6. facit gl. in uerbo Nullo modo, in clem. 2. de æta. & qua. cum ſi. & tamen ibi cognoſcit de precum ueritate. ¶ Ex conſiderata, dum dicis hic ſolue Ioan. And.

And. quòd uerba antiqua compilationis dicebant, Nec ſecundæ literæ de iure obtinent, &c. exponebat tam de iure, ſecundum Goff. & tranſit Io. quaſi uolentes, quòd ſi non dicatur illud De iure, iſta uerba non denotent aliàs nullitatem ipſo iure, quod nullus conſiderat, nec puto ſuſtentabile, propter tex. in l. 2. C. quando prouo. ibi, nullas uires habere palàm eſt. Et loquitur de ſententia cum expreſſo iuris errore. Ad idem gloſſ. in uerbo, poteſtate. in c. nihil eſt. de elect. & ibi Abb. ubi iſta uerba Viribus careat, denotant ipſo iure. Idem gloſſ. fi. in c. nonit. de his. quæ fiunt a præla. & Ab. de fi. inſtr. quod ſuper his. per illum tex. facit cap. ſi prouidendum. cum gloſſ. in uerbo, careat. C. de poſtulãdo. cum ſi. Et ſic ſublatũ eſt primum motiuum And. niſi in additio, ad quæ uide quæ dixi infrà eod. Rodulphus in uerb. uerba latæ ſententiæ. Secundò dicit ipſe non eſſe uerum, ꝙ alibi probetur illud ſecundum reſcriptum non eſſe ſtatim inualidum. ¶ Et ad cap. plerunque. quod eſt clauis in materia, dat & extollit quatuor reſponſiones tanquam ſtupendas, quas breuiter reuoluamus. Prima ſolutio. Quod ibi ſecũdæ literæ fuerunt impetratæ poſt annum, quo caſu non erat neceſſaria mentio primarum, quia lapſus anni fecerat eas elidibiles, ideo non indigentes mentione, iuxta gloſ. infrà eodem ex tenore. cum concor. dic contrà, quia primæ non ſunt elidibiles, nec inualidæ etiam poſt annum, ſi interim aliæ non fuerunt impetratæ, imo primæ perpetuò ualebunt non data impetratione aliarum, ut declarat Abb. in d. l. plerunque. 3. notab. & Ibi Imol. per l. falſo. C. de diuer. reſ. ¶ Secunda ſolutio. Quòd in iſtis attenditur tempus præſentationis, non tempus datæ. Glo. in c. j. ĩ. eod. tunc arguit ſic tempore præſentationis ſecundarum, & ſic elapſo anno primæ ſunt elidibiles, ergo non tenetur de eis facere mẽtionẽ. Dic contrà, quia imo attenditur data, non præſentatio, ut in tex. iſto, niſi ubi primus tardauit excipere de ſuo reſcripto conuentus per ſecundas, de ap. ut debitus. Præterea nõ eſt poſſibile dicere, quòd tempore præſentationis excuſetur non faciendo mentionẽ de primo, quia mentio non fit uerbis extra reſcriptũ, ſed in ipſo reſcripto. Modò a principio, quando impetrauit, non fecit mentionem, & tunc non poterat excuſari, cùm nondum conſtaret de negligentia primi. ¶ Tertia ſolutio eſt, Quòd ſecũdæ literæ non ſunt nullæ, ſed ſtant in pendenti. Alle. gloſſ. a. quaſi in fi. j. eod. ex tenore. Dic, quòd ſtans in pendenti. Ergo non ſunt nullæ, & ſic tenebunt geſta uirtute earum. Præterea non eſt poſſibile, quòd ſtent in pendenti, quia aut a principio ualuerũt, aut non. Dicitur autem reſcriptum ſtare in pendẽti, quãdo eſt ad cõfirmationem alterius materiæ, de cuius ualiditate nondum conſtat, quia tunc ambulat cum illa paribus paſſibus, & ualet, uel non, ſecundum illius ualiditatem. Sic loquitur cap. bonæ. de confir. uti. per quod propriè mouet ſe glo. in d. cap. ex tenore. Hic autem reſcriptum ſecundum dicitur impetratum ſimpliciter, non relatiuè. ¶ Quarta ſolutio, quòd licet ſecundæ ſint ſtatim nullæ, tamen propter perfidiam primi alteratur diſpoſitio iuris, & reconualeſcunt ſecundæ, ſicut aliàs propter magnam contumaciam inducitur, quod aliàs non induceretur, l. Fulcinius. ff. ex qui. cau. in poſ. ea. Dic non eſſe iure cautum, quòd actus nullus efficiatur ualidus propter alterius perfidiam. Item c. plerunque non uidetur aliud ponere in odium primi, niſi quòd ubi ſuum reſcriptum erat perpetuum modò eſt temporale & finitum. Per quem patet opinionem communem omniũ nõ eſſe mutandã propter hæc motiua profectò nõ conuenientia doctori tantæ famæ, ſed ſtudio impugnãdi communes opiniones ſæpiſſimè delyrauit, credens ea uia ſe immortalem fore ad inſtar Neronis, qui, ſecundum hiſtorias, deſiderio immortalitatis inſaniens Romam crudeli incendio ſubijcere non erubuit, ut aliqua nefandi facinoris perpetratione perpetuam ſui nominis memoriam poſteris tranſmitteret. Et pro opinione communi uide Arch. in c. & ſi legibus. 35. q. 3. ubi pro hoc arguit ſic, Valet proceſſus ſecundi iudicij, & ſententia ſecunda, ſi non excipitur de prima, c. inter monaſterium. de re iud. Multò fortius ualet proceſſus ex ſecundis literis, ſi non excipitur de primis. Adde & But. j. eo. ex tenore. ubi exponit, eo modo careat, ſcilicet non ipſo iure, ſed ſi excipiatur. Et pro communi arguo ſic, fortior eſt ſurreptio in literis beneficialibus, quàm in literis ad lites, ut latè firmãt omnes.° j. eo. ad audientiam. Sed in beneficialibus ualet mero iure ſecundum reſcriptum grauans eccleſiam prius grauatam non facta mentione reſcripti primi. Ergo fortius reſcriptum ad lites. Minor patet per c. tibi, qui. in fi. de reſcr. in 6. inducẽdo, ut latè per Imo. j. eo. & ca. mandatum. nam ibi ſecundum reſcriptum ſuccumbit primo non nominato. Tamen ſi primus impetrans fuit negligens, præualet ſecundum, quòd eſſet impoſſibile, ſi a principio fuiſſet nullum, regula, non firmatur. lib. 6. ſecundum eos.

Limita Communem opinionem duobus modis. Primo, niſi ſurreptio commiſſa in ſecundo, habuerit originem ex cauſa funditus annullante de per ſe. But. Imol. & Domi. hic, per c. 1. hoc tit. in 6. & c. ſua. de off. dia. ubi habes exempla. Sed certè iſtud non eſt limitare materiam, quæ tractat, quando ſecundum reſcriptum efficiatur ualidum, uel inualidum, ſed eſt ponere caſum, in quo ſurreptio ad lites uitiat. alios Dicemus. j. eod. ad audientiam. los. Et dum Abb. alle. c. ſi eo. hoc ti. in 6. uide. quæ dicentur j. eo. conſtitutus. ¶ Limita ſecundò, dum modò impetrator primi reſcripti nedum excipiat contra ſecundum, ſed ultra hoc appellet, ſi non auditur, quia non appellando tacita, uel expreſſa reiectio ſuæ exceptionis faceret ualidum proceſſum ſecundi reſcripti. But. Domi. & Imo. hic, qui dicit hanc eſſe communem° opi. Idem Imo. j. eo. ad audientiam 2. ibi, & per prædicta patet. & in c. ex literis. in fi. de off. deleg. Et ratio eſt, quia proceſſus ad ulteriora operatur tacitam pronunciationem reiectionis exceptionis c. ex parte M. de ap. c. cùm dilecti. in fi. de elec. c. ſuborta. de re iudic. ubi latè poſui. Præterea, ſecundum Pet. de Anch. hic, exceptio rei iudic. uel iuriſiurandi, uel aliàs perimens intentionem, oppoſita & non diſcuſſa, uel reiecta, non reddit proceſſum retro nullum, c. inter. de re iudi. cum ſi. Ergo minus exceptio iſta non ſeruati ordinis dati, infrà, eod. paſtoralis. quia ante lit. conteſt. non eſt dare ordinem, cuius omiſſio uitiet ipſo iure. Alleg. Bar. & Bald. poſt Spec. in l. ſi quæramus. ff. de teſta. dicit infrà, eod. cùm dilecta. uerſi. ſextum ſignum. Item quia incidens & principale ſunt diuerſæ cauſæ, licet habeant a iure ordinem traditum in procedendo. Sed in cauſis diuerſo modo ad inuicem ſubordinatis non uitiat præpoſteratio, l. j. C. de ap. Ergo ſtandum eſt regulæ generali, quòd grauatus appellet, quia non eſt iure cautũ, quòd ſola propoſitio exceptionis ſubtrahat litigantem a iuriſdictione iudicis, mettrò in c. exhibita. de iudi. ponderatur appellatio, ſecundum eum, pro quo optimè facit c. dilecto. de ap. ¶ Eſt uerum, quòd Io. de Lig. Abb. & And. Sic. hic tenent contrarium. Sed rationibus Io. de Lig. reſpondent hic Car. & Imo. maximè ad c. tuam. de or. cog. quòd ibi iudex erat penitùs incapax, ideo non potuit firmari proceſſus. Nec eſt uerum, quòd ſola exceptio ſit potens elidere, ſed eſt uia ad operandum, quòd eius reiectio pariat grauamen. Ad rationem Abb. patet reſpõſio ex iam dictis, quia procedendo in principali ad ulteriora ualet proceſſus, & omiſſio formæ dicti cap. paſtoralis. non uitiat hanc tacitam pronunciationem. Probo, quia ſi diſpoſitio illius c. ligaret incontinenti manus iudicum, orta ambiguitate literarum, non poſſet ualere proceſſus, qui parte approbante fieret poſt exceptionem, cuius contrarium firmat ibi Abb. uerſic. ſecundus caſus. quem uide. ¶ Ad rationem And. Sic. quòd ſufficit ſola exceptio ad ruinam proceſſus ſequentis, quando propoſita exceptione lex transfert iuriſdictionem in alium, l. j. & ibi Bal. C. ſi quacunque prædi. pot. in qua ratione nititur more ſuo multiloquio merè oſtentatiuo, Conſidera primò intellectum illius legis circa proceſſum iudicis recuſati, de quo latè per Ro. & Alexan. in l. quia poteſtat. ff. ad Treb. ubi multis relatis concluditur proceſſum ualere recuſatore non appellante, [a] niſi duobus caſib. Primus eſt caſus dictæ l. j. in qua odio criminis iuriſdictio recuſati ſtatim euulſa ab eo radicitus transfundi tur a lege in alium. Secundus caſus, ubi iam ſunt electi arbitri, iuxta c. legitima. de ap. in 6. quia tunc nõ ualet proceſſus, per c. iudex. de of. dele. in 6. inducendo, ut per Dom. ibi, & in c. quoties. lo 2. a. q. 1. latè And. Sic. de of. dele. ſuſpicionis. &

a Non appellante] *Vide omnino per Alex. in conſ. 182. 2. parte, & conſ. 85. 1. parte, & uide Paul. de Caſt. conſil. 25. incip. Circa primum quaſi tum,*

tũ, etc. qui refert opiniones, & ſequuntur Bar. in d. l. quia poterat. & uide Bald. in Marga. uer. proceſſus. Tu uide Arch. in c. cum plures. de offic. deleg. in 6. & Inn. in c. ut debitus. de appel. & in c. cum ſicut. de eo, qui mit. in poſ. & in Spec. de reſuſ. §. quale. uer. quid ſi delegatus.

Ab. in diſpu. Dno clericali. cum concor. ¶ Conſidera ſecundò, quòd d. l. 1. transfert iuriſdictionem totius cauſæ, ſed c. paſtoralis. ſolùm cognitionem articuli prævaliditatis literarum, & in hoc valde fuit deceptus Aud. Sic. Patet ex mente gloſſarum, & omnium Doct. ibi, & clarè Ab. in c. notab. Neque eliguntur arbitri ſuper negocio principali, ſed ſolùm ſuper illa prævaliditate. Modò dico, quòd etiam conceſſo, quòd in iſto articulo ſit transfuſa iuriſdictio, tamen in negocio principali remanet in iudicibus datis per reſcriptum, & ideo proceſſus ad ulteriora, per quem tacitè reijcitur exceptio, habet fundamentum in poteſtate non tranſfuſa. Et licet iudices omittant cognitionem illius articuli, tamen proceſſus ulterior convalidatur ex tacita quieſcentia partis, per prædicta. Non ſic in caſu legis primæ, in qua extinguebatur in totum iuriſdictio. Et iſta guſta, tanquam ſubtilia & non declarata. ¶ Opus eſt in iſtis duplici advertentia. Prima, dum omnes præſupponunt, quòd proceſſus delegati ad ulteriora operetur pronunciationem competentiæ, quia iſtud eſt contra gl. in verbo, proceſſus. in fi. c. diſpendia. de reſcr. in 6. & in c. 2. in verbo, quorum. eo. tit. & lib. Et utrobiq; Dom. & But. j. eod. ſuper literis ibi, ſed adverte, tu diceres. & Imol. in l. ſi quæramus. ibi, tertiò fallit. ff. de teſta. & in c. 2. de dila. poſt Ion. & alios ibi, ubi dicit valde utilem eſſe expreſſam pronunciationem ſuper competentia. Sed opin. iſtorum procedit, quando iuriſdictio erat funditus nulla, ubi verò eſt exceptione elidibilis, prout eſt in propoſito, bene ſufficit dicta tacita pronunciatio. But. in d. c. ſuper Ang. egregiè in l. ij. ff. ſi quis in ius voca. Pro cuius rei plena informatione vide quæ dixi in ru. de re iudi. ſuborta. in 4. limitatione illarum ſeptem, quas dedi ad regulam loquentem de proceſſu ad ulteriora. ¶ Secunda advertentia eſt, quòd licet contra ſecundum reſcriptum ſurreptitium oporteat excipere & appellare, non tamen iſta eſt ſemper, quando excipitur contra primum revocatum, ſed inſpicitur, an ſit revocatum ipſo iure, & tunc ſufficit exceptio, imò notitia qualiſcunque, ſecus, ubi non eſt ipſo iure revocatum, ut hic per Imo. Et iſta parebunt infra conſiderando primam extenſionem, & primam reſtrictionem.

11 VALET Proceſſus † factus vigore reſcripti primi revocati per ſecundum, donec de ſecundo excipiatur per partem. Iſtam regulam firmant hic Innocen. Comp. But. Card. Imol. Dom. & Abb. quanquam Goff. & Io. Andr. aliud ſentiant per iura, quæ ſuis locis infra adaptabuntur. Inducitur pro regula cap. audita. in fin. de reſti. ſpo. Et ratio, quia ſecundæ literæ videntur datæ ſub conditione tacita, videlicet ſi pars uti voluerit eis, & ideo expectatur eventus animi ſui. Item, quia princeps non videtur velle præiudicare proceſſui agitato ignoranter inter partes. Idem Bald. in l. falſus ibi, nunc videndum eſt econtrà. C. de fur. per d. c. audita. & propter communem errorem, arg. l. Barbarius. ff. de offi. præſi. Et oſtendit, quòd gratia facta per ſignaturam, ſtatim confert plenum ius, nec revocatur morte cōcedentis, ut per Arch. in proœ. 6. Reſcriptum ad lites gerit vim epiſtolæ. cuius effectus incipit ea recepta. Idē Bal. in l. mandatum. C. man. Tollit rationem Pet. & Cyn. qui dicebant proceſſum non tenere propter defectum fundamenti, ſcilicet voluntatis delegantis, quia imò eius voluntas eſt, ut non abſtineatur authoritate revocatoriarum ante earum præſentationem. Idem Salic. ibi in fin. dicens, hanc regulam ſervari in omni foro, per l. quia abſentis. cum ibi notatis. ff. de acqui. poſ. & quia ſicut iuriſdictio quæſita per literas, eſt ligata ante earum præſentationem, ne nihil agere poſſit, ita poſt præſentationem iuriſdictio eſt libera in procedēdo ante præſentationem revocatoriarum. Alle. Inn. & Hoſt. in d. c. audita. Facit conſilium Car. de offi. leg. ubi dicit, quòd tenent geſta per legatum revocatum a Papa in publico conſiſtorio ante notitiam, & in dubio præſumitur revocatio incognita. Et dicta iſtorum, qui latiùs ſcribunt refert hic ſimpliciter ad literam And. Sicu. plura ſcribens in iſto notabili paſſu. ¶ Adde pro regula But. & Imo. in c. 2. de oſ. dele. firmantes idem per illum text. in verbo, innotuerit. & dicit Bal. in l. j. in fi. C. ut lite penden. quod per reſcriptum non præſentatum non aufertur iuriſdictio. Alle. Innoc. in d. c. audita. Et eſt ipſa veritas, ſecundum eum. Et dicit Bal. in l. ea, quæ poſt princ. C. de temp. in inte. reſt. pe. quod ideo Spec. fecit titulum ſpecialem de reſcripti præſentatione. quia ante ipſam nihil fieri poteſt. Et utile eſt de ea conſici inſtrumentum, ſecundum eum. Et dicit Bal. in l. j. §. j. ff. quod quiſque iuris. quod iudex nō habet exercitium iuriſdictionis ante præſentationem reſcripti. Et ideo invito adverſario poteſt ei renunciari. Et dicit Lud. ſing. lia. fuit quæſtio Romæ. aliàs eſt in verbo, vicarius, quod geſta per vicarium epiſcopi revocatum, ignorantem revocationem, tenent, per l. ſi fortè. ff. de oſ. præſi. Sed cave: quia in hoc, & in caſu Cald. in d. conſi. ſufficeret notitia qualiſcunque: non ſic in propoſito, ut j. in prima extenſione. Et vide Rotam in novis, 457. circa tertium dubium. quam non reperio poſitam in rubricatis ubi probant latiſsimè non conferri, neq; auferri iuriſdictionem ſaltem in exercitio ante præſentatas literas. Bonus tex. de appel. ſuper eo. lo 2. in fi. & ibi pulchrè Phil. addendo Pet. de Ancha. in c. cùm plures. de offic. dele. in 6. & in c. cùm tibi. qui. de reſcri. in 6. & ibi gl. in verbo, ante. Et procedunt hæc, etiamſi partes conſentirent, quòd procederetur ante præſentationem, ſecundum eum, quicquid dicat Bal. in l. nec quicquam. §. ubi decretum. in fi. ff. de offic. conſu. ¶ Et vide Albe. de Roſ. in l. Barbarius. ff. de offic. præſi. ubi dicit, quòd de iure canonico tenent geſta per legatum, vel delegatum revocatum ante notam revocationem, per d. c. audita. & per alia, de quibus per eum. ¶ Non tangimus hic, quando delegatus, vel alius habeat iuriſdi. habitu, vel actu ante viſam commiſſionem aliunde notam, de quo dixi in c. eccleſia. de conſti. in articulo, de cauſæ cognitione. & in c. cùm ex officij. de præſcr. & in c. 2. uer. tertiò limita. ſuprà, tit. proximo. Pulchrè ponit Nicolaus Mylus folio Repertorij 85. in dea delegatus. & aliàs dicetur infrà eod. ſciſcitatus. apoſtillando apoſtillantes Bar. in l. multùm. ff. de condi. & dem. & agitur hic de effectu literarum revocatoriarum.

VT DICTA Regula claro ſtylo dilucidetur, no. primò quinque corollaria, ſecundò tres extenſiones, tertiò novem reſtrictiones, omni ſuperfluitate truncata. ¶ *Primum*

12 corollarium, Poteſt † ſecundus impetrator renunciare ſuo reſcripto. Bal. in d. l. iij. §. 2. Innocen. Ioan. de Lig. & Car. j. eo. paſtoralis. & ibi Abb. uer. primus, quando citatus. & dixi ſuprà in rubrica. Poteſt etiam conſentire, quòd ſecundus iudex procedat cum primo, quia revocatio fit eius favore. Ergo, & c. de reg. ad Apoſtolicam. cum ſi. niſi eſſent ſecundæ literæ datæ motu proprio. Imo. poſt Bal. in d. c. paſtoralis. & But. hic, quia deficit prima iuriſdictio funditus, ut dicetur in prima reſtrictione. Et iſtud eſſet eam dare de novo, quod non poteſt fieri pacto privatorum, de for. compe. ſi diligenti. Et idem puto in caſu ſextæ, ſeptimæ, octavæ & ultimæ reſtrictionis, de quibus j. ea. ratione. ¶ Secun

13 dum corollarium. Valet † excommunicatio inflicta per primum delegatum ante præſentationem ſecundi reſcripti. Rich. de Mediavilla, 4. lib. ſententiarum. diſt. 18. q. 4. ar. 6. per d. c. ut debitus. & per gloſſ. 3. de procur. auditis. Obſtat c. cùm contingat. j. eod. cum glo. in verbo, ſecundo loco. ubi detecta revocatione primarum literarum, revocatur excommunicatio lata per primos iudices. Et in adaptando illum tex. quem Rich. non vidit cum regula noſtra, & cum tex. in d. c. audita. laborant Scribentes ibi, & communiter dicunt, quòd per abſolutionem, de qua ibi fit mentio, non infertur excommunicationem nō tenuiſſe, ſed nunc abſolvitur pœnitens, qui primò contumax fuit iuſtè excommunicatus, de qua reſponſione turbatur ibi Imol. ibi. Sed adverte, quia mens literæ eſt, quòd declaretur proceſſum fuiſſe retro nullum. Unde firmat ſpeciale eſſe in excommunicatione, ut non teneat, quod eſt contra Rich. ¶ Conſidera primò, quæ eſt ratio ſpecialitatis. Secundò, quòd ipſemet Imol. ibidem, ver. ulteriùs quæri poteſt. videtur ſequi primam reſponſionem. Tertiò conſidera, ut rectè ſentit Abb. quòd ſecundi iudices fatebantur excommunicationem tenuiſſe, quia hoc præſupponit abſolutio,

quam

quam ſeceтunt & publicari iuſſerunt, & eam fuiſſent etiam primi data correctione excommunicati. Tamen Abb. uidetur dubius, dum dicat, quicquid ſit, &c. licet de Imo. nihil dicat, cui poſſet aliter ſatisfieri, dicendo, quòd tempore latæ excommunicationis iam erat exceptum de ſecundis literis. Hæc intellige, niſi irritatio excommunicationis nemini noceret, quia non ualet propter tertiam reſtrictionẽ,
14 de qua ĩ. ¶ Tertium corollarium, Si † poſt notum reuocationem iudex procedat, & cognito an ſua ſit iuriſdictio, pronunciet ſe competentem, & non appelletur, tenet ſententia Imo. hic, quia in hoc incidenti, an ſit iudex, uel nõ, erat competens, per no. ĩ. co. ſuper literis. per illum tex. & facit quod no. Inno. in c. 1. de off. dele. in 6. ſecundum ipſum, de qua materia latius in d. c. ſuper. Et contra iſtud corollarium oppone & ſolue, prout fiet in ſequenti. Et pro iſto corollario facit, quia licet data falſitate reſcripti pronunciatio ſuper competentia nihil operetur, nihilominus ubi reſcriptum eſt aliàs nullum, tamen emanauit a principe, pronunciatio ſuper competentia firmat proceſſum. Et ita erat hic. Ad quæ uide, quæ dixi ĩ. co. ſuper literis. uerſi. fallit nonò, maximè in 2. limitatione illius fallen. Circa dictum Lap. in c. 1. de reſcrip. in 6. Et iſtud multum importat, ut dicetur ĩ. in fin. ſecundæ reſtrictionis. Tamen hoc nõ firmaui in d. c. ſuper. quia iſte ſcit de nullitate reſcripti.
15 A d d i t i o. ¶ Quartum corollarium, Si † partes procedunt coram iudicibus reuocatis, tenet proceſſus etiam in cauſa principali. Imo. hic poſt Inno. & Compoſ. quia in fauorem ipſius impetrantis ſecundæ fuerunt conceſſæ cum conditione ſubintellecta, Si impetrans uoluerit eis uti, & ideo ſicut expreſsè poſſit eis renunciare, ut in primo corollario, ita tacitè litigando coram primis. Et eſt ſententia Innoc. in c. 1. de conceſ. præb. in 6. & Abb. in d. c. paſtoralis, in prin. Quinimo poſſent partes conſentire, quòd omnes iudices, tam primi, quàm ſecundi eſſent iudices cauſæ principalis, ut ibi per Imo. & ibi dicetur. ¶ Obſtat his duob. corollarijs lex priuatorum. C. de iuriſd. om. iud. & c. ſi diligenti. de for. comp. ubi conſenſus partium non facit iudicem, qui non eſt, ſed iſte primus eſt ipſo iure reuocatus, ut hic in uerbo, exempta eſt. & in c. ex literis. de offi. dele. ibi, apparet iuriſdictionem nullam penitus habuiſſe. maximè in ta reuocatione, per d. c. audita. in fin. S o l. Ad c. ex literis. datur ſpecialis reſponſio, de qua ĩ. in quarta reſtrictione. Vel ad illum tex. & alios reſpondet Innoc. Comp. Bur. & Car. hic, quòd intelligantur, dum modò excipiatur de ſecundis literis, & non excipiendo uidetur pars in conſequentiam eis renunciare. Quæ ſolutio melior eſt, quàm ſequens, ut etiam in 2. extenſione. Secundò ſoluit Imo. quòd poſito, quòd primæ literæ eſſent ipſo iure nullæ, tamen de æquitate ualidantur, ex quo fauore partium erant nullæ, ſicut dicitur in ſimili de teſtamento, in quo filius in poteſtate eſt præteritus, quia poteſt de æquitate reconualeſcere filio approbante, l. filio præterito. cum ibi notatos, ff. de inoff. teſt. Pro qua ſolutione adduco, nam licet in eum qui nunquam habuit iuriſdictionem in cauſa, iuriſdictio non poſſit prorogari, d. l. priuatorum. tamen in eo, qui habuit iuriſdictionem, capit prorogatio in eadem cauſa, licet iuriſdictio ſuit extincta. Dictum eſt ſingulare Inn. in c. cùm ueniſſent. in gl. 2. in fi. uer. Illud aũt conſtat de teſtibus, dum dicit, quòd licet morte delegantis expiret ipſo iure iuriſdictio delegata re integra, ut ibi no. glo. & oẽs, * & dicetur in 7. reſtrictione, tamen de conſenſu partium non poteſt prorogari. Sed caue, quia iſtud dictum Innoc. refutatur ab omnibus, ut ibi dixit, quia non cadit prorogatio, ubi nulla eſt iuriſdictio, l. licet ſi manente. ff. de precar. dixi in c. de cauſis. de offi. deleg. Ergo præſuppoſito, quòd iuriſdictio ipſo iure euanuerit, nihil remanet, cum quo poſſit coniungi prorogatio. quæ præſupponit ſubiectum elongabile. Vides ergo, quòd qua ratione impugnatur dictum Inno. eadem ratione ſolutio Imo. hic, & tanto magis, quòd in caſu Inn. agitur de reuocatione legis, hic de reuocatione hominis. Ee prima deberet eſſe dulcior, per l. Celſus. ff. de arb. & tamen illa non eſt mutabilis partium conſenſu. Ergo minùs iſta. Ideo dic, quòd ubi reuocatio hominis eſſet abſoluta non habens aliquam cõditionem tacitam, ceſſant iſta corollaria, imò & regula, ut patebit in pluribus ex reſtrictionibus ſequentibus. Sed ubi mens reuocantis non eſt certa, habet indubio ſubintellectam ſæpe dictam conditionem. Et ideo non dicitur tunc conſenti iuriſdictio non habẽti, nec prorogari, ſed potiùs remoueri tacitè obſtaculũ ſecundarũ literarũ, per quod poterat pars iuriſdictionẽ tollere. ¶ Et ideo quando in diſcurſu dicunt aliquando Doc. primas literas reuocari ipſo iure, eſt incautè dictum, quia nõ ſemper uerum, niſi in certis caſibus, ut patet per prædicta,
16 quæ alij non declarant. ¶ Quintum corollarium, Sicut † ſecundæ literæ non facientes mentionem de primis reconualeſcunt, ſi primæ occultantur per annum. ĩ. eodem plerumque. ita primæ reuocabiles per præſentationem ſecũdarum reconualeſcunt, ſi ſecundus non utitur ſecundis. Ita uidetur eſſe de mente omnium. Doct. hic, quia uolunt, quòd primæ non corruunt, niſi per uſum ſecundarum. ¶ Modò tripliciter extenditur dicta regula.

17 E x t e n s i o Prima. Etiamſi † primi iudices ſciant aliunde reuocationem, ſed non per exceptionem partis, ualet eorum proceſſus. Innoc. Card. & alij hic, quia iura ponderant literarum receptionem, non autem notitiam, d. c. audita. & ibi firmat Abb. Et quia poſſibile eſt, quòd ſecundus impetrator fortè non utetur ſecundis, ideo ſimplex earum notitia non operatur reuocationem. Et ita intelligitur ca. 2. in uer. innotuerit. de off. dele. ſecundum Domi. hic, & facit Rota de off. dele. 6. in nouis. Vbi autem eſſemus in materia non habente dictam tacitam conditionem, tunc regulariter ſufficit notitia undecunque, ut per Io. And. in regula, eum, qui. & ita Cald. in d. conſi. 4. de offi. legat. & gloſſ. in uerbo, ſciuiſti. ĩ. eo. cum contingat. ¶ Secunda extenſio. Etiamſi excipiatur de ſecundis, non ſunt reuocatæ primæ, niſi excipiens inſtet. Et inſtare dicitur, ſi appellat a reiectione exceptionis, Car. hic per c. cùm dilecti. de ele. in fin. ibi non multũ inſtiterit. Et quia ſcribens intelligitur reuocare primum reſcriptum, ſi ſecundum impetrator utetur cum effectu. Vnde non appellando a reiectione exceptionis, uidetur illi renunciare, argu. de offi. dele. gratum. Et inducit de appel. ſolicitudinem. ubi comparens coram iudice, a quo uidetur renunciare appellationi, & tamen illius iuriſdictio erat tranſlata ad iudicem ad quem, ergo fortiùs intelligitur renunciare in hoc caſu. in quo nondum erat tranſlata iuriſdictio in iudicem ſecundum, quia non reuocatur iuriſdictio ipſo iure, ſed per uſum ſecundi reſcripti, ſecundum ipſum, quem ſimpliciter refert Imo. Et bene faciunt, quæ dicta ſunt ſuprà in ſecunda limitatione præcedentis articuli, de exceptione, quæ opponitur contra ſecũdas, ultra quam requiritur appellatio. ¶ Eſt uerùm, quòd Imol. hic reuocat rem in dubium, maximè ubi reuocatio eſt directa, ſed quia, ut dicetur in 5. reſtrictione, iſta differẽtia inter directam & indirectam nõ probatur iure, ideo iſta extenſio ſtare poteſt, niſi in caſibus, in quib. ſufficit ſimplex notitia, & iſta percipientur ex infrà dicendis. Iura ergo põderantia præſentationem, intelliguntur de præſentatione cum effectu. ¶ Tertia extenſio, Valet proceſſus etiam reſpectu tertij impedientis iuriſdictionem. Abb. in cap. audita. per cap. cùm contingat. ĩ. eo. ubi tertius debet obedire primis iudicibus, ex quo nõ habetur diſceptatio de prævaliditate literarum. Et de hoc aliquid ĩ. in 4. reſtrictione, Modò ſequuntur 9. reſtrictiones, in quibus per ſecundas literas inducitur ſtatim reuocatio primarum in eis nominatarum.

18 P r i m a r e s t r i c t i o Magna Si † in ſecundis literis eſt clauſula, Motu proprio, inducitur ſtatim reuocatio habita earum notitia undecunque etiam ante præſentationem. Inno. ĩ. cap. cùm contingat. But. Domi. & Ab. hic, & Abb. in d. c. audita. per c. ſi duob. cum glo. in uerbo, cognouerit. de app. & per l. iudicium ſoluitur. ff. de iudi. Conſtat enim de uoluntate ſuperioris, nec eſt opus expectare animum partis. Et hinc eſt, quòd etiamſi pars uellet, non poſſet renunciare. Inno. Ioan. de Lig. & Card. in cap. paſtoralis. & ibi Imo. & Dom. hic per d. l. iudicium. & facit c. ſi. de offic. deleg. ubi conſenſus partium non mutat ordinẽ reſcripti datum a Papa non intuitu partium. Et ideo puto, quòd etiamſi habens tale reſcriptum non utatur eo infra annum, primũ non conualeſcit, ſi primus iudex de eo ſcit, per reg. non firmatur. lib. 6. ¶ Fortiùs dicit hic ſolus Imo.

contra

contra alios, quòd ubi princeps reuocat motu proprio, reuocatio operatur ſubitò ante ullam notitiam ſecundarum per d.l. iudicium ſoluitur. & quod habetur in c. ut noſtrũ. de appel. facit ultra ea, l. Celſus. ff. de arbi. Sed reuocatio, quæ fit a l. morte delegantis re integra, operatur ſtatim ante notitiam, ut dicetur in 7. reſtrictione. Ergo fortius iſta. Ad idem, quia clauſula decreti idem operatur ut in ſequenti reſtrictione. Ergo & iſta. Idem Imo. infrà eod. cùm contingat. uerſus ſi. dicens finaliter uelle Inn. ibi, quòd motus proprius operetur reuocationem ſine ulla exceptione & ſine aliqua ſcientia, per no. in d. c. ut noſtrum. & in cap. j. de conceſ. præben. in 6. Et eſt concluſio noua & fortis. ¶ Cogitabam, ſi dici poſſet, quòd quando res eſt integra, operetur dicta clauſula reuocationem ante notitiam, ſed niſi primæ literæ iam dediſſent cauſam proceſſui, difficile eſt perſuadere, quòd proceſſus factus per iudices hoc ignorantes a corruat[a]. ¶ Primò, quia licet ſimus certi de animo ſuperioris in reuocãda iuriſdictione, non tamen apparet de animo reuocandi proceſſum. Et ideo cùm iſta clauſula recipiat iuriſdictionem ad præſumptam mentem concedentis, maximè ubi nocet tertio, ut fuit dictum ſ. in 7. reſtrictione, non uidetur extendenda. ¶ Secundò propter generalitatem ca. audita. cum alijs allegatis in regula, quæ in hac materia ſimplicis ignorantiæ omiſſis generalibus, quæ inferunt idem in alia materia, de quibus per Lud. in l. ſi uerò. § de uiro. in 51. fallen. ff. ſol. mat. ¶ Tertiò, quia irritatio proceſſus eſt pœna, gloſſ. in uerbo, proceſſus. in c. decet. de immu. eccleſ. in 6. Abb. in cap. fin. ibi, ego puto: de ferijs. text. in c. diſpendia. de reſcript. in 6. in fin. ibi, ſimili pœna. iuncto princ. ibi, nec proceſſus ualeat. Et irritare commoda orta ex reſcripto, eſt pœna, j. eod. ſuper. ibi, in pœnã nullum ex literis commodum conſequantur. Sed clauſula decreti non afficit ignorantes, quo ad pœnam, ut dicetur paulo pòſt in ſecunda reſtrictione. Ergo nec iſta. ¶ Quartò, quia æquiparatio huius clauſulæ ad decretum poteſt euitari, primò, quia illi renunciari poteſt, non iſti, ut j. dicetur. Præterea fortè illa clauſula nõ afficit in propoſito ignorantes, ut j. attentabitur. Ergo ceſſet æquiparatio. Nec alicubi legi, quòd clauſula, Motu proprio, afficiat ignorantes. ¶ Viget magis illa ratio de reuocatione legis, attento quòd multa poſſent eſſe facta ante notam mortem Papæ, & tamẽ corruunt omnia geſta ab hora mortis citra. Ergo & iſta, Niſi dicamus. quòd reuocatio per mortem Papæ fortior eſt, quia ſtatim deficit radix iuriſdictionis delegatæ nondum perpetuatæ, ſed ibi ſcribitur, Motu proprio, cùm in dubio non uideatur uelle præiudicare, niſi quantum apparet, dicemus ſatis eſſe, quòd reuocet a die notitiæ, & interim radix non ſit extincta, prout poteſt Papa uelle, quòd non ſit extincta priùs, quam ſciatur eius animus. Quæ conſideratio non cadit eo mortuo, quia non poteſt ſtare in ſuſpenſo uires reuocationis, cùm interim non habeat fundamentum, in quo ſubſiſtat. Et in hoc poteris cogitare, quia non declaratur per aliquem ſcribentem, quem

39 uiderim. ¶ Secunda reſtrictio, Si † in ſecundis literis eſt clauſula decreti, uidelicet, Si ſecus actum fuerit, &c. uel alia uerba denotantia principem ex tunc uelle retractare geſta priorum iudicum, tunc proceſſus erit ipſo iure nullus. Inno. in c. 1. de conceſ. præb. in 6. & per illum tex. in uerbo, adijciebatur. ſiue motu proprio, ſiue ad inſtantiam, ſecundum But. Imo. Dom. & Abb. hic, ſiue iuſtè proceſſerit, ſiue non, ſecundum Abb. in c. audita. de reſ. ſpo. etiamſi ſeratur excommunicatio, ſecundum Rich. in loco allegato ſ. in ſecundo corollario. Et no. etiam Dom. in d. c. 1. §. ex parte. quia natura decreti eſt afficere etiam ignorantes, c. pe. de præb. in 6. ſi eo tempore. de elec. eod. lib. c. dudum. ibi, & quidem. de præben. eod. lib. Glo. in uerbo, attentari. in cle. 1. de conceſ. præben. Non tamen afficit ignorantes, quo ad pœnam, Ioan. And. in c. tibi, qui. ad ſi. de reſcrip. in 6. dicens, quòd licet afficiat ignorantes, intelligitur afficere rem, putà beneficium, in quo ſcientia non requiritur, ſed ignorans non ligatur ad culpam, uel eius pœnam, & ſic intelligit Ioan. Mo. ibi per tex. optimum. in l. ij. ff. de decre. ab or. fa. quem allegat Arch. in §. c. 19. diſtin. Facit gloſſ. in uerbo, ex nunc. in cle. nolentes. de hære. & tex. c. 2. de conſt. in 6. dixi ſ. tit. proxi. c. fin. in 2. fallen. uerſi. quartò limita. Et intellige irritari proceſſum factum poſt diem datæ, ut ſonant illa uerba, Actum fuerit, non autem geſta prius, niſi de ipſis etiam exprimatur, ut infrà in 6. reſtrictione.

¶ Si diceres, Irritatio proceſſus eſt pœna, ut ſuprà, ergo etiam hoc caſu proceſſus ſtabit, reſpondeo tripliciter. Primo, quòd illud dictum Ioan. And. in c. tibi. debet intelligi de alia pœna, quàm irritationis proceſſus, quia impoſſibile eſt, quòd clauſula decreti non rumpat proceſſum, cum de eo præcisè loquatur. Et iſta ſtant ſimul, uidelicet non ligat aliàs reſpectu pœnæ, & tamen ligat reſpectu proceſſus, & dato, quòd utrunque ſit pœna, tamen de proceſſu neceſſario oportet intelligere, quòd ſit nullus. Secunda reſponſio, quòd pœna annullationis proceſſus nõ ſit propriè pœna propter doctrinam Inno. in c. ſi uerè. de ſent. excom. dum dixit, quòd irritare actum non eſt naturalis pœna, & ſic intelliguntur iura diſcrepantia, ut latè dixi ſ. tit. prox. cap. 2. ubi uide. Vel tertiò, quòd imò iſto caſu proceſſus non irritetur, per id, quod attentabitur infrà prope uerſi. collationis gratia. ¶ Limita hanc reſtrictionem, Niſi impetrator renunciaret reſcripto, quia non obſtante decreto ualebit proceſſus. Dom. hic, & in d. cap. j. §. ex parte. Alleg. Lap. in cap. pen. de præb. in 6. Et patet in capit. ſi autem. cap. quia plerunque. j. eodem. Et uide Dom. in d. c. pen. ubi ponit poſt Ioan. And. & Lap. impetrantem poſſe renunciare gratiæ habenti clauſulam, Anteferri, de qua j. eo. capitulum. Hoc modo iſta clauſula, & clauſula, Motu proprio, ſtant ut excedens & exceſſum, quia ubi eſt motus proprius, non cadit renunciatio, ut ſuprà, & ſic excedit. Iſta uerò afficit ignorantes, nõ illa, & ſic extenditur. ¶ Obuiat huic limitationi aureum dictum Arch. in c. cùm de beneficio. de præben. in 6. ubi dicit, quòd priuilegio dato monaſterio, ut abbas non poſſit conferre beneficia monaſtica clericis ſecularibus, poteſt per abbatem renunciari, ſaluo niſi habeat clauſulam decreti. Et ſequitur Rota de priuil. tertia, in antiquis, & exclamat Domi. ibi, & alij, quos poſui in c. cum acceſſiſſent. uerſic. quartò limita. qui eſt uerſus fi. ſ. tit. proxim. S o l. Non erat ibi priuilegium ſolùm in fauorem abbatis, ſed etiam eccleſiæ & beneficiorum, quibus non minus uoluit prouidere priuilegium, quàm abbati, & potius eſt quædam prohibitio Papæ, quàm priuilegium. Vnde contrauentio, uel renunciatio cauſaret inobedientiam, ut ipſi dicunt. Sed hic reſcriptum uidetur continere omnia merè in fauorem partis, ſicut de clauſula Anteferri, dicitur in d. c. capitulum. Obſtat ſolutio, & fortius, c. dilecto. uerſic. niſi fortè. de præben. per quem tex. dicit ibi Abb. poſt alios, quòd ſtatutum confirmatum a ſuperiore cum clauſula decreti, etiamſi merè eſt in fauorem ſtatuentium, non poteſt ab his reuocari, quia uideretur ſuperior habere pro illicito, quod fieret contrarium. Et iſta eſt theorica firma, quòd ubi eſt clauſula decreti conſenſus partium, nihil operatur. Gl. in cap. ſtatutum. in princ. in uerbo, committatur. ibi, ſed hodie. de reſcript. in 6. cum concor. quas poſui in d. capitul. cùm acceſſiſſent. in alio loco, uidelicet i. char. uerſic. tertia declaratio. & aliquid dico infrà eo. cum dilecta. in fi. quintæ ampliationis. S o l. Fortè dici poteſt, quòd cap. dilecto. cum concor. ideo non obſtant, quòd hic conceſſio reſcripti non eſt diſpoſitio pura, ſed habet in ſe tacitam conditionem ſæpe dictam, uidelicet, Si pars uti uoluerit, quia nihil cogitauit reſcribens, niſi complacere parti, imò, ubi in clauſula decreti ſubintelligitur aliqua conditio, etiamſi non exprimatur, tunc euentua conditionis tacitæ ſuſpendit uires decreti. Probaui in d. cap. cum acceſſiſſent. allegando But. & alios in d. c. dilecto. dicentes, quòd ſi augerentur fructus præbendarum, poteſt augeri numerus Canonicorum non obſtante ſtatuto iurato & confirmato confirmatione habente clauſulam decreti, quia ſubintelligitur clauſula, niſi facultates excreſcant, per cap. cùm M. ſ. tit. prox. ubi etiam hoc confirmat But. Et ita in propoſito, cùm ſubintelligitur clauſula, Si pars uti uoluerit, ſecundum omnes, iſta nullus declarat. ¶ Collationis gratia, non animo

[a] *Corruat*] *Ad huius materiã adde no. in l. index dãni. ff. de iudi. & Bald. in addi. Spec. in tit. de remiſ. §. 1. & in l. mandatum. 3. q. C. manda. & in l. ſi arbiter. uerſic. ſed pone. C. de ſen. & omnino uide Paul. de Caſt. conſi. 59. inci. Venerabilis uir. Et adde caſum ſingularẽ in l. ſi fortè. ff. de off. proconſ.*

mo decidendi, fortiùs attentari poteſt, quòd imò clauſula decreti non operetur reuocationem literarum ante notitiam, & ſic nec reuocationem proceſſus: imò nec reuocationem iuriſdictionis, ante quam pars conſtanter recipiat ſecundis literis: quia ſi uerum eſt, quod in ſecundis ſubintelligatur conditio, ſi pars uti uoluerit eis, prout faciunt omnes allegati in regula, tunc arguo ſic: Decretum appoſitum ſub conditione expreſſa, uel tacita, ſuſpenditur in euentum conditionis. Sed hic ineſt conditio tacita. Ergo, etc. Maior probatur in clem. unica, in princ. de conceſ. præben. Et quod idem ſit in conditione tacita, probatur ex eo, quod dixi de conditione, ſi facultates præbendarum creuerint, quæ eſt tacita. Ad idem, quod no. Car. in cle. 1. q. 18. de elec. dicens, quòd licet cōſtitutio noua habeat clauſulam decreti, tamen non ligat ignorantes ante duos menſes poſt publicationem: quia, quo ad uim ligandi, ſubintelligitur clauſula, Si publicabitur. Quæ ratio multùm uiget, ſecundum eum contra tenētes oppoſitum, quos retuli in c. 2. uer. quartò limita. ſ. tit. proa. Reſpondet ad iura dicentia decretum ligare ignorantes, quòd ibi ſemper diſpoſitio ſtatim tenuit nullā conditionē in ſe habēs. Et iſtud dictū Card. amplis uerbis limitat Lod. conſil. 330. Circa primum. Ibi, quo ad tertium. in quo quæritur. oſtendens, quòd decretum appoſitum in materia conditionali, etiam conditione tacita non operatur ante conditionis euentum: quia clauſula acceſſoria ſubintrat naturā principalis diſpoſitionis, c. ſi ſuper. de offic. dele. in 6. & per alia, de quibus ibi. ¶ Neq; fit differentia utrùm in clauſula decreti exprimatur uerbum Ignoranter, uel non. Gl. in uerbo, ignoranter. in c. ſi eo tempore. de elec. in 6. & ibi clariùs Doct. Vnde geſta ignoranter erunt nulla ſolùm à die uerificatæ conditionis: ante ea uerò decretum ſtat in ſuſpenſo. Ex quib. ſi rectè perſpicis, non uidetur in hoc propoſito decretum eſſe alicuius notabilis effectus: quia ſolus uſus ſecundi reſcripti operatur nullitatem poſtea attentatorum etiam ſine decreto: & ipſum decretum incipit operari poſt illum uſum, non priùs. Sed certè difficilè obtineretur hoc in practica propter authoritates Doc. Et ad ar. occurrit unica ſolutio, uidelicet negādo, quòd ubi eſt clauſula decreti, ſubintelligatur conditio, Si pars uti uoluerit: quia hoc nullus expreſsè dicit: & ſicut non ſubintelligitur, ubi eſt clauſula, Motu proprio, ut in præcedenti reſtrictione, ita nec hic. Neque abſurdè dici poſſet contra Dom. hic, quòd huic clauſulæ renunciare non poſſit ad effectum ſuſtentandi iuriſdictionem primi iudicis, ſicut nec renunciari poteſt, ubi eſt clauſula, Motu proprio: quia decretum uidetur ita præciſè eradicare iuriſdictionem, ſicut motus proprius. Poteris cogitare ſuper hoc puncto nouiter ſuſcitato. Et caue: quia in caſu iſtarum duarum reſtrictionum uidetur, quòd ſi iudex pronunciet ſe competentem, & non appellet, ualebit proceſſus agitatus uigore reſcripti reuocati, licet ſit nullū, propter dictum Lap. in c. 1. de reſcript. in 6. de quo dixi. ſ. eo. ſuper literis. in 9. fal in 2. limitatione illius fallentiæ, ubi tamen ipſum non firmaui indiſtinctè. ¶ Tertia reſtrictio.

20 Vbi † nemini nocet irritare proceſſum iudicis reuocati, operatur irritatio effectum ſuum à die datæ ſecundi reſcripti ante eius notitiam. Ab. hic, & in d. c. audita. per d. c. 1. prope prin. de conceſ. præb. in 6. ubi non ualet excommunicatio epiſcopi contra priuilegiatum, ut non poſſit excommunicari, etiamſi priuilegium ignorabatur. Et ita Inno. ibi. Adde Rotam de præb. 11. in nouis, ubi dicit, quòd capellani Papæ gaudent priuilegijs capellanorum etiam ante notitiam priuilegij. Iden ab ordinarijs etiam ignorantibus excommunicari nequeunt. Alleg. no. in d. c. 1. Facit pleniſſ conſilium Paul. 11. in præſenti. & quod ponit Lud. in l. qui abſenti. ff. de acquir. poſ. Quando priuilegium operatur ante notitiā, tetigi in c. 2. uer. tertiò limita. ſ. tit. proe. ¶ Quar-

21 ta reſtrictio: Licet † quo ad partes reſcriptum ſecundū non operetur ante præſentationem, ut in regula, tamen quo ad proceſſum factum cōtra tertios, trahitur retrò eius uirtus, & reddit illud nullum à die datæ. Iſte eſt caſus in c. ex literis. de off. dele. quem intelligit Inno. ibi, & firmat Butr. & Imol. Dom. & Abb. hic, & Butr. ad fi. & Dom. ibi, dicens eſſe magnam reſtrictionem ad iura, quæ dicunt ualere proceſſum ſtante dubia iuriſdictione: quia procedunt quo ad partes, non quo ad tertium. Et eſt differentia ſatis rationabilis, ſecundum Imol. hic, quia in poteſtate extraneorum non eſt præſentare literas ab alijs impetratas, ſed bene eſt in poteſtate ipſarum partium. Sed do. Abb. in d. c. ex literis. in fi. dubitat de hoc: quia ex literis de iuſtitia principaliter cōfertur iuriſdictio circa partes ſecūdariò circa turbatores, c. 1. de offi. deleg. Vnde ſi in partes nō datur iuriſdictio in principali aū præſentationē, ergo nec in acceſſoria. Tamen rectè non recedit à cōmuni: ſed poſtea in d. c. audita. licet primò confirmet communem, tamen paulò infrà ſubiungit ſe putare contrarium: quia imputatur tertijs non obediētibus, ex quo impetrans, de cuius fauore principaliter agitur, non utitur ſuis literis, per no. ſ. eod. cùm contingat. Non reſpondet ad c. ex literis. Tu reſponde, quòd ante proceſſum factū contra tertios iam propoſita erat exceptio de ſecundis literis, ſecundū unam lec. quā approbat ibi Card. nō acceptans hāc differentiā inter partes & extraneos: cum quo uidetur reſidere Imol. ibi in fine. ¶ Quinta reſtrictio. Regula procedit in reuocatione indirecta, putà non obſtantibus primis literis: ſecus, ſi eſt directa, ut ſi addatur, Quas reuocamus. Ita Inno. ſ. eo. cùm cōtingat. dummodò de directa habeatur notitia: ſed in directa requiritur exceptio partis. Et ſequitur Butr. hic, & clarius Dom. in d. c. 1. § ex parte. de conceſ. præb. in 6. & hic: ſed Imo. hic, licet ſæpe firmet hanc reſtrictionē, tamē ultimate eā impugnat, quia tex. noſtri non attendit hanc differentiam: ſed ſolùm an fiat opportuna mentio primi reſcripti, an non? Hinc eſt, quòd Inno. in d. c. 1. nō ponit eam, neque Abb. hic: ſed bene loco huius differentiæ poteſt aſſumi illa, utrùm proprio motu, uel ad inſtantiā? & eſt clarior modus loquēdi ſecun-

22 dū Imo. ¶ Sexta reſtrictio. Quando † cauſa nō concernit fauorē priuatum, ſed publicū, reuocatio iuriſdictionis operatur ab hora notitiæ. Card. & Imol. hic: quia in poteſtate partiū non eſt mutare reuocationem. Ideo eius conſenſus fruſtra expectatur, de of. dele. cùm contingat. Imò ſi uerba reſcripti eſſent talia, quòd in continenti reuocaretur ab hora datæ, ſecundum eos, per l. iudicium ſoluitur. ff. de iudic. c. paſtoralis. §. quia uerò. de of. dele. Dicitur ſ. in reſtrictione ultima. Facit etiam dictum conſilium Card. de of. dele. quartū, & quod dixi ſ. c. prox. uer. ſecūda ſaluatio. procedo de eo, qui ſe aſtrinxit concernentib. fauorem publicū, quia

23 nō curatur ſua aſtrictio. ¶ Septima reſtrictio. Remotio † iuriſdictionis, quā facit lex, putà mortuo delegante, operatur ſtatim, ſi res eſt integra. Gloſſ. 1. Hoſt. Ioan. Andr. Bald. Butr. Imol. & Abb. in cap. cùm uenissent. de reſti. Imol. hic, & in cap. literis. in fin. ſ. eod. Ioan. Andr. Paul. de Leaza. & Ioan. de Lig. & Dom. in c. ſi à ſubdelegato. de offi. deleg. in 6. per cap. gratum. de offi. deleg. & ca. fin. §. officium. de offi. deleg. in 6. & cap. ſi cui nulla. in fi. de præben. in 6. in uerbo, omnino. quod importat ipſo iure: glo. in l. ſi pecuniam. ff. de condi. ind. Et latiùs probatur in d. c. cùm uenissent. poſt Are. ibi. Et licet minùs agatur cum l. quàm cum homine, l. Celſus. ff. de arb. tamen illud non procedit, ubi agitur de annullando actu, l. ſi libertus. ff. de iu. pa. Bar. in l. amplius. ibi, iſtud non placet. ff. rē ra. ha. Ab. in c. dilectus. lo 2. ad fi. de præben. & in c. cū olim. de arb. dixi de of. dele. c. paſtoralis. §. fi. ¶ Octaua reſtrictio. Reuoca-

24 tio † iuriſdictionis facta propter delictū iudicis, facto ipſo operat ante notitiā [a]. Lud. ſing. 60. & licet, ut dixi. Et in uerbo, uicarius. per text. ualde ſing. in ca. 1. §. adijciebatur. de conceſſ. præben. in 6. no. Inno. de accuſ. qualiter: lo 2. & de dol. & contu. ueritatis. dicens, quòd prælatus non dicitur toleratus, quando eſt lata depoſitionis ſententia. Et dicit Bal. in c. nihil eſt. de elect. quòd prælatus depoſitus non poteſt contrahere, etiamſi ignoret ſe depoſitū, per d. §. adijciebatur. Et hinc eſt, quòd contractus geſti per eum ſunt nulli. Dom. in d. c. adijciebatur. & in c. cum, qui. poſt Lapum ibi, de præb. in 6. & But. in c. cōſulationibus. de iu. pa. poſt Bar. in l. Barbarius. ff. de of. præt. Et idē dixit Lud. in l. 11, cum bonis. de uerb. obl. quòd ſententia interdictionis adminiſtrationis lata in prodigū abſentē & ignorantē, ſtatim ligat, per d. §. adijciebatur. bona glo. in c. propoſuit. & eſt pe. de conceſ. præb. dicens, quod lata ſententia priuationis, ſtatim quis perdit

a *Ante notitiam*] *Adde Ioā. de Pra. in l. ſi quis. §. minus. ff. de procu. & uide in tex. in l. meminiſſe. de offic. procōſ. & Bal. in l. falſus, C. de fur.*

dignitatem: & eſt unica in iure, ſecundum Card. conſi. 115. Quidam frater Benedictus. Aliquid Lap. alleg. 127. in fin. & aliquid Ana. in d. c. qualiter. §. ad corrigendos. & Abb. in d. c. ueritatis. Et iſto caſu ſententia uicarij epiſcopi, á quo eſt abdicata poteſtas, eſſet nulla. Cald. de re iudic. conſil. ult. & Lud. in d. ſing. Pro tanto dicit Bald. in l. quoties C. de rei uend. quod ſufficit, quod quis ſit priuatus, ut beneficium uacet. Et ideo dicit Rota de iure pat. 8. in antiquis, quòd patroni ſtatim præſentare poſſunt, debēt, etiamſi priuatus teneat de facto: & ſequitur Dom. in c. licet. in fi. ſ. de præben. in 6. Et facit, quod no. Dom. in c. fundamēta. §. pe. de elec. in 6. dicens per illum text. quòd ubi quis eſt priuatus ipſo iure, poteſt eligi alius rector abſq; alia pronūciatione ſuper priuatione. Sed caue: quia nō ſufficit ſolùm latā eſſe ſententiā ſuper crimine digno priuatione, niſi ſententia priuet, quādo crimen de ſe non priuat ipſo iure. Inno. in d. c. qualiter. ad fi. Neq; ualeret tunc patronorum præſentatio. Lud. conſi. 466. in re præſenti. etiamſi illi crimino ſo ſententia lata ſuper crimine imponat condignam pœnā, putà carcerem perpetuum. Rota de re iud. 5. in antiquioribus, ubi in hoc ſunt multa bona: & pulchrè per Imo. poſt Car. in c. cùm noſtris. de conceſ. præben. Caue etiam: quia tex. in d. §. adijciebatur. intelligitur de ſentētia lata contra criminoſum ſpecialiter & certitudinaliter: ſecus, ſi in genere, putà quòd qui non fecerit aliquid, ſit priuatus: quia talis non afficit ignorantem, uel non declaratum, etiamſi contrauenit illi ordinationi pœnali, ſecundū Alb. de Roſ. in 3. parte ſtatutorum, q. 199. incip. Idem Ioan. And. & Ioan. And. in reg. mota. uer. non obſt. io Mercu. Et dicunt, quòd etiā ſi ſit ſententia excōmunicationis, quæ contra tales fertur, licite communicatur eis, donec declarati fuerint: remittit Ioā. And. ad ſeipſum in c. propoſuit. de cle. exc. mi. Aduerte etiā quòd licet lata ſententia quis ſit priuatus, tamen ei ignorāti non currit tempus appellandi: Bal. in d. c. nihil eſt. per l. furti. §. 1. ff. de inſa. Quando autem cōdēnatus de crimine poſſit appellare, & quādo nō, eſt materia lōga & difficilis. Vide gl. & Doc. in c. Romana. §. ſi aūt in uer. mādet de app. in 6. Abb. & Fel. in c. Paſtoralis. ad fi. prin. de appel. Bal. in l. unica. C. ne ex deli. Ang. de Are. in l. ſi. §. iuſſus. ff. de appel. Bal. in l. j. C. de confeſ. Abb. in c. cùm ſpeciali. §. porro de appel. latè Mod. in lib. maleficiorū, fol. 216. cū concord. ab iſtis allegatis. Cum iſtis iunge Bar. in l. cùm Cornelius. ff. de ſolu. ubi dicit, quòd procurator effectus ribaldus, cenſetur ſtatim reuocatus, per tex. ibi, & in c. cùm quis. in prin. eod. tit. Sequitur Pet. de Anch. in c. nulli. de elect. in 6. & in c. ſi quem. in 3. notabili, de procur. in 6. Imo. in c. propter ſterilitatem. de loca. Paul. in l. ſancimus. in prin. de teſta. in l. rogaſti. §. ſi. ff. ſi cer. pe. & in l. quod ſeruius. in fi. ff. depoſ. & dicam in c. ex parte decani. j. eo. uer. fallit decimò. Cū iſtis, quæ noua ſunt. apoſtillabis d. §. adijciebatur. ¶ No-
25 na & ultima reſtrictio. Quādo† reuocatur non ſolùm iuriſdictio, ſed etiam, quicquid eſt actum per ipſum, tunc non procedit regula: quia ſtandum eſt mandato Papæ, ex quo reuocat omnia, ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè attētata Abb. in d. c. audita. Bene facit glo. in cle. 1. in uerbo, pro infectis. de immu. eccleſ. Per quam dicit hic Card. quòd in his, quæ ſunt de iure poſitiuo, poteſt princeps reuocare retro geſta, habēdo ea pro infectis. De qua glo. tetigi in c. 1. ſuprà, tit. proxi. in 2. ampliatione 4. fallentiæ: & plenius in c. ſi. in 1. fallentia, eo. tit. Et ibi dictis adde Rotā de præb. 24. in antiquis, dicentem, quòd iſta uerba, Ac ſi nulla reſeruatio facta foret, includunt omnem reſeruationem iuris & hominis. Aliquid etiā no. And. Sicu. in rep. in l. cū acutiſſimi fol. 36. C. de fideic. & in cle. 1. de elec. dūmodò uerba reuocatoria ſint clara: ſecus, ſi ambigua: putà, ſi mādatur reuocari, quicquid á certo tempore eſt immutatum: quia intelligitur de mutatione iniuſta, non de attentatis legitimè. Text. an. reus in d. c. audita. & ibi Abb. in pen. no. addens in ſimili glo. in c. non ſolùm. de ap. in 6. quæ dicit, quòd utens pendente appellatione ſua poſſeſſione, ſicut prius, nibil dicitur immutare, uel innouare. Facit deciſio Comp. j. eod. cauſa. cum concor. ibi, dicendis. ubi dicit, quòd iſta clauſula, Non obſtante collatione alteri facta, intelligitur de iniuſta, non de iuſta. Et adde Lud. conſil. 354. Circa propoſitam. ubi extollit d. c. audita licet in caſu Lud. fortè nō ſeruat propter clauſulā reuocatoriā, quæ ibi erat ualde præ-

26 gnās. ¶ Has reſtrictiōes intellige, Niſi uerba† ſecundi reſcripti apertant, quod ſcribens non intēdit reuocare primos iudices, niſi inſinuata eis poteſtate conceſſa ſecundis. Ita Dom. hic allegando d. c. uerum, uerſ. non ſic. de conceſ. præben. in 6. & idem ipſe dicit ibi in §. ex parte. ſubdens etiam ſignanter, quod eo caſu, quo in beneficialibus ualet proceſſus per primas literas reuocatas factus ab his, qui iuſtè ignorabant reuocationem, ſi non poteſt imputari negligentia ſecūdò impetranti, poſſet petere retractationem. Ita dicit tenere Innoc. ibi, & facere c. tibi, qui. de reſcript. eo. lib. Quod no. De geſtis aūt à procuratore reuocato ignoranter, dicitur j. eo. ex parte decani. Habes ex hac materiā ordinatā pluribus de nouo inſertis latiùs, quàm per alios. ¶ Ad illud de conſenſu partis, an ſit neceſſarius in impetratione reſcripti, nihil addo: quia in c. cùm olim. de re iudic. poſui regulam cum tribus declarationibus, additione incl. non oportet. regulariter in impetratione, & c. limitando præcipuè Paul. cōſ. aureo 51. Vltimò uide Card. cōſi. 27. In Dei, etc. in cauſa. & q. excellētiſſimi legū Doctoris, etc. ubi uoluit, quòd qui in tranſactione promiſit ſub pœna nō impetrare iudicē, ſi impetrat facta mentione tranſactionis, non incidit in pœnā, per iſtum tex. quem extollit. ubi ſi aliquis tenetur non impetrare iudicem, ut quia aliàs impetrauerat de cōmuni cōſenſu aduerſarij, & nihilominus impetrat facta mentione de illo conſenſu, non incidit in aliquam pœnam: & quia certum eſt iſtum actū eſſe licitum, ex quo non uult cōtrauenire authoritati ſuperioris, ut ibi latiùs per eum. Pro quo facit dictum Rich. in 4. diſt. 38. q. 9. art. 3. ubi tandem firmat, non ualere uotū de nunquam petendo à Papa diſpenſationem ſuper uoto: quia eſſet in præiudicium ſuperioris, cuius authoritas eſt ſemper excepta etiam in iuramento. c. uenientes. de iureiur. An autē & quando ille, qui promiſit nō agere, incurrat pœnā ſupplicādo, & quid ſi non utitur reſcripto, dicetur aliàs, & fortè. j. eo. ex tenore. latè Paul. & Alex. in l. ſi quis maior. C. de tranſact. & Card. in cle. 1. in fi. de reſcrip. Alex. cōſ. 34. ¶ Subdit etiam Card. hic, quòd qui obtento delegato de cōmuni cōſenſu litigat corā ordinario, debet in expenſis cōdemnari, per iſtum tex. Et ita dicit ſe conſuluiſſe. Et no. quòd ſi curia dat tertiū iudicem, non dicitur cōmiſſio de communi conſenſu. Ioan. And. in Spec. de reſcrip. præſenta. §. nunc quoque. uer. item quòd non fiat menuo.

SVMMARIVM.

1 *Papa ſi mandat in reſcripto de duobus inquiri alternatiuè ad certum effectum conſequendum, ſufficit alterum probare.*
2 *Filius ſacerdotis non eſt ſemper illegitimus.*
3 *Seu, dictio alternatiua, quam naturam, ſeu uim habeat.*
4 *Electio debitorum regulariter eſt in alternatiuis. Et hoc eſt pro regula, quæ patitur quinq; fallentias: & ſuper quinta fallentia ponit decem reſtrictiones.*
5 *Pœna alternatiuè impoſita, non datur optio reo.*
6 *Pœna ubi eſt tranſlata in aliam alternatiuè, non habet amplius electionem. Exemplum ponit ibidem. Super hac reſtrictione ponit octo aduertentias uſq; ibi, ſecunda reſtrictio.*
7 *Verba legis, uel ſtatuti ubi dirigūtur ad partē, tunc electio pœnæ alternatiuæ non eſt iudicis, ſed partis. Secunda reſtrictio.*
8 *Manus arida, an ſit membrum.*
9 *Lex ubi loquitur alternatiuè, & imponit pœnam augmētando: putà, uel ſi non deſtiterit propter talem pœnā, imponatur talis, non eſt electio iudicis. Tertia reſtrictio.*
10 *Iudex poteſt dicere reo, Elige pœnam, quā uelis: & non dicitur electio rei, ſed iudicis. Quarta reſtrictio.*
11 *Conſuetudo ſi introduxit impoſitionem unius ex pœnis alternatiuis, iudex non poteſt aliam eligere. Quinta reſtrictio.*
12 *Vbi non ſumus in pœnalibus, ſed in remedijs proditis alternatiuè à iure in ciuilibus, etiamſi uerba dirigantur ad iudicem, electio eſt partis. Sexta reſtrictio.*
13 *Pœna una alternatiua quādo includitur in alia, et ſic ſunt ſimiles, alia autem excedit ſolum in quantitate, ut ſi ſtatutū dicat, puniatur in centū, uel quinquaginta, tunc imponitur pœna illorum quinquaginta. Octaua reſtrictio.*
14 *Pœna ubi imponitur alternatiuè habito reſpectu ad qualitatē perſonarum, non eſt in optione iudicis eligere, quā uelit imponere. Nona reſtrictio.*

Pœnam

15 *Pœnam minorem in dubio debet eligere iudex. Decima reſtrictio.*
16 *Alternatiua eſt iſtius naturæ, quod ſufficit alteram eſſe ueram.*

Hæc eſt regula generalis, quæ regula patitur fallentias quinque: de quibus hoc nu. uſq; ad finem c.

CAPITVLVM IIII.

1 NTER CAETERAS. ¶ Si † Papa mandat in reſcripto de duobus inquiri alternatiuè ad certum effectum conſequendum, ſufficit alterum probare. Ad illud de parte Ioã. And. de quo per ipſum in addi. Spec. in rub. de filijs presbyt. dicunt hic Abb. & Imo. & Mari. in c. ſteniens. in ij. no. de accuſ. q non aperis, an fuarit legitimus, ſicut nec aperit Bar. de Se. l. quidam. cùm filium. ff. de uerb. obl. Et uide Bal. in l. qui cõtra. C. de inceſt. nup. ubi ponit de ſacerdote, cum quo mulier bona fide cõtraxit, neſciens de ſacerdotio: & dixit, q fauore prolis nihil nocet ſacerdotium, per c. ij. qui fil. ſint leg. Facit glo. maior in c. fi. de clan. deſpon. & ibi Card. & no. Bald. in l.
2 eam, quam. ibi, & ſcias. C. de fideicom. Et † ſentiunt hic Doc. natum ante ſacerdotium poſſe uocari filium ſacerdotis: quod clariùs probatur in c. ad extirpandas. de fil. preſby. Per quem tex. dicit Alb. in j. par. ſtatu. q. clvij. fuiſſe decisum, q natus ante adeptum regnum dicitur primogenitus regis. De quo tamen per glo. in c. iam itaq;. in uer. reatum. j. q. j. & in l. imperialis. §. is illud. in uer. natæ ſunt. C. de nup. & tex. cum glo. in l. ij. §. in filijs. in uer. pertinet. ff. de decu. & in l. ſenatoris filium. in uer. nec intereſt. ff. de ſena. in l. ſenatores. C. de digni. lib. 12. cum multis alijs. Et dicit Ioan. And. poſt Hoſt. in d. c. uenicos. difficilem eſſe hanc probationem, uidelicet probare, quem eſſe filium ſacerdotis. Et ad iſtum tex. ſupple maximè, quia reſpectu ecclesiæ paternæ ſufficit, q ſit filius ſacerdotis, ut excludatur. Et ſi eſt legitimus, per d. c. ad extirpandas. An autem episcopus poſſit cum eo diſpenſare, uide Domin. poſt Arch. lvj. diſt. in ſum. Et iſta intellige reſpectu eccleſiæ occidentalis: ſecus reſpectu orientalis, quia non emiſit uotum continentiæ, c. Nicena. xxij. diſt. & c. cùm olim. de cle. cõiug. Cætera dic, ut per Hoſt. in ſum. de fil. presbyt. per to-
3 tum. ¶ Circa † materiam alternatiuæ, quæ longa eſt, adde primò, dum ponũs Abb. & Imo. de dictione Seu [a] & Siue, Bar. in l. j. uer. quæro, quid de coniunctione. ff. de condi. inde. & in l. ſi ita. ff. de au. & arg. leg. & in l. ſi is, qui. §. utrũ. in vj. oppoſ. ff. de rebus dub. Cyn. & Bal. in l. cùm quidam. C. de uerb. ſign. glo. in c. iij. ad fi. de poſt. prælat. Arch. in c. generali. de elect. in vj. & in c. j. de ſtatu reg. eod. lib. & in c. ſtatutum. §. cùm uerò. de reſcript. eod. lib. & in c. Romana. §. cùm autem. de appel. eod. lib. & in c. ego. Lud. 63. diſt. Card. in cle. 1. §. porro. de ſum. trinit. Bald. in c. 1. in 2. cõmento, in fin. de iudic. Inno. & Ioan. And. in c. 1. de lit. conteſt. in 6. gl. in c. in primis. in uerbo, mota. 2. q. 1. Dom. omnino in c. licet. de offic. uic. in 6. & in d. c. generali. & in d. c. Romana. in prin. & in c. ad eius. 5. diſ. gloſſa in l. ea tamen adiectio. ff. de leg. 3. Bald. in l. cùm quis decedens. §. fi. ubi optimus tex. de leg. 3. & in rub. ff. de interdi. glo. in uer. inſula. in clem. 2. de uit. & honeſt. cler. Ioan. And. & Hoſt. in c. ex parte. lo 3. de teſtit. ſpol. Tho. Faſtoli dubio 26. Brixienſ. in Repertorio in iſtis uerbis. Et inuenies, quòd aliquando augent, aliquando exponunt, aliquando copulant, aliquando ampliant, ſecundum ſubiectam materiam. Et no. quòd ſi debitor ad duo alternatiuè ſoluit utrunq; ex errore, electio in repetendo eſt ipſius. Ioã. And. But. Dom. & Imol. hic per l. pe. C. de condi. inde. niſi eſſent duo rei debendi: quia cùm poſſint ſe per concurſum impedire, datur electio creditori, l. planè. C. eod. tit. & ibi Bar. Ita etiam declarant Bald. & Salic. in dict. l. penul. ¶ Regulari-
4 ter † in alternatiuis electio eſt debitoris [b]. Gloſſ. hic per ll. ſuas, quibus non obſt. §. generaliter. in ea alle. quia nõ fuit ibi legatũ alternatiue, ſed factũ I genere, putà unius ſerui. Nã electio eſt legatarij, ut plenius per gl. & Bar. in l. legato gñali. de leg. j. facit pro regula c. fi. de cõſue. in 6. ¶ Fallit primò, ubi ex mẽte diſponẽtis ſeruari debet ordo ſcripturę. Imo. hic per c. mandatũ. in fi. de præben. in 6. Facit, quod habet in c. Metropolitano. lx. diſt. & in l. cũ pater. §. à te peto. ff. de leg. 2. Et ideo dicit Card. hic, quod ubi conſtat de mente legantis, uel contrahentium, illi ſtatur per l. contractus. ff. de reg. iur. Facit gl. in l. Lucio. ff. de lega. 2. quam reputat hic Imol. meliorem omnibus: quæ dicit, quod ſi uerba legantis diriguntur ad debitorem, putà, Hæres dato, & ipſe eliget: aut ad creditorem, putà, Tu legatariè rem iſtam, uel iſtam percipito, & ipſe eliget: data uerborum ambiguitate eliget creditor, id eſt, legatarius, ut ibi. Sed in contractibus ſtat regula prædicta per l. plerunque. alle. in gl. Differt ergo contractus & legatum in uno: quia ubi uerba ad neutrum ſunt relata, electio eſt creditoris in legato: ſed in contractibus eſt debitoris. ¶ Fallit ſecundò, niſi alternatiuè eſſet adiectum aliquid in contractu fauore creditoris ad eius cautionem: quia tunc non debitoris, ſed creditoris eſt electio. Vnde ſi promiſit dare centum, uel fideiuſſorem cùm illa adiecto ſit fauore creditoris, poteſt dicere, nolo fideiuſſorem, ſed centum. Bars. in l. quamuis. in prin. ff. de pig. act. Vnde Bal. in l. fi. ibi quæro in iſto. C. de peti. hære. dicit, quod licet in alternatiua ſoluendi electio ſit debitoris; tamen in alternatiua exigendi electio eſt creditoris. No. Paul. in l. cùm proponas. C. de tranſact. & Paul. & Alex. in l. 4. §. ſi ex conuentione. ff. de re iud. ¶ Fallit tertiò, in legato, quando non apparet, ad quem dirigãtur uerba creditoris, ut iam dixi per d. l. Lucio. & facit lex, in teſtamentis. ff. de reg. iur. & ponit Angel. Are. in §. hinc aũt. Inſtit. de act. ¶ Fallit quartò, in gratijs, ſeu beneficijs alternatiuis: quia electio eſt beneficiati, & ſic quaſi creditoris. Tex. in l. 2. C. de caſtren. & mini. lib. 12. quem extollit Bald. & Ang. in l. beneficium. ff. de conſtitu. prin. dicentes quod ſi uacantibus tribus officijs princeps uni conferas alternatiuè omnia, electus eliget. Et illum tex. no. etiam Bal. in d. l. Lucio. & in l. pen. ibi, quæro, quid in mandante. C. de uerb. ſign. & Bald. in l. qui duos. ff. de leg. 3. Amplia, etiamſi gratia fieret ad partis inſtantiam. Alex. in d. l. qui duos. per d. l. 2. in uer. uoluerit impetrare. quicquid dicãt ibi Imol. & Ang. Aret. in d. §. huic autem. moti per c. ſi pluribus. de præben. in 6. ubi ponitur ſpecialis caſus in literis ad beneficia non extendentibus, ſecundum Alex. &
5 facit c. gratia. de reſcript. in 6. ¶ Fallit quintò, in † pœnis alternatiuè appoſitis: quia non datur optio reo, & ſic debitori, ſed iudici. Gl. & Dominic. laſè in c. fraternitatis. 34. diſt. gl. & Archi. 2 t. q. 2. in ſumma. gl. Imo. & Abb. in c. à crapula. in uerbo, beneficio. de uit. & hon. cler. gl. fi. Abb. Ana. & Maria. latè in c. ſicut. de Iudæ. ſentit glo. in c. ſicut dignum. in uerbo, quinquẽnio. de homi. & ibi Anano. Imol. in c. cùm omnes ibi, in gl. pe. in fi. ſ. tit. prox. Ab. poſt Hoſt. in c. 2. de cohab. cleri. & mul. & hic, & in c. at ſi clerici. in prin. de iudi. & in c. ad Apoſtolicam. ſuper glo. 1. de regu. Bal. pulchrè in l. cũctos. in lectu. uerſi. ſecũdò oppono. C. de ſum. trinit. in l. data. C. qui accuſ. Ang. in l. nunquam plura. ff. de priua. delic. Salic. in l. quicunque. C. de ſer. fugi. Dom. in c. 1. de hære. in 6. & in c. de cauſis. de offic. deleg. Ang. de Aret. in maleficijs, & ibi Auguſt. in addi. fol. 118. Hoſt. Ioan. And. & Dom. in c. 1. de offi. uic. Pet. de Ancha. & Imo. in d. c. de cauſis. facit l. 1. C. de his, qui latro. oc. ibi, ſupplicio corporali, aut diſpendio facultatum pro qualitate perſonæ & iudicis æſtimatione. Sic intellige c. fi. de malefi. c. clerici. de exceſ. præla. c. in memoriam. 19. diſt. cum ſi. Ratio principalis eſt: quia pœna eſt commenſuranda delicto, 24. q. 1. non afferamus. Et hanc cõmenſurationem nunquam faceret reus: quia ſemper eligeret minorem: & ideo fruſtra lex loqueretur alternatiuè. Lex autem exuberauit in pœnis, ut iudex attentis debitis circunſtantijs poſsit leuiùs & grauiùs ulciſci. Probatur in c. quoniã frequẽter, in fin. ut lite nõ cõteſt. & quia pœna nõ imponitur, niſi per iudicẽ §. in hoc. c. fine. 34. q. 2.

DECIMA MODO Reſtringitur iſta fallen. quos collige plenius, quã aliàs diximus, in d. c. ſicut. de Iudæ. ¶ Pri-

a *Seu] De hac dictiõe Seu, uide do. Socin. conſilio ſuo 63. In cauſa uertente. uer. capiendo etiam ſecundũ. ibi, nã dictio. et ibi idcirco. in j. par. et cõſ. 200. incip. Cõſiderata cõtingẽtia facti. uer. circa primũ. in fi. in ij. parte. & omnino per Ang. Are. in rubr. Inſtit. de except.*

b *Debitoris] Adde Spec. in tit. de cita. §. 3. uer. quid ſi tres. & ſeq. & do. Socin. con. 57. incip. Stãtibus ſuprаſcriptis. uerſic. quintus caſus. circa medium in prima parte.*

ma

6 ma reſtrictio. Vbi † pœna eſt tranſlata in aliam alternatiuè,
non habet amplius electionem: putà pro tali delicto punia
tur in decem: uel ſi infra menſem non ſoluerit, perdat pedẽ.
Abb. hic latè poſt Bar. in l. cùm duobus. §. idem reſpondit.
lo 2. ff. pro ſocio. ¶ Sed recipit iſta reſtrictio octo neceſſarias
aduertentias. Prima aduertentia: Si reus eſt creditor fiſci
pro dicta quantitate lapſo termino, euitat pœnam pedis. Et
eſt caſus, in quo fit compenſatio cum fiſco. Cyn. in l. ſi con
ſtat. C. de compenſ. Bal. & Salic. in l. j. C. eod. tit. ¶ Secunda
aduertentia. Si reus eodem tempore fecit multa delicta, pro
quibus imponitur pœna uerbis prædictis, ſ. æris, eam ſub-
rogatione corporalis, ſi ſoluat pecuniam pro una, non eui
tat corporalem in alijs. Alb. in ij. par. ſtatu. q. xliiij. inci. no-
ua quæſt. Et ſi puniretur morte, nullus amplius audietur
pro alijs culpis pecuniarijs: quia crimen morte extingui-
tur, C. ſi reus, uel accuſ. mor. fue. l. j. ſecus ſi non fuit
pœna mortis, ut ſentit Alb. Quod tamen non affirmo per
id, quod eſt dictum, hanc pœnam ſubrogatam non eſſe mu
tabilem, niſi modis j. dicendis. ¶ Tertia aduertentia: Stan
te dicto ſtatuto, uidelicet quòd puniatur in centũ, aut am
putetur ei manus, iſta non eſt propriè alternatiua, ſed eſt
quædã pœna ſubordinata, ſ. corporaliter in defectum pecu
niariæ & non propter naturam pœnæ corporalis. Bal. in l.
Lucio. ff. de leg. 2. Alle. no. in l. ſi quis id, quod. ff. de iur.
om. iud. & l. fi. ff. de in ius uo. Ad quod etiam uide Bar. in
l. 2. ff. de pub. iudic. ¶ Quarta aduertentia: Vbi fit talis ſub
rogatio, cauſa dicitur capitalis, & non poteſt interuenire
procurator: quia dicta ſubrogatio habet uim cuiuſdam no
uationis: arg. l. ſi pœnæ. ff. quando dies le. ce. Bal. in l. quan
do. §. fi. de leg. j. addens, quòd cognoſcitur alternatiua, quando
fit prolatio ſub una uerborum conceptione, ut Lego fundũ
aut decem. Sed trãslatiua, ſi dico, Lego fundum, uel, Si nõ
dederis fundum, dabis centum: & ſic in diuerſa conceptio-
ne uerborum, ut in illo tex. per quem infert, quod prædixi
de cauſa capitali: quòd etiam ipſe ponit in l. data opera. C.
qui accuſ. ibi, item notandum propter ſtatuta. ¶ Quinta
aduertentia: Quamuis iudici impoſita ſit neceſſitas ſeruan
di formam ſtatuti, prout iacet, l. j. §. is, qui nauem. ff. de exer
ci. tamen ſi reſpu. & eius rectores uelint potius pœnam pe
cuniariam poſt dictum tempus, quàm corporalem, ceſſa-
bit corporalis. Bal. in l. commiſſoriæ. C. de pac. inter empt.
& uend. quia eam reſpubl. ſit creditrix, ſubintelligitur in
ſtatuto, ſi creditori placuerit, ſecundum eum. Et idem Imo.
in l. ſi ita ſtipulatus. ff. de uerb. obl. ibi, & ex prædictis. di-
cens, quòd iſte reus fiſco inuito non perdet pedem, per ratio-
nem l. liber homo. ff. ad l. Aquil. & facit, quod dicetur pro-
pe uer. dubito de hoc. ¶ Sexta aduertentia. Quia Lud. Rom.
in l. j. §. & poſt operis. ff. de ope. no. nun. & Maria. in d. c. ſi-
cut. dicunt, quòd iudex poſt terminum poteſt eligere pecunia
riam loco corporalis. Alleg. Bar. in d. §. idem reſpondit. quẽ
etiam ita alleg. Modern. in Maleficijs, fol. 199. ibi, quæro,
ſi aliquis. & Bal. in d. l. commiſſoriæ. Hoc modo diceret
Bar. contrarium eius, ad quod allega. per Ab. & liber meus
loquitur, prout Abb. allegat. Et iſtud eſt falſum, quòd iudex
poſſit eligere, ſecundum Raph. Fulg. in d. l. quicunque.
C. de ſer. fug. licet dicat Bart. conſuluiſſe contrarium, ut ibi
refert Ange. ſe audiuiſſe à Bart. uiua uoce. ¶ Septima ad-
uertentia: Stante dicto ſtatuto puniente in decem, & ſub-
rogante pœnam corporis, reus carcerabitur: quia cauſa eſt
capitalis, ut ſ. Vnde uolens carcerem euitare, ſoluat pecu-
niam fiſco pendente cauſa, & in eam transferat dominium
cum conditione: quòd ſi contingat eum condemnari, ex tunc
dicta pecunia tranſeat in ſolutum, & non carcerabitur.
Ita docent Ange. & Imol. in l. ſub conditione. per illam
tex. ff. de ſolut. facit, quod habetur in l. ſi reus paratus. ff. de
procur. & per Bar. in l. ſi quis. ff. de cuſt. reo. & quod poſui
de re iud. cùm te. de euitanda in ſa. per ſolutionem: & for-
te tunc poſſet interuenire procurator, quia non eſt ſpecies
pœnæ capitalis. ¶ Octaua aduertentia: Si teſtator mandat
hæredi, ut daret mihi fundum infra certum diem ſub pœ-
na decem, & non dedit, non poſſum petere fundum, ſi
prius acceptaui legatum pœnæ: quia tunc eſt facta tranſ
fuſio legati principalis in pœnam: ſecus, ſi non acceptaui
pœnam: quia tunc ea remiſſa poſſum petere legatum. Vi-
detur enim pœna inſerta fauore honorati, non fauore gra
uati. Inno. in c. Raynaldus in glo. mirum. de teſta. quem

ita alleg. Bald. in l. j. C. de his, quæ pœn. no. ibi, ſecun-
dò quæritur: teſtator mandauit. ¶ Ex his declaratur prima
reſtrictio, cui etiam ſatis eſt conformis tertia. ¶ Secunda
7 reſtrictio: Vbi † uerba, legis uel ſtatuti, diriguntur ad par-
tem, tunc electio pœnæ alternatiuæ non eſt iudicis, ſed
partis Gl. in l. quicunque. C. de ſer. fug. Barto. in l. j. §.
expilatores. ff. de effract. Abba. hic, & in c. ſi diligenti,
ibi, quæro cum glo. de for. compe. Sic intelliguntur opin.
uariæ, de quibus per Doc. in l. quicunque. & Ang. & Ma-
ria. in d. c. ſicut. ¶ Aduerte tripliciter. Primò, quod ſi una
pœnarum alternatiuarum eſt mors, non poteſt reus illam
eligere. Mari. in d. cap. ſicut. per l. aut damnum. §. ij. ff.
de pœnis. ubi reo morituro non datur optio, quam mor-
tem uelit. Quem text. extollit Bald. in l. j. ibi, quæro,
nunquid poſſit. C. de his, qui ad li. pet. non poſ. & Lud.
in l. ſi quis mihi bona. §. j. ff. de acquir. hære. & in ſing.
137. quæro, an iudex. Conſidera, quòd tex. in dict. §. 2.
cum glo. in uerſi. habeant. non loquitur, quando pœnæ
ſunt alternatiuæ, ſed quando eſt unica, ſ. mortis. Tamen
credo dictum uerum à fortiori per id, quod dicetur propè.
Si autem una eſt corporalis, ſed non mortis, altera pecu-
niaria, bene datur electio reo, ſecundum Maria. in d. c.
ſicut. Dubito de hoc: quia nemo eſt dominus membro-
rum ſuorum, l. liber homo. ff. ad l. Aquil. facit c. contin-
git. lo j. de ſent. excom. Per quam rationem multa deci-
duntur in ſimili, ut poſui de offi. de leg. paſtoralis. §. quia
uerò. Et in ſpecie obſt. dictum Bald. in d. l. quicunq;. ibi,
ſed quid ſi eſt ſoluendo. dum dicit, quòd ubi quis debet fuſti
gari, ſi non ſoluat, non poteſt præeligere faſtigationem:
imò cogitur ſoluere uenditis bonis ſuis. Allegat l. de
pollicitationibus. ff. de pollicita. Et licet loquatur, ubi
ſermo dirigitur ad iudicem, tamen idem ſentit, ubi ad par
tem. ¶ Quinimò dixit Aug. in d. l. quicunque. quòd ſi poſt ter-
minum reus eſt ſoluendo. non auditur uolens perdere pe-
dẽ. Sed iſtud quãdo eſt elapſum tempus, adapta per dicta ſ.
uolente reipub. uõ aũt eſt in electione iudicis. Tamen hoc
dictum facit à fortiori, quod ante terminum non poſſit eli-
gere pœnam corporis. Vnde dicit Fulg. in d. l. quicunque.
quod non eſt gerẽdus mos reo eligenti irrationabiliter pœ
nam corporalem cauſa non ſoluendi pecuniam Fortiùs di-
xit Io. Andr. in ca. fin. de for. compe. in 6. quod ſi reus eſt
condemnatus ad pœnam corporalem, ſi non ſoluerit, &
non ſit ſpes ſolutionis, quia inops: non poteſt reus prohi-
bere uolentem ſoluere pro eo: & qui pro eo ſoluet animo
repetendi, poterit repetere, etiam ſi reus dicat ſe maluiſſe
perdere pedem: & ſequuntur ibi Pet. de Anch. & Dom. no.
Bal. & Imol. in l. fin. circa prin. ff. de cond. indeb. Bar. in l.
Stichus. ff. de pe. le. Bald. in l. fi. C. de neg. geſt. & in l. ſi
quis id, quod. ff. de iuriſdi. om. iud. Paul. & Lud. in l. quũ-
uis. ff. ſol. mat. & ibi Alex. latiùs. inſiſtens. ¶ Aduerte ſe-
cundò: Quia non datur optio reo, ubi non cadit affectio,
prout eſt in nummis, ff. de li. In l. nũmis. Vnde ſi dicitur,
ſoluat 20. uel 30. tunc nulla eſt electio, ſed debetur, quod
minimũ eſt, per no. in l. ſi ita ſtipulatus. & in l. inter ſti-
pulantẽ. §. diuerſa. ff. de uerb. obl. Vnde dicit Bal. in rep. l.
j. ff. de leg. 2. ibi, ſed quintò oppono, quòd alternatiua non
ponitur inter ineligibilia, putà in nũmis: in quibus non
cadit affectio, nec probabilis electio creditoris: quia elec-
tio eſt cum ratione & intellectu. Alleg. Ariſtotelem dicẽtẽ,
quod nemo habens rationem eligit certum damnum. Et
ideo lex non reputat cadere electionẽ debitoris in ſummis:
quia in maiori ſoluenda non cadit affectio. Et bene faciunt
dicta in præcedenti aduertentia de electione rationabili.
8 ¶ Aduerte tertiò: Quia † ubi electio rei redderet pœnam
eluſoriam, non habet locum hæc reſtrictio: putà, ſi dici-
tur, eligat reus amiſſionem pedis, uel manus, & ipſe eli-
gat amiſſionem manus aridæ. Iſtud probatur ex dicto Bal.
in authent. ſed nouo iure. C. de ſer. fug. dum dicit, quòd
iudex habens eligere, non poteſt eligere illam, quia non
dicitur manus. Sed contrarium tenet Ang. in l. 3. §. pe. ff.
arb. fur. ceſ. per illam text. ubi appellatione arboris con-
tinetur ſicca, donec ſit præciſa à ſolo, licet eius radices deſia
rint uiuere, Idem Salic. in l. 2. C. ut intra cer. temp. per d. §.
pe. quem dicit eſſe cordi tenendum. Habemus tex. de hoc,
prima quæſtio. prima. ſicut urgeri. ubi dicitur, quòd manus
carens ſanguine, eſt uerum membrum. Et ideo Bar. Brix. in
ſua

ſua q. quidam habens duas manus, decidit per illum tex.
ſatisfieri ſtatuto per amputationem talis manus, cuius
amiſſio, licet minus noceat, tamen quia cauſat corpo-
ris deformitatem, non dicitur ea toto inutilis. Et de hoc,
quando manus arida dicatur membrum, & quid de alio
membro, uide copioſè per Ana. in c. j. cum ſeq. do. Cald.
Ang. & Auguſt. in lib. Maleſi. fol. 107. Et ubi dicta ma-
nus eſſet talis, quod melius eſſet non habere putà ſi in ea
pateretur quis morbum corroſiuum cum periculo infici-
endi brachium, poſſet procedere iſta aduertentia, ſecun-
dum Maria. in d. cap. ſicut. Cuius dictis adde prædicta.
¶ Tertia reſtrictio regulæ ſatis conformis primæ, eſt, ubi
9 † lex loquens alternatiuè, ponit pœnas augmentando, pu-
ta, uel ſi non deſtiterit propter talem pœnam, imponatur
talis, non eſt electio iudicis, quia una uidetur ſubordinata
alteri. Imo. in cap. nihil eſt. de elect. Alleg. capit. nullus.
cum ibi notatis, 55. diſt. ubi fit ſimilis augmentatio. Fa-
ciunt, ſecundum eum, uo. per Legiſtas. in l. ſanctio. ff. de
pœn. & per Cyn. in l. qui ſepulchra. C. de ſepul. uio. & ita
propriè loquitur c. quoniam. in fi. ut lit. non conteſt. ibi,
ad alterā proceſſurus, ſi hoc meruerit proteruitas contuma-
cis. Facit gl. in uer. par pœna. in c. cùm tu. de uſur. ¶ Quar-
10 ta reſtrictio: Poteſt † iudex dicere reo, elige, quam pœ-
nam uis: & non dicetur electio rei, ſed iudicis, attento,
quod iudex non tenetur eius electionem ſequi. Ita declarat
Salic. in d. l. ſi fugitiui. probans, quod eius electionem
non tenetur iudex ſequi, quaſi non uideatur requirere eius
conſenſum, ſed conſilium, uel uoluntatem: & ſic non te-
netur ſequi, per no. de arbi. cùm olim. cum materia, quā
poſui ſ. tit. prox. ex parte. Et quod ipſe uideatur elegiſſe,
etiamſi reus prælegerit, facit l. item earum. §. j. ff. quod
cuiuſque uniuer. no. ibi. Parui enim refert, an ipſe ordo e-
legerit, an is, cui ordo dedit poteſtatē: & quod no. Bart. in l.
un ſi ex familia. §. j. ff. de leg. 2. cum concor. de quibus aliàs.
Et intellige, niſi utraque eſſet pœna mortis: quia non datur
electio, quo ad modum moriendi, ut ſ. dixi, ner. aduerte tri-
pliciter. licet Nero eā dederit Senecæ, ut per Rom. ſing. ibi
11 alle. ¶ Quinta reſtrictio: Si † cōſuetudo introduxit impoſi-
tionē unius ex pœnis alternatiuis, non poſſet iudex aliam
eligere. Abb. hic de æquitate, per l. hodie. ff. de pœ. Sed de
ſubtilitate ſecus: quia in his, quæ ſunt meræ facultatis,
obſeruantia unius non inducit conſuetudinem: fortè enim
ſic placuit iudici, ut per Cy. & Ioā. And. in locis per eum
allegatis, cum cōcor. quas poſui de offi. leg. quo ad tranſ.
¶ Conſidera gl. fi. in prin. in l. quid ergo. §. pœna grauior.
ff. de his, qui no. infa. per quā dicit Butr. in c. j. ſ. tit. prox.
quod ſi iudex imponit aliam pœnā, quam conſuetam, dici-
tur excedere modū: quia illa ſuccedit loco pœnæ ordinariæ.
Per illā gl. dicit Abb. in c. licet. de pœ. quod ubi pœna nō
eſt expreſſa, debet imponi cōſuetudinaria: quæ ſi excedit,
dicitur modus excedi. Per illam gl. dixit Bar. in l. ſeruum
quoque. §. publicæ. ibi, & ſi tu dicis. ff. de procu. quod in
pœnis arbitrarijs illud eſt certū, quod eſt uſitatū. Per illā gl.
dicit Bar. in l. ſi. circa prin. ibi quæro in crimine. ff. de pri.
deli. quod in actione iniuriarū, & alijs, ubi nō eſt certa pœ-
na, illa cenſetur ordinaria, quā conſuetudo taxauit: & idem
Bar. in d. §. pœna. ibi, quæro in criminib. Per illam gl. dixit
Bal. in l. & ſi ſeuerior. ibi, oppono, quod iudex. C. de īfami.
quod ſi conſtat de conſuetudine, tunc pœna arbitraria re-
dacta eſt ad ordinariam: nam iudex habet ſequi conſuetu-
dinem in pœnis, ſicut legem ſcriptā. Per illam gl. dixit Bal.
in d. §. pœna grauior. ibi, not. quod conſuetudo habet uim
ſtatuti in pœnis imponēdis, adeò quod propter conſuetu-
dinē licitè tranſgrediuntur iudices formā ſtatutorū. Vnde
ſi ex ſtatuto latro debet ſuſpendi, & cōſuetudo addit, quod
trāſcinetur per terram, illa ſeruabitur. per illam gl. dixit Ab.
in c. de cauſis. in fi. de off. dele. quod in pœnis tantū poteſt
conſuetudo, quantū lex. Pro illa gl. uidetur tex. in l. ſi quis
reū. ff. de cuſt. reo. ubi poteſt conſuetudo inducere pœnam.
Pro illa gl. eſt etiā tex. in l. ſaccularij. §. ſunt quædā. ff. de
extraor. cri. ibi, hanc rem præſides grauiter exequi ſolent
Per quē tex. dicit Bal. in l. quicumque. C. de ſer. fugi. quod
illud, quod eſt conſuetum fieri, non dicitur amplius arbi-
trarium, ſed neceſſarium. Per illum tex. dixit etiam Bal. in
tit. de pa. Conſtan. quod cōſuetudo habet poteſtatē in ſan-
guine hominis, Ita alleg. Ana. in c. ſicut. de Iudæ. ¶ Mo-
dò conſidera, quod ſi firmata eſt conſuetudo per uniformē
electionem alterius pœnæ, uidetur alia pœna abolita, & ita
habere pro ſe nedum legem, ſed cōſuetudinē. Ergo non eſt
mutabilis, ſicut etiam dicit Abb. in c. ea, quę. de ſtat. mon.
iiij. not. per illum tex. à contrario, quod conſuetudo mutat
pœnas regulę ordinis. Sequēdo arg. Abb. nō uideretur poſ-
ſe induci in talibus conſuetudo: quia omnis impoſitio pœ
næ fluit à uoluntate iudicis. Ergo conſuetudo nunquā po-
tuiſſet radices figere. ¶ Præterea ubi per actum reiteratum,
quamuis uolūtariè res tranſit in aliam naturam, inducitur
cōſuetudo, c. cùm de beneficio. de præben. in vj. Bene uerū
eſt ꝙ ubi pœna legis nunquā fuit impoſita, quia caſus non
euenit, nullo tempore aboletur. Ioā. And. de cleri. coniug.
Ioannes. Sed ubi non uſus habet implicitum contrarium
uſum, tunc bene inducitur conſuetudo, ut ibi per eum, &
latè Maria. in c. cùm conſuetudinis. de conſue. dixi in c. j.
de treuga & pace. Hic autem una pœna eſt inuſitata, alia è
regione eſt uſitata. Ergo prima abolita. ¶ Præterea uidentur
iudices tandiu in hoc cōformes habuiſſe reſpectum ad mo
res patriæ, quibus certo reſpectu congruentior fuit pœna
ſemper electa. Vnde nō fuit actus meræ facultatis: & ſic fuc
cedit dictum Bar. in l. cùm de in rem uerſo. ad fi. ff. de uſur.
cum concor. quas poſui in d. c. quo ad. in quibus dicitur,
quod actus, qui referri poteſt ad aliquem reſpectum, non
dicitur meræ facultatis. Et iſta no. tanquam à Modernis o-
12 miſſa, & cogitabis. ¶ Sexta reſtrictio: Vbi † non ſumus in
pœnalibus, ſed in remedijs proditis alternatiuè à iure ciui-
li, etiamſi uerba dirigantur ad iudicem, electio eſt partis:
quia ſatis eſt legi ſuccurrere utilitati priuatæ. Abb. in c. pro
ut. ibi, ex prædictis etiam collige. de dolo & contu. propter
gl. fi. ibi iuncto tex. Per quam dicit ita limitandam hanc
materiam, & per tex. & quod ibi Bar. in l. conſentaneum C.
quomodo & quando iudex. Ad quod etiam uide c. quoni-
am. in fine, ut lite non conteſt. Etiam intellige, ut per Abb.
in d. c. prout. prope finem. Et adde Bal. in d. §. pœna grauior.
ubi dicit, quod in ciuilibus eliget reus, l. plerunque. alleg.
in gl. ſed in criminalibus iudex, per d. l. ſi fugitiui. ¶ Septi-
ma reſtrictio: Si in pœnis una pœna dirigit uerba ad iudicē,
alia ad partē, putà uel ſoluat decē, uel iudex eum condē-
net ad pedē, tunc eſt electio rei. Maria. in d. c. ſicut. Allegat
Bal. in d. l. data opera. quia non eſt propriè alternatiua, ſed
potius una conditionalis, ſi non ſoluerit, perdat pedem.
13 ¶ Octaua reſtrictio: Quādo † una pœna alternatiua includi
tur in alia, & ſic ſunt ſimiles, & alia excedit ſolùm in quāti
tate, ut ſi ſtatutū dicit, punias eū in centū uel quinquagin
ta, tunc imponitur pœna illorum. SOL. Quia in illis cō
cordat utraq; pars alternatiuè, iuxta c. j. de arbi. in 6. Ita di
cit Domin. in c. de cauſis. ibi, tertio caſu, quādo imponitur.
de offic. deleg. & in d. c. fraternitatis. 34. diſ. propter gl. fi. de
homi. ſicut dignum. ¶ Conſidera: quod non ſequitur, quin
poſſit eligere ſummā maiorem: aliàs fruſtratoria eſſet alter-
natiua. Bene debet eligere benigniorem: ſed an teneatur, di
cetur infrà. Neque diceretur eſſe eadem ſumma: quia ubi di-
ſtincta eſt maior ſumma à minori, non dicitur ibi minor in
eſſe maiori, l. ex facto. §. item quæro. ff. de uul. & pup. ubi ſi
dicitur, ſi filius deceſſerit ante annum decimum ſuæ ætatis
ſit hæres: ſi ante quartum decimum, ſit Titius: licet decedat
in octauo, & ſic ante quartum decimum, non erit Titius:
quia illa ſpecialis ſumma derogat maiori. ¶ Nona reſtrictio:
14 Vbi † pœnæ ponuntur alternatiuè, habito reſpectu ad qua-
litatem perſonarū, non eſt in optione iudicis eligere, quam
uelit imponere, ſed debet illam imponere, quæ magis con-
gruit qualitati perſonæ delinquentis. Dom. egregiè in c. an
te omnia. 35. diſtin. per illum tex. in uerbo, ut ordo patitur,
puta ſi eſt in ſacris, fuſtigetur: ſi in minoribus, ſuſpendatur
ab ordine. Ita important illa uerba, per quæ tenetur iudex
ordinem inſpicere, ſecundum Vgo. ibi. quem Archi. non tu
15 fert. ¶ Decima & ultima reſtrictio: Iudex † in dubio debet
eligere minorem. Glo. in d. capitulo de cauſis. in uerbo, cer-
ta. & in d. c. ſicut dignum. & in regula, in pœnis & gloſſ. j.
in c. hoc ipſum. 33. quæſt. 2. & gloſſ. fin. in d. capitu. ſicut de
Iudæ. Ad hoc text. eodem tit. poſtulaſti. Ita per iſta iura fir-
mat Dom. in d. capt. fraternitatis. Facit lex, ſi præſes. ibi, mi-
tior erit ſequenda. ff. de pœn. Et idem Ana. poſt Cardi.
in d. ca. ſicut dignum. Et cogitabis, an Anan. rectè mor-
deat illam gloſſ. dicendo, quòd qui dicat de ſeptennio, con-

cordat in quinquennio. Et nu. quòd illam debet imponere iudex, quam putat magis timeri. Dom.in d.cap. de cauſis. propter glo. ibi, & eſt tex.in d.c. quoniam. in fi. Vnde pulchrè dixit Archid. in cap.ea uindicta. 33. q. 4. ſuper gloſſ. quòd licet pœna corporalis reputetur maior, quàm pecuniaria, tamē ſi epiſcopus uidet clericū uerisimiliter magis timentem pecuniariam, quàm corporalem, iuſtè poteſt, imò debet punire eum in rebus proprijs. ¶ Non aperiunt iſti, utrum iſtæ inſtructiones, quas dant iudicibus per uerbum, Debet, importent neceſſitatem, prout regulariter a importat uerbum Debet [a]. Glo. in cle. attendentes.in uerbo, debet.de ſtatu monacho. latè Bar.in l. 3. C.de pig. Sed hoc pendent à dubio magno, utrùm in commiſſis arbitrio iudicis poſſit appellari a malo arbitrio † quod non aggredior. Omnes ponunt de cauſa poſ. ca.ſuper his. propter duas glo.ibi, & Alex.ad ſaturitatem in l. j. ad fin. de legat. 2. ¶ Demum ſcias, quòd in hac electione debet pars citari. Bal.in d. l. ſi fugitiui. in fi.dum dicit, cauſa cognita, & in figura iudicij. ¶ Nec ignores, quòd ſtante ſtatuto, quòd aliquis puniatur pœna pedis, uel alia, illud Alia, intelligitur de ſimili. Vnde non de pecuniaria, quia non conuenit in genere. Nec de morte, quia longè remota eſt ab amputatione membri. Bal.in l. conuenticulam. ibi, & iſtud nota, ſi ſtatutū dicit. C. de epiſc. & cler. facit, quod dicetur de dictione, Alius, j. eod. ſedes. ¶ Reliqua dic, ut in locis præallegatis. Et de arbitrio iudicis circa caſus a iure non punitos, plenè ponitur in d.c. de cauſis. ubi poſui. Et an poſſit iudex arbitrari mortem, ut dixi ſ. tit. proa. ex literis. diſcuſſa gl. in §. in ſumma. Inſti. de iniur. Et quando poſſit minuere pœnas iuris? & iuſtas cauſas minuendi, dixi de officio leg. niſi ſpeciales. Prædicta uerò non reperies alibi melius. 16 ¶ Sufficit † unam de b alternatiuis eſſe ueram [b], ut hic, & in regula, in alternatiuis. ¶ Fallit primò in caſu l. cùm quidam. C. de uerb. ſign. ille, uel ille ſit hæres, erunt ambo. ¶ Fallit ſecundò fauore dotis, in qua aliquando alternatiua non poteſt uerificari, niſi in uno certo. Car. hic, per l. Gaius. ff. ſol. mat. ubi ex ſtipulatione, uel pacto ex tunc dotantis acquiritur actio mulieri, etiamſi ſtipulatio ſit alternatiuè concepta in perſona mulieris, & ipſius ſtipulantis, & perſona ſtipulantis habetur pro non abiecta de æquitate fauore dotis, ut ibi per Doc. maximè Paul. in 1. col. ibi, tertiū eſt ſingulare. ¶ Fallit tertiò ſ. alternatiua impropria, quæ appellatur ſubdiſiunctiua, lego Titio uinū, quod habeo Romæ, ſeu Bononiæ, uenit utrunque. But. Card. & Abb. hic per l. ſi quis ita. de au. & ar. leg. Intellige hoc, ſecundum Imo. ſolùm in legatis, in quibus fit plenior interpretatio, non in contractibus, per regulam, contra eum. lib. 6. & l. ueteribus. ff. de pac. latè Bar. in d. l. ſi quis ita. & alij in locis ſuprà allegatis, de dictione, Seu & Siue. Legatum autem factum per dictionem Vel, non includet utrumque, quia hoc iure non cauetur, neque aliter probatur in d. l. ſi quis. ſecundum Innoc. hic contra Card. ¶ Fallit quartò, ubi diſiunctiua ponitur uerbis negatiuis. But. & Abb. hic. Contrarium tenet Imol. hic, & in l. ſi ita quis. ff. de uerb. obl. & ibi Alexand. quia ſiue ſermo ſit affirmatiuus, ſiue negatiuus, diſpoſitio habebit effectum uerificata altera parte, l. ſi quis ita ſtipulatus. ff. de uerb. obl. uerbi gratia, ſi nauis non ueniat, aut Titius conſul non fiat, dabo decem, ſufficit unum non eueniſſe, ut teneatur: ſed ad euitandam pœnam, ut non teneat, bene uerum eſt, quòd nullum illorum debet accidere, ſecundum Imol. ¶ In quo pro Iuuenibus nota tria exempla, uel tres caſus. Primus caſus, Si dixi, ſi Teucer non uenerit, uel Papa non morietur, dabo decem Papa eſt mortuus, Teucer non uenit, ſum obligatus, ſufficit non eueniſſe unum ex his, quæ cupiebam non euenire. ¶ Secundus caſus, neque Teucer uenit, neque Papa eſt mortuus, ſum etiam obligatus, quia nullum extitit, & ita optabam. ¶ Tertius caſus, Teucer uenit, & Papa eſt mortuus, non teneor, quia nihil euenit de his, quæ ſperabam. Ideo caue, dum Abb. dicit, non teneor, ſi aliquid horum accidat, noluit enim dicere, non teneor, ſi nullū iſtorum accidat, puta in exēplo ſuo, imperator uenit, & filius eſt natus, & ſic concurſus utriuſq; ex alternatiuis in faciēdo ea non accidere, facit euitari pœnam. Bald. in l. Lucio de leg. ij. ¶ Adeò eſt uera prædicta regula, quòd ad ueritatem alternatiuæ, &c. ut dixerit Vin. j. eodem conſtitutus. quòd ſi Papa mandat capitulo facta mentione numeri iurati, ut recipiāt Titium, uel ſoluant centum, dato quod poſſent ſeruare iuramentū ſoluendo centum, tamen poſſunt recipere Titium, licet ex mandato non aſtricti: quia eligunt uiam tutam authoritate ſuperioris. Et ſequuntur ibi alij. ¶ Et adde quintam fallentiam, ſ. ubi diſiunctiua cadit inter genus & ſpeciem, c l. ſæpe. ff. de uerb. ſign. ubi Dedi, uel [c] Donaui, exponuntur pro, Id eſt. Latè Bar. in l. quintus. de aut. & ar. leg. Et ſi conceditur priuilegium uni, uel hæredibus ſuis. Vel reſoluitur pro, Et. Lud. in ſing. uer. priuilegium poſt Bal. in c. j. de eo, qui ſibi & hære. ubi dixit, quod dictiu Vel, poſita inter contrahentem & hæredem, ponitur pro Et, ordine iuris ſeruato, per illum tex. ¶ De materia aliquid Bal. in l. 2. C. de ubſe. ubi exponit Aut pro Et, licet naturaliter diſiungat. Et dicit Bald. in l. j. in princ. ff. de iuſti. & iu. quod inſpecta propria natura uod caboli [d], ad ueritatem diſiunctiuæ non requiritur utriuſque partis concurſus. Multa etiam ponunt Bal. & Salic. in d. l. cùm quidam. Bar. in l. pediculis. §. argentu. ff. de au. & ar. leg. Bal. in l. generaliter. in princ. C. de inſt. & ſubſt. ¶ Alias fallentias collige ex Bartol. in l. ſi ita, qui. §. utrum. ff. de rebus dub. Et memento in æternum, quod id, quod eſt prohibitum ſimpliciter, eſt etiam prohibitum alternatiuè. Vnde qui iurauit non uenire contra contractum, licet poſſit ſimpliciter petere, ut ſuppleatur pretium, in quo fuit deceptus, tamen ſi peteret alternatiuè contractum reſcindi, uel pretium ſuppleri, eſt periurus. Bal. ſing. in l. quæ ſub conditione. §. j. ff. de condi. inſti. per illum tex. ¶ Et adde, quod ſi Papa confert beneficium illi, uel illi, uterq; habebit beneficium & Vel, tunc ponitur copulatiuè. Arch. 7. q. j. paſtoralis. Et ſi unus non uult, accreſcit alteri, ſecundum ipſum. & Dom. ibi poſt quoſdam antiquos. Item de materia alternatiuæ, uide multa bona per Alb. in ſuo Dictionario, in dictione Vel. qui autem ſint actus, qui poſſunt alternatiuè fieri, & qui non, poſui de appellationib. capitulo ſecundo.

a *Debet] Adde Angel. & Pet. de Suz. in l. j. C. quomodo & quando iu. & Bal. in c. j. in fi. apud quem, uel quos contro. in uſib. feu. Fallit tamen, quando quis habuit cōſilium ſapientis: quo caſu cùm dicitur conſilio debere credi, nō cogitur credere. Bar. in l. honorū. ff. de bono. poſſ. Fallit etiam ſecūdum ſubiectā materiam quādoq;: ſed ſtat impropriè, & non dicit neceſſitatem, ſ. quando dicit honeſtatem, ut eſt glo. 25. q. j. c. j. ſecūdum Philip. in c. propoſuit. de appel.*

b *Eſſe ueram] Adde do. Socin. conſi. 52. incip. Vt ueram teſtatricis intentionem. in princ. ibi, primò: nam ipſo. in j. parte. & uerſic. ad quartam rationem q. licet ad eius ueritatem ſufficiat alterā partem eſſe ueram, tamen quādo uoluntas diſponentis non poteſt uerisimiliter uerificari in qualibet parte ſui, tūc diſiuncta ſtat pro cōiuncta. Et an, & in quibus, & qualiter procedat, et ibi per eum plenè habes.*

c *Vel] Pro qua materia, & de hac dictione Vel, adde no. in l. ſi uia. de ſer. ruſt. præd. & uide in l. ſi ita quis ſtipuletur. & ibi Ioan. de Po. de uer. oblig. & Ang. de Peru. glo. j. in l. ſi. §. j. de Publ. et de. Alex. in conſ. 77. 4. parte.*

d *Natura uocabuli] Ad quod adde idem tenentem do. Socin. conſ. 52. incip. Vt ueram teſtatricis, in prima parte*

SVMMARIVM.

1 *Reſcriptum Papæ ſi dirigitur ad aliquem, debet illi obedire, uel allegare cauſam rationabilem, quare obtemperare non poſſit.*

2 *Superſedere in quibus caſibus poteſt, ne obediatur mādatis Papæ.*

3 *Prælatus mandans fieri iuſtitiam, ex quo mandato ſequitur mors, an ſit irregularis.*

4 *Papa ſi ſcribit pro notoriè indigno tacita indignitate, quòd oritur peccatum, non eſt ei obediendum.*

5 *Papa poteſt facere de monacho non monachum.*

6 *Papa ſcribendo pro indigno, an uideatur cum eo diſpenſare.*

7 *Promotus ab inferiore a Papa, indignè, an uideatur diſpēſatus à promouente ſcienter indignum.*

8 *Præceptum factum ab inferiore ſine cauſa, quas uires habet?*

9 *Secreta*

9 *Secreta Dei an ſint talia, quòd de eis ratio reddi poſſit.*
10 *Secta Machometi quare tanto tempore duret.*
11 *Ratio legis ſi reddi non poſſit, ſufficit dicere, Ita ſcriptum eſt.*
12 *Ratio legis ubi non eſt expreſſa in lege, ſed per aliam legem ſubintellecta, ratione ceſſante non ceſſat lex, ſi illa ratio non eſt neceſſaria, ſed probabilis.*
13 *Prælatus debet eſſe paratus reddere rationẽ: intelligitur tamen, præhabita deliberatione.*
14 *Reſcripti geminatio habet uim clauſulæ, Ex certa ſcientia.*
15 *Motus proprius an poſſit aliter probari, quàm per expreſſionem.*

CAPITVLVM V.

a SI QVANDO ¶ Is, ad † quem reſcriptum Papæ dirigitur, debet ille parere, uel rationabilem cauſam aſſignare, quòd parere nõ poſſit. Vide gloſſ. in uer. nuncians. in §. deinde competens. in authentic. de mand. princip. quæ colligit argumentum contra miſeros prælatos exequentes ſtatim literas Papæ iniuſtas, nèc audentes ſuperſedere, etiamſi rationabilis cauſa id ſuadeat. Et ſequũtur Bal. & Imo. hic. Ideo dixit gloſſ. in l. puniri. C. ſi contra ius, quòd non debent timere, ſed ueritatem ſequi, quia ſic placebunt Deo & Papæ, dum modò, ſecundum Bal. ibi opponatur falſitas, uel mendacium in ſubſtantialibus & ꝑ partem narratis, ſecus ſi contra narrationem Papæ, propter cle. j. de proba. Et dixit Bald. in c. cùm teneamur. de præb. in apoſtil. ad Inno. quòd etiamſi in literis Papæ dicatur diſtrictè præcipiendo, Mandamus, tamen poteſt ſuperſederi ex cauſa iuſta. Et dum glo. hic extendit iſtum tex. ad prælatum præcipientem ſubdito, adde glo. j. in l. quoniam. la 2. C. de appel. quæ dicit quòd aſſeſſores debent reſiſtere iudici ad errorem inclinato, & ſubditi prælato legem ignoranti inſtruendo eum. Facit c. fi. de cle. non reſi. ibi, niſi rationabilem excuſationem. Vnde dicit glo. in c. ſacerdotes. 2. q. 7. quòd prælato non ſeruanti canones licitè leuat ſubditus obedientiam. Ita alleg. hic And. Sic. ita reſidens. ¶ Primò adde tex. de re iud. cùm olim. ubi multa poſui ad probandum, quòd uariatio in principe attribuitur in dubio circũuentioni, non errori. Tene ea menti. ¶ Secundò adde Abb. de præſcri. cùm non licet. ubi temperat glo. in d. c. ſacerdotes. dum modò non ſeruet ea contemptu. Vide quæ dixi ibi, ubi etiam inuenies, quando dicatur non ſeruare ex cõtemptu. ¶ Tertiò ad illud de officialibus, uide Bart. omnino in lib. De repræſalijs, q. 6. ubi ponit, quando imputetur eis non reſiſtentibus poteſtati. Pulchrè Angel. in d. l. quoniam. cum concor. de quibus in lib. Ange. & Auguſt. de Maleficijs, ſub clauſula, De conſenſu & deliberatione omn. iudi. fol. 188. ubi etiam inuenies deciſum unum, in quo Bar. dixit, Cogita in d. 6. quæſt. ¶ Quartò adde Bal. in l. fi. C. ſenten. reſcin. nõ poſſ. ubi dicit, quòd etiam, ubi princeps ſcribit ex certa ſcientia, poteſt probari contrarium, ſ. de obreptione, de quo per eundem, de pace Conſtan. uer. ſi quis. ibi non admittendus. Hæc ſint, quantũ ad prædicta.

2 SVPERSEDERI Igitur † poteſt executioni præceptorum Apoſtolicorum ſuadente legitima cauſa. In quo uide ſemper Pet. de Anch. conſi. mihi 308. Niſi legibus & canonibus. ubi eleganter exorditur ad excuſationem impugnãtium gratias literarum Papæ: quia faciunt cum licentia legis, de qua hic. Poſtea probat inualidam eſſe gratiam, quæ irritat compoſitionem iuramento firmatam tacito de iuramento & non reſtituendo partem læſam in priſtinum ſtatum. Et uide Bald. proœmio Decret. uerſi. dicit, colle. ubi dicit, quod ſi Papa ſcribit prò intruſo, non eſt ei leuato uelo obediendum: Alleg. quod no. Arch. in c. quid culpatur. ſuper uerbo, legitimo. 2 3. quæſt. j. Et facit mentionem de glo. præalleg. quæ inuehit contra miſeros prælatos obedientes iniuſtis præceptis Papæ. Per iſtum text. Pet. de Anch. conſil. 391. præmitto pro clariori. inſurgit murmur laicorum animosè & uerbis elatis contra quandam declarationẽ Papæ dicentis, qualiter fuerat animus ſuus reſeruare, &c. quia tanquam iniqua & contraria iuri, erat refutanda, per l. quoties. de preci. impc. offer. maximè, quia tollebat ius alteri quæſitum, cõtra l. pen. C. de decu. lib. 10. ubi ſtatuere iterum ſuper iam firmatis non eſt proponere remedium æquitatis, ſed calumniam præteriens inuenire. ¶ Per iſtum text. & alia, dicit Pet. de Anch. conſi. 215. Per prædicta ſubtiliter, &c. ad fi. quòd ſi res aliter ſe habet, quã præſupponat mens reſcripti, eſt ſuperſedendum, & ſi cõtineat excõicationem latæ ſententiæ, quia tacita conditio, Si preces, &c. tenet eam in ſuſpenſo. Dixi ſ. c. 2. Per iſtum tex. dixit Car. cõſ. 267. Dominus noſter Papa. ad fi. quòd ubi agitur de grauiſſimo damno tertij, uel de malo futuro, uel ſcãdalo, toleret Papa, ut ſuperſedeatur. Alleg. tex. 1. q. 7. & ſi illa. & hic, & Inno. in c. inquiſitioni. de ſent. excom. Per illũ tex. dicit Car. conſi. 105. quæſitum ſæpe fuit à me. in ſexto dubio, quòd ſtante ſchiſmate non eſt obediendum præceptis Papæ nutritiuis ſchiſmatis. Per iſtum tex. dixit Io. de Lig. de regu. ad Apoſtolicam. ibi, ſed nunquid poterit monaſterium. quòd ſi Papa mandat monachis, ut aliquem recipiant, poſſunt tamẽ ei opponere crimina, uel defectus. Per iſtum tex. dicit Io. And. in c. ad honorem. de author. & uſu pal. quòd non obſtante plenitudine poteſtatis, quæ eſt in Papa, non eſt obediendum ei peccato imminẽte. Per iſtum text. dicit Hoſtien: in c. propoſuit. de conceſ. præben. quòd omnes tenetur obedire Papæ, quicquid præcipiat, niſi ſequi poſſit peccatum, & ibi Abba. Per iſtum text. dixit Bald. in cap. 2. ad finem, ſuprà eodem. ſi Papa mandat confirmari ſententiam, nõ intelligitur leuato uelo, ſed cauſa cognita, & poteſt infirmari, ſi infirmanda eſt, ſecus, ſi mandatur executio, dum modò ſit aperta per diffinitiuam, quæ tranſiuit
3 in rem iud. Per † iſtum text. inferri poteſt ad caſum, qui Romæ occurrit Ioan. Papæ XXIII. qui cum iuſſiſſet quendam Romanum decapitari, & ille adeò clamaſſet, ob id Papam eſſe irregularem, quòd populus de irregularitate Pontificis ſcandalizabatur, fuit iuſſu Papæ liberatus, ut refert Paris de Puteo in lib. De ſyndicatu, fol. 32. Sed re uera iſte caſus longè antea euenerat Hoſtienſ. dum eſſet legatus Bononiæ, ubi reus condemnatus petens ut dimitteretur prius ad legatum, alioquin de re ardua; cum nihil arduum dixiſſet, turbatus legatus dixit, Ducatur ad iuſtitiam. Illo autem clamante, multos eſſe irregulares, reſpondit legatus, Maledicatur, qui te docuit, eumque remiſſum ad carceres poſtea liberauit. Ita narrat Ioan. de Lig. in cap. ſententiam. in fin. ne cler. uel mon. dicens ſe hoc audiuiſſe à domino Paul. dum legebat. Et fundantur iſta dicta in ca. ea literis. de exceſ. præla. & in d. ca. ſententiam. ubi prælati non imponunt proprio ore contra perſonam ſpecialem iudicium ſanguinis. Vnde dicit Bald. in c. 2. in fi. de maio. & obed. quòd Papa poteſt imponere pœnam mortis ſtatuendo, ſed non exequendo, ſecundum Inno. Et ſi proprijs manibus Papa occideret aliquem, fieret ſtatim irregularis, quod dicit ualde notandum. Dixi aliquid in c. fin. in fin. de ma. & obed. Et ad excuſationem ſuperſedentis executioni iniuſti mandati, uide quod de Petronio Romano ſcribitur, in Supplemento chronicarum, lib. 8. fol. 8. & retuli infrà eodem. cum dilecta. uerſi. Amplia primò. per iſtum text. dominus noſter, &c. Stupendè nos inſtruit ad impugnãda reſcripta, quorum executio tenderet in dedecus Apoſtolicæ ſedis, quæ, ſecundum eum, patitur magnum uilipendium, quando ſine cauſa facit mutationes in eccleſiaſticis. Subdit eleganter, quod etiam, ubi eſt clauſula, Motu proprio, ſæpe eſt facta conceſſio ad inſtantiam impetrãtium. Quod not. Et ſubdit, quòd reſcriptum ad utilitatem priuatam nõ derogat reſcripto conceſſo ad publicam, etiam facta eius mentione, niſi de cauſa publica aliquid dicat. etiamſi ſit eſt 4
certa ſcientia & motu proprio, & ſequitur dictas gloſſ. de prælatis miſeris. Et hoc de cauſa publica adde ad dicta ſuprà eodem. cæterùm. Reſpondet ad §. qui autem. 17. q. 4. ibi ſacrilegium committunt, qui diſputant, an ſit dignus, quem princeps eligit, & dicit, quòd imo, ſi conſtat, quod eſt malus, poteſt de hoc diſputari. Allegant Lau. de Pinu, & Archidiac. ibi. Vnde dicit Ioan. Andr. de ſenten. excom. à nobis. lo 2. quòd ſi eccleſia ligat, uel abſoluit errante claue, non ualet, quò ad Deum. Facit gloſſ. de iureiurãdo. quanto. & de noro. non eſt. cum concord. Poſtea paulo infrà. uerſic. poſt hoc conſilium. cum Cardinal. reprehenſus fuiſſet de nimia audacia, latè ſe excuſat ſubdendo hæc uerba, Quòd tanta fuit olim & hodie impetrantium ambitio, quòd ſæpe talia concedentur à ſede Apoſtolica, ex quibus probetur materia cæteris dicendi, ubi eſt Deus electorum,

ricorum, de uoto magnæ. Vide ſemper dictum conſilium. Per iſtum text. dicit etiam Abb. in capit. cùm teneamur. de præben. quòd etiamſi Papa ſcribat cum clauſula, Non obſtante ſcandalo, non eſt obediendum, ſi dubitatur de peccato. Allegat etiam Innoc. in capitul. inquiſitioni. de ſent. excomm. ¶ Propter illud dictum Inno. in capitul. in-

4 quiſitioni. infert hic Abb. quòd † non ualet collatio facta per Papam notoriè indigno tanta indignitate, quòd oriretur peccatum. Et idem Ioan. And. ſupra eodem cùm adeò. & ibi But. Dominic. & Imol. Facit gloſſ. j. in capit. cum te. de æta. & qual. Et dicit Bald. in d. cap. cùm adeò. quòd ſi conſtat de certa ſcientia, ubi Papa ſcribit pro indigno, non poteſt aliquid opponi. Vnde ſi mandat prouideri impuberi nominato impubertate, obediendum eſt, dum modò ſit pubertati proximus, uel doli capax, ſecus, ſi eſt infans, uel non doli capax, uel furioſus, uel prodigus, cui per ſententiam eſt interdictum bonis, quia gubernacula non ſunt talibus committenda. Subdit paulò infrà, quòd ſi mandat aliquem recipi in canonicum, non obſtantibus exceptionibus quibuſcunque, non ſunt remotæ legitimæ, id eſt, ſcriptæ in iure, ſed bene illæ, de quibus inter Doctores eſt diſputatio. Dixit etiam Hoſtien. de offic. ord. ſignificauit. quòd ſi Papa abſoluit excommunicatum, qui cum in impetratione abſolutionis decepit, nõ episcopus nõ ſequi abſolutionem, & reinducere in excommunicationem. Et idem dicit de alijs geſtis per Papam malè informatum, niſi eſſet caſus, in quo Papa diſpenſare poſſet, alias autem nunquam debet ei obediri contra Deum. Et de hoc exclamat ibi Abb. quòd legi, uel præcepto Papæ continenti peccatũ per Papam non remiſſibile, non eſt obediendum. Pro tanto dixit Bald. in proœ. Decret. quòd ſi Papa ſcribit pro iniuſto, non eſſet ei ullo modo obediendum. Facit quod no. Archi. 23. q. j. quid culpatur. ſecundum eam referentem etiam d. gloſſ. de prælatis miſeris. Et idem Abb. in d. cap. cùm teneamur. quia Papa non poteſt contra legem Dei, 25. q. j. ſunt quidam. Sed Deus præcepit malum uitandum. Ergo ei parendum, quia non dedit Petro poteſtatem faciendi de peccato non peccatum, 40. diſt. cap. j. Ad hæc bonus tex. 2. q. 3. Iulianus. cum ſeq. bona gloſſ. in c. paſtoralis. in uerbo, conſona. de fide inſtru. Propterea dicit Hoſt. de præben. graue. quòd ubi clerici reperiuntur indigni tanta indignitate, quòd ſine peccato non poteſt eis prouideri, melius eſt paucis dignis, uel uni tantum digno multas eccleſias conferre, ſecus, ſi non eſt tanta indignitas, quia conſtruenda eſt domus ex lapidibus, quæ occurrunt, Et ſequuntur ibi alij. Et ideo ſi executor Papæ prouidet indigno tali in dignitate, quòd ſi Papa ſciuiſſet, nunquam ſcripſiſſet pro illo, non tenet prouiſio, Abb. in ca. j. ad fin. de re iud. reuocans, quod dicetur in cap. ſi. in ſi. de præſump. Fortiùs dixit Inno. in c. ne Dei. in gloſ. 2. de ſimo. quòd religioſus non tenetur obedire præcepto Papæ, quod repugnat regulæ ab eo profeſſæ, & ſequitur Martinus de Laude in tractatu de Principibus, fo. 2. uerſi. ſi Papa mandat. Facit quod ſcribit Lud. in l. ſi uerò. §. de uiro. 7. fallen. ſol. mat. extollens Inno. in d. capit. inquiſitioni. quem etiam extollit Nicol. Myl. in Repertorio, in uerb. Papa. §. 48. Papæ non eſt obediendum, &c. Intellige, niſi Papa ex maxima cauſa præciperet aliquid tale religioſo, etiam ut matrimonium contraheret, quia licet hoc non poſſet præcipere eo ſtante monacho, de ſtat. mo. cùm ad monaſterium.

5 in fin. tamen † poteſt eum facere de monacho non monachum, a quia dicit Inno. in cap. presbyter. in ſi. primæ gloſſ. de ſacr. non ite. quòd Papa poſſet facere, quòd nõ eſſet monachus, cum ipſe conſtituerit ordinem monachorum, & quòd in monachatu nõ imprimitur character. Ad quod uide latiùs Ioan. An. in regula, ſemel Deo. in Merc. Et ſic intelligitur opi. S. Tho. ſecunda ſecundæ, q. 88. artic. ult. ubi latè uoluit, Papam non poſſe diſpenſare cum religioſo profeſſo ſuper uoto continentiæ, per capit. cùm ad monaſterium. in fin. de ſta. mo. licet ipſe Thomas contrarium dixerit in 4. ſent. diſt. 38. q. j. artic. 4. circa medium, ibi, ſed hoc etiam non uidetur ſufficienter dictum. Eſt uerum, quòd ut aliàs latè dicam, opin. Thomæ in ſecunda, quòd Papa non poſſit diſpenſare in uoto ſolenni continentiæ, tenet Ioan. de Turre cremata, Card. ſancti Sixti, in libello, De poteſtat. Papæ, q. 35. & Albertus Magnus, & Bonauent. in 4. ubi ſ. & Ray. in ſumma, de uoto, & gl. 25. q. 1. ſunt quidam. Sed tamen communior eſt alia opi. Tho. in 4. cum qua concordat latè Ioan. And. in d. regula, ſemel. & Pet. de Anch. conſi. mihi 335. pro maiori intelligentia, referentes, quòd quidam Remig. monachus & ſacerdos de ſanguine regio Aragonum cum diſpenſatione Apoſtolica duxit uxorem, cum deficeſſent alij maſculi, ex qua ſuſcepit Petronillam, quæ ſucceſſit in regno nupta Raymundo comiti & marchioni, ex quibus ortæ ſunt 8. generationes illios domus Aragoniæ. Et hanc partem tenet etiam Inno. latè in d. c. cùm ad monaſterium. Arch. latiſſimè j. in d. c. ſunt quidam Pet. de Anch. in repe. c. 1. ſ. tit. proa. gloſſ. in c. cùm olim. in uer. uotum. de cle. coniu. & ibi Abb. & Imo. Car. poſt gl. 1. in cle. 1. in 1. op poſ. de conſan. & affi. Abb. in c. rurſus. qui cle. uel uo Dom. latè poſt gl. etiam Arch. in c. de illo. 32. diſt. Bald. in l. reſcripta. ibi, item diſpenſat. C. de preci. impera. offe. Arch. in ca. cùm in prætexto. 83. poſt Lau. de Pinu, But. in c. 1. in ſi. de uoto. Imo. poſt Guliel. in cle. 1. de conſang. & affin. Pet. de Anch. in cle. abuſionibus. de pœn. & re. Io de Lig. in conſi. In Chriſti nomine, & beatæ uirginis glorioſæ. Hoſt. in ſum. de uoto. §. qualiter, & cuius authoritate. uerſi. ſed & de uotis uoluntarijs, Bal. in l. ſi tibi filius. in ſi. ff. de adopt. Imo. in l. in ſubſtitutione. poſt medium, ff. de uul. & pup. Abb. dicens ita tenere omnes Canoniſtas, in d. c. cùm ad monaſterium. in ſi. Hoſt. in ſumma, qui cler. uel uo. §. qui uouens. uer. uidetur igitur. Archi. in ſecunda parte ſuæ ſummæ, tit. 9. cap. 2. uer. ex diſpenſatione uotorum. Petr. de Monte in tractatu De Papa & concilio, uerſi. quarta concluſio. col. 46. Io. And. latè in c. j. de uoto. eleganter Richar. de Mediauilla in 4. ſenten. diſt. 38. q. 9. artic. j. latè Aſteſanus eum referens in ſua Summa, lib. j. quæſt. 20. arti. 11. Iacobus Zochus cõciuis meus latiſsimè in cap. 2. 4. quæſt. qui cler. uel uouen. Spec. de lega. §. nunc breuiter. uer. 15. ſentit gloſ. 3. in c. ſi cuſtos. 17. quæſt. j. Et potiſſima ratio eſt, quia licet propter repugnantiam non poſſit facere, quòd profeſſus ſtante profeſſione non contineat, tamen poteſt uoto caſtitatis diſpenſatiuè ſublato licentiare eum, ut contrahat matrimonium ex cauſa. Et etiam ex iſto argumento ſequitur fortius, quòd ſicut ex uoluntate Papæ & eccleſiæ clerici in ſacris obligantur ad caſtitatem, ita ex ſola uoluntate poſſet Papa ſtatuere, quòd licitè contraherent, ut ſentit Abb. in c. cùm olim. de cle. coniug. Ergo ſi ex ſola uoluntate poteſt cum omnibus ita ſtatuere, fortius cum uno etiam ſine cauſa diſpenſate, & ſucceſſiuè cum pluribus ſingularibus, Niſi dicas, quòd cùm prohibitio coniugij fuerit ex magna cauſa, ſecundum Ioan. And. in d. cap. 1. etiam relaxatio debeat eſſe cum cauſa, ſecundum Nic. Myl. in Reperto. in uerſic. diſpenſatio. ad ſi. Et dicit Bald. in cap. 1. in ſi. de milite uaſallo, qui bellica ar. depo. quòd profeſſio non eſt ſacramentum eccleſiæ. Vnde poſſet per Papam tolli. Et quòd de clerico poſſit fieri non clericus, patet in cap. degradatio de pœn. in 6. Sed quæ dicta ſunt de cauſa urgenti, communiter tenentur, & credo ita ſeruari in curia, attento quòd Calixtus Papa III. recuſauit diſpenſare ſuper coniugio diaconi, qui ſolùm allegabat ſe legi carnis non poſſe reſiſtere, quamuis pro eo intercederet Aeneas tunc Car. Senenſis, qui poſtea ſucceſſit Calixto, dictus Pius II. ut in ſuis epiſtolis in Cardinalatu compoſitis, fol. pe. ubi ſcribit expectandum eſſe ab amico alterius apoſtolatum, qui mitior ſit.

6 STAT DIFFICVLTAS, Vtrùm † ſcribendo pro indigno ſcienter, uideatur Papa tacitè diſpenſare, ſi illa indignitas eſt ab eo diſpenſabilis? In quo Abb. hic tenet, quòd ſic. Et idem Innocent. in d. cap. ſignificauit. ſecus dicens in inferiore a Papa. Remittit ad no. in capit. 2. de ſcluſ. Sed contrarium etiam in Papa firmant Ioan. And. But. & Domin. in d. capitulo ſignificauit. dicentes, quòd etiam eo caſu, quo diſpenſare poteſt non eſt ei parendum niſi diſpenſet expreſsè. Alleg. no. in d. cap. 2. Quæ uerba non uidentur uidiſſe Abb. hic, & Imo, ibi. ¶ Conſidera tria. Primò doctrinam But. & Dom. de fil. presbyterorum. dum dicunt, quòd actus ſuperioris cõſiſtens non

te-

in pati, ſed in aperte, operatur diſpenſationem, dum modò appareat, quòd de cauſa diſpenſationis cognouerint ſummariè: & tunc promouendo inhabilem uidetur diſpenſare. Et in dubio non præſumitur cauſæ cognitio in iſta tacita diſpenſatione, licet Hoſt. ibi alìter: quod Ioan. And. putat falſiſſimum. Hoc modo ualde reſtringeretur opi. Abba. hic, & aliorum in ſimili materia, uidelicet quòd niſi appareat Papam adhibuiſſe cauſæ cognitionem, non inducatur tacita diſpenſatio per promotionem perſonæ inhabilis, quamuis expreſſa inhabilitate. ¶ Conſidera ſecundò, quòd hic eſſent uidēda tria dubia magna. Primum, quando princeps promouendo inhabilem uideatur diſpenſare? De quo per omnes, excepto Bart. in l. quidam conſulebant. ff. de re iud. & per Ana. poſt alios, & in dicto c. 2. & Lud. conſil. 307. In caſu. & per multos alios hincinde: reduxi quædam in cap. præterea. de teſti. cog. Secūdum, utrum circa defectus iuris poſitiui poſſit Papa diſpenſare ſine cauſa. De quo aliquid Innocent. c. cum ad monaſterium. in fin. de ſta. mo. & Lud. conſil. 307. in fin. & plenius per Ioan. Andr. & alios in c. de multa. de præbend. extollentes quædam aurea dicta beati Thomæ, de quibus per Archid. 12. diſ. c. conſequens. & de hoc dicetur ĩ. eod. ad audientiam. lo 2. uerſic. 7. iſta procedunt. Tertium, utrum in dubio præſumatur cā. in principe? De hoc ſatis dixi ſuprà, titul. proxi. quæ in eccleſiarum.
¶ Conſidera tertiò aurea uerba But. in proœmio Decretalium, ibi: eſt igitur conſenſus. ubi dicit, quòd quando conſenſus principis exigitur per uiam diſpenſationis, utrum poſſit comprehendi tacitè. Omnes recurrunt ad not. in d. c. ueniens, & in d. l. quidam. & in d. c. 2. In quibus locis tamen non deciditur propriè, quid in Papa uel principe, ſed de inferiore, ſecundum eum. Dic ergo ſic in Papa, quòd aliquādo uerba demonſtrant inhabilitatem in eo, pro quo ſcribitur ut ſi dicit, tali illegitimè nato uolumus prouideri, & ex certa ſcientia: & tunc diſpenſatum eſt. Aliquando uerba non denotant aliquam inhabilitatem, & tunc etiamſi ex certa ſcientia hoc facit, non uidetur diſpenſare, niſi aliud exprimat. Ad hoc cleric. ulti. de ſen. excom. Differet ergo inferior ab ipſo Papa: quia in inferiore requiruntur uerba diſpenſationis, uel quòd præcedat cauſæ cognitio: ſed in Papa ſufficiunt uerba denotantia inhabilitatem, ſecundum eum.
Tranſeundo ergo pro nunc cum iſta doctrina, poteſt ſaluari opin. Abba. hic, pro quo etiam bene facit Rot. hic tit. 3 k. in nouis, dum ponderat l. idem Vlpianus. ff. de excuſat. tut. Facit dictum conſi. Lud. 307. & c. cum olim. lo 2. cum gloſ. in uerbo, monachi. de priui. & glo. in uerbo, literarum in c. ſtatutum. de reſcr. in 6. Latè ponit But. in c. conſultationib.
7 de iure pat. in repet. ¶ De † inferioribus autem à Papa promouentibus ſcienter indignum, dicetur aliàs, uno ſolo pro nunc incidenter commemorato, & à prælatis hodiernis ſicco oculo notando, uidelicet quòd prælatus promouens ſcienter indignum, tenetur eccleſiæ, quam læſit, ad intereſſe. Ità dicit Pet. de Anch. ſe credere, in clem. j. in ult. nota. de ætate. & qualita. ad ſimilitudinem magiſtratus, qui minus idoneo tutelam pupilli commiſit: tenetur enim, ſi contra tutorem malè adminiſtrantem non poteſt pupillus habere regreſſum, l. j. §. nunc tractemus. ff. de tute. & ra. diſ. Vide gloſſ. penul. in c. ad Apoſtolicam. de regula. & gloſſ. fi. in ca. tales. 23. diſtin. Et dixit ſtupenda gloſſ. in l. qui cum uno. in princip. in uer. temporario. in fin. ff. de re mili. quòd epiſcopus indignè promotus meretur decapitari. Meritò dicebat Pius Papa II. ut refert Platina in Vitis Pontificum, Indoctum epiſcopum aſino comparandum, quod uerbum tractum puto ex uulgata gloſſella Ioan. Mona. c. cum ex eo. de elec. in 6. ubi ſuper tex. dum dicit, Eccleſiam permaximè indigere uiris literatis, addit, Et non aſinis ferratis. Et de his alias. nam talia non ſunt dilatanda propter illud Terentianum, *Veritas odium parit*. Oportet enim, ut qui principibus uult placere, ambulet inter laudem & placentiam. non uerſus Veronam, ut inquit, non tam facetè, quàm grauiter, Pius ſummus pontifex in epiſtola ad Borſium ducem Ferrariæ, quæ incipit: Nemo uerum de ſe minus audit, quam publica poteſtas. Et uide, quod dico ĩ. eo. c. penult. col.

ᵃ DICTA PER ISTVM TEXTVM ſuprà, Limitatur not. late per Petr. de Monte, in libro De poteſtate Papæ, & concilij, col. 39. ubi probat, quòd in ciuilibus præcepto Papæ, quamuis dutiſſimo, debet obediri, per c. in memoriā. 19. diſt. ibi, licet iugum uix ferendum, etc. niſi contineat peccatum. Ita temperat dictum Innoc. in d. c. inquiſitioni. Imo ſubſiſtente magna cauſa & notabili, aliis poteſt præcipere contra uniuerſale ſtatutum eccleſiæ. Ita ponderat uerba Innoc. inſtà, tit. proxi. quanto. & dicetur propè ſecus, ubi non eſt talis cauſa, ut latius per dictum Pet. cuius uehementiæ dedit cauſam inobedientia concilij ultimo celebrat Baſileæ, & poſtea quaſi rebellionem nimis continuati contra mandata Eugenij IIII. ~~Sed à regione pro excuſanda illa inobedientia uide longum ſermonem dom. Ab. incip. Maximum onus & humeris meis importabile. ubi iuridicè impugnat rationes adductas ab oratoribus Eugenij.~~ De qua materia meminit etiam Archiepiſcopus Florētinus fauens Eugenio in Summa de uitijs, fol. 162. uerſic. ſchiſma autē, quod nunc regnat. ¶ Pro iſta limitatione uide etiam Bal. in lege. acceptam. in fi. C. de uſur. ubi dicit, quòd ſtatutum eſt ſeruandum, licet durum, lege proſpexit. ff. qui & à quibus. Sed præceptum Papæ ſeruandum eſt, dum modò non inferat alteri iniuſtitiam, quia eccleſia ultrix eſt iniuſtitiæ, c. ſi clienti ulus. §. ſi diuiſum. de alienatione feu. Et ideo dicit Arch. in c. reſcripta. 25. q. 5. quod ubi præceptum Papæ paſſum, aut nihil nocet, obediendum eſt. Secus, ubi multum, quia expectabitur ſecunda iuſſio, niſi ponat clauſulam, Non obſtante canone, à quo cauſatur ius tertij, quia tunc uidetur eum abrogare, c. ex parte. lo 2. de off. deleg. ut latius per eum ibi. Et etiam aliquid 25. quæſ. 2. in ſumma. ad fi. & facit gloſſ. j. 12. diſt. præceptis. & ibi ponit Domi. de expectanda ſecunda iuſſione. Dixit tamen Bal. ĩ. eo. cum adeo. relato Arch. ubi ſ. quod ſi dicta clauſula Non obſtante, ſit appoſita, ubi Papa non conſueuit diſpenſare, eſt expectāda 3
ſecunda iuſſio, niſi appareat de proprio motu, ut quia fecit gratiam abſenti & ignoranti, & hoc ipſum exprimat. Alle. c. ſi motu. de præben. in 6. Quod uerbum ſigna per id, quod dicam in fin. huius c. Auditur etiam uolens probare, quòd reſcriptum cum clauſula Non obſtante, non emanauit à curia, ſecundum Arch. in d. cap. reſcripta. per illum text. Et circa dictum Inn. in d. c. quanto. quòd non eſt ſuſtinendus
11 Papa faciens contra generalem ſtatum eccleſiæ. Vide ibi Ab. & in c. literas. de reſti. ſpol. & in c. ſignificaſti. de elect. in c. ad hæc. ad fi. ĩ. eodē. & c. 2. de maiorit. & obedien. in c. nulli. de ſent. excommu. in c. propoſuit. de conceſ. præb. in cap. cum olim. in fi. de cleri. coniug. Imol. poſt Cat. in dicto cap. propoſuit. Domi. in c. quæ in eccleſiarum. uerſic. unde dicit ĩ. titul. proxi. Angel. in l. bene à Zenone. C. de quadri. præſcrip. Lud. in c. ſi uerò. §. de uiro, in 7. fallentia, ff. ſolu. matri. Pet. de Monte in tractatu De poteſtate Papæ, & concilij, 39. 44. 49. col. & ubi ſemper uide Ana. poſt Cat. in ca. petitio. de homi. Oldra. conſi. 61. ¶ Communiter dicitur, quòd poteſt diſponere in concernentibus uniuerſalem ſtatum eccleſiæ. Fallit in duobus caſibus. Primus, quando ſua ordinatio non habet iuſtam & apparentem cauſam. Et iſte eſt unus caſus, in quo in eo non præſumitur cauſa, ut expreſsè uult Innoc. in d. ca. quanto. & expreſsius ibi domi. Abb. & Ludoui. conſil. 473. dubitatur. Fallit ſecundo, ubi decoloraretur uniuerſalis eccleſiæ ex mutatione uniuerſalis ſtatus eccleſiæ, per cap. & ſi illa. j. q. 7. ca. memor. 24. q. j. ¶ Iſtis modis intellige glo. in d. c. literas. in uer. diſpenſare. Inno. in ca. ſuper eodem. poſt med. gloſſ. 2. de biga. & in c. cùm ad monaſterium. in glo. niſi ex cauſa. paulò poſt med. ibi, item not. quòd quidam. de ſtat. mo. Spec. de leg. §. nunc breuiter. gloſſ. in cap. ſunt quidam. 25. q. j. gloſſ. fin. in cap. dilectiſſimis. 12. q. j. But. conſi. 19. quia hic agitur. Et in locis præallegatis inuenies per uarias quæſtiones, quæ dicantur concernere uniuerſalem ſtatum eccleſiæ. Dixi aliquid in c. 2. de maio. & obedien. ponendo, an Papa poſſet tollere clericis priuilegium fori, uel canonis. Sic etiam multa alia, de quibus in dictis locis, ex quibus multa extendi poſſent. De qua materia uide etiam Nic. Mylum in Repertorio, in uerb. Papa. §. 48. incip. Papæ non eſt obediendum. & Lud. conſi. 345. circa primum uerſicu. cæterum. uerſicu. quinimo non poteſt Papa. ¶ Reliqua de obedientia præſtanda Papæ, uide per plura dicta beati Thomæ & aliorum collecta per fratrem Ioan. de Turre cremata, olim Card. ſancti. Sixti in trac. De poteſtate Papæ, q. 14. 15. 49. & 48. & Archiepiſcopi Flor. latiſſimè in 2. parte tertiæ partis ſuæ ſummæ ſub rub.
de

de ſtatu ſummorum pontificum, in ultimis quæſtionibus, & latè Augu. de Ancho. in lib. De poteſtate eccleſiæ, q. 22. cum tribus ſequentibus, & in omnibus ſuis articulis. Et ibi habes de obedientia regum, & paganorum, & Iudæorũ erga Papam. Non ignores dictum Franc. de Maione in 4. diſt. 19. q. 3. quòd Papa non poteſt facere, quòd illud, quod eſt peccatum ueniale, ſit mortale. Poſſet tamen per ſuum præceptum obligare, ne illud fiat, & contrauenens peccabit mortaliter: non, quia ueniale ſit effectum mortale, ſed propter inobedientiam: quia ſit contra præceptum ca. 2. de maio. & obed. c. quod præcipitur. 24. quæſt. 3. ut latius per eum. Bene facit gloſſ. Deute. 18. capitul. dum text. ibi dicit, Prophetam ſuſcitabo de fratribus ueſtris, quicunque illum non exaudierit, illius ego ultor exiſtam: gloſſ. infert, quòd grandi pœna puniendi ſunt reſiſtentes ſummo pontifici. Tamen ille text. non intelligitur de Papa, ſed de Chriſto, ſecundum gloſſ. Burgenſis ibi, quæ incipit, hoc, quod dicitur hic. Faciunt, quæ recitaui in c. 3. ſuprà tit. proxi. de præeminentia Papæ ſupra omnes. Et ad excuſationem Cardinalium non obedientium Papæ tempore ſchiſmatis, cum non ſit certus Papa, uide Petr. de Anchar. conſil. mihi 106. incip. Contentio inter Papam Grego. Et quòd cardinales non poſſint diſcedere ab obedientia Papæ non hæretici, uide glo. 3. in c. Anaſtaſius. 19. diſt. quam ibi not. Domi. Et generaliter, an ſemper ſit ſuperiori obediendum, uide latè Domi. in c. nemini. 13. diſt. Et de effectu ſcandali, & quando ſit de eo euitandum, & quando non, dixi ſatis de præſcrip. nihil. Sufficiunt hæc elõgata fortè magis, quàm expediret. Sed cetera, quæ omitto, plura ſunt, quàm quæ retuli.

¶ Dum Abba. alle. in fi. Innoc. in ca. ad aures. de temp. ord.
8 de † præceptis inferiorum factis ſine cauſa, aduerte: quia dum dicit, ſuperiorem poſſe præcipere ſubdito etiam ſine cauſa, loquitur in ſpectantibus ad officium ſuum: ſecus in non ſpectantibus. An autem ſit appellandũ in primo caſu? dicunt ibi Hoſti. & Ioan. And. quòd non: & tale grauamen extraiudiciale non tranſit in rem iudi. & ſequitur ibi late But. Non obſtat dictum Inn. in c. 2. in gloſ. & male, de reſti. in integ. quia, ſecundum Abb. ibi, quando præceptũ fit ſine cauſæ cognitione, non in figura iudicij, non tranſit in rem iudicatam, Ita loquit Inn. ibi: non dicit, ꝙ non ualeat, ſi ſit cauſa nõ cognita, niſi excedat metas ſuæ poteſtatis: quia teceptum non aſtringitur, etiamſi pars taceat, & non appellet. Quod ualde nota. Abba. Et adde Pet. de Anch. in regula, ea quæ. ibi, & hoc intelligo, de reg. iu. in 6. Vbi dicit, quòd ſi præcipitur in ſpectantibus ad officium iudicis omiſſa cauſæ cognitione, non reddit præceptum nullum, niſi eſſet notoriè iniuſtum. Alle. Inno. & Ioan. And. in d. c. 2. Et intellige ſanè in his, quæ habent per iudicem terminari non in figura iudicij, ſed in exequendo officio, ut cogere clericos ad promotionem, uel reſidentiam: quia in talibus non reperitur traditus certus ordo, & præſumitur pro iudice Inn. in c. innotuit. de eo, qui fur. or. ſuſce. ſecus in his, quæ deducuntur principaliter in iudicio, & habent per ſententiã terminari. Debent enim expediri ordine iuris, & cauſa cognita, le. prolatam. C. de ſenten. quia officium iudicis eſt à iure limitatum in talibus, C. comm. uel epi. l. programma. & per totum, ubi mandata iudicum de ſoluendo debitum, ſiue pœnam, non audita, nec examinata cauſa, non ualent. Hoc modo intellige But. in c. ex parte. lo 3. ad fi. ibi, tertiò. quòd licet. de uer. ſig. ubi dicit, quòd ſicut poſt ſententiam non reuocatur error, c. fi. de confeſ. ita nec poſt præceptum latum cauſa cognita: ſecus, ſi non proceſſit cauſæ cognitio, propter gloſſ. fin. ibi, Quam bene nota. Sic intellige Bartol. ff. de confeſ. non fatetur. & Abba. de appel. peruenit. lo 2. Et cum iſtis concordat Paul. conſil. 39. de quibus latè per Bald. in repe. l. 2. ff. de iureiur. fol. 7. ibi, ſed tu dic concordando iſtos. ubi ponit concordiam longam inter Innocent. ubi ſ. & Dyn. in l. filius fam. §. diui. de leg. 3. Et iſta adde ad Imol. & Alex. in dicto §. diui. ubi poſt plurimas remiſſiones latè inuenies de iſtis præceptis iudicum nudis, id eſt, ſine cauſæ cognitione. Et eorum dicta replicare, uel mihi attribuere, uitium eſſet, quòd ſemper abhorrui, licet hodie reputetur uitcus à plurimis.

9 CIRCA REDDENDAM Rationem † ſecretorum Dei, uide Archi. in c. Nabuchodonoſor. Alle. in gloſſ. ubi dicit,
poſſe reddi rationem in genere, ſ. ex parte diuinæ bonitatis: deinde dicit poſt Hugo. de S. Vic. quædam eſſe ſecundum rationem, & iſta ſunt neceſſaria: quædam contra rationem, & iſta incredibilia: quædam ſupra rationem, & iſta mirabilia. Et ſequitur hic And. Sic. Adde beatum Tho. in 2. 2. q. 19. 22. & 23. & Aegid. in 1. ſententiarum diſt. 47. tractantes materiam prædeſtinationis, de qua ad plenum per Amb. de Terriſio in ſuo Quadrageſimali ſermone 22. incipien. Aſſumpſit Ieſus Petrum, etc. Et ſermone 36. Opera, quæ ego facio, &c. & pulchrè dicit Angel. contra Pelagium, inſcrutabilia & incomprehenſibilia nolo, ut interroges: quia quod lego, credo & ueneror, non autem diſcutio. Et Gregorius 19. lib. Moralium, poſtquam quæſiuit, Cur ſæpe boni damnentur, in fi. ſubdit, latent hæc ſenſus hominum, nec quicquã de eiuſlibet fine cognoſcant: quia diuinorum iudiciorum abyſſus humanæ mẽtis oculo nullatenus penetratur. Et Apoſtolus ad Roma. cap. 11. in fi. O altitudo diuitiarum, etc. inſcrutabilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles uiæ eius: de pœ. diſt. 4. ſi ex bono. glo. in uer. ex tempore. in cle. 1. de ſum. tri. Et in Pſal. 35. Iudicia Dei, abyſſus multa: Et dicitur Sap. 3. c. Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris: ſed quæ præcepit tibi Deus illa cogita ſemper. Et uide Paulum epiſcopum Burgenſem in addi. quas fecit ad Nic. de Lyra, Apocalyp. 14. c. in illa addi. magna imprima,
10 preſta, in qua latè tractat † De ſecta Saracenorum, uerſic. circa quintum. ubi ſe excuſans à curioſitate quæſtionem, qua quærit, cur tantum duret ſecta Saracenorum, dicit, quod licet non ſit quærenda cauſa de uoluntate Dei, quæ eſt eius eſſentia cum ſit prima cauſa omniũ, nihilominus de eius effectibus à ſanctis & iuſtis uiris quæruntur ſpecialiter cauſæ. Inducit in Hiere. 12. c. [a] dum dicit;

Quare uia impiorum proſperatur, & r. a Plantaſti eos, & radicem miſerunt, & proficiunt. Et Abac. Deo loquens ſic in 1. cap.

a Xij.] Adde Iob xxj. c.

ait, Mundi ſunt oculi tui, ne uideas malum, & reſpicere ad iniquitatem non potes, quare nõ reſpicis ſuper inique agẽtes, & taces deuorante impio iuſtiorem ſe. Et de his alijs.

¶ Circa rationẽ legis dicit Pe. de Anc. in cle. 1. de ele. quod ſi
11 † perfecta ratio reddi non poteſt, ſufficit dicere, Ita ſcriptũ eſt. Alleg. l. proſpexit. ff. qui & à quibus: quia poſtquã lex eſt condita, iudicandum eſt ſecundum ipſam, non de ipſa. in iſtis. 4. diſt. quem tex. alle. Ant. in c. 2. de delict. pue. ponens quædam alia, quæ eo tacito refert hic And. Sic. ¶ Sed uidetur mirabilis d. l. proſpexit. quia lex, uerba. C. de adul. habet rationem ſubintellectam, quòd ideo mulier pendẽte tempore 40. dierum ad accuſandum prohibetur manumittere ſeruos, ne fiat in fraudem euitandæ torturæ, cui ſerui ſubijci debent: modò uult l. proſpexit. idem eſſe etiam in ſeruis, qui moram traxerunt in alia prouincia, nunquam uerſati in miniſterio mulieris, quo caſu ceſſat ratio prohibitæ manumiſſionis, Et tamen non ceſſat prohibitio. Et ita ſeruandum eſt, licet ſit durum: quia ita ſcriptum eſt. Si diceres, Ergo ceſſante ratione legis, non ceſſat lex, contra legem, adigere. §. quamuis. ff. de iure patro. cum ſi. datur reſponſio communiter approbata, ſecundum Bartol. in d. le. proſpexit. & in d. §. quamuis. quod illud dictum fallit, quando obſeruantia legis etiam ratione carentis ſolum impedit lucri acquiſitionem, quamuis indebite, quia hoc non euitatur, ſecus, ubi quis pateretur damnum, uel lucraretur indebite, quia lex reſtringeretur, ita latius per eum, quem ſequitur Imol. in l. ſi uero. §. de uiro. ff. ſolu. mat. & in l. ubi puſie. ff. ad Trebel. Et ideo Bar. in l. omnes populi. ibi, ſecundò quæro. ff. de iuſti. & iu. dicit, quòd phlebotomans in palatio non incurrit pœnam ſtatuti. Sed ſi ſtatutum priuaret lucro facientem ibi ſanguinem, ille priuaretur, quia licet deficiat ratio ſtatuti timentis ſcandalum, & honorantis locum, tamen non deficiet ſtatutum, poſtquam ſequitur ſola ceſſatio lucri, per dictam l. proſpexit. ¶ Conſidera quinque. Primò, quia uidetur iniuſtum, quòd contrauenienti legi, non autem quæ ſint legis, amittat lucrum. Ideo intellectus Bart. non placet. Sal. in l. ſi ſeruus. uerſi. iſta uerba non uidentur mihi perfecta. C. de noxalibus. Præterea in caſu lege. proſpexit. nedum ſequitur lucri amiſsio, ſed etiam corporis iniuſta afflictio, quia, ſecundum Sal. in d. l. uerba fruſtratoria, eſſet prohibitio legis, proſpexit. ſi illi abſentes torqueri non poſſent. ¶ Conſidera ſecundò uerba Bald. in l. nõ dubium.

dubium. C. de legi. dum dicit, quòd ſufficit l. eſſe rationabilem in ſua generalitate, id eſt, in generibus ſingulorum, non in ſingulis generum. Dato ergo, quòd in aliquo ſingulariſsimo caſu ceſſaret ratio legis, non tamen reſtringetur lex, ſecundum eum, quem ſequitur Pet. de Anch. in repe. c. j. ibi, circa ſecundum articulum. ſ. tit. proxi. ſed certè adhuc uidetur iniuſtum, quòd in illo caſu, quamuis ſingulari, ceſſante legis ratione lex affligat. ¶ Conſidera tertiò uerba Bald. in l. j. C. quæ ſit longa conſue. ubi dicit d. l. proſpexit. eſſe ſingularem rectè intellectam, quia ratio eius dicitur tacita ratio legis, l. uerba. & ideo in caſu formali emergenti non poſſumus permere formam legis, quia ex tacito non arguitur ad derogationem expreſsi. ¶ Sed certè licet in l. uerba non eſſent expreſſa, ratio tamen unica tantum reddi poteſt, de qua in d. l. proſpexit. & ideo illa habetur pro expreſſa. Imol. in le. fi. in fi. uerſi. in eadem glo. ff. de hær. inſti. Alle. Bald. in l. maximum. uer. ſed iſta ratio Bart. C. de lib. præte. No. Bald. in l. quamuis. in princ. C. de fideicommiſ. Sal. in l. ſi ſerui. C. de noxa. Pau. conſi. 334. præſens caſus. & conſilio 347. uiſa quadam. Alexand. conſil. 48. ſuper hæſitatione. Briaien. in Repert. in uerb. lex. in 4. col. Abba. in c. fi. ĵ. eodē. in c. cum inter uniuerſas. de elect. in c. fi. de re iudi. Philip. pulchrè in c. ſuggeſtum. j. not. per illum text. de ap. Abba. in c. ſecundò requiris. per illum text. de appel. ſentit gloſſ. in l. tale pactum. ff. de pac. ¶ Conſidera quartò Bald. in l. ſi quis ſeruo. ibi, ego dico. C. de fur. ubi dicit, quòd dilatio legis æquiparatur dilatoriæ ſtatutæ à iudice cauſa cognita. Vnde ſicut illa pendente nihil innouatur, C. de dila. ſiue pars. ita in caſu l. proſpexit. nihil eſt innouandum pendente ſpatio 60. dierum. Sed certè iſta innouatio non uidetur reſpicere finem prohibitæ manumiſsionis, attenta ratione d. l. uerba. & ueriſimili ignorantia ſeruorū abſentiū. ¶ Conſidera quintò Bald. in l. j. ff. ſol. matr. ubi dicit, quòd

82 † ubi ratio non eſt expreſſa in l. ſed per aliam l. ſubintellectam, ratione ceſſante non ceſſat l. ſi illa ratio non eſt neceſſaria, ſed probabilis. Ita intelligit d. l. proſpexit. & ita uult quòd ubi eſſet neceſſaria, ceſſaret l. in caſu ſingulari, in quo illa ratio non concurreret. Quod guſta. Sed certè hoc non eſt clarum, quòd ratio l. proſpexit. expreſſa ibi, non eſſet neceſſaria, attento quòd nulla alia poteſt ſubintelligi ad d. l. uerba. Et ideo non ſine cauſa dicebat Ia. de Are. in d. l. nō dubium. quod l. proſpexit. caret ſpiritu. Et placent uerba Sali. in d. l. ſi ſerui. quæ eſt l. 2. C. de noxal. quòd in caſu l. proſpexit. ratio eſt ſcripta in l. quaſi uoluntas ſit pro ratione. Sed non eſt inferendum, quod ceſſante cauſa finali legis non ceſſet l. per ea, quæ latiſſime colligit Imol. in cap. poſt translationem. de renun. probando late & copioſe, quòd ceſſet lex, quoties ceſſat ratio eius finalis. Et ibi inuenies, quæ dicatur finalis, [a] uel impulſiua. [b] Hoc modo l. proſpexit. procedit in caſu ſuo, & etiam in omni caſu, in quo nō appareret de cauſa finali legis. Et forte tenetur, quod cauſa, de qua in l. proſpexit, non fuit finalis, uel neceſſaria, prout dixit Bald. in d. l. j. ſol. ma. Et iſtis adde etiam gloſſ. fin. in c. j. de ſepult. in 6. quæ non uidens rationem l. dixit, non ſufficit ita ſcriptum. Similiter gloſſ. in l. 2. in princip. in uerſi. anno. ff. de acqui. rer. do. refert Io. dixiſſe, Soluat Apollo. Facit gloſſ. in uer. quadrageſimū. in clem. uolentes. de hæret. In qua tamen dic rationem: quia in epiſcopo minoritas ætatis compenſatur cum examine, quod maturius fit, quam in promotione inquiſitoris. Abb. in c. cum in cunctis. ad fi. in princip. de elec. Et dixit Bal. in l. accepta. ult. q. C. de uſu. quod ſtatutum, licet durum, eſt ſeruandum, per d. l. proſpexit. Intelligo, quando non apparet de ratione: ſecus, ſi appareret, & ſit finalis: quia ea ceſſante ceſſabit ſtatutum etiamſi agitē de ſolo lucro amittendo, ut firmat Ang. & Alex. in l. quamuis. ad fi. ff. de in ius uoc. & Baptiſ. in d. l. ōct populi fol. 33. loquentes de phlebotomante, & c. contra Bar. ubi ſ. Et hæc nota: quia non reperies alibi.

Vᴛ ʀ ᴜ ᴍ ǫ ᴜ ᴇ Agitur de iuſtitia poſitiua, ſufficit in l. uel ſtatuto uoluntas pro ratione. Cardi. & Imol. hic propter gloſſ. aureā in l. j. §. pueritiam. in uerb. prætor raptus. ff. de poſtul. ¶ Per illam gloſſ. dicit Bald. ibi in §. ſi initium. in fi. quod præſcriptiones ſunt de iuſtitia poſitiua, de quibus ratio reddi non poteſt, & ſequitur hic And. Sic. Per illam gloſſ. dicit Bal. in c. cùm uenisſent. de eo, qui mit. in poſ. quod conſuetudo præſumitur in dubio laudabilis & bona, ex quo ciuibus placet, quia quod eis placet, generat concordiam, quæ ciuitatibus eſt utiliſſima. Per illam gloſſ. dicit Bal. in c. ex reſcripto. de iureiur. quod ſtatutum non dicitur irrationabile, quando habet ſolùm rationē motiuam. Per illam gloſſ. dicit Bald. in rubric. C. de conſtit. quod conſtitutio dicitur rationabilis, eo ipſo quod non reperitur prohibita, licet eius ratio demonſtrari non poſſit. Allegat etiam Arch. 8. diſtin. fruſtra. dicentem, quod omnis conſuetudo dicitur rationabilis, quæ nō obuiat canonicis inſtitutis. Per illam glo. dicit Pet. de Anch. conſi. mihi 263. iure diuino. ad fi. quod capitaneus ciuitatis non poteſt dicere reformatoribus ſtatutorum, quare non reformauerſit, prout ordinatum fuerat, quandiu ipſi tenēt locum domini, quia pro eorum motu præſumitur, & refert uerba Bal. in d. §. ſi initium. Per illam glo. diſputando tenuit Fed. de Scalis, quòd in ſtatutis ſufficit uoluntas pro ratione. Vnde non dicitur ſtatutum irrationabile prohibendo, ne magnates ingrediantur palatium, & ſufficit ratio ſaltem motiua. Et ſequitur Angel. in d. §. pueritiam. Per illam glo. dixit etiam Angel. ibi, quòd ſi ex forma ſtatuti contra inſtrumentum guarentigiæ non poteſt fieri probatio, niſi per publicum inſtrumentum, habens teſtes paratos, & in iudicio ſeculari repulſus non poteſt ad curiam epiſcopalem recurrere ratione denegatæ iuſtitiæ, quia non denegatur iuſtitia ſeruando ſtatutum. Hoc tamen non affirmo, quia contrarium tenet But. in c. cùm Ioannes. ibi, ad primum. de fid. inſtr. Bald. in l. fi. §. in computatione. ad fi. C. de iu. deli. & in authen. clericus. poſt princip. ibi, adde ſecundum Arch. C. de epiſcop. & cler. Bar. Veron. cautela 285. ſtatutum quandoque. & Bu. & Imol. in c. 2. de proba. ubi poſui in quarta intelligentia. ¶ Pro illa gloſſ. pondera etiam gloſſ. j. in fi. in c. ius generale. j. diſtin. quòd rigor iuris inducit aliquid contra naturalem æquitatem, & ſufficit ita eſſe ſcriptum, & latè Domi. poſt Bart. Et adda iſtis Angel. in l. iuſtitia. poſt medium, ff. de iuſt. & iur. ubi ponit, in quo differt iſta iuſtitia naturalis a poſitiua, quia naturalis habet rationem urgentem, poſitiua procedit ex mera uoluntate ius ſtatuētis. Vnde dicunt aduocati, in ſtatutis ſufficit ſtatuentes ita ſtatuiſſe. Alleg. glo. j. in d. §. pueritiam. & dicit ſe neſcire alibi, & illa naturalis producit naturales effectus, & eſt apta producere & tollere naturalem obligationē, poſitiua uero nec inducit, nec tollit. Exemplifi in chirographo ante biennium, l. ſi pœnæ. ff. de cond. ind. ſecundum eum, qui etiam pulchrè ponit de dicto recurſu ad eccleſiaſticū. Iſta declarant c. quo archiepi. all. in glo. de ratione reddenda. Dixit tamen Bal. in l. 3. C. de in. dot. quòd ubi ſtatutum habet pro ratione ſolum motum ſtatuentium, non trahitur ad ſimiles caſus. Quod no. ad ea, quæ dixi de l. proſpexit. Dicit etiam Arch. in c. in primis. ſuper uer. probato. 2. q. j. quòd ubi agitur de reuocandis geſtis per principem, aſsignatur diligenter omnis ratio defectus, ut patientius toleret, ſicut & Philippus rex Francorum oſtēdit Ioanni Papæ XXII. eſſe reuocandam conſtitutionam Clementis V. prohibentem haſtiludia, & torneamenta, quæ fiebant à torneantibus pro auxilio Terræ ſanctæ, ne euacuato ſtipendio militari oporteret eos retrocedere, ut multis euenerat: quoniam cum per talem conſtitutionem inciperet deficere ſolita militum copioſitas, quæ per illos ludos conſeruabatur & augebatur, hac meliori ratione motus, conſtitutionem reuocauit, & incipit, Reuocatoria: quia in futurum. Facit c. non debet. de conſan. & affi. cum ſuis concor. in quibus ex meliori ratione l. reuocatur, ſicut & decretalis

a *Finalis*] *Vide a contrario dom. Soc. conſ. 159. incip. in præſenti cōſultatione præmittens. uer. confirmā tur etiā prædicta. circa medium, in 2. parte. qui dicit, quòd cauſæ, quæ cohærent ipſi diſpoſitioni, & quæ in ſpecie iuris diſpoſitione inducūt et arctant adita diſpo-dē, dicuntur eſſe finales. Et adde, quòd cauſa finalis in quacunque diſpoſitione ſignat principale inuentum, ut per præfatum do. Soci. conſil. 251. inc. Quoniam in præſenti conſultatione. uer. comprobatur nam. circa princ. in d. parte.*

b *Vel impulſiua*] *Quæ autem dicatur cauſa impulſiua, uide in Spec. in ti. de fer. §. j. ad fi. uer. item not. & in tit. de diſ. & alle. §. poſt hoc. uer. uel illud ſtatutum. et in ti. de ſolu. §. ceterū. uer. itē quod fuit. & de inſtr. edi. §. nunc autem uidendum. uer. item quod fuit ob cauſam.*

talis unica, & ſchiſma in 6. edita per Bonifacium VIII. in confuſionem domus de Columna, tunc de eccleſia malè merentis, fuit poſtea ob eius emendationem ſolenniter annihilata per Benedictum XI. In conſtitutione in c. Dudum bonæ memoriæ. Et ſic de ſimilibus. ¶ Dum gl. hic dicit,
13 paratum † debere eſſe prælatum reddere rationem, & c. intellige præmiſſa deliberatione, Inn. in c. j. poſt prin. de ſum. tri. Neque indecens eſt, quòd etiam aliquando conſulat peritos: quia ſæpe diſpenſat Papa, ut uiri minus literati, & in temporalibus inexperti, ſint epiſcopi, ſecundum eum. Alle. cap. niſi. §. ne pro defectu. de renun. ubi uitæ integritas ſupplet ſcientiæ defectum. Quod uerbum habeo prima facie pro mirabili. Nam cum Apoſtolus præcipiat epiſcopum eſſe debere peritum ſciētia, ut j. ad Thimo. c. 4. & etiam in multis locis adductis à Gratia. in c. qui eccleſiaſtici. §. ecce. 36. diſ. non uidetur, quòd poſsit Papa diſpenſare contra Apoſtolum. Sed reſponde, quòd Apoſtolus in ſua doctrina aliqua poſuit, ſicut promulgans ius diuinum, ut ad Gal. 5. a Si circūcidimini, Chriſtus nihil proderit uobis: & multa huiuſmodi: & in hoc Papa non diſpenſat, quædam uerò, ſicut propria authoritate ſtatuit, iuxta illud ad Cor. 11. Cætera cum uenero, diſponam, & in his Papa diſpēſat, & idem in non concernentibus ius diuinum. Ita declarat ſanctus Tho. Quodlibeto 4. art. 13. in fi. & in alijs locis not. per fratrem Io. de Tu. cre. Card. ſancti Sixti, in tracta. De poteſt. Papæ, q. 63. Et quòd Papa diſpenſat ex cauſa contra Apoſtolicum ſtatutum, exceptis pertinentibus ad generalem ſtatum eccleſiæ, nota. Innocent. & alij in c. ſuper eo. de biga. Vide remiſſiones, quas dedi in c. fin. ad fi. de ma. & obe. & in ca. quæ in eccleſiarum. de conſti. Sed poteſt quis pertinacius inſtare. Scriptum eſt enim Oſeæ 4. Tu ſcientiā repuliſti, & ego te repellam, ne ſacerdotio fungaris mihi. Ergo illiteratura in ſacerdote eſt prohibita à Deo, & ſic ſuper iſtam nō cadit Papalis diſpenſatio, utpotè quæ non pōt operari in prohibitis à iure diuino, ca. ſunt quidam. 25. q. j. Reſpondet, quòd ibi Dominus loquitur de ſcientia diuina prophetis reuelata, quam illi ſacerdotes repellentes à Domino repellebantur, ut dicit gloſſ. Et ideo text. in c. niſi. §. propter defectum. de renun. allegans iſtud dictū Prophetæ, concludit, quod in epiſcopo non requiritur ſcientia eminens de neceſſitate, ſed ſufficit competens, iuxta c. cum in cunctis. de elect. Et ibi Innocent. declarat, quæ ſit ſcientia eminens, mediocris, & ſufficiens. Et dictum Inno. in d. c. j. de ſum. trinita. non intelligitur de illiterato penitus, tum, quia loquitur de minus literatis, tum, quia omnino illiteratus eſt incapax dignitatis ipſo iure, ſicut infans, furioſus, & ſimiles, ut per Innoc. in c. cum noſtris. in princip. de foro compet. quem retuli in c. 2. ſuprà, eodem. De iſto loquitur c. fin. de ætat. & quali. ubi epiſcopus propter omnimodam illiteraturam fuit depoſitus. Et de hoc plenè ponit Domi. in c. ſedulo. 38. diſtin. Et ibi etiam dicit, quod ille, qui ſcit perfectè loqui literaliter, adeò quòd officium ſuum bene exercet, etiamſi ignoret Grammaticam, nō dicitur omnino illiteratus. Alle. Ioan. And. in d. c. fi. de æta. & quali. qui hoc latè ponit, & referunt ibi But. & Domi. quos uide. ¶ Sed dices tu acutiùs, Si ſufficit in prælato ſufficiens ſcientia, ergo non eſt opus diſpenſatione. Ad hoc ergo, ut dictum Innocent. qui loquitur de diſpenſatione, aliquid operetur, uidetur intelligendum de diſpenſatione ſuper ignorantia, quæ ſit minus, quàm ſufficiens ſciētia. Reſponderem, licet non legerim aliquem inſiſtentem in iſtis, quòd Innocent. exigit diſpenſationē, quando duo concurrunt, quæ poſſunt repellere electum, uidelicet quòd ſit minus literatus, & inexpertus in temporalibus, nam & hoc ſecundum repellit à promouendo, 39. diſtin. per totum. Vbi autem concurrit totalis illiteratura, credo quod ſi Papa diſpenſaret, eſſet diſpenſare directè contra ius diuinum, & ideo niſi ſubeſſet maxima & apparens cauſa, fortè ſua diſpenſatio non teneret, nedum in promoto ad epiſcopatum, ſed etiam ad beneficium curatum. De tali illiteratum non loquitur dictus §. propter defectum. Nec fortè de tali poteſt intelligi c. licet. de cuſtodia. de elec. quòd ſolum potuit tollere exceptiones iuris poſitiui, non autem diuini, uel naturalis ſexus, putà furoris, & ſimiliū, quibus æquiparatur penitus illiteratus, ſecundum Innocent. in d. c. cum noſtris. Nihilominus gl. in c. j. uer. Inſufficientem. in princip. & in fi. de renun. in 6. uult, quod ſpeciale ſit in Papa, ut propter defectum literaturæ non poſſit deponi, quia ſolum hæreſis facit eum poſſe deponi, c. ſi Papa 40. diſt. & eam ſequitur Dominic. in d. c. ſedulo. Pro reſponſione autē ad dictam rationem, uidelicet quomodo potuerit ius poſitiuum tollere inhabilitatem inductam ea diſpoſitione iuris diuini, potes dicere, quod fuit ea cauſa, ne propter diſpoſitionem primi paſtoris contingere poſſet turbatio mundi, qui de facili ſcandalizatur ex depoſitione pontificis. Tamen in hoc ſubſiſto.

Galat. 5.] Ad de Act. 15.

14 Gamenatco raaerspte Habet † uim clauſulæ ex certa ſcientia. Ita probat iſte tex. cum glo. & expreſſius gloſſ. in c. j. in uerb. uocatur. ibi, in reſcripto etiam dicimus. de conſti. in 6. & gloſſ. j. in c. reſcripta 25. q. 2. Similiter habet uim clauſulæ, Non obſtante. But. in c. j. ī. eodē. in uer. ſaluari poteſt dictum Legiſtarum. & in c. quæ in eccleſiarum. uer. quandoque eſt dubium. ī. tit. proxi. Similiter habet uim clauſulæ, Motu proprio. Bald. in l. nec damnoſa. C. de preci. imper. offe. quem extollit Lud. in l. ſi uerò. §. de uiro. 3 c. fallen. ſol. ma. Et Præpoſitus Mediolanenſis in ca. per duas. de diuor. & Alex. in l. 3. in princi. ff. de quod quiſque iur. addens Ioan. And. & alios in c. porrecta. de confir. uti. uel inutil. dicentes, quòd geminata conceſſio intelligi-
15 tur ex certa ſcientia concedentis. ¶ Obſtat † cap. ſi motu proprio. in fin. de præben. in 6. niſi dicas, prout dicit Ludouicus. illum text. limitari in caſu prædicto, quæ reſponſio repugnat illi textui, in uerbo Solum, uel dicas, quòd de proprio motu conſtare poteſt aliter, quàm per expreſſionem, putà ex coniecturis maximis. Vna eſt, quando prouidetur perſonæ exiſtenti in loco remotiſſimo, Rota in nouis, hoc titul. 27. licet Romana. Sed iſtud reprobat Dominic. in d. cap. ſi motu. quia ad conſequendos fauores motus proprij lex ſe reſtrinxit, ut exigatur dicta expreſsio, dato quòd poſsibile ſit de motu proprio aliter apparere poſſe, ut latius per eum. Pro quo uide Bal. infra eodē, cum adeo. ad fi. ibi, ego puto. ubi firmat, quòd etiam in gratia cōceſſa abſenti & ignoranti debet. ex primi Motu proprio. Et ultra iſtos facit ratio, quia poſsibile eſt uel quòd ipſe abſēs prius rogauerit Papam uerbo, uel literis, uel alius pro eo, & ſic nulla abſentia arguit infallibiliter motū proprium. Datur alia coniectura, puta ſi priuilegium eſt clauſum in corpore iuris, quod dicitur datum proprio motu. *Gloſſ. & Bartol.* in authen. quas actiones. C. de ſacroſan. eccle. Bart. in l. j. in fi. C. de bo. uac. libro 10. Datur alia, quando gratia non conceditur ſingularibus perſonis, ſed ſub uniuerſitate, puta omnibus eccleſijs, quia impoſſibile eſt, quòd omnes ſupplicauerint. Bald. in d. authent. quas. ¶ Conſidera primo, quòd in hoc ultimo potuiſſet aliquis ſupplicare pro omnibus. Sed dic ſatis eſſe, quod, quo ad ſpecialē poſtulationem alicuius eccleſiæ, non emanauerit conceſſio. ¶ Secundò conſidera, quòd in iſtis exemplis adhuc obſtat dictum c. ſi motu. præſertim quia habet locum etiam in materijs nō beneficialibus. Ioan. And. in Spec. de cauſa poſ. & propri. §. quia uerò. uerſic. quid de colligentibus. addi. a. poſt med. dum dicit, quod conceſsio facta de pedagijs in loco, ubi exiguntur alia pedagia, non ualet, quia locum grauatum non præſumitur princeps grauare. ¶ Limitat, niſi concedat motu proprio, & hoc exprimatur, per dictum c. ſi motu. Et ſic intelligit, quòd habeat locum etiam in non beneficialibus. Sed contrarium firmat Pau. conſil. 28. In facto præſenti. dicens d. c. ſi motu. procedere in gratijs, ſeu priuilegijs, & nō in alijs. Sunt enim illæ odioſiſsimæ, cap. quamuis. lo j. de præbend. in 6. Et idem ſenſit Rota. 57. præallegato, dicendo, quòd ca. ſi motu. continet nouum & rigoroſum, neque extendendum. Ponderant gloſſ. fi. in fin. ibi, quæ dicit ita ſcriptum eſſe. Et tenendo hoc tranſiret dictum Bal. de quo ſuprà, præterquam in beneficialibus, uel priuilegijs, licet indiſtinctè uulgus eum ſequatur. ¶ Et not. quòd iſta ſtant ſimul, uidelicet principem fuiſſe rogatum, & tamen conceſſerit proprio motu, quaſi inclinatus non ui precum, ſed à ſeipſo. Bal. de offi. leg. niſi & econtrà, ubi eſt clauſula, Motu proprio, poſsibile eſt, quod à precibus motus fuerit, Cardinal. ſuprà conſil. alleg. 141. Sanctiſsimus. Tamen regulariter capiuntur iſta propriè iuxta communem accidentiam, & capiens aliter haberet onus probandi.

a *Alijs caſibus] Ad quam mate- riam adde do. Socin. conſi. 30. incipien. In cauſa interpellationis. uer ſiculo, ſecundo confirmatur. circa princ. in 2. parte. & conſ. 15. incip. Viſis prædictis publicis inſtrumentis. uerſ. tertius uerò tractatus. circa fi. in prima parte, & conſi. 67. in cip.; circa primam quæſt. uerſ. circa aliam quæſt. ibi, nam in d. parte.*

b *Geminata] Pro qua materia uide plenè Pau. de Caſt. conſi. 172. & conſi. 300.*

di. Sciat, etiam, quòd geminatio actus operatur in multis alijs caſibus a, ut per Ludo. in d. §. de uiro. 31. fallen. & aliquid per Præpoſ. in d. c. per tuas. Dixi pluties ultra eos, de fid. inſtr. ſi cautio. tractando de confeſſione extraiudiciali geminata, b dicetur aliàs magis pertinenter. Prædicta non reperies declarata. ¶ Vltimo nota. ſolus Domi. ea gloſ. fi. quod prohibitum dicitur dupliciter, ſcilicet expreſsè & implicitè: & dicens eſſe prohibitum, non dicit falſum, licet ſit prohibitum implicitè, ſi non eſt prohibitum explicitè. quod nota pro ſaluandis teſtibus, quorum unus dicit fuiſſe prohibitum, alius non: pone ad cap. cum tu. de teſtibus. ubi poſt alios dixi de concordandis teſtibus.

SVMMARIVM.

1 *Ciſtercienſes habent priuilegium, quod non poſſunt conueniri per reſcriptum Papæ in materia ſuorum priuilegiorum, niſi fiat mentio de ordine.*

2 *Vbi non eſt neceſſarium aliquid exprimere, uel aliquam ſolennitatem adhibere, ſi tamen exprimatur, & ineptè actus non ualet.*

3 *Libellus ineptus an uitiet proceſſum, quando cauſa eſt talis, quòd non erat libellus neceſſarius.*

4 *Priuilegium non poteſt trahi extra limites ſuos.*

5 *Statuta mercatorum in materia non concernente mercantias, non operantur in alio foro, ſecus quæ concernunt mercantias.*

6 *Dominus non tenetur de delicto familiarium, niſi quando delinquunt in materia, in qua utebatur opera eorum.*

7 *Impetratio facta contra priuilegium fori, eo tacito non ualet, & ideo reſcriptū ſuper materia feudali, tacito de feudo, nō ualet.*

8 *Priuilegiatus an teneatur comparere allegaturus priuilegium. Hæc eſt magna materia in iure, quam hic de. Fel. egregiè tractat arguendo affirmatiuè & negatiuè.*

9 *Priuilegium inſertum in corpore iuris, dicitur eſſe notorium.*

10 *Præſumptiones iuris inducunt probationem liquidiſſimam.*

11 *Notoriū reſultās ex actis, nō indiget allegatiōe. Prima declaratio.*

12 *Notorij materia quando habet concurrere in actu non ſimpliciter, ut de ea habeatur notitia, ſed ut ſuper ipſa inſiſtatur & proſecutio fiat, tunc debet allegari. Secunda declaratio.*

13 *Notorium proponere tenetur ille, qui eſt præſens in iudicio, & quid, ſi eſt abſens. Tertia declaratio.*

14 *Exceptio declinatoria ſi notoriè competit abſenti, ſi tamen hoc non eſt notum iudici, debet citatus comparere ad allegandum ſe eſſe talem. Quarta declaratio.*

15 *Exceptione notoria tutus, quando non comparet ad allegandum ſe eſſe de illis, quibus exceptio competit, an proceſſus teneat.*

16 *Notorium quod reſultat ex facto hominis, debet allegari per eum, etiamſi eſt notorium præſumptione iuris. Quinta declaratio.*

17 *Probare teſtes eſſe infames infamia iuris, ſufficit, & fuiſſe tēpore teſtimonij, nec opus eſt probare, quid pro talibus reputabātur.*

18 *Notoria exceptio, uel præſumptio oriens ex facto proprio, quamuis debeat allegari, ſi tamen non allegetur, iudex poteſt ſe in ea fundare. Sexta declaratio.*

19 *Præſumptio reſultans etiā notoriè ex facto proprio debet allegari, ſecus, ſi reſultat ex facto alieno. Septima declaratio.*

20 *Dominus olim, licet præſumatur nunc dominus, tamen requiritur, quòd qui fuit olim dominus, alleget ſe dominū in præſentiarū.*

21 *Priuilegium datum certo ordini, ut nō teneatur recipere aliquem ad ſuas eccleſias per literas Papæ, quæ non faciunt mentionem de ordine, non procedit in tribus caſibus, quos hic ponit.*

CAPITVLVM VI.

1 CVm ordinem. ¶ Ciſtercienſes † ſunt priuilegiati, quod non poſſint conueniri per reſcriptum Papæ in materijs ſuorum priuilegiorum, niſi fiat mentio de ordine. ¶ Per locum à ſpeciali inferunt Doct. non eſſe neceſſariam mentionē aliorum ordinum, ſi tamen fieret mentio ordinis, & in ea erraretur, non ualeret impetratum. But. & Imol. hic per not. j. eod. Rodulphus. Et credo, quòd intelligant, quando per alias demonſtrationes nō conſtaret de corpore, alias ſecus, per not. j. eod. ſignificaſti. Et iſtam deciſionem ſoleo inducere ad probandum, quòd 2 † ubi nō eſt neceſſarium aliquid exprimere, uel aliquam ſolennitatem adhibere, ſi tamen exprimatur, & ineptè, a actus non ualet. Quod 1 cum ſeruiat ad multa, & ad hoc uaria dicta collegerim, inſiſto parumper, tāquam ſuper inueſtigatione noua, & confirmo, quod dixi, Deinde declarabo nouo modo, inſertis optimis deciſionibus. Facit pro hoc dictum Ion. in c. fi. de procu. ubi dicit, quòd ſi in actu, in quo non requirebatur de neceſſitate authoritas ſuperioris, fuit poſtulata a non habente poteſtatem illam interponendi, non ualet actus, & ſequitur ibi Abba. uerſi. nunc deſcendo. Et dicit Bar. in l. edita. C. de eden. quòd licet expreſſio cauſæ non ſit neceſſaria in libello, parte non opponente, l. fi. C. de annu. exc. tamen cauſa expreſſa in libello reddit eum nullum, ſi eſt inepta, ut peto 10. quia rex eſt in Francia, propter gloſſ. in l. ij. §. circa. ff. de doli excep. & ſequitur But. in c. dilecti. de iudi. & Bald. in d. l. edita. in repe. Paduana, & ibi Alc. uer. ſimiliter uota. Notat Bar. in l. j. in prin. ff. de eden. Ad idem, quia licet iudex nō teneatur exprimere cauſam in ſnīa, c. ſicut. de de re iud. Tamen ſi exprimat ineptā, uel falſam, uitiatur ſnīa, ut per Ion. & alios. in c. in præſentia, de renun. cum ſi. Similiter licet nomen actionis omiſſum non uiciet libellum, c. dilecti. de iudic. tñ ſi exprimitur actio inepta, nec exprimatur alia cauſa, libellus reijcitur, examinato. de iudi. Et dicit Rota de reſcrip. 41. in antiquis, quòd licet de iure non ſit neceſſaria expreſſio ualoris in impetratione beneficij, glo. 5. poſt prin. in cle. j. de præben. tamen ſi exprimitur falſus ualor, uitiatur impetratio. Dixi j. eod. ad aures. uerſi. 2. concluſio. Et poſſent adduci aliquæ regulæ, maxime l. expreſſa nocent. cum ſuis concor. ff. de reg. iur. Et quæ allegantur prò & contrà in regula, utile. lib. 6. cum multis, de quibus per Azonem in lib. Brocardicorum, rub. 390. incip. De uitiatis, quoniam iſta ſapiunt materiam brocardicam. ¶ Sed aduerte, quia prædicta & ſimilia uidentur caſualia, ſeu ſpecialia, & habentia in ſe particularem rationem. Vnde ex ipſis non eſt ſumenda regula, imo regula uidetur ſumenda in oppoſitum, ut ſtatim uidebis, nam in caſibus præmiſſis, ſi ſolennitas non neceſſaria non fuiſſet attentata, actus carebat uitio, & non conſtabat de inepta uoluntate agentis, in qua erat de ſubſtātia actus, quòd eſſet apta, & ſi nō exprimebatur, præſumebatur apta. Modò cum per ineptam expreſſionem illa intentio, quæ de ſubſtātia requirit aptitudinem, ſit patefacta, ineptè uitiat actum, per regulam c. cum ſuper. de offi. dele. quòd potuit, noluit, &c. Vnde dicit gloſ. utilis ad hoc propoſitum. in uer. de nouo. in cle. conſtitutionem. quòd plus nocet inepta locutio, quam ſilentium, etiam ubi loqui non eſt opus. Et ita loquuntur oēs deciſiones præallegatæ. Videmus in ſimili, quòd lex non audit uolentem probare contra id, in quo eſt præſumptio iuris & de iure, c. is, qui. de ſponſ. tamen ſi is, pro quo præſumitur, confitetur contrarium in materia ab eius pōtate dependente, admittitur probatio talis confeſſionis. Gl. & Doc. in authen. ſed iam. C. de do. ante nup. Ion. in c. pleriq;. de immu. eccle. quòd eſt ſolum ea ea ratione, quoniam patefit defectus in ſubſtantialibus, ſine quib. lex non toleraſſet actum, ſed ipſum tolerabat præſumens pro eius ualiditate, cui non opponebatur de euidenti contrarietate. Et abſq; ſpecialiori reſpōſione ad prædicta potes uidere per te, quod oīa reducuntur ad id, quod eſt dictū. Vnde nunc multis modis oſtendo, quod inepta attentatio ſolennitatis non uitiat actum, quādo actus aſſumit robur aliunde, quàm ex illa ſolennitate. Et ſic eius ineptitudo nō tangit uires actus fundatas in alijs cauſis, & ſiue ſolēnitas fuerit omiſſa, ſiue ineptè ſeruata, oīno lex erat contenta, & firmabat pedem ſuꝑ ualiditate actus debito modo expediti. Vnde dicit tex. in l. j. in prin. C. de rei uxo. act. quòd ſicut actio de dote cōpetit, ſi ſtipulatio non fuit expreſſa, ita ſi fuit expreſſa inutiliter. Et uidetur text. arguere ſic, ſi omiſſa ſuppletur à lege, quare non debet inutiliter expreſſa haberi pro ualida. Et dicit tex. in l. 3. ff. de mili. teſt. quod inepta ſolēnitas adhibita

a *Et ineptè] Vide tamen domin. Alexan. de Imol. ſingul. in l. quandiu. C. qui admit. quòd expreſſio inepta non uitiat, quando non fuit neceſſaria.*

in teſtamento militis ea ſuperabundanti, non nocet, cùm non eſſet neceſſaria. Et dicit text.in c.bonæ. lo 2.de elect.q defectus in obſeruantia ordinis iuris nõ uitiat proceſſum, quando proceſſus oĩno de ſe erat ualidus abſq; illo ordine non ſubſtantiali. Et illum tex. ualde no. Ab.in d.c.ſi.de procur.& in d.c.bonæ.uer.ultimò no.inferens, q libellus ineptus non uitiat proceſſum, quando cauſa erat talis, quòd

3 † libellus non erat neceſſarius:& alleg.no.in l.unum. ff.ſi cer.pe.ubi de hoc eſt glo.magna in ſi.quã multi ſequuntur relati ibi breuiter per Alex. [a] in ſi. inferentem pulchrè ex ea,q licet ſentẽtia lata ſuper inepto libello ſit nulla, [b] glo.magna in fin.Inſt.de obli.in princ.tamẽ ſallit,quando non requirebat libellus. Et dicit tex.in cle. ſæpe.10 fin.de uerbo.ſig.quòd ſi in cauſa ſummaria procedit plenariè, non uitiatur proceſſus. Not. Bu.in c.cùm dilecti.uer.no. ex uer. alioquin. de elect. amplians, etiamſi per oĩa iudex non ſeruet modum in illa ſuperflua obſeruantia plenarij ordinis, per illum tex.ubi ſi compromiſſarij, qui non arctantur ad ſerutãdas uocem capituli de facto, ſerutantur eas, poſſunt pro libito eligere etiam contra uolũtatem maioris partis. Et dixit Inn.in c.inter dilectos.ſo per uer.publica.de ſid.inſt. quòd ſi inſtrumentum habet ſuas partes ſubſtantiales, non uitiatur ex corruptione uel amiſſione ſigilli, cùm nõ eſſet neceſſarium, niſi, ſecundũ Hoſtien.ibi, partes expreſſiſſent in contractu,q ſigillum eſſet de eſſentia. Et dicit Bal.in d.l.3. poſt princ. ff.de teſt. mil. quod ſi electus in arbitrum & arbitratorem cœpit procedere, ut arbiter, & proceſſit inordinatè, ualebit proceſſus: quia cùm eſſet etiam arbitrator,non tenebatur ſeruare ordinem iudiciarium, ſecũdum Inn.in c.Quintauallis. ad ſi. ibi, item non facio uim. de iureiu.& cum Bal. concordat Bu.in d.c.Quintauallis.in 4.differentia, allegando alias authoritates,de quib. per eũ. Et uide multa iura alleg.per Ioan.An.in regula,acceſſoriũ. de reg.iur.in 6.quæ probant optimè prædicta. Et eius deciſio uult, quòd ubi quis renunciat legi eximenti eum ab aliquo onere, ſi attentat illud onus, debet attẽtare ſolenniter. Exemplum in Doc.qui non tenebatur diſputare: nã diſputando renunciat priuilegio,& per conſequent.ſi non ſeruauit ceremonias iniunctas à ſtatuto in actu diſputationis, incidit in pœnam ſtatuti. Et iſtud dictum poſſet etiam limitare multa ex dictis & dicendis. Et dicit Pet. de Anc.conſil. mihi. 120. Iſte dominus executor. quòd cùm executor merus non teneatur ſeruare ordinem iuris, ut per Inn. in c.ſi. de præſump.& gl.in cle.j.de offi.deleg. tamen ſi ex ſuperabundanti ſeruet ordinem, uel cites, non efficitur mixtus, nec nocet talia. Alleg.d.c. bonæ. Item Pet. de Anchar. in d. clemen.j. Et ſequitur ibi Imol.uerſi.& hoc inducit.dicens, quòd ſi executor merus cœpit procedere, ut mixtus, poteſt deſiſtere & procedere, ut merus. Inducit ſimile de arbitro & arbitratore ſimul, qui ſi cœpit uti poteſtate arbitri, poteſt procedere, ut arbitrator. Inducit notata in d.c. Quintauallis.& in d.l.3. & per Bart.in l. ſi dominium. ff.de fur, cum ſi. Et ſicut ineptitudo interueniens in actu non neceſſario, non uitiat, ita multo minus uitiatur ipſe actus non neceſſarius bene ſeruatus. Ita ſciat dixiſſe Inn.in c.nouit.non longè poſt prin. ff.de iud.ubi uult, quòd obſeruare ordinem iudiciarium nunquam nocet. Dixi ſ. eod.cum dilecti.uer.amplia quintò. Facit & ad prædicta deciſio ſolennis Inno.in c.examinata.circa fin.ibi, imò plus uidetur.de iudic. ubi dicit, q ſicut non eſt neceſſe exprimere in libello actionis nomen, c.dilecti.eo.ti.ita ſi exprimatur, & ineptè, ualet libellus, dum modò intentio ſit aptè expreſſa. Et ſequuntur ibi cõmuniter Doc.& Alex.copioſè in l. j. ad ſi. principij, ff.de eden. Et illud uerbum dum modò, &c. multum facit pro concordia, quam ſ. poſui, dum uult Inno. q inepta adiectio uitiet, quando ex ipſa res ſubſtantiatur. Fateor, q ſuper illo dicto Inno. dicuntur multa & uaria inter Doc. utrinſq; iuris, quos opportunè referunt And. Sic. & do.meus de Arc.ibi. Sed tandem communis opinio eſt pro Inno.ut etiam per Alex.in d.l.j.& dixi ſatis ultra prædictos in d.c.examinata.limitando, niſi actio eſſet nedum inepta, ſed contraria ad intentionem, ut ibi per Arc.qui ad propoſitum noſtrũ allegat aliqua pulchra, ut uideri põt. Sic etiam intelligo Bart. in extrauag. ad repri.in uerb. figura. uerſ.& aduertendum.dum dicit, quòd ineptus libellus non uitiat, ubi non eſt neceſſarius libellus. Tamen dic, quòd ſi datus libellus ſolẽnis, debet cauſa finiri per ſolennem ſententiam, ſecundum gloſ.ſi.in l.proinde.la 2.ff. Ad l. Aquil. quæ non eſt alibi, ſecundum Bal.in l.diffamari.C. de inge.& ma. Sed hoc declara, ut per gloſ.in d. cle. ſæpe.ad ſi. niſi conſenſus partis fuerit tacitus, ut ſentit Alexan. in d. l. diffamari. in apoſt. ad Bal. ubi uide. Et ad hæc adde Innoc.in c. cum inter uniuerſas. in ſi. de elect.ubi dicit, quòd quando citatio non eſt neceſſaria,ſi tamen quis citatur, non eſt opus eum expectare. Et facit tex.ibi probans electionẽ ualere,licet nõ fuerint expectati uocati non uocandi. Quod facit ad multa, ſecundum Abb.ibi. Et illud dictum Inno. ſequitur Ang. in l.diuus.ff. de teſtit.in integ. Et dicit Bald.in l. neque naturales.ad ſi. C. de proba. quòd ſi executor merus citauit, non tenetur expectare. Et dicit pulchrè Rot. de dolo & contu. 15.item ſi executor.in nouis, quòd citationi factæ ex ſuperabundanti, putà ab executore mero, nulla ineptitudo poteſt opponi. Et idem no. Lud.allegans bona iura, conſil.497.Diligenter. Idem Cal.loquens de inepta cõgregatione uniuerſitatis in tit.de iu.pa.conſ.11.& ibi uult ſingulariter,quòd ſi uocati uenerunt, non opponitur actui de inepta congregatione. Benefacit gl.Bal.& Alex.in l.j.in princ.ff.de ſenſ. dum dicunt, quòd ſpontanea comparitio purgat ineptitudinem citationis. Vide tamen Cal. de dil.conſil.2.ubi uoluit, quòd ubi dilatio nõ eſt neceſſaria, ſi tamen aſſignatur, debet aſſignari congrua. Et dicit Bal.in l.qui teſtamento.§. per contrarium.ff.de teſta.propter gloſſ.ſing.ibi, quòd contra teſtes, qui recipiũtur ex abundanti, non poteſt opponi de inhabilitate. Et dicit Cal.10 diſpu. Bononienſi, ſtatuto cauetur.in ſi.quòd ſi hæres, qui ueniebat ab inteſtato, adiuit ex teſtamento, quod erat minus ſolenne, tamen licitè tenet hæreditatem, ſaltem in foro conſcientiæ. Et dicit Flo. de ſancto Pet.in l.inſulam.ff.de præſcri. uerb. quòd ſi in accuſatione apponitur dies, cùm non eſſet neceſſarium, & non probetur, non nocet, per illum text. ubi adiectio falſi nominis non uitiat contractum, quod dicit eſſe cõtra Bart. in l.is,qui.ff.de publi.iudic. Sed tu uide,quæ in hoc dixi in c.2.ibi.reſtringe ſecundò.ſ.eo. Et dicit Bar.in l.demonſtratio falſa.7.q.ff.de condi.& demonſt.quòd error in demonſtratione ſuperflua non nocet, per d. l.j. C. de rei uxo. act. Sequitur Maria.in repe.c.qualiter.2. q.11. art.21.de accuſ. addens no.per glo.Bar.& Ang.in d.l.unum.ff.ſi cer.pe. Et dicit Sali.in pulchra q.in l.per diuerſas.15.q.C.man. quòd non neceſſarium, uel ſuperfluè appoſitum in libello, non uitiat, etiamſi ineptè. allegat l.ampliorẽ.§. in refutatorijs. C.de appe.& ſeipſum in l.edita. C.de eden. ubi uide eũ ibi, in uer. ſed præſuppoſito. Et dicit Ana.in c.qualiter. lo j.ad ſi.prin. de acc.quòd ſicut omittere ordinem præmittendi inquiſitionem famæ ante inquiſitionem criminis non uitiat parte tacente, c.2.de accuſ.in 6. ita ſi ille ordo ſeruetur, & ineptè,non uitiat parte non opponente, ſecus dic utroque caſu, ſi pars opponat, ut per eum ibi per illum text. & per Domi.in c.j.in ſin.de accuſ.in 6. ¶ Et dum dixi de libello inepto,ubi libello non erat opus, adde Bal. in l.& ſi ſine. ad ſi.C.ad Trebel.& Bal.in l.j.ad ſi.ibi, quæro, quid ſi in libello.C.de execu.rei iu. Et dicit Spe.de primo decre. §. ſequit. uer.ſed quid ſi apponatur. quòd licet in miſſione in poſſeſſionem ex primo decreto iudex adijciat, cauſa cuſtodiæ, tamen ille miſſus uerè poſſidebit.nam ex quo dixit, mitto te in poſſeſſionem,adiectio inutilis non uitiat, arg.l. quæ extrinſecus. ff.de uerb.obl.& regula, utile.cũ concor.per Cat. lib.6. Nec impentia iudicis potuit mutare formam iuriſdictionis. Benefaciunt multa, quæ ſoleo ponere in c.ſignificante.in princ.ſ.eo.oſtendendo,quòd inepta demonſtratio non nocet, conſtito de corpore. Et prædictam accumulationem à nemine alibi uſitatam non negligas, quoniam & ſi certum ſit eum uiris eleuati ingenij nauſeam parituram, ceſſabit tamen nauſea, quando uarijs occurrentijs in facto

pulſati

a Per Alex.] Quem etiam uide ad hoc in l.1. de offic. aſſeſ. in addi.ad Bart. contra Innocens.in c. cùm ad ſedem. de reſtit.ſpo. Et uide Bal. in l. & ſi ſine. C. ad Treb. & in l. 1. C. de exe.rei iu. et in l. 1.ff de lib.& poſt hu.& ibi Imo.

b Sit nulla] An & quando ſententia lata ſuper libello inepto ualeat, uide nota. & plene per do. Socin. conſil. 146. incip. Viſo proceſſu. circa med. in 1.parte: ubi etiam,quòd, quando in libello accuſationis omittitur locus.

pulſati exquirent accurata indagine iuris aperti deciſionẽ indiuiduam. Accidit enim ſanis, quòd ea ſæpe faſtidiant, quæ poſtea ægrotantes adorant, & expedire conſultantes per regulas generales eſt officium procuratorum, & eorum doctorum, quos uulgus poſitiuos appellat. Et hæc uerba habeas pro repetitis, quoties hæ noſtræ aggregationes ſunt tibi tædio.

4 Limitata Cauſa † priuilegij facit priuilegium non poſſe trahi extra limites ſuos. Ita pulchrè probat gloſſ. j. hic ibi, ſuper alia re. facit l. in agris. ff. de acqui. re. do. ubi probatur, quòd limitata cauſa limitatum parit effectum. a Bonus text. in l. & ita §. ex hoc dicto. ff. nau. cau. ſta. ubi nauta tenetur, quando recipit, ut nauta: ſecus, ſi ut amicus, uel uicinus. Per quem text. dicit Gul. de Cu. in l. j. C. quorum ap. non re. quòd ſyndici habentes ſyndicare officiales non impediunt ſe de geſtis extra officium. Sequitur Bald. in d. §. ex hoc. inferens, quòd præpoſiti artium non cognoſcunt de non pertinentibus ad artem: putà de quadam ſucceſſione. Similiter dicit Bal. in l. fi. C. ad Mace. quòd ſi ſtatutum dicit, quòd filiusfa. mercator poſſit contrahere, intelligitur ſolùm in factis mercantiæ. Et idem Bal. in d. §. ex hoc. dicens, quod ſi filiusfa. artifex tenetur ex contractu propter ſtatutum, intelligitur, ſi contrahit in arte ſua. Similiter Bal. in l. a. ibi, confirmatur. C. de conſti. pe. dixit, quòd † ſtatuta
5 mercatorum in materia non concernente mercantias, non operantur in alio ſoro: ſecus, quando concernunt mercantias. Similiter Aug. in l. j. C. ſi rect. prouin. dixit, quòd poteſtas non tenetur de geſtis per ſuos officiales extra, uel ante officium, Et idem Bar. in l. j. §. familiæ, ff. de publica. & Pet. de Anch. in c. ſi epiſcopus de offic. ord. in 6. & quod no. Bal. in rub. C. de exer. Iſta alleg. hic. And. Sic, cuius copioſitates nunquam inuenietis à me uſurpatas, ſed bene pingui fœno re amplificatas. ¶ Addatis nos Bal. in l. 2. C. ubi de ratiocinijs. ubi dicit, quòd officiales non ſyndicantur de his, quæ non geſſerunt in officio, nec officij contẽplatione. Dicit tamẽ Bal. in l. obſeruare. §. proficiſci. a. q. ff. de offi. procon. quòd licet de adulterio, uel obligatione extra tempus officij commiſſis, non poſſint ibi conueniri, tamen de eo, quod eſt factum intra terminos loci & tẽporis officij, tenentur. Et dicit Bal. in l. j. §. huius ſtudij. quaſi in fi. ff. de iuſ. & iur. quod ſi notarius poteſtatis Bononienſis uice & nomine cõmunitatis & poteſtatis, & omnium, quorum intereſt, uel intereſſe poſsit, recepit promiſsionem de non committendo maleficio ſub pœna mille, intelligitur de perſonis, quas officium poteſtatis amplectitur. Et ideo ſi aliquis deliquit Mutinæ erga Mutinenſem, non incurritur pœna, quia licet tabellio ſit perſona publica non in toto mundo, tamen in eo, quod facit in iudicio, attenditur ſolum officium iudicis. Idem Bal. in l. non aliter. in fi. ff. de adop. Et dicit Arch. in cap. j. ſuper uerb. fautores. in fi. de hære. in 6. quòd pœna ibi appoſita fauenti hæreticis, intelligitur in actu ordinato ad finem fauoris, ſecus, ſi eſt actus fauens nõ ex animo, putà non habere carcerem ex auaritia, & ibi Domi. Et dicit Bar. in l. ne quid. in prin. ff. de incen. rui. & nau. quòd † dominus non tene-
6 tur de delicto familiarium, niſi quando delinquunt in materia, in qua utebatur opera eorum. quod no. ad limitationẽ eius, quod dicitur epiſcopum teneri de exceſsibus commiſſis ab officiali ſuo, ut per Pet. de Anc. & Domi. in d. c. ſi epiſcopus. de offi. or. in 6. Rotam de off. uicar. 6. in nouis, & eod. tit. & nu. in anti. & eod. tit. j. in antiquioribus. & Bar. in l. j. C. de executor. & exactor. lib. 12. & Ang. in §. his, qui. in authen. de iud. per Old. conſ. 142. Rex habebat. Abb. in c. 2. de teſti. ſpo. & in cle. 2. in fi. de magiſ. qui limitant etiam aliter, ut aliàs dicetur. Et dicit Car. poſt Math. in cle. j. de hære. §. fi. quod offendens familiam inquiſitionis non cã iuuandi hæreticum, ſed propter ſpeciale odium, uel ob aliam cauſam, non dicitur uelle impedire officium, & in eo non habet locum illa cle. Et dicit Abb. in c. j. de offi. deleg. quaſi in fin. quod impedientes delegatum offendendo eum, non poſſunt ab eo puniri, niſi eius iuriſdictio ex hoc turbetur, quia uidetur ſibi data poteſtas puniendi rebelles ſolum in exercitio ſuæ poteſtatis. Et dicit extrauagans Inno. V. Apoſtolicæ. quod exemptio conceſſa officialibus Papæ, ut non

non

a *Perit effectũ*] a *Adde idem tenentẽ do. Soci. in ſuo conſil. 31. incip. proſequendo ordinem. uerſicu. ſecundò probatur. in 1. parte.*

poſſint per ordinarios adſtringi, ut in conſtitutione Ioan. XXII. cum Math. de Pontiano, quam habes impreſſam poſt conſilia Oldra. intelligitur. quando talis adſtrictio impedit officiũ eorum, aliàs non, facit c. cum capella. de priui. Et dicit Bal. qui ſint rebelles in uerbo, rebellando. in prin. quod rebellis officialibus imperij incurrit pœnas, de quibus ibi, dum modò rebellio concernat petita pro ſtatu imperij, ſecus, ſi reſiſteretur eis non obediendo in alia materia, licet largo modo dici poſſit rebellio, arg. c. j. de offi. deleg. non tamen, quo ad dictas pœnas, quia non rebellat principaliter contra imperium. Et dicit Ludo. conſil. 319. In cã Io. quòd prouiſio diſponens ſuper adhibenda fide theſaurario non procedit, quando agitur de materia non pecuniaria, & facit conſi. ibidem proximè præcedens. Et dicit Petr. de Peruſ. in trac. De ſocietate, 8. parte, q. 40. quod fideiuſſor pro parte cambij non tenetur pro mercantia etiam ſcripta in libris cambij. Et ita dicit cõſuluiſſe Bal. quia fideiuſſor in cauſam certã non tenetur extra illam. Plenè notatur in l. quæro. in prin. ff. locat. Et dicit Lud. cõſ. 270. Pro deciſione. in fi. quòd fideiuſſor iudicatum ſolui tenetur ad id, in quo reus eſt condemnatus reſpectu petitionis datæ ſuper principali negotio, non reſpectu negationis in iudicio factæ, uel reſpectu creſcẽtis contumaciæ. Alle. glo. ord. in l. 3. ff. qui ſatiſd. cog. quæ hoc uult, & inducitur ibi per Bal. ad pulchras qq. quas commemorat ibi Alex. ante l. ſi deceſſerit. immediatè ibi. Alleg. etiam Bart. in alijs locis. Et dicit Dionyſ. de Peruſ. in l. cum duobus. §. cum duo. ff. pro ſocio. quod ſi aſſeſſor, uel alius officialis tenetur communicare lucra, intelligitur de lucris ex officio obuenientibus, ſecus, ſi aliunde, quia eſt ſuũ lucrum plenariè, per illũ tex. Et dicit Pet. de Peruſ. dicto tract. parte 5. q. 8. quod lucra obuenientia ſocio extra materiam ſocietatis non cõmunicantur, per d. §. cum duo. Et dicit Abb. de iudi. cæterum. quod poteſtas data domino in cauſis uaſallorũ, non egreditur controuerſias feudales. Et dicit Lud. conſi. 45. quod ſyndicus non cognoſcit de geſtis à ſyndicando, ut à priuato. Alle. Gul. ubi ſ. Et dicit Lud. conſi. 338. In caſu propoſito. in fi. quòd communitas non tenetur de delicto officialis à ſe electi, quando deliquit extra materiam officij. All. tex. & Bal. in d. l. & ita. §. hoc edicto. ff. nau. cau. ſta. Et dicit Lu. conſ. 300. In caſu propoſito. quòd conſules artium non cognoſcunt de cauſa artificum non ſpectante ad artẽ. Alle. Bal. in d. l. Et ita ualeret tamen conſuetudo in contrarium, per c. cum contingit. de for. compe. ſecundum eum. Et dicit Bal. in l. j. prope prin. ff. de magis. con. quòd fideiubens pro fidelitate ſeruanda à caſtellano alicuius arcis, non tenetur de infidelitate, uel delicto, quod committitur extra cuſtodiam arcis apud priuatos, putà faciendo robariã. Et dicit Ab. j. eo. dilectus. lo j. quòd licet ſpoliatus à iudice non reſtituatur ante omnia, gl. 7. q. j. præſentium. tamen fallit, ſi ſpoliauit non ut iudex. Et dicit Io. An. in Spe. de cita. §. j. in prin. quòd nuncio non creditur, niſi circa officium. Unde ſi dicat citatum intuliſſe ei iniuriam, non creditur ſibi. Sequitur Abb. de ap. cum parati. Ex quo intuli, in facto non debere credi nuncio, qui intimauit ruſticis ſequeſtrum, ſi dicit eos nondum dediſſe domino ſuo frumentum, quando intimationem fuit ſecutus. Et dicit Lud. in l. admonendi. ibi, aduertendum. ff. de iureiu. quod ſi mercator aliquid facit, ſeu ſcribat extra ſuum exercitiũ mercantiæ, non habet ſcriptura fidem, quæ aliàs datur ſibi, ut mercatori, argu. d. §. ex hoc edicto. Idem Lud. conſi. 105. In puncto. & ubique alleg. Ioan. And. in Spe. dicentem idẽ in numularijs. Et dicit Abb. in diſpu. Gandulphus. ibi, & attẽdendũ, quòd non omnia, & e. quod diſpoſitio l. fi. C. de iur. omn. iud. dans iuriſdictionem rectori collegij, intelligitur de collegio exercente aliquam negotiationem, uel profeſſionem, prout loquitur ille tex. Secus in iſtis collegijs deputatis pietatis cã, uel ſimilibus, quia eorum rector nullam habet iuriſdictionem, ſed præeminentiam quandam fraternalem. De quo per Bar. in l. fi. ibi, ſed circa hoc dubitatur. ff. de colleg. illici. ubi ponit, an poſſit priuare beneficio ſocietatis. ¶ Et dicit Mariа. de Sen. conſi. mihi 25. Viſa & intellecta. in fi. quod ſtatutũ, quod frater teneatur pro fratre mercatore, intelligitur ſ. in factis mercantiæ. Alle. Bal. in d. l. fi. C. ad Mace. ita dicens decidiſſe dños ucto de Baylia Florẽtiæ ad conſiliũ ipſius Mariani. Et dicit do. meus de Are. in c. poſt ceſſionem. de proba. quod ſigillum ordinarij non probat, niſi in ſpectantib. ad officium ordinarij,

dinarij, propter dictum Bal. in d. l. ſi. licet: aliud innuat Rot. de proba. 12. in nouis. Et dicit Bar. in l. ne q̃d. in princ. ff. de incen. rui. & nauf. q̃ domini non tenentur de delicto ſuorũ officialium, niſi quando delinquunt in miniſterio, in quo dominus utebatur opera eorũ. No. Abb. in c. j. de teſti. ſpol. Sic intellige dictũ Domi. de oſ. or. ſi epiſcopus. 2. q. in 6. cũ concor. quas poſui de homi. c. Per. uer. fallit 7. Et dicit Bald. in l. ſi aduerſarius. C. de fid. inſt. quod ſtatutum uolens bannitum haberi pro confeſſo, non intelligitur de maleficijs in lib. banni non deſcriptis. Et dicit Bar. in l. aut facta. §. j. ff. de pœ. quod pœna appoſita in inſtrumento pacis offendenti me, uel meos adhærentes, intelligitur de offenſa ex inimicicia tunc ſopita: ſecus, ſi emergat noua cã iniuriæ. Idẽ Imol. poſt Bu. in c. 2. ad fi. de tenun. Lu. conſi. 183. In caſu propoſito. Bar. in diſpu. Lucanæ ciuitatis. in j. dubio, Pe. de Anc. in c. nulli. per illum tex. de ele. in 6. Ab. in c. bonæ. Io j. de elec. & in c. quemadmodum. de iureiu. Io. An. in Spe. in tit. de treu. & pace. Bal. Imo. Lu. & Alex. in l. ſemel. ſol. mat. Ang. Alb. Pau. & Alex. in l. qui ſeruũm. quam legunt ſub l. qui in ſalam. ff. de uer. obl. Alex. conſi. mihi 597. Viſo themate ſupraſcripto, & atteſtationib. teſtiũ. Latè Ale. in l. ſi quis mihi bona. §. ſed q̃d. ff. de acquir. hære. Et dicit tex. in l. antepe. ff. ex quib. cau. ma. q̃ reſtitutio priuilegiata fauore abſentiæ cã reip. non extenditur ad damna incurſa ex alia cã, quàm ꝓpter abſentiã. Et dicit tex. in l. 2 §. corporalis debilitas. ff. de uaſ. muner. q̃ immunitas conceſſa debilib. corpore, non prodeſt, ubi eſt opus conſi. non uirib. Et iſta ſæpe inſeruient, &, ut puto, non inuenies in apoſtillis Modernorũ: quia longo tempore collegi, & facilè inuenies ſimilia per te: qui ſi nauſeatus tantam pinguedinem, dixeris hæc ſapere laborem potius, quàm ingenium, reſpondebit tibi cauſa præcedentis arti.

7 ¶ Per iſtum tex. dicit hic Bal. q̃ † impetratio facta contra priuilegium fori, eo tacito, non ualet: & ideo reſcriptum ſuper materia feudali tacito de feudo non ualet: quia licet reſcriptum ea forma ſui non ſit priuilegiatiuam, tamen eſt priuilegiatæ rei datum. Habet enim feudum iudices ſpeciales, c. cæterum. cum materia, de iud. Ideo coram iudice impetrato poterit in primis opponi ſurreptio declinando forum. Et ſequitur hic And. Sic. idẽ dicens de foro dato ſcholaribus, per authen. habita. C. ne fil. pro pat. Nec obſt. q̃ de ordine non eſt opus facere mentionem in alijs religioſis: ut hic per Doc. quia ex quo ſpeciale eſt in iſtis Ciſtercienſibus, quia habent proprios iudices, ita in ſcholaribus, ut latius per eum. ¶ Conſidera primò non eſſe uerum, q̃ iſti Ciſtercienſes haberent ſpeciales iudices. Imo firmat hic Imol. in fi. quòd non ſunt exempti: quia non apparet, neque præſumitur, per c. ne Dei. de ſimo. ¶ Conſidera ſecundò, quòd ubi ipſi haberẽt ſpeciales iudices, rectè poſſet inferri, quod eſt dictum de ſcholaribus: & argumentum, de quo ſ. non probat, quòd non ſit opus dicere de ſcholaſtico ordine, ſed quòd nõ oporteat exprimere, cuius facultatis ſit ſcholaris. ¶ Conſidera tertiò uerba Io. And. Bu. & Abb. de priui. ex parte. Io j. relata ſ. eo. c. j. ad fin. ibi, quartò declara. quia uolunt, quòd de iure non ſit mentio exemptionis in reſcripto cõtra exemptos: quia totum exemptio producit exceptionem peremptoriam, licet de ſtylo fiat mentio: quia Papa difficilius daret contra eos magis unum iudicem, quam aliũ, præſertim ordinariũ, cui ſunt exoſi. Modò ſi ita eſt, uidetur in caſu uaſallorum & ſcholarium nõ eſſe neceſſariam mentionem fori ſpecialis eorum, æquiparando eos exemptis. Vnde diſtinguendum eſſet, utrum materia reſcripti tendat præcisè ad uiolandũ uires priuilegij, quo ad merita cauſæ, & tunc non ſit neceſſaria mẽtio fori, quia in conſtrictu cauſæ ſalua eſt ipſa peremptoria, ut hic per Doc. Si uerò reſcriptum ſolùm repugnat foro, nõ autem materijs, ſuper quib. ſunt exempti, tunc procedãt prædicta, quod opponetur ſurreptio propter taciturnitatem huius declinatoriæ, & idem fortè in exemptis. In quo cogitabis, quia non reperi declarantem. ¶ In quantum Imo. & Ab. latè diſtinguunt, quãdo reſcriptum debeat facere mentionem de priuilegio, adde, quæ dixi in c. j. ſ. eo. additione inci. ſecunda diſpoſitio contraria priuilegio. uer. fallit 5. & inuenies quatuor declarationes ad c. j. de li. conteſ. in 6. & uide ibidem uer. fallit tertiò. ubi eſt facta opportuna mentio de dictis Doctorum hic, & de priuilegijs inſertis in iure, de quibus dicetur aliquid in fi. huius c.

8 Ad allegandum Priuilegium, an † iſti uenire tenean̄, difficultas eſt maxima. Varietatem Doc. dixi in uoce. Sed pro opi. gl. hic, quæ eſt, quòd ſic, inducit And. Sicul. l. ſi quis. alleg. etiam in gloſ. ubi priuilegiatus debet comparere allegaturus priuilegiũ. a Sed illa lex inducetur j. fortiori uia. Alleg. etiam glo. in uer. aliàs in cle. appellanti. de appel. quæ dicit, quod notorium debet allegari. Sed ipsã allegat Imol. hic, poſtea inducit pro opin. Hoſtien. contraria dictum Inuo. de iudic. cæterum. dum dicit, quòd d. l. ſi quis. non procedit in uaſallo reſpectu feudi iuncta æquiparatione facta ſ. poſt Bal. de iſtis ad uaſallos. Reſpondet etiam ad l. ſi quis. quod non habet locum in delegato citante. Alleg. glo. in c. accuſatus. §. ſanè. in uerb. manifeſtè. de hære. in 6. Demum diſtinguit, utrum citans habeat iuriſdictionẽ in loco habitationis citati, & procedat gl. aliàs nõ, propter dictũ Inn. anteſ. de ap. Romana. in 6. dicentis, quòd d. l. ſi quis. procedit ſolũ, qñ citatus eſt territorio citantis. Ita tandẽ reſidet An. Sic. ¶ Conſidera primò, quòd Inn. in d. c. cæterũ, nõ dicit, quod uaſallus non teneatur ire ad allegandam ſpecialitatẽ ſui fori, ſed quòd de ipſa non cognoſcit citans, ut ibi latius per Bar. ¶ Conſidera ſecundùm quòd imò l. ſi quis ex aliena. procedit in delegato. Patet j. eo. ſuper literis. ubi cognoſcit, an ſit ſua iuriſdictio, & ibi reprobabitur. Hæc ſunt gl. in d. §. ſanè propter gl. mag. in c. j. de offi. dele. in 6. Item omnes Doc. hic ſunt concordes reſpectu priuilegij nõ notorij, quod debet allegari à citato, & loquitur propriè in delegato. ¶ Conſidera tertiò, quòd ſi priuilegiatus non teneretur uenire ad allegandum priuilegium ſuum, niſi quando eſt de territorio citantis. Ergo citatus à delegato nunquam teneretur uenire, quia caret territorio, quod eſſet contra omnes hic. Nõ obſt. dictum Inn. in d. c. Romana. in gl. idem dicimus. quia loquitur in ordinario citante notoriè non ſibi ſubditum, ut hominem, qui eſt alterius iuriſdictionis, & in alieno territorio. Et dicit, q̃ non uideror iudicem contemnere non cõparendo. Et de hoc exclamat Ang. in d. l. ſi quis. dicens, non cacat memoriã tuam. Sed tu intellige, niſi in literis citationis exprimatur tale quid, quòd ſi eſſet uerũ citatus eſſet de iuriſdictiõe citãtis. Ita ſentit clarè Inn. d. c. Romana. quia quando dixit, q̃ in citatione debet exprimi tale quid, q̃ inferat citatum ſubeſſe citãti, opponit de d. l. ſi quis. & ſoluit, q̃ loquitur in citato, qui eſt in territorio citantis, non alterius iudicis uolẽs q̃ in iſto nõ requiritur talis expreſſio cauſæ. Ergo ubi citatus non eſt ſibi ſubditus, prout in delegato, aperte uult, q̃ ſi exprimatur eã inferens eam ſubeſſe, debet uenire ad allegandum priuilegium, ſi q̃ habet. Et hinc eſt, q̃ citatio delegati non habens inſertã copiam reſcripti, nõ arctat citatum. Inn. & oẽs de dila. præterea. Bar. & alij in l. 2. ff. ſi quis in ius uo. cum concor. Ex his apparet, non procedere adducta per Andr. Sic. Vnde redeo ad punctũ ad hoc, utrùm notoriè priuilegiatus teneatur comparere, ſi citatur, ſaltem ad allegandum priuilegium afferens ei declinatoriã. Et licet aliqua dixerim, de app. ſi duobus. tamen quia pertinentius cadunt hic, reaſſumendo illa & plura alia, arguitur ad partes. ¶ Quòd non teneatur, firmant Hoſt. Io. Cal. Bar. Domi. Ab. hic, & Io. And. in regula, ſcienti. de reg. iur. in 6. in Mer. Inn. in c. uenerabili. de cenſi. But. in c. prudentia. in prin. ibi, 3. q̃ ubi iudex. de offi. deleg. Hoſt. de dol. & contu. §. qualiter deprehendat. uer. quandoq; ratione iudicis. Inn. in extraua. præſenti. quæ hodie incipit, ſtatutum. de reſcri. in 6. Abb. in c. ſi diligenti. de fo. compe. Bar. in l. 3. per illum text. ff. de iud. Old. conſi. 88. An epiſcopus. quaſi in fi. Abb. poſt Inno. in c. 2. de dila. Bal. egregiè in l. generaliter. C. de epiſ. & cle. Glo. in c. cõuenitur. in uerbo, congruent. 23. q. 8. But. j. eo. ſuper literis. ibi, & per hoc patet, q̃ ſi corã iudice. In quib. locis ſæpe exemplificatur in clerico citato à laico. Et dicitur generaliter idem eſſe, quando citatus etiã nolens non poſſet habere citantem pro iudice, quia non ualet proceſſus, nec in principali, nec contumaciæ punitiuus. Spec. de cit. §. j. uerſic. ſed pone, q̃ iudex. & in §. pe. in fi. glo. in c. clericum nullus. 11. q. 1. Quinimo dixit Bu. in c. ſi. de lib. obl. quòd ad hoc, ut citatio non arctet citatum, ſufficit, q̃ non cõcludat ipſum regulariter eſſe ſubiectum, licet aliquo ſpeciali caſu poſſet eſſe ſubiectus. Alleg. Inno. in d. c. 2. de dila. Et dicit gl. in c. placita. 35. q. 4. quod citatio notoriè iniuſta

a Priuilegium] *Adde Bal. i Marga. in uerb. priuilegium. uerſi. ſi.*

non

non arctet citatum. Et dicit Goſ. Hoſ. & omnes* in c. olim.
de excep. quòd citatus notoriè ultra unam dietam non te-
netur comparere ad hoc allegãdum. Et dicit Car. poſt Lap.
in cle. 2. col. 5. ut lit. pen. & ibi Imol. quòd licet proceſſus fa
ctus ab habẽte iuriſdictionẽ elidibilem, ualeat, ſi non fuit
oppoſitum: gloſſ. ibi in uerbo, competente. tñ fallit, ubi illa
exceptio notoriè competit, quia non eſt opus eam propone
re. Allegant no. in cle. paſtoralis. uerſic. Piſana. de re iud. &
ĵ. de ap. ex parte. Et dicit Innoc. in c. ex parte lo j. in fi. gloſſ.
magnæ, de uerb. ſig. quòd citatus ad ſynodum, ſi eſt noto-
riè exemptus, non tenetur ire ad hoc allegandum, ſed ſi eſt
dubium, compareat allegans priuilegium ſuum, & recedat.
Alleg. d. l. ſi quis. Et dicit Ioan. Andr. in Spe. de ſen. §. iuxta.
uerſicu. item no. quòd citatus, ut ueniat ad reſpondendum
bannito, non tenetur comparere, ſtante ſtatuto, q̃ bannito
non reddatur ius. Et dicit gloſ. ĵ. eod. ſuper literis. in uerbo,
forſan. q̃ ſi citat me ultra mare, qui non eſt iudex meus, nõ
teneor ire. Et dicit Bal. in l. j. ibi, pone, quod in cã capituli.
C. quomodo & quando io. q̃ ubi eſt notorium, non eſt di-
ſputare, ſed diſputatum eſſe. Sufficit eñ eſſe notorium. Nec
neceſſe excipere, ſecundum eum. Et dicunt Arc. in c. nõ ita.
circa fi. 2. q. 6. & Bald. in l. ciues. C. de ap. quòd appellans à
grauamine notorio nõ tenetur exprimere cãm grauaminis.
Quod tamen non affirmo, per ea, quæ ponit Card. in d. cle.
appellanti. 5. q. propter gloſſ. ibi. Et iſtis adde, quod ſi Papa
facit uocari me abſentem, quærimonia in genere prolata, ſi
uocatus non uenio, non poteſt contra me procedere, quia
citatio non arctat. Nam ſunt caſus in genere, in quibus de
iure cõi Papa poteſt reuocare, & quidam, in quibus nõ põt.
Et ideo non ualet, quod agitur in genere, ut in ſimili dicit
in l. j. ff. de fer. Ita dicit gloſ. no. in extrauag. unam ſanctam.
in uerſicul. poteſtatem. in fi. quam uide. Et dicit Bald. in c. j.
prope princ. de inueſti. in ma. fac. quòd iura dicentia, quòd
citatus debet in dubio cõparere, ut ſummatim requiratur,
an citatus ſit iudex ſuus, l. ex quacunque. ff. ſi quis in ius
uo. debent intelligi, quando quis citatur coram ordinario
generali. Sed quãdo eſt ordinarius ſingularis, uel inter pau-
cos, ſicut eſt dominus feudi, non tenetur citatus cõparere,
niſi uerè ſciat iuriſdictionem citantis. Ita dicit tenere Inn.
in c. ſuper literis. ĵ. eod. Et hoc non reperi alibi. Bene facit,
quod no. Innoc. in c. præterea in fi. de dila. Ex cuius uerbis
elicit Lud. conſi. 483. quod quando citatio, uel alius actus
fit contra regulas iuris ex aliqua cã, ſemper illa cã exprimẽ-
da eſt, aliàs actus nõ arctat uocatum. Et cum Inn. reſpectu
citationis concordant Bar. in l. j. & 2. ff. de fer. & Old. conſi.
326. Quot articuli. allegans Ion. in d. c. præterea. Ex his con
firmatur opi. Io. Cal. But. Domi. & Ab. hic, quod Ciſtercien
ſes non tenentur uenire ad allegãdũ priuilegium, de quo
hic, cùm ſit notorium propter inſertionem in Corpore iu-
ris. ¶ Contrarium firmat hic Hoſt. Bald. Gaſ. Cal. & Ioã. de
Imol. licet ipſe minùs firmiter, quia iſte text. inducit dila-
toriam, per quam declinatur iudicium. Patet ibi, teneamini
reſpondere. Ergo ſi illa non opponitur, uidetur imputandũ
priuilegiatis, propter glo. auream in d. cle. a. in uerbo, com-
petente. per quam dicunt ibi Car. Imol. & Abb. ualere pro-
ceſſum iudicis, cuius iuriſdictio põt elidi, ſi non fuit eliſa.
Non dicas, Fallit, ſi eſt notoria, ut ibi per Lap. Car. & Imol.
& dixi ſ. quia contrarium firmat hic Imol. præterquam in
exceptione loci notoriè non tuti, in qua eſt ſpeciale, ſecun-
dum eum, ſecus in alijs. Præterea non ſufficit ſuſpitionem,
quæ competit contra iudicem, eſſe notoriam, ſed debet allo
gari. Ioan. And. in c. accedens. lo j. ut lit. non conteſt. & ibi
oẽs. Ergo remanet ſpeciale in exceptione loci non tuti. Ad
idem glo. trita in d. clem. appellanti. dicens, quòd notorium
debet allegari, cũ qua in ſuis terminis concordant ibi Car.
Imol. & Ab. & Domi. in c. cordi. poſt Ioan. Andr. ibi, de ap.
in 6. & idẽ no. Bald. in l. cùm fratrem. C. de his, qui. ut indi.
& eſt alia glo ſatis ſimilis & malè no. in l. ea quidem. in gl.
3. C. de accuſ. Ad idem, quod no. Ioã. An. ĵ. eo. ſuper literis.
ubi reprobando But. tenet, quòd imò ille cui notoriè com-
petit exceptio defectus iuriſdictionis, tenetur comparere
ad eam allegandam, propter glo. in d. cle. appellanti. & per
id, quod de ſuſpicione notoria dictum eſt. ¶ Conſidera
9 etiam, quòd † priuilegium inſertum in corpore iuris dici-
tur notorium. Ita tenent omnes* hic. Tunc arguo ſic, Lega
ti tenentur uenire ad allegandum priuilegium, quod habẽt

de reuocando domum, d l. ſi quis. & illud eſt in iure inſer-
tum, l. 2. §. omnes eo. tit. Ergo priuilegium notorium debet
per citatum allegari. Et iſta inductio non fit ab alijs. ¶ Præ-
10 terea † præſumptiones iuris inducunt probationem liqui-
diſſimam, gl. in l. ſi tutor. C. de pericu. tut. l. licet imperator.
& ibi Scribentes, de lega. j. glo. Aug. & alij in l. j. C. de teſta.
mili. cum ſi. Et tñ præſumptio iuris debet allegari, l. ſi adul
terium cum inceſtu. §. idem Pollioni. ff. de adul. & ibi Bart.
Ad idem, quod ſcribit Bart. in l. j. ff. de excep. dicens, quòd
exceptio, quamuis notoria, debet proponi. Idem Bu. de cen
ſi. peruenit. ibi, aduerte. Tamen not. Bartol. in l. eum, qui
ita. §. qui ita. ff. de uerb. obl. & l. cum quid. ff. ſi cer. pe. Ex
quibus uidetis difficultatem materiæ, quam perquiſitis
multis Modernis non potui inuenire adaptatam.

ADDITIO. In cle. appellanti. Pro declaratione huius pun
cti & ſimilium collegi nouiter ex multis locis antea nõ pu-
blicatis, 7. declarationes, quarum ſecunda, tertia & quarta
defendent primam partem, quæ eſt communis Doctorum
11 hic contra gloſſ. ¶ Prima declaratio. Notorium † reſultans
ex actis non indiget allegatione. Rota de app. 2. in nouis,
additione incip. Dic circa iſtam materiam. in fin. uolens,
quòd ubi ex actis apparet iniquitas interlocutoriæ, ſufficit
dicere, Appello propter iniquitatem ſententiæ, quæ eſt eui-
dens ex actis, gl. autem in d. cle. appellanti. intelligitur de
alio notorio, quam de notorio conſtante ex actis, uel ex te-
nore ſententiæ. Allegat But. in d. cle. appellanti. & dicit hoc
eſſe ualde notabile. Adds But. in c. bonæ. lo j. ibi, procedunt
hæc, quando factum. ĵ. tit. 2. ubi dicit, quòd ſi conſtat ali-
quid iudici, ut iudici, ex actis, poteſt ſupplere in notorio,
etiamſi pars non petat. Alleg. Inn. de cenſi. cum olim. & ſe-
quitur Alex. in l. c. j. C. ut quæ deſunt aduoc. Ad quod uide
etiam Abba. in c. ex parte B. uer. & ex hoc. & ex tex. de for.
compe. & Card. in c. paſtoralis in fi. de excep. quem referam
ĵ. in 5. declaratione. ¶ Sed aduerte dupliciter, quia primò
iſtud procedit, dum modò ſint talia, quæ non exigant for-
malem petitionem, uel exceptionem, puta, in tangentibus
actum pium, uel in materia peccati, uel ſi pars petere non
poſsit de rigore, tamen ei æquitas ſubueniat, ut in caſu Inn.
in d. c. cum olim. de iudice fundante ſe in inſtrumento im-
pugnato fauore impugnantis. Sed ſi exigant formalem peti
tionem, uel exceptionem, ſeruanda eſt gloſſ. in d. cle. appel-
lanti. quia licet notoria non exigant libellum formalem,
exigunt tamen partis inſtigationem. Ita latè But. in d. cap.
bonæ. inferens, quòd ſi conſtat ex actis, & eſt iudici notori-
um, quòd teſtis ſuis proxeneta, uel procurator in materia,
in qua depoſuit, non poteſt eum repellere, ſi pars præſens
taceat, quia neſcit, an uelit eum repellere. Ita dicit ſe pridie
reſpondiſſe ad intellectum c. ſi. de teſtibus in 6. & gloſſ. fi.
in c. j. eod. tit. & lib. & late loquitur. ¶ Secundum aduerte,
quia declaratio procedit quo ad hoc, ut iudex poſsit ſe mo-
uere, ſi uult, ſed non tenetur, quando pars non inſtat, ut di
cetur ĵ. in 6. decla. Dicitur autem inſtare, ſi ex libello, uel ex
ceptionibus colligitur notoriũ. Bart. in d. §. idem Pollioni.
& Rota de libel. obl. 2. in nouis, & Abb. in c. ſi clericus lai-
12 cum. de fo. compe. ¶ Secunda declaratio. Ubi † materia no
toria habet concurrere in actu non ſimpliciter, ut de ea ha-
beatur notitia, ſed ut ſuper ea inſiſtatur, ut fiat proſecutio,
tunc dẽt allegari & proponi. Ita loquitur glo. in d. cle. appel
lanti. Sed ubi ſufficit, quòd materia ſimpliciter notificetur,
non opus eſt eam proponere, ſi de eo notoriè conſtat. Ita
declarat ſolus Imol. in d. clemen. appellanti. ibi, tempora.
Tamen iſta gloſſ. inducit aureum dictum Innoc. in c. j. de
offic. uicar. ubi dicit, quòd ſufficit, quòd notoriè appareat
notoria iniuſtitia ex ineptitudine libelli. Sequitur Butri.
in c. per mas. de ſenten. excommu. Petr. de Anchar. conſil.
mihi 306. De iure cõmuni Bald. in rep. l. 2. uer. ſed oppono,
quia ſi iudex. ff. de iureiuran. Ludo. in l. lecta ff. ſi cer. pet. &
in l. cùm mulier. ff. ſol. mat. & in l. ſi Titius. ff. de uerborum
obligat. & in l. ſcire debemus. eodem titul. Imol. in c. ſuper
hoc. de renunc. & in c. ab excommunicato. poſt Butr. ibi, ĵ.
eod. Abba. in c. cum inter. de conſuetud. Bald. in c. præterea.
poſt med. de offic. delega. & in l. unica, C. ne ex deli. defun.
& in l. j. C. qui accuſ. & Card. in clemen. j. 3. q. de offi. ordi.
Notat Inno. in c. examinata. in ult. gloſſ. de iudi. & Spec. de
offic. iudi. §. deſeruit. uerſic. item abſoluit. ſuper uer. in ſen-
tentiæ prolatione. & Abb. in c. cum eccleſiaſticæ. de except.

6 ¶ Secundò reſtringuntur prædicta, ut † non procedant hodie in Papa, quia ipſe etiam ante coronationem eſt epiſcopus, & ſeruus ſeruorum Dei, & non appellatur electus, ſed Papa. Contrarium dicens incurrit Papalem excommunicationem, ut uult extraua. Clementis VI. quia nonnulli. fol. impreſſarum 113. de qua ſtupet glo. ibi nouiter facta, quia de ſtylo curiæ etiam moderno ante palliationem, & coronationem non exprimit Papa nomen ſuum in bulla, ſed dimidia bulla utitur, & appellat ſe electum. Ideo de illa conſtitutione iudicet Apollo, ſecundum gl. Et hoc modo declaratur opi. gl. in d. proœ. Clementinarum, & in dicta Sexti: & ibi Io. in Mercu. paulò poſt prin. facit mentionẽ d. extrauagantis.

7 ¶ Tertiò reſtringantur prædicta in abbate, quia † ante benedictionem appellatur abbas. Oldra. conſil. 14. allegat c. 1. de ſup. negl. prælato. & c. quoniam. 69. diſt. & reprehendit Hoſt. qui tenuit contrarium, de ætate & quali. cuam. & de re iudi. inter monaſterium. Et licet poſſit per exceptionem reſiſti, ne benedicatur, c. meminimus. de accuſ. tamen non excipitur, quia non ſit abbas. Et ideo per electionem acceptatam uacant eius beneficia, licet in epiſcopo non uacent ante conſecrationem, c. cum in cunctis. de elec. Et idem firmant Io. An. But. & Car. in d. c. inter. licet Arc. dubitet, 12. q. 2. alienationes. ſuper gl. j. quia aliquando appellatur electus, d. c. inter. ſed non ſequitur, quòd non ſit abbas, ſecundum Old. ¶ Rationem differentiæ inter epiſcopum & abbatem ponit Ana. in d. c. meminimus. in fi. quia conſecratio confert ordinem in epiſcopo, gloſ. in proœ. 6. Ideo adhuc teſtatur, quod eſt magis dignum. Non ſic in benedictione, ſecundum eum. Pro quo uide Car. in cle. attendentes. §. ſtatuimus. q. 5. & ſeq. de ſta. mo. ubi dicit, quòd abbas etiam ſine benedictione põt ea, quæ ſunt officij, d. c. j. de ſup. negli. præl. Et benedictio potius eſt de ſolennitate, & ad bene eſſe, quam de ſubſtantia, & ante benedictionem poteſt uti paſtorali baculo, ut ibi per eum, & etiam Imo. tenentes hanc reſtrictionem poſt Gul. & Zenze. ibi cõtra Hoſt. in d. c. cuam. & in d. c. inter. Et idem pulchrè Abb. ibi, & in c. quando. de offi. ordi. ubi etiam tenet regulam ſ. poſitam de epiſcopo. Et iſtam reſtrictionem licet æquiuocet, allegando pro ea Hoſtien. in d. c. inter. Et eadem dicas de abbatiſſa, propter gloſſ. d. cle. attendentes. in uerbo, benedicti. Reliqua de iſta benedictione dixi in d. c. inter. poſt Abb. ibi in fi. ¶ Quartò

8 reſtringuntur, ſeu declarantur allegata in regula, Niſi † forte eſſet electus & confirmatus in epiſcopum aliquis abbas, quia licet etiam iſte appelletur electus, tamen differt ab alijs, quia põt aliqua, quæ ſunt ordinis, quæ nõ poſſet alius. Ita puto inferri poſſe ex no. deciſione Domi. in c. is, cui. ibi, uidi dubitari. de electione. in ſexto. ubi dicit, ſe reſpondiſſe in facto, quòd abbas datus adminiſtrator eccleſiæ cathedrali uacanti, poteſt conferre ſubditis illius eccleſiæ illos ordines, quos abbates cõferre poſſunt ſubditis ſuis: de quibus in c. cùm contingat. de ætc. & qual. & in d. c. quoniam. 69. diſt. Quia hoc habet ex ſua propria uirtute. Non poſſet autem prius iſtos ordinare ex defectu iuriſdictionis, non autem ex defectu, quo ad habitum poteſtatis. Patet in c. abbates. in fi. de priuile. in 6. Cum ergo datio adminiſtrationis tribuat ſibi iuriſdictionem, concurrit utraque poteſtas requiſita ad collationem ordinum. Non obſt. ille tex. dicẽs, quòd ſi adminiſtrator non eſt epiſcopus, faciat per epiſcopum adimpleri concernentia miniſterium conſecrationis: quia dicit de epiſcopo, tanquam interrogatus legiſlator de perſona, quæ poſſet omnia concernentia conſecrationem. Non negat de alio, qui poſſet exercere partem de illis,

ut eſt abbas. Ita in propoſito; ſi abbas electus eſſet, poſſet ante conſecrationem ea pauca, quæ poteſt ut abbas, quo ad ordines, in ſubditis epiſcopatus. Eadem ratione uidetur idem in epiſcopo ad alium epiſcopatum tranſlato, quòd poſſit ea quæ ſunt ordinis, & ueniat appellatione epiſcopi poſt confirmationem, quia conſecratio non reiteratur. Glo. maior in §. prouida. de elec. in 6. & gl. antepen. in c. poſt tranſlationem. de renunc. & dicetur ti. proxi. quanto. Et dicit ut translatus poſt confirmationem & poſſeſſionem adeptam, quo ad dationem beneficiorum, quæ habet gl. j. in c. ſi quis iam tranſlatus. 2 t. q. 2. Facit glo. ſi. in princ. in c. ſi tibi conceſſio. de præben. in 6. latè Lud. conſil. 3 56. & Ioan. And. in regula; quod ob gratiam. in Mercu. Cald. de tranſla. præla. conſil. j. Abba. conſil. 309. Factum, ſuper quo conſilium petitur. Dubito magis de archiepiſcopo tranſlato ad alium epiſcopatum, quia requiritur noua palliatio, c. bonæ. el 2. in ſi. de poſtul. præla. Ergo ante ſecundam palliationem dicitur adhuc electus, c. niſi. de autho. & uſu pal. Tamen forte poſſet ea, quæ ſunt ordinis, ratione conſecrationis, quæ non reiteratur. Sed nō dicetur archiepiſcopus ante palliationē. Cogita, quia nullum ex prædictis reperies tactū. ¶ Quintò uoſtilinguntur prædicta, in quibuſdam ſupremis magiſtratibus temporalibus, putà cōſulatus, in quibus ex electione ſequitur dignitas abſque alia confirmatione. Bar. in l. j. §. diui. ibi, quæro, quid ſi ſtat per electū. ff. de nat. & extraor. cog. dicēs, q̄ pōtas & capitaneus; qui hodie aſſumuntur, tenēt locū maiorū, & conſequuntur dignitatem à die electionis ſibi præſentatæ. Facit l. ex eo. & ibi gl. & Bar. ff. de milit. teſt. & l. ſi. C. de decu. lib. 2. & l. Publius. in prin. ff. de condi. & demō. & ibi Bar. aliquid do. meus de Are. in c. ſi. de iudic. ¶ Sed caue, quia iſtud procedit in ſupremis dignitatib. de quib. in dictis iuribus, non in alijs etiam poteſtatibus, uel capitaneis. Imo. in c. propter ſterilitatem. de loca. Et Alex. poſt Bar. in l. diem functo. ibi, iuxta prædicta. ff. de offi. aſſeſ. quia hodie multoties præſentantur aliorum electiones etiam ante finitum tempus prædeceſſoris. Vnde non eſt poſſibile dicere, quòd ſit tunc collata dignitas: quia eſſet in duobus eodem tempore. Et in hoc ipſi latius miſtunt propter illud dubium maximum, utrum ſalarium debeatur his, uel hæredibus, ſi poſt electionem morte, uel alio impedimento prohibeatur magiſtratū exercere: de quo dic, ut in dictis locis. ¶ Conſidera: quod aliquæ ſunt dignitates etiam ſupremæ, quæ cōfirmationem requirunt, ſicut imperium, rectoratus, & ſimilia. & in iſtis ſequere prædicta. Aliquæ non requirūt confirmationem, ſed fiunt ab electoribus, quorum electio eſt potiùs promiſſio, & tunc ſi fit ad magiſtratum nondum uacantem, procedent proximè dicta, ſi uerò uacat, uidetur quòd dicantur magiſtratum adepti, quia ceſſat dicta ratio officij non uacantis, & non exigitur confirmatio. Tamen cogita. Et ex iſtis habes hāc materiam clariùs, quàm alibi, de qua etiam per do. meum Bart. Bellit. de Mutina, in c. tua. de his, quæ fiunt à præla. ubi allegat ea, quæ ponit hic And. Sic. ſ. relatus: cum quibus concor. Ab. de elect. tranſmiſſā. in tit. Sed errat allegando glo. in cle. j. de baptiſ. Vult dicere in cle. 2. de cele. miſ. quæ præcedit. ¶ In quantum Bu. Dom. & Abb. dicunt per iſtum text. quòd appellatione bis allegat hic Ab. Vide eundem in ſalutatione Gregoriana, ubi poſui iſtam materiam, & inuenies generaliter, quando appellatione collegij ueniat caput, & inter alia, quòd appellatione capituli non uenit præpoſitus, & decanus, & ſimiles; ut per Dominic. in c. ſi. de præben. in 6. per text. hic ibi, decano & eccleſiæ. & tales non habent uocem, ut per Innoc. in c. 1. de inſti. & Ab. de re iud. cùm olim. niſi cōſuetudo aliud dictet. Satis dixi in d. proœmio.

9 · Inter mandatum Et † præceptū uideamus breuiter quinque nouas differentias, propter ea quæ ſcribunt hic Doct. per iſtum text. Et primò præſuppone uerba Paul. de Caſt. in l. j. §. j. ff. quod iuſſu. quòd mandatum directum ad illum, qui eſt in poteſtate noſtra, habet uim iuſſus, quibuſcunque uerbis dominus, uel pater loquantur, ſed mandatū propriè cadit in eo, qui non eſt ſubiectus poteſtati alterius, l. atqui natura. §. ſi liber homo. ff. de neg. geſt. ubi ſi mando homini libero, qui mihi bona fide ſeruiet, nō cadit ibi actio mādati, quia quaſi ex ſeruili conditione tenebatur obedire, ſed cadit actio nego. geſt. & ſic mandatum propriè dirigitur ad non ſubiectum, præceptum uerò ad ſubiectum. Et hoc in contractibus. Et ita intellige Bar. in l. ſæpe. ff. de of. præſi. dum dicit, quod in cōtractib. Mando, Iubeo, uel Præcipio, non neceſſitant, per l. j. ff. man. quia intelligitur, quando non dirigitur ſubiecto. Et dicit Card. in cle. j. in §. nota. de iudic. quòd mandatum & iuſſus aliquando capiuntur pro eodem, [a] per iſtum tex. Et dicit Lauren. Vallen. ſua elegātia 370. quòd mandata dicuntur propriè commiſſiones, & fiunt etiam per filium patris ſed præcepta pertinent ad magiſtratus. Et quòd Iubeo, ſæpe ponitur pro exhortatione. Allegat multa exempla, & ipſum abbreuiat Iuniantia in ſua Reper. in uerbo, edicere. Et uide eundem in uerbo Præcipere, [b] ubi dicit; quòd aliquando imponitur Præuenire, ut apud Verg. in 11.

Exultat animis, & ſpe iam præcipit hoſtē.

Et in 6.

Omniū præcepi, atq; aīo mecū ante peregi.

Allegat Nonium Marcel. Dicit etiā Brix. in uerbo Delegatus, quòd differt Mandare & Delegare, nam Mandare concernit plures cauſas, Delegare unam. Allegat gloſſ. in l. j. §. qui mandatam. ff. de off. ſi. eius, cui mand. eſt iuriſdict. Item per uerbum Mando ſic delegatio, l. cognitio. ff. de offi. eius, cui manda. & l. 2. ff. de iuriſdic. ſecundum eum. ¶ Sed in iure differunt Mando & præcipio, his modis. Pri-

10 ma differentia. Mandatum † expirat morte mandatarij, uel mandantis, [a] c. gratū. iuncto c. quoniam. de offic. deleg. diſtinguendo, ut ibi, præceptum uerò nunquā, gloſſ. j. in c. dudum. 18. q. 2. Spec. & Ioan. And. de deleg. §. reſtat. uer. item mortuo mandatore. Allegat Io. An. gl. in d. c. dudum. & in c. quod præcipitur. 14. q. j. quæ mouetur per text. in §, & hoc uerò iuberaus. in authen. ut nulli iudic. De cuius intellectu uide Ioan. And. in d. c. quoniam. ubi uidetur intelligere dictas gl. quando præcipitur actus iudiciarius; non, quando exigit cauſæ cognitionem, quia tunc mortuo mandāte, diſtinguetur, an re integra mortuo mandatario. Et diſtinguetur, an ſub nomine dignitatis. Ad idem uide omnino Car. in cle. ſi. in j. q. de procur. ubi poſt Paul. accuratè inſiſtis ſuper iſta expiratione per mortē. Tandem dicit, quòd in reſcriptis præceptum neceſſariò ſtringit, mandatū non ſic. Sed quo ad finiendam poteſtatem morte differunt hoc, quia præceptum communiter fit in materia, in qua is, cui præcipitur, habebat poteſtatem. Vnde ſtatim, cum præceptum emanauit, habuit ſuum complementū, & ideo indiſtinctè durat, quandocunque moriatur, etiamſi non ſit ſub nomine dignitatis. Sed ubi eſt uerbum Mando, diſtinguitur, ut ſ. ¶ Non aperit, quid ſi præciperetur in materia, in qua quis non habebat poteſtatem, licet hoc non ſoleat fieri, tunc crederem, quod facit illum delegatum propter quartam differentiam, de qua j. non quidem ſimpliciter, quo ad omnia, ſed quo ad cognoſcendam poteſtatem & naturam actus, non quantum ad expirationem per mortem, per c. ſi ſuper gratia. de offic. dele. in 6. & dicetur j. Et adde Imol. in l. qui in aliena. §. ſi potat. ff. de acq. hære. ubi dicit per illum text. quod ſicut mandatum expirat morte mandantis, ita mandatum. C. mab. ſic etiam iuſſus morte iubentis. [c] Quod dicit notabile ad intellectum titu. quod iuſſu. Et intellige in cōtractibus, ſed in reſcriptis tene prædicta. Et adde Hoſt. in c. j. marter literis. de reſtit. in integ. ubi dicit, quod mortuo Papa non expirat legatio, quam iniunxerat cardinali ultra mare in fauorem fidei. Et ſequitur Ioan. An. ibi, & in addi. Spec. de lega. §. finitur. uerſi. ſed pone de facto. ubi etiam Spe. refert ſuiſſe in facto. Et iſtic adde Cal. de offi. dele. cōſi. 4. ubi diſtinguit, quando mandatum expireret integra morte mandātis. Et in primis uerbis uidetur, quòd non ponatur hoc aliquam differentiam inter mandatum & præceptum. ¶ Sex unde differen-

[a] Pro eodem] Adde Alex. in d. l. ſæpe. alleg. in ſeca. ff. de offic. præſi. & Bar. in l. 2. §. commun. de leg. & Lud. in l. 2. §. ſi de offi. eius.

[b] Vel mandantis] Adde An. Soc. conſ. 3 12. incip. proſequendo ordinem, uerſicu. ſexto probatur. in 1. parte. Sed nunquid per mortem ſtatus ipſius perſonæ mandantis dic, quod ſic. Et quibus modis & caſibus, & an per mortem, & in quibus caſibus, & in quibus non; uide plenè & not. per præfatum do. Soci. conſil. 179. inci. uoleuis ab ... de & elegantem uerſ. tertium eſt quādo uſq; ad non. ſecundo difficultas. in 2. parte.

[c] Iubentis] Adde textum l. ſi per epiſtolam. & ibi Bartol. & Doctores ff. de acquirend. hæred.

11 differentia. Commiſſio facta † per uerbum Præcipio, operatur, quòd actus non poteſt per alium a expediri [a]: ſecus, ſi per uerbum Mando, per l. a iudice. C. de iudi. Ita gl. 2. in l. ſæpe audiui. ff. de offi. præſi. dicẽs ita ſeruare curiales domini Papæ & domini Imperatoris. Et ſequitur Bal. hic, & An. Sic. dicens eam approbari per Imo. in cle. ſæpe. de uerb. ſig. Sed caue: quia Imo. ibi, uerè ſed aduerte. dicit, quòd de iure non uidetur nata iſta differentia, per not. in l. j. §. j. ff. quod iuſſu. ubi iuſſus & mãdatum nõ differunt, quando diriguntur ſubiecto. Et per iſtam rationem idẽ tenebat Roſ. Beneuentanus, ut refert Car. in d. cle. ſi. Nihilominùs dicta differentia cõmuniter approbatur. Et dicit Bal. in d. l. ſæpe. quòd illa glo. non reperitur alibi, & cum ea tranſit ibi Aug. & pulchrè Bar. & Bal. in l. j. ibi, modò quarto. C. quomodo & quando iud. Et Bar. in l. j. in 1. not. C. cõmunia de le. & Lud. in l. j. §. 2. ff. ſi quis ius di. non ob. Negari non poteſt, quin gl. in d. l. ſæpe. ſit mirabilis, & multum limitans l. à iudice. C. de iudic. ubi delegatus principis regulariter ſubdelegare poteſt: quia fallit in commiſſione facta per uerbum Præcipio, per prædicta. Ex quibus limitatur gloſſ. 11. q. 3. rogo. cum concor. quæ dicit, ĩ. ticu. prox. nam concupiſcentiam. quòd quomodocunq; ſuperior mandet inferiori, uidetur præcipere. Sed non eſſet tutum recedere à gl. in d. l. ſæpe. quam totus mundus approbat, ſecũdum Alex. in l. & quia. ff. de iur. om. iud. quãuis And. Si. ab ea recedat in c. quoniam. de offi. dele. per tex. hic in uerbo, præceptum dedimus & mandatum. qui potiùs facit pro d. glo. intelligendo, quòd mandatum monet, præceptum arctat: & ſic differũt. Adducit etiam quædam alia nõ urgentia. ¶ Tertia differẽtia: quia præceptũ, uel iuſſio emanat propriè circa ea, quæ incumbunt ex officio, mandatum uerò non, ſecundum Imol. in d. cle. ſi. ibi, ſecundò quæro. de procu. Vbi etiam dicit poſt Bu. quòd licet in actibus priuatorum nõ differant iuſſio & mandatum, ut ſ. dixi, tamen in ſuperiore differunt, quo ad poteſtatẽ ſub delegãdi. Et extollit gl. in d. l. ſæpe. Item differunt, ut in hac q. differentia: pro qua inducit l. fundi. §. item ſi amicus. ff. de acqui. poſſ. per quam Bart. & alij ibi limitant regulam l. mandatum. C. man. ut nõ procedat, quando iniungitur id, quod quis habebat facere: quia non expirat commiſſio morte mandantis. Vnde ſi iudex commiſit nuncio miſſionem in poſſeſſionẽ, non expirat commiſſio iudice mortuo, uel officio functo. Et idẽ Bart. in d. l. & quia. & alij, de quibus per Io. Alex. & Aret. in d. l. fundi. Et idem, ſi nuncius moritur re integra. quia tranſit in ſucceſſorem. Ang. in §. & hoc uerò. in authen. ut nulli iud. ibi, & not. quia hic uidetur caſus. Cum iſtis uide Bart. in d. l. & quia. ibi, declaro, ut ibi. ubi dicit, quòd ubi mandatum fit ei, qui aliàs habet iuriſdictionẽ in his, quæ pertinent ad ſuum officium, dicitur propriè iuſſus, non autem delegatio: quia antè ſibi competebat, etiam ſi dicatur Mandamus. Ideo nõ expirat morte mandantis, ut in 1. differentia. Et idem Ant. & Bald. in d. l. & quia. per d. §. & hoc uerò. & But. in d. c. quoniam. & Raph. in l. ſi per epiſtolam. ff. de acqui. hær. & in d. l. fundi. ¶ Conſidera, quòd licet iſte non dicatur delegatus, quo ad expirationem, tamen actus ab eo fiendus dicetur factus authoritate mandantis, quando non eſt uſus uerbis ſimpliciter excitantibus iuriſdictionem, ſed præceptiuis, ut in ſeq. differen. ¶ Quarta differentia: quia ubi ſuperior cõmittit aliquid ordinario, quod priùs ad eum ſpectabat, non efficitur delegatus, c. graue. & c. licet. & ibi Docto. de off. or. & ibi latè dixi. Tamen ſi fit per uerbum Præcipio, dicetur fieri actus authoritate præcipiẽtis, non ordinaria executio. Gl. in c. cùm aliquib. in uerb. concedimus facultatem. de reſcr. in 6. & ibi Dom. & ſentit glo. fin. in fin. c. ſi. qui. de præb. in 6. & ibi Doct. Contrariũ tenet Gul. de Cu. in d. l. ſæpe. quia cùm iudex teneretur miniſtrare iuſtitiam, exprimitur id, quod aliàs inerat, l. munerum. §. iudicandi. ff. de mu. & ho. Ergo expreſſio nihil debet operari, l. 4. ff. de leg. 1. Reſpondet Alex. in l. j. §. ſi quis ſimpliciter. ad fin. ff. de uerb. obl. quòd expreſſio ſit aliter, quàm inſitũ: quia ubi ſine expreſſione tenebatur cognoſcere per ſe, uel per delegatum, nunc propter uerbum præceptiuũ tenebitur cognoſcere per ſe, propter glo. in d. l. ſæpe. ¶ Conſidera duos caſus: aliquando præcipitur id, quod ordinarius priùs poterat, & facere tenebatur, ſed non eo modo, quo fuit præceptum: & tunc conſonum eſt, quòd uideatur fieri actus authoritate præcipientis. Ita loquuntur d. gl. quia ordinarius tenebatur cõferre, ſed non illi, pro quo fuerat aſtrictus. Aliquando, & ſecũdo caſu, tenebatur aliquid facere, prout eſt præceptum, putà miniſtrare iuſtitiam in cauſa, & tũc fortè non dicetur delegatus aliquo reſpectu. Primò, quia Bar. & alij in d. l. & quia. dicunt, quòd talis iuſſio in materia omnino competente ordinario non eſt delegatio. Secundò, quia re uera exprimitur, quod ineſt. Si diceres, non poteſt ſubdelegare, reſpondebitur, quòd materia, quæ committitur, eſt commiſſa eo modo, quo inerat, licet exercitium cõmiſſionis ſit alteratum: & ideo qualibet iſtarum rationum infert, quòd non ſit delegatus, niſi in primo caſu. Cogitabis, quia non reperi iſtum punctum à ſucceſſoribus Alexan. tactum. ¶ Quinta et ultima differentia ponitur per Abb. hic, & clariùs per Arch. in c. quod præcipitur. 14. q. 1. ubi dicit, quòd mandatum eſt quoddam mediũ inter conſilium & præceptum, quia eſt ultra conſilium, & citra præceptum. Mandatum enim cogit, ſicut præceptum, & peccatur, ſi non adimpleatur, & in hoc differt à conſilio, & accedit ad præceptum, ſed pœna non infligitur, ante quàm uerbo præceptionis præcipiatur & contemnatur. Et in hoc differt à præcepto, ſecundum eum. Quãdo autem uerba legis, uel ſuperioris dicãtur conſilij, uel neceſſitatis, dixi planè ti. prox. nam cõcupiſcentiam. tangendo etiã aliquid de uerbis Mando & Præcipio. Sed non dixi prædictas differẽtias, quas bene no. quia importãt: & non reperi ab aliquo traductas. Et adde, quòd ſi epiſcopus, cui Papa mandat, ut prouideat Titio, committit alteri, ut prouideat uice ſua de primò uacaturo, & eueniente caſu conferat ipſi ante illũ ſuum delegatum, collatio ualet, per l. iudicium ſoluitur. ff. de iudi. & quia mandatum non arctabit epiſcopum. Ita fuit iudicatum Romæ contra Gui. de Suza. ſecundum Alb. in d. l. ſæpe in fi. quia Guido non aduertebat diſtinctionem. Et iſtud eſt fortius, quàm id, quod dicit Cal. de off. uica. cõſi. 2. quem allegaui ĩ. eo. c. quia non abdicauerat in caſu illo epiſcopus à ſe poteſtatem cõferendi beneficia, prout in caſu Alb. ubi dãdo delegatum reſpectu certæ perſonæ uidetur abdicare à ſe iuriſdictionem uoluntariam in illa ſpecie, in qua commiſit illi uices ſuas.

12 INFIDELITAS. Præcedẽs † nõ nocet cõuerſo, in promotionib. Tex. hic, quem ſimpliciter no. gl. & Doc. ¶ Limita tripliciter ultra oẽs. Primò in eo, qui ſeparatur ab hæreſi 1. q. 7. c. 1. & per totũ: quia prohibetur ordinari. Et ſi priùs erat ordinatus, nũc eſt aliorũ ordinũ incapax, c. ſi quis omnem. ea. q. 1. & cauſa, ubi pulchrè inducuntur exempla, per quæ etiam peracta pœnitentia durat inhabilitas. Tamen diſpenſari poteſt cum eis, non paſſim, ſed gradatim, ſecundũ merita. Gl. ſi. 12. diſt. nos cõſuetudinem. Vnde diſpenſatus in uno gradu, non eſt capax maioris etiam illi proximi, ut ibi in tex. ¶ Limita ſecundò, Niſi de recenti aliquis eſſet ad fidem conuerſus, quia dicitur, neophytus & inhabilis b ad ordines, 48. diſt. c. 1. & per totum: ne exiſtimet religionem Chriſtianam pluri mùm eo indiguiſſe, ut in §. 1. ea. diſtin. Et quia tunc natus, cui pondus lignorum apponitur humore nondum exiccato, c. 2. ea. diſt. Ad idem tex. cum glo. in c. conſtituit. 17. q. 4. ubi ſecũdum intellectum glo. Iudæi de nouo conuerſi prohibentur aſſumi ad officia publica inter Chriſtianos. Et eſt text. ſingu. ſecundum Ludo. in ſingul. 664. ſcias, quòd Iudæis & per alphabetum in uerbo Iudæus, & latè Ang. de Iudæis, cùm ſit. ad fin. ¶ Videmus in ſimili plerunque æquiparari, aliquid factum non eſſe, uel eſſe de re c centi factum [c]. Facit gloſſ. in clem. ne in agro. §. ſanè. in uerbo, uniuſuiſq. de ſta. mona. Per quam dicit ibi Ab. in uet. appellatione nouitiorum. quòd profeſſus de re-

[a] *Verbo Præcipio, etiam ſi per alium expediri*] *Adde tu, quod iſtud procedit etiã, quando delegatus ſit per uerbum Iubemus: quod uerbum importat neceſſitatem: & tñ nõ poteſt fieri ſubdelegatio. Ita dicit gl. in d. l. ſæpe. ff. de of. præſi. & ibi Bar. et Bal. et Imo. in cle. ſæpe. de uerbo. ſign. reputant ſingul. glo. illam.*

[b] *Et inhabilis*] *Adde, quòd prohibetur talis ordinare, dꝫ ab. de cauſis, ut ponit Goff. in ſum. de temp. ord. §. ſequitur. Et adde, quòd dicitur neophytus, nouus in fide. ead. diſtin. allega. in tex. quaſi a nouo & phytos deducitur.*

[c] *De recenti factũ*] *Adde, quòd factũ recens dicitur infra biennium.*

Hoſt.

Hoſt. c. cùm letter. & ibi Doctor. de re iudic.

centi habetur pro nouitio. Facit tex. ad hoc nõ uſitatus in l. j. uer. cæterùm. ff. de his, qui deie. uel effud. ibi, cùm ad hue ſecreta loca eſſent. modò cœpit commeari, nõ debet hoc edicto teneri, ubi, quo ad illam pœnam, paria ſunt, uiam eſſe ſecretam, uel de receuti cœptã frequentari. Facit tex. in c. accuſatores. lo 1. 3. q. 5. & glo. pen. de accuſ. cùm oporteat. & ibi Abb. io fin. & Ana. & glo. in uerbo, capitalis. in c. per tuas. el grande, de ſimo. & Ioa. An. de elect. §. ſequitur uidere. uerſi. item quod ſuit. ubi ita repellitur inimicus nuper reconciliatus, ſicut non reconciliatus. Facit dictum Bald. in l. obſeruare. §. proficiſci. 7. quæſt. ff. de offic. proconſ. quòd ſtatutum contra offendentem officialem habet locum in offendente officio functum durante ſyndicatu: ſecus, ſi non eſt in ſyndicatu, licet de proximo remotus, ut per eum, & latè per Ange. & Auguſt. in li. Malefi. fol. 93. facit. c. illud. 1. diſtin. ubi prohibentur ſacra inſtrumenta ſuſcipere nuper à contagione mundati. Faciuns denique multa, quæ in ſimili poſui tit. præc. eccleſia. in fi. art. de iudice ſententiã præcipitante. Hic autem nota, ut nota. Si diceretur, Doct. hic in diſcurſu appellant iſtum de nouo cõuerſum. ſolue, diuinãt, uel Papa pro eo ſcienter ſcribens, diſpenſat. ¶ Limita tamẽ, niſi agatur de præficiendo ad prælaturam, & ſit alius, qui ſemper fuit Chriſtianus. quia cæteris paribus eſt præferendus, qui ſemper fuit Chriſtianus. ita poteſt inferri ex dicto Domi. in c. fidelior. 1. diſt. ubi poſt Ioan. de Fiton. ſoluens difficultatem non ſolutam ibi in glo. dicit, quòd ſi inſimul concurrant, ille qui deliquit & eſt emendatus, & ille qui nunquam deliquit, ſecundus præfertur. Si autem ſimul non concurrant, tunc ille conuerſus non repellitur, ſi crimen non impedit promotionem, uel executionem ordinum poſt pœnitentiã. Et quæ ſint illa crimina, habes glo. ordina. & Doct. de renun. niſi. Imo faciliùs debet talis promoueri, quia didicit lapſorum miſereri, d. c. fidelior cum ſeq. iuxta illud Poetæ,

Non ignara mali, &c. Et ideo gloſſ. ſuper illo dicto Apoſtoli ad Hebræos 2. 4. Non habemus pontificem, qui non poſſit cõpati infirmitatibus noſtris, dicit, impoſſibile eſt eum ſcire afflictorum afflictiones, qui afflictionis experimenta nõ ſuſtinuit. Hoc modo non procedit gl. in §. fin. in gloſſ. mag. ad fin 63. diſt. quæ firmat debere præferri emendatum illi, qui ſemper fuit bonus: & idẽ ſimpliciter Ab. in c. at ſi clerici. §. de adulterijs. quaſi in fin. de iudic. licet non alleget gloſſ. iſtam, ſed aliam, in d. c. fidelior. quæ potiùs innuit contrarium. Faciunt uerba ſancti Tho. 2. 2. q. 106. art. 2. dum ponit, quis magis teneatur ad reddẽdas gratias Deo? an innocens? an pœnitens? Ad hæc c. quia tua. 1. diſt. ubi habetur illud Euangelium, Gaudium eſt angelis ſuper uno peccatore pœnitentiam agente magis, quàm ſuper multis iuſtis. Et crederem, quòd ubi concurreret emendatus & ſemper bonus, ſi in cæteris non eſſent pares, & in emendato præponderarent plura alia merita compenſantia errores, deberet præferri alteri, quamuis ſemper bono, non tamen tot meritis decorato, per d. c. fidelior. cũ ſeq. Quæ omnia bene not. hic ultra Domi. hic. ¶ Circa uarios intellectus huius decre. diffuſe inſiſtunt hic Scribentes, quos omnes ad literam recitat An. Sic. nihil ultra eos addens. Sed omiſſa tali recitatione ſatis diſcuſſa in uoce, uideamus quædam fructuoſa, quæ colligi poſſunt ex iſto diſcurſu indigentia guſtu & additione.

M A N D A T V M Factum capitulo, non ligat ſingulares de capitulo, quo ad iura ſingularia. Omnes hic poſt Innoc. & addit c. fin. de præb. in 6. Intellige ſanè, niſi aliquis ſingularis haberet cõferre uice ex authoritate capituli: quia tunc mandatum directũ capitulo extẽditur ad talem Rota de conſti. 1. & de conceſ. præben. 12. in anti. uolens, quòd ſi hebdomadarij, qui cantant miſſam uice capituli, habẽt cõferre beneficia uacantia in illa hebdomada nomine capituli, mandatum de beneficio ſpectante ad collationem capituli includit talia, etiamſi eſſet beneficium, quod teſtator diſpoſuiſſet eſſe cõferendum ab iſtis hebdomadarijs: quia uidetur conſideraſſe collationem capituli. Et ſequitur Domi. in d. c. ſi. quia ubi aliquis habet generalem poteſtatem exercendi actum, ſi ſuperuenit noua diſpoſitio dãs ſibi aliũ actum, iſte actus ſuperadditus cenſetur eiuſdem naturæ & poteſtatis, cuius erat primus, per c. cùm ab eccleſiarum de offi. ord. iuncto c. ad abolendam. de hære. quia ſi epiſcopo datur per l. poteſtas noua, intelligitur ordinaria, ſicut prima. Facit de teſta. requiſiſti. ubi ſi prælato legatur ab extraneo, intelligitur legatũ eo reſpectu, quo adminiſtrat bona eccleſiæ.

1 A C T V S Conſiſtens † circa merum factum poteſt expediri per Canonicos etiam non capitulariter. Innoc. Compoſ. Ioan. Ands. Butr. Imol. & omnes hic. Addatus Inno. in c. bonæ. lo 2. ſuper uerb. temerè recedit. j. tit. 1. Arch. in c. 2. in fi. 63. diſt. Fed. conſil. 291. de reſcr. in 6. Imol. in c. cùm omnes. ſ. tit. proxi. Dom. in c. eum, qui quaſi, in fi. de dol. & cõtu. in 6. & Ab. in ſermone incip. Maximũ habito in cõcilio Baſilienſi, fol. 27. uer. præterea in ſchedula dicebatur. Et dicit Domi. in c. Romana. §. in uniuerſitatẽ. poſt. Inno. & Ioan. An. ibi, de ſent. excom. in 6. quòd in cõſiſtentibus in facto quilibet canonicus tenetur, & compelli poteſt ſpecialiter conſentire. Exemplifica, ut per Doc. hic, & latè But. in d. c. bonæ. ibi, no. gl. Ad hæc, quod no. Innoc. in c. irrefragabili. in prin. de off. ordi. dicens, quòd actus conſiſtens in facto, ut eligere, eſt penes ſingulos: conſiſtens in iure, ut electio, eſt penes capitulum: & ſequitur Flor. in repe. l. ciuitas. ff. ſi cert. pe. Cum iſtis etiam concordat latè Fran. Pauinus in tract. De poteſtate capituli ſede uacan. fol. 5. ult. col. in prin. Fortiùs dixit Ioan. An. in c. ſi. de conceſ. præb. in 6. quòd ubi canonicus eſt recipiendus de neceſſitate, etiamſi ea receptione tradatur titulus, puta quando fit ad mandatum Papæ, qui non contulit, tunc præſentes faciunt capitulum, & capitulariter illum recipient etiam non uocatis aliter abſentibus, qui non poterunt dicere ſe contemptos, cùm nulla propterea electio eis competeret: imò ſi fuiſſent præſentes, oportuiſſet parere: tamen præſentes non recipiẽt illum hoc caſu ſingulariter, id eſt, per conſenſus ſeparatim præſtitos, ſecũdum eum. Et ita in hoc ultimo uerbo concordat cum prædictis, ſentiens, ſecus eſſe in receptione tituli non collatiua. Sed Domi. ibi reprobat poſt Lapum hoc, ſcilicet quòd non ſint uocandi abſentes in receptione capitulariter fienda, quæ eſt collatiua tituli: quia ubi actus habet fieri capitulariter, debent uocari abſentes, qui ſunt in diœceſi, quouſq; faciant ſaltẽ maiorem partem: quia, ſecundum Ioan. An. in c. 1. de his, quæ fi. à maiori parte cap. in actu uniuerſitatis debent eſſe præſentes duæ partes de uocandis. Ex quo ergo Papa ſcribit, q capitulum recipiat, intelligatur de capitulo, prout iura dicunt eſſe capitulum: quia reſcriptum debet intelligi ſecundum iuris ordinem, j. eod. cauſam. Ergo detur congregatio quantitatis à iure determinatæ. ¶ Non aperit Domi. utrũ intendat reprobare Ioan. And. ſolùm in caſu, quo loquitur, de receptione tituli collatiua, in qua uult, quòd adſint duæ partes, & bene: an uerò uelit reprobare omnia, quæ prædixit & ſic, q etiam, ubi receptio eſt facti, nõ poſſit fieri ſingulariter. Et licet uerba Lapi ſimpliciter recipiãt primum modum intelligendi, tamen ratio Domi. uidetur mihi multum facere contra dictum Doct. hic, & aliorum cõmuniter ibi, uidelicet quòd ex quo literæ dicunt, quòd capitulum recipiat, intelligatur de capitulo, prout iura dicunt, ſcilicet debito modo numero congregato. Sed non eſſet tutum recedere ab opi. cõmuni: quia ex quo agitur de his, quæ ſunt facta appellatione capituli, ueniunt etiam ſingulares, ut uoluns Doct. hic, & in d. c. Romana. & Bal. in l. ſicut. ff. quod cuiuſ. uni. no. Et dicamus, quòd procedat ratio Domi. in actu iuris collatiuo. Et adde Rot. de conceſ. præbend. 15. in nouis, in prin. quæ dicit, quòd receptio illius, cui Papa cõtulit canonicatũ, eſt quid facti, ſolùm quædam executio. ¶ Hoc modo habes limitationem quotidianam ad gl. in c. cùm omnes. de cõſti. quæ uult, quòd conſenſus collegij nõ præſtitus collegialiter, non ualet. ¶ Alias 5. limitationes ultra iſtum poſui ibi: quibus adde ſeptimam, uidelicet niſi eſſet conſuetudo, quòd conſenſus præſtetur ſeparatim & ſingulariter cum expreſſione nominis ſingulorum. Bald. in authen. hoc ius. ibi, ſecũdò dicebam. C. de ſac. ſan. eccl. quia ex hoc nõ decreſcit aliquid eccleſiæ: quod eſt aureum, ſi eſt uerum. Et licet loquatur in alienatione rerum eccleſiæ, tamen ſenſit idem in alijs actibus. Alle. Arch. qui hoc nõ ponit, 12. q. 2. ſine exceptione. Sed, ut dici j. de re iud. cũ cauſa. non uidetur probabile, cùm hæc conſuetudo nõ ſit oneroſa eccleſijs, attento quòd illi conſenſu ſeparatim exiguntur

plerunque

plerunque carent ea libertate & maturitate, quam habent ſi ſimul ſectatè congregati. Ergo non poſſet eccleſia facilè damnificari. Cogita. Et ſcias, quòd quicquid tractatur circa locum, ubi conſueuit capitulum congregari, non eſt propriè tractatus, ſed quoddam præludium, quod non facit rem eſſe integram: ſed cum incipit tractari in capitulo, res deſinit eſſe integra. Bal. in rub. de poſtu. præla. Allegat Inno. io c. audiris. de elect.

Aliud Singuli, aliud uniuerſi. Gl. & Doc. hic multam faciunt differentiam, utrùm actus concernat ſingulares de capitulo, an totum capitulum, per c. Epiſcopus, qui mancipium. § qoi manumittitur. 12. q. 2. ¶ Guſta iſtã differentiã ad multa. a Per ipſam dicit Ro. de do. & cõtu. t. in antiquio. ꝙ citatio facta corã decano & certis caoonicis capitulantibus, noo tamen io ſufficienti oomero, non ioducit contumaciam, per quam illi poſſint excommunicari, quaſi cõtumaces in cauſa capituli: quia aliud capitulum. Per iſtam differentiam dixit Cal. de præb. conſ. 21. qoòd fructus, qui hoc anoo diuiduntur, debentur etiam canooicis nouis, dato quòd ſint de annis præcedeotibus eorum receptiooem, quia debentur capitulo, non ut ſingulis: & capitulum ſemper eſt idem, l. cùm proponebatur. ff. de iudi. Per iſtam differentiam dixit Imol. in cap. ea literis. ult. not. 3. tit. proa. quòd licet nemo ſibijpſi imperet, l. pe. ff. de arb. cum ſi. tamẽ capitulum imperat ſingulis de capitulo: quia aliud ſinguli, &c. Per iſtam differentiam dixit Abb. de præſcr. cùm non liceat. 3. no. qoòd clericos iurans ſubiectionem epiſcopo & capitulo, iuxta c. cùm clerici. de uerbor. ſign. noo eſt ſubiectos ſingulis de capitolo: quia aliud ſinguli, &c. b Per iſtam differentiam dixit Bart. in l. in tantum. §. uniuerſitatem. ff. de re. di.

24 quòd † illi de noiuerſitate poſſuot teſtificari in cauſa uniuerſitatis, ſi materia non concernit ſingulos, No. in l. j. de teſti. inſuper. ubi dixit, uer. fallit quintò. Per iſtam differentiam dixit Per. de Anch. conſ. mihi 200. Viſis & põderatis. quòd ſi domini Veneti promiſerunt non ponere officiales in certis terris regis Hungariæ, nec ſe impedire de eis ſub pœna tamen, ſi unus ciuis Venetus eſt electus ab hominibus illius terræ, poteſt acceptare officium: quia nil ſit nomine dominij Veneti, tanquam nomine uniuerſitatis, ſed ab illo, ut à ſingulari. Per iſtam differentiam dixit idem Per. conſ. 273. Ad prædicta dubia. quòd uolens probare, quòd capitulum aliquid fecit, non obtinet, niſi deducat, quòd capitulariter fecerit, quia aliud ſinguli, &c. Cõcordãt plures, quos allegaui ad hoc in d. c. cũ oẽs. Per iſtam differentiã dixit Tho. Faſtoli dubio Rotæ 23. itẽ fuit cõſultũ. quod procurator generalis, cui eſt data poteſtas pro ordine, & pro ſingulis perſonis de ordine, non cenſetur habere mandatum ad agendum pro uno conuentu illius ordinis, quia aliud eſt ordo in genere, aliud ſingularis conuentus, & aliud ſingularis de ordine. Per iſtam differentiam deciduntor etiam plura, de quib. ſtatim maximè in 2. declaratione. ¶ Cæterùm iſta & his ſimilia recipiunt quatuor ualde notabiles declaratiooes ab alijs nõ reductas. Prima declaratio ſumitur ex uerbis Aegidij concluſione Rotæ in. Canonici capitulariter. ubi dicit quòd cognoſcitur, quãdo aliquid fiat, ut à capitulo, uel ut à ſingulis, hoc modo: putà, ſi conſtituitur procurator io materia concernente totum capitulum, cenſetur conſtitutus nomioe capituli: ſi coocernit ſingolares nomioe ſingularium, uel ſi concernit capitulum & ſingulares, attenditur, quod principalius: ſi oon apparet, & præceſſerũt aliqua ſigna capitulãdi, putà ſonus campanæ, locus capituli, ordo in capitulo, tũc præſumitur capitulariter factum, aliàs præſumitur totum ſingulariter præceſſiſſe. Poſtea decidit. quòd capitulariter conſtituunt procuratorem in cauſa, quæ principaliter noo concernit, niſi certos de capitolo in procuratorio nominatus, non uidetur conſtitutus ab illis particularibus, quia noo fuerunt ibi, ut particulares, ſed ut capitulum repræſentãtes. Quod beoe not. ¶ Intellige ſanè, dum modò conſtet, quòd faciunt hoc capitulariter, ſcilicet reſpectu loci & numeri, ſecus, ſi faciuot hoc non ut capitulum, ſed ut canonici, dando mãdatum ad cauſas præbendarum ſuarum, etiamſi ſiot capitulariter coogregati oon tamen capitulari numero, quia noo dicetur procurator datus à capitulo, etiamſi in mandato obligent hooa capituli. Itã pulchrè Aegid. deciſ. 108. Si canonici. ¶ Conſidera primum dictum, quia uidetur difficilis intelligentiæ. Vult enim Aegi. quòd ſi materia concernit ſingulares, diſpoſitio facta à pleno capitulo dicatur fieri ut à ſingulis. Poſtea in exemplo de procoratore ſentit oppoſitum. Vnde uidetur ſimpliciter ſequenda ſua prima doctrina, habito ſemper reſpectu, non utrùm capitulum ſit congregatum, quia hoc ſolùm non facit actum capitularem: ſed utrùm ſint uocati abſentes, & tunc dicatur actus uerè capitularis. ¶ Secunda declaratio: quòd capitulum dicitur repræſentare perſooas uiuentes, non tamen eſt perſona uera, ſed ficta & repræſentata, carens anima. Imol. in l. mortuo. in ſio. ff. de fideiuſ. Vnde excommunicari noo poteſt [a], per c. Romana. §. in uoiuerſitatem. de ſent. excom. in 6. ſecundum eum. Pro quo uide omnino Dom. in c. ſicut uir. 7. q. 1. ubi dicit, quòd actus & paſſiones, prout conſiſtuot in facto, ſunt ſiogulorum, nõ autem collegij, uel uniuerſitatis, Beoe probatur in ca. 2. de teſti. in 6. Conſtat autem, quòd uniuerſitas, uel collegiũ non eſt quid ſingulare, niſi per repræſentationem, d. l. mortuo. Excommunicatio autem ligat ſolùm ueram perſooam, non repræſentatam, c. pe. & gl. de offi. dele. & habentem animam rationabilem, c. ſi quis. de reb. eccl. oon alie. & baptizatam, 11. q. 3. Chriſtianus. Quæ omoia ceſſaot in uoiuerſitate. Ergo licet ſit perſona repræſentata, eſt tamẽ io capax excõmunicationis, ſecundũ eũ. Similiter dicit Bal. in rub. C. ad Treb. quòd ſi iuraui te defendere cõtra nẽm perſonã, uel feci procuratorẽ contra oẽm perſonam, non uenit uniuerſitas, uel reſpub. [b] quia ſit interpretatio ſtricta abſq; iuris fictione. Et idem Bald. in authen. item quæcunque. C. de epiſc. & cle. Et dicit Arch. in c. 2. de reſcrip. in 6. ſuper uerb. tres, uel

a Non poteſt] Adde Spec. in tit. de ſenten. excom: uer. item nota. & Card. in cle. 1. §. pen. de hæret.

b Vel reſpublica] Adde pleniũs do. Alex. de Imol. in d. l. mortuo. ſæpius in tex. alle. et uide etiã Bal. in l. metum. §. animaduertendum. quod met. cauſa. & in l. quicunq;. de ſeruis fug. & gl. in l. eos. C. de uſur.

25 quatuor. quòd † clauſula, Et quoſdam alios [c], non comprehẽdit uniuerſitates. Et ſequitur ibi Io. Aod. & ibi Domi. Bal. j. eod. ſedes. & in d. authen. idem. & in l. ſed ſi hac. §. qui manumittitur. ff. de in ius uo. dicens. quòd per reſcriptum cõtra homines de tali collegio nõ poteſt cõueniri collegium, ſed tantùm ſinguli. Alle. etiam uotata hic. Et dicit Bald. in cap. j. §. conuenticulas. 2. no. de pa. iu. fir. quòd nomine perſonæ non contioetur ciuitas, uel uoiuerſitas, cùm pooantur ut diuerſa, ibi & in l. ſi. C. de erog. mi. ann. Et dicit But. de præb. graue. 3. no. quòd ſtatutum pœnale loquens de uera perſona, nõ ligat repræſentatiuam, per illum tex. ubi ſtatutum de prælatis noo ligabat capitula, & ideo ponitur ibi, uerſic. & hoc ipſum circa capitula. & not. Petr. de Anchar. de his, quæ fio. à præla. uonit. & Frao. Paui. in tract. ne ſede ua. fol. 5. ibi, & no. quòd ſtatutom. Et dicit Ioan. Andr. de elect. per inquiſitionem. ſuper ult. gl. quòd pendente inquiſitione commiſſa contra collegium, poſſuot promoueri ſingulares de collegio, niſi ſint oominati in commiſſione. Et idem Spe. in loco per eum alle. Et eſt pulchra limitatio ad c. omnipotentis. de accuſ. de qua etiam per But. in d. c. per inquiſitionẽ. Cui adde Arch. idem tenentem io c. tantis Daniel. ad ſi. 81. diſt. & alleg. Vioc. in d. ca. per inquiſitionem. Et dicit Bal. in l. omnes populi. ibi, ſed nunquid ſub iſto uerbo. ff. de iuſt. & iu. quòd ſtatutum loquens de perſona, non intelligitur de ficta, niſi ſtatutũ nominatì ſe ad fictam extendat. Et ideo comprehendit ciuitates, & caſtra: quia nõ ſunt perſonę, ſed uice perſonæ [d] dict. l. mortuo. Et dicit Ludon. conſilio 436. Quod indultum Petri. quòd priuilegia derogantia quibuſcunque perſonis, non derogant collegio auditorum Rotæ, quia non uenit appellatione perſonæ. Et dicit Lud. conſil. 400. Quæritur, an ſtatutum, quòd ſtatutum cogens ad compromiſſum litigantem cum perſona, ceſſat in litigante cum uniuerſitate. Eſt enim quoddam corpus, quòd ex multis conſtituitur, & caret anima,

c Et quoſdam alios.] Sed nunquid dicta clauſula comprehendat clericos in reſcripta poſita contra laicos? Dic, quòd ſic, Rot. in deciſ. 74. ſi clericus. in nou.

d Vice perſonæ] Ad quod adde do. Soci. in ſuo conſil. 306. inci. circa præſentẽ conſultationẽ. uerſi. bene facit tex. ſtatim poſt medium, in 9. parte.

ma, d. §. uniuerſitatem. Item quia aliud ſinguli, &c. Vnde procurator conſtitutus ab uniuerſitate, non eſt idoneus in cauſa ſingulorum de uniuerſitate. Dicit eſſe caſum not. in l. 2. ff. quòd cuiuſque uni. nomine. ¶ Tertia declaratio. Aliquando diſpoſitio legis de perſona loquentis procedit in uniuerſitate, non ui uocabuli, ſed legis extenſione. Ita probant uerba But. in d. c. graue. per illũ tex. ibi, & hoc ipſum, qui probat, quòd ſi non fuiſſet facta extenſio, ſtaret regula prædicta. Similis tex. in l. j. iuncta l. nihil intereſt. ff. ad Mace. ubi diſpoſitio de perſonis trahitur ad ciuitates, ſicut etiam appellatione hominis non uenit fiſcus, l. ſi quis in tantam. ibi, apud fiſcum, uel homines. C. unde ui. & tamen tex. loquens de perſona extenditur ad eum. Glo. in l. eos. §. cæterus. in uerb. uſurarum. & ibi Bald. C. de uſur. Et ita per iſta iura declarat Lud. in l. a. ibi, ſecundò, an ſtatutum. ff. de uer. obl. licet ibi noluerit decidere id, quod de compromiſſo decidit in d. conſ. 400. in quo replicant eadẽ, ſ. quòd in illis iuribus & ſimilib. comprehenditur uniuerſitas ex ipſius legis extenſione, ſicut etiam in l. fin. §. ſed & ſi quis ſit nauta. ff. nau. cau. ſta. ubi edictum de nautis extenditur ad nautabatas, id eſt, maiores nautas, qui exercent operas ſuas in naui, ut exercitor patiatur eos præpararetes ſuas in naui. Hoc modo reſponderi poteſt ad l. quid ergo. §. fin. ff. ea qui. cau. ma. iuncta l. item ait in prin. eo. tit. ubi ædificium præturis habens uerbum, Si quis, extenditur etiam ad ciuitates, licet Bal. poſt Dy. per illum text. recedat a prædictis in l. meſſ. la 2. §. animaduertendũ. ff. quod me. cau. uideos procuratorem contra perſonas, experiri poſſe contra uniuerſitates. Et dicit Bal. in l. quicunq;. ibi, not. tertiò. C. de ſer. fu. q; nomine perſonæ ſignificantur maſculi & fœminæ [a]. ¶ Quarta declaratio. Quando materia ſubiecta eſt apta recipere extenſionem, quia non agitur de odio, diſpoſitio loquens de perſona poterit trahi ad uniuerſitatem, eadem ratione, quà lex in dictis caſibus plerunq; extenditur. Ita puto ſentire Lud. in dictis locis. Pro quo uide Pet. de Anch. Imol. & Abb. in d. c. nouit. & Frao. Paui. in d. tract. dicentes, quòd in materia larga prædicta non procedunt. Faciunt not. per Domi. in ca. cum in illis. §. j. ante fin. de præb. in 6. ubi dicit poſt Imol. quòd ſi reſcriptum eſſet generale, & in materia fauorabili, qualis eſt conſeruatoria, appellatione perſonarum ueniunt capitula & eorum capita, ut epiſcopi. Secus in materia odioſa. Vnde ſi impetratur de beneficio ad quorumcuoque collationem ſpectante, non ueniunt, ſpectantia ad capitulum, uel collegia. Ex quo puto fortè idẽ in derogatione facta iuri pat. laicorum, ut nõ intelligatur de patronatu collegij, uel uniuerſitatis ſecularis. quod tamen non reperio tactum. Similiter dicũt Imo. & Ab. in d. c. nouit. quòd in materia larga appellatione perſonæ uenit uniuerſitas. Vnde dicit Pet. de Anch. in c. dilecti. de foro comp. quòd priuilegiũ datũ ibi ciuibus Anglicanis comprehẽdit etiam communitates & populos Angliæ. Et ita ſentit Lud. d. conſi. 436. dum dicit, maximè ſi priuilegia ſunt odioſa. Et in caſibus iſtis non extenditur materia per uerbi impropriationem, ſed per largam ſignificationem ſumptam ex d. l. mortuo. prout etiam declarat Bart. in l. aut facta. §. fi. circa prin. ff. de pœ. quem reaſſumũt Abb. Maria. & Ana. de ſimo. dilectus. lo a. examinando, quando uniuerſitas puniri poſſit: & ibi aliàs dixi. Et quòd dicatur uniuerſitas perſona repræſentata, no. etiam Bar. in l. uſusfructus. poſt princ. ff. de ſtip. ſer. & in l. j. uerſi. quæro etiam, an capitulum. ff. ad municip. ¶ Ex his inferter ad iura, quæ aliquando dicunt, Vniuerſi & ſinguli, ſicut in c. generali. in princ. de elect. in 6. & in c. t. de ſup. neg. præla. eo. lib. & in c. nimis. lo 2. in fi. de exceſ. præla. Et ibi dicit Hoſt. quòd ſufficiebat, quo ad mentem, dicere Vniuerſi, ſed fuit additum, Et ſinguli, ad euitandas friuolas, licet ſubtiles, occaſiones, ne quis fortè diceret, aliud Vniuerſitas, aliud Singuli. Alle. iſtum tex. Vnde in inſtrumentis & priuilegijs non poſſunt nimis ſpecificari ſpecificanda ad tollendam ſophiſticam interpretationem malignorum, ſecundum eum, ut refert ibi Ioan. And. quaſi in fi. & tranſit Bu. in c. oppoſ. de quibus etiam memini de off. deleg. ueneRabili. & ſunt uerba accõmodabilia ad multas ponderationes. quæ fiunt ſæpe, maximè à Dominico, quando lex utitur inculcatione ſynonymorum, & arguitur, quòd unum non comprehenditur alio expreſſo, dicendo, Aliàs hoc uerbum ſuperflueret: nam talis argumẽtatio plerunque eſt fragilis, ut uides. Facit cle. 1. in fi. de pœ. Non tamen aperiunt Doct. in d. c. nimis. an præceptum factum uniuerſis, comprehendat ſingulos: & dicendo, quòd eſt exceptio friuola, innuunt, quòd ſic. Contrarium ſentiunt dicendo, quòd ſufficiebat, quo ad mentem, dicere uniuerſi: quaſi ſecus, quo ad uerba: quod uerius puto in materia ſtricta, per prædicta. ¶ Quibus adde tex. in c. quoniam. 47. diſt. iuncto c. conqueſtus. de uſur. ubi probatur rectè intuenti, quòd dictio Si quis [b], non comprehẽdit uniuerſitatẽ in materia ſtricta, niſi per extenſionem, licet illos tex. aliter inducat An. Si. in d. c. dilecti. in fi. recedens ab opinione communi. ¶ Poteſt etiam dici, quòd c. conqueſtus. non emanauit ad declarationem c. quoniam. ſed iuris diuini prohibentis uſuras. Et ex iſtis alibi non accumulatis poſſet multa fabricare otioſus cõtemplator iam exoneratus à prædictorum laborioſa inuen-

16 tione. ¶ Cæterùm, quando † de materia uniuerſitatis imminet aliquod dubiũ, ultra ea, quæ ſunt in Reper. in uer. uniuerſitas. uide Alb. de Roſ. in toto tit. ff. quod cuiuſ. uni. no. & dicta ſua colliguntur ſummatim ab eo ibi in ro. more ſuo. Et inter cætera memento deciſionis ſuæ non uulgaris, quã ponit in l. j. uer. uidi etiã dubitari. eo. tit. ubi dicit, ſe uidiſſe dubitari, an ſacerdos [c] parochialis debeat reputari de uniuerſitate, quo ad cõmoda, uel onera uniuerſitatis? & concludit, quòd ſic, per plures rationes, quas ante ipſum formaliter ad literam poſuerat Old. conſi. 32. quæſt. eſt, utrùm ſacerdos. ¶ Non inſiſto: quia opportunè ſcripſi in c. eccle. in 3. q. de conſt. Et ibi dictis adde hoc uerbum Alb. & etiam quod no. Bald. in cap. t. ad fi. de mi. uaſ. qui bel. ar. depo. ubi concordat cum conſil. Oldra. Et dicit Bar. in l. j. uerſi. quæro etiam, an capitulum. ff. ad mu. quòd appellatione ciuium uenit capitulum Canonicorum. An autem dicantur clerici de diſtrictu, dicit Ioan. Andr. quòd ſic, in cap. fin. de offi. deleg. in 6. Terigi j. eod. Rodulphus. ponendo, quid ſit diſtrictus. Et uide Alber. in 2. parte, in ſtatutis, quæſt. 1. illius longe q. uer. & eſt attẽdẽdũ, quòd clerici. ubi dicit, poſt Cu. epiſcopum, quòd clerici in odioſis non ſunt de uniuerſitate, ſed ſolùm in fauorabilib. Et ibi ẽt in 9. col. iſtius q. uer. nec obſtat. reprobat dictum Io. An. in d. c. fi. de offi. dele. in 6. dicens eſſe manifeſte contra ca. accedens. lo 2. ut lit. non cõteſt. Dicit tamen Alb. in d. l. t. quòd contra illas rationes, quæ ſunt Old. facit, quòd ipſe not. in 2. parte ſtatutorum, q. 90. incip. Si ſtatuto cauetur, quòd communitates. ubi tenet, quòd ſtatutum obligans communitatem ad damna data in ſuo territorio, nõ intelligitur de dãno dato in eccleſijs. Et ita dicit ſe obtinuiſſe poſt Gaodinum. Vult dicere, quòd ſicut eccleſiæ nõ ſunt de territorio, ita clerici non ſint de uniuerſitate. Sed hoc nõ obſtante teneretur conſ. Oldra. quia imo eccleſiæ dicuntur eſſe in territorio, licet non ſint ſubiectæ, ſicut dicitur de eccleſia exempta, quæ eſt in diœceſi. ut examinaui in c. graue. de offi. ordi. Item ſi eccleſiæ dicuntur in fauorabilibus eſſe de diſtrictu & de populo, ut dixi in d. c. eccleſia. profectò ita etiam dicentur de territorio in fauorabilibus: Cùm territorium & diſtrictus largo modo conueniant, ſicut terrere & diſtinguere, ut dicetur j. eo. Rodulphus. Et in hoc non egredior aliter, ne incidam in uitium impertinentiæ. ADDITIO. ¶ Et ſupra dicta adde ad Ant. de Alex. in l. 2. §. hoc ẽt. C. de iu. cal. ubi dicit, quòd appellatiõe perſonæ nõ uenit uniuerſitas: & allegat circa 6. ex allegationibus ſ. eo. nondum uiſo. daris, quas dicit non ita plenè reperiri alibi, & quòd requirerent altiorẽ conſiderationem. Allegat etiam Bal. non allegatũ fortè ſ. in l. 2. C. de im pu. & alijs ſubſti, & in rub. C. ad Trebell. ADDITIO.

SCRIPTVM

---

a Et fœminæ] Adde idem tenentem do. Soc. in conſ. 58. incip. caſus l. municipalis. uer ſic. 1. alienatione. circa fin. . parte.

b Si quis] De hac dictione, Si quis, uide Bart. in l. qui filiabus. §. j. et ibi Ray. de leg. 1. & Bart. in l. ſi neceſſarias. § ſi annua. in j. oppo. ff. de pignor. act. & in l. 1. uer. ſed contra prædicta. ff. de cõd. & demonſtra.

c An ſacerdos] Adde tu, an foren ſis præbẽdatus in aliqua ciuitate dicatur ciuis illius ciuitatis? Vide Bartol. in l. heres abſens. in fi. ff. de iudic. Inno. in ca. ex ore. de priuil. & quod no. in c. fi. de eo, qui mit. in poſſ. cauſa rei ſeruan. Vide per Scribentes in c. dilectus. el y. de reſcrip. & c. ex parte. de fo. compe.

Suſceptum fuerat Hic, ut uicegerenti, ſecundum communem intellectum Docto. hic. Adde primò de materia uicegerentis, Verùm dicatur ordinarius, & quomodo cognoſcatur? Car. in cle. 1. in 6. oppoſ. de off. uic. cum concor. de quibus per eum, & Ang. Aret. Hoſti. de except. in rub. fol. 2. Bart. in l. ſi filius. ff. de leg. præſt. And. Sicu. in c. ſanè. lo 2. in 1. uo. de offic. deleg. & in c. 1. de off. leg. cum alijs cõcor. de quibus ad ſatutitatẽ per Alex. I rub. ff. de off. eius cui man. eſt iur. Et omitto: quia non tangitur hic. Per iſtum intellectum dicit Abb. anti. quem ſequuntur hic omnes, ante Abb. Modernum, qui non ponit, quòd ſi præpoſitus Magolenſis, uacante ſacriſtia Magolenſi, quam ipſe tenet de conſuetudine, quando uacat reciperet mandatum Papæ ſuper aliqua materia ſacriſtiæ pertinente ad ſacriſtiam, ſi ante executionem ſit creatus ſacriſta, ipſe habebit exequi, non præpoſitus. Ex quo intellectu habemus hic text. ualde ſingul. quòd ſcribendo illi, qui repræſentat aliũ, nunquã uidetur in dubio ſcriptum, ut executori, ſed ut uicegerenti: quia ſi eſſet ſcriptum ut executori, creato domino non tranſiret in eo mandatum, & tamen tranſit, ut in iſto tex. quem in hoc meritò omnes extollunt: ſecus dicentes, ſi ſcriberetur capitulo ſubſiſtente epiſcopo: quia non poſſet epiſcopus cõpelli plus, quàm ſi ſcriptum eſſet extraneo: quia non eſt ſcriptum capitulo, ut uicegerenti, ſed ut capitulo. Similiter ſi ſede ua. ſcriberetur extraneo, ut cõferret. loco, & uice epiſcopi, & hoc conſtet, ut ſi dicatur Tibi gerenti uices, tunc poterit conferre, ante quàm ſuperueniat collator, non eo ſuperueniẽte, ſecundum But. Et caue: quia ſi ſcribitur capitulo, ut conferat ſede non uacan. uidetur dari pro tunc noua poteſtas conferendi: quia ſcit Papa, quòd capitulum ſolum conferre non poteſt. Itẽ, quia non gerit uices epiſcopi: ſecus, ſi ſcribit uacante ſede: quia non uidetur dare nouam poteſtatem conferendi ſed reſpicere poteſtatem illius cuius in genere uices gerunt, ut clarè patebit in additione immediate ſeq. uer. in quantum dicit hic, &c. Illud autem, quòd literæ reſpicientes uicegerẽtem extẽdãtur ad nouiter creatum: limita uerum in mandato: ſecus in iuriſdictione delegata: quia per reſcriptum contra uicegerentem non conuenietur dominus nouiter creatus. Ita utiliter dicit hic Innoc. Io. And. But. & Imol. & Domi. per c. 1. de alie. iud. mu. cauſa fa. Vbi innuitur à contrario, quòd ſi ille, contra quem literæ impetrantur, transferat in alium poſſeſſionem, ſuper qua impetrans uolebat eum conuenire, non conuenitur ille, niſi malitia eius interueniret, licet transferens geſſerit prius uices ſuas. Item quia reſcriptũ non extenditur ad alium, ff. de off. deleg. c. P. & G. Neque ad multos, c. 2. de reſcrip. in 6. Aſſignant rationem differentiæ, quia iuriſdictio delegata reſtringitur, d. c. P. & G. & ℑ. eo. c. fin. Mandatum uerò non: quia non debet reſtringi in obedientia, ſed potiùs ampliari, 8. q. 1. ſciendum. uti hic per eos. ¶ Ab iſta limitatione excipiuntur aduertenter duo caſus. Primus eſt, ubi reſcriptum impetratur contra prædeceſſorem: quia ſi res non eſt integra, tranſit in ſucceſſorem in beneficio, & ad alium ſucceſſorem uniuerſalem. Inno. But. & Imo. hic per d. c. dilecti. de fo. comp. & ℑ. eod. ſignificauit. & ibi dicetur. Ratio differentiæ eſt, quia maior eſt unitas inter habentem dignitatem & ſucceſſorem, quàm inter gerẽtem uices, & nouiter creatum. Nam ſucceſſor cenſetur eadem perſona cum defuncto, in authen. de interiur. à morienti præſtic. §. 1. & iura, quæ habet à prædeceſſore, l. hæreditas, ff. de re iud. Sed hic epiſcopus non habet ſua iura à capitulo, ſed aliàs ex diſpoſitione iuris communis. Ideo non dicitur ipſius ſucceſſor, ſecundum prædictos. Et caue: quia õmnia uerba eorum non rectè adaprãtur ad ſucceſſorem in beneficio: quia bene uerum eſt, quòd nil trahit à uicegerente, ſed nec etiam à prædeceſſore, ſed à collatore. ¶ Secundus caſus eſt, quando contra gerentem uices eſſet lis conteſtata. Ita ſimpliciter Innoc. Ioan. An. & Imol. hic. Bu. non ponit hic. Sed Domi. intelligit, quando lis eſſet conteſtata cum defuncto, Quæ uerba ſunt obſcura, & fortè loquuntur ſolùm in ſucceſſore, qui trahit ius à defuncto: quia in illo bene diſtinguitur, Vtrùm eſſet cum defuncto lis conteſtata uel non, ℑ. eo. ſignificauit. cum materia. Sed ſi diceres, quòd litis conteſtatio contra uicegerentem operaretur tranſitum iuriſdictionis delegatæ in nouiter creatum, eſſet maxima reſtrictio ad prædicta. Et ideo cogita. Et adde iſtis Alex. in l. & quia. in fin. ff. de in. om. iu. ubi ponit, an mandatum factum poteſtati, tranſeat in uicegerentem. Et adde, quòd licet aliquis prælatus gerat uices alicuius curati, ſede eius uac. per hoc ſolũ nõ dicitur iſte uicegerens habere beneficium curatum, etiamſi ad hoc teneatur ex conſtitutione, Old. conſ. 292. Factum tale eſt, ſtatutũ eſt. Quod not. ad multa.

Si papa Scribit ei, qui de iure conferre non poteſt, ut conferat, uidetur nouam poteſtatem dare, ſed ſi eſſet ordinarius collator, & propter ſpecialem certum caſum conferre non poſſet, literæ non ualebunt, quia cùm illũ caſum non ignoret Papa, non poteſt uideri dare poteſtatem de nouo. Ioan. And. hic poſt Bu. Adde Domi. in c. cùm aliquibus ad fin. de reſcrip. in 6. ubi idem tenet poſt Io. de ſancto Georgio. Per quam doctrinam dicit hic Imo. ibi, tu potes etiam attentare. quòd excuſatio capituli fuit bona hic, etiam non creato epiſcopo: quia habebant poteſtatem ordinariam conferendi ua. ſede. Sed fortè ex aliquo caſu ſpeciali ad epiſcopum ſpectabat collatio. Vnde cùm Papa hoc neſciret, meritò ſe excuſabat: quia non dabatur poteſtas ex iſto reſcripto. Quòd autem de iure haberent conferre, probat ſic: Epiſcopus habet conferre beneficia cum conſenſu capituli, ut plenè tractatur per glo. & Doct. in c. eccl. lo ult. de elect. Sed capitulum uac. ſede poteſt conferre beneficia ſpectantia ad epiſcopum & capitulum, c. unico, ne ſede uac. in 6. Ergo eſt ordinarius collator. ¶ Sed certè ſomniauit in hoc Imol. licet ipſum ſimpliciter ſequatur And. Sicu. Primò; quia ſequeretur ex his, quòd non eſſet hic ſcriptum capitulo ut uicegerenti, ſed ut ordinario collatori. Ergo epiſcopus creatus nõ teneretur. Cuius contrarium hic firmant omnes, & ipſemet Imo. ¶ Secundò: quia nõ eſt uerum, quòd capitulũ de iure communi ua. ſede ſit ordinarius collator beneficiorũ. Imò dicit tex. ne ſe. ua. c. 2. quòd hoc nõ eſt iure cautum. Et hoc pro indubitato præſupponit hic But. & Domi. in euidentia libus. Et ſæpe ipſemet Imol. licet illa regula ex aliquo iure ſpeciali [a] poſſit fallere, de quo Papa non præſumitur ſcire. Et ita loquitur d. c. unicum, in princ. ne ſede uac. in 6. ¶ Tertiò: quia non ſequitur, Epiſcopus habet conferre regulariter requiſito capitulo: ergo exiſtenſum ſemper ſuccedit: quia hoc modo nihil importaret regula d. c. 2. Præterea non eſt ſimpliciter fatendum, quòd habeat requirere capitulum. Imò fit lõga diſtinctio præſupponentis pro regula contrarium, ut latè Ro. de conceſ. præb. 4. in nouis: Domi. in §. 1. 21. diſt. omnes. in c. cùm eccleſia Vulterana. de elect. ¶ Præterea poſito, ſed non conceſſo, quòd epiſcopus haberet ſemper conferre cum conſenſu capituli, non ſequitur, quod dicit Imo. & An. Sic. uidelicet. Ergo ſumus in caſu d. c. unici, ſcilicet quod capitulum ſede ua. poterit conferre: quia tex. ibi in princi. in uerb. communiter pertineat. loquitur de collationibus competentibus epiſcopo & capitulo communiter, nos loquimur, ubi requiritur conſenſus capituli. Et iſta ualde differunt, quia requiſitio illius conſenſus non facit, quòd collatio non ſpectet ad ſolum epiſcopum, ut apertè dicit tex. in d. c. unico, uer. cùm uero. Et hinc eſt, quòd ſufficit impetranti exprimere collatorem, licet cum aliquorum cõſenſu habeat conferre, ut optimè declarat Io. And. in c. cùm illis. ibi, in contrarium ponderanda uidetur. de præben. in 6. & ſequitur ibi Domi. in §. fio. per d. c. unicum, ut not. per Matia. in repe. c. poſtulaſti. uer. quarto. ℑ. eo. ¶ Similiter dicit Rot. hoc tit. 73. in antiq. quòd non uidetur collatio ſpectare ad te & me communiter, licet in eius expeditione habeam te conſulere. Et idem Abb. de re iudic. non poteſt. in fi. ¶ Similiter dicit Rot. de præb. 30. in antiquioribus, quòd impetrans beneficium ſpectans ad collationem certi abbatis, poteſt petere illud, quod Abb. habet conferre cum conſenſu alterius, ſicut ſi haberet ſolus conferre, per d. c. unicum, uer. cùm uerò. ¶ Similiter dicit Rot. de conceſ. præb. 2. in antiquioribus quòd ſi ſit mentio de beneficio ſpectante ad præſentationem Abbatis, uenit illud, ad quod præſentat cum conſenſu alterius. Secus, ſi ad ipſum & aliũ ſpectat communiter collatio, per d. cap. unicum. ¶ Quem tex. tanquam malè guſtatum, not. perpetuò ad materiam l. ſerui electione. §. 1. ff. de leg. 1. uidelicet, quòd non dicitur ſpectare communiter duobus id, quod unus facit cum conſenſu

a Iure ſpeciali] Vide no. per Car. in cle. ſi de beneficio. de præb.

ſenſu alterius. Et ex his remanent dicta Imol. multipliciter defectuoſa, & quaſi æquiuocantia in cognitione noſtrorum terminorum. ¶ Scias tamen, quòd in materia fauorabili, ſi fit mentio de beneficijs ſpectantibus ad epiſcopum, ueniũt etiam ea, quæ ſpectãt ad epiſcopum & capitulum communiter. putà, ſi Papa reſeruat omnia beneficia exceptis ſpectãtibus ad collationem capituli & epiſcopi. Ita latè Cal. de præb. conſi. 20. ſcias etiam iſtud, quòd non dicitur ſpectare ad duos, quando unus facit requiſito conſenſu alterius: & nihilo minùs actus poteſt etiam attribui tunc duobus, per id, quod dixit Hoſt. in c. graue. de præb. & ſequũtur ibi alij, maximè Imo. & Arch. & Domi. in §. t. 17. diſt. dum dixit, quòd ad hoc, ut conſtitutio dicatur concilij prouincialis, para ſunt dicere, Nos archiepiſcopus de conſenſu coepiſcoporum: uel, Nos conſilium. Secus, ſi diceret De concilio, quia concilium non tenetur ſequi, cap. cùm in ueteri. de elect. Ex quo intulit egregiè Abb. in ſermone, Maximum habito in concilio Baſileæ contra oratores Eugenij, quòd ita dicitur conſtitutio concilij illa, quæ fit per Papam cum his uerbis, uidelicet De patrum conſenſu, uel concilio decernente, ut in capi. ſcelus. 2. quæſt. 1. & in cap. nimis. de iureiur. ſicut de illa, quæ intitulatur, Concilio: quod etiã retuli in cap. t. in princ. de pact. Et eſt dictum nouiſſimum, & non tritum.

Erat iste Electus tempore huius mãdati. Io. An. ſuper uerbo, cõmiſſæ. poſt Fran. Vercel. Adde glo. quæ ſentit oppoſitum, c. dilectus. lo 2. in glo. maion paulò ante tit. j. de præben. Et idem ſentit But. hic & in 3. no. dicens hic eſſe argu. euident, quòd electus & confirmatus non poteſt conferre. Quod reprobat Imo. uer. aduerte. quia ſufficit cõfirmatio, ut per gloſ. & omnes, de elect. tranſmiſſam. ¶ Sed unũ põdera accuratè, quod dicit hic But. ibi, no. quòd mãdatum, quòd ſicut uicegerens non poteſt adimplere mandatum ſubrogato principali, ita quando cœptus eſt ſubrogari, licet nondum ſit perfectè promotus, propter ſpem proximæ promotionis, per quam differtur, donec ſubrogetur in totum. Idem Bu. hic dicens, quòd expirat poteſtas uicegerentis, ſi eſt propinqua ſubrogatio, putà iam cœpta, per iſtum tex. Idem Domi. hic in 12. nu. dicens, quòd ante perfectam promotionem debet uicarius differre executionem, donec dominus ſubrogetur, quando iam cœptus eſt ſubrogari. Et idẽ Dom. hic ad fi. & Imo. licet iſta dicta attribuat Io. And. qui in lib. meo non dicit hoc de propinquitate. Et eſt dictum aureum. ¶ Non aperiunt iſti, in quo gradu erat iſta propinquitas. Si enim intelligeretur, quòd eſſet electus & confirmatus, prout uidetur aperire Imo. iſta parum importarent: primò, quia licet non ſit conſecratus, tamen non dicitur eſſe propinquus poteſtati cõferendi: imo perfectus eſt, quo ad hoc, ſecundum gloſ. in d. c. tranſmiſſam. bene propinquus eſt integritati tituli & dignitatis epiſcopalis: ſed reſpectu huius poteſtatis nõ eſt propinquus metæ, ſed iam ad metam. Vnde credo mentẽ But. & Domi. fuiſſe, quòd eo ſtatim electo expiret poteſtas uicegerentis: quia dicunt, quòd propter iſtam ſpem proximi euentus debet differri executio mandati. Ergo ſentiunt, quod non eſſet confirmatus: quia non eſſet opus dilatione. Ad idem gloſ. Io. An. hic, ſuper uerbo, commiſſæ. ¶ Reſultabit ergo ex his concluſio ualde ſolennis, quòd ſicut creato domino expirat poteſtas locum tenentis ita creatione cœpta, licet ille actus inchoatiuus adhuc non faciat habilem ipſum cœptũ creari. Bene facit, quod no. Bald. in l. pe. ff. de mil. teſta. ubi dicit, quòd potentia propinqua actui reputatur pro actu. Vnde conſecrandus de proximo habetur pro conſecrato. Et dicit Ang. in l. ex eo. ff. eo. tit. ꝙ pœna ſtatuti de offendente eum, quem rector iuſſit matriculari, hẽt locũ licet nondũ eſſet deſcriptus. Et dicit Domi. in c. ponderet. in fi. l. diſt. ꝙ qui dicit in ſupplicatione, quod ſcribebat in regiſtro Papæ, non dicitur mentitus, licet nondum cœpiſſet ſcribere, dummodò eſſet deputatus. Et idem Matth. in rep. c. de multa. de præb. allegando Domi. in capi. cum illis. §. t. in princ. de præb. in 6. per illum tex. in uerbo, ſcribimus. & comprehendit, quod nondum erat ſcriptum. Et dicit Abb. in c. eccleſiæ. 3. not. de immu. eccleſ. per illum tex. quòd baſilica gaudet priuilegio eccleſiæ, licet nondum conſecrata: quia eſt irreuocabiliter dedicata Deo, & de proximo conſecranda. Et dicit Bal. in l. ſi. pro ea. 6. q. C. man. quòd ſicut fideiuſſor cõdemnatus agere poteſt, ita quando euidenter apparet, quòd in breui condemnabitur. Et dicit Bald. in l. 2. quaſi in fi. C. de exhi. re. quòd quando quis eſt plenè conuictus & confeſſus, non ſolùm mittitur ad carceres, ſed etiam in compedibus: quia tũc deſtinatus eſt & dignus pœna. Et dicit Bar. in l. emptor. §. 1. in fin. ff. de pac. & Bald. in l. ſi creditores. in princ. C. de fideicom. & Imo. in l. 3. ff. de his, quæ in teſt. delen. quòd bãnitus, qui ſoluit & liberatus eſt à principe, uel à iudice, non dicitur amplius bannitus, etiamſi actualis cãcellatio nondum ſit ſecuta: ſecus, ſi ſimpliciter ſoluiſſet, & neq; uerbo, neq; facto eſſet cancellatus. Bal. in l. Labeo. §. 3. in fin. ff. de pact. Et ita intellige ipſum in l. huiuſmodi. §. ſi ita. ff. de leg. 3. & ibi per Alex. Et ita intelligas multiloquiũ, quod ponit Ludo. de Imola in rep. l. 3. C. de hæ. inſt. concludens iſtum poſſe impunè offendi ante cancellationem. Et adde Pe. de Anch. conſi. mihi 421. Fuiſſet expediens. ubi certo reſpectu æquiparat proximum articulo mortis mortuo. Hæc & his ſimilia faciunt pro doctrina ſ. elicita ex dictis Bu. & Dom. hic: pro quibus etiam uide, quæ latè dicentur j. eo. cùm adeo. in q an deſtinatus ad clericatum habetur pro clerico? & idem in ſimilibus deſtinatis. Tamen diuerſis modis limitantur prædicta, quas ratione importunitatis omitto. Sed inter alias limitationes una eſt, niſi lex requirat certum actum pro forma completum, per l. ex eo. ff. de mi. teſt. ubi non ſufficit, quòd ſub militari ſtipendio uerſetur, niſi etiam in militum numero referatur: ſupple, uel ſit iuſſus cingi, per l. quæ ſequitur. Et ideo dicit Pe. de Anch. conſi. mihi 393. quòd ante lapſum temporis de conſecrandis epiſcopis non uacant priora beneficia: quia requiritur pro forma conſecratio, uel lapſus temporis ad conſecrandum, ſicut in excommunicato requiritur abſolutio pro forma, de ſen. excom. cùm deſideres. & c. quod in dubijs. ¶ Alia eſt limitatio, niſi agatur de pœna incurrenda: quia non ſufficit proceſſus ſine effectu, c. perpetuæ. de elect. in 6. iuncto cap. cùm in cunctis. §. quod clerici. de elect. & quod ibi Abb. in 1. col. ibi, & per iſtum tex. facit c. commiſſa. in prin. de elec. in 6. cum concor. quas poſui de præſump. c. t. 4. fal. tractando, quando conatus punitur pro effectu. Alia eſt, dummodò ſpes proximi effectus ſit certa & infallibilis: ſecus, ſi illud quod reſtat, poſſet non ſequi ob impedimentum iuris. Ita ſenſit Doc. in d. locis, maxime Ab. in d. c. eccleſiæ. & Bal. in d. l. ſi pro ea. & Alex. in l. t. §. ſi ſeruus. ff. de acqui. poſ. in lec. nona, dicens contra Paul. ibi, quòd ſi omnia neceſſaria ad bannum expedita ſunt, & ſola pronunciatio reſtat non poteſt bannitus dici, neque ut bannitus offendi: quia ſi pendente tempore ad appellandum à banno offendi non poteſt. gl. & Bar. in l. ex iudiciorum. ff. de accuſ. cum concor. multo minùs ante bannum: & ſic cùm poſſibile ſit, quòd bannum retractetur, ſpes non eſt de infallibili. ¶ Sed dices, ubi quis eſt electus, ſpes integræ Promotionis eſt fallibilis, quia fortè non confirmabitur, ſed in confirmato ſpes bene eſt certa. Ergo prædicta non procedunt, quia uolunt But. & Domi. quòd ſufficiat quem eſſe electum. Reſpondeo, quòd non dicunt, quòd electus non habeatur pro prælato, quoad hoc, ut ipſe poſſit exequi, ſed quòd debet ſuperſederi uſque ad confirmationem, & hoc operabitur iſta cœpta creatio. Vnde ſtabit executio in ſuſpenſo. Propter quod crederem poteſtatem uicegerentis non expirare ipſo facto, ſed ſtare in ſuſpenſo, & poſſe ad eum redire, ſi confirmatio non ſequeretur. Quamuis prædicti non declarent iſta ſuper quibus cogita, tanquã ſuper rebus nouis.

17 In mandato Facto † epiſcopo, non ſuccedit capitulum eo mortuo, etiam literis iam præſentatis. But. hic in fi. contra Io. An. & ſimiliùs ſequitur Imol. & Domi. hic in fi. & An. Sic. Addatis Arch. in tracta. De hæreſi, quem edidit ad inſtantiam Bonifacij 8. infamati de ſimonia, ſub §. poſt hoc quæro. ad fi. ibi, ex quibus uerbis ſatis planè patet. ubi dicit ſe non credere, quòd mortuo epiſcopo iuriſdictio delegata epiſcopi deuoluatur ad capitulum, imo reſeruabitur futuro ſucceſſori. Et ſequitur Fed. conſ. 30. an capitulum ſe. ua. poſt prin. & conſi. 130. Factum tale eſt: quædam domus. in fio. dicens, quòd poteſtas delegata, quamuis perpetuata non ſit, tranſit ad capitulum: & ſubdit, quòd epiſcopus dando generalem uicariam dedit ei committere ea, quæ competunt ratione iuriſdictionis ordinariæ, non autem

tem ex poteſtate delegata. ¶ Pro quo ultimo uide omnino Rot. de off. uic. ultima, in antiq. & eod. tit. 3. in antiquiori-bus, ubi dicit, quòd licet pro futuris occurrentijs poſſit epiſcopus aliquid committere uicario de competentibus epiſcopo ſolùm in habitu, tamen competentia non habitu & actu, ut futuras commiſſiones Papæ, non poteſt ei committere: & ideo licet mandatum uicarij diceret, quòd poſſet diſpenſare in omnibus caſibus, in quibus ipſe epiſcopus diſpenſare poſſet ſine authoritate ordinaria, ſiue delegata, etiam ſibi ab Apoſtolica ſede commiſſa, uel committenda, tamen diſpenſationem poſtea commiſſam epiſcopo circa illegitimum, non poterit uicarius adimplere. Multa allegant, maximè de off. or. Romana. §. 1. lib. 6. Reſpondent ad c. confirmationem. de elec. in 6. ubi poteſt Metropolitanus committere poteſtatem confirmandi electiones futuras, quia ille habitus poteſtatis competebat ſibi ordinario iure. Sed hic nullam habebat in talibus poteſtatem inclusam ſub poteſtate ordinaria. Quod bene no. Adde & Cat. in cle. 1. uerſ. duro. 8. q. de hære. ubi poſt Pau. latè firmat idem, quòd But. hic, licet in poteſtate delegata à canone non firmet. Sed in ea idē tenet Domi. latè in c. unico, 3. q. ibi, ſeptimo, an ſuccedat. de ma. & obe. in 6. Et adde Lud. conſil. 606. in re præſenti. in fi. ubi pulchrè concordat cum prædictis, extollens uerba. Bu. de fo. compe. uerum. ibi, per quæ pluries dixi. ubi dicit, ſe pluries dixiſſe, quòd capitulum ua. ſe. non ſuccedit in poteſtate literarum executoriarū, quæ dantur in perſonā epiſcopi, ſi conſerunt poteſtatem, quæ non concurrit cum poteſtate iuris communis propter famoſum dictum Inno. ibi quòd capitulum ſuccedit ſolùm in competentibus epiſcopo iure communi, non iure accidentali. Et eſt glo. in c. ſcriptum. in uerbo, ſpeciali. de elec. & ibi Abb. & Fed. d. cōſil. 30. cum concor. multis, quas reduxi in d. c. uerum. Scias etiam circa iſta, quòd in materia indifferenti appellatione epiſcopi intelligitur de ſolo epiſcopo, nō de epiſcopo & capitulo. Ab. in c. cum Apoſtolica. in fi. de his, quæ fi. a præ. inferens, quòd ſi cōceditur epiſcopo facultas doctorandi, non intelligitur, quòd faciat doctores cum conſenſu, uel conſilio capituli. Quod no. ¶ Faciunt hæc ad q. non tactā, utrùm uicarius datus à capitulo ſede ua. poſſit abſoluere quēdam à peccato, cuius abſolutionem Papa mandauit alternatiuè epiſcopo, uel eius uicario. Mihi de hoc interrogato uidebatur primò, quòd ſic, propter gloſſ. 4. in cle. 2. de reſcri. quæ dicit, quòd appellatione uicarij uenit uicarius capituli uac. ſede, quia eſt uicarius epiſcopalis iuriſdictionis. Et ſequitur ibi tandē Cat. q. 13. Item quia uicarius datus à capitulo poteſt abſoluere de caſibus reſeruatis epiſcopo. Fed. d. conſil. 50. quem colliſit Ab. de ma. & obe. his, quæ. in fi. Ergo ſicut iſte caſus competeret epiſcopo, ſi adeſſet, ita & iſti. Item quia nō præiudicatur epiſcopo. Ergo, &c. ut per Abb. in d. c. his. Et gloſſ. in uerb. caſus. in cle. 1. de hæret. reſpondit contrarium, quia capitulum nō poteſt iſtum abſoluere. Ergo nec eius uicarius. Conſequentia not. per l. nemo poteſt. ff. de re. iur. j. de iur. pa. quod autem. cum ſi. Antecedens probatum eſt ſ. quia in mandato facto epiſcopo in materia non competente ſibi de iure communi, capitulum nō ſuccedit. Contraria procedunt in his, in quibus capitulum ſuccedit de iure. Non obſt. gloſ. in d. cle. 1. quia imo negat, quòd uicarius capituli, dicatur uicarius epiſcopi. Sed dicit, quòd eſt uicarius iuriſdictionis epiſcopalis. Et intellige de illa iuriſdictione, quæ eſt in capitulo, in quantum repræſentat epiſcopum, non de omni iuriſdictione epiſcopali, quæ non tranſit in capitulum: quia maiorem non poteſt habere capitulum ipſum conſtituens. Non dicat ergo: licet capitulum non poſſit, tamē iſte poteſt, cùm ſit uicarius epiſcopi: quia hoc eſt falſum. Nam eſt uicarius iuriſdictionis epiſcopalis & ordinariæ: & ſic illius, quam aſſumpſit à capitulo, non delegatæ, quæ non eſt in capitulo, nec in eo. Et hæc no. tanquam noua & utilia. ¶ In quantum gloſſ. ponit, utrùm attendatur dies datæ, remittunt omnes ad ca. dilectus. lo 2. de præb. ubi domi. Abb. pulchrè ponit, quem formaliter recitat hic An. Sic eum non nominando, & nihil addendo. Aliquid etiam ponit hic Imo. quem etiā recitat. Sed quia dictum d. c. dilectus. pertinet ad lectiones ordinarias, ideo omiſſo opportuno diſcuſſu ſolū, ut habeatur notitia aliqualis huius articuli, collegi regulam cum 6. fal. pluribus de nouo inſertis ultra Scribentes in d. c. dilectus. quibus tamen ea infrà ſcriptis aliquid addes.

18 Tempus Datæ † regulariter attenditur. Text. hic, & in cle. fin. de reſcrip. ubi attenduntur, beneficia quæ erant tempore datæ, non hodie. Facit c. ſi ſuper. de off. deleg. in 6. ubi quādo gratia eſt perfecta in reſcripto, attenditur tēpus datæ, licet tempore executionis deceſſerit cōcedens. Ad idē c. fin. j. eo. ubi non attenduntur actiones fortè poſt datam. Ad idem c. tibi, qui. & c. duobus. de reſcrip. in 6. ubi in prælationibus gratiarum inſpicitur data. Facit c. ſi eo tempore. eo. tit. in 6. ubi ſurreptio conſideratur reſpectu datæ. Facit glo. eod. ti. ſtatutum. in uerb. canonicis. ad fin. quòd in conſideranda habilitate delegati attenditur tempus datæ. Et iſtam regulam in beneficialibus firmat Imol. j. eo. cap. in noſtra. reprobando glo. 2. in priu. & ibi, & j. eo. abbatem. reprobando glo. 1. ibi. ¶ Fallit primò, in conſideranda habilitate impetrantis: quia attenditur tempus uacationis, ca. ei, cui. de præben. in 6. Facit ca. is, cui. eod. ti. & lib. ubi ille dicitur idoneus, qui eſt idoneus tempore collationis, non tempore datæ. Facit glo. in cle. 2. in uerb. conſtitutus. de ætat. & quali. ibi, tu dicas. Ex qua colligit Imo. poſt But. ibi, uerſi. ex gl. no. quòd ubi perſonæ habilitas requiritur ad certum actū, ſufficit, quòd adſit tēpe exercitij actus in quē exercitiū applicat. ¶ Intellige ſanè, dū modò impetratio fuerit ſine ſurreptione. putà, quia ſimpliciter petijt primùm uacaturū, & nihil expreſſit: quia poterat habere beneficiū, cuius non erat capax, quē impetrauit, ſi hodie eſt capax: ſed ſi tunc expreſſiſſet, putà petendo curatū, uel non curatū, non poſſet hodie hēre curatū, ſi tunc erat inhabilis. Ita Io. An. in d. c. dilectus. inferens, quòd ſi Papa motu proprio ſcripſiſſet pro curato, uel nō curato, non haberet locū d. c. ſi eo. de quo facit teſtū Ab. in d. c. dilectus. Sed caue, per ea, quæ ponit Domi. in d. c. ei, cui. ubi inſiſtit in cōcordia illius tex. & d. c. ſi eo. Tandē ſequit ſolutionē glo. ibi, concludendo poſt Imo. quòd ſi in caſu c. ſi eo. concedēs nihil dixiſſet de curato, nec etiam impetrans, per hoc nō habebit curatū, per c. cùm in illis. in prin. de præb. in 6. ſecus in præbenda ſacerdotali: quia ſi de ipſa nihil fuit dictum, ſufficiet quem eſſe habilem, quando uacabit: quia in eo requiritur minor idoneitas. Et ſic loquitur c. ei, cui, ut latiùs per eum. ¶ Non aperit, ſi ſcriberetur Motu proprio, utrùm ueniret curatum? de quo dicetur poſt Abb. j. ca. proxi. uer. quinta concluſio. Et quòd in ſurreptione attendatur data, no. Io. An. But. & Imol. j. ca. pxa. dum loquuntur de eo, qui tacet dignitatem, quam habet tempore datæ, licet non hodie. Nec obſt. huic fallentiæ gloſſ. in d. c. ſtatutum. quia, ſecundum Imol. in d. c. fin. de reſcrip. loquitur in delegatione iuriſdictionis, in qua imprimitur habitus tempore datæ reſcripti. Ideo ſecūdum illud tēpus exigitur habilitas, ut latiùs per eum diſtinguentem pulchrè, quo ad hanc fal-

19 lentiam. ¶ Fallit ſecundò, ubi † agitur de cognoſcenda inobedientia, uel negligentia non adimplentis mādatum Apoſtolicum: quia attenditur dies præſentationis, non datæ [a]. Ita tex. in c. ſi capitulo. de conceſ. præben. in 6. & in d. c. dilectus. lo 2. Idem in reſcriptis ad lites, ubi attenditur dies receptionis in computando tempore præfixo expeditioni cauſæ, de appell. ſuper eo. lo 2. dum modò appoſitum tempus numero dierum, uel menſium: ſecus, ſi diceretur, ſit cauſa expedita tali die, uel ante tale feſtum: quia tempus currit à die datæ. Ioan. And. ibi, & alij, cū quibus tranſit Phil. inſtruens impetrantem, ut differat præſentationem, donec uideat tempus idoneum ad expeditionē, quando habet currere à die receptionis.

20 ¶ Fallit † tertiò in computando anno dato ad utendum reſcripto [b] ad lites, ut expirет per ſecundum impetratum ab aduerſario: quia non computatur à tempore datæ, ſed poſſibilitatis præſentandi, j. eo. ſi autem. & c. plerunq;. ubi dicetur. Et adde Old. conſi. 56. ubi ponit, quando incipiat currere tempus gratiæ de percipiendis fructibus in abſentia per biennium.

21 ¶ Fallit quartò, ubi † agitur de attendenda collatione, uel reuocatione iuriſdictio

a *Nō datæ*] *Pro qua materia uide Bart. in l. ſi duas, in princ. in lec. Nic. de Neapo. ff. de excuſ. tut. et in l. falſus. in uerſ. fecus tamen. C. de fur. et Bald. in §. die Lunæ. de pa. Conſtan. & Specul. de reſcr. præſ. §. fi. uerſic. fi. & per Arch. Io. An. & Gemi. in proœ. 6. li. & uide Car. in cle. fin. in prin. de reſcrip. & in cle. j. in fi. de præben. & in cle. j. 9. not. de conſ. & Alex. de Imo. cōſ. 41. 4. parte.*

b *Reſcripto*] *Ad de tu, quod litera*

nis ?

Papales præſentãdæ ad lites, ſi nõ ſunt præſentata intra annum, habens robur tantũ in perpetuum, ita demum, niſi aliæ ſint præſentata contraria. Paul. de Caſt. conſil. ſuo 46.

nis: quia inſpicitus literarum præſentatio, ut d. c. ſuper eo. & ibi Phili. & c. audita. de reſti. ſpol. glo. pen. in c. ſæpe. 23. q. ult. Habuimus opportunè ſ. eo. cęterum quo ad reuocationem iuriſdictionis. Et dicit hic Ioan. And. quòd delegatus ſortitur habitum iuriſdictionis à tempore datæ, ſed exercitium tempore receptionis, per d. c. ſuper eo. & j. eod. paſtoralis. Propter quod dicit Domi. hic, non ualere cul lationem executoris, qui confert beneficium non receptis literis ſuæ poteſtatis: quia ſi non habet exercitium prius, ergo proceſſus nullus, de offic. deleg. prudentiam. Et ita dicit ſe dixiſſe in facto. Et idem ponit in c. 1. §. 1. de offic. ordi. in 6. Pro quo uide Rot. ampliſſimè concluſ. 457. Circa tertium. in nouis, ubi idem decidunt ualde ſolenniter. Et de ipſa loquitur Mylus in uer. gratia. in prin. & eſt una de illis, quas non reperi in rubrica tis de nouo. In quo etiam uide Rota. de offi. deleg. 4. & 6. in nouis, quæ in hoc uidentur contrariæ. ¶ Quinimo eſt alia deciſio de conceſ. præben. 4. in antiquioribus, ubi deciditur punctualiter contrarium eius, quod dicit Rota, ubi ſuprà. & Domin. hic: & dicitur per tres inſtantias ita fuiſſe obtentum in Rota, quòd ſi data literarũ præcedit proceſſum executoris, ualet, licet tempore proceſſus nondum eſſent præſentatæ: imo, etiamſi tempore proceſſus nondum erant dati executores, dum modò gratia eſſet ſignata, & bullæ emanauerint ſub data anteriori ipſius proceſſus. Et eſt deciſio mirabilis, in qua habeo noua pro & contrà ultra prædicta, & ali
25 quid dixi j. eo. ſciſcitatus. ¶ Fallit † quintò in attendẽda natura & qualitate beneficij: quia nõ inſpicitur tẽpus datæ, ſed hodiernum. Old. ſolenniter conſil. 58. Quidam impetrauit. dicens, quòd ſi ſcribitur pro beneficio certi ualoris, & tẽpore datæ excedebat, ſed hodie nõ, attenditur tempus præſens: quia tunc quæritur plenum ius in beneficio, c. fin. de conceſ. præben. in 6. Inducit d. c. ei, cui. & alia multa, quæ latè reaſſumit Rom. de conceſ. præb. in 6. in antiquis. Vrbanus Papa v. loquens de inſpicienda taxa mutata, reſpondet ad c. ſi eri. quòd ibi reſpectu curati gratia erat ab initio ſurreptitia. Ideo tempore non conualeſcit. Et iſta dicta Old. ponit Ioan. An. in Spec. ſuper rubr. de conceſ. præb. & Petr. de Anch. in cle. unica, de conceſ. præ. Et idem tenet Old. conſi. 168. quæſt. 2. loquens de cognoſcendo ualore beneficij. Et idem no. Ol. conſil. 229. Hic ſunt dubia. ibi, ad quartum. ¶ Bene facit longa diſputatio Cald. quæ incip. impetrauit Domin. beneficium curatum. & eſt ſol. 105. ubi dicit, quòd qui impetrauit curatum, non poteſt petere illud, quod hodie eſt ſimplex, licet tempore datæ eſſet curatum. Et eius dicta colligit Pe. de Anch. in d. clem. t. Bonus text. cum gl. in l. ſi mater. C. ne de ſta. defun. Per quem dicit ibi Bald. quòd ubi beneficium aliquando fuerit curatum, & nunc regitur ut ſimplex, debet haberi pro non curato, & econtra: quia attenditur ultimus ſtatus. Et alle. tex. in l. mella. §. ſed ſi alimenta. ff. de ali. & cib. leg. ubi dato diuerſo ſtylo præſtationis alimentorum, attenditur ultimus. Similiter dicit Rota de prob. 19. in ant. quòd in materia c. cùm de beneficio. de præb. in 6. ſufficit probare beneficiũ fuiſſe rectum per clericos ſeculares decem proximis annis, ut dicatur ſeculare, niſi probetur cõtrarium. Similiter dicit Lu. in l. poſt dotem. ſol. mat. quòd facta mentione conſuetudinis, ſi allegantur in eodem loco contrariæ conſuetudines. præualet ultima, tanquam derogatoria aliarum, per d. §. ſed ſi alimẽta. Similiter dicit Rota de ſepul. j. in anti. quòd ſi eccleſia parochialis erigitur in collegiatam, portio, quæ ſoluebatur Antonianis, ſoluetur tanquam de collegiata, non tanquam de parochiali. ¶ Similiter dicit Ro. de reſcri. 43. in antiq. & de iure pa. 13. in iiſdem, & de præb. 5. in antiquioribus, & Old. conſ. 312. Thema quæſtionis tale eſt: ad reges Romanorum: quòd ſi Papa ſcribit de beneficio pertinente ad collationem, talis non intelligitur de collatione, quæ pertinet, quo ad proprietatem, ſed quaſi poſſeſſionem: quia præſens & ultimus ſtatus inſpicitur. Quod bene no. Et pulchrè ponit Cal. de hoc, de præb. conſ. 31. An ſi Papa. Similiter dicit Lu. conſ. 370. Non uideo, &c. quòd iſta clauſula, uidelicet Dum modò, non fiat præiudicium alicui graduato in facultate dicta, intelligitur etiam de illo, qui hodie eſt graduatus, & habet gratiam. licet tempore dictæ clauſulæ non haberet gratiam, nec eſſet graduatus: quia ille fauor non reſpiciebat gratiam, ſed perſonam. Ab iſtis excipitur caſus extrauagantis Io. 22. Sedes Apoſtolica. ſol. impreſſarum 101. ubi dicitur, quòd dimembratio diœceſum non nocet expectatiuis priùs datis, quarum fauore non attenditur præſens ſtatus, ſed antiquus. Excipitur etiam ſimilis caſus, quem dixi j. eod. in noſtra. corollario 39. uer. fallit quintò. Et ex iſtis apoſtillabis Bald. in d. l. ſi mater. Nec reperies iſta ab alio cumulata. ¶ Fallit ſextò, ubi literæ ſecundæ ad beneficia, habẽt clauſulam derogatoriam ad primas, ſicut clauſula Anteferri, quia tunc non inſpicitur data primarum, c. ſi capitulo. & c. ſi ſoli. de præb. in 6. latè Fed. conſ. 298. quia in præſenti. ibi, ſumus modò expediti de duobus. ponens multa in hac materia. Et de clauſula Anteferri, dicetur j. eo. c. Et ubi non conſtat de prioritate datæ, recurre ad c. ſi duobus. cum materia, de reſcri. in 6. Hæc omnia procedunt in conſideranda natura unius reſcripti. ¶ Quid autem ſi plura concurrunt, an & quando ſtetur datæ dicetur j. eo. cap.

SVMMARIVM.

1 *Reſcriptum impetratum ad beneficia, non ualet, ſi in eo tacetur qualitas dignitatis impetrantis.*
2 *Mentio debet fieri in reſcripto de qualitatibus beneficij obtenti, & non ſufficit generalis.*
3 *Vbi lex requirit expreſſionem alicuius rei pro forma, oportet eam ſpecialiter & non generaliter exprimere.*
4 *Valor beneficij an & quando ſit exprimendus habiti, uel habẽdi.*
5 *Valor debet exprimi nedum beneficij uacantis, uel uacaturi, ſed etiam ualor omnium beneficiorum, quæ quis obtinet tempore impetrationis.*
6 *Gratia ubi conceditur motu proprio, non eſt neceſſaria aliqua mentio ualoris.*
7 *Gratia motu proprio facta, quando tacet inhabilitatem concurrẽtem perſonam, pro qua ſcribitur, uelut defectum natalium, bigamiam, tunc non præſumitur Papa habilitare.*
8 *Motu proprius non præiudicat, quando tacetur qualitas beneficij reſpiciens ius tertij, putà ſi eſt iuris patronatus laicorum.*
9 *Motus proprius nihil prodeſt, quando qualitates beneficij non tacentur, ſed exprimuntur cum clauſula Motu proprio, & exprimitur falſum, &c.*
10 *Mentio ualoris non eſt neceſſaria in literis Papæ beneficij dantis ei, quod quis tenet, ſed offert dimittere.*
11 *Cardinalis impetrãs beneficium, ſi exprimit falſum ualorem, nõ aſtringitur dicta regula, imo ualet impetratio.*
12 *Mentio falſa ualoris non nocet, quando uerba literarum multipliciter denotant, quòd Papa libentius & inſtius conceſſiſſet beneficium longè opulentius.*
13 *Beneficium ſi eſt minoris ualoris, quàm ſit dictum, gratia ni hilominùs eſt ſubreptitia.*
Valor beneficij dicitur deductis oneribus ipſius beneficij. Poſt nu. 13. uerſic. duodecima concluſio.
14 *Diſtributiones quotidianæ non cõputantur inter ualorẽ beneficij.*
15 *Valoris beneficij taciturnitas non uitiat impetrationem, quæ ſit ab ordinario.*
16 *Valoris beneficij expreſſio requiritur in beneficio uniendo, & beneficij, cui petitur uniri.*
17 *Poſſeſſio attenditur, quando quis debet conferre beneficium: non autem, an habeat ius conferendi.*

CAPITVLVM VIII.

1 **A**D AVRES. ¶ Non † ualet reſcriptum impetratum ad beneficia, ſi in eo tacetur qualitas dignitatis impetrantis. Solus Abb. hic inſiſtit præ cæteris circa mentionem qualitatum beneficij impetrandi & obtenti. De qua materia plus habebimus j. eo. in noſtra. ubi oẽs ponũa. ¶ Solũ hic uidebiẽ de tactis per Ab. & primò in quantum dicit poſt Io. An. & alios, quòd nõ eſt opus facere mentionem de nobilitate. Contrarium tenet hic An. Sic. quia faciliùs redditur nullæ literæ ad beneficia, quam ad lites, ut dicetur j. eo. ad audientiã. lo. 2. Et in literis ad lites. debet fieri mẽtio nobilitatis, de offic. deleg. ſignificatibus. Ergo & in iſtis. Poſtea cõtra hus inducit no. j. eo. poſtulaſti, ubi traditur, quòd diuitiæ non impediunt beneficiorũ retentionem.

retentionem. Tandem concludit, quòd ſi habet patrimoniũ amplum, debet de ipſo fieri mentio. Prima ratio non obſt. quia non eſt uerum, quòd in literis ad lites; ſit neceſſaria mentio nobilitatis: ſed c. ſignificantibus. loquitur in per ſona, quæ dicit ſe pauperem, uolens fauores dans pauperibus, & erat nobilis & diues. Ergo ſecus, ubi impetratio non fundatur in paupertate. Et ideo fatentur hic But. & Imo. quòd quando quis impetraret literas beneficiales, dicens, ſe pauperem, ſi mentitur, non ualent literæ [a], per ca. ſi clericus. de præb. in 6. Præterea eſt falſum, quòd de patrimonio, quamuis amplo, ſit neceſſaria mentio, ut dicerent in d. c. poſtulaſti. Item non ſequitur: eſt fienda mentio diuitiarum, ergo & nobilitatis: quia multi uerè nobiles carent diuitijs: & multi diuites carent nobilitate. Præterea nobilitas poteſt eſſe cauſa magis inducendi cõcedentem, non autem retrahendi, infrà. de præben. ca. de multa. in uer. ſublimes. Idem in diuitijs: quia, ſecundum gloſſ. de appell. conſtitutus. in uerbo, impotentiam. per manus diuitum eccleſiæ ſuſtentantur & augentur, ſed à clericis pauperibus ſpoliantur pro ſubleuandis eorum famili js. Facit quod no. I. u. ſing. 38. utrùm nobilis. Et facturus plures regulæ cancellariæ præſuppoſentes nobilitatem potiùs iuuare, quàm impedire impetratores. Facit glo. de pign. ex literis. cum ſi. dicens, quòd bona prælati ſunt hypothecata eccleſiæ, ſi malè adminiſtrabit. & in prælato paupere eccleſia caret refugio talis hypothecæ. Et de his aliàs plenius.

a *Non ualent literæ] Ad quod ad de Specu. de reſ. præſen. §. 5. uerſ. item quod dixit.*

De qualitatibus.

Beneficij [b] obtenti † debet fieri mentio, & non ſufficit generalis. Abba. hic poſt Cald. ĩ. eodem. in noſtra Contrarium firmat hic And. Si. per tex. in c. is, cui. in prin. de præben. in 6. in uerb. perſonæ aliàs beneficiatæ. non dicit, qualibus beneficijs. Et per tex. in eod. ca. §. fi. in uerbo, alia beneficia noſcitur obtinere: nõ dicit qualia. Reſpondet ad cle. 2. de off. or. in uerbo, ſpecialis. & ad c. in noſtra. ĩ. eo. in uerbo, expreſſam mentionem. quòd ſufficit dicere, ſe habere dignitatem abſque eo, quòd dicatur nomen dignitatis. Et diceretur mentio ſpecialis & expreſſa, propter theoricam Bart. in l. 1. ff. de uul. & pu. dũ loquitur de expreſſione multiplici. Et optimè facit dictum Bart. in l. 1. ff. ſi quis in ius uo. non ie. ubi dicit, quòd ſi ſcholaris renunciat omni priuilegio ſori, ſufficit, & eſt ſatisfactum illi legi in uerbo, ſpecialiter. licet non dicat qualitatem ſui priuilegij, ſ. ſcholaſtici: quia non requiritur ibi mentio ſingulariter, & indiuidualiter. Et ſi diceretur, ergo ſufficit dicere: non obſtante, quòd ſit alibi beneficiatus abſque mentione beneficij, per d. c. is, cui. Reſpõdet, quòd debet intelligi de beneficio citra dignitatem. Sed ſi dignitas, oportet ipſam, ſed non eius qualitatem nominare, niſi impetrentur beneficia maiora. Et ita, tex. hic, ſecundùm intel. Card. Et iſta latiùs reaſſumit And. Si. ĩ. eod. in noſtra. motus inter alia argenita per d. cle. 2. de off. or. ſubtiliter inductam quia Ioan. Andr. in dict. capitu. in noſtra. reſpondendo ad dict. ca. is, cui. dicit, quòd loquitur in gratia facta conferenti, non ei, cui ſit collatio: merito ſufficit mentio generalis: & tunc ſic. dict. clem. 2. loquitur de legato conferente. Ergo uerbum Specialis, in ea poſitum, non requirit mentionem indiuiduam. Vnde Ioan. Andr. percuſſit ſe proprio ligone, ſecundum ipſam inducentem alia ſine labore ſolubilia. ¶ Nihilo minùs ſequenda eſt opi. communis, pro qua uide Io. An. ĩ. eo. in noſtra. uerſus fi. & ibi Domi. & But. & Imol. in fi. quia † ubi lex [c] requirit pro forma expreſſionẽ, non ſufficit prolatio ſub uerborum inuolucro. per l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. ff. ſi quis cau. &c. qui ad agendum. de procu. in 6. & cap. ſin. eod. ti. & li. cum caſibus ibi ſignatis. Reſpondent ad ca. non poteſt. quòd ibi Papa non recitat ſormaliter id, quod continebatur in diſpenſatione, in qua bene fiebat mentio ſpecificata: ſed in genere Papa reſpondendo ſoluit dubium tantùm, de quo quærebatur, uidelicet quòd operetur iſta clauſula. Non obſt. non autem dubitabatur de modo exprimendi. Similiter ad d. c. is, cui. reſpondent, quòd fiebat gratia conferenti, nec debuit, nec potuit beneficium nominari. Et idem Dom. in d. c. non poteſt. § fi. licet dicat, & malè, quòd ad illum tex. nõ reſpondet Io. An. & ipſe reſpondet, ut ſ. Cũ iſtis concordat Car. in d. cle. 2. 14. q. dicẽs, illam eſſe ſpecialem mentionem, quę exprimit circunſtantias & conditiones, quæ poſſent principẽ alterare: & hoc propter odioſitatem talium literarũ. Et idem Imo. ibi poſt Zenze. & Mati. in repe. c. poſtulaſti. ibi, decimo quintò, tranſeundo nunc ad qualitatem. infrà eod. & Card. tandem in dict. clem. 2. & ibi etiam Imo. licet glo. ibi uideatur uelle, quòd de qualitatibus pelmi ma caturi non ſit neceſſaria mentio. Cum iſtis concordat Ab. in d. c. in noſtra. ult. no. & Nic. Myl. in repe. fol. 74. ibi gratia in beneficialibus. per d. cle. 2. in uerbo, ſpecialis & idem Rota hoc ti. 31. in antiq. no. quòd Papa. Et dicit Nic. Myl. in rep. fol. 77. ad fi. ibi, gratiam beneficij. quòd de tribus qualitatibus obtenti debet fieri mentio, uidelicet dignitatis, cõ muniæ reſidentiæ, & curiæ Alleg. But in d. c. in noſtra quòd dixit ſecus de qualitate ordinis beneficio annexi, per c. is, cui. de præben. in 6. & ſequitur Nic. in d. repe. fol. 68. in prin. Dixit tamen Rota de reſcrip. 10. in nouis, quòd expreſſio qualitatum ſuperfluarum non eſt neceſſaria, nec nocet earum falſitas, ſi exprimantur: & retulit in c. 2. ſ. eo. dixit etiam Domi. in c. ſi Apoſtolicæ. in fi. de præben. in 6. propter gloſ. pen. ibi eſſe regulam, quod in omnibus literis, per quas ius antiquum augmentatur, uel conſeruatur, debet fieri mentio aliorum beneficiorum. Dixit etiam Domi. in c. nõ poteſt. in fi. prænc. de præb. in 6. quòd omnia iura arctantia ad expreſſionem certarum qualitatum in acquiſitione beneficiorum habent locum etiam in impetrationibus diſpenſationum, propter gloſ. 2. ibi, quam extulit ad ampliationem illorum iurium. Dixit etiam Cald. de reſcri. conſ. 10. quòd taciturnitas qualitatum non nocet, quando ſunt qualitates, de quibus exprimendis iure non cauetur. Et idem reperit de ſi. presby. cõſ. 1. allegando gloſſ. 5. in cle. 1. de præb. Et iſtas theoricas not. Aliam habebimus ĩ. cõclaſione. 9. Ex quibus remanet probata opi. communis. ¶ Non obſt. dictum Bart. in l. 1. ff. ſi quis in ius uo: Primò quia cõtra ipſam facit glo. in d. cle. 2. in uerbo, ſpecialis. & in c. inquiſitores. in uerbo, expreſſè. de hæreti. in 6. cum multis, quæ poſui ĩ tit. proxi. tranſlato. Sed quia ibi poſui alia facientia pro Bart. quem etiam Legiſtæ ſequantur in d. l. 1. ideo ſit alia ſolutio, quòd Bart. loquitur in materia, in qua lex requirit mentionem adeo ſpecialem, quòd reſultet informatio & claritas opportuna abſque ſpecificatiõe indiuiduali. Satis eſt enim, quòd quis renunciet omni foro, nec eſt neceſſaria ſcientia qualitatũ fori, ſed loquimur nos, ubi lex requirit mẽtionem ſpecialem tanta ſpecialitate, quæ excludat ſubreptionem. Vnde dicendo, talis beneficiatus petit beneficiari, non dicetur ſuperior informatus informatione adeo opportuna, quòd poſſit diſcernere, utrùm iſte meritò ſit exaudiendus, an non, niſi intelligat naturam beneficij obtenti. & hoc, quando uult utrunque retinere. Idem fortè eſt, quando primum habet uacare: quia poſſet eſſe tale, à quo Papa non uellet iſtũ remouere, & congruentiùs deberet manere in ea uocatione, in qua uocatus eſt, cle. 1. de reg. fortè magis aptus beneficio habito, quã ambito: meritò ſimplex nominatio primi beneficij dicitur ſpecialis ſpecialitate opportuna. Ita ad a præbis nouiter gl. in d. cle. 2. cũ no. d. Bart. in d. l. j. cũ alijs, quæ dixi in d. c. tranſlato. Et bene facit deciſ. Ro. de uſ. ord. §. no. quòd epiſcopus. in antiquis. Et quòd qualitates obtẽti beneficij ſint exprimẽdæ, probat optime à contrario cle. ſi Romanus. de præb. in uer. qualiacunque. Neque apparet, quòd ibi

b *De qualitatib. beneficij] Adde tu, an ſit fienda mentio de qualitatibus beneficij impetrandi, & beneficij iam obtenti, & de ordine annexo beneficio, & quid de ualore beneficij? De omnibus iſtis uide domi. Abb. in iſto c. & in c. poſtulaſti. infra, eod. in fi. Adde, quòd fallit hoc in motu proprio, & in beneficijs datis à Papa alicui cauſa remunerationis: quia gratia ualet, etiamſi nulla ſit facta mẽtio de beneficio, quod habet. Vide Ieſ. in l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iure.*

c *Vbi lex] Adde tu, quod ubicunque l. negat aliquid ualere, niſi illud fiat expreſſe, ut poſſunt per tot as renunciatæ, quaſi reſoluitur pro forma requiſitum. Iſta eſt doctrina Bart. & aliorum in l. penult. C. de pact. & in l. ius publicum. ff. eod. Adde etiam, quod ubi l. requirit, quòd ſpecialiter aliquid fiat, quòd illud dicatur ſpecialiter factum, quòd eſt remotum à generalitate, l. ſeruus arbitrio. §. fi. ff. de leg. 2. Dyn. in regul. quod ſemel. de regul. iur. in 6.*

ageretur de primis retinendis: quia motus proprius nõ diſpenſat, d. c. non poteſt. Et iſta bene guſtabis. ¶ Neque urget inductio facta de dicta cle. 2. quia licet declaret uires collationum legati, tamen reſpicit impetratores. ſicut facit c. fi. de off. leg. in 6. in uerb. tibi. ad cuius declarationẽ emanauit d. cle. 2. Et quòd ita ſit, uide Mari. conſil. 14. Quæritur a me Mari. ubi fortiùs conſuluit, quòd etiamſi legatus non de latere habet facultatem conferendi beneficia perſonis aliàs beneficiatis, tamen ſi impetrans ab eo non facit mentionem de beneficio habito, non ualet legati collatio: quia ſicut Papa, qui poteſt prouidere aliàs beneficiatis, non præſumitur uelle hoc facere, niſi cum cauſæ cognitione, ita nec ſuus legatus, ut ibi latiùs per eum: licet Domi. quem ipſe non allegat, latè firmet contrarium in c. is cui. de præbend. in 6. dicens non reperiſſe iſtud tactum. Sed eum reprobat Nic. My. in repe. fol. 68. in princ. ibi, gratiam impetrans. ¶ Item in quantum Abb. extollit dicta Hoſt. ĩ. eod. poſtulaſti. quod in gratijs non arguitur à maioritate rationis, adde, quæ ibi dicentur.

4 DE EXPRESSIONE Valoris † pulchrè ſcribit hic Ab. quem uide: & eius dictis addit hic And. Si. quòd attendatur ualor hodiernus, ſecundum Old. & non dicit, ubi dixi, in c. præcedenti, §. fal. Et addit Card. in c. fi. de præſump. ubi dicit, quòd expreſſio falſi ualoris nocet, etiamſi fuit dictum, Vt aſſeritur: quia ſemper impetrans faceret illuſionẽ. De hoc ĩ. concluſ. 7. Et dicit And. Sic. ſe conſuluiſſe, quòd onus probandi ueritatem ualoris incumbit opponenti. All. Bal. in conſ. inci. Plurima dubia ſunt examinanda. quia nõ præſumitur ſubreptio, niſi probetur, l. quoties. §. qui dolo ff. de proba. niſi Papa ſcriberet conditionaliter: ut, Si tibi conſtiterit, quòd tanti ualorem non excedat. Sed de hoc ĩ. concluſione 3. ſubdit etiam And. Si. ſe mirari, cur oporteat ualorem exprimere ſemper: quia ſi pauper eſt non eſt opus mentione tenuis ualoris. Et ſi beneficium eſt pingue, & impetrator nobilis, uel doctor, non eſt opus exprimere ubertatem ualoris: quia non retraheret concedentem, de præb. de multa. niſi quando abundans clemens impetrat beneficiũ tenue per iſtum tex. Et ita reſidet lationibus uerbis.

¶ Addatis 16. nouiſſimas concluſiones circa iſtam expreſſionem ualoris, de qua in curia, & extrà, quotidie fit mentio, nec per aliquem ſcribentem eſt per ordinem dilatata. Et in iſtã reformando, quæ aliàs dixi de præſum. c. fi. ubi poſui aliqua ea infrà dicendis, maximè in tribus concluſionibus.

¶ PRIMA concluſio. De iure communi nõ eſt neceſſaria expreſſio ualoris [a] in impetrationibus. Gloſſ. 5. poſt prin. ibi, ſicut nec habetur. in cle. 1. de præb. Et ibi Car. & Imo. & Cal. But. Imo. & Domi. ĩ. eod. in noſtra. & Abb. hic. ſiue loquamur de ualore beneficij obtenti, ſiue obtinendi, per rationes, de quibus per eum.

Valoris] Ad. a de Rotã. in deciſ. 63. impetrans. deciſ. 290. in no. & adde Bald. in l. ſi u, qui res. §. omnem, que. ff. de exc. ſuſ. tes.

¶ SECVNDA concluſio. Licet de iure dicta expreſſio non ſit neceſſaria, tamen ſi exprimitur, & ſit maioris ualoris, non ualet impetratio. Rota in antiquis de reſcrip. 41. Nota, ſecundum opi. aliquorum, & ſic expreſſa nocent. Facit glo. in uerbo, de nouo. in cle. conſtitutionem. de elec. quæ dicit, quòd plus nocet imperfecta locutio, quàm ſilentium, etiam ubi loqui nõ eſt opus. Et idem Card. latè conſi. 34. incip. 1382. die 2. menſis Iulij. ubi inducit. c. cui de nõ. de præb. in 6. & quia in gratijs Apoſtolicis cauſa habet uim conditionis, cùm ſubijciatur clauſula, Si ita eſt, cap. 2. ſ. eod. Et cauſa adiecta in uim conditionis, ſi eſt falſa, uitiat, l. demonſtratio. §. 1. ff. de condi. & demon. Ita dicit conſuluiſſe Gaſ. Cal. & Ioan. de Fan. & ſe ita obtinuiſſe Florentiæ in quæſtione ardua, etiamſi talis obreptio ſit per ſimplicitatem. Alleg. no. gloſſ. penult. in capi. ſi motu proprio. de præben. in 6. Et licet aliàs ignorantia excuſet, c. gratia. de reſcrip. in 6. non tamen poteſt hic prætendi ignorantia iuſta: quia impetrans debuit ſe informare, ut latiùs per eum. Et idem ipſe no. in dict. cap. fina. quæſt. 2. & ibi Abb. quia licet conſtet de corpore beneficij, tamen non conſtat de bona informatione Papæ. Et pro iſta concluſione facit, quod dicetur ĩ. uer. ſic. quartus caſus. & in prima conſideratione octauæ concluſionis. An autem procedat in collatione legati, uel ordinarij, dicetur ĩ. concluſione 14. Et pendet multùm iſta concluſio ab his, quæ habentur in materia brocardica, quãdo ſolennitas non eſt neceſſaria, tamẽ attentatur, & inepte, an uitiet? de qua ſcripſi ſ. eod. cùm ordinem. in princ.

¶ TERTIA concluſio. Impetranti dicenti beneficium non ualere, plus quàm expreſſerit, incumbit onus probandi. Cardin. in dict. capit. fin. dicens ita conſuluiſſe Gaſ. Cal. & Io. de Fan. propter doctrinam Ioan. Andr. in capi. 1. de lit. conteſt. in 6. & in regula, infamibus. lib. 6. cum concor. quæ dicentur ĩ. eo. conſtituius. ubi dicitur, quòd impetrans habet regulariter probare id, quod aſſeruit: quia eſt cauſa ſuæ intentionis. Non obſt. tex. in l. cùm de l. Fal. ff. de proba. ubi ſi dico, patrimonium non ualere, niſi tantum, eo ipſo dicor probaſſe, quòd contrarium non probatur: quia illud procedit propter præſumptionem iuris. Nullus enim præſumitur ſoluendo, ut traditur in l. ſi uerò. §. qui pro rei. ff. qui ſatiſ. cog. Sed iſta præſumptio ceſſat in beneficijs, in quibus præſumitur eſſe reditus pro uita duorum, capitu. ut quiſque. de ui. & ho. Ergo ſublata illa præſumptione, qua dicitur præſumi non ſoluendo, remanet regula, quòd quis probet, quod aſſeruit, ſecundum Cardina. in dict. capitu. fina. Idem ipſe ponit conſil. 71. Vacante in fin. & Abba. in dict. capitu. fina. Neque agitur hic de dolo probando: quia etiam ſimplicitas nocet, ut ſ. ut not. Aegid. deciſio. 4. Cum iſtis concordat etiam Myl. in uerbo, gratia. §. 7. & Ro. de præben. 6. in antiquioribus: quia ſumma expreſſa in gratia, eſt pars gratiæ: ideo ſuam aſſertionem debet probare. Facit in ſimili conſi. Ang. mihi 270. Bonifacius epiſcopus. ubi dicit, quòd narranti in reſcripto reditus eſſe diminutos, incumbit onus probandi, per tex. in §. quia uerò. in authen. de æqualit. dotis. & no. Cald. egregiè de probat. conſil. 10. Similiter dicit Ro. de proba. 9. in nouis, quòd impetrans à collatore, uel nuncio habente poteſtatem conferendi beneficia certi ualoris, tenetur probare, quòd illud ſit infra taxam in literis collatoris comprehenſam. Similiter dicit Aegid. concluſio. Rotæ 471. teſtis cum fama. quòd petens adiudicari ſibi beneficium ex mala expreſſione ualoris alij facta, habet hoc probare: ſecus, ſi petit ſe abſolui tantùm: puta, quia poſſidet tunc actor debet plenè probare. ¶ Recipit tamen iſta concluſio duas fallen. Fallit primò, quando nullus opponit de falſitate ualoris: quia nulla eius probatio requiritur, nec eius proceſſus ex hoc foret iniuſtus, dum modò de alijs plenè conſtet. Ro. de præb. eod. 19. in nouis, licet eam ineptè alleget Mylis in contrarium in dict. uerbo, gratia. §. 7. Et iſtam fallentiam tenet Ro. de conceſ. præben. 56. in antiquis. Sed caue: quia ſi uerum eſt, quòd ualor uideatur exprimi in uim conditionis, ut dixi in 2. concluſione, forte hæc fallentia nõ procederet: quia talia debent iuſtificari, cle. unica, de conceſ. præben. Et iſtis adde Ro. de proba. 10. in antiquis, quæ concordat cũ cõſil. Bald. relato ſ. per And. Sic. Tamen prædicta ſunt tenenda. ¶ Fallit ſecundò in gratijs conceſſis in forma pauperum, de quibus dicetur ĩ. eo. poſtulaſti. quia ibi datur gratia generalis de omni beneficio competenti: poſtea dicitur, Noſtræ intentionis exiſtit ut prouideatis de beneficio, cuius reditus talem ſummam non excedant: Ideo cùm omne beneficium conuocatur ſub regula, debet qualecunque poſſe acceptare, niſi aduerſarius opponat, quòd excedit dictam ſummam, & probet: quia pauper nihil aſſeruit circa ualorem. Ita Ro. præal. de præben. 6. in antiquiori. & per Cal. de præ-
5 ben. conſ. 16. ¶ QVARTA concluſio, Per † ordinationẽ Vrbani 6. nedum debet fieri mentio de ualore beneficij uacantis, uel uacaturi, ſed etiam de ualore omnium beneficiorum, quæ quis obtinet tempore impetrationis, aliàs gratiæ nullius ſunt roboris: & idem in confirmationibus. Ita Ro. præall. de præben. 19. in nouis, & Ab. hic: quæ ordinatio ẽt hodie uiget, ut in regulis cancellariæ 61. Item uoluit, ꝙ in gratijs, ubi etiam dicitur idem de expectatiuis, in quibus debet fieri mentio de ualore beneficiorum obtentorum, & in quibus, ſeu ad quæ cõpetit ius impetranti: & iſtum ſtylum curiæ præſupponunt omnes ĩ. alleg. ¶ Fallit 5. modis iſta concluſio, qui patebunt ex quinque concluſionibus
6 ſtatim ſeq. ¶ QVINTA concluſio. Vbi † gratia fit motu proprio, non eſt neceſſaria aliqua mentio ualoris. Ita ſai ipſam reſtringit dicta ordinatio Vrbani, & dicta regula cancellariæ, licet tempore Vrbani fuerit hoc reſtrictum

ſolum

ſolùm ad beneficia & dignitates, ut per Pe. de Anc. conſi. al leg. ſ. concluſi. 8. Sed hodie ſtat concluſio indiſtinctè, quam etiam latè probat Pe. de Anc. cõſ. 132. De natura & efficacia, &c. reaſſumpta regula Io. 23. quæ erat cõformis hodiernæ. ¶ Eſt uerum, quòd Abb. hic tenet contrarium: quia motus proprius non operatur circa qualitates intrinſecas, ſicut & non operatur circa curam, uel iuſpatronatus laicorum. Et hoc propter defectum uoluntatis principis, contra quem nõ operatur motus proprius. Facit gloſſ. in cle. ſi Romanus. de præb. & ſequitur hic Au. Sic. & Mod. ſ. eo poſtulaſti. nihil addentes. Nihilo minùs quo ad terminos huius concluſionis, ſ. reſpectu ualoris, non eſt recedẽdum à prædictis: quia ipſamet regula ſe declarat, et ita Rot. de præben. 19. in nouis. Et multipliciter poteſt iuſtificari, ut per Petr. de Anchar. dict. conſil. ¶ Sed difficillimum puto inueſtigare, utrùm ſit uera opin. Abb. & ſequacium circa taciturnitatem curæ, & aliarum qualitatum, in literis datis proprio motu. Et contra ipſum primò eſt Rota in ſtio. tit. 3. c. & 58. in antiq. dum dicit, quòd ubi gratia ſit proprio motu, non eſt neceſſe facere mentionem ullam de cura, nec de qualitatibus intrinſecis beneficij. Secundò eſt dictum Io. And. in c. ei, cui. in prin. ibi, ex quo igitur nõ fecit. de præb. in 6. ubi dicit, quòd prouiſio Papæ mãdantis prouideri de dignitate proprio motu, non eſt ſubreptitia, licet non exprimat curam illi annexam: & ſequitur ibi Domi. uer. quæro; pone. Tertiò ad idẽ, quod notat Abb. poſt Ioan. And. de præb. dilectus. lo 2. dicens, quòd cap. ſi eo tempore. de reſcrip. in 6. non habet locum, quando ſcribitur motu proprio. Et hoc dictum Ioan. And. ſequitur etiam L. & plura alia ponens de clauſula Motu proprio, conſil. 3 27. Iſtæ ſunt uerba. quintò, quia uidemus. Tamen Abb. loquitur, quando ſit mentio de curato. Quartò ad idem, quòd tin. Ioan. And. de præben. ſi motu. in prin. li. 6. dicens, quòd ſicut motus proprius purgat uitium taciturnitatis aliorum beneficiorum, ut ibi, ita omnem aliam taciturnitatem: quæ nõ eſt dare ratio uera diuerſam. Quintò addidem dicta regula curiæ, ubi in gratia motu proprio, non attenditur qualitas ualoris, & tamen etiam in illa poſſent concurrere omnes rationes Abb. hic circa præſumptam uoluntatem Papæ. Sextò non uidetur uerum abſolutè, quòd motus proprius non operetur contra præſumptam uoluntatem Papæ. Oſtenditur ſic: Motus proprius purgat uitium taciturnitatis qualiumquæ beneficiorum obtentorum, d. cle. ſi Romanus. in uerbo, qualiacunque. Modò fingatur caſus, quòd prouidcatur motu proprio perſonæ ſufficientiſſimæ beneficiatæ, certè non præſumitur illa concurrere intentio Papæ, infrà eod. cum ad cod. & tamen potentia motus proprij præfertur huic præſumptioni. Septimò, qua ratione non eſt opus dicere qualitates beneficij haberi in gratia motu proprio, eadem ratione non uidetur neceſſarium circa obtinendum. Mirò doctrinæ meæ dec. Areti. de teſtibus, cauſam. lo 2. ſacroſancti hoc ſexto & ſeptimo motiuo, dicit ſe dubitaſſe ſemper de dicto Hoſt. & aliorum ibi, dum dicunt motum proprium non firmare gratiam contra, uel præter præſumptam intentionem concedentis. Tamen uidetur remanere cum eis, niſi quando in impetrante eſt ſola iſta inhabilitas, uidelicet quòd eſt beneficiatus. ¶ Cogitabam nouiſſimè quinque caſus pro intelligentia prædictorũ: & ſecũdus ſuſtinebis hãc cõcluſionẽ

7 contra Ab. Primus eſt. Quando † gratia motu proprio facta tacet inhabilitatem concernentem perſonam, pro qua ſcribitur, ut defectum natalium, bigamiam, uitium corporis, & ſimilia. & tũc nõ præſumitur Papa habilitare.[a], & poterit de talib. opponi; non per uiam ſubreptionis, quia pars nihil ſubrepſit. ſed per uiam iuris communis, quia motus proprius non facit diſpenſationẽ ſuper talibus. Ita Io. An. & Dom. in d. c. ſi motu. ſuper gloſ. 2. in uerbo, ualidam. in d. cle. ſi Romanus. & Car. conſil. 98. Papa uniuit. in princi. ¶ Secundus caſus eſt: Quando gratia facta motu proprio tacet qualitates beneficij obtenti, uel eius quod confert, putà ualorem, curam, & ſimilia non concernentia præiudiciũ tertij, & tunc gratia ualet: per d. cle. ſi Romanus. in uerbo, qualiacunque. & per id, quod de ualore dicit Ro. & Petr. de Anc. ubi ſ. & etiã Rota de præben. 6. in nouis. Item licet motus, &c. contra Abba. hic. Quod ſigna ad limitationem c. cùm illis. in prin. de præben. in 6. Si diceres, Non præſumitur Papa uelle beneficiare beneficiatum, Reſpondetur dupliciter: primò quòd ex quo à ſeipſo mouetur, præſumitur moueri pro perſona digna omni beneficiorum cumulo, per tex. in c. ſi quis ſuadente. ſ. qui autem. 71. q. 4.

10 Secundò, quòd actus procedens à mera liberalitate principis nemini præiudicans, eſt latè interpretandus, etiamſi materia ſit exorbitans, ut pulchrè deducit Pe. de Anc. conſ. mihi 490. pro clariori euidentia. in prin. & optime facit c. ſi plures. de præb. in 6. & quod dicetur in 5. caſu. Sed caue: quia quo ad curam, iſte ſecundus caſus uidetur debere intelligi, ubi Papa confert beneficium: quia tũc de cura illius nõ ſit neceſſaria mentio. Et ita Ro. 3 t. de reſcr. in antiq. Secus in beneficijs obtentis, de quorum cura ſi non ſit mentio, gratia non ualet. Et ita clarè Ro. de præb. 6. in nouis, Idem dicebat, &c. de qua meminit Nic. My. in reper. fo. 70. 10 ſi. Sed tamen non uideo reſponſum ad dictam cle. ſi Romanus. in uer. qualiacunque.

8 ¶ Tertius caſus. Quando † tacetur qualitas beneficij reſpiciens ius tertij, tunc motus proprius ei non præiudicat, puta ſi eſt iuris patronatus laicorum. In hoc exemplo bene loquitur Abb. Pro quo uide in terminis Ro. de reſcr. 65. No. quod licet motus. in antiq. & de præb. 6. in nouis, & Car. conſil. 118. Caſus talis eſt: agitatus eſt proceſſus: Et quòd regulariter nõ præiudicetur per d. clauſulã, tenet in no. Car. conſ. 297. ad fi. & Vitalis in ſua de clauſulis, fol. 6. & Domi. poſt Io. de Lig. in c. ſi propter. de reſcrip. in 6. & Imo. poſt Cal. ſ. eo. mandatum. dicens, quòd iſta clauſula non facit impetrantem præferri primo, niſi de illo fiat mentio. Et dicit Imo. ſ. eo. cõſuetudinis, quòd nõ tollit ſtatuta. Et dicit Pe. de Anc. conſ. mihi 16. Dominus noſter Papa. & Rota de præb. 21 in nouis quòd etiam ſi nominet ſtatuta, non nocet particularibus ſtatutis. Et dicit Domini. in textu per cap. poſtulaſti. ibi, crederemus tamen. ſ. eod. quòd motus proprius non præiudicat unioni factæ per ordinarium: etiam nondum ſortitæ effectum. quia motus proprius non tollit ius quæſitum alteri in re, uel ad rem. Allegat gloſſ. 3. & ibi Ioan. Andr. in dict. ca. motu. licet in hoc de unione aliud ſentiat Rota, dicta. permu. 44. in antiq. Alter per Doctor. quotata. quorum opinio procedere poſſet, ubi cũ clauſula Motu proprio, eſſet clauſula generalis. Non obſtantibus quibuſcunque, per quæ gratia noſtra poſſet quomodolibet impediri, uel differri: quia tunc per talem clauſulam impedire intendit ius alterius, & clauſula Motus proprij, tollit ſubreptionem, arg. c. ſi propter. & quod ibi Lap. de reſcr. in 6. & ſequitur Mar. in rep. d. c. poſtulaſti. De quo ultimo dicetur ſ. eod. nonnulli. Adde etiam Card. conſil. 141. Sanctiſſimus. quòd ſecundæ literæ etiam motu proprio conceſſæ non reuocant primas, non facta earum mentione. Et adde, quæ dixi ſ. eod. cæterum. uerſ. ſeculares ta reſtrictio. & poſtea inſeriſſe uer. prima reſtrictio. dummodò præiudicetur alteri in imperfectum, ſi eſſet præiudicium facti, putà poſſeſſionis. Cal. ſuo titulo conſil. 104. Quod intelligerem, niſi illa poſſeſſio eſſet tolerata, cap. cùm nostris. de conceſ. præb. qui tex. habet locum, etiam ſi ſcribatur Motu proprio. Abb. ibi. Et hæc no. tanquam nouiſſima & practicabilia ualde.

9 ¶ Quartus caſus eſt, quando † qualitas beneficij non tacetur, ſed exprimitur cum clauſula Motu proprio, & exprimitur falſum: & tunc ſi qualitas malè expreſſa, eſt talis, quòd ea meliùs intellecta difficiliùs literæ emanaſſent, nihil prodeſt motus proprius: putà, ſi eccleſiam curatam literæ appellant ſimplicem, uel eccleſiam ualoris mille dicunt ualoris ducentorum. Ita Petr. de Ancharan. conſil. mihi 132.

11 De natura & efficacia, repetabo hoc. pulchrum & nouum: quia prædicta omnia loquuntur, ubi qualitates ſunt ſuppreſſæ. Si uerò qualitas malè expreſſa uerſimiliter non difficultaſſet conceſſionem, ualebit gratia. Ita Petr. colligit ex doctrina tex. ſ. eod. ſuper literis. in fin. Et hoc modo aliud eſt ſupprimere, & aliud exprimere: quia primo caſu neſcimus aliquid de bona, uel mala informatione. & ideo dici non poteſt gratiam non operari ultra mentem Papæ, quæ non eſt aperta: ideo eam non poteſt gloſſare, ſed ubi

a Præſumitur Papa habilitare] Nota quòd motus proprius cum clauſula generali, uidelicet Non obſtantibus ſtatutis, &c. quæ tollit omnia impedimenta & obſtacula ſtatuta excluſiua indulta: ſed non tollit impedimenta iuris communis, ut tenet Dom. in c. 1. de fil. presbyt. in 6. & ibi Io. de Imo.

ubi exprimit, iam ſcimus eius animam & quidem decepti. Vnde dici poteſt hoc eſſe contra eius uoluntatem iam pate factam. Et iſtud perpetuò no. ¶ Bene facit conſilium Pet. de Anc. mihi 184. Viſis famoſorũ doctorũ, &c. ubi latè uult, quòd non teneat literæ Papæ, quib. proprio motu mãdauit remoueri generalem propter dementiam, ſi notoriè conſtabat de eius ſano intellectu. Vnde dicit Ab. de conſan. & aff. quia circa ante fi. ſemper tenuiſſe, quòd ſi in diſpenſatione, uel gratia motu proprio conceſſa exprimitur falſa cauſa, nõ tenet. Et pulchrè dixit Cardi. conſil. 98. Papa uniuit. quod literæ Papæ de unienda abbatia ex certis cauſis non ualent; etiam conceſſæ motu proprio, ſi cauſæ nõ ſunt ueræ. ¶ Hoc modo aduertenter limitabitur iſta 5. concluſio, & regula curiæ, niſi in literis motu proprio datis exprimeretur falſus ualor: intellige, cũ errore notabilis quantitatis. Et ita firmat Pet. de An. conſ. 135. ¶ Neque obſt. iſtis cle. 1. de preb. quia loquitur, ubi Papa pro cauſa ſuarũ literarum fundat ſe in facto à ſe geſto: quia non poteſt fieri oppoſitio inferens mendacium Papæ: ſed loquimur hic, ubi fundat ſe in facto alieno. Ita Car. d. conſ. 83. Et dicas, quòd ubi fundat ſe in facto alieno, etiam tunc præſumitur pro aſſertione ſua. Sed poteſt probari contrarium: Ab. de priuil. du dũ circa med. ibi, & no. hoc dictum perpetuum. ¶ Quintus caſus. Quando exprimuntur omnia exprimanda, & bene, tunc in illis ampliatur gratia propter motum proprium, & non dicitur ampliari ultrà, ſed ſecundum uerisimilem uoluntatẽ cõcedentis. Tex. de preb. ſi pluribus. lib. 6. Et ibi habes exemplum. Et ita Do. ibi pe. notabili. ¶ Non dicas quòd ſit ampliatio uerborum, ſunt enim potius quidam fauores extrinſeci, ſecundũ Cardi. in cle. per literas. 5. q. de preb. Et quòd uerba non ampliantur, eſt gl. 4. ibi, de qua exclamat ibi Imol. Et ita intelligit. Ab. in d. cle. ſi Romanus. dum dicit, quòd motus proprius recipit interpretationem pinguiorem, per d. c. ſi pluribus. Bene facit dictum Io. An. de elec. cũm in cunctis. ſuper uerbo, liberã. dum dicit, quòd diſpenſatio Papæ prorogans electo tempus conſecrationis, non operatur, quin beneficia uacent ipſo tempore dato à iure ad conſecrandum, niſi eſſet diſpenſatũ motu proprio, de quo exultat ibi Bu. uer. no. hic quod dicitur. & aliquas prærogatiuas clauſulæ Motu proprio, dixi in cap. cauſam. lo 1. de teſti. & j. cap. fi. eod. tit. Sed prædictos caſus non reperi ab alio hoc modo

10 diſtinctos. ¶ SEXTA concluſio. Non † eſt opus in impetratione beneficij facere mentionem ualoris beneficij obtenti, quod quis tenet, uel offert dimittere. Ita ſeipſam reſtringit dicta regula cancellariæ 61. Et hoc modo non eſt opus trepidare de eo, quod dixit hic Ab. dicẽs, quòd debeat fieri mẽtio de rigore, licet ipſum ſequat Matth. ad literã in rep. c. poſtulaſti. j. eo. Et nedum rigore huius regulæ, ſed etiam de iure puto concluſionem procedere: quia non uidetur iſta eſſe qualitas impeditiua impetrationis. Et hoc, quo ad ualorem: ſed quo ad alias qualitates beneficij dimittendi, fortè eſſet idem, niſi ſequamur ab ea ratione, quam dixi j. quòd poſſet eſſe beneficium talis qualitatis, quòd difficilius ab eo remoueretur. Tamen non credo ſeruari in curia. An autem oporteat facere mentionem de ualore præſtimonij, uel patrimonij in caſibus in quibus talia debent exprimi, dixi in cap. poſtulaſti. in 68. & ultima declarat. j. eod. ¶ SEPTIMA concluſio. Error in expreſſione ualoris nocet, quando uerba concipiuntur in ſecundam, uel tertiam perſonam perſonaliter: putà, Vt aſſeris: uel, Vt aſſerit. Secus, ſi impersonaliter in tertiam perſonam: putà, Vt aſſeritur. Rota hoc tit. 54. in antiq. & ro. tit. 71. Sed contrarium firmat Ru. de preb. 6. in antiquioribus: quia non eſt uerisimile, quòd Papa hoc poſuiſſet in gratia, ſeu literis, niſi impetrans in ſupplicatione hoc poſuiſſet. Et idem Card. in cap. fin. de præſum. licet conſ. 71. inci. Vacanta. in fi. uideatur ſequi prædicta. ¶ Conſidera, ſecundum Abb. in d. ca. fin. duos caſus. Primus, quando alia uerba literarum ſunt concepta in perſonam impetrantis, putà, expoſuit nobis talis, &c. poſtea dicitur, ut aſſeritur: & uidetur, quòd impetrans dixerit ita ab alijs aſſeri, non autem ipſum aſſeruiſſe: quia in generali ſermone non uenit perſona loquentis, authen. ſi quando. C. de non nume. pecun. & ſufficit probare, quòd ita aſſeratur. ¶ Secundus caſus, eſt quando omnia uerba loquuntur uniformiter: & uidetur, quòd ipſe impetrans omnia aſſeruerit: Et ideo habebit probare ea

eſſe uera: quia uidetur ipſe feciſſe illam relationem. Et ita concordantur prædicta. ¶ Conſidera, quòd ſi in 2. caſu non probaret, quòd ita aſſereretur: quia tenet Ab. quod non obtinebis. Et intelligerẽ, quòd probet aſſertionẽ communem, non autẽ aliquorum, iuxta, ea quæ dicuntur de probatione famæ & opinionis communis, per Bar. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæſtio. cum concor. Et adde iſtis Cal. in iſto ti. conſil. 8. ubi dicit, quòd iſta uerba, Vt aſſeris, uidentur conditionalia, quaſi ſi ita eſt. ¶ OCTAVA concluſio. Si Car-

11 dinalis † impetrans beneficium exprimit falſum ualorem, non ligatur regula præalleg. & impetratio ualet. Pe. de Anc. conſ. mihi 290. Pro clariori, &c. quia ſicut regula non ligat Papam, ita nec Cardinales, cũm ſint pars corporis ſui. Et adducit fundamenta ampliſſima ad probandum, quòd excellentia talium dominorum requirit ſpecialem mentionẽ. Potes uidere ipſum, & per eundem conſ. mihi 295. Efficacibus. ¶ Conſidera tria. Primò, dum dicit in quarto fundamẽto, quòd de ſtylo, gratiæ Motu proprio Cardinalis, habẽt ſpecialem naturam: quia nihil refert, utrũm in eis exprimatur ualor, an non. Vnde ſi omiſſio ualoris non nitiat: ergo nec ſuperflua expreſſio, l. unica, in prin. C. de rei uxor. acti. Nam iſtam conſequentiam nõ affirmo, per ea, quæ ſunt dicta in 2. cõcl. Sed ſtãte iſto ſtylo eſſet utilis ad regulam, quæ tũc uigebat, per quam in gratijs factis motu proprio de dignitatibus requirebatur expreſſio ualoris: hodie ſecus, ut ſ. in 5. concluſione. ¶ Secundò conſidera, quod Pet. de Anc. multũ ſe fundat in uerbis gratiæ, quæ mouebãt attẽtis meritis illius Cardinalis Neapolitani: quòd Papa noluiſſet, ut illud beneficiũ fuiſſet pinguius. Ergo error ualoris nõ uidetũ cõſiderabilis: quia iſta conſideratio eſt dubia, ut apparebit in concluſione ſeq. ¶ Tertiò conſidera, quòd rationes, quibus nititur probare, quòd uerba generalia nõ ligant Cardinales in materia ſtricta, nõ ſunt demõſtratiuæ, ſed perſuaſiuæ. Et ideo, ſicut aliàs ſcripſi de fide inſtr. quod ſuper his. & de off. dele. cũm in iure. difficilè ſuſtineretur hoc in puncto iuris maximè, quia ultra ea, quæ dixi in dictis locis, Ol. cõſ. 116. Ad propoſitum, &c. conſ. 193. Verũ aliquando, & conſ. 314. Thema tale eſt. fratres ſancti Ant. quem ſequuntur Paul. & Phil. in l. fi. in prin. C. de uerb. ſig. multũ urgentè probat oppoſitum, uolens: quod in materia ſtricta appellatione cum ueniant Cardinales. Eſt uerum, quòd Io. Mo. in c. 1. de ſchiſma. in 6. tenuit, quòd generales diſpoſitiones odioſæ non quã includunt eos: & ſequitur Lud. conſ. 498. In caſu, quo quæritur. & Ab. in cle. 1. in princ. de exceſ. prælat. Sed ipſemet Io. Mon. in extrau. excommunicamus. ſuper uerb. clericos. & eſt fol. impreſſarum 89. dicit totũ contrarium, uolens, quod illa extrauagans grauiter puniens ſimoniacos, liget cardinales. Et idẽ in ſimilibus. Et retractat, quod ipſe ſcripſit in d. c. 1. tanquam dictum a perſona ſuſpecta, cũm eſſet cardinalis. Ideo Arc. & Io. An. in c. nemo. de elec. in 6. dicũt quod dictio nemo, de qua ibi, ligat Cardinalẽ, & ſequitur ibi Domi. allegãdo Io. Mo. ubi ſ. & idẽ tenet Domi. in c. 1. de ſchiſma. in 6. & ſentit Car. in cle. in pleriſq; in fi. penn. de elec. En quibus dubito de iſta concluſi. & de nona: oppoſ. domi. mei Bar. Bellencini in d. c. quod ſuper his. ubi uoluit, quod nulla diſpoſitio generalis liget Cardinales, adeo quod attentari põt & firmari, ſecundum eum, quod diſpoſitio c. cũm in iure. de off. dele. non habeat locum in cardinali decernẽ ſibi cõmiſſam eſſe cãm. Et cõtra hanc opi. & contra dictũ conſ. Pe. de Anc. incipiens, Pro clariori. uide Franc. Pau. auditorẽ Rotæ in cõmento extrauagãtis, ad onus. quod poſui poſt tractatũ De ſe. in a fol. 37. ubi enumerans priuilegia Cardinaliũ, ſubdit fuiſſe tpa ſuo ſæpè iudicatum in Rota, quòd regulæ cancellariæ & aliæ diſpoſitiones ligent Cardinales, quicquid ſcribat Pe. de Anc. & Lud. de Ro. in locis præalle. Et hũc locum uide poſt prædictorũ éditionẽ in additione, & Adde, quod dixi in rub. de tra. &

12 obe. ¶ NONA Concluſio. Mala † expreſſio ualoris nõ nocet, quando uerba literarum multipliciter denotant, quòd Papa libentiùs & ultiùs conceſſiſſet beneficium lõgè opulentius. Pe. conſ. præal. 290. & eſt dictum aureum, ſi uerum eſt. Sed de ipſo ſemper dubitaui: quia quando à lege data eſt forma alicuius cõceſſionis, nõ ſufficit, quòd ſumus in caſu, in quo princeps cõceſſiſſet etiã forma non ſeruata, ſed ſemper illa eſt neceſſaria. Tex. optimus in d. c. ſi motu. in uerb. quantumcunq; modicum, ubi propter beneficium modicũ

non

non expreſſum uitiatur gratia, & tamen re uera eius expreſſio nihil alteraſſet animum concedentis. Et in iſtis non arguitur à maioritate rationis, ut in ſeq. concluſ. Et ideo Domi. ſ. eo. ſuper literis. & ſ. eo. poſtulaſti. & in c. dudũ. de præb. in 6. & Maria. ſ. eo. poſtulaſti. & alij, quos dicam ſ. eo. in noſtra. dãt doctrinã circa exprimenda in beneficialibus, quòd aut loquimur de his, quæ retraxiſſent, uel feciſſent principem difficiliorem: & tunc iſta debent nominari, ſ. eo. c. poſtulaſti. Aut omnino cõceſſiſſet: & tunc aut talia ſunt, quæ de iure debent exprimi, & indiſtinctè exprimi debent, d. c. ſi motu. Aut non ſunt iure expreſſa, & non retraxiſſent, & non eſt opus exprimere. Facit etiam dictum Bald. in l. 1. ibi, in contrarium. quia iſta ſunt uerba formalia, ff. de lib. & poſtu. & quod dicetur ſ. eo. cũ dilecta. in 4. & 10. ampli. probãdo, quod forma legis, uel hominis, eſt ſeruanda, etiã ſi uideatur ſuperflua, uel ſi ea omiſſa actus meliùs adimpleretur. Facit etiam ſequens conclu. ¶ VNDECIMA concluſio.

13 Si † beneficium eſt minoris ualoris, quàm ſit dictum, adhuc gratia dicitur ſurreptitia. Ita ſentit Domi. poſt Pau. & Io. de Fan. in c. quãuis. lo 1. in fi. prin. de præben. in 6. quicquid ſenſerit ibi gl. in uerbo, uſque. quam dicit Io. de Fan. ſe uidiſſe correctam manu propria Io. An. qui contra eã tenet, eo. ti. cui de non. ubi eſt caſus, & idẽ Car. latè poſt Pau. in cle. 1. in prĩ. 7. q. de cõceſ. præb. & iſte eſt caſus, in quo nõ attenditur regula, quod in maiori ſumma ineſt minor. l. quĩ quartam. cum ſi. de leg. 1. quia in iſtis odioſis & beneficialib. plus & minus non ſe habent, ut pars & totum: neque ut maius & minus, ſed ut ſpecies inuicem ſeparatæ, ut ibi latiùs per Pau. quem etiam ſequitur Imol. & idem Fe. de An. ibi, & in cle. unica, ibi quintò oppono. de conceſ. præb. & pleniùs in d. c. cui de nõ. & Maria. ſ. e. poſtulaſti. ibi, imo quod eſt fortius, quicquid dicat Bald. in l. 1. §. ita autem. C. de cõmuni ſer. manumi. ¶ Cõſidera primò, quòd iſta cõcluſio non procedit, ubi dicitur de ualore uſque ad certã ſummã, quia uenit omnis quantitas citra illam. Card. in cle. 1. in prin. 4. no. de cõceſ. præb. gl. in d. c. quamuis. in uerbo, uſque. Idem, ſi dicitur, talem ualorem non excedit. Et iſte modus loquendi eſt in uſu. ¶ Conſidera ſecundò, quòd ubi cõcurrũt omnes demonſtrationes ueræ, iſta non uidetur importare, quòd minus ualeat. Ergo uidetur ſufficere, quòd conſtet de corpore, per c. ſignificãte. ſ. eo. Reſponde ex doctrina Rotę de præb. 19. in antiquioribus, quòd iſtud eſt uerum, ubi aliquid exprimitur cauſa demõſtrationis. Vnde ſi dicit ſacriſtiam eſſe dignitatem, cùm nõ eſſet, nihil nocet. Secus in his, quæ dicuntur cauſa limitationis, uel taxationis, ut in propoſito per c. ſuſceptũ. de reſcri. in 6. Et hoc extollit Ab. in d. c. ſignificãte. & dicit ſ. eo. ſuper literis. uer. limita quartò. Non dicas, contrà: ceſſat ratio, per quã ſæpe dicunt Doc. cur ſit exprimẽdus ualor, ſ. quia fortè nõ dediſſet beneficium maioris ualoris: quia iam dixi, quòd ubi pro ſummo requiritur expreſſio, hoc non conſideratur, ut in præced. cõcluſione. ¶ VNDECIMA concluſio. Quando in literis dicitur de ualore ſecundũ taxationẽ decimæ, & re uera ſit maioris ualoris, iſte error non nocet, dũ modò talis ſit ualor taxationis. Rota in iſto ti. 16. Itẽ nota quòd ubi Papa. in antiquis, remittẽs ad notata in cle. 2. ubi gl. in uerbo, conſuetã. de deci. Tamẽ hodierna regula dicit, quòd fiat expreſſio ſecundũ communem æſtimationem, non ſecundũ taxationẽ decimæ. Scias tamen, quòd taxatio ſemel facta ab habente poteſtatẽ taxandi ſemper durat, etiãſi per multos annos decima nõ fuit poſtea ſoluta. Rota de conceſ. præb 31. in antiq. Et ſi in illis partibus nõ eſt taxata decima, habebitur ratio ueræ æſtimationis. Ol. conſil. mihi 235. Factum tale eſt. & ſequitur Io. An. in Spe. ſuper rub. de conceſ. præb. & Pe. de An. in d. cle. unica, 45. col. ibi, ſed tunc ſtat quæſtio. de conceſ. præb. arg. l. in teſtamẽto. ff. de cõdi. & demo. ubi non extante monumento, de. quo teſtator dixerat, attenditur dignitas & ſubſtantia defuncti. ¶ Subdit Old. Ioã. An. & Pe. ubi ſupra, quòd quãtum ad cognoſcendam taxationem decimæ, capellæ unitæ alteri eccleſiæ retinent propriam naturam & qualitatem, quantum uerò ad æſtimationem ueram, computantur cũ beneficio principali. Et ſi gratia loquitur de certa ſumma paruorum Turonenſiũ, & in loco beneficij non eſt illa moneta, æſtimatur beneficium ſecundũ ualorẽ intrinſecũ Turonenſiũ, & ſecundũ ualorẽ pecuniæ currentis in loco beneficij, non attento ualore extrinſeco Turonenſium. Rot. hoc. ti. 58. No. quòd ubi eſt facta. in antiq. Sed Ol. conſil. 168. ad primam. uerſic. ad tertiam. uult, quòd attendatur ualor extrinſecus: quia

a de communi uſu,[a] non dirigitur æſtimatio ad intrinſecũ ualorẽ pecuniæ, ſed ad uſualem, l. 1. in princ. ff. de cõtrahen. emp. & ſequitur Pet. de. Anch. in d. cle. unica, quaſi in fi. & fortè melius: de quo etiam per Nic. My. in reper. fol. 73. prope fi. ibi, gratis ſi impetratur. Et ſcias, quòd duodecim Turonenſes ualent unũ ducatum boni põderis, & cunei Florentini: extra. nag. electionis. ad fi. ibi, porro Turonenſes prædictos. fol. impreſſatum 28.

a De cõmuni uſu] facit ad hoc, quod no. & plenè habetur per do. Soci. conſ. 6. incip. Prædicta conſultatio. in princ. cũ uerſi. ſeq. uſque ad fi. in 1. parte.

Et no. quòd nomina librarum & aliarum monetarum recipiũt interpretationem ualoris, inſpecto loco beneficij, non loco impetrationis. Old. d. conſil. 168. & Pet. ubi ſ. Contrarium latè probat Aegi. deciſ. Rot. 2. quia poſſet Papa decipi, cùm ignoret locorum conſuetudines. Vnde nominari debent floreni, & aliæ monetæ, attenta ſumma, ſecundũ quã currunt in curia. Vnde ſtilus eſt, quòd dicatur de florenis cameræ Apoſtolicæ. ¶ DVODECIMA concluſio. In computando ualore beneficij debent deduci onera: aliàs articulus impugnãs ualorem expreſſum, eſt ineptus: ſed debet dicere, quòd ualet tantũ oneribus deductis. Rot. de conceſ. præb. 52. in antiquis. Et iſtud eſt regulare, quoties fit mentio de redditibus Bal. in l. cohæredib. ff. fa. erc. & in l. neque in fi. C. de compenſ. per tex. in l. fundi Trebatiani. ibi, ex locatione fundi redigere. ff. de uſufru. leg. Et idẽ, ſi fit mentio de fructibus l. fructus. ff. ſol. ma. & ibi latè Bar. & oẽs Scribentes, qui ponũt certas fallentias, putà ubi agitur de ſolutione decimarũ prædialium, per c. tuu nos. ibi, non quidẽ deductis ſumptibus, aut ſemine ſeparato. de deci. ut latiùs per eos. & adde gl. 1. Car. & Imo. in d. cle. 1. de deci. ¶ TERTIADECIMA

14 concluſio. Diſtributiones † quotidianæ non computantur in ualorem præbẽdarum. Ol. latiſſimè conſ. 118. Ea uirtute gratiæ. quia ſunt reditus caſuales & incerti, nec attinent ad corpus præbendæ. Et idem Io. An. in d. rub. de conceſ. præben. & Pet. in d. cle. unica, miratus de Io. An. qui in d. rub. uſurpauit ſibi totum cõſilium Old. authore tacito. Et idem tenet Rota de re iudic. 31. in antiquis: quia dantur ratione cuiuſdam miniſterij perſonalis. Facit c. fin. §. in illis uerò. de conceſ. præben. ubi iſte diſtributiones ponuntur ut diuerſæ ab eo, quod datur ratione præbendæ. Idẽ Rota de præb. 7 in nouis: & de præben. ultima, in antiquis, & Nico. Myl. in repet. in uerbo, gratia. q. 7. ¶ Aliquando tamen ad maiorem expreſſionem facta mẽtione redituum exprimitur diſtributionẽ, licet alias non includatur, Ita intellige tex. & Domi. in c. ſi. in prin. de reſcrip. in 6. & c. cùm non deceat. de elec. 10 6. Procedit iſta concluſio etiam in mortuarijs: quia ſunt incerta in anniuerſarijs, nedum ſi ſunt uoluntaria ſoluentium, ſed etiam neceſſaria, quia non cõputantur in ualore beneficiorum. Old. conſil. 216. Circa primum articulum quem etiam uſurpat Io. An. ubi ſ. Sed Pe. de An. in d. cle. unica dicit, quòd quãdo iſta incerta cõmuniter rediguntur ad certam ſummam, uidentur computãda in æſtimatione. Exemplificat in eccleſia ſancti Antonij Venetijs, quæ per quæſtores hincinde mendicãtes cõmuniter percipit aureos quingentos annuatim, & in eccleſia ſanctæ Mariæ in Mõte Bononiæ, quæ de oblationibus candelarum percipit cõmuniter ultra aureos ducẽtos annuos, & idẽ in ſimil. Nam & talia incerta aliquãdo ueduntur, l. ſi iactũ. ff. de ac. emp. & c. & a. cũ ibi notatis, ut prælati uices ſuas. & non reperio à Modernis conſideratas has uarietates. ¶ Cogitabã tres caſus. Primus quãdo inter plures beneficiatos in eadẽ eccleſia diuiduntur emolumenta anniuerſariorũ, & tunc in taxãda beneficijs ſingulorũ talia nõ cõputantur, quia nõ uideo differentiã inter hæc & quotidianas diſtributiones, cũ iſta dẽtur ſolùm intereſſentibus celebrationi diuinorũ. ¶ Secũdus caſus, quando ex aliquo legato rector eccleſiæ firmiter habet annuum reditum diſtribuendũ inter eos, qui intererunt anniuerſario omnino fiendo, & tunc crederem portionem ipſius rectoris computari in ualore beneficij, ſecus in aliorum portionibus, quia licet ipſe legatum totum percipiat, tamen ex quo alijs ſoluit, uidetur eſſe expenſa deducenda. ¶ Tertius caſus, quãdo eccleſia habet reditus incer-

tos, qui communiter redigi poſſunt ad unam ſummam, ut in exemplis Pe. de Anc. & tūc talia computentur per authoritatem Petri, de qua nunquam ſis oblitus. ¶ QVARTA-
15 DECIMA concluſio. Si † ordinario quis exprimit falſum ualor, non uidetur uitiari impetratio. quia in impetratione, quæ fit ab ordinario, non conſiderantur iſtæ mentiones, uel taciturnitates, cle. 2. de offi. or. Et regula iuris, de qua in prima cōcluſ. reperitur limitata ſolùm in impetratione, quæ fit à Papa. Ergo in alijs ſtet ius commune, C. de teſta. ſancimus. Et ſi diceretur etiam, ubi expreſſio nō eſt neceſſaria, tamen ſi fit, & malè, nocet, ut, ſ. in 2. concluſ. Reſpondetur, quòd ibi eſt propter periculum, ne Papa decipiatur, qui uiſo certo ualore prouidit ei cui fortè non prouidiſſet: quæ ratio non cadit in ordinario, qui præſumitur informatus de qualitatibus ſubditorum, & eccleſiarum ſuarum. Et dicere oppoſitum inferret eum non uiſitaſſe diœceſim, uel malè uiſitaſſe. Ideo talis exceptio denigratiua honoris epiſcopi reijcitur. Vnde dicit Car. in d. cle. 2. ꝙ ordinarij ſemper uidētur prouidere motu proprio: & ipſi prouidēt eccleſijs, Papa prouidet perſonis. Et ideo collationibus ordinariorum non opponitur ſubreptio, ſecundum eū. In collatione uerò legati non puto neceſſariam mentionem ualoris, ratione ſ. dictis. Sed ſi exprimeretur falſus ualor, fortè collatio non ualeret: quia ſtat argumentum dictæ concluſ. 2. Et in prouiſionibus legati habet locū allegatio ſubreptionis, c. ſi. de of. leg. in 6. & d. cle. 2. Et poteſt dici circumuentus: quia prouidet perſonis, ſicut Papa, non eccleſijs, ſecundum Card. ubi ſ. Et ſtrictiùs agitur in ſuis collationibus. Hinc eſt, quòd ſi ipſe conferat motu proprio habenti aliud beneficiū, qui ipſum nō expreſſit, poteſt opponi de ſubreptiōe, ut profundiſſimè, per An. Si. referentem omnes de of. leg. c. niſi. licet in hoc communis opi. ſit in contrarium. Et iſta cōcluſio, ut uides, tangit caſus per Doc. non deciſos, de quib.
16 uide dubitari. ¶ QVINTADECIMA cōcluſio. In † impetratione unionis requiritur mētio ualoris beneficij uniendi, & eius, cui petitur fieri unio: alias unio non ualebit, regula cancellariæ 21. Item uoluit, quòd petētes, &c. Et idē ordetur uelle in confirmationibus unionū factarū: & idem Car. cōſ. 98. Papa uniuit. ¶ SEXTADECIMA & ultima
17 concluſio. Attenditur † communis æſtimatio ualoris præſentis temporis, non antiqui. Old. conſ. 58. dixi ſ. c. primi. ad fi. ibi, fallit quintò. & idem Mari. j. eod. poſtulaſti. ibi, ſed circa prædicta. Et dū dixit ibi, quòd attenditur, quis hodie ſit in poſſeſſione conferendi, non aūt ad quem ſpectet collatio, adde omnino Ol. idem tenentē conſ. 312. Thema quale eſt: ad reges Romanorum, &c. de conſilijs additis in 2. impreſſione Romana, maximè per c. conſultationibus. cū ſua materia, de iurepa. ¶ Limita primò, niſi beneficium olim fuiſſet taxatum: quia taxa ſemper durat, Ro. de cōceſ. præb. 31. in antiq. alle. ſ. concluſione 11. Tamen quando eſſet taxatio per uiam decimæ, fortè nō operaretur, cùm fienda ſit mētio ſecundum æſtimationem communē, non ſecundum nouam taxam, ut dixi in d. concluſ. ¶ Limita ſecundò, niſi poſt impetrationem opponeretur de ualore, & teſtes deponerent de ualore præſentis tēporis, quia non probant, niſi dicant, quòd erat talis ualoris tempore impetrationis. Alex. conſ. mihi 72. & 105. Inſpecto diligenter proceſſu. in fi. quia nō ſequitur, res hodie eſt tanti reditus, ergo olim fuit, l. in confirmando. cum ibi no. per Bar. ff. de confir. tu. Bal. in l. ſi quis adulterij. C. de adult. Vnde dicit Bald. in l. 2. ad fi. ibi, quæro, qualiter probētus. C. de fruc. & li. expenſ. quòd probando ꝙ ex re aliqua percepti ſunt tanti fructus aliquibus annis, nō ſequitur, ergo totidē nūc percipi poſſunt. Et intellige hoc, quādo impetratio beneficij fuit facta tēpore uacationis, licet ubi haberetur gratia ad uacatura, deberēt deponere de tēpore uacationis, non impetrationis, per ea, quæ dixi in d. uer. fallit ſextò. ¶ An aūt tales teſtes debeant aſſignare cauſam ſui dicti non interrogati, pendet ex theorica Bar. in trac. teſtium, ibi, teſtis dicit fundū ualere. utrùm uidelicet æſtimatio indigeat magno diſcurſu, uel non, exemplificando, ut per eum, quem ſequitur Abb. de teſti. cùm cauſa. Pau. in l. præſentia. ff. ad l. Fal. Bald. in l. ſolam, C. de teſti. in l. fi. in fi. C. de iu. do. impe. Dixi d. c. cùm cauſa. & latius per Alex. in d. l. pretia. Vnde in propoſito cùm habeat teſtis depoſuere de eo, quod ſcit, uel experientia, uel communi aliorum auditu, non puto neceſſariam redditionem cauſæ. Et iſtis adde, quòd unus teſtis cum fama nō probat exceſſum taxæ datū cōtra poſſeſſorē per modū obiectus. Aegi. cōcluſi. 471. teſtis cū fama. Itē adde, & ſi teſtes dicerēt, ꝙ olī erat tāti ualoris: præſumitur, quòd hodie ſit eiuſdem ualoris, ut dixi j. eo. cōſtitutus. Adde, ꝙ prædicta nō habēt locū ĩ impetratione hoſpitalis, in qua nō eſt neceſſaria mētio ualoris, niſi excedat ſummā c. ducatorū: quia hodie citrà nō ſoluitur annata, ſecundum quod audiui, quādo fui Romæ. Et an ſit facienda mentio de ualore patrimonij, uel præſtimonij, quod habet impetrans, dixi j. eo. poſtulaſti. in 6. declara. ADDITIO. ¶ Poſtremò conſidera, quòd quando expreſſio dicti ualoris fieret, etiam requiritur propter annatam, quæ ſoluitur cameræ. ¶ Reliqua circa mentionem curæ & aliarum qualitatum, dicam j. eo. c. poſtulaſti. & in c. in noſtra. Et dum Ab. extollit gl. hic, quòd ad impetrandum in beneficialibus non requiritur ſpeciale mādatum, uide, quæ dicentur j. eo. nonnulli. ubi glo. pen. idem tenet.

SVMMARIVM.

1 *Reſcriptum ſecundum ab aduerſario impetratum, ualet, licet non faciat mentionem de primo, quo dolo, uel negligentia non fuit primus impetrans uſus.*
2 *Dolus non præſumitur: poteſt autem probari ex coniecturis. Poſt num. 2. paulò poſt prin. uer. dum dicunt hic omnes.*
3 *Negligentia impetrantis probatur per lapſum anni, quando non eſt uſus reſcripto intra annum.*
4 *Pœna impoſita iudici aliquid non facienti, habet locum, ſi fuerit primo requiſitus.*
Pœna an committatur, ſi non præceſſerit interpellatio. Poſt num. 4. uer. & caue.
5 *Vſufructuarius non facit fructus ſuos, niſi præſtita cautione de utendo arbitrio boni uiri: ſi tamen conſentiente proprietario uſus eſt, nulla præſtita cautione, facit fructus ſuos.*
6 *Tēporalia ad agendū, perpetua ſunt ad excipiēdū. Hæc eſt regula.*
Quæ regula patitur quinq; limitationes continuando hanc regulam, & eius materiam uſq; ad c. ad hæc.

CAPITVLVM IX.

SI AVTEM. ¶ Valet † ſecundum reſcriptū ab aduerſario impetratum, licet non faciat mētionē de primo, quo dolo, uel negligētia primus non fuit uſus. ¶ Et facit contra Bal. in ſuo peculio, in uerbo, reſcripta. ubi dixit, differentias Canonicum à ciuili: quia ſecundum ius ciuile reſcripta ſunt perpetua a, l. falſò. alleg. in glo. quia, ſecundum Abb. hic, & j. eod. pleruſque iſte tex. non corrigit, ſed limitat illā l. & illa iſtum text. ut nō dato ſecundo reſcripto primū ſit perpetuū. ¶ Dū dnt hic oēs, ꝙ
2 † nō præſumitur in dubio dolus, ſed habet probari ex coniecturis, per l. quoties. §. q dolo. ff. de proba. fallit primò in omittente id, quòd ſcit ſe debere facere, l. ſi procuratorē. §. dolo. & l. dolus. ff. mand. ſecus, ſi ignoret, l. quod in alterius. ff. de reg. iur. ¶ Fallit ſecundò in faciente actum ſimpliciter prohibitū. quia præſumitur dolus, c. t. j. de præſum. & ibi dixi: ſecus, ſi actus eſt permiſſus: quia ſtat regula. ¶ Fallit tertiò, quando actus eſt aliquando permiſſus, aliquādo prohibitus, & fit clādeſtinè: quia præſumitur dolus, ſi eſt in caſu prohibito: ſecus, ſi fiat palàm, l. fin. ff. de. ri. nap. l. non intelligitur, §. ſi quis palàm. ff. de iu. fiſ. ¶ Fallit quartò in commentarienſe: quia debet probare ſe dolo carere, quando carcerati aufugerunt, l. ad commentarienſem. C. de cuſt. reo. & l. milites. ff. eod. titu. Iſta colliguntur ex latioribus uerbis Flor. in dict. §. qui dolo. & Bar. in l. dolum. C. de dolo. ¶ Dum dicunt Doct. ex coniecturis probari dolum, per capitu. 2. de renun. in 6. adde Barto. in tract. teſtium, ibi; dolus, &c. ubi multa exempla ponit: & in fin. illius arti. dicit, quòd dolus committitur tam uerbis, quàm factis, fraus uerò factis tantum b. Ita dicit dixiſſe beatum Tho. Credo, quòd uelit eū allegare 2. 2. q. 77. arti. 2.

a *Reſcripta ſunt perpetua*] *Adde Bar. in l. beneficium. ff. de conſti. princ. in fi. in uerſ. quæro, quando tempore. Vide Hoſt. in c. cùm ad ſedem. de reſcrip.*

b *Fallit tātum*] *Adde Alex. de l. mol. ubi plene, in l. iuriſgentiū. §. ſi fraudandæ. ff. de pac. & ibi uide gl. & Bar. & adde Bald. in l. quo fortuitis. C. de pig. actu.*

Tamen

Tamen interdum ſumitur fraus pro ſpecie diſtincta à dolo: nam ad dolum requiritur, quòd fiat contra aliquam perſonam. Patet ea eius diffinitione, ſ. ad decipiendum alterũ: fraus uerò non contra perſonam, ſed principaliter fit cõtra legis præcepta: licet iſtis uocabulis plerunque abutamur, ſecundum Bar. Et adde gloſſ. 2. in l. apud Celſum. in prin. ff. de doli excep. quæ dicit, quòd mens doloſa cognoſcitur ex præſtationibus, ſuaſionibus & monitionibus: & ſunt uerba ual de not. ſecundum Bar. ibi. Et dixit gloſ. 1. in l. dolus. C. de reſcin. uẽd. quòd cognoſcitur dolus in emptore, quando uituperat rem diſſimulando præſentia, & nunciando futura. Et dixit Bal. in l. ſi conſtante. §. ſi maritus. ff. ſol. mat. quòd aliud eſt dolus præſumptus, aliud dolus uerus: nam iſta uerba Dolus præſumptus, deſignãt ſpeciẽ doli. Sed iſta uerba Dolus præſumptiuè probatus, prolata per ſe, deſignant modum probationis. ¶ Vnde dolus interdum eſt uerus, & uerè probatur, l. ſi ea cauſa. §. nunc uidendum. ff. de mino. Interdum etiam dolus præſumptiuè probatur, l. quæro. §. fi. ff. de ædil. edic. Interdum etiam dolus præſumptus uerè probatur, l. quod Nerua. ff. depoſ. Interdum etiam dolus præſumptus præſumptiuè probatur: putà, per coniecturas [a] & indicia: quæ nõ ſunt probationes directæ, ſed inflexe inferentes per modum. Et adde Bar. in l. poſt cõtractum. ff. de donat. ubi ponit de ſignis alienationis in fraudẽ fiſci. Faciunt coniecturæ, quæ ſolent dari ad cognoſcendũ contractum ſimulatum: de quibus ponit 26. Bar. Veronen. in tracta. ſimulationũ, & latè ſanctus Bernar. in trac. De contractibus, ſermone 29. art 2. c. 1. & frater Io. de Capiſtrano in libello de uſuris palliatis: & Arch. Flor. in 2. parte ſuæ ſummæ, c. 7. inci. Quia uſuræ uorago. fo. 21. pulchtè Pau. conſ. 326. In cauſa mota. dicẽs, quòd poteſt probari ſimulatio & dolus etiam per alias coniecturas, quàm per illas, quas loco exempli ponunt iura. Et q allegare præſumptiones, quæ in alijs materijs approbãtur à iure, eſt probare ſimulationem, liquidiſſimè per eundem conſil. 329. Viſa petitione. per Pet. de Anc. conſ. mihi 9. Plurimæ coniecturæ. & cõſil. 52. Ea ordine cõtractuum. Lu. conſ. 304. Plura ſunt, quæ allegantur. Pet. de Anc. conſi. mihi 223. ad corroborationẽ. Ab. conſ. 6. Quidam dominus Fran. & conſ. l. Quidam maſſitarius. omnes poſt Bar. in l. poſt contractum. ff. de donat. cũ concor. de quibus ibi per Alex. in apoſtillis: & plenè Firmanus in uer. uſurarius dicitur. cum multis alijs, quæ longo folio indigerent. Et affirmans pro certo id, de quo non erat certus, præſumitur dolo affirmaſſe, ſi poſtea reperiatur contrarium: quia non debet eſſe facilis ad temerariam aſſertionem. Pau. in d. l. dolum. per l. ſi quis affirmauerit. in prin. ff. de dolo. iuncta l. Iulianus. uer. quis tamẽ, ſi ignorauit. ff. de ac. empt. dum modò tale mẽdacium ſit ei proficuũ: aliàs non præſumitur in dolo, l. eleganter. §. fi. cum l. ſeq. ff. de dolo. Et eſt bene not. ſecundum Barto. ibi, & ſequitur Alex. in d. l. dolum. ¶ Pro quo eſt optimus tex. 31. diſtinct. Nicena, ibi licet eſſet nuptiarum inexpertus. ubi ad oſtendendũ ſyncerũ animum Pannutij repugnãtis ſynodo, allegatur, quòd commodũ nõ prætendebat. Non dicas fortè cupiebat nuptias experiri: quia prohibito ibi propoſita loquitur de uxoribus ductis ante ſacerdotiũ, & ipſe erat ſacerdos. Patet in uerbo, confeſſor. iuncto c. omnis. de pœni. & remiſ. Facit etiam tex. cum gloſ. in uerbo, ab ea. in c. tertio loco. de præſumpt. Sed tamẽ uidetur, quòd affirmans hoc, de cuius ueritate nõ erat certus, nõ teneaĩ de dolo: quia, ſecundũ Alex. in d. l. dol. & d. l. Iulianus. potiùs probat oppoſitũ: & ibi gl. in uer. iudicationẽ. quã ſequitur Bart. & cõmuniter oẽs reſpõdẽtes ad. l. ſi quis affirmauerit. q dolo ibi affirmauit. Patet in uer. ſi callidè hoc feceris. Et adde q, probaĩ dolus eo ipſo, q quis cõtrahit cõtra iura, C. de agri. & cenſi. lib. 11. l. quemadmodũ. Facit regula, qui contra. lib. 6. & quod not. Bar. in. l. ſed ſi §. ſcire. ff. de peti. hæ. & gl. 2. in c. Vulteranæ 22. q. 2. Dixi aliquid de re iudic. cùm cauſa. in fi. Reliqua. circa actionẽ doli habemus magiſtraliter per Hoſt. in Summa de dolo. & Ang. Are. in §. præterea. Inſti. de actio, cum ſeq. Et de exceptione doli, latè idem Ang. Iuſt. de excep. in prin. in 4. col. cum ſex folijs ſeq.

a Per coniecturas] Adde tu, quod dolus ex cõiecturis probatur. Gloſ. eſt in c. fi. de renun. in 6. in uerb. coniecturas. Bart. in l. dolum. Pau. de Caſt. cõſ. ſuo 80. & Bar. in l. fi. C. de prob. ubi dicit uerũ, ſi ſunt cõiectura indubitatæ, ita quod animũ indicis redđãt certũ: in Specul. de expen. §. fi. uerſ. in autem.

Negligentia probatur

3 Per † lapſum [b] anni ut hic. & eſt ſpecialis modus, ſecundum Doc. hic. Adde Bar. in trac. teſtium, uerſ. lata culpa. ibi, ommittendo, ſeu negligendo. ubi ponit alios modos, & quomodo dicantur teſtes bene depouere [c] de negligentia. Et dixit Bart. conſi. 102. Chariſſime domine: iſti neſtri Nucerini. in princ. quòd quando quis teneretur ad factum certum & limitatum tpe & loco, eo ipſo, quòd illud non facit, eſt probata negligentia, niſi ille oſtendat de impedimento. Alle. l. 3. §. ſi ad diem. ff. de re mil. & l. 2. §. ſed & ſi quis. ff. ſi quis cau. & ita in tex. noſtro. Et dicit Lu. conſ. 338. In caſu propoſito. quòd ſi iudex pronunciat redeundum eſſe ad arbitrum, à quo partes receſſerant, uel idem dicat arbiter, putà redeundum eſſe ad iudicem, uel in alio eſſe compromittendum, iſtud eſt negligere facere iuſtitiam, per l. ſi cùm dies. uulc dicere, nõ diſtinguemus, §. quæſitum. ff. de arb. Et uide Cat. conſ. 56. Dñ reuerendus. ubi firmat theoricam, quòd lex, uel ſtatutum loquens de negligentia, non præfigendo tempus, nunquam habet locum, niſi præcedat monitio. Vnde ſtãte ſtatuto, quòd maſſarius capituli poſſit locare poſſeſſiones, in quibus conductores ſunt negligentes ad culturam, nõ põt locare, niſi moneãtur, & poſtea negligans. ¶ Inducit pro caſũ tex. de conceſ. præb. ſi capitulo. li. 6. ubi executor datus, ut prouideat, negligente capitulo, debet prius competentem terminum præfigere capitulo: quo elapſo, & nõ priùs, ipſe prouidere põt, ut ibi in uerbo, Ex tũc, cũ gl. quia ex quo nullus terminus eſt aſſignatus à iure, non põt detegi negligentia, niſi aſſignetur ab homine, c. ſi tibi. de præb. in 6. l. mancipiorum. ff. de op. le. & extollit doctrinam Inn. de præb. ex tiſpandç. §. qui uerò. ubi dixit, quòd ubi pœna imponitur à iure pro negligentia, & ſic pro culpa negatiua, ſeu non faciendo cõmiſſa, tẽpore non adiecto, requiritur, quòd præcedat monitio, ſeu interpellatio, ut quis incurrat illã pœnam: putà quicunq; non fecerit reſidentiã, ſit priuatus: uel, ſi non ſoluat collectas, teneatur, &c. quia requiritur monitio: ſecus, ubi pœna imponitur pro facto affirmatiuo: putà, quicunq; intrauerit talem locũ, uel furtum fecerit, nõ requiritur monitio, ſed ipſo facto pœnam incurrit, de præb. de multa. 17. q. 4. ſi quis ſuadente. Ratio eſt, ſecũdum eũ, quia non facta latent, facta uerò patẽt. ¶ Sed quia de iſta doctrina fieret longa lectio, omitto: quia ad ſatietatẽ habemus per Alex. in l. ita ſtipulatus. ff. de uerb. ob. ubi eã ornat multipliciter limitãdo duobus modis. Primò, niſi ſtatutũ diſponat idẽ, quod ius cõmune, putà præcipiẽdo clericis reſidentiã: quia operaĩ monitionẽ, ne aliquid opereĩ. Fe. cõſ. 108. q nõ fecit reſidẽtiã. Faciũt dictũ ĩ. eo. c. j. ad fi. ¶ Secundò limitat, ut non procedat, quo ad Deũ: quia abſq; monitione punitur omnis negligentia: [d] quia ei nihil eſt occultũ. Ab. de rap. excõmunicationi. & ultra Alex. uide Aug. & Angel. in maleficijs, fol. 195. Quibus adde Abb. in repet. d. §. qui uerò. cum duabus ſeq. ubi ualde declarat dictam doctri. Aliquid etiam per do. meum de Aret. de teſti. cùm olim. uer. ſed quæritur. Et conſidera, utrùm ex dictis ſuis poſſet elici alia limitatio, uidelicet niſi ageretur de conuincenda negligentia, quæ non puniretur:

b Negligẽtia probatur per lapſum] Adde tu, quòd hoc in tantũ uerũ eſt, q negligẽtia non põt eſſe, ubi quis non ẽ in mora, c. ſi. de elec. & tex. eſt in c. quia diuerſitatẽ. de cõceſ. præben. & no. in c. ſi cõpromiſſarius. in prin. de ele. in 6. Negligentia autẽ eſt omiſſio illius, quod fieri debet, & poteſt. Ideo in iſto caſu dicitur manifeſta negligentia. Et iſta negligentia dicitur lata culpa, ff. mãda. l. ſi fideiuſſor. in princ. Sal. in l. nomina. C. arb. tu. Adde Sal. in l. ſi nulla. C. de pig. acti. ubi quærit, quãdo dicatur lata culpa? Et uide ad hãc materiam Alex. de Imol. in l. 1. §. idemq;. in prin. ff. pro ſoc. & in l. tutor, qui. §. pen. ff. de admini. tut.

c Bene deponere] Adde Bart. in l. qui teſtamento. in fi. ff. de teſta. et in l. ſolam. ubi etiam Bal. C. de teſti. & Lanfra. in c. quoniam contra. uer. teſtes. in fi. & in uer. idem de neglĩgẽtia. de proba.

d Omnis negligẽtia] Facit, quod habetur per do. Soci. conſil. 1. incip: Sequendo ordinẽ; uerſ. concluditur: in 1. par. quod negligẽtia i adminiſtratiõe in eo, qui tenetur diligẽtiã

præſtare, dicitur peccatũ mortale. Et unde dicatur negligẽs, uide per eum in ſuo conſ. 31. inc. Proſequẽ de ordinẽ, uerſi. ſe primò probatur. in fi. in d. part.

quia dicunt ibi Doct. poſt Innoc. ꝙ prælato negligente inferiori poteſt agere: & nõ dicitur aliquid de monitione. Vide, quæ dixi ibi, & in c. 2. de magiſ. ubi Ana. in fi. poſt Ab. colligit ex dicto Jo. An. ibi, quòd ubi non præfixo tempore deuoluitur ad alium poteſtas aliquid faciẽdi propter negligentiam alterius, debet ad conuincendum negligentiam præcedere monitio.

An autem requiratur trina, uel ſufficiat unica, dixi latè tit. præced. ex literis. poſita regula, quòd ſufficit unica, iuxta glo. in uerbo, regia. 18. diſt. ſi epiſcopus. & in cle. 1. in uerb. requiſiuerit. de hær. ſubiunctis nouem fallentijs, de quibus ibi. ¶ Et quòd in dubio præſumatur negligentia, ubi quis non fecit actum debito tempore, dixi ſatis de excep. paſtoralis. Et caue: quia non ſufficit in hac decretali probare impedimentum, niſi probetur, quòd impedimentum fuerit cauſa immediata, quare non egit: & hoc probando diligentiam tempore impedimenti: Inno. & ibi dixi, de præſcri. ca tranſmiſſa, Abb. ĩ. eo. in c. plerunq;. Et ibi etiam, an iſte impeditus debeat proteſtari? In quo dicit hic Domi. quòd non: & fortè non bene, ut ibi dicitur. ¶ Et adde iſtis tex. in l. ſi fideiuſſor. in prin. ff. man. ibi, diſſoluta negligentia prope dolum eſt. Et de negligentia in utendo literis ad beneficia, dicetur in d. c. plerunq;. ut ĩ. eo. capitulum. Et ad prædicta uide latè Paridem de Puteo in tract. De ſyndicatu, fol. 9. uerſi. intra quantum tempus. ubi latè ponit modos puniendi iudices de negligantia. Et generaliter dicitur, quòd † pœna impoſita iudici aliquid non facienti, intelligitur ita demum habere locum, ſi fuerit requiſitus, ut id faceret: alias non: Ita dicit Inn. poſt But. in c. ſi. ĩ. eod. motus per gl. fi. ibi in prin. dum dicit, quòd ita demum poſſunt à iudice repeti expenſæ, in quib. non condemnauit cõdemnãdum, ſi fuerint petitæ coram eo: alias non. Et de ipſa in illis terminis fit mentio ſeriosa in pleriſq; locis ordinatis per Alex. in l. properandum. §. ſin aũt alterutra. C. de iudic. cõcludẽtem communem eſſe opi. eſſe pro d. gl. quod ultra eum no. Ab. in c. ſignificauerunt. de excep. & in c. cùm ſit generale. de fo. comp. & in c. auditis. in fi. de procu. & in l. licet cauſam. de proba. & in c. ſi. uer. circa ultimum. de do. & contu. & ibi But. & Bal. in §. hæc autem omnia. Inſti. de pœna te. litigan. Similiter dixit glo. 3. in l. uniuerſa. C. de prec. impe. off. quod ſatiſdatio, de qua ibi, ita demum neceſſaria eſt, ſi petatur. Et cõſuluit Fran. de Ramp. & eius conſiliũ eſt inter cõſilia Cal. de pœn. 3. quòd ſtatutũ puniens iudicẽ nõ facientẽ certã condẽnationẽ, intelligitur, ſi fuerit petita. Et dicit Bal. in c. 1. §. iudices. de pa. iur. fir. quòd iudex negligens facit litem ſuam. Sed non dicitur negligere, ſi pars non petit [a]. All. gl. in l. quicunq;. in uerſi. interrogati. C. de ſer. fu. & alia. Et ita intellige Bal. in l. j. §. ſerẽdum. ff. de magiſ. cõue. dum dixit per illũ tex. ſing. teneri iudicẽ, qui cauſas, quas potuit expedire, reſeruauit ſucceſſori, ſecundum Alex. in d. l. properandum. in prin. uer. itẽ facit iſte tex. ubi & concordat cum prædictis, alleg. gl. in d. c. ſi. ĩ. eo. Idẽ Phil. in c. ex ratiõe. in fi. de ap. quem uide. Et ita intellige multa, quæ de iudice negligẽte cumulat elegantiſſimè Ana. in ca. excommunicamus. §. moueantur. de hære. & clarius per Alex. in l. 4. §. in eo. ff. de dam. inf. & multa etiã ipſe aggregauit in l. ſi. ff. de uar. & extra. cog. in apoſtil. Et dicit Ang. conſil. mihi 138. Quidam Matthæus. quòd ſtatutum diſponens cauſam ap. debere committi per priores intra tres dies ſub pœna, intelligitur, ſi fuerit petitum. Et ſequitur Alex. in d. l. de pupillo. §. ſi quis ipſi. ff. de ope. no. nun. & conſ. 19. Viſo proceſſu. Et dicit Ro. de app. 25. in fin. in antiq. quòd licet iudicare conſiſtat in iudice, tamen ſi non iudicat, aſcribitur culpæ partis, quæ non petijt, non ſibi. Et caue: quia per hoc uides, quòd etiãſi eſt appoſita dies, intelligitur, quòd procedat petitio: & ſic in actu per iudicem expediendo dies non interpellat, nec currit, niſi à die partis interpellantis. Non eſt ſic in actibus extraiudicialibus, quoniã ubi dies aſt appoſita, inducitur mora lapſu diei abſque alia interpellatione, per c. potuit. de loca. & in l. magnam, C. de contrahen, & com. ſtip. gl. in c. cupientes. §. ſi uerò. in uer. contempſerint. in fi. de elec. in 6. in cle. quia contingit. in uerb. annis ſingulis. de rel. do. in cle. 1. in uerb. exigere. de. teſt. & ubique Scribentes, & per Alex. in l. ſi mora. ff. ſol. ma. & Petr. de Anc. conſil. mihi 250. prima facie uidetur. cum concor. Quæ limita, niſi pars ſe obligans cum temporis præfinitione obligaret ſed ad faciendum actum concernentem quodammodo præparatorium ad actum iudicis: quia ſi iudex nõ interpellet eum, non dicitur in mora ſed præfixio temporis operatur, quòd currit à die interpellationis. Sic procedãt iura, & rationes, de quibus per Pau. conſ. 166. Videtur, quòd dictus In. Pau. dum eleganter uult, quòd qui promiſit præſentare aliquem iudici intra octo dies, intelligitur, ſi fuerit petitus. Prædictis etiam adde tex. in c. 1. ibi, ſi fuerit requiſitus. de ſen. ex. in 6. & in c. 1. ad fi. ibi, ſepultorũ corpora ſi petantur. de ſepul. in 6. & gl. in c. cupientes. §. 1. in uerb. cõtingentibus. de elec. in 6. & tex. in c. cùm perſonæ. §. 1. ibi, à locorũ ordinarijs requiſiti. de priui. in 6. & quod ibi no. Io. An. & Specu. de aduoc. §. 1. uer. ſed nunquid is, qui iurat. Et iſtis adde Abb. conſil. mihi 144. In quæſtione, quæ uertitur, ubi dicit, quòd obligatus ad defendendum aliquem, intelligitur ſi fuerit interpellatus Nec ſufficit, quòd ſciat. Bene faciunt. quæ aggregaui in c. cùm M. uerſ. quarta concluſio. ibi, ex his infertur. de conſti. firmando, quòd uenditor, cui cùm fuit denunciata litis motio, nõ tenetur de euictione, etiamſi eam ſciuerit. Et dicit Pau. de Caſ. in l. peto. §. 5 ſi. in fi. per illum tex. de leg. 2. quòd ſtante ſtatuto, quòd † appellans, uel petens reſtitui in integ. debeat cauere de expenſis reſtituendis, aliàs proceſſus non ualeat, debet intelligi, ſi petatur cautio: aliàs nõ. Pro quo etiam adduci: quia uſufructuarius non facit fructus ſuos, niſi cautionem præſtiterit de utendo arbitrio boni uiri, & tamen ſi ſciente & patiente proprietario uſus eſt, non præſtita cautione, facit fructus ſuos, ut plenè no. in l. uxori. ff. de uſuf. le. & ibi Bar. Et hoc no. quia pluries fuit in facto, ſecũdũ eum. Et dicit Jo. An. in c. ego N. ſuper uerb. uocatus. de iureiur. quòd ſi epiſcopus uideret oẽs epiſcopos ire ad ſynodum. ipſe non tenetur ire, niſi uocetur, per illum tex. in uerb. uocatus. Et dicit Ro. deciſi. 1. in aut. quòd ſi decimæ prædiales ſuo tẽpore non fuerunt petitæ, non poſſunt peti: quia ad ipſas quis non tenetur, niſi tẽpore ſuo petantur. All. Archi. in c. 1. de deci. in 6. Tamẽ hoc nõ firmatur per Rot. Pro hoc etiã facit, quod dicitur de cõpenſatione, quæ licet ipſo iure cõpetat. tamẽ ab homine peti debet, l. ſi conſtat. C. de cõpenſ. ſecundum Ro. deciſ. 25. ĩ. all. Et procedunt hæc, etiamſi diſpoſitio dicit, quòd aliàs actus non ualeat, ut dicit Paul. in d. l. peto. & probat gl. relata ad text. in d. l. uniuerſa. quod no. Ad hæc etiã, quòd notat Abb. in c. pe. ibi, & no. nouũ. de iudic. dicens, pœnã impoſitã iudici intra tẽpus non iudicanti, nõ incurri, ſi pars non inſtiit. Facit c. breui. cum ibi no, per gl. & Doc. de iureiu. & l. ſi. C. ut intra cer. temp. & dictũ Bar. in l. Seius. ff. ad leg. Fal. tex. in cap. ab eo. in uer. requiſitus. de appel. in 6. Cætera uide in Repertorijs, in uerb. negligentia.

6 Temporalia Ad † agendum, ſunt perpetua ad excipiendũ. §. ult. l. pure. ff. de doli excep. alle. in gl. quia in poteſtate rei nõ eſt excipere contra actionem non productã: ſecus in poteſtate actoris, ut hic per Scribentes. ¶ Limita primò, dũ modò actio nunquã fuerit ab actore intentata: nã ſi actor intẽtauit actionẽ, & reus nõ allegauit exceptionẽ, expirat ius excipiendi, ſicut ius agẽdi, gl. ti. præce. cũ acceſſiſſent. in gl. pe. poſt prin. ibi, quod eſt uerũ, ſi nemo agat, per iura, de quibus in ea. Et dicit ibi Imo. quòd idẽ eſt generaliter, ubicunq; poſſet imputari negligẽtia excipiẽti. Alle. tex. hic, & ĩ. eo. plerunq;. Melius adaptatur ſub 5. limit. ¶ Limita ſecundò, Niſi tẽpus ipſius exceptionis ſit limitatũ. Imo. ibidẽ per l. quoties. C. de praci. impe. of. Facit, ſecundũ Imo. hic l. ſi ex cautione. & l. in contractibus. C. de non nu. pec. ¶ Limita tertio, niſi agatur de replicatione: quia cùm replicatio ſit cõnexa actioni, illa finitur cum tempore actionis. Tex. cum gl. 2. in l. quæſitũ. §. in dolo. ff. de pecu. quia in poteſtate actoris eſt, replicare quando uult, agendo. Et eſt menti tenenda, ſecundum Paul. de Caſt. ibi, quòd replicatio doli eſt temporalis, ſicut actio doli: quia ſicut fuit negligens in agendo, ita in replicando. Idem glo. in uerb. tempus. in l. nã poſtea. §. ſi minor. ff. de iureiur. ¶ Declara, ut per Ioan. An. de

[a] *Non petit] Ad a de Bal. in l. mancipia. C. de ſer. fu. et do. Alex. in l. argentarius. §. ſi. ff. de eden. & Bald. in addit. ad Spec. in ti. de app. uer. mora. & in ſuo conſil. Domino Papa.*

de except. à nobis. q. 3. ubi dicit, quòd replicatio ſe habet ad exceptionem, ſicut exceptio ad actionem: quia non poteſt replicari contra id, quod non excipitur. Hoc modo replicatio eſt perpetua, competent, quandocunque excipiet, niſi ſit quid imputandum actori, ſi non egit, quia qua ratione expirat actio, eadem extinguetur replicatio, d. l. quæſitum. Et in hoc replicatio differt ab exceptione rei originalis. Vnde ſi contra exceptionem rei iudicatæ replico de appellatione mea, quã deſerui, uel neglexi proſequi, ſicut mihi obſtaret hoc agenti, ita replicanti, niſi replicationa pareretur mihi perpetua exceptio, puta nullitatis, iuxta no. in c. licet. de ſent. ex com. in 6. Et iſta dicta ſequitur Ang. Aret. Inſti. de repli. in prin. ibi, ex hoc apparet. & But. & Abb. in d. c. à nobis. Sentit Bartol. in leg. 3. ff. de except. Et dicunt hic But. & Dom. quòd replicatio menſuratur nice actionis. Alle. l. t. in fi. ff. quãdo act. de pe. eſt an. Facit, ſecundum Imol. quod habetur in l. ſi quando. C. de dilat. ¶ Limita quartò, dum modò opponatur ante lit. conteſt. quia licet ſit perpetua, tamen non eſt perpetua poſt lit. conteſt. Arch. in c. ſi quis epiſcopo. §. exceptio. 3. q. 6. dicens ita debere limitari hanc regulam. ¶ Limita quintò, dum modò exceptiones ſint natæ, & incæperint competere, quia regulariter ſunt perpetuæ, d. l. purè. ſed antequam naſcantur, poteſt impediri earum natiuitas per lapſum certi temporis. Ita declarat Paul. de Caſtr. in leg. nam & poſtea. §. ſi minor. ff. de iureiu. dicens, ita eſſe caſum ibi, nam ante quàm reſtitutio ſit conceſſa, nec exceptio, nec replicatio orta eſt, ſed ſperatur oriri. Si ergo per lapſum temporis excluditur à reſtitutione petenda, non oritur ſibi exceptio, ſecundum eum. ¶ Limita ſextò, niſi ius excipiendi competat, ex quo cõpetit ius agendi, quia ſublato iure agẽdi tollitur ius excipiendi Cardi. But. Imol. & Abba. hic, per l. Papinianus. §. ſi filius. ff. de inoff. teſta. ubi filius exhæredatus poſſidebat, & ſi hæres ſcriptus ager pro hæreditate, filius contradicendo excipiet, de inoff. teſt. inducendo querelam intra illud tempus, intra quod ageret. Vnde ſi eſt lapſum tempus agendi, ſcilicet quinquenniũ, iuxta l. cõtra maiores. C. de inoff. teſta. eſt finitum ius excipiendi. Et eſt text. notabiliſſimus ſecundum Bald. ibi, quod poſſeſſor poſſet intentare querelam per modum exceptionis. ¶ Per illum tex. dixit Innoc. de ap. dilecti. lo 2. in fin. quod qui appellauit à ſententia, poteſt eam proſequi excipiendo, puta dicendo, Non exequaris hanc ſententiam, uel, Non confirmes electum: quia appellaui, dum modò excipiat intra fatalia. Et ſequitur ibi ſimpliciter Phil. ibi, quintò quæritur. Per illum text. dixit Innoc. de appel. ſæpe. ſuper uerbo, peremptoriè. ibi, arg. contrà pro prima parte, quod quando cauſa nullitatis eſt mixta cauſæ appellationis poſt tempora fatalia, non poteſt appellans proſequi cauſam nullitatis: quia perit eiſdem fatalibus, quibus perit iniquitas. Quod, ſecundũ Ang. in d. §. ſi filius. eſt uerum ex eiſdem actis. Sed de nouo bene poſſet intentari nullitas, non obſtante lapſu fatalium. Alle. no. ff. de appella. ſi expreſſum. Eſt glo. de ſenten. excommo. licet lib. 6. cum concord. per d. §. ſi filios. Dixit Innoc. de re cognit. cùm dilectus. ſuper uerb. exceptionis ibi, item hanc exceptionem proponet, quod licet exceptio ſpolij poſſit opponi agendo, & etiam excipiẽdo, ut ibi in text. tamen circa tempus excipiẽdi diſtinguitur, quod aut proponitur de eo, quod peruenit ad ſpoliantem, & põt opponi in perpetuũ, de eo autem, quod ad eum non peruenit, poteſt excipi uſque ad annum, ſicut in interdicto dicitur, in l. j. in princip. ff. de ui & ui ar. quia intra idem tempus proponi debet exceptio, intra quod agi poteſt, d. §. ſi filius. Et ibi hoc extollit Aod. Per illum text. dicit hic Car. & Imol. quod contra proceſſum iudicis à quo, poteſt excipi de)pẽdentia appellationis, ſecus, ſi eſt deſerta, quia expirat tũc exceptio, cum oritur ſolum ab appellatione. Et dicunt hic Car. Imol. & Abb. ſub iſta limita. adaptari iſtum text. quia primo impetratori competit exceptio contra ſecundum, ex eo, quia ex primo reſcripto competit actio, & ideo eo extincto lapſu anni, expirat exceptio olim ex eo orta. Sed caue, quia non competit hic actio ex reſcripto, ſed datur iuriſdictio delegato ſuper intentanda priſtina actione, ſecundum Ioan. Andr. & Butr. & Domi. hic. Tamen, ſecundum Imol. ſatis fertur, quia agitur ſaltem de extinguenda uia agendi opere reſcripti, qua ſublata auferetur uia excipiendi de reſcripto, tanquam præciſa radice. Cum iſtis concordat Ang. in l. licet. C. de except.

& in l. 2. C. unde ui. allegando Innoc. in d. c. cum dilectus. ¶ Quare dixit Bar. in l. a. in princip. ff. de except. quod quædam eſt exceptio ideo, quia eſt actio, ut eſt exceptio compẽſationis, & huic exceptioni præſcribitur, quia eſt in poteſtate tua, quando agas. Allegat l. quicunque. ff. de compenſ. quam etiam ad hoc ipſe allega. in l. ſi pacta. ff. de compenſ. dicens, quod exceptio mera indubitanter eſt perpetua. Si uerò non eſſet exceptio, ſed ideo exceptio, quia eſt actio, tunc eatenus duraret exceptio, quatenus durat actio. ¶ Procedit ergo regula in exceptionibus, quæ non poſſunt opponi, niſi excipiendo, ut exceptio pacti, & iuſiurandi, ſecus in his, quæ poſſunt proponi etiam agendo. Exemplificat Pau. de Caſt. in d. §. ſi minor. in fi. in officio iudicis, quo petitur reſtitutio, nam poteſt proponi principaliter agẽdo, & etiam excipiendo per modum contradictionis. Si ergo per lapſum temporis excluditur à proponendo per modum agendi, ita per uiam excipiendi. Idem in exceptione non nu. pec. quæ utroque modo poteſt opponi, authen. hanc querelam. C. de non nu. pec. Idem in exceptione compẽſationis, ſecundum eum. Si diceres, deceptus poteſt de dolo agere & excipere, & tamen elapſo tempore agendi de dolo, adhuc poteſt excipere, d. l. purè. in fi. reſponde, ꝙ exceptio fundatur ibi ſuper alia æquitate, ꝙ̃ actio. Ideo de una non infertur ad aliam, quia, ſecũdum Car. & Imol. hic, licet actio doli ſit temporalis, non tamen exceptio de dolo, q̃a non cõpetit ex eo, quia competat actio de dolo, ſed ex alia æquitate. Vnde eſt ppetua. Ratio differentiæ eſt, quia actio de dolo non cãtur ſimpliciter de æq̃tate, ſed etiã à rigore, ut puniatur doloſus, & ne conſequatur commodum ex dolo, ſed exceptio ſurgit ab æquitate, ut deceptus cõſeruetur indemnis. Et idem ſentit hic Ab ¶ Fortius obſtat prædictis dictum Hoſt. But. & Ab. de ſent. ex com. ex noſcitur. dum dicunt, ꝙ licet actio iniuriarum expiret anno, l. ſi non conuicij. C. de iniu. no. in c. ſi. j. de iniu. tamen per uiam exceptionis compellitur iniuriãs excommunicatus ſatisfacere etiam poſt annum, quia non debet abſolui, niſi primò ſatisfaciat, ut ibi, & ſic indirecte conſequetur excipiendo, quod directè conſequi non poſſet agendo, & re uera non uidetur dicta exceptio competere, niſi quia competit actio, niſi dicas, uel quòd hoc dictũ nõ procedit per prædicta, uel quòd ſit falſum propter deciſ. Rot. de iniur. 2. in nouis, ubi dicitur, quòd per lapſum anni eſt ſublata actio iniuriarum, & obligationis ciuilis, & naturalis, adeo quòd tacendo per annum uidetur iniuriatus remiſiſſe omnem iniuriam. Et dicit ibi collector, hoc ſemper fuiſſe ſeruatum in Ro. contra Benedict. de Plum. in repe. l. cum quis. C. de iur. & fa. igno. Et ideo excommunicatus dicet, non eſt opus ſatisfactione de eo, in quo per l. eram obligatus. & per l. totaliter liberatus. Cogita: q̃r nullus tangit. Vide etiam, quæ dixi de except. paſtoralis. in 3. limi. ad c. inſinuante. de offic. deleg. ubi poſui, quòd exceptio dilatoria apta deduci, etiam agendo, poteſt deduci excipiendo, ſi oritur de nouo, contra Innoc. in d. c. cum dilectus. & non ſequitur propter hoc, quòd finita uia agendi non eſſet finita uia excipiendi. ¶ Vltimò circa gloſſ. 2. in l. ſi contendat. ff. de fideiuſ. & in l. Aurelius. §. centum. ff. de lib. leg. quas ſequuntur hic Bald. But. Imol. & Abb. & Domi. & adde Imol. in d. l. ſi contendat. ubi eas reprobat: quia ſi quis dubitat, ne probationes pereant, ut quia habet ſolum teſtes, faciat eos examinari, iuxta c. Albericus. de teſti. Et non debet eſſe in poteſtate rei prouocare ad iudicium, d. le. purè. §. fin. Sufficiat ſibi ſuam exceptionem eſſe perpetuam. Idem Sal. in l. ſi pater. C. qui bo ce. poſſ. per l. j. C. ut ne. iniu. Niſi creditor iam mouiſſet litem, uel diffamaret debitorem. Communem * opin. tenet indiſtinctè Paul. in d. l. ſi cõtendat. & Alexand. optimè in l. ſi finita. §. eleganter. ff. de dam. inſe. quia uerum eſt, quòd non poteſt compelli quis inuitus agere, ſed ob exceptionem, quam habeo, poſſum agere contra te inuitum, iudicis of- a ficio [a] implorato, ut declaret me tibi non teneri. Ita text. in d. l. ſi pater. ubi nondũ inquietabatur, nec uexabatur. Et poſito, quòd probatio non periret, nec me diffamares, neque litem inchoaſſes, non dicor temere moueri, uolendo prouidere futuris inquietationibus, ſicut poſſeſſor iuſtus à nullo inquietatus, poteſt petere

a Iudicis officio] *Adde tu, quod debitor tuus ope exceptionis poteſt implorare officium iudicis, etiamſi non grauetur, ne ab aduerſaris inquietetur.*

tetur. Ita Bart. in l. 1. §. t. verſ. item aduerte. ff. quod ui. aut clam. & Bar. in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. verſ. quæro, quæ in. ff. pro ſocio.

pronunciari ſe eſſe poſſeſſorem, in l. 3. §. miſſum. & ibi Bart. ff. de Carbon. edicto. Gloſſ. & Bart. in l. de pupillo. §. qui opus. ff. de ope. no. nun. Et poſt tranſitum in rem iudicatã, poteſt uictus petere, ut ſententia confirmetur & declaretur ualida. Innocen. in c. 1. de confir. uti. Et appellatione deſerta poteſt appellatus petere pronunciari ſuper deſertione. Imo. j. eod. ex parte S. Non obſt. l. pure. quia non facit reus, quòd actor ipſum conueniat, nec iſtud petit, ſed ei ſilentium imponi. Quinimò poteſt petere eum cogi ad faciẽdum inſtrumentum quietationis, ut latius per Aleand. in d. §. eleganter. ¶ Cuius dictis adde, quòd intentans iſta remedia poteſt uti foro proprio, in quo eum cõuenire habeat actor, quòd licet iſte ſponte ueniat, tamen uenit ut reus, ſed uoluntarius. Ideo forus rei originalis ſequendus eſt. Bart. de for. compe. ſi clericus. in fi. Cuius dicta uſurpat ſibi Abb. eod. tit. ſi quis contrà. col. 1. ubi etiam dicit.

SVMMARIVM.

1 *Verbum ſubiunctiuum exponitur in præteritum, uel in futurum, ſecundum quod melius conuenit materiæ, ad euitandas abſurditates, & in odioſis reſtringendis.*

2 *Actus quando annullatur ſub conditione, niſi aliquid interuenerit, ſufficit illud interuenire etiam poſt actum, ſi lex annullans non expreſſit, quòd interueniret in actu.*

CAPITVLVM X.

AD HAEC. ¶ Non ualent reſcripta, per quæ incerti iudices dantur, uel futura negocia committuntur. H. D.

1 SVBIVNCTIVVM Verbum † ad euitandas abſurditates, & in odioſis reſtringendis, exponitur in præteritum, uel in futurum, ſecundum quod melius conuenit ſubiectæ materiæ. Abba. hic, & gloſſ. 2. allegando etiam Bar. ut hic per eum, & idem not. hic Domi. allegando gloſſ. in c. 2. in uerb. commiſerint. de conſti. in 6. Addit hic And. Sic. gloſ. in l. cum tale. §. ſi. in uer. diſerunt. in fi. ff. de condi. & demon. quæ dicit, quòd ſubiunctiui accipiuntur pro futuro tempore in ſtatutis. Et eam extollit Bald. in l. leges. la 2. C. de legibus nota. Abba. & Imol. titul. præced. ca. fin. & ibi aliquid dicit in j. ampliatione. ¶ Addit Innoc. de teſti. ſignificauerunt. ubi dicit, quòd ſi aliquis dicit, peto aliquam dilationem, & ſi non datur, appello, non ualet appellatio, quia eſt à grauamine futuro. Sed ſi iudex denegauit quartam dilationem, & peto reuocari iſtam interlocutoriam, & ex nunc appello, ſi non reuocauerit, ualet appellatio, quia eſt à grauamine iam illato per illam denegationem. Et ſi diceres uerbum Reuocauerit, eſt futurum ſubiunctiui, & ſic extenditur ad tẽpus futurum, l. filij mater. §. fin. ff. ad Tertul. reſpondet, quòd hoc uerbum ponitur ad cautelam, & ſic ſuperfluò, non enim appellat, quia non reuocat, ſed quia, denegauit quartam productionem. Et iſta denegatio præceſſit appellationem. Quæ uerba guſtat ibi ſolus Card. inferẽs, quòd ſi ſtatutum diceret, quòd maritus habens filios ex prima uxore, non poſſet conſtituere dotem ſecundæ, niſi de his, quæ euidenter receperit, pone, conſtituit dotem, poſtea ex interuallo recepit, An iuſtificetur inſtrumẽtum confeſſionis dotis? Dicit quòd ſic, propter illud Receperit, quod eſt futurum ſubiunctiui extenſiuum ad tẽpus futurum. Item † quia quando annullatur actus ſub
2 conditione, niſi aliquid interuenerit, ſufficit illud interuenire etiam poſt actum, ſi lex annullans non expreſſit, quòd interueniret in actu. Alleg. tex. gloſſ. & Bar. C. de pré. imper. offe. uniuerſa. Et dicit pridie fuiſſe deciſũ publice Ferrariæ, quòd ualet teſtamentum uſurarij manifeſti, qui deceſſit nõ præſtita cautione, iuxta c. quanquam. de uſur. in 6. Sed dimiſſo procuratore ad præſtandum poſt mortem, qui ſi præſtabit, iuſtificabit teſtamentum, quod reputat dictum notum. Faciunt not. per Bart. & Imo. in l. filio præterito. ff. de iniuſt. teſt. Et de hoc aliàs, & uide, quod ex toto redual in c. quoniam. in princip. ut lit. non conteſt. circa doctrinam Bar. in d. l. uniuerſa. ¶ Iſtud autem, quod regulariter ſubiũctiuum importet tempus futurũ, limita attentè, niſi eſſet uerbum præteritum imperfectum ſubiunctiui, & præſentis temporis optatiui, quia tũc diſtingue duos caſus. Primus, quando illud uerbum põt ualere & operari faciendo relationem ad tẽpus præſens, tũc enim non porrigitur ad futura, putà, promittis, quicquid te dare, uel facere oporteret, tunc intelligitur de eo, quod debetur præſẽti die, ſi aliquid debetur, l. cum ſtipulamur. ff. de uerb. obl. intelligẽdo, quod tex. ibi dicat, oporteret. prout cõiter habetur, ſecundum Doct. ibi, facientes feſtum de hoc. ¶ Secundus caſus. Quando non poſſet ualere, ſeu aliquid operari, faciendo relationem ad tempus præſens, quia tunc uerbum Oporteret, bene trahitur ad futurum, ſecundum Bar. ibi. Pro quo alij allegant tex. in l. ſi debitor. §. uериſimile. ff. de contrahen. emp. ubi dicit, Vendidi fructum pendentis oliuæ, & ſtipulatus ſum pro decem pondo olei, quod natum eſſet, illud Eſſet, intelligitur in futurum, licet ſit præteritum imperfectum ſubiunctiui, quia tunc nihil erat collectũ. Vnde ſi non colligeretur, niſi quinque, non erit emptio, niſi de quinque. Idem ſi eſſet uerbum
a præteriti pluſquã perfecti, a l. qui Romæ. §. Augerius. ff. de uer. obl. ubi iſta uerba a Promitto, quicquid conſtitiſſet Titium tibi debere, reſpiciunt tempus futurum. Tamen ex ſuo regulari ſignificatu tempus pluſquãperfectum ſubiunctiui uidetur comprehendere præteritũ, l. 1. cum gl. ff. ſi liber inge. eſſe di. ſecundum Ang. & Imol. in d. §. Augerius. & Bartol. in l. j. 7. q. ff. de iur. cod. ¶ Et iſta importani, quia cum teſtator iuſſiſſet ſolui debita de pecunijs, quas habebat in monte Florentiæ, poſtea dixit, quòd illud, quod reſtaret ſolutis debitis de dicta pecunia, relinquebat cuidam hoſpitali, & tempore teſtamẽti ſolutis debitis reſtitiſſent mille. tamen poſtea teſtator ſuperuixit per plures annos, & plures alias pecunias in monte acquiſiuit, ita quòd ſolutis debitis reſtabant tria milia, fuit iudicatũ, quòd hoſpitali deberentur ſolum mille, ſecundum Paul. de Caſt. in d. l. cum ſtipulamur. quia in illis potuit tunc operari dicta diſpoſitio tempore teſtamenti propter uerbum Reſtaret, quod eſt præteriti imperfecti ſubiunctiui, & præſentis temporis optatiui, ſecus, ſi tempore teſtamenti nihil ſupereſſet, per d. §. ueriſimile. Ad quod uide Bar. in l. ſi ita. ff. de aur. & ar. le. per illum tex. dum ponit, quando teſtamentum comprehendat quæſita poſt teſtamentum. Itẽ dicit Paul. ſerus, ſi eſſet uerbum præteriti ſubiunctiui, & futurum eiuſdem ſubiunctiui, putà, ſi dixiſſet illud, quod ſuperfuerit, per l. ſolemus. cum ibi no. ff. de condi. & demon. Sed in caſu præmiſſo loquimur in uerbo Quod reperiretur, in præſenti optatiui, & in præterito imperfecto ſubiunctiui, non autem futuro. Et hæc quotidiana ſunt. quibus adde Old. conſil. 310. Thema tale eſt, uacante præpoſitura. ubi dicit, quod ſi rex Franciæ habuit priuilegium ſuper beneficijs, quæ à tali die antea in regno ſuo uacare contigerit, illud ſubiunctiuũ Contigerit, non comprehendit beneficium, quod uacabat ante priuilegium, & hodie etiam uacat, eadem uacatione, ſed intelligitur de his, quæ incipient uacare à die dicta in priuilegio. Mouetur rationibus, de quibus per eum, ſeruiẽtibus ad multa ſimilia in hac materia. ¶ Adde etiam iſtis, quòd uerbum aptum importare præteritum & futurum, importat utrunque, ſecundum Lud. conſil. 333. quo ad primum. dicens, quod conſtitutio concilij concedens certas prærogatiuas his, qui per annum laborauerunt in concilio, uerificatur tam in his, qui laborauerunt ante conſtitutionem, quàm in his, qui laborauerunt pòſt. ¶ Adde etiam tex. in l. Plotiano. ff. de iu. codicil. ubi ſunt uerba, ſi quid ad hoc teſtamẽtum pertinens reliquero, ualere uolo, & ea, quæ ante teſtamentum ſcripta ſunt, comprehenduntur. Ad idem lex, uerbum Erit. ff. de uer. ſig. ubi ſi dicitur, confirmo, quod in codicillis ſcriptum erit, ſit demonſtratio præteriti temporis & futuri. Vnde dicit gloſſ. in clemen. j. in uerbo, Intra menſem, in fi. de conceſ. præben. quod gratia de præbenda uacatura comprehendit illam, quæ uacat tempore datæ, quia ex quo etiam poſtea uacat, dicitur uacatura, de quo dicetur j. eo. conſtitutus. quia glo. 3. de præben. ſi poſtquam. lib. 6. fortè aliter ſentit. ¶ Ex his dicunt Imol. & Paul.

a Præteriti pluſquã perfecti] Ad de Bar. in l. ſi debitor. in 3. not. ff. de contra. emp. et Bal. in l. fi. in uer. deinde recipiamus. C. de codicil. & uide omnino Alex. in d. leg. ſtipulamur. alleg. in tex. ubi poſt Paul. de Caſt. infert ad q. de uer. reſtaret. de qua infra.

Paul. de Caſt. in l. hoc articulo. ff. de hær. inſti. & Pau. in l. ſi. C. de ind. ui. & Paul. & Alex. in d. l. cum ſtipulamur. quod ſi dicitur Lego filiæ meæ, quæ uidua fuerit, uenit etiã illa, quæ uidua erat tpe teſtamẽti. Facit diſputatio Ia. But. Quidam pater habens, ubi uoluit, q ſi dicitur Lego filiæ meæ, quæ maritata non fuerit: & tempore teſtamenti habebat quandam filiam uiduam, & aliam innuptam, ambabus dabitur legatum. ¶ Limita, Niſi tempore teſtamenti teſtator ſciret filiam eſſe uiduam, quia in caſibus prædictis dicti ſubiunctiui ſtabunt ſolum in futurum. Imol. in l. ſi ita legatum. la 2. ff. de condi. & dem. per illum text. ubi ſi ita legatũ a eſſet, cum nupſeris, ſi nupta fuerit tunc, & hoc teſtator ſciebat, alterum matrimonium erit expectandum. Ad idem l. hæc conditio, filiæ §. ſi. cum l. ſeq. quæ incipit, ſi iam facta. ff. de condi. & demonſ. ubi ſi dicitur, Lego, ſi nauis uenerit, & iam uenit ignorante teſtatore, debetur legatum, ſecus, ſi ſciebat, quia expectabitur alius aduentus. Et ideo ſi Papa ſciret, quod nunc aliquid uacat, & ſcribit de uacaturo, non intelligitur de tunc uacante. Imol. in d. l. hæc conditio. Cy. in l. cum uxori. C. quando dies lega. ced. Bald. & Angel. in l. Titius. §. j. ff. de lib. & poſth. Expectatur autẽ ſecũdus euentus, quando materia eſt apta reiterari, ſicut aduẽtus nauis, matrimonium, uocatio, & ſimilia. Sed ubi non caderet reiteratio, inſpicietur tempus præſens, & dato, quod loquens per uerbum futuri ſubiunctiui ſciat tunc conditionem extare, refertur ad tempus præſens. Ita text. in d. l. ſi iam facta. uerbi gratia, lego Titio, cum pubes erit, ſi tunc iam eſt pubes, habebit legatum, etiamſi teſtator ſciebat, quia amplius non poterat de nouo pubeſcere, ut ibi dicitur. Facit d. l. Titius. §. Lucius. ubi uerba directa ad naſciturũ, includũt iam natum, etiamſi teſtator ſciebat, ut ibi per Bald. Et hæc no. tanquam utilia, & apud noſtros non reducta. ¶ Vtrum certa ſcientia æquipolleat plenitudini poteſtatis, & utrum debeat exprimi certa ſcientia, & utrum Papa poſſit committere recuſatione remota, hæc oĩa poſui de excep. cum inter. diſcuſſa materia gloſ. hic, quæ ab omnibus quotidie & meritò extollitur: Et dum Abb. allegat dictum Innocent. j. tit. prox. quanto. uide, quod ibi dicetur. Et hanc gloſſ. ſequitur a Ludo. conſil. 369. ¶ Et procedit iſte tex. ubi eſt incertitudo reſpectu partium, j. eod. paſtoralis. §. q. Et ibi habetis exemplum. Et limita, niſi daretur unus iudex cum facultate eligendi collegam, quem uoluerit, quia talis incertitudo non uitiat. Domi. l. diſt. ſtudeat. per illum tex. in uerbo, ſtudeat fraternitas tua collegarum numerum ſibi ſociare. Et ſi diceretur, committimus tibi, & ei, quem partes elegerint, fortè adhuc procedit iſte tex. quia uidetur collega incertus, ſicut de compromiſſo dicitur, de arbitr. innotuit. Sed ſi diceretur de collega, quam iudex & partes elegerint, uidetur, quòd ualeat, id eſt, non ſit incertitudo cauſans dubium ſurreptionis, propter not. uerbum Bartol. in l. ſi merces. in princip. ff. loca. ubi dixit, quòd ſi locaui arbitrio eius, quem eligemus, non ualet actus, quia poſſemus in eligendo diſcordare, ſecus, ſi diceretur arbitrio duorum, quorum unum eliges tu, alium ego, quia non poſſumus diſcordare, tamen non affirmo in propoſito, quia in eligendo per partes unum ultra eli d gendum à iudice poſſent partes diſcordare.

SVMMARIVM.

1 *Falſa Latinitas uitiat reſcriptum Papæ, etiamſi conſtaret de mente Papæ, & etiamſi falſitas Grammaticæ eſſet ſolum in uno. c. ſeparato, quia uitiat totum reſcriptum. Etiam in ſtatuto, quia per falſam Grammaticam uitiantur. nu. 2. 3. 4. Et limitatur hæc regula 11. modo, quas limitationes uide uſque ad c. ex parte §.*

5 *Reſcriptum uitiatur per falſam Grammaticam, niſi falſa Grammatica poſſit ſaluari per figuram, & niſi falſa Latinitas poſſit ſaluari per ſubauditionem. num. 6.*

7 *Falſa Grammatica nõ uitiat in ſcripturis diuinis. Item nec uitiat in ultimis uoluntatibus. num. 8.*

CAPITVLVM XI.

AD AVDIENTIAM. j. ¶ Falſa Latinitas uitiat reſcriptum Papæ. H. D. Et colligendo totam materiam, reductis pluribus hinc inde ſparſis, amplia tex. quinque modis, poſtea limita 11. modis. ¶ AMPLIA. Igitur pri- 1 mò, Etiamſi † conſtaret de mente Papæ. Ludo. ſiatẽ conſil. 376. Quæſtio eſt, nunquid. ad fi. Et iſto caſu perfectio intellectus non ſupplet imperfectionem ſcripturæ, iuxta l. cum pater. §. cum imperfecta. de lega. 2. quia militat ratio huius cap. ſcilicet maturitas, propter multorum oculos, ut hic in gloſſ. propter quod præſumitur falſitas præſumptione iuris & de iure, ſecundum eum. Sed ſi eſſet defectus orationis aliter, quam per falſam Grammaticam, non nocet, dum modò colligatur mens Papæ. Ita intelligit Innoc. de fid. inſtr. ex parte. dum dicit, quod defectus dictionis, ſeu orationis, [a] non nocet, dum modo colligatur mens Papæ. Exemplum. Si dicit, Volumus prouideri Titio de ſpectante ad talem eccleſiam, deficit beneficio, nõ nocet. Vel ſi diceretur, Volumus Titio de beneficio ſpectante ad collationem epiſcopi, deficit prouideri, non nocet, quia conſtat de mente Papæ, ſecundum eum. Et reuera illud eſt mirabile, q præſumatur falſitas ex eo, quia non creditur tranſiſſe per tot manus materia malè conſtructa. Et hoc non habeat locum in materia aliter defectuoſa, Niſi dicas, quod citius corrigeret uir doctus manifeſtum errorem Grammaticæ, propter honorẽ cancellariæ, quam defectum talium uerborum, quæ ſubintelliguntur, uel non arguunt ignorantiam, ſed inaduertentiam. ¶ Ampliã ſecundò, etiam in literis aliorum principum. Abba. hic in fin. quia cum communiter habeant cancellarias ordinatas, & uiris doctis repletas eſt eadem ratio, quæ in literis Papæ. Idem ſentit Bar. in l. Plautius. in fin. ff. de an. & ar. le. & Bald. in l. cum, quam. in princ. C. de fideic. m. Sed de hoc dubito, quia licet habeant multos & doctos ſcribas, tamen unus non uidit literas, quarum expeditio alteri committitr. Non ſic in cancellaria Papæ, ubi tranſeunt per 9. manus. Et ideo non uidetur æquiparatio bona, niſi ſtylus inter ſcribas principum haberet ſaltem de more reuiſionem literarũ, prout aliquando fit. ¶ Amplia tertiò, etiamſi † falſitas Grammaticæ eſſet ſolum in uno capitulo ſeparato, quia uitiat totum reſcriptũ. Bald. hic, quia deficiat tota authoritas & fides, ideo non ualet, quia fides eiuſdem ſcripturæ eſt indiuiſibilis, per text. hic, ibi, fidem nolumus adhibere. & 9. diſt. ſi ad ſacras. Eſt uerum, quod de hoc dubitat Andr. Sic. hic, propter c. ſi eo tempore. de reſcri. in 6. ibi, ſurreptio in una parte non uitiat totum reſcriptum in partibus ſeparatis. Sed reſponde dupliciter: Primò, quod aliud ſurreptio, aliud falſitas: ſurreptio non tollit, quin conſtet de uoluntate principis, in c. ſeparato. Sed falſa Grammatica facit uideri reſcriptum eſſe extra uoluntatem, & extra cãcellariam principis, quia eſt ſignum, quod totum reſcriptum caret examine, nam examinantes uidiſſent errorem. Vel dic, quod imo ſurreptio in una parte uitiat totum, ſicut de inſtrumento & teſtimonio dicunt Innocen. & alij de hære. fraternitatis, & omnes, C. de tranſact. ſi ex falſis. Ad c. ſi eo. reſpondet Ab. j. eodem. ſedes. quod loquitur, ubi eſt ſurreptio in tacendo uero, non autem in falſo exprimendo: uel quod loquitur, ubi ſurreptio eſt in parte, quæ non cauſat principaliter conceſſionem gratiæ, ſed Papa aliunde mouetur. Vide, quod dicetur ibi. ¶ Amplia quartò, etiam in priuilegio. Glo. & oẽs Doct. hic, pro quibus facit, quod no. Domi. in c. j. ibi, quæris Lap. de reſcr. in 6. dicens, quod ille tex. habet locum in priuilegio, quia appellatione reſcripti etiam continetur priuilegium. Alleg. nota. per Innocent. & Compoſ. in ſiã, eod. ſuper literis. Facit c. ex literis. de fide inſtrum. & ibi Abba. ult. no. dicens, quòd ſtrictiùs iudicatur priuilegium, quã reſcriptum ad lites, & facilius præſumitur falſitas in priuilegio, per tex. ibi, & c. pe. de cri. fal. & quod no. Innoc. in c. epiſcopi. de re. eccl. nõ alie. licet gl. in c. Apo b ſtolicæ. hic alleg. in gl. facias differentiã [b] inter reſcripta & priuilegia, cum qua ſimpliciter tranſit Bal. in l. imperatrix. la j. in primo commento, in prin. ff. de ſtatu ho. 3 ¶ Amplia quinto, etiam † in ſtatutis, quia per falſam Grammaticam uitiantur. Bal. hic æquiparando ſtatuta & reſcripta, niſi dentr eſſent ſtatuta ruſticorum, qui non

a *Seu orationis*] *An & quando uitietur per defectum unius dictionis, ſeu orationis, uide plene et not. per do. Soci. conſ. 15. inci. Viſis prædictis publicis inſtrumentis. uerſic. quæ quidem omnia. uer. med. in 1. part.*

b *Differentiam*] *Pro qua differentia uide omnino per do. Iaſ. May. in l. ſi. ff. de condi. prin. & ibi etiam Bart. in ſi. in uer. quæro, quæ*

eſt

eſt diſ. & Bar. in l. præſcriptione. in fi. uerſic. dic ergo breuiter. C. ſi cõtra ius, uel util. publ. & Spec. in tit. de reſcript. in princ.

cognuſcit literas, arg. l. fin. C. de teſt. mi. Contrarium in primo dicto tenet hic An. Sic. quia ſtatuta magis æquiparantur ultimæ uoluntati. Bar. in l. fi. ff. de reg. Cato. cum cõcur. de quibus per Lu. in l. j. in 4. q. C. quando non pe. pat. Et in ultimis uoluntatibus non habet locum iſte text. ut hic in glo. Ergo, &c. Et ita reſidet. Sed pro Bal. facit, quia ſicut iſte tex. extenditur ad priuilegia, item ad reſcripta principum propter maturitatem in eis præſumptam attentis pluribus manibus, per quas tranſeunt, ita uidetur in ſtatutis, in quibus cõdendis, dictandis, & publicandis plures cõcurrunt. Tamen contra Bal. facit alia ratio, quia approbato uolumine ſtatutorum error Grammaticæ non poteſt inducere præſumptionem falſitatis in particularibus ſtatutis, ſicut in reſcriptis, & priuilegijs, in quibus ideo notatur falſitas Grãmaticæ, ut denotetur, quòd carent ueritate. ¶ LIMITA undecim modis hanc decretal. ¶ Primò, dum modo falſa Latinitas ſit manifeſta, ſecus, ſi dubitabilis. Bu. Ab. Imol. & Dom. hic, per iſtum text. in uerb. manifeſte. Idem Bar. in d. l. Plautius. in fi. dicens iſtum text. procedere in uitio euidẽti, ſecus, ſi nõ ſit euidens, ſed eliciatur per aliquam ſubtilitatem. Et dicit Bal. hic, quòd in dubio uerba debent intelligi, ut nõ inferatur peccatum in conſtructione, ſi fieri poteſt, arg. d. l. Plautius. ubi dicit eſſe tex. no. Sic in c. cauſam. j. eo. uerba reſcripti pertinentia ordinem iuris reducuntur ad ſenſum iuris per interpretationem. Et facit l. talem. ff. de hær. inſti. ſecundum eum. Et facit limitatio ſeq. ¶ Limita ſecũdò, niſi error Grammaticæ procedat ex defectu unius literæ, ſiue litera deficiat, ſiue loco unius literæ ſit poſita alia. Abba. hic, & eleganter Car. conſil. 95. Nobilis & præſtans uirum optime. Inducit c. ex parte. de fid. inſt. dicens, per illum tex. limitari iſtũ. Et loquitur Car. de una indulgentia, in qua dicebatur, Præſentibus literis perpetuis temporibus duraturas, debebat dicere, duraturis, dum modò uarietas literæ non mutet ſubſtantiam, uel inducat æquiuocationem, propter c. inter dilectos. de fid. inſt. ubi defectus unius literæ in uerbo Lutardus, uitiat, quia inducit mutationem nominis, & uariationem perſonarum. Et ſubdit, quod iſta exceptio falſæ Latinitatis hodie nõ admittitur in curia. Et quòd hæc opinio eſt æquior, ſed ad ſuſtinendum nõ facilis, & de rigore, dicit, quod plures conſulerent contrarium, ad quod euitandum ſuaſit, ut dictæ literæ indulgentiæ reficerentur, quod non puto neceſſarium, quia reſponſio data ad c. inter. eſt approbata per omnes in d. c. ex parte. & Arc. 19. diſt. in memoriã circa med. Et iſtud factum dictæ indulgentiæ ponit etiam Ab. in d. c. ex parte. attribuens Card. ibi, qui in lib. meo non ponit. ¶ Limita tertiò, niſi ſi defectus orationis uitiet, quã per falſam Grammaticam, & non impediat perceptionem mentis literarum. Inno. in d. c. ex parte. Et Lud. conſi. præal. & Arc. in d. c. in memoriam. quia oculus officialium ſæpe fallitur, & magis inſpicitur ſenſus, quàm ſcriptura, & bulla tollit ſuſpitionem. Tamen ubi eſt talis Grammatica erronea, uitiatur reſcriptum, & eſt ſpeciale, ſecundum eos ſententiõtes, quòd etiam defectus literæ inducẽs falſam Grammaticã uitiat, de quo j. Et iſta ſequitur Arc. latè in c. Apoſtolicæ. alleg. in gl. ¶ Eſt uerum, quòd Dom. in d. c. in memoriã. reſtringit hoc ad literas contentioſas, in quibus non ita facile præſumitur falſitas, quia ius non conferunt, ſecus in gratioſis, quia licet bulla faciat aliqualem probationẽ de mente Papæ, tamen Iudex habebit eam ſuſpectam, cum per eam tribuatur ius impetranti, & tales literæ tranſeunt per multas manus. Alle. Hoſt. qui ita uult in d. c. ex parte. & ſequuntur ibi Bu. & Imol. Sed Car. ibi putat illum text. procedere etiam in literis gratioſis; Ex quo non mutatur ſenſus, & etiam in defectu ſyllabæ, ut ibi per gloſſ. uel dictionis, uel orationis, ut ibi per Innoc. Vnde refert ſe uidiſſe decidi duo dubia Florentiæ. Primum, quòd impetratio plebanatus ſancti Pancratij ualeret, licet in literis diceretur Pancratij, poſito eo. pro ea. Reſpondet ad c. inter dilectos quòd ibi mutabatur ſenſus, ſecus, ubi apparet per alias coniecturas de mente Papæ. Aliud eſt, quòd dum mandaretur executori, ut induceret in corporalem, deficiebat poſſeſſionem, fuit obtentum, quòd non uitiaretur reſcriptum, quia præcedentia & ſequentia oſtendebant mentem ſcribentis, maximè dicendo, & inductum

4 defendas. Et iſta ſequitur ibi Abb. dicens, quod † iſte text. procedit, quando Latinitas eſt falſa apparenter, non autem ex tranſcurſu pennæ, ſeu mutatione unius literæ loco alterius, quod facilius contingit. Et ſic uult, quod defectus literæ etiam inducens falſam Grammaticam, nõ uitiat, ſed peccatum falſitatis debet eſſe manifeſtum & importans, licet non oporteat, quod turbet intellectum reſcripti. Obſt. dictũ Bar. in l. præſes. C. de ſent. & Lud. in rep. l. j. ff. de re iud. Bal. & Angel. in l. j. §. fin. ff. de hære. inſti. ubi per multa dicunt, quod diſpoſitio l. uerbum Volo. C. de fideic. & dicti. §. fi. &
5 l. Titiu. §. qui Maren. ff. de annu. lega. ubi dicitur, defectum uerbi principalis non uitiare ultimam uoluntatem, procedis ex ratione ſpeciali, quia plerunque teſtatores anxij debilitate, non proferunt omnia, ſed in alijs materijs ſecus eſt, ſecundum eos, ubi diſpoſitiones, quæ aliàs ſolenniter fiũt, non recipiunt ſubaudiniones, ſed truncatus ſermo uitiatur, l. ſi quando. C. de conſti. pec. Vnde ſi in ſententia ſunt omnia, excepto uerbo Condemnamus, erit nulla, nec ſubaintelligitur. SED. Non obſt. hoc dictum, quia contrarium tenet Bartol. & Rupha. Pau. in d. §. fin. Nic. de Matar. Bald. Paul. de Caſt. Ale. & Corneus in l. errore. C. de teſta. per id, quod dicitur de ultima uoluntate. Quod eſt duplici ratione, tum propter debilitatem, uel fauorem teſtamenti, & iſta bene ceſſat in ſententia, tum propter reliqua uerba teſtamẽti operantia mentem teſtatoris, & ita non ceſſat in caſu prædicto: ſecundum Imol. in d. §. fi. facit §. affinitatis. Inſti. de nup. Et ſufficit, quod ex æquipollentibus conſtet de mẽte, ut latè inſiſtunt Moderni in d. l. errore. Quibus adde c. in his. de uerb. ſig. ¶ Propterea dixit Bald. in d. l. imperator. in primo commento, in princ. loquens in reſcriptis & priuilegijs, quòd nõ dicitur falſa Grammatica, licet deficiat uerbum perficiens orationem: quia, ſecundum eum, ſubauditur, & ſufficit perfecta oratio mentalis: quia uirtus humanorum actuum non ſtat in uno modico ornamento, ſed in eo, quod maximum eſt, ſcilicet in mẽte hominis. Et paulò j. ponit de notario, qui dixit Facinia, pro Falcidia, & Valeriano, pro Velleiano. Vnde dicit Angel. in l. qui habebat. ff. de manu. teſt. quod ſi literæ dicunt De eccleſia ſancti Marini, cùm deberent dicere Martini, non nocet, per illum tex. ubi idem dicitur de illo §. qui poſuit Catinum pro Cratino. Et dicit Spec. de reſcript. præſenta §. primò igitur. uer. item quòd literæ. quod licet contra reſcriptum poſſit opponi, quòd literæ in ſyllabis, & ſyllabæ in dictionibus, & dictiones in lineam magis diſcretæ ſunt in uno loco, quàm in alio, & inducitur æquiuocatio, d. c. inter. tamen defectus literæ non habet obſtare.[a] Et idem dicas de defectu puncti, uel tituli. Bald. in d. c. ex parte. per illum tex. Vnde dixit Bald. C. de do. ante nupt. cùm antè. quod ſi tabellio dixit, iure teſtitutionis, pro inſtitutionis, non nocet. Et dicit Bar. in l. demonſtratio. in fi. princ. ff. de cond. & demõſt. quod ſi dicitur Conradus, pro Conradino, non nocet, ſi aliàs de corpore conſtat.[b] Et dixit Bald. in proœ. C. in fi. principij, quod ſyllaba ſuperflua non nocet. Et dicit Bal. hic, quòd ſuperfluitas in una litera, uel ſyllaba, uel uerborum inculcatio non nocet, niſi daretur alteratio ſenſus, per d. c. inter. Et ideo dicit Bart. in l. ſi quis ex argentarijs. §. ſi initium. ff. de eden. quod ſi inſtrumentum dicit, In nomine, & deficit Domini, nõ nocet. Idem, ſi dicat Domini, ſubintelligitur In nomine. Vnde inquit Bar. in l. item apud. §. ſed quod dicitur. ff. de iniur. quod ſi dico Meretrix, uel Latro, ſubintelligitur es, licet non dicatur. Et Bal. in l. contractus. ibi, ſed quæro. C. de fid. inſtr. dicit, quòd defectus uerbi promiſsiui in inſtrumento, in quo quis aſſerit ſe debitorem, non nocet. Et dicit gloſſ. in c. & hæc diximus. in uerbo, ſi cognouiſſet. 16. q. 7. quòd imperfecta locutio non uitiat teſtimonium, uel inſtrumentũ. Bonus tex. in l. 3. in princ. ff. de annu. leg. ubi ſi dicitur Volo ea præſtari, æquis ſubauditur portionibus. ¶ Limita quartò, Niſi literæ Papæ tranſirent extra ſuam

a *Obſtare*] *Ad quod uide no. per do. Soci. conſilio 147. incip. Viſo proceſſu. uer. præterea. ex prædictis j. parte.*

b *Conſtat*] *Sed quid, ſi quis ſit nocatus ſub nomine familiæ, omiſſo nomine patris, ut puta ſi diceretur, do. Benedictus Vadi. dum dici deberet, do. Benedict. Philippi de Vadi. Dic, quòd non uitiat, ut not. per dom. Soci. conſilio 89. incip. in cauſa agitata. uerſi. præterea iſta concluſio. in fin. in j. parte.*

cancel-

eccellariam, putà per cameram. Bur. & Domi. hic, & Domi. in d.c.in memoriam. quia ceſſat ratio gloſſ. hic. Dic contra, ſecundum Imol. & Abb. hic: quia uerisimile eſt, quod etiam præfecti literis cameræ ſint plures & periti, & licet tex. in c. præce. ponderet literas emanantes de cancellaria, ſeruiit tamen ſe ad id, quod cõmuniter accidit: ſed non negat, quin extra cancellariam poſſint concedi literæ: & iſtæ ſunt magis ſuſpectæ, ut probat hic ſufficienter Abb. ¶ Limita quintò,
5 Niſi † falſa Grammatica poſſit ſaluari per figuram. Abba. hic. & in c.j. de iud. per illum tex. cum gloſſ. ubi exponitur Quem per Qui. Et dicit Bald. hic, quod per figuram poteſt ſaluari mala Grammatica legalis Alleg. l. eam, quam. C. de fideic. ubi idem tenet glo. j. & Ang. in iactu. circa prin. & in repe. ponens late de antiptoſi; per quam ponitur caſus pro caſu, ut in gl. j. c. unico, in uerb. unctionem. de ſac. unctio. per illum text. ibi, unctionem, quam accepiſtis, maneat in uobis. & Ioannis 14. Sermonem, quem uos audiſtis, &c. & apud Poetã, *Vrbem, quam ſtatuo, &c.* & in Pſalmo, Lapidem, quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput
6 anguli. ¶ Limita ſextò, Niſi † falſa Latinitas poſſit ſaluari per ſubauditionem. Bald. in d. l. eam, quam. circa princ. ſub dẽs, quod melius eſt ſaluare per ſubauditionem, quàm per figuram: quia figuræ corrumpũt regulas. Et de quadruplici ſubauditione uide Bal. in d. l. errore. Et ſcias, quòd per ſubauditiones non eſt inducenda iurium correctio. Gloſſ. iſta in c. cupientes. §. quòd ſi. in uerbo, petere. de elect. in ſexto. quam Imol. facit ſingul. in l. ſi uerò. §. de uiro. ff. ſol. matr. & in l. ſi cum dotem. in fin. princ. eod. tit. & Ana. in c. quia in omnibus. de uſur. & in c. Iudæi. lo j. de Iudæ. Tamen eſt alia ſimilis in d. §. quòd ſi. in uerbo, priuatus. quaſi in medio. ¶ Limita ſeptimò, Niſi eſſet erratum in orthographia: quia licet ſit pars Grammaticæ, non uitiatur reſcriptum. Bald. in d. l. imperatorem. la j. primo commentu, circa princip. quia mala circumſcriptio literarum non uitiat, & licet ſit error orthographiæ, non tamen eſt Latinitas mala, quia eſt ars rectè ſcribendi, ſecundum eum. Intellige, niſi per talem defectum haberi non poſſet intellectus uerborum: putà, quia eſſet multipliciter intelligibilis. Bal. hic, non in lectura, ſed in apoſtill. quem ita allegat hic And. Sic. poſt Petr. de Anch. ¶ Limita octauò, niſi ſit reſcriptum in corpore iuris clauſum: quia per malam Latinitatem non uitiatur. Ita Bald. in d. l. eam, quam. in prin. Et licet apertè non firmet, ſed dicat ibi poſſe ſaluari per ſubauditionem, tamen puto dictum eſſe uerum: quia ſicut dixi de ſtatuto, non poſſumus dicere, quod lex ſit falſa, uel quod emanauerit ab alio, quam à iuriſconſulto, ex quo eſt inſerta in iure, & ideo non eſt æquiparatio de tali reſcripto ad alia, quæ ideo uitiantur propter falſam conſtructionem, quia præſumuntur falſa, & non trãſiuiſſe per manus peritorum. Sed iſta præſumptio non cadit in reſcripto in corpore iuris inſerto, quia ſumus certi, quod emanauit per manus peritorum. Et ideo ſi per ſubauditionem, uel figuram ſaluari non poſſet, adhuc crederem ualere reſcriptũ, quia in diffinitione & eſſentia legis, de qua quarta diſt. erit autem. non ponitur de bona Grammatica. Et reſcriptum inſertum habet uim legis, ut diximus ſ. eod. cum
7 ordinem. ¶ Limita nonò hanc materiam, ut † non pcedat in ſcripturis diuinis, ſecundum Ioan. Andr. hic per text. in palea, indignũ, 8. diſt. ubi dicit Augu. indignum uehemẽter exiſtimo, ut uerba cæleſtis oraculi reſtringantur ſub regulis Donati. Et ante Auguſt. fuit dictum Gregor. ſuper Iob in fine prologi. Bonus text. in c. retulerunt. de conſec. diſt. 4. quòd illa uerba, In nomine patris & filii & ſpiritus ſancti, &c. non uitiant baptiſmum. Ad idem c. ſi non ſanctificatur. ea. diſtinct. & in c. ſedulò. 38. diſtinct. ubi tex. exclamat contra laicos, qui mordent prælatos, uel miniſtros eccleſiæ inuocantes Deũ cũ barbariſmis, uel ſolœciſmis. ¶ Et dicitur barbariſmus, ſecundum Arch. ibi, unius uerbi corruptela, ut Cognoſcere penultima producta, & dicitur à barbaris gentibus. Solœciſmus uerò eſt uitioſa uerborum compoſitio, ut ſi dicatur Inter hominibus, pro Inter homines, & dicitur ab urbe Soloe, quæ nũc dicitur Põpeiopolis; quia apud alios commorantes ſuam & aliorum linguam confuderunt, ſecundum ipſum. ¶ Et dicit ibi Domi. quod licet ſacerdos in ſacramentis eccleſiaſticis peccet contra regulas Grammaticæ, per hoc non uitiantur ſacramenta. All. d. c. ſi non ſanctificatur. ¶ Limita decimò materiam, ut

8 † nõ procedat in ultimis uoluntatibus, Gl. hic cõmuniter approbatæ, plenè ponũt oẽs in l. errore. C. de teſta. maximè, quando defectus uerbi principalis, uel aliorum uerborum uitiet teſtamentum, de quo ibi latius cæteris per Cornet. ¶ Limita undecimò & ultimò, in proceſſu, uel ſententia, quia non uitiatur propter malam Grãmaticam. Bal. hic, quia ius ciuile uadit ad realitatem. Alle. Cy. in l. ambiguitatem. C. de teſta. & per imperitiam impeditur, ne res producatur in eſſe de nouo: ſed non reſoluitur, quod productum eſt. Alle. l. ſi filia. ff. fa. erc. ibi, hæredum imperitia iuriſdictionis formam non mutat. Et quando iudex poſſit emendare tales errores, an ſtatim, uel poſtea, uide Scribentes in l. actorum. ff. de re iud. Et dicit glo. in l. 2. in uerbo, emendata. C. de ſent. ex breuic. reci. quod iudex põt emendare ſuam ſententiam, quo ad Grammaticam. Bald. ibi in fin. dicit, mente ſeruata ſentiens, quod poſſunt aptari uerba, ſed non mens ſemel ex eis patefacta, licet incongruis uerbis. Alle. de conuerſio. coniug. dudum. ibi, dum modò ſubſtantia ueritatis non mutetur. Demum non ignores, quod ſi habent refici literæ Apoſtolicæ, in quibus eſt error ex culpa abbreuiatoris, qui fecit minutam, ſatisfiet de hac ſecunda expenſa, non per impetrantem, ſed per abbreuiatorem. Ita determinat extrauagans Ioan. XXII. cum ad ſacroſanctæ. §. ad hæc.

SVMMARIVM.

1 *Capella non ſpectat ad plebem, ſed requirit proprium rectorem.*
2 *Fundatio beneficiorum, & ad hoc ut dotans beneficia efficiatur patronus, requiritur approbatio epiſcopi, ſine qua nihil ualet, quod agitur.*
3 *Eccleſia n habens principalem, & capella reditus in ea ſita non dicitur duplex in beneficio.*
4 *Fructus relicti altari, ſunt principalis rectoris eccleſiæ, etiamſi teſtator non dicat. Quod tamen limitat, ut hic prope.*
5 *Appellans nõ poteſt renunciare appellationi, niſi quatenus tendit in ſuum fauorem, ſi appellatus recipit appellationem, uel alias intereſt ſua, ne appellatio deſeratur.*
6 *Appellationi interpoſitæ, uel interponendæ, quãdo poſſit renunciari. Appellationi primæ non deferens, an poſſit eam proſequi, ſi appellans non proſequitur. Poſt num. 6. uer. habes ergo notabilem.*
7 *Appellationis deſertio quãdo impediat appellantem & appellatũ.*
8 *Delegatus datus ſuper appellatione, poteſt pronunciare deſertam appellationem, & condemnare in expenſis. nu. 10*
9 *Appellatio ſi eſt deſerta, uictor poteſt adire iudicem, qui ſententiã tulit, & petere, ut mandet illam executioni, citato appellante, ſi uelit contradicere. Pars appellata quando poteſt facere committi negocium principale poſt deſertionem appellationis. Vide poſt num. 10. uer. Et circa prædicta.*
11 *Iudex tertiæ inſtantiæ licet reperiat ex actis appellationẽ à ſecunda inſtantia eſſe deſertam, ſi tamen de hoc non ſit quæſtio, poteſt nihilo minus ſecundam ſententiam confirmare.*

CAPITVLVM XII.

P. X PARTE S. ¶ Contra ſecundum reſcriptum nõ põt opponi de taciturnitate primò impetrati per appellantẽ, de ſua appellatione non habita mentione. H. D. ¶ Capella † non
1 ſpectat ad plebem, ſed requirit rectorem du per ſe. Ab. hic per ea, quæ ipſe alle. Intellige, niſi ſit conſtructa in ipſa plebe, uel eius fundo, quia prælatus maioris eccleſiæ erit rector utriuſque. Gl. 3. in c. cum ie. de æta. & qual. quam extollit Abb. de elect. cum eccleſia. Ibi adde tamen, Niſi capella ædificaretur, ut eſſet beneficiũ per ſe ſtans, quia tunc de neceſsitate habebit ibi præſentari perpetuus rector. Inno. ibi. Et utrum rector principalis habeat inſtituere, uel præſentare, uide But. de elect. querelã. & Ab. de eccl. ædi. ad audientiam. lo j. Et quia in hoc eſt uarietas, uide, quæ extenſe poſui de except. cum uenerabilis. & tandem, quid iuris habeat epiſcopus in talibus. Naturam uero iſtorum altarium, ſiue capellarum collige ex dictis Cal. de
2 iure pa. conſil. ult. ubi dicit, quòd † ad hoc, ut dotentur beneficia, & dotans efficiatur patronus, requiritur approbatio epiſcopi, ſine qua nihil ualent teſtatorum conuentiones, ĩ. tit. prox. cum dilectus. in uerbo, conſtitutum. & ibi dicetur. Et dicit Rota de iure pa. 10. ad fi. & de præb. 17. in antiquioribus. quòd nõ dicitur beneficium ante approbationem epiſcopi.

pi. Et dicit Bald. in præludijs ante eabn tã, j. de indic. quòd petens eccleſiam ſimpliciter, intelligitur etiam petere capellam, quæ eſt de menſa eccleſiæ. Et quòd non dicatur beneficium de per ſe, probat optime iſte text. inducendo, ut per Abb. hic. Pro quo uide Rotam de præb. 8. in antiquis, & tertiã in antiquiori. ubi etiam dicunt, quod ſi beneficium eſt in clauſtro, habens proprium rectorem in eo officiantem & reditus ab ipſa eccleſia, non dicitur beneficium eſſe extra eccleſiam: ſed ſi haberet dotem & reditus pro illo beneficio aliunde & extra eccleſiam deſignatos, tunc dicitur eſſe extra
3 eccleſiam. Dicunt etiam, quòd † habens eccleſiam principalem, & particulares reditus capellæ in ea ſitæ, nõ dicitur in beneficio duplex, quia capella uenit ſecundariò iuxta c. ſuper eo. de præb. in 6. ut latius per eos. Quibus adde omnino Lapum allegatione 116. Teſtator iuſſit. ad fin. ubi dicit, quòd ſine diſpenſatione poteſt quis in eadem eccleſia habere titulum & capellam non curatam etiam requirentem celebrationem, & poteſt eſſe canonicus & capellanus in eadẽ eccleſia, licet non poſſet eſſe duplex in canonica. Rationem differentiæ uide per ipſum, & eſt gloſſ. in extrauã. execrabilis. ſuper uerbo, diſpenſationem. declarans optime c. 4. de cõſue. in 6. ubi per Domi. uidelicet, qđ habẽs plura altaria, nõ dicatur pluralis. Et iſta opinio de canonicatu & capella, q̃ ſint compaſſibilia, procedit propter generalem conſuetudinem, per quam canonici non tenentur reſidere, ſecus enim, ubi in aliqua eccleſia non eſſet iſta conſuetudo, ſecundum do. Abb. conſi. 194. ad claram deciſionem thematis narrati. Poſſet tamen illo caſu epiſcopus diſpenſare, ſecundum ipſum, poſt Fed. conſil. 120. Quæſitum eſt, quid de canonico. Et adde glo. 1. in fi. in cle. 2. de deci. quæ dicit, quod capellæ, ſeu altaria non grauant decimis à collectoribus impoſitis, quia non ſunt beneficia: & ibi Imol. poſt Guil. dicentes ſecus, ſi ſint conſtructa, ut habeant presbyterum ſpecialem. Et dicit Tho. Faſtoli dubio Rot. 56. ¶ Secundò dubitatur, an ſtandum eſſet uoluntati eius, qui ita capellam ordinat, ut non ſit habitura ſpecialem rectorem? Intellige, approbãte epiſcopo, per prædicta. Et adde Pet. de Peruſ. in 4. epiſcopali, c. 7. ibi, quid ſi teſtator. ubi dicis, quod † fructus relicti
4 altari ſunt principalis rectoris eccleſiæ, etiamſi teſtator non dicat. Limita, niſi altare habeat bona diſtincta ab ipſa eccleſia: & illud, quod obuenit, obueniat cõtemplatione altaris. Ab. in c. 3. prope fi. de ſucceſ. ab inteſt. & ibi per And. Sic. de obla. quæ fi. imagi. de quibus latius per Abb. & Bel. de his, quæ fi. à præla. paſtoralis. Quod latius reaſſumpſi addendo eis multa in c. dilectus. de offi. ord. Et ad prædicta, quando capellani ſoneot in titulum, adde omnino But. conſi. 41. in facto S. Mariæ maioris. Et uide Ana. conſi. 23. Primò uidet. ubi uult, quod fundans capellam in eccleſia, non teneretur eam dotare. Et ibi habes, quod appellatione eccleſiarum largè ueniat capella, non ſtrictè. Hæc not. quia ſæpe inſeruiẽt, iunctis quæ dixi in d. c. cum uenerabilis. Item in quantũ dicunt hic Goſ. Butrig. Imol. & Domi. quod iſte capellanus remotus non potuiſſet agere poſſeſſorio: quia non poſſidet ſibi, ſed domino, ſicut dicitur de colono in l. j. ſ. deijcitur. & l. ſi. ff. de ui & ui ar. Contrarium firmat hic. Petr. de Ancha. per l. j. C. ſi per uim, uel alio modo. ubi propinqui, liberti, ſerui, & coloni poſſunt agere pro domino ſpoliato. Sed iſta impugnatio eſſet bona, præſupponendo, quòd ſcilicet fuiſſet abſens tempore iſtius admonitionis: quia ita loquitur d. l. j. Sed ſi fuiſſet præſens, procedit dictum Goſ. & aliorũ.

a *Si appellatus re cepit]* *Adde in, q̃ etiamſi appellatus non recepiſſet appellationem, et ſic re integra exiſtente appellans renunciat appellationi, debet condemnari in expenſis, l c. interpoſita. ſ. ille. de app. Et hoc in expẽſis retentione proſecutionis, Phi. in d. c. in* *terpoſita. l ſ. ille.*

b *Quando] Adde in Bal. in l. edita, C. de eden. et in l. per hanc. in fi. C. de temp. ap. Adde ẽt, q̃ ſi iudex decibit appellatiõs, ab ipſo renunciare el. Bal. J l. poſt, quam litis. in uerſ. tertio queritur. C. de pot.*

a SI APPELLATVS Recepit [a] ap-
5 pellationem, uel † alias intereſt ſua, ne appellatio deſeratur, non poteſt appellans illi renunciare, niſi quatenus tẽdit in ſui fauorem. Ion. hic, & ſequuntur omnes. Adde Inn. de accuſ. licet. in fi. Cy. in l. per hanc. C. de temp. ap. Spec. de lib. concep. ſ. nunc dicamus. uer. porro gloſ. & Doct. in c. quamuis. ſ. cæterum. de elect. in 6. Bart. in l. ſi quis libellos. C. de ap. ubi dicit, quod iſtud poteſt prodeſſe appellato, ut reuideatur ſententia, ſi in aliquo eum læſerit, l. ampliorem, C. de app. ¶ Item, quia ſi appellatur ab interlocutoria, totũ negotium deuoluitur ad iudicẽ ad quẽ: & ſic appellans renunciando non poteſt redire ad primum inuito aduerſario. Simile in libello porrecto iudici parte citata, quia ab inuitis reuocari non poteſt. Gl. in cle. conſtitutione. de conſti. authẽ. qui ſemel. cum materia, C. quomodo & quando. iud. Sicut dicitur de reſcripto iã præſentato, cui impetrator renunciare non poteſt. Inn. de reſt. ſpol. ex conqueſtione. dixi 3. in rubric. Hæc omnia addit
6 hic Andr. Sic. ¶ Sed. † de iſto articulo,
b quando [b] poſſit renunciari appellationi interponendæ, uel interpoſitæ, uide But. Imol. & Abb. de ap. interpoſita. ſ. ille denique. & ibi ad ſaturitatem Phi. de Peru. Et inuenies reprobata uerba Bar. in d. l. ſi quis libellos. dum dixit, quòd appellans ab interlocutoria non poteſt reuerti ad primum iudicẽ, inuito aduerſario: quia quòd cauſa principalis ueniat detractanda coram iudice ad quem, ſi fuerit bene appellatum, da ap. us debitus. fuit introductum fauore appellãtis, cui iudex à quo, foret ſuſpectus, c. ad hæc. lo j. de app. Quæ rõ ceſſat in appellato. Et plura alia inuenies ibi, quibus adde duo. Primo tex. iſtum male guſtatum, & probantem ſingulariter, quòd in præiudicium appellati nulla renũciatio appellationis expreſſa, uel tacita, operatur deſertionem. Secundò ultra loca ibi expreſſa adde late Ana. in c. ſi. de eti. ſab. Cae. conſ. 121. Ang. ſolenniter conſi. mihi 184. A. & B. contrarium. & ſequenti. Ang. Are. in l. j. ſ. j. ff. à qui. ap. non licet. Domi. j. q. 6. ſi quis libello. Rotam de renun. 4. & de re iud. 22. & de ap. 12. & 44. in nouis, & Ana. conſ. 6. & Alex. conſi. mihi 22. Viſo inſtrumẽto ſyndicatus ad fi. Et ibi, quòd procurator ſine ſpeciali mandato non poteſt renunciare appellationi. Et idem Bal. hic. Et de materia uide etiam in maleficijs, fol. 224. & ibi de renunciatione in criminali. An aũt nullitati renunciari poſſit, uide latè Phi. de ap. dilecto. ibi, l. quæritur. De his abunde per Fir. in reper. in uer. appellationis renunciatio. Et adde, quòd ſicut appellans non renunciat appellationi in præiudiciũ appellati, ut eſt dictum, ſic etiam nõ ualet impetratio literarum facta ab appellante in materia, in qua appellauit, niſi fiat mentio de appellatione quãdo intereſt aduerſarij eam proſequi. Ita firmat Inn. hic: & ſequitur copioſè Lud. conſil. 330: Circa primum, dicens, uideri caſum hic. No. Are. in c. concertationi. de ap. in 6. & ſequitur etiam Rot. de reſcri. 25. Item ſi rens. in nouis, limitans, niſi appellatus nullum ius habeat, quia non poteſt dicere, quòd ſua intereſſit receſſum fuiſſe ab appellatione, quod uerbũ facit optimè ad omnia proximè dicta. Dixi aliquid j. eo. ſuper literis. uer. ſexta regula. ubi uide. ¶ Opponitur contra iſtum tex. ibi, proſequi non curauit. q̃ O. ſpoliando aduerſarium fecit ſe indignum appellationis beneficio, de ap. an ſit. Et tamen iſta uerba præſupponunt, quod non curauit appellationem proſequi. Ergo non erat priuatus eius commodo. ¶ Iſtud nemo tangit, excepto An. Sic. qui dicit: Soluat Apollo. Deinde inferius ſoluit dupliciter. Primò, q̃ O. non curauit proſequi, eò quia tacitè renunciauit innouando ſpoliationem contra aduerſariũ. Sed non teneo hãc ſol. quia tex. uidetur ponderare, quod non fuit proſecutus poſt ſpoliationem ſimul cum aduerſario. ¶ Secunda ſolutio, q̃ non dicitur curaſſe proſequi, quia poterat proſequi, ſi uoluiſſet, non obſtante d. c. an ſit. uidelicet reuocando attentata a ſeipſo, & ſic reſtituendo capellam. Quo caſu dixit ſingulariter But. in d. c. an ſit. quod gaudere poterit appellatione propria. Et pro eius dicto eſt caſus hic, quem An. Sic. multis uerbis extollit. ¶ Profectò motiuum iſtud fuit factum hic prius, & ſolutum clarè per Ab. & potes uidere. Et uera ſolutio eſt, quod iſte O. tenebatur proſequi, nõ fauore ipſius, ſed fauore appellati uolentis proſequi, in cuius præiudicium non poteſt reſultare deſertio, ut hic per Abba. Et gaudebit appellans beneficio huius proſecutionis ex perſona appellati, ut j. dicetur. Nec eſt uerum, quod ſi appellans retractat attentata, gaudere poſſit appellatione, ut firmat Abb. in d. c. an ſit, & ibi Phi. per illum text. qui non dicit, q̃ ſit indignus proſecutione, ſed appellatiõe. Ergo appellatio eſt perempta totaliter, quo ad eum. Et ita glo. 2. hic, & glo. mag. ultra med. c. non ſolum, de ap. in 6. Præterea dicit tex. in d. c. an ſit. quod debet puniri, in quo deliquit, quod non eſſet.

eſſet, ſi ſufficeret reſtituere attentata. ¶ Habes ergo notabilem declarationem ad d.c.an ſit.uidelicet quòd licet non deferens propriæ appellationi nequeat eam proſequi, tñ ubi appellatus uult proſequi, nedũ poteſt etiam appellans proſequi, ſed tenetur,alias condemnabitur in expenſis.Ita tex. aureus hic, ſecundum quod declarat Abb. Et iſtud adde ad d.c.an ſit. ubi nullus ponit. Adde etiam aliud, uidelicet ꝙ c.an ſit.habet locum, ubi quis uult proſequi propriã appellationem, cui non detulit. Sed ſi non detulit appellationi aduerſarij, deinde eum pœnitet, & uult eam proſequi, poteſt. Rota plenè de ap.44.in nouis,& ſequitur Imo.& Phil. in d.c.an ſit.quia non imputatur mihi,ſi non defero appellationi aduerſarij, quam puto friuolam. Non obſt. regula, ex eod.lib.6. quia in eodem iudicio poteſt deſiſti ab impugnatione acceptari actus,Bar.plenè in l. poſt legatum.ff.de his,qui.ut indi. Dicetur j.eod. c.Aliud no.quòd qui negat aduerſarium appellaſſe, non poteſt ſe fundare ex eius appellatione. Spec.dicens ſe obtinuiſſe, de app. §. nunc breuiter. uerſi.ſed pone,appellatus.& ſequitur hic Imo.poſt Car.docentes cautelã, quòd appellatus petens reuocari attentata, fateatur appellationem, quatenus pro ſe facit: & hoc, ubi appellaus non proſequitur. Sed eo proſequente poteſt appellatus iura ſua defendere,etiamſi nõ approbet appellationem.Imò,ſecundum Imol.hic, etiamſi à principio appellatus non conſenſit appellationi, tamen ex quo appellans nõ detulit propriæ appellationi, ſpoliando aduerſarium, poteſt appellatus petere reuocari attentata, ſi noluerit: & uidetur recedere à prima contradictione. Tamen utilius eſt, ſecundum eum, ſeruare cautelam Card.quod acceptet, quatenus pro ſe facit. Et dum dictum eſt, quòd ſpolians appellatum præſumitur renunciare appellationi, adde Angel.in l.ſi.C. de temp.ap.ubi ad hoc alle.Inno.hic. Et dicit Bald.in c.ex parte A. ibi, & ſcias.de teſti. quod rarò inuenies hoc alibi, quàm hic,quod eo ipſo,quod appellans ſpoliat aduerſariũ, ſententia tranſit in rem iudic. Et idem not. Matthe. Mathe. not.29.incip.No. quod ſi actor. inducens etiam c. cum teneamur.ſecundum ueram lec.de appel.

7 . C ta. Si appellationem.de ap. limitatur † ſolenniter, ſecundum Ab.hic,ut habeat locum, quando neque appellans,neque appellatus impetrauerunt in termino, uel non ſunt proſecuti: ſecus, ſi appellatus impetrauit in termino: quia deſertio appellationis non impedit eum proſequi: & conſequenter appellantẽ. Adde Federi.conſil. 108. Punctus q.talis eſt.& Ab.in c.perſonas.de ap.& But.eo.tit. Spe.ibi, quæro an habeat locum. ubi dicit, quod ſi appellatus uult proſequi cauſam, ſuper qua impetrauit ante deſertionem, poteſt, & data uia actionis poterit appellans ſe defendere. Facit c.cùm inter.de excep. Et ſequitur Imol. in d. c. ſæpe. ibi, & not.bene, quia uoluit Fed. &c. ponderans, quod appellatus dicitur intra terminum proſecutus, ſi ſolùm præſentauit ſe ad iudicem contradictarum. Et iſtud ſufficiet, quia non debet impetrare. Nam, ut bene intelligat, quãuis nõte terminũ iuris liceat appellato præuenire & impetrare, dum modò nimium non præcurrat, c.oblatæ.de ap.& iſtud præcurrere ſtabit arbitrio iudicis, ut magis cõmuniter & cõcluditur ibi, tamen, ut ibi dicit tex.quando iudex à quo,abbreuiat terminũ iuris, non debet appellatus impetrare, nec etiã appellans ante terminum, ut ibi per gloſſ. in uerb.appellata.per tex.in c.ſæpe.in ſi.& ibi gloſſ.eo. tit.& expectatur alia pars, c.ea inſinuatione.cum glo.pe. de ap.& impetratio non faciens mentionem de termino hominis,eſt nulla,d.c.ablatæ.uer.& quidem. Tamen appellatio non eſt propter hoc deſerta, ſed literæ non ualent, & condemnatur in expenſis. Fed.conſi.171.in lectione, quæ heri ſecus dicẽs, ſi impetrat,& non recedit ante terminum. Adde etiam Ab. in d.c.ſæpe.ubi approbat prædicta dicens,quod deſertio nõ nocet appellato nolẽti fortè proſequi confirmationem, ſeu reformationem ſententiæ, & condemnationem expenſarũ. Sed non putat Ab.utile appellato procedere & proſequi appellationem, ſed melius eſt approbare deſertionem, ne exponãt ſe periculo contrariæ ſententiæ, quam poſſet reportare in cauſa appellationis, poterit autem expenſas conſequi coram iudice à quo, ut per eum,eodem titul.reprehenſibilis. Adde etiam Rotam, de appella.6.in nouis, ubi iuncta additione noua inuenies, quod diligentia appellati prodeſt appellatori. Et ita limitatur clem. ſi appellationem. Et dicitur, quod non ſufficit,quod appellatus infrà annum dederit petitionem, ſed requiritur, quod inſtiterit ſumma diligentia, ſicut de appellante dicitur in l. ſi. in uerbo, ſumma ope. C. de temp.ap. Quod ultimum pulchrè ſirmat etiam Abb.hic,dicens,quòd ſi prope finẽ fatalium appellatus non adhibuit poſſibilem diligentiam, prædicta nõ procederent. Quod bene no. ¶ Adde etiam Ro.de ap.37.in nouis,ubi firmantur prædicta. Sed caue in uno,quia præſupponitur ibi, quòd etiam in termino hominis appellatus poſſit præuenire appellantem in impetrando cõtra tex.in d.c.oblatæ. Sed dic, quòd illud c. oblatæ. dum prohibet feſtinantiam illã, non ſeruatur in Romana curia,nec attenditur, quòd appellatus nimium præcurrat etiã in termino hominis, ut dicit Io.Mo.in rub.de reſc.in 6. & Ro.de ap.13. in nouis, & ſequitur Phi.in d.c.ſæpe.ibi tertius caſus.ubi prædicta approbat latè,ſed primò præſupponit,quòd appellatus impetrauerit in termino hominis, & potuerit, & paulo j. ſubdit ſatis inaduertenter, quòd impetratio literarum ante terminum hominis non ualet, per tex. ibi, & in d.c.oblatæ. Iden ſequitur dicta Fed.in cõſil.& Imo.ibi, quòd ſufficit, ſi appellatus compareat in termino, ad hoc ut dicatur cœpiſſe proſequi ante tempus. Et dicit idem dicendum per omnia in tẽpore iuris. ¶ Sed contra prædicta cõiter approbata tenet hic ſolus Imo. in tribus locis, per tex. in d.cle.ſi appellationem. quæ indiſtinctè prohibet appellato proſecutionem appellationis poſt fatalia, neque audietur aliquis poſt biennium, niſi ex aliqua iuſta cauſa reſtituatur in integrũ, ut per gl. in auth.ei,qui.C.de temp.ap.& omnes * in c. ea ratiõe.de ap. ¶ Ad iſtum tex. reſpondet,quòd S.nõ ualebat proſequi cauſam principalem, ſed deſertionem & condemnationem expenſarum. Neque habet illa cle.aliquid commune cum iſto tex. quia illa prohibet proſecutionẽ ſuper eo, ſuper quo eſt appellatum,non autẽ prohibet petitionem declarationis deſertionis, & tũc recurrendum eſt ad iſtum tex.ut in ſequenti limi. Et oſtendit Imo.quòd prædicta non probantur ex dictis Rotæ. Dicit enim Rot. de ap.16.in nouis,quòd ſi in cã beneficiali fuit appellatum ad curiam, & fuit legitime intimata appellatio,iuxta cle.cauſam. de elect. quod licet deſeratur dicta appellatio, tamen cauſa dicetur eſſe in curia, ex quo ſemel fuit in curia, & ſic non poteſt impetrari commiſſio extrà, quia, ſecundum Imol. non dicit Rota, quod lapſis fatalibus poſſit fieri proſecutio in curia, imò dicit oppoſitum, quod oportebit per uiam querelæ impetrare nouã commiſſionem in curia, & ſic potius facit contra eũem. Sed certè non facit contrà, quia non tangit aliquid de impetratione facta in termino. ¶ Reſpondet ad aliam deciſionem Rotæ, de ap.6.& 36.in nouis, ubi dicitur, quod ſi appellans, cui eſt ſtatutus terminus ad proſequendum, eſt negligent,& interim appellatus impetrauit commiſſionem, ſi uult ea uti, gaudebit appellans eadem commiſſione, quia non dicit Rot quod diligentia appellati proſit ſibi, uel appellatori poſt fatalia,ſolum uult, quod proſit in proſecutione, ſcilicet facienda j. tempus iuris, ut latius per eum. Et iſtam opi.prius tenuit Car.in d.clem. ſi appellationem.ibi, dic. quod etiamſi appellatus cœpit proſequi ante lapſum fatalium, tamen eis elapſis non audietur ſuper principali, per illum tex. ſed bene ſuper deſertione & condemnatione expenſarum. Et dicit hoc eſſe nouum,& aliàs non bene reſeratum. ¶ Conſidera bene tria. Primò, quòd ubi lapſus eſſet annus, & ceſſante impedimento appellatus & appellans non fuerunt proſecuti,adhuc credo procedere impugnationem iſtorum, quia fatalia ſunt elapſa, & appellatio deſerta, quam deſertionẽ ſimpliciter põderat d.cle.ſi appellationẽ. excludẽdo per eã partes a proſecutione principalis negotij. Sed in uno differt annus à biennio in materia d.c.ea ratione. quia lapſo anno datur impedito biennium, ſed lapſo biennio non datur impedito triennium,ſed ſuccurritur uia reſti.in integ. ¶ Conſidera ſecundò, quod fortè in practica præualerent tot autoritates præal. contra Imol, & Car.maximè propter deciſionem Rot.de appel.6.in nouis, quæ eſt etiam eo.tit.65.in anti.ubi dicitur expreſsè, ꝙ d.cle. ſi appellationem.loquitur,quando neutra partium proſequitur j. terminum, ſed diligentia appellati prodeſt appellanti. Et idem ſentit Aegi. deciſ.357. Tertia Marij. Et quando Imo.dicit, quòd loquitur de tẽpore dato à iudice, & poſtea ſupereſt tempus iuris, hoc non placet, quia d.cle.ſi appellationem,

tionem. ponderat deſertionem, & tu ſcis, quod lapſus ter-
mini hominis operatur deſertionem data negligentia, ſicut
lapſus fatalſū iuris, c. perſonas. in uerbo, ex tunc. & ibi cla-
rè Abb. de ap. Ergo ſi Ro. uult, quod diligentia appellati ad
hunc uiueſcat poſt terminum hominis, ſequitur, quòd durat
poſt deſertionem. ¶ Præterea pro communi facit, quia ap-
pellatus tenetur adhibere diligentiam in proſequendo, ut
hic ſignanter per Abb. & dixi ſ. poſt additionem Ro. de ap.
6. in nouis. Si ergo elapſa ſunt fatalia, uidetur ipſe audien-
dus in proſecutione cauſæ, quia in eo eſt ſpecialior ratio,
quam in appellante. Voluit enim appellās integra fatalia,
& ideo non cadit in eo ulterior multiplicatio temporum.
Sed appellatus non habuit proſequi, niſi uiſa negligentia
appellantis appropinquante fine fatalium, iuxta c. appella-
tori. 2. q. 6. Ideo eſſet magis aſperum, quòd tempora curre-
rent ſibi iam diligenti. Et iſtam puto fuiſſe rationem Doc. li
cet eam nō explicent, & habet æquitatem. ¶ Conſidera ter-
tiò, quod quicquid ſit, urget motiuum Imo. quòd d. cle. ſi
appellationē. loquitur indiſtinctè, & ideo uidetur militare
etiam in appellato, qui ſicut fuit diligens in proſequendo,
ita debuit eſſe in finiendo, interpellando iudicem, ſicut dici
tur de appellante. Non enim conſiderat illa cle. breuitatem
temporis ex parte appellati. Vno caſu poſſet procedere opi.
communis, uidelicet quando non eſſent lapſa fatalia iuris,
ſed terminus datus appellanti ad proſequendum, quia da-
to, quòd per negligentiam appellantis inducatur deſertio,
tamen diligentia appellati non erit inanis, & proderit ſibi,
& appellanti. Et ita propriè loquitur Rot. in loco præall. &
ita Fed. d. conſi. 108. & Imol. in d. c. ſæpe. qui reuera non eſt
ſibi contrarius, quia ibi loquitur in termino hominis, hic
in termino iuris. Et ita Aegid. concl. 269. Præfiſo termino.
dicens, quod ſi appellanti præfiguntur 10. dies ad proſequē
dum, ĩ. quos appellatus fecit cauſam committi auditori, nō
dicitur appellatio deſerta, licet ipſe appellans nihil fecerit:
ſecus, ſi appellatus non impetraſſet, d. c. perſonas. Remane-
bit ergo limitata d. cle. ſi appellationē. hoc modo, uidelicet
ut habeat locum in deſertione cauſata ex lapſu fatalium
iuris, etiāſi appellatus antea impetrauit:
ſecus in deſertione cauſata ex lapſu ter-
mini hominis, [a] in qua proderit diligen-
tia appellati. Et ita erit potentior diſpo-
ſitio l. quàm hominis, ad nullitatē actus,
iuxta doctrinam Bar. in l. amplius. ff. rem
ra. ha. Ratio differētiæ inter deſertionem
inductā à lege, uel ab homine: quia anguſtia temporis præ-
fixi appellanti non eſt ad finiendum, ſed ad proſequendum,
de ap. ca inſinuatione. Et ideo non debet ita arctare appella
tum. De multiplici uerò terminorū aſſignatione uide Abb.
& Phil. in d. c. perſonas. Et iſtas adaptatiōes bene guſtabis:
quia non reperi alibi declaratas, & ſæpe inſeruient. ¶ Limi-
tatur etiam d. cle. ſi appellationem. ut non procedat, quan-
tum ad proſequendā deſertionem & condemnationem ex-
penſarum. Ita Butr. Doml. & Imo. hic per iſtum text. Quod
intelligit hic Car. dum modò ſit dubium ſuper deſertione:
ſed ſi deſertio eſt notoria, ſecus: quia finita eſt per ipſam in-
ſtantia appellationis. Ergo ceſſat officium iudicis, per l. 4.
cum materia, C. de poſ. & l. terminato. C. de fru. & li. cap. &
c. 2. de offic. iu. Sed contrariū tenet hic Imol. Et huic rationi
reſpondet, quod imò etiam data notorietate deſertionis pōt
iudex ad quem implorato eius officio, pronunciare ſuper
deſertione, per iſtum text. indiſtinctè loquentem, & per l. ſi
præſes. C. qñ & quando iud. & Bart. in l. eos. C. de ap. For-
tiùs dicit Imo. quod ſi eſſet dubium de deſertione, & iudex
ad quem, pronunciaret appellationem non eſſe deſertā, &
non appellaretur à tali pronunciatione, tunc poſſet etiam
procedi in cauſa principali: quia talis ſententia faceret præ-
iudicium partibus, per c. cum dilecti. in fi. de elect. Ita dicit
eſſe de mente Bu. in c. ex ratione, de ap. & in d. cle. ſi appel-
8 lationem. Et ideo Pe. de Anc. hic per iſtum tex. dicit ſe † ob
tinuiſſe in facto, quòd delegatus datus ſuper appellatione
poteſt pronunciare deſertam appellationem, & cōdemnare
in expenſis, per iſtum tex. dicens idem cōſuluiſſe Fed. & fa-
cere gl. in rub. C. qui dari tut. poſ. Cum iſtis concordat Sal.
in d. l. eos. Et dicit Ang. in l. tale pactum. §. qui prouocauit.
in rep. ff. de pac. quòd iudex appellationis pronunciabit ſu-
per deſertione, quando partes tranſegerunt, ſicut quādo lap

a *Hominis*] *Adde Ro. in deciſio. 321. item ſi appellatur. & no. in c. cum ſit. ĩ. de ap.*

ſa ſunt fatalia, licet Bal. in d. l. eos. dicit, quòd ubi notoria
eſt deſertio, ſequenda eſt gl. ibi, & ſubdit, quòd non dicitur
notoria ſolo curſu temporum, niſi ſit lapſum biennium, ut
lanùs per eum. ¶ Declara tamen dupliciter. Primò, dū mo
dò appellans comparuerit aliquando coram iudice ad quē,
ſecus, ſi nunquam comparuit, quia corā eo nulla eſt inſtan-
tia. Ideo impoſſibile eſt, quòd aliquam ferat ſententiā. Ang.
9 in d. l. eos. ¶ Secundo † declara ea uerbis aureis Ang. in l.
ſi cōtra maiores. C. de ap. ubi dicit, quòd
b ſi appellatio [b] eſt deſerta, uictor pōt adire
iudicem, qui ſententiam tulit, & petere,
ut mandet illam executioni citato appel
lante ad contradicendum, cur non ſit exe
cutioni mandāda, & tenetur appellās cō
parere & docere de proſecutione, & ſi nō
comparet, uel non docet, poteſt ad execu
e tionem deueniri; [e] per text. ſingularem
ibi, quem in ſimilis uicibus dicit ſe pra-
cticaſſe. Nec eſt opus, quòd pronunciet
ſuper deſertione. Et ita euitabiē magnus
circuitus, ut etiam per eum conſil. 227.
Viſis omnibus dictis & uctis. Ergo non
ſit opus pronunciare ſuper deſertione,
quando eſt notoria, faciunt no. per Legi-
ſtas in l. ſtipulatio. §. habet. ff. de ope. no.
nun. & latiùs probat And. Sic. hic ponēs
in hac limitatione omnia prædicta ¶ Ad
datis multa utilia, & alibi nō ordinata in
hac quotidiana materia. Et primò Rot.
10 de ap. 13. in nouis, ubi dicitur, quòd † de
legatus datus in cauſa appellationis pōt
pronūciare appellationem eſſe deſertam,
præſertim ſi commiſſum eſt ſibi negotiū
principale, imò poteſt confirmare primā
ſententiam, ſi uoluerit, quia ex quo eſt
confirmata à iure per lapſum fatalium,
nō malè facit ipſam confirmando. Alleg.
Innoc. in c. j. de confir. util. uel inutil. Et
idem dicit Phi. in d. c. ex ratione. ibi, circa
tertium. dicens eſſe tex. Sic etiam Ro. de
ap. 24. in nouis, uult, quod etiam abſque
alia noua commiſſione auditor datus in
cauſa appellationis poteſt de deſertione
cognoſcere. Inducit c. ſua. de ap. Et quia
oēs cauſæ ſolent committi in curia cum
incidentibus, dependentibus, & connexis,
& huiuſmodi deſertio eſt unum inci-
dens, ſiue emergens, de quo tanquam de
præiudiciali ante oīa eſt cognoſcendum,
c. j. & c. tuam de or. cog. Et ita etiā Tho.
Faſtoli dubio. Rotæ 9. incipi. Sed dubium. dicens, quòd
iudex ad quem, poteſt ſuper deſertione pronunciare. ¶ De-
clara primò id, quod eſt dictum, dum modò appellans com
paruerit coram iudice ad quem, aliàs non: ut ſ. poſt Ang. in
d. l. eos. Pro quo uide Fed. cōſ. 137. Caſus talis eſt, quidam
à ſententia. ubi dicit, quod quādo nulla eſt facta proſecutio,
& fatalia ſunt decurſa, pronunciatio ſuper deſertione, &
cōdemnatio expenſarum pertinent ad iudicem à quo, per
c. reprehenſibilis. de ap. & facit, quod nota. Abba. in c. fi. de
ſequeſt. poſ. ¶ Secundò declara illud, quod eſt dictum. Iudi-
cem datum in curia ſuper appellatione poſſe cognoſcere de
deſertione: quia procedit, quando cauſa appellationis eſt
commiſſa principaliter: quia cū habeat uidere, an ſit iudex,
non poteſt hoc uidere, niſi cognoſcat & iudicet de deſer-
tione: & tunc propter articulum deſertionis non eſt opus
noua citatione, poſtquam cauſa eſt deuoluta ad curiam, &
ualet pronunciatio ſuper deſertione contra abſentem non
citatum: ſed ſecus, ubi non eſt cauſa appellationis, ſed de-
ſertionis principaliter commiſſa. quia tunc ipſum articulū
nec diſcutere, nec declarare poterit, niſi parte legitimè uo-
cata. Ita Rot. de ap. 59. in nouis. Et dicit Rot. ibidem 56. quòd
iudex datus ſuper deſertione ad inſtantiam appellati non
citat partem, quādo etiam eſt datus in cauſa appellationis,
quaſi iudicaturus ſuper acceſſorio: ſecus, ſi poſt fatalia deſ
principaliter ſuper deſertione. ¶ Declara tertiò illud, quod
eſt dictum, iudicem à quo, poſſe incidenter cognoſcere de
deſer-

b *Si appellatio*] *Adde tu, quòd iſtud etiam tenuit Bartol. in l. tale pactum. §. qui prouocauit in uerſic. item aduerte. ff. de pac. Sed ibi Bar. dicit, quod ſi ſententia remanet firma propter curſum fatalium, quòd iudex primus, ſi eſſet ordinarius, exequitur, & ſic uult, quod non habens locum hoc ī iudice delegato, prout uidetur hoc tenere Felinus. Conſidera, quia multū ſtringit illā l. ſi cōtra maiores. quæ loquitur indiſtinctè.*

e *Deueniri*] *Adde Bal. in addi. ad Spec. in tit. de appel. uerſ. ſi nemo. et in Marg. uerb. executor. uerſi. 9 et in auth. ſi quis litigantium. C. de epiſ. aud. & adde etiā Ang. in conſi. 136. incipien. in Dei nomine, ſtantum prædictū. & Alex. de Imol. in conſil. 95. 2. par.*

deſertione, quia eſt uerum, ſi ſit ordinarius, ſed ſi eſt delegatus, à quo fuit appellatum, non pōt cognoſcere de deſertione ſine noua commiſſione, quia eſt alius articulus à principali. Ita ſignanter Ro. de ap. 29. in nouis, niſi committatur ſibi de nouo, quia tunc pōt, ut ibi. In quo ultimo dic, quòd poteris recuſari, Abb. in c. ad hoc. el j. de ap. Quod ad limitationem Rotæ. no. ibi Phi. confirmãdo, ut per eum. ¶ Prædictis non obſtat, quod ſit perempta inſtantia, & iuriſdictio reuerſa ad primum iudicem: quia reſponſio colligitur ex dictis Imo. hic. Pro quo uide Feder. conſil. 133. præalle. ubi dicit, quod ſi cauſa fuit inchoata coram ſecundo iudice, poteſt cognoſcere ipſe de deſertione, & abſoluere ab obſeruatione iudicij & condemnare in expenſis. Neque repugnat, quod dicat ſe non iudicem, & iſta faciat: quia cognoſcere poteſt de iſta exceptione, uidelicet, quòd ſententia tranſiuit in rem iudicatam, capitu. Romana. §. ſi uerò uocatus. de appellatio. in ſexto. Si poteſt cognoſcere. ergo condemnare in expenſis, cap. cum appellationibus de appella. in 6. cle. j. de reſcri. dicetur ĩ. eo. c. ſi. Vbi etiam uidebitur, an ſit neceſſaria cautela Spe. ꝙ primò condemnet in expenſis, poſtea dicat ſe non iudicem. Et iſta nota contra Pe. de Anc. d. cle. ſi appellationem. quem ibi refert Car. ubi dicit, quod ſublato principali non pōt iudex appellationis cognoſcere de expenſis: quē poſtea Car. ibi ad fi. impugnat per tex. hic, & de ap. Nic. ¶ Neq; ſunt iſtæ expenſæ uictoriæ, ſed potius contumaciæ, ſecundum eum. Et ita ceſſat illa ratio de neceſſario, ꝙ procedit in expenſis uictoriæ. Expenſæ aũt contumaciæ ſeu fruſtrationis ueniũt: quia habuit iſte iuriſdictionem in cognoſcendo an ſua ſit iuriſdictio. Et iſtis adde Bal. in l. furti. §. j. uerſic. uenio ad tertium. ff. de infa. ubi dicit, ꝙ ſup deſertione appellationis non eſt neceſſaria pñũciatio. Alleg. gl. in d. l. cos. ¶ Concludendũ eſt ergo attentis oībus, ꝙ qui uult adire iudicem, ut pronunciet ſuper deſertione appellationis, pōt. Ita intelligatur Bar. in d. l. cos. & ibi Sal. in uer. reuertor ad gl. & etiam Flo. de ſancto Petro. Aut uis adire iudicem à quo: & ſi eſt delegatus, non pōt adiri, ut ſ. Aut eſt ordinarius: & tunc non poteſt adiri, ut pronunciet principaliter ſuper deſertione: quia coram eo nõ fuit appellatio, uel deſertio principaliter uẽtilata. Aut aditur, ut principaliter exequatur ſñiam: & hoc poteſt

a *Parte citata*] a *Adde Rot. in deciſ. 417. ſi appelletur, & ſequ. ſi à diffinitiua. in nouis.*

parte citata. [a] Bart. in l. j. in fi. ff. nil. no. ap. Bald. Ang. & Sal. in d. l. ſi contra. C. de ap. ¶ Erit tunc practica duplex, ſecundũ Ang. Arc. in l. ſi expreſſum. ad fi. ff. de app. Prima, ꝙ abſque alia declaratione ſuper lapſu fatalium exequatur ſñiam: & ſatis eſt, ꝙ conſtet ex actis. Et ita Bald. in d. l. cos. Et ideo cum fingatur non fuiſſe appellatũ, remanet iuriſdictio primi iudicis in eiſdẽ terminis, in quibus erat añ appellationẽ, ut firmat Pet. de Anc. in d. cle. ſi appellationẽ. Alia practica erit, ꝙ pronũciet fatalia eſſe decurſa, & ſñiam remanere confirmatam, quam exequendam decernat. ¶ Et no. duo. Primò, ꝙ ſi biennium non eſt elapſum, ſolus curſus minoris temporis nõ infert deſertionem, nam ante bienniũ pōt interuenire impedimentum, cuius probatio, uel improbatio conſiſtit in facto, & ideo dubiũ eſt. Ita Bal. in d. l. cos. & fuit dictum Bar. in d. l. j. in fi. ff. nil. no. ap. pen. Pro quib. facit d. cle. ſicut. in fin. de ap. dum loquitur de biennio. ¶ Secundò not. quòd ſi per ſtatutum omnia tempora appellationis ſunt utilia, nunquam ſententia poteſt executioni mandari, niſi primò pronuncietur appellationem deſertam, etiamſi eſſent decurſa multa tempora, quia tempora utilia requirunt inquiſitionem facti, i. calculationem & computum dierum non computandorum, iuxta l. 3. §. ad diem: & quod ibi Bar. ff. de re mil. Ita Bal. in d. l. cos. uer. ex his apparet, quòd per ſtatuta. de quo ualde exclamat Phil. in d. l. ex ratione. prope fi. & Ang. Arc. in d. l. ſi expreſſum. ¶ Et circa prædicta adde etiam Ro. de ap. 37. in anti. ubi dicitur, quòd poſt lapſum fatalium pars appellata non poteſt facere committi negotiũ principale, nec eſt opus noua citatione, quia negotium ſemel eſt ad curiam deuolutum. Tamẽ collector & ſummator cõtra, quia ceſſante appellatiõe, ceſſat deuolutio ad curiam. Ideo ſi appellatio eſt deſerta, negotium principale cũ ſuis acceſſorijs deſinit eſſe in curia. Et dicit Rot. ibidem, 39. & 7. in anti. quòd iudex datus in cauſa ap. poteſt pronunciare appellationem eſſe deſertam, uel confirmare, ſi uoluerit, primam ſententiam. Et ita intelligit Rot. de re iudic. 33. in anti. ubi dicunt, quòd auditor non procedit ad executionem ſententiæ, in qua pronunciauit appellationem deſertam, niſi ſeruẽtur termini ſacri palatij. Dicit etiã pulchrè Ro. de ap. 40. in anti. quòd ſi appellatur à ſententia lata ſuper deſertione, poteſt iudex eam reuocare, & reponere appellantem ad docendum de diligentia, quia reuera eſt interlocutoria. Non obſtat de off. deleg. ſignificantibus. ubi non reuocatur interlocutoria, per quam finitur iuriſdictio, quia fallit, niſi ab ea ſit appellatum. Quod not. Et idem Ro. concluſio. ibi ſequenti, ſcilicet duodecima. Et Aegi. deciſione Ru. 424. Si iudex appellationis. ¶ No. etiam, quòd ubi appellatio eſt deſerta, auditor impetratus in cauſa appellationis ſolum habet pronunciare appellationem eſſe deſertam, nec proſecutio appellationis ualidat appellationem, nec impedit tranſitum in rem iudicatam Rot. de appella. in anti. ¶ Not. etiam, quod dicitur deſerta appellatio, ſi infra fatalia non ſit finita, etiamſi eſſet concluſum in cauſa. Rot. de appellatio. 25. in anti. Et licet ſententia conſiſtat in facto iudicis, tamen bene conſiſtit in facto partis, quod petat ſententiam ferri, ut dicimus in compenſatione, quæ licet ipſo iure competat, tamen ab homine debet peti, C. de compẽſ. ſi conſtat. ſecundum Rot. ibidem, quæ ſubdit, quod coram Papa non cadit deſertio propter difficultatem habendi eius copiam. ¶ No. etiam, quod appellationem non eſſe deſertam poteſt probari, docto de diligentia appellantis, etiam per iuramentum procuratoris, iunctis debitis coniecturis, Rot. de præben. 33. in anti. ¶ Not. etiam, quod ſi iudex procedit deſerta appellatione. ſtante dubio, an ſit deſerta, ualet proceſſus. Butr. infrà, ſuper literis. ibi, uide dubitari. dum modò prius pronunciet ſe competentem. Et ita pronunciet, quod firmetur inſtantia, ut quia concludat appellationem deſertam non eſſe, quia tunc non ſubeſt defectus poteſtatis, nec inſtantiæ. Alias ſi non tollitur uterque defectus ea pronunciatione, ſententia eſt nulla, ut propter defectum poteſtatis, uel quia lata ſine inſtantia. Ita intelligit gloſſ. maiorem in clemen. ſi appellationem. de appellatio. Idem Imol. hic, & in d. c. ſuper literis. & Phil. de appellatio. ex ratione. & Imol. infrà, eodem. cùm dilecta. reputantes hanc eſſe ſing. limitationem ad d. clemen. ſi appellationem. uidelicet niſi ſit pronunciatum, appellationem non eſſe deſertam, dum modò fuerit reuocatum in dubium per ipſas

a partes de deſertione, & ſecuta pronunciatio ſuper non deſertione, quia ſi ab ea non fuit appellatum, ualebit ſententia, quæ poſtea infirmauit primam, à qua fuerat in principali appellatum. Et pro iſtis uide not. per Dominic. in c. j. uerſicu. quid ſi pronunciatur. de reſcript. in ſexto. ubi tractat poſt Lapum. quod ſi orto dubio, an impetrans eſſet excommunicatus, iudex pronunciet ſe competentem, ſi non appellatur, ualebit poſtea proceſſus & ſententia, poſito quòd in ueritate reſcriptum fuiſſet nullum, & impetratum ab excommunicato. Adde etiam Aegi. concluſ. 438. Iudex,

11 &c. ubi dicit fortius, quod, † iudex tertiæ inſtantiæ licet reperiat ex actis appellationem à ſecunda inſtantia interpoſitam eſſe deſertam, ſi tamen de hoc non ſit quæſtio, poteſt nihilo minus ſecundam ſententiam confirmare, quia articulus deſertionis non eſt diſcuſſus, & poteſt eſſe, quòd ſi diſcuteretur deſertio, excuſaretur, & hoc maxime, quia non poteſt appellans de deſertione opponere. ¶ Conſidera, quòd iſta dant cautelam partibus uolentibus euitare clem. ſi appellationem. ut fingant eſſe dubium de deſertione, & eam non probent, ad hoc, ut pronuncietur appellationem non eſſe deſertam, quia ſi non eſt lapſum biennium, difficilè obuiabitur huic cautelæ, ſed elapſo biennio non procederet propter notorietatem deſertionis. ¶ Cogita etiam, quòd ſi j. biennium partes confiteantur appellationem non eſſe deſertam: quia uidetur ſtandum confeſſioni, niſi aliud appareat, per tex. in ſimili in c. fi. de prob. ubi ſtat cõfeſſioni partium, an fuerit lis conteſtata, & tamen eſt ſolennitas, cui partes renunciare non poſſunt. Glo. de offi. deleg. de cauſis. cum concor. quas ibi dici. Adde etiam Rotam Aegidij 207. Auditor datus. ubi dicitur, quod auditor datus ſuper cauſa appellationis & deſertionis, ſi reperiat bene iudicatum, & malè appellatum, & appellationem eſſe modò deſertam, poteſt pronunciare bene proceſſum, & malè appellatum, & appellationem deſertam, quia de omnibus his conſtat ſibi, &

de quâ re. ff. de iudic. ¶ Si diceretur, non eſt hic appellatio, ex quo eſt deſertio, ergo non dicitur eſſe iudex ſuper articulo appellationis: reſponde, quod illud, quod appellatio deſerta habeatur pro non appellatione, eſt in odium appellantis, non autem appellati: tamen non firmat, quod eſt dictum. ¶ Prærogatiuas remedij attentatorum pendente appellatione, & 7. effectus, propter quos eſt utilius, quam interdictum Vnde ui, ponit Phil. egregiè, de op. bouæ. facta mentione opportuna Innocent. & aliorum hic, propterea nihil adde. ¶ Circa quatuor limitationes, quas dat hic Abb. ad l. in cauſæ. la 2. ff. de mino. adde Bar. & alios in l. in prouinciali. ff. de ope. no. nun. Et ad primam adde etiam Abba. de præſumpt. illud. ibi, & aduertendum. Et pondera, quod aliquid dicitur à iure proditum, & tamen eſt contra ius, ut reſtitutio in integ. ſicut etiam diſpenſatio, 1. q. 6. c. requiſitis. §. niſi rigor. Et dicuntur contra ius, id eſt, contra regulas iuris. ¶ Ad ſecundam limitationem adde Card. de teſti. ſignificauit. ſecundò oppo. per illum tex. ubi presbyter omiſit conditionem ea. l. ſicut data. C. de liberali cauſa. electa uia examinationis teſtium ad perpetuam memoriam, quia pinguior erat & breuior. Et dicit ibi Abb. quòd electio unius remedij impedit aliud, per illum text. cum gl. etiamſi ambo eſſent extraordinaria, ut ibi per Bald. But. & Imol.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ordinarius non repellitur à iudicando propter crimen. Et quid de prælato notoriè criminoſo. Ibidem paulo pòſt.*
2 *Clericus poſt ſententiam perdit beneficium, ſed ante ſententiam licitè retinet, licet ſit homicida. nu. 3.*
4 *Proceſſus iudicis, qui patiebatur defectum impedientem ſuæ poteſtatis non occultum, ualet, ſi non fuit oppoſitum.*
5 *Quid in delegato.*
6 *Excuſare ſe non poteſt ratione infamiæ, uel inhabilitatis ille, cui eſt facta commiſſio, niſi impedimentum fuiſſet prius detectum, puta quia condemnatus.*
7 *Teſtis poteſt ſe excuſare, dicendo, Non ſum habilis.*
8 *Electus debet manifeſtare defectum ſuum, ſi ſit tale impedimentum, quod impediat exercitium officij, uel dignitatis.*
9 *Illiteratus poteſt eſſe iudex.*
10 *Iudex neſciens legere, an propter hoc ſit inhabilis.*
11 *Illiteratus non poteſt eſſe aduocatus.*
12 *Impedimentum collegæ debet eſſe notum collegio, ad hoc ut ualeat eorum proceſſus, nec ſufficeret, quòd in ueritate ſubeſſet impedimentum.*
13 *Collatio executoris ante receptas literas eſt nulla. Rationem annectit.*
14 *Differentia quæ ſit inter dandam et conſolidandam iuriſdictionẽ.*
15 *Actus geſti per procuratorem ante receptum mandatum ualent de ſtylo curiæ ſacri palatij, ſi uerò erat procurator.*
16 *Commiſſio ſi fiat uni ſoli, deputatis duobus alijs, caſu, quo ipſe nollet, uel non poſſet expedire, illa uerba intelliguntur, quòd non poſſit per ſe, uel per alium.*

CAPITVLVM XIII.

SCISCITATVS. ¶ Reſcriptum, quo ſcribitur pluribus cum clauſula, Quòd ſi non omnes, intelligitur tam de impotentia facti, quam iuris. H. D. Et dicitur impotentia iuris etiã, quando aliter legitime non poteſt intereſſe, puta, quia eſt neceſſarium, ut ſit teſtis in cauſa illa. Tex. cum gl. in uer. excluſo. in c. dilecto. de teſti. per quem multum extenditur iſte tex. ſecũdum Abb. ibi. Dum tangit Abb. utrum allegans impedimentum debeat probare ſe fuiſſe conatum, ut expediret actum, ſed ſe fuiſſe impeditum, adde, quæ opportunè dixi in c. ex tranſmiſſa. de præſcr. ponendo multa ultra Alex. in l. 2. § & quod diximus. a ff. ſi quis cau. & in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi. de ope. no. nun. & Phil. de app. ex ratione. ponentes etiam de proteſtatione impediti.

1 CRIMEN Non † repellit ordinarium à iudicando. b Inn. hîc. Adde Bal. in l. eum fratrem. ibi unum ſcias. C. de his, qui. ut indi. ubi dicit, quòd notorium nunquam habet uires ad aliquem deponendũ, uel priuandum, niſi ſequatur ſententia depoſitionis, uel priuationis. Et ideo licet aliquis prælatus ſit notoriè criminoſus, nõ tamen per hoc eſt depoſitus ipſo iure, etiamſi ſit homicida. Alle. Innocent. in c. cum ſecundum. de hæretic. in 6. niſi ſit ei interdictum per ſententiam. In quo ultimo contrarium tenẽt communiter in Mod. in l. is, cui bonis. ff. de uer. obl. ut ibi per Alex. ¶ Adde etiam Arch. 8. q. 4. nonne. ubi dicit, quod Abb. oppoſuit ſimoniam epiſcopo petẽti iura epiſcopalia, & unus Cardinalis iudex in hoc fuit interlocutus non eſſe audiendum abbatem, cuius procurator appellauit, & Papa cum cardinalibus eum repulit cum uerecundia, primò, quia quandiu ab eccleſia toleratur, non debet repelli, imò, ut epiſcopus, debet ad omnia admitti, ut ibi, & 2. q. 1. multi. ſecundò, quia contra electum & confirmatum non auditur quis in modũ exceptionis, ſed in modum accuſationis, c. ſuper his. de accuſ. Ergo multo minùs excipietur cõtra epiſcopum fortè iamdiu in poſſeſſione exiſtentẽ. Refert tamẽ Roſ. dixiſſe in ſuis libellis, quod illa ſententia fuit dura. Sed ad iura per eum allegata reſpondet Domi. in d. c. nonne. quòd loquuntur in his caſibus, in quibus confirmatio non ualet. Sed ubi ualet, ſecus, quia per eam cõfertur ius adminiſtrandi, c. tranſmiſſam. de elec. Vnde licet poſtea remoueretur, tamen autoritate & traditione confirmationis ualent, quæ geſſit, per d. c. de elec. nihil. Sed tu caue, quia inſpecta iſta reſponſione fortè hodie procederet opinio. Roſ. quia confirmatio electi per ſimoniam eſt hodie ipſo iure nulla, nullum ius conferens, ut in conſtitutione Martini V. multæ. & in alia incipiente, damnabile. & Eugenij IIII. cum deteſtabile. de quibus fit mentio in Summa Piſana, in uerbo, ſimonia. in ultima additione. Quas conſtitutiones innouauit Paulus II. in conſt. incip. cum deteſtabile. impreſſa à quibuſdam poſt tractatum Archiepiſcopi Florentini De cenſuris. ¶ Adde † etiam Bald. in l. 2. §. miles. ff. de iuſa. quod clericus perdit beneficium poſt ſententiam, ſed ante ſententiã licitè retinet, etiamſi ſit homicida. Alleg. Innocent. in d. c. cum noſtris. Et ideo dicit Bald. in l. Caſſius. in princip. ff. de ſena. quod in his, quæ ratione officij quis facit, puta ſi ſit prælatus, tenet, quod facit infamis, donec ſit priuatus. Alleg. Innocent. de accuſat. qualiter. lo 2. ad ſi. Vnde irregularis & homicida remanent in ſua prælatura, donec remoueantur. Alleg. not. in d. c. cum noſtris. in Nouel. Et comes condemnatus in mille pro furto, uel falſo, non perdit comitatum, quem habet à rege, à quo non repetitur amotus. Et ſubdit paulò infrà, quod iudici ordinario non poteſt opponi infamia. Alleg. Innoc. hic. ¶ Similiter dicit Angel. in l. prætor. §. non autem. ff. de iudic. quod ſi impetrans iudicem delegatum, tacet, quod eſt adulter, uel homicida, propter hoc reſcriptum non eſt nullum, tãquam tacita ueritate impetratum. Alleg. Innocens. infrà, eodem. ſuper literis. qui hoc uult ſuper uerbo, qualiter. in princip. quamuis ſi Papa hoc ſciuiſſet, nunquam dediſſet illum iudicem. Nec obſt. text. ibi, quia loquitur in concernentibus proceſſum negotij, uel iudicij. ¶ Similiter dicit Bald. in l. Barbarius. de offic. præt. in lec. non in rep. ibi, quid dicemus. quod in omnibus dignitatibus, quib. eſt annexa iuriſdictio, ſiue ſint ſeculares, ſiue eccleſiaſticæ ualent geſta ab ordinario, licet minùs digno, & cui officium eſſet per ſuperiorem interdicendum. Alleg. Inno. hic. Et ſubdit, quod ſubditi nihil poſſunt opponere ordinario exiſtenti in quaſi poſſeſſione iuriſdictionis ſuperiore ſciente & patiente. ¶ Similiter dicit Bald. in d. l. Barbarius. in repetit. ibi, ſed quid de ſeruo religioſus. quòd homicida eſt uerus epiſcopus, quouſq; priua , ſed remouendus eſt, tanq̃ indignus Alleg. Innoc. in c. cum noſtris. Secus dicit in apoſtata: quia eſt incapax prælaturæ, etiamſi Papa ipſum promoueat, niſi ſciret eum apoſtatam: quia uidetur diſpenſare, ſecus in inferiore à Papa. Quæ uerba de apoſtata non

a §. & quod diximus] Ita ibidẽ uide Bartol. idem tenentem, & in l. præſes. de app. & adde tex. no. ſecũdum Bar. ibi in l. quod commeatus. ff. de re mili. & Bal. in l. in prouinciali. ... de fur. & Alex. de Imol. in conſ. 49. ij. parte. Et adde, quod ſing. dicit Bart. in d. l. 2. allegata in ter. §. 1. ff. ſi quis cau. ſt. poſt Imo. in c. pe. de dolo. quod cautela eſt quod quis notificet iudex impedimentũ, ut ſic proceſſus poſtea factus ſit nullus. Nam ſi iudex ſciuerit impedimentum, non poterit iuſte impeditus in expenſis condemnari, nec ſententia contra eum ſuper principali ualet. Ita dicit not. contra Ang. Paul. de Caſt. in d. l. 2. §. ſi. ff. ſi quis cau.

b A iudicando] Adde Spec. in tit. de dolo. §. 8. uerſi. item quod compromiſit. & ſeq.

nõ memini me legiſſe alibi. ¶ Similiter dicit Roc. de excep. l. in antiquis: quòd nõ eſt bona exceptio, ſi cõtra prouiſum opponitur crimen in modum exceptionis: quia per exceptionem criminis quis non deponitur, niſi opponatur per uiam accuſationis, d. c. ſuper his. ¶ Et aduerte, quia aliud eſt dicere, quòd homicidium non inducit priuationem dignitatis iam obtentæ. Et hoc eſt uerum. Et ita Inno. in d. c. cum noſtris. Aliud eſt dicere, quòd non inducit nullitatem collationis poſt homicidium factæ. Et iſtud eſt falſum, neque hoc dicit Inn. ut per Nic. Myl. in reper. fol. 79. §. irregularis, ut homicidæ. Et Abb. in d. c. cum noſtris. ad fi. Dixi in c. 2. ſ. eo. Et ibi dicta conueniunt in multis cum prædictis trahentibus originem à uerbis aureis Inno. in d. c. cũ noſtris. ¶ contra opi. communem inſurgit hic And. Sic. uolens, quòd nedum crimina priuante ipſo facto, ſed etiam digno priuatione poteſt excipi contra ordinarium, ſi ſit notorium. ¶ Mouetur quadrupliciter, & cuilibet motiuo oppone reſpõſionem breuiſſimè. Primò inducit c. nonne. 8. q. 4. ibi, pro dubia ſuſpicione. Reſponde: quòd ceſſat ibi argu. à contrario, propter text. in c. ſciſcitantibus. 15. quæſt. ult. in uerbo, comprehenſus in adulterio. iuncta gloſſ. cum concord. de quibus per glo. de præſcript. cùm non liceat. ¶ Secundò inducit c. querelam. de iureiur. in uerbo, remouẽtes: Ergo propter periurium quis eſt priuatus ipſo iure. Reſponde primò, quòd illud uerbum nõ importat ipſo iure, ut dixi ſuprà, eod. c. 2. Secundò reſponde, quòd dato, quòd periurus eſſet ſtatim priuatus; tunc iſtud eſſet unum exemplum ad ſecundam limitationem. de qua infrà. ¶ Tertiò allegat Archid. in c. ſtudeat. 1. diſtin. ubi tenet contra Innoc. in d. c. cum noſtris. quòd imò homicida ſit ipſo iure priuatus, per illum text. ubi indiget diſpenſatione. Reſponde primò, ut eſt reſponſum proximè. Secundò, quòd motiua Archidiac. non inferunt, quòd ſit priuatus ipſo iure, ſed quia neceſſaria eſt ei diſpenſatio, ut licitè teneat, & non deponatur, ſecundum Domini. c. ibi, qui etiam nota. uerbum Sententiæ de quo ibi, per quod apparet eccleſiam eſſe ſuam. ¶ Quartò allegat gloſ. in l. 1. §. miles. ff. de his, qui no. infa. Reſponde, ut per Abba. in d. c. querelam. Iſtis ergo facilè retro poſitis ſtat communis opinio, pro qua multum facit dictum Iun. de accuſat. qualiter. in 2. ad fin. dum dicit, quòd ſententia lata ſuper crimine digno priuatione, nõ priuat. Dixi ſuprà, eodem. cæterum. 8. reſtrictione. Et tamen ſententia facit crimen notorium, cap. fi. de coha. cleric. Ergo ſola notorietas criminis non priuat. ¶ Rationem autem differentiæ inter ordinarium & delegatum ponunt hic Doct. triplicem. Prima: quia ordinarius remaneret iudex in alijs. Iſtam reprobat Imol. quia idem contingere poſſet in delegato ad uniuerſitatem cauſarum. Secunda ratio: quia ordinarius habet officium de publico, in quo poteſt operari tolerantia ſuperioris: ſed delegatus habet potius certum miniſterium. Tertia ratio: quia iſtæ exceptiones impediunt, ut quis fiat iudex, non autem factum iudicem, ne poſſit iudicare. Sed delegatus non eſt factus iudex ante lit. conteſtat. cum eius iuriſdictio poſſit elidi. Et ſic demum firmatur propter lit. conteſt. Sed ſuperior poteſt ab eo reuocare iuriſdictionem. Ordinarius uerò recipit officium in confirmatione. Ideo in eo ſecus. Quæ ratio poſſet cauillari: quia ſi poſt lit. conteſt. detegeretur infamia prius non nota, poteſt de ea obijci, per c. in nouatione. de officio. deleg. Ideò ſecunda ratio melior,
5 ſecundum Imol. ¶ Et † habes locum opinio communis etiam in prælato notoriè crimino ſo & incorrigibili, per d. c. nonne. ſecundum Ab. hic contra Hoſtienſ. in c. j. de cenſi. in 6. Et ſi diceretur, propter hæreſim manifeſtam, licitè receditur à prælato: gloſſ. j. in d. c. cum non liceat. Et iſtud ſapit hæreſim, ſcilicet, habere crimen notorium, & eſſe incorrigibilem, gloſſ. fin. in ca. ſi Papa. 40. diſtin. reſponde, quòd ubi fit mentio de depoſitione, uel ſubtractione obedientiæ propter hæreſim, debet intelligi de hæreſi propriè, prout eſt error in fide, non de alijs, quæ largè dicuntur hæreſes, ut ſimonia, gloſſ. j. in c. ſi quis pecunia. 79. diſtin. & Domi. in d. c. ſi Papa. Et dum Abba. allegat gloſſ. in c. ſacerdotes. 2. q. 7. adde, quæ dixi poſt ipſum de præſcript. cum non liceat. Et ad prædictam regulam oppone & ſolue, ut dico in fin. huius c. ¶ Limitantur primò prædicta, in excommunicatione, quia illa ſemper opponi poteſt contra quemlibet iudicem in omni parte iudicij, ut plenè traditur de re iudi.

ad probandum. Facit c. pia. in fin. de excommu. in 6. cum ibi no. Et ita omnes hic. * ¶ Secũdò limita, niſi excipiatur de crimine inducente priuationem officij ipſo facto, putà ſi fuit condemnatus de crimine infamante, quia talis ſententia priuat ipſo iure. Abba. hic. ¶ Tertiò limita, niſi iudex commiſiſſet crimen inducens ipſo facto nullitatem tituli dignitatis ſuæ, per id, quod dictum eſt ſuprà, de ſimoniaco, apoſtata, & ſimil. In quo aduerte, quia non ſufficit talia fuiſſe commiſſa, ad hoc, ut habeatur pro priuato, ſed requiritur ſententia, non dico, priuatiua, ſed declaratoria commiſſi criminis, per d. ſ. cum ſecundum. de hæret. in 6. & l. eius, qui delatorem. ff. de iu. fiſ. & ibi Bart. Tamen talis declaratoria non eſt neceſſaria in 4. caſibus, quos nouiter reduxi infrà, eodem. Rodulphus. uerſic. ſed ſententia declaratoria. AUDITIO. ¶ Quartò limita, niſi opponatur ordinario impedimentum naturæ inhabilitans iudicem ad iudicandum, per id, quod dicetur in ſeq. addi. ¶ Quintò limita, niſi opponatur ſeruitus, ut in ea. addi. ibi, conſidera bene. Ex prædicta nota. quia non traduntur per alios ita clarè.

4 VALET PROCESSVS Iudicis, qui † patiebatur defectũ impedimentum ſuæ poteſtatis non occultum, ſi non fuit oppoſitum. ¶ Primò conſidera, quòd iſta concluſio procedit in delegato, nõ in ordinario. per prædicta, & de hoc aliquid infrà: ¶ Secundò dic communem * opi. eſſe iſtam, quòd proceſſus ualeat. Et ita Innoc. But. Imol. & Domi. hic, quia iſtæ ſunt exceptiones dilatoriæ inductæ à iure poſitiuo. Et ideo ſi non opponantur, ualet proceſſus. Et ſequitur Spec. de excep. §. 1. uer. ſed quæro de his. & Arch. 3. q. 7. in ſumma, & Bar. in l. quidam conſulebant. ff. de re iudic. ibi, & in iſtis caſibus. & ibi, ut dix. & Pet. de Anch. hic propter gloſſ. fin. ſimili in l. ita demum. C. de procur. Et ſentit Bart. in l. 5. C. de teſta. in quãtum dat practicam opponendi contra iudicem. Similiter dicit Bot. in c. j. de accuſ. ualere iudicium cum accuſatore inhabili, ſi non opponatur. Et ſimile dixit gloſſ. in c. j. de iudic. in 6. in l. quamuis. C. de adul. & l. filius famil. §. ueterani. ff. de procur. cum ſimi. ualere iudicium cum procuratore inhabili, ſi non fuit oppoſitum. ¶ Limitatur iſta opinio communis, niſi inhabilitas cauſetur à defectu naturali, puta, quia furioſus, ſurdus, pupillus, uel aliud ſimile; quia proceſſus talis iudicis eſt nullus, & de tali exceptione ſemper opponi poteſt, quia reddit iudicium retro nullum, ſecundum Innoc. hic, quem prædicti attollunt, & ſequitur Angel. in l. fin. C. de excep. & Ludo. in rub. de arb. ibi, decimo octauò pone. uolens, quòd etiamſi arbiter habet poteſtatem cum clauſula, Non obſtante aliqua iuris ſolennitate; tamen non cenſetur remiſſa inhabilitas iuris naturalis, ut ſi eſt furioſus, ſurdus, &c. Alleg. Innocent. hic, ſecus in impedimentis iuris ciuilis; ut quia infamis, ſeruus, fœmina, &c. & dicit, quòd Ang. ſequitur iſta dicta in l. cum prætor. ff. de iudic. & hoc eſt falſum, ut ſtatim uidebis. Et idem Bar. in l. bonorum. la 2. C. qui admi. dicit, quòd contra defectum iuris naturalis non cadit diſpenſatio iudicis. Alleg. Innocen. hic. Facit dictum Hoſtienſ. in cap. j. de tranſact. dicentis. quòd clauſula ſupplens omnem defectum, non purgat tales defectus, & ſequitur Archi. in c. Cænomanenſem. 56. diſt. & omnes in d. ca. j. dixi in ca. 2. ad fin. uerſicul. leges inſertæ. ſuprà, eodem. ¶ Ampliatur iſta limitatio; etiamſi talis iudex pronunciaret ſe incompetentem. Bart. in d. l. quidam conſulebant. Butr. infrà, eodem. ſuper literis. ibi, ad 2. contrarium. & ibi dicetur. ¶ Probans iſta generaliter, quòd licet exceptio defectus iuriſdictionis ſit dilatoria, tamen poteſt opponi poſt lit. conteſt. quia reddit iudicium retrò nullum. Et idem dicas de omni exceptione, quæ poſſit hoc operari, ſecundum Domi. in c. ſi quis epiſcopus. ſi ea cepto. 5. q. 6. dicentem eſſe text. optimum in c. ad petitionem. de accuſ. ubi quando iudicium eſſet nullum ex defectu iuriſdictionis iudicis, poteſt hoc opponi etiam poſt receptas probationes ſuper cauſa principali. Alleg. etiam gloſſ. pen. in l. licet. C. de procur. & in c. in noſtra. in uerbo, muneuri, de procur. not. Sal. in l. j. C. de iu. om. iudic. & in l. exceptionẽ. C. de proba. But. Abb. & Imol. in c. exceptionem. de except. & ibi dixi in 8. limita. Et iſtis adde Bald. in rubric. C. qui accuſ. ibi, ſed an poſt litem. ubi loquens de accuſatore, dicit; quod exceptio inhabilitatis orta à iure naturali poteſt opponi poſt lit. conteſta. ſecus, ſi prouenit à iure ciuili.

Alleg. Inn. hic. Sed contra opinionem communem inſurgit hic Abb. rationibus efficacibus, de quib. per eum, quem ſequitur latè And. Sic. inducens l. 2. ff. de reg. iur. & alia. Non obſtat dictum But. in c. j. de accuſ. quia communiter reprobatur, ut per Moder. in lib. Maleſi. fol. 165. & per Ang. in l. j. §. accuſationem. ff. ad Turp. cum concord. Similiter glo. in d. c. j. de iudic. in 6. reprehenditur accuratè per Salt. in l. quamuis. C. de adul. uolentem, a quod imò iudicium criminale actum cum procuratore eſt nullum nemine opponente. Et iſtam partem firmat etiam Ang. in l. cùm prætor. ff. de iudic. dicens, non placere ſibi dicta Inno. hic, quamuis ſubtilia: quia lex reſiſtit potentiæ delegãdi, & reddit iſtos inhabiles & incapaces iuriſdictionis. Ergo iuriſdictio non confertur in eos: & ideo obiectus partiũ non eſt de ſubſtantia: quia priuati ſunt funditus radice iuriſdictionis, ſecũdum eum, quem ſequitur Alex. in d. l. quidam. dicẽs idem tenere Imol. hic, qui in libro meo hoc non tenet, ſed ſequitur But. uer. circa ſecundum. Et hãc partem ſequamur, per quam nihil erit ſpeciale in impedimento iuris naturalis, ſed idem in quolibet alio. ¶ Cõſidera bene, dum Ab. tenet, nullum
5 † eſſe ipſo iure proceſſum delegati impediti impedimento iuris nõ occulto: quia aliqua ex ſuis motiuis uidentur inferre idem in ordinario, maximè dũ ponderat l. Barbarius. ff. de offic. præt. & uolt, quod ſi ſeruitus fuiſſet ibi nota, proceſſus Barbarij nõ ualuiſſet, & tamẽ illa l. loquitur in ordinario. Iſtud autem eſſet contra ea, quæ dixi in ua ſ. quòd contra ordinarium impeditũ impedimento non occulto nõ poteſt opponi inhabilitas. Sed dicit, quod illa concluſio loquens de ordinario, non procedit in ſeruo: quia eius proceſſus eſt nullus, licet non opponatur, dum modò non habeatur pro libero. Ita firmat Ang. in d. l. cum prætor. §. non autem. per d. l. Barbarius. & latius Bal. in d. l. Barbarius. in lec. dicens, quod ſubditi nihil poſſunt opponere contra ordinarium, quamuis à ſuperiore tolleratur, niſi in exceptionẽ ſeruitutis, in qua eſt ſpeciale, quia iuriſdictio æquiparatur dominio, l. qui furere. ff. de ſta. ho. Ergo uera acquiſitio, ſ. perpetua, non cadit in ſeruum. Aliæ rationes Abb. ideo non operantur in ordinario, qui propter utilitatem publicam, quandiu tolleratur à ſuperiore, iuriſdictionem habet, per d. c. omne. 8. q. 4. Et hanc differentiam in ſpecie firmat hic Imol. niſi in caſibus ſ. poſitis. Et iſta not: ¶ Diſpoſitio l. Barbarius. ff. de offic. præt. habet locum etiã in delegato. Gl. & omnes hic. Fallit iſtud primò, quando ignorantia inhabilitatis eſſet ſupina. Innoc. & alij hic. ¶ Secundò fallit, ubi partes ſciunt inhabilitatem, quia licet cæteri ignorent, tamen geſta in fauorem ſcientis ſunt nulla, aut irritanda. Cal. de re iudic. ad probandum. & Abb. hic, dicens ita limitari eleganter d. leg. Barbarius. Vide omnino, quæ dixi in d. c. ad probandum. ¶ Tertiò fallit, quando inhabilitas non cauſatur ex defectu perſonæ delegati, ſed ex nullitate reſcripti; quia licet putaretur eſſe ualidus proceſſus, erit nullus: Imol. j. eo. cum dilecta. ibi, potes tamen dicere per illum tex. Sed de hoc uide latius Abb. ibi, ſed cõtra prædicta. Cætera ad materiam dictæ l. Barbarius. uide per Scribentes ibi, & per Inn. j. de elec. nihil.

6 Non ſic Excuſatur † is, cui fit commiſſio prætextu infamiæ, uel alterius inhabilitatis. Innoc. hic, & cæteri alij. Et Spe. de deleg. §. excipi. uer. ſed nunquid. per l. nec infames. C. de decur. lib. 10. Et ita uidetur præſupponi pro regula ab alijs ſtatim allegãda, quorum uarietas uidetur adaptabilis limitando regulam 6. modis. ¶ Limita primò, dum modò inhabilis eligatur, uel promoueatur per ſuperiorem, prout fuit in l. Barbarius. Secus, ſi impetret officiũ, quia punitur tacendo ſe inhabilem, Bal. in l. quos prohibet. ff. de poſtul. Et hoc in apoſtil. & in l. Caſſius. ff. de ſena. dicens ita intelligi debere l. 2. C. ſi ſeruus, uel liber. ad dec. al. lib. 10. ¶ Limita ſecundò, uel declara, niſi tertius opponat de tali defectu. Ita not. And. Sic. hic propter dictum Bar. & ſequacium in l. ubi pactum. C. de tranſa. dum dicunt, quod tertius põt opponere in fauorem inquiſiti, quod occiſus erat bannitus, & impunè offendibilis. Et ſubdit An. Sic. quod ſi officium eſt honorabile, poteſt ſe excuſare, ſecus, ſi eſt oneroſum. Sed utraque pars huius dicti eſt expugnabilis per j. dicẽda. ¶ Limita tertiò, dum modò aſſumatur quis, ut delegatus, quia non tenetur ſe excuſare, cũ non deferatur ei dignitas, ſecus in ordinario, quia non eſt licitum inhabili aſpirare ad dignitatem ordinariam, imò punitur. Ita Ang. in l. cum prætor. §. non autem. ff. de iudic. cum concor. Hoc modo intelligatur Inn. hic cum Bar. in d. l. 2. ¶ Limita quartò, niſi impedimentum fuiſſet prius detectum: putà, quia condemnatus: quia tunc poteſt & debet ſe excuſare. Neque dicitur allegare ſuam turpitudinem, adeo quod ex hoc nõ ſit audiendus. Bar. in l. 2. C. ſi ſer. uel. lib. & Ab. hic. Facit dictum Bar. in l. iuſiurandum, quod ex conuentione. §. procurator. per illum text. ff. de iureiu. ubi dicit, licitum b eſſe allegare turpitudinem detectam, de quo ipſe facit teſtum, & referunt ibi Scribentes, & ſequit Lud. in l. ſi Stichus. ff. de uerb. obl. & Abb. in c. cum ſuper. de conceſ. præbẽ. Unde dicunt Bald. & Sal. in l. fi. C. de non num. pe. quod licet ubi iuratum eſt oĩa eſſe uera, non poſſint iurantes uenire contra iuramentum allegãdo ſimulationem, ut per Butr. in c. cum contingat. in 7. mẽbro, de iureiurando & Imol. in c. ad noſtram. ad fi. de emp. & uẽ. tamen ſi probationes allegãtis ſimulationem fuerint receptæ & admiſſæ, tũc poſt detectam turpitudinem licitum eſt allegare iuratam ſimulationem. Et dicit Bal. in c. intelleximus. de iudic. quod excommunicato licitum eſt allegare excommunicationem ſuam, quia eſt detecta per ſniam excommunicationis. Et dicit Bal. in l. ſi creditoribus. in fin. C. de ſer. pigno. ma. quod quis põt allegare ſniam, quæ continet turpitudinem ſuam, quia eſt detecta. Et cum iſtis concordat Bal. in rep. l. 2. uer. ad ſolutionem. ff. de iureiurando. Alios aũt caſus, in quibus licet allegare propriam turpitudinem, c dixi aliàs in c.
7 j. loco. de præſump. ¶ Limita † quintò in teſte, quia põt ſe excuſare dicendo, nõ ſum habilis. Ita ſentit beatus Tho. 2. 2. q. 70. art. 3. in fin. dicens, quod nihil prohibet aliquem excuſari à teſtimonio ferendo, ſi non reputetur idoneus ſecundũ iura. Et idem ſentit gl. j. in fi. in c. quærẽdum. 2. q. 7. & Innoc. de accuſ. ſuper his.
8 ¶ Limita ſextò & ultimò, niſi † impedimentum ſit tale, quod impediat exercitiũ officij uel dignitatis, quia quãtumcunq; ſit occultũ, debet electus ipſum pandere. Imò tenet, aliàs peccat. Abb. hic pulchrè per iura, de quibus per eum. ¶ Adde tex. glo. & Bar. in l. generali. C. de tab. lib. 10. ubi habetur, quod qui patitur ſe rogari de aliquo inſtrumẽto, & ſcit ſe habere aliquam qualitatem, uel defectum, propter quem inſtrumenta ab eo confecta non ualent, tenetur parti ad intereſſe: quod dicit ibi Bald. eſſe ualde notandũ, & ſequit Lud. in ſing. 360. ſi ſit aliquis notorius, & per alphabetũ in uerbo, notorius infamis. Et ideo Ana. de uſur. quã pernicioſũ. latè refert ſe uidiſſe cõſultũ, quod manifeſtus uſurarius electus ad regimen magiſtratus, qui acceptauit & exercuit officium põt puniri; quia non allegauit infamiam ſuam notam, de qua in l. improbum. C. de infa. Tñ non bene ſiemat, quando eligentes hoc ſciebant, ut ibi latius per eũ. Et ideo dicit Bart. in d. l. 2. C. ſi ſer. uel liber. quod ſeruus, qui patitur ſe eligi ad dignitatem, & non manifeſtat conditionem ſuam, debet remoueri & puniri. Sequitur Ab. hic, & in c. fi. de coniu. ſer. & in c. conſulti. de proeuen. & in c. præterea. de teſti. cog. ponens idem, quod Hoſt. de teſte, qui tacuit ſuam inhabi-

a *Volentem] Adde, quod idẽ tenet Bart. in l. pen. §. ad crimẽ uer. quæro, quid ſi procurator. ff. de public. iudic. et Bal. in l. ita demũ. uer. ſed quid dicemus. & in leg. licet. in uer. ſed quo ad ſecundum membrũ. C. de pr. & Bal. in l. falſus. uerſic. nouo modo. C. de furtis. Adde Bar. in l. filiusfam. §. uoratam. inſt. ff. de proc. qui facit differentiam inter procuratorem, qui totaliter eſſe nõ poteſt, & aliũ procuratorẽ. Adde etiã, quod Papa, uel Imperator de poteſtate ordinaria nõ poteſt procuratorem admittere ex parte rei in cauſa criminali, tex. eſt in c. ueniens. de accuſ.*

b *Licitum] Adde ſumma iſtos caſus, quòd licitum eſt etiam allegare turpitudinẽ ſuã, quando agitur de periculo. Alexan. Et nota hũc caſum, qui comprehẽdit multos caſus ſecundum fauorem eccleſiæ. Adde ad iſta do. Abb. in c. inter dilectos. de dona. in gloſſ. in uerb. turpitudinẽ.*

c *Turpitudinem] Vide Alex. omnino in d. l. iuſiurandum. §. procurator. uer. & pro huius declaratione, ubi ponit magiſtralem diſt. et plenam, ff. de iureiu. alleg. in ter. et in l. cum ſolutione. C. de tranſa. et in l. ſi ſeruus. §. j. in fi. ubi ſimpliciter ſe remittit, ff. de leg. 1. & Bal. in Margar. allegans uerſ. 1. & fi. & Spec. in tit. de reuoc. §. effectus. uer. ſed nunquid excommunicatio. & Alex. in conſ. 38. 4. parte.*

inhabilitatem: & ſequitur etiam Matth.in reper.c.qualiter.lo 2.q.5.art.17.ad finem. Quib.adde Bal.in d.l.Caſſius.ubi dicit, quod qui patitur defectum, qui reddit eum inhabilem, ut deportatus, uel bannitus, ſi acceptat officium publicũ autoritate & utilitate, meretur pœnam capitis. Alleg. l.qui cum uno §.inſulam.ff.de re mil.ibi, Iaco. de Arc. quod alibi non reperitur, ſecundum eum, qui ad idem dicit facere l. j. §. qui aduerſus.ff.de poſtul. ¶ Conſidera, quòd prædicti aliquãdo utuntur uerbo Poteſt, aliquãdo uerbo Tenetur. Et uidetur, quod nunquam teneantur allegare inhabilitatẽ, niſi ſit talis, qua detecta gerenda per ipſum corruerent. An autem in notorio putatiuo procedat l. Barbarius. eſt quæſtio multùm difficilis, de qua per Bald.Imo.& Paul.in l. ad teſtium.ff.de teſt.& remiſſiuè per Alex.in l.j.in fi.C.de teſta.latè An.Sic. in rep.rub.de fid.inſtru.fol.27.cum quinq; ſequentibus, & Belleuci.in c.j.de fid.inſtru.& omnes in d.l.Barbarius.

a Index] Adde 9 tex.& ibi Bartol. in l.ex parte.C.de decu. lib. 10.

b Per alium] An per notariũ poſſit pronunciari, uide Bart.in l.j.§.1.de poſtul. & per Cy. in l.certi iuris.C. de iudi.et ibi uide glo.& glo.in authen.de iudi.§.1. et aliquid per Angel.& Imol. in l. quidã conſulebat. ff.de re iud.

9 Illiteratus Poteſt † eſſe iudex. a Glo.& oẽs hic, & Spec.de legato.§.excipitur.uerſic.item quòd eſt illiteratus.& Ab.in c.ex literis.j.no.de ſponſ.gl. mag. in l.certi.C.de iudic.& gloſ.& Doct.in l. fi.C.de ſenten.ex breuic.reci.gloſſ. mag. circa medium, l. 2.ff. quod quiſq; iur.gl. 2.in c.ad noſtram.j.tit. proxi. & gloſſ.in uerb.ſciunt.in c.qui uult. de pœn.diſt.6. Bal.in proœ.Inſt.§.oẽs uerò populi.in fi. Angel.in l.quidam conſulebant. ff.de re iudi.& alij, de quib.j. ¶ Et poteſt illiteratus facere ſnĩam legi per alium, b & per ſeipſum proferre uerbũ Condemno, uel Abſoluo. Spec.de ſenten.§.ſequitur.circa princ.& ſequitur Imol.hic. Adde Arc.11. q.3. ſummopere. ubi ita dicit ſepe ſeciſſe Inn.III.cum prolixas ferebat ſnĩas, & ita uidiſſe Bononiæ fieri à peritiſſimis legum Doctor. Et ideo dicit Pet.de Anc.in c.fi.de re iudic.in 6.quòd princeps committendo cãm illiterato ſcienter, uidetur diſpenſare, quòd legat per alium. Alle.Bar.in l.fi.C.de ſenten. ex breuic.reci. ubi dicit, quòd ex quo ciuitates cõiter eligunt uiros illiteratos in poteſtates terrarum, uidentur uelle, quòd per aliũ legant: & refert ſe ita reſpondiſſe in facto. Et ſi talis iudex pronunciauit uerbo, & ſtatim dixit notario, & tu redige in ſcriptis in præſentia teſtium, non ualet ſnĩa. Sal. in d.l. fin. C.de ſent.ex breuic.reci.per illum text.ibi, de reſcripti recitatione proferãt. Et adde Domi.20.diſt.in ſumma, ubi dicit poſt mediam, quòd ſufficit in iudice peritia cauſarũ, quia defectum ſcĩæ ſupplet aſſeſſor, quicquid dicat gloſſ. ibi. Et uidetur hoc intelligere etiam in cauſis matrimonialibus. Quod nota.ad intellectum c.j.de conſangui.& affin.ibi, &

10 ſtatuta canonum non ignorẽt. Et ſubdit, quòd † qui neſcit legere, per hoc non eſt inhabilis, ſicut accidit in poteſtatib. Italiæ, ſecundum eum. Et dicunt Hoſt. Butr.& Ab.in d.c.j. quòd ſi iudex ignarus canonũ iudicat in cã matrimoniali, ſententia tenet, ſed peccat, quia debebat alteri delegare, uel peritos cõſulere. ¶ Adde etiam In.An.in d.c.fi.ubi dicit de conſuetudine ſeruari, quod illiteratus poſſit legere per alium, dum modò dicat, Et ita pronuntio. Et ita etiã de iure tenet Bald.in l.iubemus C.de teſti.& in l.j. C.de ſen.ex bre. reci. Et ita in l.ſtatutis.eod.tit.& Bald. Salic.& Alexan.in l.hac conſultiſſima.C.qui teſt.fa.poſ.quia ubi requiritur expreſſio, ſufficit implicita per relationem ad certum, ut per Bart. in l.ſi ita ſcripſero.ff.de condi.& demon. Sed ſi iudex recitaret per alium, & ipſe nihil diceret, procederet regula d. cap. fin.cum concord. ¶ Contrarium, quòd imò illiteratus debet legere ſententiam in uerbis ſubſtantialibus, firmat Domi.in d.c.fi.per illum text.in uerbo, de reſcript. recitatione. & Sal.in l.2.C.de ſen.ex breuic.re.& Fulgo.in d.l.hac conſultiſſima.& ibi Phi.per illum tex. Fatetur Domi. quod conſuetudo in contrarium ualet. Ita intelligas Archid.in d.c. ſummopere. ¶ Conſidera pro prima opi. quòd illiteratus dicitur, qui neſcit legere, imperitus uerò literarum, qui ſcit ſolum legere & ſcribere. Bar.in authen.ſed nouo.C.ſi cer. pe. Si ergo de iure illiteratus poteſt eſſe iudex, ſequitur, quòd & de iure eſt diſpenſatus ab eo, quod facere neſcit.ſ.à legendo ſententiam. Quando autem ſciret legere, procederet iſta ſecunda opi. niſi aliquid haberet conſuetudo. ¶ Et unũ no. quòd licet aliàs non teneatur iudex ſequi conſilium ſapientis, niſi forma commiſſionis aliud dictet, ut plenè per Bar. in l.j.§.ſi plures.ff.de exerci.& per oẽs ſ.tit.prox.ex parte. ubi poſui. tamẽ fallit in iſtis iudicibus illiteratis, quia ſi ſtatutum ſimpliciter dicat, quòd habeant requirere conſilium ſapientis, intelligitur eos arctare, ut ipſum ſequantur, Bu. de arbi. cum olim. quia uidetur exigi hoc conſilium, quaſi pro homine inſenſato, ſecũdum eum. Intellige, dum modò cõiter in loco illo ſoleant eligi iudices & illiterati, alias ſecus, quia in dubio præſumptio eſt pro peritia iudicis, l.j.C. de off.ciuil.iud.& ſtatutum uidetur ſe retuliſſe ad cõiter accidentia, l.nam ad ea.ff.de legi. ſecundum Imo.in d.c. cum olim. Et iſtud bene not. propter iudices, qui dantur extra ciuitates, qui cõiter ſunt imperiti. ¶ Et licet in laicis ſit tolerabilis ignorantia iuris, non tamen ignorantia conſuetudinis, uel iuris naturalis. Glo.in c.ſi in laicis.38. diſt. Et ibi dicit Arch. quòd etiam in laicis conſtitutis in dignitate eſt imputanda imperitia, cùm in ſcriptis debeant ferre ſnĩas. Sed hoc non importat, per prædicta. Dixit etiam Bal.in l.fi. ibi, decimoſextò quæritur. C.de hære.inſti.quod cauſæ ſubtiles non ſunt committendæ groſſis doctoribus, quia propter ignorantiam ſunt ſuſpecti. Ex quo no.cãm iuſtæ ſuſpicionis. Sed cogita, quod in caſu iſto, & in caſu, quem ponit hic Ab.de delegato Papæ ignorante theoricam & practicã, poſſet prouideri per aſſeſſorem, ut in §. aſſeſſorem. allegato per Ab. Sed contra ipſum aſſeſſorem bene poſſent talia opponi, an imperitia aſſeſſoris excuſet iudicem, quin faciat litem ſuam. Omitto quia nõ tangitur hic. Ponit ſatis Alex. in l.2.in fi.ff.quod quiſq; iur. Cui adde Mod.in lib.Malefi. fol.187.ad fi.& ipſum Alex.pulchrè conſi.mihi 65. Habita ſuper cõtentis in ſuperiore themate, &c.

11 ¶ Et adde, quod † illiteratus c non põt eſſe aduocatus. Abb. in rub.j.de poſtul. Pro quo uide gl.& Bar.in l.2.C.de poſtu. & nota. quod actus occaſione literaturæ põt reuocari, ſi conſtet de defectu literaturæ illius, qui putabatur doctus. Bar.in l.Grãmaticos. per illum tex.C. de profeſ.& me.lib.10.dicens, quod promotus ad lecturam qui reperitur indoctus, põt priuari, & etiã degradari à doctoratu. Vnde refert Nico.de Neap.in l.ſed & reprobari.ff.de excuſ.tu. quod epiſcopus Capuanus reuertẽtes à ſtudio cum priuilegio doctoratus faciebat denuò examinari, & indoctos priuabat dignitate doctoratus: & ſubdit, Vtinã ita fieret hodie. Plura alia ad hoc dixi tit.præcedẽ.ex literis. ult.no.ad fi. Quæ aũt literatura requiritur in prælato? Vide Inn.& alios j.de elec.cùm in cunctis. ¶ Dum dicit hic de infamia, intellige de infamia iuris, nõ aũt facti, quia illa nõ repellit à iudicando, licet repellat teſtẽ, per not.j.de teſti.teſtimoniũ. Bu.hic. ¶ Contrariũ dicit Imo.hic, quia licet iudicare ſit onus, l.munerum.§.iudicandi.ff.de mu.& ho. tamẽ eſt etiã honor, ut tangitur de ap.ut debitus. per illũ tex. Et infamia facti facit repelli ab honoribus, d l.2.C.de dig.lib.12. Et ideo dum dictũ eſt ſ. non poſſe obijci crimen contra delegatũ intelligit, niſi ex tali crimine reſultet infamia iuris, uel facti apud bonos & graues: niſi fortè dicas, ſecundũ eũ, infamiã facti bene poſſe opponi, ne quis fiat iudex. Et ita loquitur d.l.2. Sed poſtquam factus ẽ iudex, non poſſit opponi. Et ita loquitur Bu.& ita limitabit l.2.ſecũdũ eũ. ¶ Adde glo.j.in l.Caſſius ff. de ſena.quæ dicit, quod ille tex.repellens infamẽ à iudicãdo & teſtificãdo, procedit in infamia iuris & facti. Quinimò Cy.in l.j.in 2.op.C.de ſum.tri.intelligit dictã l.Caſſius.de infa. facti ſolũ, dũ loquitur in iudice, ſed in teſte nõ operatur inhabilitatẽ. Sed eius dictũ debilitat, iuxta gl.in l.2.§.duæ cauſæ.in uerbo, fidẽ firmat.ff.de Car.edi.& latè Bart. in d.l.j.cũ concor.de quib. profunde per And.Sic. repe.d.c.teſtimoniũ. Et iſtud de iudice nõ reperio multùm tactũ, & fortè procederet indiſtinctè opi.Imol. hic, etiã poſtquam iudex eſt aſſumptus. Et quod infa-

c Illiteratus] Ad de Bart. in l.1.ff. de uari. & extraord. cogi.

d Ab honoribus] Adde Bart. in l.ſi cui.§.ſi quis aliauit. l. qui a latronib. §.ſi quis. ff.de teſti.& in ſuo conſ. Super In.de diruto, etc.et per Pau. de Caſ. conſ.196. Qui autem dicantur de iure canonico infames? uide 6.q.j.c.omnes. & c.illi.& ſequ. cũ gl. Et prædicta limita, ut per Bart. in l.j.de excuſ.tu. niſi per penuriam perſonarum. Sed nunquid poſſit infamis habere officia publica, quæ nõ ſunt dignita-

ſis, uide Pau. de Caſt. I. cōſ. ſ. alleg.

mia facti repellat ab honoribus, uide Lu. conſi. 596. In caſu propoſitæ ad ſi.

12 OPORTET NOTVM Eſſe † alijs collegis impedimentū collegæ, ad hoc ut ualeat proceſſus eorum: & nō ſufficeret, ꝙ in ueritate impedimentum ſubeſſet. Ita Pet. de Anc. hic, & ſequitur And. Sic. allegando etiam Pet. de Anc. in c. prudentiam. de off. dele. & ibi etiam Ab. ad ſi. prin. & Bart. in l. multum. ff. de cond. & demon. & in l. hoc autem. §. non defendi. ubi bonus tex. in uer. conſtare prætori. ff. ex qui. cau. in poſ. ea. ¶ Adde in primis, quæ latè dixi in c. eccleſia. uer. nonò ad hanc partem. ſ. tit. proxi. ubi plura adduxi circa dictum Bar. in d. l. multum. Sed in iſtis terminis adde Lu. ſin. 35. Si cā committitur. ubi idem tenet. ¶ Fallit, ſecundum eum, in cauſis beneficialib. in quib. proceſſus & ſnia tenēt, ſi emanant ab uno alio impedito, uel uolente, licet de impedimento, uel uoluntate alteri non conſtet. Alle. Rotam, quā in rubricatis nō reperi: ſed eſt deciſio Aegi. quæ allegabitur j. in uer. eſt tñ caſus. Et facit aurea deciſio Rotæ de præben. 35. in antiquis, dicens, ꝙ ualet proceſſus executoris de beneficio uacāte, licet ignoretur uacatio. Reſpondet ad l. qui hæreditatē. ff. de acqui. hære. ubi aditio hæreditatis defuncti requirit certitudinem mortis, quod loquitur in cā prophana & in ſucceſſione, quæ ſucceſſio ius habet prædeceſſoris: ſecus in propoſito. Item, quia in iſtis beneficialibus nō curatur ita ſolennis aditio, uel acceptatio, uel ſucceſſio, ſicut in prophanis. Quod uerbum no. ad multa. Et hinc eſt, quòd hæreditas prophana non poteſt adiri ſub conditione, per l. actus. ff. de reg. iu. Secus in aditione beneficij, ut per Io. Mo. de præben. ſi tibi. lib. 6. ſecundum eos. Vide etiam Ludo. conſil. 353. ¶ Sed dicas regulariter, quòd imò in caſu huius decretalis ſufficit impedimētum exiſtere, dato quòd ignoretur, ut pulchrè per Dominic. in cap. cum plures. de offic. de leg. in 6. quia, ſecundum Archi. ibi, ex exiſtentia conditionis. uerum eſt dicere illum eſſe iudicem, nec ſit hic prorogatio iuriſdictionis, ſed ſola remiſſio probationis, ut ibi per eum. Pro quo uide Rotam de proba. 1. in antiquioribus: quæ dicit ualere proceſſum duorum, ſi probabitur tertium fuiſſe impeditum, etiamſi ipſi in proceſſu neſciuerint de excuſatione, uel impedimento tertij. ¶ Adde etiam Rotā 477. ſi executor. in nouis, quam non reperi in rubricatis, ubi dicitur, ꝙ ualet proceſſus executoris contra intruſum, licet de intruſione non conſtet, ſi uerè eſt intruſus. ¶ Sed caue: quia loquuntur in executore mero, cui non erat commiſſa cauſæ cognitio. Patet, dum allegant gl. & Doc. in cle. j. de offic. deleg. & Ion. in c. ſi. de præſump. Vbi aūt ferretur ſnia contra aliquem, tanquam intruſum, licet uerè eſſet intruſus, tamen ſi de intruſione non conſtitit, non putarem ſniam ualere, tum propter dictum Bart. in d. l. multum. tum coo cor. poſitis in d. c. eccleſia. tum etiam, & fortius, ꝑpter gl. ſolennem Ioan. Mo. in extrauag. Boniſacij VIII. rem nō nouam. in gl. mag. poſt medium, ubi firmat poſt multa, ꝙ ſi Papa deponit dignum depoſitione, & tamen non conſtitit ſibi de cauſa depoſitionis, ſnīa eſt iniuſta, & debet reſcindi. ¶ Limita hanc partem duob. modis. Primò, quando uerificatio conditionis inducit incrementum, uel conſolidatatē iuriſdictionis, ſecus, ubi agitur de iuriſdictione, uel pōtare danda. Rota de offi. deleg. 6. Item ſi unus. in nouis, dicens, quod etiamſi quis ſit datus delegatus, [a] & hoc ſciat, tamen ſi procedit ante præſentationē reſcripti, proceſſus eſt nullus, quia non attenditur hic ſcīa, uel ignorantia, ſed iuriſdictio pendet à productione reſcripti, per c. ſuper eodē. in ſi. de ap. Et idem Bart. & Bald. in d. l. multum. & Rota latiſſimè 462. Circa tertium dubium. quam etiā nō reperi in rubricatis, ubi firmat longo diſcurſu, quod quātū ad tranſlationem iuriſdictionis in iudicem, non requiritur præſentatio literarū, ſeu ſcientia iudicis, uel executoris, quia ex ſola uoluntate principis transfunditur habitus iuriſdictionis in ipſum etiā inuitum, ſed quo ad acquirendum exercitium iuriſdictionis neceſſaria eſt literarum præſentatio, & ideo iudex, uel executor ante ipſam nihil poteſt, ut ibi per eos. Et idem firmat Domi. poſt Pau. in c. j. §. j. de oſ. or. in 6. ¶ Pro tanto dixit Domi. pul-

13 chrè ſ. eo. eam te. in ſi. ꝙ † collatio executoris ante receptas literas eſt nulla, quia ſi non habet exercitium poteſtatis ante præſentationem, ut dicit ibi Ioan. An. ergo non ualet actus, etiamſi habet in habitu. Alleg. d. c. prudentiam. Idem Ludo. conſi. 353. uer. Quo ad tertium. ¶ Non dicas, iſtud repugnat ei, quod eſt dictum ſ. de collatione beneficij uacantis, quando ignoratur uacatio, quia ibi exiſtentia conditionis non dabat poteſtatem, ſed exercitium poteſtatis. ¶ Eſt uerum. quòd Rota de præbend. 4. in antiquis, in effectu firmat oppoſitum, dicens ita fuiſſe obtentum per tres inſtantias: & puto retuliſſe in d. c. eam te. in ſi. Sed fortè non procedit, tum per prædicta, tum propter plenam deciſionem Rotæ 456. Circa ſecundum. in nouis, quam non repertam à me in rubricatis refert Nico. Myl. in repertorio fol. 69. uerbo, gratia Apoſtolica. ubi latè firmat, ꝙ quo ad dandam iuriſdictionem & poteſtatem executori gratia Apoſtolica non cenſetur perfecta per ſignaturā ſupplicationis factam a Papa, ſed tunc demū perficitur, quando ſuper ea literæ ſunt cōfectæ. Et latiſſimè reſpondetur rationibus, de quibus per Rotam, ubi ſ. oſtendendo, quod in datione executorum partes nihil operātur. Et poſtea deciſio ſequens, ſcilicet 457. latè probat neceſſariam eſſe præſentationem. No. etiam Bal. in rub. qui ſuc. te. alias eſt in ſi. c. præcedentis, Generaliter autem an & quādo conceſſiones Papæ operentur à die quo conceduntur, au à die notitiæ earum, uide omnino Albe. de Roſ. in l. beneficium. uerſicul. de primo, ſcilicet de tempore acquiſitionis, ff. de conſti. prin. & alijs locis allegatis per Alexand. poſt. Lud. in l. qui abſenti. in prin. de acqui. poſ. & in l. diem functo. uerſi. itaque prædicta. ff. de off. aſſeſ. & in l. abſenti. ff. de donat. in apoſtil. & quæ dixi pleniùs in c. 2. uer. tertiò limita, niſi ſit conſtitutio priuilegiatiua. ſ. tit. proxi. ¶ Quomo-

14 do † autem differāt iſta, uidelicet utrū agatur de danda, uel de conſolidanda iuriſdictione, uide Rotam de off. deleg. 4. in nouis, lic ſi duo ex tribus. iuncta additione, quæ eſt ibi facta ex dictis Bald. in l. falſus. ibi, ſed pone cām. C. de fur. quia iuriſdictio iſta apud duos reſidet īſolidū, quo ad iuriſdictionem indiuiſibilem, ſed exercitiū debet eſſe commune, ut latè traditur in d. c. prudētiā. & ideo uerificatio iſtius clauſulæ impotentiæ non accreſcit iuriſdictionem, ſed exercitiū, & in iure accreſcendi in indiuiduis nō requiritur ſciētia, quia ius accreſcendi eſt de appendicijs rei principaliter ſcitæ, & ideo ualet ꝙ ſit, ſicut quando accreſcit per prorogationem. ¶ Limita ſecundò, dum modò agatur de impedimento perpetuo, uel tēporali ineuitabili, quia illud nō oportet intimare, & ratio eſt, quia ſine ope exceptionis impedit exercitium iuriſdictionis, & ideo ſufficit exiſtētia, quæ ſtatim uerificat clauſulam impotentiæ. ¶ Sed ſecus, ſi eſt impedimentum tale, in quo eſt neceſſaria proteſtatio, uel exceptio, puta, recuſationis, incommoditatis, uel uoluntatis, ut per Ioan. Andr. in regula, eum, qui. in Mercur. ubi in hac materia ſcripſit latius cæteris omnibus: quia licet collega ſit ſuſpectus, non tamen dicitur adhuc impotens ad iudicandum, niſi prius recuſetur. Ergo non prius exiſtit conditio transferens iuriſdictionem. ¶ Similiter in impedimento incommoditatis, ut quia non uult perdere lectionem: quia etiam tunc conditio non dicitur exiſtere per ſolam incommoditatem, ſed per executionem. Et ita, ſecundum eū, proprie loquitur iſte tex. in uerſic. dum modò qui pro neceſſitate. quem ipſe intelligit de intimatione impedimenti incommoditatis, uel aliàs euitabili: & maximè, cum tūc ſubdelegare poſſit: & collegæ tenerur clauſula non obſtante admittere ſubdelegatum: gloſſ. in c. coram. de offic. delega. ¶ Similiter in impedimento uoluntatis: quia de ipſa debet conſtare, uel ꝑ contumaciam ipſius requiſiti non uenientis, uel per apertam reſiſtentiam, & prius non defertur iuriſdictio collegæ. Et in iſtis caſibus ſi impedimentum non notificaretur, uiderentur partes prorogare iuriſdictionē, quòd delegato fieri non poteſt, de offic. deleg. P. & G. ſecundum ipſum, quem ſemper uide. Et pondera, quia ipſe & ſequaces apertè

opponentis de reſcripto non præſentato, alias proceſſus ualet. Ita Bal. in l. ne quicquam. §. ubi decretum. ff. de off. procon. & lega. Ad de Bal. in l. falſus. C. de furtis. Immo. in c. uenerabilis. de conſ. & in c. prudentiam. de offic. deleg.

a *Delegatus] Ad a de tu, ꝙ delegatus incipit habere iuriſdictionē in habitu tempore dati reſcripti, ſed in actu die præſentationis, Doct. ubi Ang. in l. cum furioſus ff. de iudic. Imo dicit Ang. in d. l. cum furioſus. ꝙ delegatus ante præſentatum reſcriptū non poteſt procedere. Quod eſt uerum ex par.*

aperte nolunt, quòd uerbum Conſtiterit, de quo hic in tex. non importet, quòd conſtet per intimationem, ſed conſtet in rei ueritate: quando impedimentum inhabilitat ſine exceptione. Et iſtam limitationem ſequitur etiam Domi. in d. c. cum plures. ¶ Sed dum Ioan. An. ponit, quòd conſtabit de uoluntate, uide additionem Rotæ de offic. deleg. 5. Item ſi epiſcopus. in nouis, ubi dicitur, quòd debet conſtare per trinam requiſitionem, propter gloſſ. in uerbo, recuſarunt. in cle. dudum de ſepul. de quo dubito propter gloſſ. in cle. j. in uerbo, requiſierit. de hære. Per quam probatur ſingulariter, ſecundum Car. ibi in uerſic. dato tamen. ibi, decimooctauò quòd quando quis tenetur intereſſe ad certum actum iudicialẽ, ſufficit unica requiſitio, quando non citatur litigator. Et iſtam concluſionem approbant multi, & eſt communis, ut ſatis dixi tit. præcedenti, ex literis. uer. eſt enim regulare. & uer. fallit enim primò. contra gloſſ. in d. cle. dudum. ¶ Eſt tamen caſus unus, in quo ſufficit cõſtare de uoluntate collegæ, licet non fuerit alijs intimata, uidelicet in executoribus ad beneficia. Aegid. Belle. deciſi. Rotæ 359. Condemnatus per procuratorem. ubi dicit, quòd ſi tertius executor requiſitus de procedendo pro paupere reſpondet ſe procedere nolle, & alij duo executores hoc ignorantes proceſſerũt, ualet proceſſus, & purificant gratiam, iuxta cle. 2. de cõceſ. præb. Reſpondet ad no. per Ioan. And. in d. reg. eum, qui. & Bar. in d. l. multum. quod loquũtur in iudicibus. Et ſubdit, quod in dubio iſti præſumuntur ſciuiſſe uoluntatem, niſi contrarium probetur, cum non teneatur probationes recipere. Et cum hac deciſione Aegidij concor. Lud. ſing. 15. Si cauſa. 7. allegata. Et no. quod non ualet prouiſio, uel acceptatio non uerificata conditione literarum, quando eſt cõditio, iuxta dictam cle. j. etiamſi cõditio ſubſit: quia literæ exigunt pro forma præambulã uerificationem conditionũ. Rota de cõceſ. præb. 22. in antiquis. Intellige, ubi ſit gratia in forma pauperum: ſecus, ſi in forma communi dignum arbitramur, quia ualet acceptatio, licet gratia non ſit purificata propter uirtutem clauſularum, quæ in ea ponuntur. Ro. de conceſ. præb. 26. in antiquis. ¶ Adde etiam in materia, quod procurator nihil poteſt ante notitiam mandati, ſicut nec delegatus. Rot. de procu. 7. in nouis. ¶ Subditur tamen
5 in fi. quod † de ſtylo ſacri palatij ualent actus geſti per procuratorem ante receptum mandatum, ſi uerè erat procurator, & ante ſententiam exhibuerit mãdatum, licet per rationes ibi adductas, de iure uideatur contrarium. Et de dicto ſtylo ponit etiã Rota de procu. 7. in antiquis. Et iſtis adde, quod licet non ſufficiat collegam nolle adeſſe, niſi de hac uoluntate conſtet, tamen ſi notarius atteſtatur in actis, illũ fuiſſe requiſitum & debito tẽpore expectatum, præſumitur nuncium retuliſſe eum nolle uenire, ſecundum Abb. conſi. 328. Præſidio Altiſſimi. Item quod clauſula impotentiæ uerificetur collega nolente intereſſe, habes text. & Doct. in c. prudentiam. §. adijcimus. j. de offic. deleg. Ex iſtis apoſtillabis Bar. in d. l. multum. iunctis his, quæ dixi in d. c. eccleſia. Et addes illis & iſtis omnino Nico. Myl. in repertorio, fol. 85. ibi, iudex delegatus, ſi ignoret. & Alex. latè in l. ſed ſi de ſua. ff. de acqu. hær. poſt Imol. & Ro. ibi & omnino An. Sic. in c. ſi clericus laicum. de foro compe. & Phil. de ap. cum pa taci. ad fi. ubi ponit quatuor caſus, quibus ualet proceſſus contra contumacem uerum, licet iudici de contumacia nõ conſtet, uidelicet niſi citatus eſſet poſtea illi actui præſens; item, ſi iudex haberet de contumacia probabiles coniecturas, item, ſi periculum fuiſſet in mora: item & quarto, ſi cõſuetudo eſſet, quòd primo notaretur in actis actus iudicis, poſtea relatio, ut ibi per eum. Et ideo docet Ang. cautelam in l. bonorum. la 2. propter gl. ibi, C. qui admit. quòd facias ſemper deſcribi in actis, quòd iudex ſciẽs fecit. Adde ẽt mirabile dictum Bal. in rub. qui ſuc. te. aliàs eſt in fi. c. præcedẽtis, dum dicit, ualere collationẽ epiſcopi de beneficio uacãte, licet non uacaret, ut credebat eps. Et iſta nota, tanquam utilia, & alibi non ordinata. ¶ Circa iſtam clauſulam impotentiæ uide Rotã de offic. deleg. quarta, in nouis: ubi dicit,
6 quòd ſi † cõmittentium uni ſoli poteſtas, deputatis alijs duob. caſu quo ipſe nolit, uel non poſſit expedire illa uerba, intelliguntur, quòd non poſſit, ſcilicet per ſe, uel per alium, & ideo ſi committit alteri uices ſuas, ualet commiſſio, & illi duo nihil poſſunt. Et ibi eſt longa additio, uolẽs in effectu, q iſta clauſula, Si non potes, uerificatur, quando de iure, uel de facto non poteſt, nec per ſe, nec per alium, ut excõicatus, ſecus, ſi poteſt per alium, licet ipſe de facto nõ poſſit, ut ibi latius, ubi non ſit mentio de tex. in c. coram. de offic. deleg. qui in fi. uidetur probare contrarium. Sed reſpondeo ex dictis Doctorum ibi, de quibus per Abba. ibi in pe. col. ¶ Et no. quòd ceſſante impedimento debet collega requiri, & cum eo procedi. Ab. de offi. dele. quoniam abbas. per illũ tex. glo. j. in fi. quam extollit: & hoc, ubi eſt clauſula, Quòd ſi non omnes, ſecus in clauſula hodie uſitata, Vnus, uel alter, &c. quia ſi unus incipit, alij nequeunt ſe impedire, niſi data eius infirmitate, uel malitia, uel alia iuſta cauſa, c. cum plures. de offi. deleg. in 6. ¶ Vltimò dum eſt dictum, quòd regulariter propter crimen iudex non repellitur, obſt. gl. de offi. deleg. inſinuante. dicens, quod facilius repellitur iudex, quàm teſtis, iuncto c. teſtimonium. de teſti. ubi propter crimen teſtis repellitur. SOL. Facilius repellitur iudex, quo ad cauſas inducentes ſuſpicionem, non quo ad alias inhabilitates, quia maior requiritur inhabilitas in repel- a
lendo iudicem, ut hic per Bur. & Imol. Quibus adde glo. in §. his autoritatibus. in uerb. gladio. 24. q. 1. quæ dicit, quòd exceptio. per quam poſſem aliquem reppellere à teſtimonio contra me, non prodeſt, ut poſſim eum repellere à iudicando contra me, etiamſi ſit criminoſus, quamdiu toleratur. Et poteſt aſſignari ratio, quia cum à dicto teſtis nõ appelle- a
tur, poteſt magis nocere, ideo in eo exigitur maior integritas. Tamen cogita, quia finis ſuſpicionis reſpicit integritatem conſcientiæ & morum. Ergo qua ratione iudex facilè eſt ſuſpectus de iniuſtitia, eadem ratione uidetur ſuſpectus teſtis de mendacio. Vnde uidentur debere parificari. Tamẽ ratio præcedens cõis eſt. Sed cogitabis, qa nunc occurrit. z

SVMMARIVM.

1 *Quæſtio reuocationis reſcriptorum pertinet ad arbitros, ſi iudices in cognitione ſibi non deferant, nec in unam poſſunt concordare ſententiam.* 1

2 *Quatuordecim ſunt cauſæ propter quas pater poteſt exhæredare filium, tamen idem eſt in alijs cauſis ſimilibus, uel grauioribus. num. 3.*

4 *Si dubium eſt, an iuriſdictio pertineat ad iudicem eccleſiaſticum, uel ſecularem, nõ cõiunguntur, nec uterq; cognoſcit, ſed maior præfertur.*

5 *Reſcriptum unum poteſt dici poſterius altero, ratione unitis horæ. Literæ plures ſi habeãt eandem datam, quæ debeant præferri. Vide poſt num. 5. uer. ad identitatem datæ.*

6 *Rogationes plures ſi reperiũtur factæ uno die, quæ d'at præferri.*

7 *Teſtamenta duo ſi reperiantur uno tempore facta, quod debet præferri.*

8 *Inueſtituræ duæ ſi reperiũtur factæ eodem tempore, præualet illa, quæ eſt plenior.*

9 *Corpora duo quando confuſa in unum habent exercere actum, ita quòd non remanent ambo integra, ſtatur maiori parti reſpectiuo omnium perſonarum ſimul unitarum.*

10 *Arbitri electi ad cognoſcendum de competentia iudicum, ſi pronunciant illos eſſe iudices competentes, illi erunt iudices, ſi à talibus arbitris non appelletur.*

CAPITVLVM XIIII.

PASTORALIS. ¶ In quæ- a
ſtione reuocationis reſcriptorum recurritur ad arbitros, ſi iudices in cognitione ſibi nõ deferant, nec in unam poſſunt concordare ſententia. H. D. uſque ad §. quoniam. ¶ Et addendo per ordinem tactis hic per Abb. pro opinione Ioan. Andr. in c. pia de except. in 6. quod arbitri iuris non eligũtur, niſi in caſibus à iure expreſſis, uide Arc. 3. q. 5. quia ſuſpecti. in prin. ibi, tu dicas. & ibi Domi. Idem Abb. de fo. compe. uerum. & Dominic. in c. ab arbitris. in fi. de officio. deleg. in 6. & d. c. pia. §. 2. ibi, ſecunda eſt opinio. Et ibi Pet. de Anchar. & Lud. in ſing. 467. Si allegatur cauſa ſuſpicionis. quia nemo inuitus cogitur a
compromittere, a l. 3. ff. de arbi. ¶ Con-

Cõpromittere] *An et quãdo quis ad compromittendum neceſſitatur, et quæ de iure cõmuni cõpromiſſa ſunt uolũtatis nõ neceſſitatis, uide nos. & plene, per do. Soci. ſuo cõſil. 4. incip. Viſis actis & actitatis. Circa princip. 1. parte. Et adde gl. in l. furti. §. quã iuſſu. ff. de inſa. et ibi uide Angel. et adde text. & ibi etiam Ang. in con*trarium

abſ. ue dif. in. §. j. & Bal. et Imo. in 1. §. j. de mu. pet. & Lanfrã. in tractatu De arb. 7. parte, 95. qu. & adde etiã do. Soci. conſil. 551. incip. Viſa et diligenter fac. uer. concurrit etiam, quia in 2. parte.

trarium probat gloſſ. in capitu. ſtatutum. in princ. in uerbo, copia. ad fi. de reſcri. in 6. cum qua tranſit Domi. ibi poſt Imol. in fi. principij, & ſequitur Abb. hic, & in c. j. in j. notabili, de arbi. in c. cum ſpeciali. in 2. notabili, de app. & ibi Phil. 3. notabili, allegando Abba. hic. ¶ Pro quibus facit primò, quia licet à iure ſint expreſſi certi caſus, in quibus uocari debent Canonici abſentes, de quibus per gloſſ. in uerbo, ipſorum. in c. 2. de teſti. in 6. tamen debẽt etiam uocari in alijs caſibus, ubi eſt ſimilis ratio. Inn. in c. 2. de opc. no. nun. cum concord. quas dixi titul. præcedenti, cum omnes. Secundò facit, quod no. Inn. de ap. cũ ſpeciali. ſuper uerbo, ſuſpecti. & ibi alij, & Paul. conſil. 52. dicentes, quod licet in iure exprimantur certæ cauſæ ſuſpicionis, tamen idem in ſimilib.

a ¶ Tertiò † facit, quod no. ſalua Guli. de Cu. in authen. licet. C. de libe. præter. ubi dixit, licet ſint in iure ſpecificatæ quatuordecim cauſæ, ex quibus poteſt pater filiũ exhæredare, §. aliud quoque capitulum. in authen. ut cum de app. cog. gloſſ. de inoſſic. Quintauallis. tamẽ idem eſt in alijs cauſis, quæ ſunt ſimiles, uel grauiores illis. ¶ De quo facit ſeſtũ Alexan. [a] in l. ſi quis id, quod ff. de iuriſd. om. iud. dicens, ſe idem conſuluiſſe in Tuſcia in facto põderoſo, & eſt conſilium mihi 344. Super themate & dubijs. licet in contrarium ego habeã Hoſt. à oemine allegatum in ſumma, de teſta. §. qualiter in

a *Alex.] Vide cũ a l. maximum. C. de li. præte. qui tenet contrarium.*

3 firmentur. ibi ſed & ſi alia cauſa. ¶ Quartò † facit gloſ. in l. fi. in uerbo, uoluerit. C. de reuo. dona. quã pro ſing. extollit ibi Sal. qui dicit, licet ibi enumerentur certæ cauſæ ingratitudinis, & poſtea text. dicat, ex his tantũmodò cauſis poſſit donatio reuocari: tamen idem erit in habentibus eandem rationem, licet ibi non enumerentur. ¶ Quintò facit, quod ſcribit Abba. Ant. & Maria. de ſimo. cum ſit. dicentes, quod licet procuratio debeat ſuperiori in caſibus à iure expreſſis, tamen idem in ſimilibus, licet contrarium dixerit ibi Vin. & in c. conquerente. de offic. ordi. Butr. in c. propoſuiſti. de conſe. eccle. uel alta. ¶ Sextò facit c. cum dilecta. & ibi Ab. de confir. util. uel inutil. ¶ Septimò facit, quod not. dicto Ab. poſt Ioan. An. in c. ex parte Adæ. uer. & ſic no. ex hoc dicto Ioan. Andr. de teſta. Et multa & ſimilia poſſent adduci, in quibus fit extenſio ad alium caſum, in quo eſt eadem ratio, de quibus ad ſatietatem per But. in c. fi. de conſue. Sed prædicta ſeruiunt in ſpecie: quia loquuntur, quando certi caſus ſunt ſpecialiter à lege expreſſi contra regulas, & tamẽ extenduntur ad ſimiles. ¶ Tenendo hanc opinionem reſponde ad rationem in contrarium, licet prædicti non reſpõdeant, quando dicitur, Nemo cogitur compromittere, hoc eſt uerum in coactione, quæ fit ab homine, ita ut compromittent dicatur habere arbitrum, qui non ſit iuris, ſed ubi talis arbiter, erit arbiter iuris, uel ſtatuti, prout in propoſito nõ erit coactio ſimilis illi, de qua loquitur d. l. 3. Patet, quia electio arbitri qui non ſit arbiter iuris, præiudicat compromittenti, l. diem proferre. §. ſtari. ff. de arbi. l. ſi dictum. §. ſi compromiſſio. ff. de euict. ſed ubi eligitur arbiter iuris, uel ſtatuti, minus præiudicatur, quia ſuccurritur coacto. Vnde ab iſto poteſt appellari, d. c. ab arbitris. Bar. in l. fi. C. de iudi. cum concor. quas poſui in c. fi. ad fi. de re iudi. ¶ Conſidera duo. Primò, quod ad gl. in d. c. ſtatutum. poſſet reſponderi, quod in caſu illo bene loquitur, quia, ut dicit ibi Dominic. poſt Imol. in fi. prin. de cauſa commiſſa uni delegato, ordinarius ſe intromittit, c. ſanè. lo 2. de offic. deleg. c. ſtuduiſti. de offic. lega. Tradit in c. ſignificauit. de offic. ordi. merito accurrendum erit ad arbitros. Et ſi diceres diſputare, an locus ſit inſignis, de quo agitur in caſu illius gloſ. non eſt diſputata de cauſa commiſſa, reſponderetur, licet iſti non tangant, quod ſicut ipſa cauſa per commiſſionem Papæ eſt abdicata à manibus ordinarij, c. ut noſtrum. de app. ita etiam iſta, quæ ſunt de appenditijs cauſæ, argumẽ. c. ſi annum. de iudi. in 6. & cle. 2. de iudic. in uerbo, eas quoquo modo tangentibus. ¶ Conſidera etiam, quod caſus illius gloſ. modicum differt à caſu c. ſuſpicionis. de offic. delega. quia ſicut ibi arbitri eliguntur ſuper ſuſpicione iudicis, ita in caſu illius gloſſ. eliguntur propter ſuſpicionem iudicis, licet non ſuper ſuſpicione, quia ſolum, quando facit ſeparatim, recurritur ibi ad arbitros. ¶ Cõſidera ſecundò, quod ex prædictis uidetur aperiri uia ad hoc, uidelicet quòd ubi in iure ſunt aliqui caſus ſpecialiter exceptuati à regulis, licet dicatur ſtandum eſſe regulæ, niſi in caſibus à iure expreſſis, tamen illi caſus expreſſi ſemper poterunt extendi ad ſimiles paris, uel maioris rationis. Quam illationem puto periculoſam, tum propter regulam, quæ à iure. lib. 6. tum, quia ſequeretur, quòd in caſu glo. maioris, de reſcri. ſuſcep tum. lib. 6. mors ciuilis æquipararetur naturali in caſibus ſimilibus expreſſis in iure. ¶ Similiter doctrina But. de præſcri. ſi diligenti. approbata per plures, quos retuli titu. præced. eccleſia. in princ. quòd bona patrimonialia clericorum gaudent priuilegio bonorum eccleſiæ ſolũm in caſibus in iure expreſſis, haberet locum in ſimilibus. ¶ Similiter licet dicatur archiepiſcopum nihil poſſe in diœceſibus, uel ſubditis ſuffraganeorum, niſi in caſibus à iure expreſſis, c. j. de ſuppl. negli. prælat. in 6. glo. de off. or. paſtoralis. tamen idem eſſet in ſimilibus. Modò concedere, quòd in iſtis exemplis, & ſimilibus, quæ dari in noce, poſſet fieri talis extenſio, eſſet firmare concluſionem, quam nullibi reperio firmatam. Vnde in effectu uolens ſubtilizare materiam, haberet neceſſariò eam reducere ad materiam extẽſionis, in qua datur regula, quòd caſus correctorij, uel exorbitantes non extenduntur, le. ſi uerò. §. de uiro. cum uulgaribus, ff. ſol. matri. Dantur fallentiæ plures, de quibus ponit Domi. 12. ni fallor, cap. j. de tempo. ordi. in 6. Plenè Imol. in d. §. de uiro. & But. in d. c. fi. & domi. meus de Are. in tractatu De extenſione, & alijs, de quibus puto me dixiſſe titu. præcedenti, translato. Vnde iſtæ extenſiones poſſunt fieri, quãdo cõcurrunt rationes & ſpecialitates, de quibus in dictis locis.

4 · LIMITATUR iſte † text. ut non habeat locum in ordinarijs. Inn. j. eo. ſuper literis. ibi, alij dicunt, quòd ſimul. & ſequitur Imol. hic, & But. de ſoc. compe. ſane poſt medium, & Abb. eo. tit. uerum. & ſentit Inn. de iudic. cæterum. & ibi extollit But. ibi, not. hoc. colligens, quòd ubi eſt dubiũ, an iuriſdictio ſpectet ad iudicem eccleſiaſticum, an ad ſecularem, non coniunguntur, prout hic, neque uterque cognoſcit, ſed maior præfertur, & maior cenſetur eccleſiaſticus, ſi concurrat cum ſeculari, ſecũdum eum, de quo nunquam ſis oblitus. ¶ Sed Io. And. in regula, in obſcuris. in fine, in Mercur. & in c. j. de priuil. in 6. & in d. c. ſanè. tenet, quòd hoc c. locum habeat etiam in ordinarijs. Facit c. cum illorum. de ſen. ex comm. ſi abbatis diſcretio non ſufficit, diœceſani epiſcopi prouidentia eſt adhibẽda. Facit gl. in uerbo, ortus. in l. nulli. C. de epiſ. & cle. dicens. quòd ſi teſtator erat ſubditus uni epiſcopo ratione originis, alteri ratione domicilij, ambo conueniunt in executione relicti pij. Sed de hoc alias. ¶ Prima opi. uidetur communior. Tamen dicit But. in d. c. ſuper literis. ibi, aduerte tamen ad practicam, quòd ſi alter præoccupat, ille cognoſcet de hoc articulo, per l. ſi quis poſtea. ff. de iudic. Sed ſi ambo eodem tempore cœperunt, puto ſatis procedere hanc decretalem, quia eadem eſt ratio in ordinarijs. Et hoc ius non eſt exorbitans, ſed nouiter diſponens. Et iſtam opin. commemorat etiam But. j. eo. cùm contingat. ibi, ultimò quæro. Et tenẽdo hanc limitatem, niſi concurrat eccleſiaſticus & ſecularis, propter dictum Inno. in d. c. cæterùm. maximè propter autoritatem & prærogatiuam fori eccleſiaſtici. Et hæc nota.

RATIONE UNIUS EIUSDEM unum b
g ‡ reſcriptum [b] poteſt dici poſterius, licet
h habeat datã eiuſdem diei cum alio. Ioan. And. But. Imol. Abb. & Domi. hic, ſaluãtes ſecundam lect. quam gl. hic non firmat, ibi, ſed certè ſecundum dictum. propter gloſſ. in uerbo, ſi non appareat. in capeoultim. de reſcript. in ſexto. & in capitu. ſi à ſede. in uerbo, appareat. de præbend. eodem lib. ¶ Adde gloſ. in gloſſ. fi. in l. ſi ex pluribus. §. fi. ff. de ſol. quæ dicit, quod ratione horæ unum inſtrumentũ dicitur prius altero: & ipſam extollit Bal. pro ſing. in l. imperator. in j. primo cõmento, ibi, & not. q. dies. ff. de ſtat. ho. & in l. præſcriptione. C. ſi contra ius. & in l. fi. ibi, quapropter interdum. C. de edic. diui. & tuſſ. cũ ꝑ poris. in fin. C. de interdi. matri. & j. eod. c. & ita alleg. hic

b Vnũ reſcriptũ] Adde, quod idem tenet gloſſ. in c. ſi a ſede. de præben. in 6. et eſt in uerbo, appareat.

5 And. Sic. dicens per ipſa ſe conſuluiſſe ſuper quadam præb-

Et

Et eadem ponit in c. conſuluit. de off. deleg. addas Bal. in c. ego N. in prin. de iuram. & in c. licet. & c. quoniã. de proba. & ĩ c. 2. de cõfeſ. & hic, & ĩ d. c. cõſuluit. facit l. Titius. §. Lucius. in uerbo, hora diei ſexta. & in uerbo, caleſcente cœlo. aliàs, albeſcẽte, i. ĩ aurora. ſecũdũ gl. ibi, ff. de lib. & poſthu. ¶ Sed ad certe: quia gl. prædictæ præſupponũt, quòd conſtet de hora utriuſq; reſcripti. Ergo à cõtrario, ſi conſtet de hora unius, & non alterius, non uidetur cõſtare de prioritate. Et eſt ratio: quia ex quo habẽt datã eiuſdẽ diei, potuit aliud reſcriptũ eſſe ante, & etiã poſt illã horã. Tamen uidi conſultũ cõtrariũ. Primò propter dictũ Bal. in l. ab hoſtib. §. ſed quod ſimpliciter. ff. ex qui. cau. maio. ubi dicit, quòd hæc aliàs dictio Plus [a], nihil releuet in teſte, ut per Barto. in l. Celſus. ff. de uſucap. & per Doct. in c. fi. de dila. tamẽ ſi in interdicto Vti poſsidetis, teſtes ſunt hincinde pares, ſed teſtes unius partis dicunt de eodẽ tẽpore, cũ dictione Et plus, melius probãt. Sequitur do. meus de Are. de teſti. cũ cauſa. Pro quo facit dictũ Sal. in l. ij. C. de reſcin. uend. ubi dicit, quòd teſtis deponẽs in materia illius l. per dictionẽ, Et plus, probat exceſſum dimidiæ: quia ſufficit exceſſus etiã in uno nũmo: & ſequitur Alex. in l. & ſi poſt tres. ff. ſi quis caui. cõtra Bal. & Imo. in locis per eũ allegatis. ¶ Secundò allegabatur in d. conſ. dictũ Ioan. de Platea in l. 1. C. de iure fiſci. lib. 10. ubi dicit, quòd licet ibi præferatur fiſcus prætendẽs rẽ ſibi obligatã aduerſus alium, qui dicit ſibi donatã, ſi nõ apparet de prioritate, ut ibi ſecundũ unã lec. tamẽ non obſtante tali priuilegio fiſci, ſi donatarius probat de certo tempore, & fiſcus de incerto, licet poſſet ſe habere ad prius & poſterius, tamẽ præfert donatarius, qui probat de tẽpore certo. Alleg. Martinũ in ſimili in l. de rebus. C. de dona. ante nupt. Facit, quod no. ibi Cyn. & Bal. dicẽtes, quòd probatio certi & determinati tẽporis obtinet contra illũ, qui probat de tẽpore, quod potuit ſe habere ad prius & poſterius. ¶ Sed dubito de iſtis: quia in caſu Bald. in d. l. ab hoſtibus. propter dictionẽ, Et plus, cõſtabat de ulteriori tẽpore, ex quo non apparet de hora alterius. ¶ Similiter quoad ad caſum Doct. in d. l. de rebus. poteſt dici, quòd qui in propoſito probat ſolũ de die, ſatis dicitur facere probationẽ certã & liquidã, ex quo lex cõtentatur de illa circa datã reſcriptorũ. Et ideo probatio horæ facta ex aduerſo nõ obfuſcat in aliquo hanc probationẽ: quia potuit illa hora fuiſſe poſterior. Ergo probatio nõ concludit, prout debet neceſſariò, de proba. in præſentia. Item obſtat deciſio Rotæ ſtatim alleganda. Et ideo cogitabis.

ADDIDANTIT TAFAN Datæ ultra doctrinas, quæ ponũtur in d. c. pen. de reſcrip. in 6. nota aliquas. Et primò, quòd ubi ad eſſentiã ſubſtantialẽ actus aliquid debet eſſe prius altero, ſi utrunq; reperitur factũ eodem die, præſumitur in dubio præceſſiſſe id, quod præcedere debuit: puta, ſi apparet, quòd certa die collega notificauit collegis impedimẽtũ eminens, & ipſi eadẽ die pronunciauerunt, præſumitur notificationẽ præceſſiſſe: ſed ubi de ſubſtãtia actus illud nõ debeat præcedere, tũc debet probari præciſè, quòd præceſſerit, prout in caſu d. c. ſi à ſede. Hãc theoricam capieſſe ſentit Rota de præſump. 1. in antiquioribus, propter gl. pe. de ſentẽ. excom. ueuerabilibus. in 6. & in clem. fin. in uerb. citatum. de reſcript. quòd facit ad proximè dictum. Et hinc 7
eſt, quòd ſi apparet fuiſſe una die datam à delegato Papæ licentiam abbati dandi fundum in emphyteuſim, & eadem die fuerit datus, præſumatur, quòd licentia præceſſerit: quia debuit præcedere, aliàs non ualuiſſet actus tanquam forma non ſeruata. Alex. conſil. mihi ſecũdum unicum numerum 445. Lecto & diſcuſſo laborioſo proceſſu. Allegat, quod no. Bal. in l. cùm in teſtamento. §. hæc uerba. ff. de hære. inſtit. dicentem per illum tex. quòd in dubio ille actus præſumitur præceſſiſſe, qui debebat eſſe præambulus ad alium. Dixit etiam Rota de excep. ſecunda. in nouis, quæ meliùs ſtetiſſet in ti. de præſump. quod ſi apparet fuiſſe appellatũ una hora, & in eadem impetratam commiſſionem appellationis, præſumitur appellationem præceſſiſſe: quia præcedere debet. Dixit etiam Rota, ut lit. pend. 13. in nouis, & Aegi. Belle. deciſ. dcxcix. Superpoſita. quòd ſi eodem die curſor citauit, & citatus impetrauit commiſſionẽ illius cauſæ pro qua fuit citatus, præſumitur, quòd impetratio præceſſerit. Et dixit de hoc ĩ. eo. ſuper literis. ad fin. ſextæ regulæ. ¶ Eſt etiam alia doctrina, quòd ſi in literis ſit mentio reuocationis, illæ ſemper præſumuntur poſteriores. Bald. hic allegat notata in l. cùm proponas. C. de codicil. Sed caue: quia glo. 2. ibi probat contrarium: ſed tñ reprobatur per Iaco. de Are. Pet. Cyn. & alios ibi: quia codicillus, in quo eſt facta ademptio legati, cenſetur poſterior. Sicut enim in natura ademptio eſt poſterior, ita præſumitur ſecundum Bald. ibi. ¶ Et ſi diceretur, quòd in caſu illius gloſſ. non dicebat, Adimo, ſed non lego: reſpondet ibi Salic. quòd licet loquatur negatiuè, tamen apud intelligentes illa uerba habent uim ademptionis: aliàs forent ab incipiente prolata; & ideo utroque caſu procedit opinio Doctorum ibi, quam etiam ſequitur Bald. in c. 2. de offi. deleg. dicens, quòd ubi in diuerſis ſcripturis concurrit priuatio & habitus, priuatio ſemper præſumitur poſterior. Et idem Bald. in proœmio. C. §. quibus. dicens, quòd ſi eodem die repetitur promiſſio & refutatio, præſumitur promiſſionem præceſſiſſe. ¶ Eſt etiam alia doctrina,
6 uidelicet † ubi unum prius eſt ſcriptum, quàm aliud. Bald. poſt Bar. in d. §. quibus. dicens, quòd ubi eodem die repetuntur plures rogationes, non præſumitur prius & poſterius, niſi unum ſit priùs deſcriptum in uno libro, per tex. ibi in l. ſi quis. §. ſi initium. ff. de eden. & idem Bald. in d. l. de rebus. Pro quo uide c. pen. de elect. in 6. ibi, is, qui in inſtrumento primò extitit nominatus. Fuerunt, quæ dicentur de ordine literæ, ĩ. eod. cùm dilecta. ¶ Limita, niſi ex ordine intellectus appareat inſtrumentum ſecundo loco ſcriptum debuiſſe præcedere: quia præſumitur errore ſecũdò ſcriptum. Bal. Ang. & Imo. in d. l. cùm in teſtamento. §. 1. ff. de hæredi. inſti. dicentes, quòd inſtrumentum emancipationis præſumitur præceſſiſſe donationem factam à patre filio: quia aliàs non ualeret, l. 2. C. de inoffi. dona. Et bene facit, quòd eſt dictum ſ. poſt Rotam de præſum. 1. in antiquiorib. Et idem puto in caſu priuationis & habitus, quòd priuatio præſumitur poſterior, etiamſi priùs fuit ſcripta. ¶ Eſt etiam alia doctrina, putà ſi agitur de fauore priuati contra fiſcum. Tex. eſt in l. non puto, in princ. ff. de iure fiſci. Et ibi dicit Bar. quòd ſi fiſcus opponat inſtrumentum cõtra priuatum, & priuatus oſtendat aliud eodem die confectum, & non appareat de prioritate, inſtrumẽtum priuati præſumitur prius. Et hoc pro notabili extollit Mathe. no. 76. nota unam regulam, &c. dicens, quòd licet fiſcus habeat multa priuilegia, tamen in caſu dubio magis fauetur priuato. Similiter Bal. in l. dotis. C. de iure do. dicit, quòd ſi concurrit unum inſtrumentum pro fiſco, aliud pro dote, & non apparet de prioritate, præſumitur prioritas pro inſtrumento dotali. ¶ Sed caue: quia licet ita ſimpliciter dicant iſti, tamen lex non puto. intelligitur, quando tractatur de lucro fiſci, & de damno priuati in pœna applicanda fiſco: ſed ubi agitur de damno fiſci, in dubio præſumitur pro fiſco. Iac. de Bel. in l. unica, in fin. de cadu. tol. per tex. in d. l. 1. C. de iure fiſc. lib. 10. ſecundum unam lect. quam ſequitur etiam Bar. ibi, & Salic. in l. ſi debitor. C. de pri. fiſci. & Alex. in l. 1. in prin. ff. ſol. mat. ¶ Eſt etiam alia doctrina, quòd ubi non conſtat de prioritate, ſi unum inſtrumentum continet obligationem dotis, præſumitur præceſſiſſe. Bar. & alij. in d. l. 1. ſol. mat. Et idem, ſi unum loquatur de conducta, uel ſalario alicujus doctoris. Bal. ibi: quia cauſa ſtudij & dotis æquiparantur, ut colligit ibi Bar. ex gl. fi. ¶ De † duobus autem te-
7 ſtamentis contrarijs ab non eodem tempore confectis, uide plenè Dom. in d. c. pen. de reſcripti. in 6. Cui adde, quòd ſi unũ eſt ad pias cauſas, præſumitur poſterius. Lu. in authen. ſimiliter. ibi, duodecimò. C. ad l. Fal. Et ſi unus eſt inſtitutus in duobus teſtamentis, quomodo debeat adire, uide Ang. & Imo. in l. eum, qui. in princ. ff. de acqui. hæred. rememoratores factum arduum. ¶ Scias etiam, quòd ſi inſtrumentum incipitur ante mediam noctem, & finitur poſt, debet poni tempus actus cõſumati, & ſic diei ſequentis. Inno. de offi. dele. conſuluit. & ſequitur Bald. in l. ſi quis cum. §. 1. ff. de uul. & pup. quia ſemper attenditur momentum, quo actus perficitur. Et iſtud no. quia fuit in facto, ſecundũ eum. ¶ Scias etiã, quòd ſi
b unus [b] cõtractus ſequitur alium inter eaſdem perſonas, eodem die, loco & teſtibus, præſumitur facti incõtinenti unus poſt alium. Bar. in l. pe. §. ſi uir. ff. ſol. mat.

a Dictio Plus] De hac dictione Plus, vide omnino Alex. in l. cum ſueris. ad fi. cũ con cor. ibi per eum ſignatis, & in conſilio ſuo 90. 4. par.

b Si unus] Ad le an, quod ſi duo teſtamenta reperiãtur eadẽ die cõfecta, & quod prius

Et ideo

uel poſterius, non apparet, neutrum ualet, l. j. §. j. & ibi Bar. ff. de bon. poſ. ſecũdum tab. & in l. ſi duas. in prin. in lec. Nic. de Nea. uer. ultimo dicit glo. ff. de excuſ. tuto. licet cautela eſt, quod heres adeat ex utroque ſecundũ Ang. in l. eũ, qui. ff. de acquir. here. Fallit hoc, quando in uno ſunt ſcripti extranei, & in alio inſtituti uenientes ab inteſtato, tũc in dubio debemus præſumere pro uenientibus ab inteſtato. Ita Bar. in d. l. j. §. j. ff. de bon. poſſ. ſecundũ tab. Itẽ fallit, quãdo in altero continetur ademptio ad alterũ, quod illud præualet ex coniectura poſterioritatis. Ita Bal. & alij in l. ij. C. de codicil.

Et ideo dicit Bar. conſil. 161. Proponitur, quòd ſyndicus, &c. quòd quãdo duo cõtractus ſequuntur, unus poſt alterum in continenti, licet nõ dicatur inter partes, quòd ſecundus fiat propter primum, tamen præſumitur, quòd unus ſit factus gratia alterius, & quòd inuicem correſpõdeant. No. Pe. de Anc. conſi. mihi 53. Dominus Nic. netos Abb. & Bald. in conſil. thema prædictũ, in quo de duabus quæritur. & Rapha. cõſi. Videtur prima fronte. & Bal. in repe. l. petens. C. de pac. Et de
8 his alias. ¶ Et ſcias, quòd † quando apparent duæ inueſtituræ factæ eodem tempore, præualet, quæ eſt plenior. Bal. in c. 1. in prin. quid ſit inueſti. Item cæteris paribus data duplici collatione eodem tempore duob. facta, illa præfertur, quæ primò fuit acceptata, Cal. de præben. conſil. 7. ad fin. Ex prædictis adde omnino multa, quæ dixi ſ. co. c. pen. circa. uerſi. de concurſu. ubi poſui uarias quæſtiones de iſta materia concurſus, maximè in collationibus beneficiorũ. Et dicit Bal. in l. ſi duas. circa medium, ff. de excu. tuto. quòd id, quod fit uno die, ſimul fieri uidetur, niſi appareat, quod prius, & quod poſterius. Et eſt utile ad plures impetrantes eadem die, ſecundum eũm dicentem etiam illum tex. non eſſe contra c. ſi à ſede. de præben. in 6. quia illa decre. loquitur in beneficio & fauore: ſed illa litera loquitur in onere, & ubi conſtat de ordine. ¶ Circa caſus poſitos hic per Abb. ſuper glo. maiori. adde ad ſecũdum, Imo. ſ. co. cæterum. ubi probat poſt antiquos, quòd ſi pendente lite ſuper prænaliditate literarũ, uel ẽt illa nõ pẽdente ſecũdus impetrãs patiatur, quòd procedat in principali, ualet proceſſus. Et adde Aug. in l. ij. in prin. ibi. ſextò fallit. ff. ſi quis in ius uo. non ier. ubi ex iſto tex. colligit caſum, in quo delegatus nõ cognoſcit, an ſua ſit iuriſdictio: & ſubdit, quòd ſi nõ proponit exceptio reuocatiõis, ſed producitur ſolũmodò reſcriptũ ſecũdæ delegationis, & tã delegatus in primo, quã in ſecũdo, procedit in cã, & cõtrarias ſentẽtias ferunt, illius ſententia præualebit, ad quem declaratum fuerit iuriſdictionem ſpectare. Sed ſi reſcriptum non fuit productum, ualet ſententia illius, qui primò incepit procedere, per c. auditis. de reſt. ſpo. & c. cũm. in ante. de offi. deleg. & per Inno. ſ. eo. cæterũ. Ad iſtud attende ſingulariter, ſecundũ eum. ¶ Dicit etiam Inno. hic, quòd ſi partibus placuerit, poſſunt prorogare iuriſdictionem iſtorum omnium delegatorum utriuſque reſcripti, ut de principali cognoſcere poſſint. Et ſequũtur hic. Ioan. de Lig. Card. & Imo. per id, quod habetur in l. j. ff. de iudi. & in c. 1. j. de iudi. ¶ Non obſtat c. cũm ſuper. j. de. offi. dele. per quod Hoſt. hic tenet contrarium: quia ſecundum prædictos ibi, ille, qui erat iudex, aſſociabat ſibi alium omnino non iudicem: hic ſecus. ¶ Limita, ſecundũ But. & Imo. dum modò ſecundæ literæ non fuerint præſentatæ: uel ſi fuerint præſentatæ, fuerunt conceſſæ ad impetrationem partis, quæ fauori ſuo renũciare poteſt. ſecus, ſi ſecundæ reuocantes primas fuiſſent conceſſæ motu proprio & oſtenſæ: quia tunc cũm iuriſdictio deficiat ſunditus in primis iudicibus, non potuit prorogari tacitè uel expreſsè. quia eſſet de nouo dare, contra c. ſi diligenti. de ſor. com. de quo latiùs dixi in d. c. cæterũm. prima reſtrictione. Vbi etiam inuenies, an oporteat iſtas fuiſſe oſtenſas. ¶ Limita etiam hanc decretalem, Niſi geminata reſcripta impetrentur ad diuerſos iudices ſuper diuerſis cauſis: quia non habet locum diſpoſitio huius c. Lud. conſi. clc. Breuiter dicitur. inferens, quòd cũm unum reſcriptum fuiſſet impetratũ in cauſa principali, aliud in cauſa reſtitutionis tendens ad reſciſſionẽ latæ ſententiæ, non habeat locum iſte tex. Inducit uerba Inno. hic dũ dicit, quòd iſtud procedit, ubi æqualia ſunt iudicia, & conſequenter iudices pares. Ad idẽ ponderat Innoc. hic dum dicit iſtud c. non procedere, dum dubitatur, an iuriſdictio primi iudicis ſit reuocata per literas ad iudicem appellationis impetratas: quoniam tunc ſolum iudex appellationis cognoſcet: quia in diuerſa cauſa ſunt factæ iſtæ impetrationes literarum. Quòd non poſſit appellari à iudicibus, quib. alij detulerũt, tenet Inno. Io. de Lig. & Card. hic, dicens dictum Inno. eſſe ſubtile, & ſecundum illud conſuluiſſe Sali. ¶ Ad illud de modico grauamine reſpondet, quòd licet proſit haberet iudicem fauorabilem, tamen hoc nõ uidetur intereſſe æſtimabile. Et ideo nulla pars poteſt dici grauata, cũm nihil ſit diminutum de iure ſuo: ſecus, ſi diminueretur. Ita loquitur c. de appellationibus. j. de appel. Contrarium tenent Hoſt. Imol. & Abb. quia à iudice unius reſcripti pronunciante ſuam eſſe iuriſdictionem, appellari poteſt, c. dilecti. & c. ſignificauerunt. de excep. Ergo ita hic. Pro hoc glo. hic in uerbo, ſupiatur. uolens, quòd à ſententia arbitrorũ poſſit hoc caſu appellari: & tamen attenta ratione Inno. uideretur idem in ſententia eorum ſuper articulo reuocationis. Facit c. ab arbitris. de offi. deleg. in 6. per quod tenet hic Abb. in notabilibus, poſſe ab iſtis arbitris appellari.

9 VBI DVO CORPORA Confuſa † in unum habent exercere actum, ita quòd non remanent ambo integra, ſtatur maiori parti reſpectu omniũ perſonarum in ſimul unitarum. ſecus, quando plura corpora, quorum unum in aliud non confunditur, iunguntur. quia oportet, quòd habeatur maior pars utriuſque corporis, conſiderando utrinſque partis utrunque corpus. Ita probat gl. hic in uerbo, plures. quã extollunt pro ſing. But. Imo. & Ab. hic, quos ſimpliciter refert & ſequitur An. Sic. ¶ Adde Bal. in l. ſi ad ſcribatũ. ad fi. C. de app. ubi dicit, quòd ſi actus debet expediri à duobus collegijs, non ſufficit maior pars, iungendo unum collegium totum cum minori parte alterius: ſed requiritur maior pars utrinſque: quia minor non reputatur membrum collegij. Et ideo dicit Abb. conſi. 57. Ex infra ſcriptis literis, quòd ſi Papa mandat epiſcopo, ut aliquid expediat cum conſulib. populi, nõ ſufficit, quòd epiſcopus cum aliquibus faciat maiorem partem, ſed requiritur maior pars ipſorum conſulum, per iſtum tex. cum glo. ¶ Et adde Ab. poſt alios in c. fin. j. de parochijs. ubi per illum text. ponit, quod eſt dictum, quando corpora coniunguntur, ut faciant unum corpus: quia tunc inſpicitur maior pars perſonarum congregatarum. Et idem dicit ſentire Bar. in l. fi. ff. de collegijs illi. ¶ Adde etiã tex. in c. ſcriptum. j. de elect. per quem Abb. ibi repetit prædicta, addens, quòd ubi diuerſa corpora coniunguntur in unum ad actus expeditionem, nõ ut diuerſæ uniuerſitates, ſed ut unum corpus, computantur uoces per capita, & poſtea infert ad concilium generale, in quo proceditur per nationes, & oportet ad ualiditatem actus, quòd concurrat maior pars nationum, licet fortè in maiori parte nationum eſſent pauciores perſonæ numero, ut quia fortè aliæ nationes contradicentes ſunt plures in numero perſonarum. Et ſubdit, quòd ex circunſtantijs cognoſcitur, an conueniant in diuerſa corpora, an ut facientes unum corpus. Si enim dantur uoces in unum, non poteſt dici, ut conueniant, niſi tanquam unũ corpus. Et iſta dicta reputat importantia Baptiſta de S. Seuerino in repet. l. omnes populi. ff. de iuſti. & iure. Aliquid etiam ponit Abb. de offi. deleg. cũm te. uerſu fi. ¶ Et iſtis adde omnino Abb. conſi. mihi 132. Caſus in effectu talis eſt: quidam teſtator. ubi latè ponit, quomodo cõputẽtur uoces diuerſorum corporum, ad hoc, ut quodlibet corpus uideatur repræſentari debito numero uocũ. Et uult poſt multa, quòd ſi certis conſulib. & hæredib. committitur diſtributio piorum relictorum, uentant conſules, ut principales, habita maiori numero eorum, & hæredes requiruntur ab eis. Multum inducit dicta Io. An. de elect. ſcriptum. quem uide. Ad hæc etiam uide Abb. in c. in ſingulis. de ſta. mo. & in c. fi. de maio. & obe. & Lu. conſi. 99. Viſo propoſito quæſtionis. ubi per iſtum tex. & per d. c. ſcriptum. & alia iura uult, quòd ſi teſtator committit diſtributionem conſulib. certæ artis & hæredibus ſuis, conſules habebunt unam uocem tantùm, & unam hæredes: & uidetur loqui de eodẽ caſu, de quo loquitur Abb. in d. conſi. Et dicit Ang. in l. 2. ff. de reb. cred. quòd ſi duæ uillæ, uel duo caſtra, uel duo monaſteria religioſorum confluunt ad habitandum in unũ, non erit una uilla, non unum caſtrum, non unum capitulum. Et idem de populis, & ſimilibus, propter gl. 1. ibi dum dicit. & tamen quilibet durat populus, Non reperitur ad hoc melior

gloſſ.

gloſſ. in iure, ſecũdum eum intelligentem, niſi ita ſe miſcuerint ad cohabitandum, ut conſtituerent unum corpus, ſicut uidemus in unico grege, ut ſit unus grex. Alle. Inno. in c. dilecta. de exceſ. præl. ¶ Circa prædicta tamen ſcias, quòd ubi actus committitur uni nomine collectiuo, & alteri perſonæ, illud collectiuũ eſt pro alia dimidia. Ang. & Imo. in l. liber homo. §. Titius. el 1. ff. de hæred. inſtit. dicentes per illum tex. quòd ſi rectori & uniuerſitati ſcholarium daretur poteſtas eligendi notarium, tãtam [a] uocem habet rector ſolus, quantam tota uniuerſitas, niſi, ſecundum Inno. de mente ſtatuentiũ appareat aliud fuiſſe, arg. l. cum uirum. C. de fideicom. Similiter dicunt Ange. & Imo. in l. interdum. in prin. ff. de hær. inſt. quòd ſi in aliquo actu dãtur uoces capitaneo & antianis, unam habebit capitaneus, & unã antiani. Similiter dicit Bal. in l. fin. in princ. C. de impu. & alijs ſubſtit. quòd nomen collectiuũ ponitur pro ſingulari perſona. Ideo ſi ei adiungitur alius ſpecialiter nominatus, ille habebit dimidiã uocum, & tota uniuerſitas, illa aliam: quia apud intellectum habetur pro ſingulari perſona. Bonus textus in l. ſi quis Titio. ff. de uſufruct. accreſ. ubi tantum habet unus nominatus, quantum plures innominati coniuncti per nomen collectiuum. Et ideo ibi Baldus infert de pœna impoſita capitaneo & antianis, & de arbitrio dato capitaneo, & prioribus [b]. Nam in iſtis exemplis quilibet eſt pro dimidia, ac ſi eſſent duæ ſingulares perſonæ, ſecundum eum. Et dicunt Iac. But. Bal. & Ange. in l. quoniam. la 2. C. de ap. quòd ſi Papa condemnauit abbatem & conuentum 10 centum, dimidiam ſoluet abbas, & aliam dimidiam conuentus. Et dicit Salic. quòd ſi poteſtas cum ſuis officialib. condemnatur in centum, poteſtas ſoluet dimidiam. Similiter dicit Bal. in ca. 1. qui feu. da. poſſ. quòd ſi prælatus cum capitulo incidit in pœnam l. ſi quis in tantã. C. unde ui. capitulum tenetur pro dimidia, & prælatus pro alia. An autem in illam pœnam incidere poſſint, uide Abb. in capit. 1. de dol. & contu. ¶ Et illa perſona, quæ habet ſecum uocem unius perſonæ alterius corporis, obtinebit: quia ibi eſt maior pars propter dimidiam iunctam unà cũ uoce alterius dimidiæ. Alberi. de Roſa in ſecunda parte ſtatutorum, q. 188. Paduæ eſt ſtatutum dicens, quòd ſi quis nõ poteſt torqueri, niſi ſit deliberatum per poteſtatem & priores, obtinet uox poteſtatis & unius prioris: quia ibi eſt maior pars. Et iſta fuit opinio Hoſt. in c. poſtulaſti. de conceſ. præben. Sed eſt communiter reprobata, tum propter gloſſ. hic. & prædicta, ubi oportet, quòd illud nomen collectiuũ uerificetur in maiori parte, tum propter multas alias rationes, quas pulchè contra Hoſtien. dilatat Ioan. An. in c. à collatione. de appel. in 6. probans, quòd ſi epiſcopus habet ſecum unum canonicum concordem, non præualet uotum ſuum uoto aliorum canonicorum; quia ad hoc, ut cognoſcatur uox capituli, requiritur maior pars. Ergo habendo uocem unius canonici non habet uocem capituli. Et dicta Io. An. reaſſumit ibi latè Dom. Sequitur etiam Fed. conſi. 212. In Chriſti, & c. uacantib. canonicatu, & præbenda. in fin. & Lap. alle. 32. in fin. But. & Abb. in d. c. poſtulaſti. & in c. quãto. de his, quæ fi. à præla. & Dom. in c. fin. circa medium, de reg. iur. in 6. & Bal. in c. 1. in fi. prin. io ti. cui dabit ſacramẽtũ. & gl. I c. unico, in uerbo, à ſenſu. ua ſe. ua. in 6. & Ab. hic, & in d. c. ſcriptum. & per l. ud. conſi. 156. ad fi. Quæ omnia bene no. ¶ Dicas etiam ad materiam huius decre. quòd
10 ſi † arbitri pronunciarent illos eſſe iudices, qui non ſunt, & ab eis non appellaretur, illi poſſent cognoſcere de cauſa. Glo. fi. & omnes * hic. ¶ Sed finge, quòd unum reſcriptum reuocet aliud ipſo facto, ſicut quũ eſt datũ motu proprio, ut latè dixi ſ. eo. cæterum. in prima reſtrictione, tunc dubito de iſta glo. quia ſi illi iudices reuocati funditùs carent iuriſdictione, conſenſus partium expreſſus, uel tacitus, non uidetur eam poſſe reuocare, per l. priuatorum. cũ fi. C. de iur. om. iud. maximè cùm præſentatio illius reſcripti ſemel denotauerit animũ impetratoris, quod magis irritat aliud reſcriptum. Cogitabis. quia nunc occurrit. ¶ Demum adde, quòd nullus iſtorum poteſt alteri mandare quòd in cauſa non procedat. quia ſic mandando ingereret ſe officio. Ang. in l. quæ oĩa. per illum tex. ff. de procur. Allegat Innoc. hic.

a *Tantam] Adde, quod no. Hoſt. Ioan. And. & do. Abb. in c. poſtulaſti. de conceſ. præben. Fede. de Sen. in conſ. ſuo incip. Ad epiſcopum & capitulũ. do. Abb. in conſi. ſuo 37. incip. Caſus in effectu talis eſt.*

b *Et prioribus] Facit, quod no. habetur per do. Soc. conſil. 4. uerſic. ex quibus uerbis. circa medium, in j. parte.*

SVMMARIVM.

1 *Habitus iuriſdictionis poteſt delegari.*
2 *Perpetuatio iuriſdictionis circa expreſſa an operetur in non expreſſis? Concludit, quòd non: quæ regula patitur quinq; fallentias. Citatio facta contra unum ex correis, perpetuat actum contra alium correum. Poſt nu. 2. uer. fallit primò.*
3 *Perpetuatio iuriſdictionis fit per ſolam citationem.*

QVONIAM. ¶ Per clauſulam generalem poſitam in reſcripto ante expreſſionem rerum & perſonarum delegatus habet iuriſdictionẽ in habitu, & non in actu [c]. Hoc primò. Speciales literæ derogãt literis generalibus, quãquam de illis nullam faciant mentionem. Hoc ſecundò. Non dicitur diſpoſitio generalis quando non comprehẽdit totum genus, ſed uenit uerificanda ſolum in una ſpecie comprehenſa ſub genere. Bar. in l. ſi domino. ff. de leg. 1. per tex. ibi, & in l. ſi hæres. ff. de op. l. c. bonus tex. cum gl. de offi. dele. ex parte. el 1. & ibi exemplum utile, de quo hic per Abb. ¶ Adde Pau. de Caſt. in d. l. ſi domino. ubi dicit idẽ, quod Bar. ibi de illo, qui habet expectatiuã. Et pro ipſo dicit eſſe caſum in d. c. ex parte. qui, ſecundum eum, eſt fundatus in dictis legibus. Idem Abb. in d. c. ex parte. faciens feſtum de illo tex. pro opi. Bar. Dicit etiã Pau. ubi ſ. quòd ſi poſt gratiam primi uacet præbenda, quam Papa alteri conferat, non facta mentione de primo expectante, qui poterat acceptare eam, non ualet gratia tanquam ſurreptitia. Alle. d. ca. ex parte. Et hæc no. ad intellectũ regulæ generalis, de reg. iur. in 6. Senſus gl. in uerbo, eneruatur. eſt, quòd ſi per literas ſpeciales fit citatio, procedatur authoritate ipſarum: ſecus, ſi fiat per primas. Contrarium tenet Ioan. Mo. in rub. de reſer. in 6. uidelicet quòd habens ſecundum reſcriptum ſpeciale citatus à primo, poteſt excipere, quòd primus non eſt iudex: quia materia, de qua loquitur ſecundum reſcriptum, eſt ſpecialiter commiſſa. Et iſta ſunt paria, quòd quis non habet iuriſdictionem, uel habeat, ſed non quo ad id, de quo agitur in ſpeciali caſu, c. cùm olim. de offic. deleg. & ita But. Abb. & Domi. hic. Tamen dicit Imo. quòd in practica difficilè obtineretur contra gloſſ. quia Ioan. And. antiqui tranſeunt cum ea. ¶ Salua gl. duob. modis. Primo ſecundum Abb. hic, quando ſecundus impetrator ſpecialis eſſet negligens: quia ſicut primæ tolluntur aliàs per ſolicitudinem ſecundi & negligentiam primi, ſ. eo. ſi aũt. ita ſecundæ reuocatoriæ poſſunt tolli per negligentiam ſecundi, & ſolicitudinem primi: ſed ubi non poteſt ſecundò aſcribi negligentia, gl. malè loquitur, quia primus ſemper obtineret: qui facilius poteſt ad iudicem recurrere. ¶ Dubito de iſta ſaluatione propter uerbũ Penitus, de quo in tex. quod importat ipſo iure. Gl. fi. in l. ſi aduocationum. C. de poſtu. Ergo ſi primæ generales, quo ad ipſam ſpeciem, ſunt ipſo iure reuocatæ, non uidentur poſſe reuiuiſcere, arg. l. ſi res. §. aream. ff. de ſolut. ¶ Poſſes reſpondere hoc modo: quia uidemus tex. ſ. eo. cæterùm. quod ſecundæ non facientes mentionem de primis, non obtinent alicuius roboris firmitatem, & tamen per negligentiam primi ualent. Ergo non ſunt ipſo iure nullæ: quia per alia iura ſic declaratur. Vnde hic poteſt dici pariter econuerſò, quòd primæ reconualeſcãt per negligentiam ſecundi impetratoris: ſed certè illud, quod de negligẽtia dicitur, ſ. eo. ſi autẽ. & j. eo. plenunq;

c *Non in actu] Ad huius tex. materiã uide Doct. & Pet. de Su. & omnino per Ang. in l. cum furioſus. ff. de iudi. et quod per Bar. in l. multum. de condi. & demonſt. & do. de Rot. in deci. 357. Circa tertium dubium. &c. & in deciſ. 346. ſi unus in no. & Bal. in l. necquicquã. §. ubi decretũ. ff. de offi. proconſul. & leg. et in l. falſus. & Bal. in Marga. uerb. delegatus. uerſ. 8. & uerſ. 9. Et quis dicatur delegatus & quã de poteſtas dicatur delegata, uide no. per do. Socin. conſi. 260. incip. In cauſa manumiſſi. uer. 1. quia cõceſſa. cũ uer. ſeq. & in uer. aliquãdo, & quintò. ibi, nam.*

rũq;. non loquitur præciſè in caſu iſto, in quo uidetur iſte tex. ultrà determinare, dicendo, quòd circa ſpeciem ſpecificatam in ſecundis literis primæ penitus eneruantur. Tamẽ opinio Abb. eſt æqua, & fuit prius Car. hic. ¶Secundam ſaluationẽ ponit hic Domi. uidelicet ſi ante præſentationẽ ſecundi eſt facta ſpecificatio per primum: quia primum reſcriptum obtinebit in illa ſpecie, ex quo ante præſentationem ſecundæ literæ nõ operantur effectum, c. audita. de reſt. ſpo. dixi ſ. eo. cæterũ. Sed cogita: quia, ut dicit ibi Abb. primus ſemper obtineret: quia facilior eſt ſibi aditus ad iudicẽ. Unde ſi non poteſt imputari negligentia ſecundo, non uidetur prodeſſe iſta feſtinantia primi: ſecus ſi fuiſſet negligens ſecundus. Et intellige, quòd primus dicatur eſſe ſolicitus per ſpecificationem factam de perſonis, uel rebus, & nõ aliter, propter dictum Dominici, de quo ſ. Et conſidera, quòd de iuris rigore multi tenerent hanc ſaluationem indiſtinctè, præſuppoſito, quòd ante præſentationem ſecundæ non ope-
1 rentur effectum. ¶Habitus † iuriſdictionis, de quo hic, poteſt ſubdelegari. Gl. hic communiter * approbata, & ultra reſponſionem Abb. ad c. Romana. de offi. ordi. in vj. reſpõdet hic But. & Imo. quod archiepiſcopus habet ibi iuriſdictionem ſub cõditione, ſi appelletur, & ſic non habet habitu iuriſdictionẽ, quo ad determinatas perſonas. Adde in primis gl. ſi. in c. ex tenore. de fo. cõpe. & gl. j. in c. licet ex ſuſcepto. eo. tit. quæ ponit ſpecialem caſum, in quo habens iuriſdictionem in habitu delegat habitum & exercitium, ſ. in Papa, quo ad iuriſdictionem temporalem. Sed iſtud pendet ex notatis de iudi. nouit. utrùm imperatori ſit conceſſum exercitium iuriſdictionis temporalis accumulatiuè ad Papam, an priuatiuè. & per extrauag. Bonifacij VIII. unam ſanctã. uidetur, quòd accumulatiuè. Adde etiam pulchra uerba Io. And. de elec. ſi confirmationem. in 6. dum probat, quòd archiepiſcopus poteſt delegare poteſtatem confirmandi ſuffraganeos in poſterum eligẽdos: quia ſicut negotia futura per uniuerſitatem cauſarum delegari poſſunt, c. per hoc. de hæreti. in 6. l. ſolent. & l. ſeq. ff. de iuriſ. om. iud. ita & iſta. Ad c. ſi. j. eo. reſpondet, quòd ibi præiudicatur ordinariæ poteſtati, hic non. Præterea ibi non extenditur ad futura: quia non fuerunt cogitata, neq; expreſſa. Ad d. c. Romana. reſpondet, quòd non prohibet commiſſionem futurarum appellationum ſimpliciter, ſed in diœceſi ſuffraganei, & de illis, qui non ſunt ſibi ſubiecti. ¶Præterea permittitur ibi facere, ubi hoc uult conſuetudo. Ergo talis commiſſio non eſt contra ſubſtantiam rei: quia non ualeret conſuetudo, c. ij. cum gl. maiori, de conſue. in 6. Quam reſponſionem uo. quia fortè clarior eſt reſponſione Doc. hic. Et adde Rotam de off. uicarij. ultima, in nouis: & tertia, in antiquioribus, ubi habetur, quòd epiſcopus poteſt cõmittere uicario exercitium ex cauſis futuris, ſi deſcendat ab habitu ſuæ ordinariæ poteſtatis: ſed non poſſet committere aliquid, in quo non haberet adhuc habitum, neque exercitium: putà cauſas ſibi per Papam delegandas, uel diſpenſationes ei committendas: quia poteſtas nullo modo competens committi non poteſt. Non eſt ſic in caſu Io. And. in d. c. ſi cõfirmationem. quia ibi confirmatio, uel conſecratio cõpetebat in habitu poteſtatis ordinariæ: ſed iſta nec actu, nec habitu includitur ſub ordinaria, ſecũdum Rotam. Similiter dixit Paul. in d. c. Romana §. 1. quòd qui poteſt eſſe delegatus Papæ, ſi eundo ad ſtudiũ committit uni cauſas, quæ ſibi committentur in futurum, non ualet commiſſio, quia non habet in illis habitum iuriſdictionis, ſed capacitatis tantum. Reſpondet ad illũ tex. quatenus probaret contrariũ, quòd loquitur de ordinario, quia bene poteſt cõmittere cauſas futuras. Similiter dicit Rota de of. dele. 6. in nouis, quòd executor. ad beneficia nõ poteſt dare poteſtatem collegijs ſuper purificatione gratiarum, quæ ſibi committentur. Reſpondet Rota ad dictum Io. Andr. ubi ſ. quòd loquitur in committente cauſas, ſiue negocia futura expedienda iure proprio: ſecus, ſi alieno. Similiter dicit Aegi. concluſ. 22. ſecundum magnam partem, & c. quòd iudex datus in cauſa appellationis, de qua non conſtat, nihil poteſt in negotio principali, ſed bene poteſt pronunciare ſe incompetentem. Et ſubdit Aegi. concluſio. 28. & c. quòd commiſſio facta ſuper appellatione nondum interpoſita, & nulla: & ſi eadem die fuerit interpoſita appellatio, & facta commiſſio, in dubio præſumitur appellationẽ præceſſiſſe, ſecundum eum. Concor. Rota de except. ſecunda, in nouis allegata ſ. ¶ Conſidera reſponſionem Docto. hic ad d. c. Romana. in qua uidentur uelle, quòd ibi adhuc non competebat iuriſdictio etiam in habitu, nam iſtud uidetur dubium. Primò per id, quod no. Rota, ut dixi de uicario, quia uult, quòd poteſtas pro cauſis futuris poteſt cõmitti, & in illis uidetur committens habere habitum, ſicut in iſtis. Præterea in caſu gl. & Doc. hic non uidetur differentia, quo ad caſum ca. Romana, quia iſte habet iuriſdictionẽ in habitu cum conditione, ſi genus ſpecificatur. Ita ibi archiepiſcopus eſt cõditione, ſi fuerit appellatũ. Præterea ſi nõ haberet ibi poteſtatẽ in habitu, nõ ualeret cõſuetudo, q cõmitteret id, quod non habet, tanquã contra naturam rei ut eſt dictum, & ideo magis uidetur plena reſponſio Io. An. in d. c. ſi confirmationem. quòd ibi prohibetur commiſſio in diœceſi ſuffraganei, & de illis, qui nõ ſunt ſibi ſubiecti: nõ, quia deficiat habitus, ſed propter honorem ſuffraganeorũ, nam in proprio territorio poſſet fieri talis commiſſio, ut expreſsè ſentit Io. And. ¶Et circa d. c. Romana. uide, quod no. Abb. de teſtib. ſignificauerunt. ubi dicit, quòd licet à futuro grauamine non poſſit appellari, c. dilecto. & c. cùm ceſſante. de ap. tamen poteſt appellari ſub conditione, ſi grauabitis. quia uidetur perinde, ac ſi diceret, Appello extunc. & tenet appellatio. Unde licet propter honorem iudicis non debeat ita appellari, tamen ſi appellatur, ualet, ut ibi per eum. ¶Contrarium tenet ibi do. meus do. Franc. de Are. per d. c. Romana. §. j. ubi non poteſt committi cauſa ſub conditione, ſi contingat appellari. Unde ſicut ibi non poteſt fieri cõmiſſio in cauſa appellationis, ne aliquo modo lædatur iuriſdictio ſuffraganei: ita nec talis appellatio, ne lædatur honor iudicis. ¶Poſſet reſponderi, quòd ibi eſt ſpecialiter prouiſum propter dictam rationem, non quia de iure actus nõ poſſet ualere. Patet: quia poteſt ualidari conſuetudine, & ideo non uidetur extendendus. Tamen nõ affirmo dictam opi. Abb. quia obſtãt alia multa, de quib. ibi per do. meum. Et ſi diceretur, delegatus in caſu huius gl. poteſt committere habitum: ergo epiſcopus poteſt committere uicario habitum pro futuris delegationibus: cuius contrarium eſt dictum ſ. reſponde, quòd in caſu iſto competit habitus mediante reſcripto: ſed in alio caſu non competit aliquis habitus, ſed mera capacitas futurarum cõmiſſionum. Et ſic etiã in caſu Pau. & Dom. in d. c. Romana. §. j. dum loquuntur de eunte ad ſtudium. ¶Et uo. quòd iuriſdictio competẽs ſolùm in habitu poteſt prorogari. Ita Pet. de Anc. hic: quia licet iuriſdictio extincta non poſſit prorogari, tamen ſuſpenſa poteſt, quia aliud eſt ius finiri in aliquo, aliud exercitiũ impediri. Alleg. l. quòd ſi fortè. §. ſi. ff. de ſolut. & l. ſi plurib. ff. de admi. tut. & refert ſe conſultum in facto nullibi hoc repeiſſe, niſi in certis ſcriptis Bar. non in lectura, in l. nec ille. ff. de tuto. & cura. dat. ab his. & idem Pet. de Anc. de of. del. cùm plures. lib. 6. ¶Contrarium firmat hic And. Sic. quia iuriſdictio prorogata intelligitur prorogari cum eiſdem qualitatib. & formis, cum quib. erat iuriſdictio prima. Gl. ſi. prope ſi. de præbend. hi, qui. lib. 6. ſæpiſſimè allegata à Bal. Sed prima iuriſdictio hic erat ſolùm in habitu. Ergo illa ſola eſt prorogata. Ad iſtud dic fatendo, quòd prorogetur ſolus habitus: ſed ſicut habitus priùs erat reducibilis ad actum, ita nunc poſt prorogationem, ſicut & hic in ſubdelegatione. Monetur etiam, quia prorogatio eſt extenſio, l. ſed ſi manente. ff. de precario. Sed iuriſdictio non poteſt extendi. Ergo nec prorogari. Unde lapſo tempore præfixo delegato nõ poterit exercere iuriſdictionem, quo ad ea, quæ ſibi competebant in habitu tantum, ſecundum eũ. ¶ Conſidera, quòd licet poſt tempus non poſſit fieri prorogatio, d. l. ſed ſi. tamẽ priùs poteſt fieri & prorogatio & extenſio, quæ uidentur ſynonima, c. de cauſis. de of. deleg. Sed aduerte, quia And. Sic. præſupponit unum, quod uidetur impoſſibile, uolendo exẽplificare dictum Petri: quia prorogatio temporis debet fieri de communi partium conſenſu, d. c. de cauſis. Si ergo prorogatio debet fieri de iuriſdictione, quæ eſt in habitu, oportet, quòd conſentiant perſonæ exprimendæ. Et ſic expreſſio perſonarum præcedet prorogationem. Ergo non prorogabitur habitus, ſed exercitium: quia facta expreſſione perſonarum habet exercitium. Tex. eſt hic. Ergo exemplum iſtud uidetur indoctè poſitum. Si diceres, fiet prorogatio cũ conſenſu partium expreſſarum, ut operetur, quo ad perſonas nondum expreſſas: ſolue, qua ratione perpetuatio in ex-

preſſis

preſsis non operetur in non expreſsis, eadem uec protoga-
tio. Si diceres, ſicut actus communis uniuerſali iuriſdictio-
ni, ut electio notarij perpetuat etiam quo ad non expreſſa,
ut dicetur ĩ. in 1. ſallentia, ita prorogatio facta cum conſen
ſu expreſſorum, tanquam actus generalis ad omnia com-
miſſa operabitur, quo ad perſonas non expreſſas. Sol. Hoc
modo eſſet dare caſum, in quo prorogatio tẽporis fieret ſine
conſenſu partium, quarum intereſt: quia illi non expreſsi
ad hoc non conſenſerunt. Ergo cùm cauſæ ſint diuiduæ, cõ
ſenſus unius partis non præiudicabit alteri: quia nimiũ re-
ſtringeretur d. c. de cauſis. Vnde dictũ Bat. & Pet. de Anch.
de prorogatione habitus debebit alio modo exemplificari.
a PERPETVATIO Circa † expreſſa in reſcripto non
operatur regulariter, quo ad non expreſſa. Gl. hic. Ioã. And.
But. & cõiter oẽs, & Bal. in c. licet undique. de of. deleg. di
cẽs, quòd ſi ſit generalis delegatio, putà in cauſis pupillorũ,
& contineat in ſe uniuerſa capitula, tunc perpetuatio in uno
non operatur in alio, per l. quid tamen. ff. de arbi. Idem Bal.
in l. mandatum. C. man. dicens, quòd mãdatum factum ab
officiali ratione officij finitur morte mandantis in his, quæ
nõ ſunt inchoata. Et dicit eſſe gl. notabilem in c. ne aliqui,
in uerbo, cœpta. de hære. in 6. & idem Sal. ibi, oppono octa
uò. & ſunt dictũ Lud. & Alex. in l. & quia. ff. de iur. om. iud.
Quib. ĩ. dicendis poteris plura addere. Et pro prædictis eſt
tex. in d. c. ne aliqui. per locum à ſpeciali: & eſt tex. clarior
in c. ſi. §. ut officium. de of. dele. in 6. ubi poteſtas conſerua-
toris, qui præponitur uniuerſitati agendorum extinguitur
morte præponentis re integra, quo ad non cœpta. Contra-
rium tenuit Bar. in d. l. & quia. ibi quæro, quid ſi commiſſa
ſunt. dicens, quòd ſi commiſſio eſt uniuerſaliter facta, uide-
tur unica commiſſio: & ideo incipiendo in una cauſa, sta
uidetur induci perpetuatio, quo ad omnes, ſicut quo ad il-
lam. Et eadem ratio, ſecundũ eum. Secus dicit, ſi plures cau
ſæ fuerint nominatim commiſſæ: quia propter unam perpe-
tuatam non perpetuantur aliæ. Ita intelligit gl. & Inn. in d.
c. licet. quia fuerunt plures delegationes, arg. l. ſcire debe-
mus. ff. de uer. obl. Et iſtam partem tenet etiam Inno. in l.
2. §. ſed & ſi quis, ff. de dona. & Ang. & Sal. in d. l. & quia.
& Aud. Sic. hic: mouetur ipſe propter gl. 2. in cle. 1. de teſta.
dicentem, quòd ubi actus eſt geſtus & gerendus, ſicut lex
noua nõ ligat geſta, ita nec gerenda. Et ideo à ſimili in caſu
noſtro cùm aliqua ſunt cœpta, aliqua incipiẽda, ſicut mors
Papæ, non operatur in cœptis, ita nec in incipiendis. Ni-
hilominus prima pars cõmuniter tenetur. propter tex. in ea
allegatos. Nec obſt. gl. in d. cle. 1. quæ contra eſt alterius pro
poſiti, ut ſatis ſuit dictũ de ea tit. præcedenti, c. ult. fallen.
quinta. Sed dic, ꝙ inductio eius infert ſolùm hoc, quod per
petuatio in expreſſis operatur in alijs, quę ſunt connexa il-
lis. Et hoc ſatẽdũ eſt ut ſtatim dicẽ in 1. fallẽtia. Et iſtã partẽ
tanquam communem, ſequuntur alij ĩ. allegandi. Sed ſuper
dicta communi opinione ordinaui nouiſſimè quinque fal-
lentias. ¶ Fallit primò in connexis. Io. An. But. Inno. & Ab.
hic, arg. l. ſi. C. de duob. reis. allegato in glo. ubi citatio fa-
cta contra unum ex correis, perpetuat actum contra alium
correum. Bene faciunt dicta Cy. in l. mandatum. C. mand.
ubi uult, quòd ſi delegatur iudicium uniuerſale, ut petitio-
nis hæreditatis, perpetuatum ſuper una re, eſt perpetuatum
ſuper omnib. reb. eiuſdem hæreditatis & acceſſorijs, tã præ
ſentibus, quàm futuris: quia propter naturam uniuerſalis
iudicij uidentur tempore omnia etiam minima. Eſt. n. una
actio inſpecto iure quod metimur ex perſona agentis, l. 1.
in prin. ff. ſi pars hære. pe. Idem, ſi delegatur iudicium gene-
rale, ut negociorum geſtorum, uel tutelæ, ut ibi latiùs, & ſe
quitur latè Bal. hic. Similiter dicit Fede. conſ. 4. Quæſtio ta-
lis eſt. in ſi. quòd commiſſio facta de abſoluendo plures ex-
communicatos, expirat morte committentis, quo ad non
abſolutos, licet cœpta ſit in aliquib. abſolutio. niſi negociũ
omnium, qui debuerunt abſolui, ſit connexum. Ad idem,
quod in alio propoſito notant hic Compoſt. Ioan. And. But.
Imol. & Dom. dicentes, quòd ſi executor habens poteſtatẽ
prouidẽdi ad beneficia, in prouincia, fecit inhibitionem in
duab. eccleſijs, poſtea moritur delegans, poterit iſte prouide
re etiam in alijs eccleſijs, in quib. non inhibuit, dum modò
inhibitio fuerit generalis: quia licet fuerit in certis locis, ta
men eſt unicum negotium, ſ. prouiſionis in prouincia fa-
ciendæ: ſecùs dicũt, ſi in una, uel plurib. inhibuiſſet, dicẽs,

ſe nelle in altera earũ procedere. quia tunc nec mortuo, nec
uiuente mãdatore, poterit in alijs exequi: & remittũt no. ĩ.
eo. c. ¶ Fallit ſecundò, niſi feciſſet actum communem tam
ad expreſſa, quàm ad non expreſſa, prout eſt acceptatio re-
ſcripti, uel electio notarij. Ita But. & Dom. hic, dicentes, ſe
non uidere, quòd tales actus non ſint communes, etiam ad
contentos ſub clauſula generali. Et ſic eſt perpetuata, quo
ad omnes. Idem dicunt, ſi ſolùm facis exprimi res, uel per-
ſonas. Nec obſt. iſte tex. ubi ante expreſſionem non habet
exercitium: quia uerum eſt ſuper principali, ſed ſuper præ-
1 ambulis bene habet. ſicut actu habet iuriſdictionem ad ſub
delegandum, ut ſ. dixi. Et iſta etiam ad faciendum exprimi
res, uel perſonas. Idem But. de offi. dele. licet unicuiq;. ibi,
2 quæro, plures cauſæ. dicens, quòd ubi delegato ſunt com-
miſſa plura negotia. perpetuatio in uno non operatur in a-
lijs, niſi antea eſſet factus actus communis omnibus nego-
tijs. Idem Imol. hic. & Dom. in d. cap. ne aliqui. Bene facit,
quod no. Ioan. An. & But. de fil. presbyt. ex tua. ad ſi. dicen-
3 tes, quòd habens poteſtatem diſpenſandi cum illegitimis,
ut promoueantur, ſi fecit actum communem omnibus di-
ſpenſationibus, non perdit hanc poteſtatem mortuo Papa,
aliàs ſecus. Et idem Io. An. in Spec. de deleg. §. uidendum.
uerſi. quid ſi 15. ita intelligens Spec. ibi. Et intelligunt iſti de
poteſtate data per uiam commiſſionis, putà de diſpenſando
4 cum certis: quia gratia nondum eſt facta, ſed committitur.
5 fienda: ſecus ſi per uiã gratiæ factæ, putà de diſpenſando cũ
incertis: nam quo ad habentem diſpenſare, gratia eſt facta,
ideo non expirat mortuo Papa, etiam re integra, per c. ſi cui
nulla. de præb. in 6. & firmat Fede. conſi. 88. Caſus talis eſt,
Papa conceſſit. Et iſta ſunt de mente Arch. 18. q. 2. dudum.
ibi, & iſtud, an argumentum eſt ad queſtionẽ. Et pulchrè no.
Dom. in c. 2. de prob. in 6. dicens. quòd gratia de conferen-
dis beneficijs uacantibus in curia perſonis incertis, durat
mortuo Papa etiam re integra. Et iſta fallentia de actu com-
muni poſſet etiam fortè procedere in caſu, de quo per Fe-
7 der. d. conſi. 181. ¶ Aduerte duobus modis. Primo, quòd ex-
emplum de acceptatione reſcripti non eſt bonum: quia ſe-
8 his alias. ¶ Et ſcias, quòd † quando apparent duæ inueſtituræ factæ eodem tempore, præualet, quæ eſt plenior. Bal. in c. 1. in prin. quid ſit inueſti. Item cæteris paribus data duplici collatione eodem tempore duob. facta, illa præfertur, quæ primò fuit acceptata, Cal. de præben. conſil. 7. ad fin. Et prædictis adde omnino multa, quæ dixi ſ. eo. c. pen. circa uerſi. de concurſu. ubi poſui uarias quæſtiones de iſta materia concurſus, maximè in collationibus beneficiorū. Et dicit Bal. in l. ſi duas. circa medium, ff. de excu. tutu. quòd id, quod fit una die, ſimul fieri uidetur, niſi appareat, quod prius, & quod poſterius. Et eſt utile ad plures impetrantes eadem die, ſecundum eūm dicentem etiam illum tex. non eſſe contra c. ſi à ſede. de præben. in 6. quia illa decre. loquitur in beneficio & fauore: ſed illa litera loquitur in onere, & ubi conſtat de ordine. ¶ Circa caſus poſitus hic per Abb. ſuper glo. maiori. adde ad ſecūdum, Imo. ſ. eo. cæterum. ubi probat poſt antiquos, quòd ſi pendente lite ſuper præualiditate literarū, uel ēt illa nō pēdente ſecūdus impetrās pariatur, q procedaſ in principali, ualet proceſſus. Et adde Aug. in l. ij. in prin. ibi. ſecūdò fallit. ff. ſi quis in ius uo. non ier. ubi ex iſto tex. colligit caſum, in quo delegatus nō cognoſcit, an ſua ſit iuriſdictio: & ſubdit, q ſi nō proponit exceptio reuocatiōis, ſed producitur ſolūmodò reſcriptū ſecūdæ delegationis, & tā delegatus in primò, quā in ſecūdo, procedit in cā, & cōtrarias ſentētias ferunt, illius ſententia præualebit, ad quem declaratum fuerit iuriſdictionem ſpectare. Sed ſi reſcriptum non fuit productum, ualet ſententia illius, qui primò incepit procedere, per c. audita. de teſt. ſpo. & c. cūm. in ijte. de offi. deleg. & per Innu. ſ. eo. cæterū. Ad iſtud attende ſingulariter, ſecundū eum. ¶ Dicit etiam Inno. hic, quòd ſi partibus placuerit, poſſunt prorogare iuriſdictionem iſtorum omnium delegatorum utriuſque reſcripti, ut de principali cognoſcere poſſint. Et ſequūtur hic. Ioan. de Lig. Card. & Imo. per id, quod habetur in l. j. ff. de iudi. & in c. 1. j. de iudi. ¶ Non obſtat c. cùm ſuper. j. de offi. dele. per quod Hoſt. hic tenet contrarium: quia ſecundum prædictos ibi, ille, qui erat iudex, aſſociabat ſibi alium omnino non iudicem: hic ſecus. ¶ Limita, ſecundū But. & Imo. dum modò ſecundæ literæ non fuerint præſentatæ: uel ſi fuerint præſentatæ, fuerunt conceſſæ ad impetrationem partis, quæ fauori ſuo renūciare poteſt. ſecus, ſi ſecundæ reuocantes primas fuiſſent conceſſæ motu proprio & oſtenſæ: quia tunc cùm iuriſdictio deficiat funditus in primis iudicibus, non potuit prorogari tacitè uel expreſsè. quia eſſet de nouo dare, contra c. ſi diligenti. de for. com. de quo latiùs dixi in d. c. cæterùm. prima reſtrictione. Vbi etiam Inuenies, an oporteat iſtas fuiſſe oſtenſas. ¶ Limita etiam hanc decretalem, Niſi geminata reſcripta impetrentur ad diuerſos iudices ſuper diuerſis cauſis: quia non habet locum diſpoſitio huius c. Lud. conſi. cls. Breuiter dicitur. inferens, quòd cùm unum reſcriptum fuiſſet impetratū in cauſa principali, aliud in cauſa reſtitutionis tendens ad reſciſſionē latæ ſententiæ, non habeat locum iſte tex. Inducit uerba Inno. hic dū dicit, quòd iſtud procedit, ubi æqualia ſunt iudicia, & conſequenter iudices pares. Ad idē ponderat Innoc. hic dum dicit iſtud c. non procedere, dum dubitatur, an iuriſdictio primi iudicis ſit reuocata per literas ad iudicem appellationis impetratas: quoniam tunc ſolum iudex appellationis cognoſcet: quia in diuerſa cauſa ſunt factæ iſtæ impetrationes literarum. Quòd non poſſit appellari à iudicibus, quib. alij detulerūt, tenet Innu. Io. de Lig. & Card. hic, dicens dictum Inno. eſſe ſubtile, & ſecundum illud conſuluiſſe Sali. ¶ Ad illud de modico grauamine reſpondet, quòd licet prius haberet iudicem fauorabilem, tamen hoc nō uidetur intereſſe æſtimabile. Et ideo nulla pars poteſt dici grauata, cùm nihil ſit diminutum de iure ſuo: ſecus, ſi diminueretur. Ita loquitur c. de appellationibus. j. de appel. Contrarium tenent Hoſt. Imol. & Abb. quia à iudice unius reſcripti pronunciante ſuam eſſe iuriſdictionem, appellari poteſt, c. dilecti. & c. ſignificauerunt. de exceр. Ergo ita hic. Pro hoc glo. hic in uerbo, ſopiatur. uolens, quòd à ſententia arbitrorū poſſit hoc caſu appellari: & tamen attenta ratione Inno. uideretur idem in ſententia eorum ſuper articulo reuocationis. Facit c. ab arbitris. de offi. deleg. in 6. per quod tenet hic Abb. in notabilibus, poſſe ab iſtis arbitris appellari.

9 Vbi dvo corpora Confuſa † in unum habent exercere actum, ita quòd non remanent ambo integra, ſtatur maiori parti reſpectu omnium perſonarum in ſimul unitarum. ſecus, quando plura corpora, quorum unum in aliud non confunditur, iunguntur. quia oportet, quòd habeatur maior pars utriuſque corporis, conſiderando utriuſque partis utrumque corpus. Ita probat gl. hic in uerbo, plures. quā es tollunt pro ſing. But. Imo. & Ab. hic, quos ſimpliciter refert & ſequit Au. Sic. ¶ Adde Bal. in l. ſi ad ſcribarū. ad ſi. C. de app. ubi dicit, q qñ actus debet expediri à duobus collegijs, non ſufficit maior pars, iungendo unum collegium totum cum minori parte alterius: ſed requiritur maior pars utriuſq; quia minor non reputatur membrum collegij. Et ideo dicit Abb. conſi. 57. Ex infra ſcriptis literis, quod ſi Papa mandat epiſcopo, ut aliquid expediat cum conſulib. populi, nō ſufficit, quòd epiſcopus cum aliquibus faciat maiorem partem, ſed requiritur maior pars ipſorum conſulum, per iſtum tex. cum glo. ¶ Et adde Ab. poſt alios in c. fin. j. de parochijs. ubi per illum tex. ponit, quod eſt dictum, quando corpora coniunguntur, ut faciant unum corpus: quia tunc inſpicitur maior pars perſonarum congregatarum. Et idem dicit ſentire Bar. in l. ſi. ff. de collegijs illi. ¶ Adde etiā tex. in c. ſcriptum. j. de elect. per quem Abb. ibi repetit prædicta, addens, quòd ubi diuerſa corpora coniunguntur in unum ad actus expeditionem, nō ut diuerſæ uniuerſitates, ſed ut unum corpus, computantur uoces per capita, & poſtea refert ad conſilium generale, in quo proceditur per nationes, & oportet ad ualiditatem actus, quòd concurrat maior pars nationum, licet fortè in maiori parte nationum eſſent pauciores perſonæ numero, ut quia fortè aliæ nationes contradicentes ſunt plures in numero perſonarum. Et ſubdit, quòd ex circunſtantijs cognoſcitur, an conueniant in diuerſa corpora, an ut facientes unum corpus. Si confundantur uoces in unum, non poteſt dici, ut conueniant, niſi tanquam unū corpus. Et iſta dicta reputat importantia Bapiſta de S. Seuerino in repet. l. omnes populi. ff. de iuſti. & iure. Aliquid etiam ponit Abb. de offi. deleg. cùm te. uerſus fi. ¶ Et iſtis adde omnino Abb. conſi. mihi 135. Caſus in effectu talis eſt: quidam teſtator. ubi latè ponit, quomodo cōputentur uoces diuerſorum corporum, ad hoc, ut quodlibet corpus uideatur repræſentari debito numero uocū. Et uult poſt multa, quòd ſi certis conſulib. & hæredib. committitur diſtributio piorum relictorum, ueniunt conſules, ut principales, habito maiori numero eorum, & hæredes requiruntur ab eis. Multum inducit dicta Io. An. de elect. ſcriptum. quem uide. Ad hæc etiam uide Abb. in c. in ſingulis. de ſta. mo. & in c. ſi. de maio. & obe. & Lu. conſi. 99. Viſo propoſito quæſtionis. ubi per iſtum tex. & per d. c. ſcriptum. & aliter ura uult, quòd ſi teſtator committit diſtributionem conſulib. certæ artis & hæredibus ſuis, conſules habebunt unam uocem tantùm, & unam hæredes: & uidetur loqui de eodē caſu, de quo loquitur Abb. in d. conſi. Et dicit Ang. in l. a. ff. de rei uend. quòd ſi duæ uillæ, uel duo caſtra, uel duo monaſteria religioſorum confluunt ad habitandum in unū, non erit una uilla, non unum caſtrum, non unum capitulum. Et idem de populis, & ſimilibus, propter gl. a. ibi dum dicit. & tamen quilibet durat populus. Non reperitur ad hoc melior gloſſ.

gloſſ. in iure, ſecundum eum intelligentem, uiſi ita ſe miſcoe ſiot ad cohabitandum, ut conſtituerent nouum corpus, ſicut uidemus in unico grege, ut ſit unus grex. Alle. Inno. in c. dilecta. de excoſ. præl. ¶ Circa prædicta tamen ſcias, quòd ubi actus committitur uni nomine collectiuo, & alteri perſonæ, illud collectiuũ eſt pro alia dimidia. Ang. & Imo. in l. liber homo. §. Titius. el 1. ff. de hæred. inſtit. dicentes per illum tex. quòd ſi rectori & uniuerſitati ſcho- 1 larium datetur poteſtas eligendi nota- 2 rium, tãtam [a] uocem habet rector ſolus, quantam tota uniuerſitas, niſi, ſecundum Inno. de mente ſtatuentiũ appareat aliud fuiſſe, arg. l. cum auum. C. de fideicom. 3 Similiter dicunt Ange. & Imo. in l. interdum. in prin. ff. de hær. inſt. quòd ſi in aliquo actu dãtur uoces capitaneo & antianis, unam habebit capitaneus, & unã antiani. Similiter dicit Bal. in l. fin. in princ. C. de impu. & alijs ſubſtit. quòd nomen c collectiuũ ponitur pro ſingulari perſona. Ideo ſi ei adiungitur alius ſpecialiter nominatus, ille habebit dimidiã uocum, & tota uniuerſitas, illa aliam: quia apud intellectum habetur pro ſingulari perſona. Bonus textus in l. ſiquis Titio. ff. de uſufruct. accreſ. ubi tantum habet unus nominatus, quantum plures innominati coniuncti per nomen collectiuum. Et ideo ibi Baldus infert de pœna impoſita capitaneo & antianis, & de arbitrio dato capitaneo, & prioribus [b]. Nam in iſtis exemplis quilibet eſt pro dimidia, ac ſi eſſent duæ ſingulares perſonæ, ſecundum eum. Et dicunt Iac. But. Bal. & Ange. in l. quoniam. la 2. C. de ap. quòd ſi Papa condemnauit abbatem & conuentum in centum, dimidiam ſoluet abbas, & aliam dimidiam conuentus. Et dicit Salic. quòd ſi poteſtas cum ſuis officialib. condemnatur in centum, poteſtas ſoluet dimidium. Similiter dicit Bal. in ca. 1. qui feu. da. poſſ. quòd ſi prælatus cum capitulo incidit in pœnam l. ſi quis in tantã. C. unde ui. capitulum tenetur pro dimidia, & prælatus pro alia. An autem in illam pœnam incidere poſſint, uide Abb. in capit. 1. de dol. & contu. ¶ Et illa perſona, quæ habet ſecum uocem unius perſonæ alterius corporis, obtinebit: quia ibi eſt maior pars propter dimidiam iunctam unà cũ uoce alterius dimidiæ. Alberi. de Roſa in ſecunda parte ſtatutorum, q. 188. Paduæ eſt ſtatutum dicens, quòd ſi quis nõ poteſt torqueri, niſi ſit deliberatum per poteſtatem & priores, obtinet uox poteſtatis & unius prioris: quia ibi eſt maior pars. Et iſta fuit opinio Hoſt. in c. poſtulaſti. de conceſ. præben. Sed eſt communiter reprobata, tum propter gloſſ. hic. & prædicta, ubi oportet, quòd illud nomen collectiuũ uerificetur in maiori parte, tum propter multas alias rationes, quas pulchè contra Hoſtien. dilatat Ioan. An. in c. à collatione. de appel. in 6. probans, quòd ſi epiſcopus habet ſecum unum canonicum concordem, non præualet uotum ſuum uoto aliorum canonicorum: quia ad hoc, ut cognoſcatur uox capituli, requiritur maior pars. Ergo habendo uocem unius canonici non habet uocem capituli. Et dicta Io. An. reaſſumit ibi latè Dom. Sequitur etiam Fed. conſi. 232. In Chriſti, & c. uacantib. canonicatu, & præbenda. in fin. & Lap. alle. 32. in fin. But. & Abb. in d. c. poſtulaſti. & in c. quãto. de his, quæ fi. à præla. & Dom. in c. fin. circa medium, de reg. iur. in 6. & Bal. in c. 1. in fi. prin. in ti. cui dabit ſacramẽtũ. & gl. l c. unico, in uerbo, à ſenſu. ne ſe. ua. in 6. & Ab. hic, & in d. c. ſcriptum. & per Lud. conſi. 356. ad fi. Quæ omnia bene no. ¶ Dicas etiam ad materiam huius decre. quòd
10 ſi † arbitri pronunciarent illos eſſe iudices, qui non ſunt, & ab eis non appellaretur, illi poſſent cognoſcere de cauſa. Glo. fi. & omnes * hic. ¶ Sed finge, quòd unum reſcriptum reuocet aliud ipſo facto, ſicut qñ eſt datũ motu proprio, ut latè dixi ſ. eo. cæterum. in prima reſtrictione, tunc dubito de iſta glo. quia ſi illi iudices reuocati funditùs carent iuriſdictione, conſenſus partium expreſſus, uel tacitus, non uidetur eam poſſe reuocare, per l. priuatorum. cũ ſi. C. de iur. om. iud. maximè cùm præſentatio illius reſcripti ſemel denotauerit animũ impetratoris, quod magis irritat aliud reſcriptum. Cogitabis. quia nunc occurrit. ¶ Demum adde, quòd nullus iſtorum poteſt alteri mandare quòd in cauſa non procedat. quia ſic mandando ingereret ſe officio. Ang. in l. quæ oĩa. per illum tex. ff. de procur. Allegat Innoc. hic.

[a] *Tantam] Adde, quod no. Hoſt. Ioan. And. & do. Abb. in c. poſtulaſti. de conceſ. præben. Fede. de Sen. in conſ. ſuo incip. Ad epiſcopum & capitulũ. do. Abb. in conſi. ſuo 37. incip. Caſus in effectu talis eſt.*

[b] *Et prioribus] Facit, quod no. habetur per do. Soc. conſil. 4. uerſic. ex quibus uerbis. circa medium, in j. parte.*

SVMMARIVM.

1 *Habitus iuriſdictionis poteſt delegari.*
2 *Perpetuatio iuriſdictionis circa expreſſa an operetur in non expreſſis? Concludit, quòd non: quæ regula patitur quinq; fallentias.*
Citatio facta contra unum ex correis, perpetuat actum contra alium correum. Poſt. nu. 2. uer. fallit primò.
3 *Perpetuatio iuriſdictionis fit per ſolam citationem.*

§. QVONIAM. ¶ Per clauſulam generalem poſitam in reſcripto ante expreſſionem rerum & perſonarum delegatus habet iuriſdictionẽ in habitu, & non in actu [c]. Hoc primò. Speciales literæ derogãt literis generalibus, quãquam de illis nullam faciant mentionem. Hoc ſecundò. Non dicitur diſpoſitio generalis quando non comprehẽdit totum genus, ſed uenit uerificanda ſolum in una ſpecie comprehenſa ſub genere. Bar. in l. ſi domino. ff. de leg. 1. per tex. ibi, & in l. ſi hæres. ff. de op. le. bonus tex. cum gl. de offi. dele. ex parte. el 1. & ibi exemplum utile, de quo hic per Abb. ¶ Adde Pau. de Caſt. in d. l. ſi domino. ubi dicit idẽ, quod Bar. ibi de illo, qui habet expectatiuã. Et pro ipſo dicit eſſe caſum in d. c. ex parte. qui, ſecundum eum, eſt fundatus in dictis legibus. Idem Abb. in d. c. ex parte. faciens feſtum de illo tex. pro opi. Bar. Dicit etiã Pau. ubi ſ. quòd ſi poſt gratiam primi uacet præbenda, quam Papa alteri conferat, non facta mentione de primo expectante, qui poterat acceptare eam, non ualet gratia tanquam ſurreptitia. Alle. d. ca. ex parte. Et hæc no. ad intellectũ regulæ generalis, de reg. iur. in 6. Secùs gl. in uerbo, eneruatur. eſt, quòd ſi per literas ſpeciales ſit citatio, procedatur authoritate ipſarum: ſecus, ſi fiat per primas. Contrarium tenet Ioan. Mo. in ſub. de reſer. in 6. uidelicet quòd habens ſecundum reſcriptum ſpeciale citatus à primo, poteſt excipere, quòd primus non eſt iudex: quia materia, de qua loquitur ſecundum reſcriptum, eſt ſpecialiter commiſſa. Et iſta ſunt paria, quòd quis non habet iuriſdictionem, uel habeat, ſed non quo ad id, de quo agitur in ſpeciali caſu, c. cùm olim. de offic. deleg. & ita But. Abb. & Domi. hic. Tamen dicit Imo. quòd in practica difficilè obtineretur contra gloſſ. quia Ioan. And. antiqui tranſeunt cum ea. ¶ Salua gl. duob. modis. Primò ſecundum Abb. hic, quando ſecundus impetrator ſpecialis eſſet negligens: quia ſicut primæ tollũtur aliàs per ſolicitudinem ſecundi & negligentiam primi, ſ. eo. ſi aũt. ita ſecundæ reuocatoriæ poſſunt tolli per negligentiam ſecundi, & ſolicitudinem primi: ſed ubi non poteſt ſecundò aſſcribi negligentia, gl. malè loquitur, quia primus ſemper obtineret: qui facilius poteſt ad iudicem recurrere. ¶ Dubito de iſta ſaluatione propter uerbũ Penitus, de quo in tex. quod importat ipſo iure. Gl. fi. in l. ſi aduocationum. C. de poſtu. Ergo ſi primæ generales, quo ad ipſam ſpeciem, ſunt ipſo iure reuocatæ, non uidentur poſſe reuiuiſcere, arg. l. ſi res. §. aream. ff. de ſolut. ¶ Poſſes reſpondere hoc modo: quia uidemus tex. ſ. eo. cæterùm. quod ſecundæ non facientes mentionem de primis, non obtinent alicuius roboris firmitatem, & tamen per negligentiam primi ualent. Ergo non ſunt ipſo iure nullæ: quia per alia iura ſic declaratur. Vnde hic poteſt dici pariter econuerſò, quòd primæ reconualeſcãt per negligentiam ſecundi impetratoris: ſed certè illud, quod de negligẽtia dicitur, ſ. eo. ſi autẽ. & j. eo. plerunq;.

[c] *Non in actu] Ad huius tex. materiã uide Doct. & Pet. de Su. & omnino per Ang. in l. cum furioſus. ff. de iudi. et quod per Bar. in l. malum. de condi. & demonſt. & do. de Rot. in deci. 357. Circa tertium dubium. &c. & in deciſ. 346. ſi unus in no. & Bal. in l. nequicquã. §. ubi decretũ. ff. de offi. proconſul. & leg. et in l. falſus. & Bal. in Marga. uerb. delegatus. uerſi. 8. & uerſ. 9. Et quis dicatur delegatus & quãdo poteſtas dicatur delegata, uide no. per do. Socin. conſi. 260. incip. In cauſa manutẽtie. uer. 1. quia cõceſſa. cũ uer. ſeq. & in uer. aliquãdo, & quinto. Ibi, uam.*

rũq;. non loquitur præciſè in caſu iſto, in quo uidetur iſte
tex. ultrà determinate, dicendo, quòd circa ſpeciem ſpecifi-
catam in ſecundis literis primæ penitus eneruantur. Tamẽ
opinio Abb. eſt æqua, & fuit prius Car. hic. ¶Secundam ſal-
uationẽ ponit hic Domi. uidelicet ſi ante præſentationẽ ſe-
cundi eſt facta ſpecificatio per primum: quia primum reſcri
ptum obtinebit in illa ſpecie, ex quo ante præſentationem
ſecundæ literæ nõ operantur effectum, c. audita. de reſt. ſpo.
dixi ſ. eo. cæterũ. Sed cogita: quia, ut dicit ibi Abb. primus
ſemper obtineret: quia facilior eſt ſibi aditus ad iudicẽ. Vn
de ſi non poteſt imputari negligentia ſecundo, non uidetur
prodeſſe iſta feſtinantia primi: ſecus ſi fuiſſet negligens ſe-
cundus. Et intellige, quòd primus dicatur eſſe ſolicitus per
ſpecificationem factam de perſonis, uel rebus, & nõ aliter,
propter dictum Dominici, de quo ſ. Et conſidera, quòd de
iuris rigore multi tenerent hanc ſaluationem indiſtinctè,
præſuppoſito, quòd ante præſentationem ſecundæ non ope
1 rentur effectum. ¶Habitus † iuriſdictionis, de quo hic, po-
teſt ſubdelegari. Gl. hic cõmuniter * approbata, & ultra re-
ſponſionem Abb. ad c. Romana. de offi. ordi. in vj. reſpõdet
hic But. & Imo. quod archiepiſcopus habet ibi iuriſdictio-
nem ſub cõditione, ſi appelletur, & ſic non habet habitum iu-
riſdictionẽ, quo ad determinatas perſonas. Adde in primis
gl. fi. in c. ea tenore. de ſo. cõpe. & gl. j. in c. licet ex ſuſcepto.
eo. tit. quæ ponit ſpecialem caſum, in quo habens iuriſdi-
ctionem in habitu delegat habitum & exercitium, ſ. in Pa-
pa, quo ad iuriſdictionem temporalem. Sed iſtud pendet ex
notatis de iudi. nouit. utrùm imperatori ſit conceſſum exer
citium iuriſdictionis temporalis accumulatiuè ad Papam,
an priuatiuè. & per extrauag. Bonifacij VIII. unam ſanctã.
uidetur, quòd accumulatiuè. Adde etiam pulchra uerba Io.
And. de elec. ſi confirmationem. in 6. dum probat, quòd ar-
chiepiſcopus poteſt delegare poteſtatem confirmandi ſuffra
ganeos in poſterum eligẽdos: quia ſicut negotia futura per
uniuerſitatem cauſarum delegari poſſunt, c. per hoc. de hæ-
reti. in 6. l. ſolent. & l. ſeq. ff. de iuriſ. om. iud. ita & iſta. Ad c.
fi. j. eo. reſpondet, quòd ibi præiudicatur ordinariæ poteſta-
ti, hic non. Præterea ibi non extenditur ad futura: quia non
fuerunt cogitata, neq; expreſſa. Ad d. c. Romana. reſpondet,
quòd non prohibet commiſſionem futurarum appellatio-
num ſimpliciter, ſed in diœceſi ſuffraganei, & de illis, qui
non ſunt ſibi ſubiecti. ¶Præterea permittitur ibi facere, ubi
hoc uult conſuetudo. Ergo talis commiſſio non eſt contra
ſubſtantiam rei: quia non ualeret conſuetudo, c. ij. cum gl.
maiori, de conſue. in 6. Quam reſponſionem uo. quia fortè
clarior eſt reſponſione Doc. hic. Et adde Rotam de off. uica
rij. ultima, in antiquis: & tertia, in antiquioribus, ubi habe
tur, quòd epiſcopus poteſt cõmittere uicario exercitium ca
cauſis futuris, ſi deſcendat ab habitu ſuæ ordinariæ poteſta
tis: ſed non poſſet committere aliquid, in quo non haberet
adhuc habitum, neque exercitium: putà cauſas ſibi per Pa
pam delegandas, uel diſpenſationes ei committendas: quia
poteſtas nullo modo competens committi non poteſt. Non
eſt ſic in caſu Io. And. in d. c. ſi cõfirmationem. quia ibi con-
firmatio, uel conſecratio cõpetebat in habitu poteſtatis or-
dinariæ: ſed iſta nec actu, nec habitu includitur ſub ordina
ria, ſecũdum Rotam. Similiter dicit Paul. in d. c. Romana
§. 1. quòd qui poteſt eſſe delegatus Papæ, ſi eundo ad ſtudiũ
committit uni cauſas, quæ ſibi committentur in futurum,
non ualet commiſſio, quia non habet in illis habitum iu-
riſdictionis, ſed capacitatis tantum. Reſpondet ad illũ tex.
quatenus probaret contrariũ, quòd loquitur de ordinario,
quia bene poteſt cõmittere cauſas futuras. Similiter dicit
Rota de of. dele. 6. in nouis, quòd executor. ad beneficia nõ
poteſt dare poteſtatem collegijs ſuper purificatione gratia-
rum, quæ ſibi committentur. Reſpondet Rota ad dictum
Io. Andr. ubi ſ. quòd loquitur in committente cauſas, ſiue
negocia futura expedienda iure proprio: ſecus, ſi alieno. Si-
militer dicit Aegi. concluſ. ss. ſecundum magnam partem,
&c. quòd index datus in cauſa appellationis, de qua non
conſtat, nihil poteſt in negotio principali, ſed bene poteſt
pronunciare ſe incompetentem. Et ſubdit Aegi. concluſio.
28. &c. quòd commiſſio facta ſuper appellatione nondum
interpoſita, & nulla: & ſi eadem die fuerit interpoſita appel-
latio, & facta commiſſio, in dubio præſumitur appellationẽ
præceſſiſſe, ſecundum eum. Concor. Rota de except. ſecun-
da, in nouis allegata ſ. ¶ Conſidera reſponſionem Docto.
hic ad d. c. Romana. in qua uidentur uelle, quòd ibi adhuc
non competebat iudiſdictio etiam in habitu, nam iſtud ui-
detur dubium. Primò per id, quod no. Rota, ut dixi de ui-
cario, quia uult, quòd poteſtas pro cauſis futuris poteſt cõ-
mitti, & in illis uidetur committens habere habitum, ſicut
in iſtis. Præterea in caſu gl. & Doc. hic non uidetur differen
tia, quo ad caſum ca. Romana, quia iſte habet iuriſdictionẽ
in habitu cum conditione, ſi genus ſpecificatur. Ita ibi ar-
chiepiſcopus eſt cõditione. ſi fuerit appellatũ. Præterea ſi nõ
haberet ibi poteſtatẽ in habitu, nõ ualeret cõſuetudo, q cõ-
mitteret id, quod non habet, tanquã contra naturam, rei ut
eſt dictum, & ideo magis uidetur plena reſponſio Io. An. in
d. c. ſi confirmationem. quòd ibi prohibetur commiſſio in
diœceſi ſuffraganei, & de illis, qui nõ ſunt ſibi ſubiecti: nõ,
quia deficiat habitus, ſed propter honorem ſuffraganeorũ,
nam in proprio territorio poſſet fieri talis commiſſio, ut ex-
preſsè ſentit Io. And. ¶Et circa d. c. Romana. uide, quod no.
Abb. de teſtib. ſignificauerunt. ubi dicit, quòd licet à futuro
grauamine non poſſit appellari, c. dilecto. & c. cùm ceſſan-
te. de ap. tamen poteſt appellari ſub conditione, ſi grauabi-
tis. quia uidetur perinde, ac ſi diceret, Appello ex tunc. & te
net appellatio. Vnde licet propter honorem iudicis non de-
beat ita appellari, tamen ſi appellatur, ualet, ut ibi per eum.
¶Contrarium tenet ibi do. meus do. Franc. de Are. per d. c.
Romana. §. j. ubi non poteſt committi cauſa ſub conditio-
ne, ſi contingat appellari. Vnde ſicut ibi non poteſt fieri cõ-
miſſio in cauſa appellationis, ne aliquo modo lædatur iu-
riſdictio ſuffraganei: ita nec talis appellatio, ne lædatur ho
nor iudicis. ¶Poſſet reſponderi, quòd ibi eſt ſpecialiter pro-
uiſum propter dictam rationẽm, non quia de iure actus nõ
poſſet ualere. Patet: quia poteſt ualidari conſuetudine, &
ideo non uidetur extendendus. Tamen nõ affirmo dictam
opi. Abb. quia obſtãt alia multa, de quib. ibi per do. meum.
Et ſi diceretur, delegatus in caſu huius gl. poteſt committe
re habitum: ergo epiſcopus poteſt committere uicario ha-
bitum pro futuris delegationibus: cuius contrarium eſt di-
ctum ſ. reſponde, quòd in caſu iſto competit habens me-
diante reſcripto: ſed in alio caſu non competit aliquis habi
tus, ſed mera capacitas futurarum cõmiſſionum. Et ſic etiã
in caſu Pau. & Dom. in d. c. Romana. §. j. dum loquuntur
de eunte ad ſtudium. ¶Et uo. quòd iuriſdictio competẽs ſo
lùm in habitu poteſt prorogari. Ita Pet. de Anc. hic: quia li-
cet iuriſdictio extincta non poſſit prorogari, tamen ſuſpen
ſa poteſt, quia aliud eſt ius finiri in aliquo, aliud exercitiũ
impediri. Alleg. l. quòd ſi fortè. §. fi. ff. de ſolut. & l. ſi plurib.
ff. de admi. tut. & refert ſe conſultum in facto nullibi hoc re
periſſe, niſi in certis ſcriptis Bar. non in lectura, in l. nec ille.
ff. de tuto. & cura. dat. ab his. & idem Pet. de Anc. de of. del.
cùm plures. lib. 6. ¶Contrarium firmat hic And. Sic. quia iu
riſdictio prorogata intelligitur prorogari cum eiſdem qua-
litatib. & formis, cum quib. erat iuriſdictio prima. Gl. fi. pro
pe fi. de præbend. bi, qui. lib. 6. ſæpiſſimè allegata à Bal. Sed
prima iuriſdictio hic erat ſolùm in habitu. Ergo illa ſola
eſt prorogata. Ad iſtud dic fatendo, quòd prorogetur ſolus
habitus: ſed ſicut habitus priùs erat reducibilis ad actum,
ita nunc poſt prorogationem, ſicut & hic in ſubdelegatio-
ne. Monetur etiam, quia prorogatio eſt extenſio, l. ſed ſi ma
nente. ff. de precario. Sed iuriſdictio non poteſt extendi. Er-
go nec prorogari. Vnde lapſo tempore præfiſo delegato nõ
poterit exercere iuriſdictionem, quo ad ea, quæ ſibi compe-
tebant in habitu tantum, ſecundum eũ. ¶ Conſidera, quòd
licet poſt tempus non poſſit fieri prorogatio, d. l. ſed ſi. tamẽ
priùs poteſt fieri & prorogatio & extenſio, quæ uidentur ſy
nonima, c. de cauſis. de of. deleg. Sed aduerte, quia And. Sic.
præſupponit unum, quod uidetur impoſſibile, uolendo exẽ
plificare dictum Petri: quia prorogatio temporis debet fieri
de communi partium conſenſu, d. c. de cauſis. Si ergo pro-
rogatio debet fieri de iuriſdictione, quæ eſt in habitu, opor-
tet, quòd conſentiant perſonæ exprimendæ. Et ſic expreſſio
perſonarum præcedet prorogationem. Ergo non prorogabi
tur habitus, ſed exercitium: quia facta expreſſione perſona-
rum habet exercitium. Tex. eſt hic. Ergo exemplum iſtud
uidetur indoctè poſitum. Si diceres, fiet prorogatio cũ con
ſenſu partium expreſſarum, ut operetur, quo ad perſonas
nondum expreſſas: ſolue, qua ratione perpetuatio in ex-
preſſis

preſsis non operatur in non expreſsis, eadem nec prorogatio. Si diceres, ſicut actus communis uniuerſali iuriſdictioni, ut electio notarij perpetuat etiam quo ad non expreſſa, ut dicetur j. in 2. fallentia, ita prorogatio facta cum conſenſu expreſſorum, tanquam actus generalis ad omnia commiſſa operabitur, quo ad perſonas non expreſſas. Sol. Hoc modo eſſet dare caſum, in quo prorogatio tēporis fieret ſine conſenſu partium, quarum intereſt: quia illi non expreſsi ad hoc non conſenſerunt. Ergo cùm cauſæ ſint diuiduæ, cōſenſus unius partis non præiudicabit alteri: quia nimiū reſtringeretur d. c. de cauſis. Vnde dictū Bat. & Pet. de Anch. de prorogatione habitus debebit alio modo exemplificari.

a PRAEPOSITIO Circa † expreſſa in reſcripto non operatur regulariter, quo ad non expreſſa. Gl. hic. Ioā. And. Bat. & cōiter oēs, & Bal. in c. licet undique. de of. deleg. dicēs, quòd ſi ſit generalis delegatio, putà in cauſis pupillorū, & contineat in ſe uniuerſa capitula, tunc perpetuatio in uno non operatur in alio, per l. quid tamen. ff. de arbi. Idem Bal. in l. mandatum. C. man. dicens, quòd mādatum factum ab officiali ratione officij finitur morte mandantis in his, quæ nō ſunt inchoata. Et dicit eſſe gl. notabilem in c. ne aliqui, in uerbo, cœpta. de hære. in 6. & idem Bal. ibi, oppono octauò. & fuit dictū Lud. & Alex. in l. & quia. ff. de iur. om. iud. Quib. j. dicendis poteris plura addere. Et pro prædictis eſt tex. in d. c. ne aliqui. per locum à ſpeciali: & eſt tex. clarior in c. ſi. §. ut officium. de of. dele. in 6. ubi poteſtas conſeruatoris, qui præponitur uniuerſitati agendorum extinguitur morte præponentis re integra, quo ad non cœpta. Contrarium tenuit Bat. in d. l. & quia. ibi quæro, quid ſi committātur, dicens, quòd ſi commiſſio eſt uniuerſaliter facta, uidetur unica commiſſio: & ideo incipiendo in una cauſa, ita uidetur induci perpetuatio, quo ad omnes, ſicut quo ad illam. Et eadem ratio, ſecundū eum. Secus dicit, ſi plures cauſæ fuerint nominatim commiſſæ: quia propter unam perpetuatam non perpetuantur aliæ. Ita intelligit gl. & Inn. in d. c. licet. quia fuerunt plures delegationes, arg. l. ſcire debemus. ff. de uer. obl. Et iſtam partem tenet etiam Inno. in l. 2. §. ſed & ſi quis, ff. de dona. & Aug. & Sal. in d. l. & quia. & And. Sic. hic: mouetur ipſe propter gl. 2. in cle. 1. de teſta. dicentem, quòd ubi actus eſt geſtus & gerendus, ſicut lex noua nō ligat geſta, ita nec gerendā. Et ideo à ſimili in caſu noſtro cùm aliqua ſunt cœpta, aliqua incipiēda, ſicut mors Papæ, non operatur in cœptis, ita nec in incipiendis. Nihilominus prima pars cōmuniter tenetur, propter tex. in ea allegatos. Nec obſt. gl. in d. cle. 1. quæ uera eſt alterius propoſiti, ut ſatis fuit dictū de ea tit. præcedenti, c. ult. fallen. quinta. Sed dic, q̄ inductio tunc infert ſolùm hoc, quod perpetuatio in expreſſis operatur in alijs, quę ſunt connexa illis. Et hoc fatēdū eſt ut ſtatim dicet in 1. fallētia. Et iſtā partē tanquam communem, ſequuntur alij j. allegandi. Sed ſuper dicta communi opinione ordinaui nouiſſimè quinque fallentias. ¶ Fallit primò in connexis. Io. An. But. Inno. & Ab. hic, arg. l. ſi. C. de duob. reis. allegato in glo. ubi citatio facta contra unum ex correis, perpetuat actum contra aliam corream. Bene faciunt dicta Cy. in l. mandatum. C. mand. ubi uult, quòd ſi delegatur iudicium uniuerſale, ut petitionis hæreditatis, perpetuatum ſuper una re, eſt perpetuatum ſuper omnib. reb. eiuſdem hæreditatis & acceſſorijs, tā præſentibus, quàm futuris: quia propter naturam uniuerſalis iudicij uidentur repetita omnia etiam minima. Eſt. n. una actio inſpecto iure quod metimur ex perſona agentis, l. 1. in prin. ff. ſi pars hære. pe. Idem, ſi delegatur iudicium generale, ut negociorum geſtorum, uel tutelæ, ut ibi latiùs, & ſequitur latè Bal. hic. Similiter dicit Fede. conſ. 4. Quæſtio talis eſt. in ſi. quòd commiſſio facta de abſoluendo plures excommunicatos, expirat morte committentis, quo ad non abſolutos, licet cœpta ſit in aliquib. abſolutio. niſi negotiū omnium, qui debuerunt abſolui, ſit connexum. Ad idem, quod in alio propoſito notant hic Compoſt. Ioan. And. But. Imol. & Dom. dicentes, quòd ſi executor habens poteſtatē prouidēdi ad beneficia, in prouincia, fecit inhibitionem in duab. eccleſijs, poſtea moritur delegans, poterit iſta prouidere etiam in alijs eccleſijs, in quib. non inhibuit, dum modò inhibitio fuerit generalis: quia licet fuerit in certis locis, tamen eſt unicum negotium, ſ. prouiſionis in prouincia faciendæ: ſecùs dicūt, ſi in una, uel plurib. inhibuiſſet, dicēs, ſe nolle in altera earū procedere. quia tunc nec mortuo, nec uiuente mādatore, poterit in alijs exequi: & remittūt no. j. eo. c. ¶ Fallit ſecundò, niſi feciſſet actum communem tam ad expreſſa, quàm ad non expreſſa, prout eſt acceptatio reſcripti, uel electio notarij. Ita But. & Dom. hic, dicentes, ſe non uidere, quòd tales actus non ſint communes, etiam ad contentos ſub clauſula generali. Et ſic eſt perpetuata, quo ad omnes. Idem dicunt, ſi ſolùm facit exprimi res, uel perſonas. Nec obſt. iſte tex. ubi ante expreſſionem non habet exercitium: quia uerum eſt ſuper principali, ſed ſuper præambulis bene habet. ſicut actu habet iuriſdictionem ad ſubdelegandum, ut ā. dixi. Et iſta etiam ad faciendum exprimi res, uel perſonas. Idem But. de offi. dele. licet undique. ibi, quæro, plures cauſæ. dicens, quòd ubi delegato ſunt commiſſa plura negotia, perpetuatio in uno non operatur in alijs, niſi antea eſſet factus actus communis omnibus negotijs. Idem Imol. hic. & Dom. in d. cap. ne aliqui. Bene facit, quod no. Ioan. An. & But. de fil. præsbyt. ex tua. ad ſi. dicentes, quòd habens poteſtatem diſpenſandi cum illegitimis, ut promoueantur, ſi fecit actum communem omnibus diſpenſandis, non perdit hanc poteſtatem mortuo Papa, aliàs ſecus. Et idem Io. An. in Spec. de deleg. §. uidendum. uerſi. quid ſi is. ita intelligens Spec. ibi. Et intelligunt iſti de poteſtate data per uiam commiſſionis, putà de diſpenſando cum certis: quia gratia nondum eſt facta, ſed committitur facienda: ſecus ſi per uiā gratiæ factæ, putà de diſpenſando cū incertis: nam quo ad habentem diſpenſare, gratia eſt facta, ideo non expirat mortuo Papa, etiam re integra, per c. ſi cui. nulla. de præb. in 6. & firmat Fede. conſi. 88. Caſus talis eſt, Papa conceſſit. Et iſta ſunt de mente Arch. 18. q. 2. dudum. ibi, & iſtud, an argumentum eſt ad quęſtionē. Et pulchrè no. Domi. in c. 2. de prob. in 6. dicens, quòd gratia de conferendis beneficijs uacantibus in curia perſonis incertis, durat mortuo Papa etiam re integra. Et iſta fallentia de actu communi poſſet etiam fortè procedere in caſu, de quo per Feder. d. conſi. 281. ¶ Aduerte duobus modis. Primo, quòd exemplum de acceptatione reſcripti non eſt bonum: quia ſecundum Imo. hic, per hoc non exercetur aliquis actus iuriſdictiōis circa cōmiſſa ſub clauſula gn̄ali. Et profectò pro hoc multum urget alia ratio, quia ſi acceptatio eſſet actus cōmunis, ſequeretur quaſi ſemper perpetuatio, quo ad omnia, nam iuriſdictio non exercetur ante præſentationem reſcripti, de teſtib. ſpol. audita. Vnde ſemper perpetuatio in uno actu operaretur in alijs, quia illum actū præceſſit acceptatio, & ſic actus communis. Vnde uix poſſet dari actus qui non eſſet cōmunis, cum omnis actus ſequatur præſentationem & acceptationē. Eſt uerum, quòd acceptatio operatur perpetuationem, & dicitur actus communis, quo ad ſpecificata in reſcripto, ſed non quo ad ſpecificanda, ſecundum Imo. ¶ Secundò aduerte, quia iſta fallentia procedit, tenendo, quod ad perpetuandam iuriſdictionem delegati ſufficit actus anterior citatione, ut per glo. 3. in d. c. ne aliqui cum ſuis ſequacibus: ſecus, ſi teneremus, quòd ſolùm per citationem: quia citatio nō eſt actus communis, niſi in caſu ſequentis fallentiæ. & ideo operaretur ſolùm in cauſa, in qua committitur citatio. Quæ autem ſit uerior opinio, dixi ſatis latè de offi. dele. relatum. tenendo communiorē, quòd per ſolam [a] citationem inducitur perpetuatio, tum propter c. fin. in fin. de offi. leg. cui in effectu non datur accommodata reſponſio, tum propter multa, quæ accuratius cæteris adducit Dom. in d. c. licet. Et ideo iſta fallentia haberet tātam difficultatem in practica, quantam in ſe habet ille paſſus.

3 ¶ Sed poſito, quòd † in cōmiſſione iudicialiter expedienda extraiudicialiter eſt ſecus: & tunc procedent, quæ dicta ſunt de diſpenſatione & poteſtate, in qua præceſſit actus communis, putà acceptatio, ut eſt de mente prædictorum, licet nullus clarè inſiſtat in hoc, ſcilicet quę ſint actus communes in extraiudicialibus. Et ſi acceptatio eſt actus communis, profectò ut plurimùm perpetuabitur. Poſſet etiam dici actus communis, ſi mandarentur uo-

a *Per ſolam*] *adde tu, domi. Abb. hic in iſto §. quoniā. in ſi. qui dicit, quod ſi expreſſio perſonarū ſit ſine citatione, nō eſt iuriſdictio perpetua, tenendo maxime, quod iudex nullum actū iuriſdictionalem exercuerit in expreſſione perſonarum: & ſic tenet ipſe, quòd iuriſdictio non perpetuatur, niſi per citationē. Idem tenet hic*

e.3o3.—8

hic Inn. Io. And. Contraria opin. tenet Archi. in c. cùm in multis. de reſcri. in 6. & maliè.

cari illi, cum quib. habet diſpenſari, uel fieret actus ſimilis. De acceptatione non affirmo, licet Imol. hic, quo ad iam ſpecificata, fateatur cum alijs acceptationẽ eſſe principium aptum ad perpetuãdum: Cogitabis. ¶ Fallit tertiò iſta materia, ni ſi facta ſit iſta citatio ad exprimendas res, uel perſonas: quia tunc eſt perpetuata iuriſdictio in omnib. cõtentis ſub clauſula generali. Prædicta uerò ꝓcedunt, ubi eſt citatio ſuper re expreſſa in reſcripto. Ita Bal. in d. c. licet. ibi, pone, datus eſt delegatus. & Imo. ibi, item ſubintellige. arg. l. fi. C. de anna. excep. Et iſta fallentia ſecurior eſt, quàm præcedens: quia citatio ipſa eſt apta perpetuare ultra hoc, quod eſt actus communis omnib. incluſis ſub clauſula generali. Rationem aſſignat Dom. in d. c. licet. quia ex quo citatio non dirigitur magis ad unam cauſam, quam aliam ex incluſis, iſta locutio indefinita comprehendit omnia. c. quia circa. de priui. facit c. cùm plures. in fi. de off. dele. in 6. ubi per actum unius ex delegatis perpetuatur iuriſdictio; quo ad omnes collegas. ¶ Fallit quartò, niſi citatio eſſet facta ſuper una re, uel de perſona aliqua, ex contentis ſub clauſula generali: quia cenſetur perpetuata iuriſdictio, quo ad alias res & perſonas, cùm ſit tota unica iuriſdictio, quo ad illos uniuerſaliter commiſſa. ita But. & Dom. in d. ca. licet. per l. ſcire debemus. ff. de uerb. obl. ubi ſi eſt unica conceptio ſtipulationis, continens ſub ſe plures res etiam ſeparatas, cenſetur unica ſtipulatio: puta, ſi quis promittat omnes ſeruos ſuos, licet ſecus, quando res exprimuntur in ſtipulatione, quia tunc cenſentur eſſe tot ſtipulationes, quot res. Contrarium tenet Inn. in d. c. licet. & hic, quia fortiter obſtat d. c. fi. & d. c. ne aliqui. à ſpeciali. Vnde ſicut non durat poteſtas delegati ad uniuerſitatem cauſarum, quo ad non cœpta, quæ tamen comprehendebantur ſub clauſula generali, ita nec hic. Reſpondet ad d. l. ſcire. quòd nihil attineat ad præſentẽ materiã, quia illa cenſetur unica ſtipulatio, quo ad effectũ, de quo dicit ibi Bar. ſ. quòd res contenta in ſtipulatione nõ intelligitur eſſe ſpecialiter promiſſa, nec propriè peti poſſit ut promiſſa, ſed tanquam incluſa in ipſa ſtipulatione. Sed tamen clauſula generalis, de qua hic, licet ſit ſub unica conceptione cõprehendens plures perſonas, tamen ex quo ſunt ſpecificatæ, perpetuatio facta in una non operatur in alijs, ut etiam ſatis uidetur exemplum ĩ. eo. ſignificauit. ſecundũ eum. ¶ Fallit quintò & ultimò, niſi commiſſio generalis ad plura, concernat utilitatem Apoſtolicæ ſedis: quia perpetuatio in una operatur in alijs. Salic. in d. l. mandatum ibi, oppono octauò per l. ſi quis tumãris. aliàs, ſi quis mãcipijs. §. ſi impubes. uer. quemadmodum. ff. de inſti. ubi mandatum inſtitoris à tutore cõſtituti, & ſic ab officiali, durat tutore mortuo: quia ſemper agit nomine pupilli, & ad eius utilitatem: unde ipſe pupillus facere dicitur. Ita etiam iuriſdictione demandata à Papa ad utilitatem ſedis Apoſtolicæ. Et ſuper illo §. ſi impubes. eſt fundata diſpoſitio d. c. ne aliqui. quia extirpatio hæreticorum cõcernit id, quod eſt proprium Ieſu Chriſti. & conſequenter eius uicarij. Et iſta intelligentia ad illum tex. eſt ſubtilis & Canoniſtis incognita, ſecundum eum. Et ſubdit, quòd ubi commiſſio fieret nomine Apoſtolicæ ſedis, non expirat mortuo Papa, per. c. ſi gratioſe. de reſcript. in 6. iuncto c. quoniã abbas. de off. dele. Et firmat Bal. ante eum in l. more. ibi, tertiò quæro. ff. de iur. omn. iud. Ex his infert Salic. quòd mandatum regis, uel alterius domini temporalis, qui iuriſdictionem trãſmittit ad poſteros, iuxta no. de uoto. licet. non expirat eo mortuo: quia ſucceſſor uidetur eadem perſona cum defuncto qui uidetur mandare nomine dignitatis: & idem Bal. ibi. Subdit etiam Sali. quòd ſi comes Romandiolæ, uel Marchiæ ea ſua iuriſdictione faceret officialẽ, cui dediſſet uniuerſalẽ iuriſdictionẽ cõtra turbantes pacificũ ſtatum prouinciæ, quòd eo mortuo, uel aliàs officio functo, nõ finiretur iuriſdictio inchoata in perſona illius etiam in caſibus inchoãdis. Quæ omnia diligenter no. tãquam alibi nõ reducta. Et de ipſis interrogaberis, quoties eueniet caſus mortis Papæ ut expertus ſum. ¶ Vltimò uide Rotam de do. & contu. 18. in nouis, Item ſi impetrerur, ubi uoluut, quod iudex datus contra Titium & alios, quorum intereſt, poteſt in prima citatione uerificare nominatum illud genus, ſed nuncius eius nõ, etiamſi auditor deterit poteſtatem uerificandi: quia in illum nominandum non habet iudex iuriſdictionẽ ante ſuam nominationẽ. Ergo proceſſus factus contra illum non ualet, conſequenter nec citatio, quæ eſt de proceſſu, ut ibi per eos latiſſimè, & ſequitur Lud. conſ. 242. Quo ad primum. Vnde etiam conſuluit, quòd delegatus datus cum clauſula, uel aliàs ſua intereſſe putans, ſi citat ſic ſimpliciter illos, quorum intereſt, nullo nominato, citatio non arctat illum, qui eſt in poſſeſſione, & impetrator præſumitur uerìſimiliter hoc ſcire.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula generalis, Quidam alij & res aliæ multitudinem effrenatam non includit, nec perſonas, nec res maiores expreſſis, ſed pares, uel minores.*

2 *Surreptio in una parte non uiciat regulariter reſcriptum in alijs.*

Iſta regula patitur quinque fallentias.

Notarius ſi aſſcriberet nominatĩ ſibi & alteri, ita quòd inſtrumentum ſubſtantiatur in ſe & alio principaliter, tunc, quantũ ad ſe, non ualet. ſed bene pro alijs. Poſt nu. 2. uerſi. & adde.

3 *Clauſula generalis ſequens ſpecialiter præmiſſa, reſtringitur regulariter ad ea, quæ ſunt ſimilia expreſſis, non ad diuerſa.*

Conceſſio generalis an comprehendat ea, quæ competunt ex priuilegio. Poſt nu. 3. uer. quod in generali conceſſione.

Venditor ſi rem dicit liberam ab omnibus decimis, an intelligatur de ordinarijs, uel extraordinarijs. Poſt nu. 3. uer. & iſta.

4 *Literæ ad præbendas non comprehendunt præbendas ſacerdotales.*

5 *Genus ſi ſimpliciter exprimitur ſine aliqua ſpecie, ueniunt omnia, quæ comprehendi poſſunt ſub illo genere.*

Clauſula generali ſi adijciatur aliqua dictio ampliatiua, de ſua natura ueniunt maiora expreſſis. Poſt nume. 5. uerſic. ſecunda declaratio.

Clauſula generalis ubi non eſt indefinitè prolata poſt ſpeciem; ſed cum ſigno uniuerſali ueniunt maiora. Poſt num. 5. uer. quarta declaratio.

Domus de ſuo proprio ſignificato accipitur ad habitandum. Poſt nu. 7. uer. ſimiliter dicit.

6 *Alius dictio, de ſuo proprio ſignificato implicat ſimilia.*

CAPITVLVM XV.

S ENAS. ¶ Per † clauſulam generalem, Quidã alij & res aliæ, multitudo effrenata non includitur, nec perſonæ, nec res maiores expreſſis, ſed pares, uel minores ſic. Hoc dicit. Et de hoc uerbo Sedes, & de multiplici ſede, uide lariſſimè Frã. Pau. in trac. De poteſtate capituli ſede uac. fol. 6. uer. præmitto ſecundò. Et nomina omnium ſedium prælatorũ mundi ponit Alberi. in rubr. ff. de ſtatu homi. in commento, dum Abb. allegat Inn. de tuse patru. ex literis quem etiam ſequũtur hic But. & Imo. Adde Bal. in l. à procuratore. C. mandati. ubi dicit uendidi prædia, in quibus ſolebam habere quaſdam domus ad colligendum paſſagium, uel habebam ibi furcas, quib. ſignificabatur merum imperium. & dixi, Vendo prædia omnia; & omnia iura, quæ ibi habeo, non eſt uenditum ius paſſagij, nec furcarum: quia per talem contractum locus ille non deſiit eſſe de diſtrictu, nec de pertinentijs antiquitùs ordinatis, licet proprietas fundorum ſit tranſlata. Nihil enim habet commune proprietas fundorum cum proprietate iuriſdictionis. Nec obſtant uerba generalia, quia debent referri ad ea, quæ ſunt de natura rerum uenditarum. Allegat. Inno. ubi ſ. ſimiliter dicit Bald. in rubr. C. de contrahen. emptio. quæſtio. 9. quòd uerba intelliguntur ſecundum naturam rei [a], in contractu deductæ. Alleg. Inno. ubi ſuprà, quem etiam extollit Bal. in l. fi. na. C. ſine cen. uel reli. & in ca. quando. de iudic.

a *Rei } Adde eundem tenentem de. Soci. ſuo conſi. 9. inci. Proſequendo opinionem. uerſi. quod is probatur. quia uerba. in prima parte, & conſil. 47. inci. In primo præſentis conſultatiõis. uer. præterea magis. circa mediũ d. partis.*

SVRREPTIO IN VNA parte [b] non † uiciat regulariter reſcriptũ in alijs, per tex. in c. ſi eo tempore. de reſcrip. in 6. quem tex. ad huc extollit Abb. hic, & in c. cæterùm. ĩ. eo. & in clc. t. uer. ſexta lectura. de præben. & in c. ad diſſoluendum. de deſpon. impube. in c. ex literis. in fi. de fide inſtr. Et Imo. in clc. fi. ibi, ex quo no. de reſcr. & But. in c. exhibita. in fin. de iudic. Et ideo But. j. eo. conſi.

b *Surreptio in una per-*

tutus.ibi, no.tamen.infert, quòd cùm Papa ſcripſiſſet, ut quidam admitteretur ad ſocietatem tertij ordinis in hoſpitali de pœnitentia Floreotiæ, & prouideretur ſibi de bonis hoſpitalis, tanquam uni ex alijs., ſi hoſpitals non habet bona, ualet reſcriptum, & recipietur ſeipſum alimentaturus :& ſequitur ibi Imo. & Do. propter glo.t.. ibi. Ex quo etiam colligit Ab. quòd ſurreptio in altero connexorum uitiat totam gratiam. ¶ Et adda Bar. in l. ſi-lius familiâs. §. ſequens quæſtio. ff. de falſis. ubi dicit, quòd ſi [a] notarius aſcriberet nominatim ſibi & alteri, ita quòd inſtrumentum ſubſtãciatur in ſe, & in alio principaliter, tunc quantum ad ſe, non ualet, ſed bene pro alijs; per illum tex. quem dicit eſſe notabilem. Sed de hoc, ſcilicet cit ca inſtrumentum & dicta teſtium, an uitium in parte uitiet totum, uide plenè Inno. & alios, de hæret. fraternitatis cum cõcord. quas aliàs poſui ibi poſt Ana. & per Alex. poſt alios. in l. ſi ex falſis. C. de tranſa. ¶ Limita primò, niſi à negotio, circa quod fuit commiſſa ſurreptio, dependeãt alia negotia. Ab. hic per iſtum textũ. Pro quo uide Domi. in d. c. ſi eo. ubi dicit, quòd ſi partes in reſcripto diſiunctæ debent ſimul iũgi, quo ad executionem reſcripti, ſurreptio in una parte diſiunctiuè uitiat aliam, propter glo. t. in d. ca. conſtitutus. Secus, ſi illæ partes diſiunctæ non habẽt coniungi, quo ad executionem. Ita tenet in d. c. ſi eo. ¶ Limita ſecundò, ut procedat in ſurreptione, quæ committitur tacẽdo uerum: ſecus, ſi eſt in exprimendo falſum: quia tunc in pœnam mentientis reſcriptum corruit in totum. Abb. hic per iſtum textum, in uerbo, mendax peccator. Conſidera, quòd poſſet exprimi falſum ſine dolo extra caſum huius c. ut dicetur ĩ. eo. ſuper literis. Et contra iſtam limitationem uidetur deciſio Rot. in c. exhibita. in fi. de iudi. ubi dicit, quòd ſi copulatiuè inter prima narrata eſt una pars falſa, non uitiatur totum reſcriptum, niſi ſuper illa ſit fundatum totũ. Allegat Lap. deciſ. 24. in ct. limitat. in fi. Et ideo uidet, quòd ſola expreſſio falſi nõ uitiet partes ſeparatas [b], niſi uel ſit cum dolo, uel dedetit cauſam conceſſioni in omnib. ¶ Limita tertio, dum modò ſurreptio fuerit cauſa obtinendi ſolũ illud, in quo eſt ſurreptio, ſicut in d. c. ſi eo. tacere ætatem fuit cauſa, quare obtinuit etiam de curato: ſecus, ſi ſurreptio fuit cauſa obtinẽdi reſcriptum ſuper omnibus: quia totum corruit. Abb. hic per c. ſuper literis. ĩ. eod. & idem But. in d. c. exhibita. ¶ Limita quartò, Niſi ſurreptio fuerit doloſa, ſiue tacendo uerum, ſiue exprimendo falſum: quia uitiat totũ licet non fuerit cauſa reſcripti, ſed certè ſatum eſt ſpeciale. Abb. ĩ. eo. ſuper literis. in prin. Conſidera: quia in hoc præſuppo ule, quòd in caſu. cap. eo tempore. tacens ætatem non fuerit in dolo: & hoc poteſt ſaluari, intelligendo, quòd probabiliter dubitaret, utrũ deberet attendi ætas, quæ erat tempore impetrationis, uel quæ erat tempore uacationis. ¶ Limita quintò, Niſi reſcriptum contineat repugnantiã manifeſtam in una parte: quia tunc iſtud uitium tota inficit totum reſcriptum, ſicut manifeſtus error in Grammatica. Car. pulchrè conſi. 133. Facit tam ſic ſe habet: uacantibus, &c. uer. de indulto antem poſtea conceſſo. Et loquitur de literis, in quib. dicebatur, dum modò tempore datæ non ſit alicui ſpecialiter ius quæſitum & paulò poſt caſſabantur omnes collationes antea factæ. Intelligerem hoc de repugnantia in uerbis Papæ diſpoſitiuis: ſed ſi eſſet repugnantia in ſupplicatione, tunc diſtingueretur, utrum in illa parte fundetur tota gratia, an non, ut ĩ. Et ſi diceres, falſitas in una parte non uitiat regulariter totum: ergo dato, quòd repugnantia faciat præſumi falſitatem, tamen præſumetur in parte illa, non alijs: reſpondetur, quòd falſitas hic ſumitur dupliciter: Vno modo pro falſitate contentorum in reſcripto: alio modo pro falſa fabricatione reſcripti. Primo modo procedit argumentum, quòd regulariter falſitas in una parte non nocet in alijs, ut clarè & Rota de reſc. 7. in nouis, Item licet plura. iuncta additione, quæ uult, quòd quando ex partibus ueris poteſt ſequi effectus reſcripti, non nocet falſitas, quæ eſt in alijs. Et faciunt quæ dixi ĩ. eo. c. 2. de narratore ſuperflua. Secundò modo loquitur Car. nam præſumitur totum reſcriptum falsò fabricatum propter uitium repugnantiæ: quia inducit uiolationem ſtyli, ergo ſuſpicionem falſi, ca. quàm graui. de cri. fal. ¶ Vnde, quando falſitas eſt in una parte, poſſibile eſt, quòd reſcriptum non ſit falsò fabricatum in alia. Sed uitium in una parte inducens ſuſpicionem, non dico mendacij, ſed falſæ fabricatiõis, ita corrumpit totum, ſicut manifeſtus error Grammaticæ in una parte tantùm inficit totum. Et iſta quotidiana ſunt.

3 CLAVSVLA Generalis † ſequens ſpecialiter præmiſſa, reſtringitur regulariter ad ea, quæ ſunt ſimilia expreſſis [c], non ad diuerſa. Ita allegatur text. & hic in clem. non poteſt. de procu. & in l. final. §. cui dulcia. ff. de triti. uino, & oleo leg. Bonus text. in clem. 1. de præben. in uerbo, quamuis aliã diſpoſitionem, & c. cum concor. quæ colliguntur ex allegationib. Bart. in l. quæſitum. §. pen. ff. de fun. inſtr. Et iſtud, tanquam regulare, præſupponunt hic Butr. Dom. Imo. & An. Sic. grauiter reprehendentes Abb. hic. Et per infrà dicenda poſſent formari ampliationes huius regulæ, dicendo, quòd procedit nedum in reſcriptis, ſed etiã in mandatis procuratorum, in compromiſſis, in cõtractibus, in ultimis uoluntatibus, & quibuſcunque materijs. ¶ Per iſtam regulam dixit Bar. in l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. ff. ſi quis cau. quòd clauſula generalis ſequẽs renũciationẽ quorundã caſuum fortuitorum, intelligitur de ſimilibus expreſſis, non de grauioribus. Similiter dicit Bu. de iureiur. Quintauallis. ibi, hæc uera ubi eſt compromiſſum, quòd clauſula compromiſſi dans arbitro poteſtatem lædendi in quantitate magna, & generaliter in quacũq; alia, intelligitur, ſcilicet nõ multò maiori [d] Similiter dicit Aug. conſ. 174. Præmittendũ eſt, quòd ſi dixi in contractu, uolo teneri de euictione, ſiue res euincatur de iure, ſiue de facto, uel quocunque alio modo nõ ſum obligatus, ſi iudex te condemnauit de facto iuris ordine omiſſo, ſeu de caſu tã extraneo non ordemus cogitaſſe. Bonus tex. in l. fiſtulas. §. frumenta. ff. de contrahẽ. emp. Per quẽ dixit Bar. in d. §. quæſitum, quaſi in fi. quòd ſub clauſula generali nõ uenit caſus fortuitus & inſolitus. Idem Bu. in c. 1. de commodato. Bal. in l. 1. C. depoſ. & hic, Bar. in l. Seio. §. medico. ff. de annu. leg. Bal. & Sal. in. l. licet. C. loca. Vnde dixit Bal. in ti. ſequenti, cùm olim, quòd epiſcopis nunquam præſumitur in dubio concedi id, quòd eſt inſolitum de iure communi: & pulchrè inducit d. §. frumenta. Per quem dixit egregiè Imo. ff. ad l. Fal. pretia rerum. quòd cùm uenditor frumenti peteret pretium tunc currens iuxta pactum in uenditione appoſitum de taxatione ſecundum tempus ſolutionis, & eſſet cariſtia inſolita nõ exiſtens, nec cogitata tempore contractus, non auditur. Quod tamen reprobat ibi Alex. latè ad fi. & intellige illum. §. ut ibi per gl. ſcilicet quòd ille expreſsè in ſe ſuſceperat caſum fortuitũ, licet Bar. ibi, & Bal. & Ange. in d. §. quæſitum. non

...na parte] *Adde, quod reſcripta habens plura capitula ſeparata, ſi committatur uitiũ in uno totum corruit, & uitiatur. Ita Bal. in c. audi entiã. de reſcrip. And. Barb. in cõſ. ſuo incip. Serenißis præclarè magnus Eccleſiaſtes. Vide Iaſ. Ma. pro tẽporẽ mẽbra l. præſcriptionẽ C. ſi contra ius, uel uti li. publ. Adde do. Ab. in iſto tex. ĩ. qui aliter ſentit, ſed poſt ea in c. ſuper literis. eod. ti. aliter dixit, quem uideas in uerſi. ſecundo principaliter quæro.*

a *Quod ſi*] *Adde tu, quod ſi notarius facto inſtrumentum cõtra ſe, ualet. Ita Bar. in l. impuberi. in ſi. uer. ultimò nota, ex hoc tex. ff. de falſis. et fuit dictũ Dyn. idem tenuit Bal. in authen. cõtra, qui propter. Vide non num. pe nu. Adde Bar. in l. ĩ. C. de his, qui ſibi aſcri. & in l. ſi cõ ſul. ff. de adopt: & in l. ſi ſeruum. ff. de teſt. Adde, ſi uis uidere, quando notarius poßit eſſe rogatus de eo, quod ſibi committitur. Vide Bart. in l. ex ſententia. ff. de teſtamẽt. & in l. ſeruus communis. la 1. ff. de ſtipula. ſeruo.*

b *Separatas*] *Vide tamẽ And. Barba. in conſi. Sereniſsis præclarè magnus Eccleſiaſtes, etc. & Io. Fab. in l. præſcriptione circa fi. C. ſi contra ius, uel util. publ. & ibi idem uide no. per dom. Iaſ. May. & adde Panor. hic in 3. limita. & melius in c. ſuper literis ĩ. eo uerſi. ſecundo principaliter.*

c *Expreßis*] *Ad quã materia adde do. Soci. conſi. 204. inci. In cauſa Onophrij. ubi cõfirmantur præmiſſa. circa medium in 2. par.*

d *Maiori*] *adde Rapha. Cu. in l. ubi autem. in prin. de uerb. ob. & do. Alex. in l. ſi ſocietatẽ. §. arbitrorũ. ff. pro. ſocio. & Pau. de Caſt. in l. in ſumma. §. idem lud. de aqua pluui. arc. & Bart. Capo. in trac. De ſeruit. c. de aquæ du. referenti Iodo. de Imol. in d. c. Quintauallis. al leg. in tex. quem uide: et adde Frã. de Alber. in conſ. reuocatur in dubiũ utrùm laude.*

non ſequantur illam gl. Et cũ iſtis tranſit hic An. Si.licet amplioti plenitoquio. ¶ Addatis multa, & primò ad illud de caſibus inſolitis quòd in hoc eſt uarietas magna: quia Bal. Ang. Fulgo. & Alex. in d. §. quæſitũ. & Imo. in d. c. 1. tenent contra Bar. per d. §. frumẽta. Tamẽ pro opinione Bar. poſtea conſuluit Alex. mihi conſi. per unicum numerũ omnia uolumina computantem 28. & 175. Viſis & accuratè ponderatis. ad fin. ſequendo glo. in d. §. frumenta. Poteſtis uidere in dictis locis, & aliquid in dictionario Alb. in uerb. promiſſio. quaſi in ſi. Sed no. aliqua dicta hactenus ab alio non accumulata, ad probandum nõ ab re, nec extra propoſitũ, quòd generalis ſermo, ſicut non comprehendit maiora expreſſis, ut hic, ita nec inſolita. ¶ Et primò uide tex. ordinarium in l. Seio. §. medico. ff. de ann. leg. ubi ſi lego medico, quæ uiuus præſtabam, ea ueniũt, quæ habuerunt certam erogationem annuam: non autem ea, quæ incertã liberalitatis uoluntatem habebant. Et hinc eſt, quòd licet procurator generalis poſſit ea, quæ dominus erat ſolitus facere, l. uel uniuerſorum. ff. de pig. act. intelligitur de his, quæ dominus erat ſolitus ordinariè facere: ſecus, ſi extraordinariè. Bar. in d. §. medico. inferens ad id, quod eſt dictum de renunciatione caſuum fortuitorũ. Et ſi prælatus locat ſuos reditus, nõ uenit hic, quod ſubditi ſibi tribuebant pro iocundo aduentu ex liberalitate incerta. Old. cõſi. 129. In q. qua quæritur. per d. §. medico. Sequitur Pet. de Anc. in repe. c. ſi propter. de reſcrip. in 6. inferens, an in caſu illius c. ueniat id, in quo quis condẽnatur rõne iniuriæ illatæ perſonæ, quod ſecundũ eũ pendet ea dictis Bar. in l. prætor. §. de fructibus. ff. de bo. autho. iud. poſ. & illud conſilium Old. ſequitur Bal. in l. diuortio. §. quòd ſi in anno. ff. ſol. ma. & ibi Imo. Pau. Ro. & Alex. & etiam Alex. in d. §. medico. in apoſtillis. Facit dictum ſolenne Inno. in cap. ex literis. ad ſi. de iure pat. quòd ſi uendo tibi rem cum iuribus ſuis, ſunt uendita tãtum ea, quæ ſunt de natura rei uenditæ: non ea, quæ per accidens. Et ſequuntur multi, quos recitat Alex. in l. 3. in prin. ff. de acqui. poſ. ubi etiam uide Imo. Et ad hæc recurre ad longum & ſubtile conſilium Bal. relatum per Pet. de Peru. in tractatu De ſocietate, 8. parte, q. 28. dum diſputat de illo, qui promiſit manutenere & aptari facere certam cluſam aquarum, an intelligatur obligatus, quando inſolito impetu fluminis tota deſtructa eſt. Et in argumentis prò & contrà ibi poſitis multa inuenies. Et dicit Cy. in l. ſi filius. C. de bon. dam. quòd cùm capitulum S. Petri Bononiæ conceſſiſſet abbati S. Proculi perceptionem fructuum primi anni mortuo quolibet canonico, & deceſſiſſet unus canonicus foraneus, qui percipiebat fructus menſæ groſſæ ex priuilegio, aliàs non perceptutus, certè abbas non percipiet illos extraordinario modo canonico obuenientes sed ſolùm, quos iure ordinario percipiebat. Et ſequitur ibi Ang. & Bal. qui hoc extollit. ¶ Quòd in generali conceſſione non ueniunt ea, quæ competũt ex priuilegio, & ita refert, & etiam ſequitur Ana. in c. 2. de deſſ. puc. Pro quo facit l. fin. C. de his, qui ue. æta. impe. & quod ibi Bal. & gl. in c. ſcriptum. in uer. temporis. & quod ibi Ab. de elec. & quod not. Inno. in ca. uerum. de foro compet. cũ concor. quas ibi ſoleo recitare, quòd capitulum non ſuccedit in competentibus epiſcopo iure ſpecialis priuilegij. Et dicit Maria. de Senis j. proa. nt. in ca. cùm conſuetudinis. uerſi. undecimus effectus. quòd licet conſuetudo patrisfamiliàs interpretetur & declaret ipſius dicta & geſta, l. ſolutum. & ibi gl. ff. de pig. act. tamen debet intelligi de conſuetudine ordinaria, non de alia, per d. §. medico. Et dicit Bald. in l. j. ad ſi. de ſta. homi. quòd ſi lego tibi oẽs domos meas, quas inhabito, non uenit ruralis, quã aliquando tẽpore peſtis habitare conſueuerã. Et dicit Rota de proc. 23. No. quòd licet procurator. in antiquis, quòd licet procurator poſſit neceſſaria ad cauſam, non tamen groſſa, quæ poſſet dominus: ſicut offerre ſe ad ſpontè confitendum, conſentire teſtium examini ſine citatione, & ſimilia, quæ non ueniunt in mãdato, ſicut nec donatio, aut ulla liberalitas: & facit pro dicto Bart. in d. §. medico. præal. Et dicit Bal. in l. 1. ad ſi. C. de lega. quòd ſi pater mandat filijs, ut tractent matrem eorum honorificè eo modo & forma, prout ipſe tractabat, tamen non tenentur ei facere ueſtes, quas ex abundanti faciebat ei pater ſui honoris gratia, ſed quæ ſtatui uiduali conuenient, per d. §. medico. Et dicit Rota de teſti. ſpoli. 15. no. Quod ubi aliquis. in antiquis, quòd ad hoc, ut ſpoliatus beneficio audiatur ſuper ſpolio, debet allegare titulum de iure communi, non de iure ſpeciali diſpenſatiuo, per d. §. medico. Tamen in fine opponitur, & non ſoluitur, & uidetur mirum, quòd allegatio diſpenſationis non admittatur. De hoc aliàs. Et iſta faciunt ad q. utrùm ſi uenditor dicit, rem liberam ab omnib. decimis, intelligatur de ordinarijs, uel de extraordinarijs? in quo Bal. in d. §. frumenta dixit, quòd intelligitur de extraordinarijs, nõ autem de ordinarijs, per illum tex. Ex quo dictum dicit Fran. de Crema notabili 17. uendidi tibi fundum. ſe fuiſſe lucratum tres ducatos. Reuera eſt mirabile, & prædicta faciunt in cõtrarium fortiter. Ad tex. in §. frumenta. reſponderi poſſet de mente gl. ibi, quòd niues temperatæ non erant caſus fortuitus, ſed uſitatus: & obligans ſe ad caſum nimium, non eſt uerisimile, quòd cogiter de uſitatis: quia eſſet nimis grauis obligatio. Ideo lex interpretatur mentem ſuam de inſolitis. Non ſequitur ergo idẽ in omni ſermone. Et ita illum tex. intelligunt illi, qui ſequuntur Bar. in d. §. quæſitum. notendo, quòd renunciatio caſuum fortuitorum non comprehẽdit inſolitos, niſi exprimatur, ut etiam pulchrè declarat Bald. in c. quoniã. in prin. ibi, aduertas tu Legiſta. j. ut lite non conteſ. & Alex. in d. l. pretia. in ſi. ff. ad l. Fal. Vide allegatos per Alex. in dictis conſilijs, & An. Sic. in c. 1. de cõmodato. Tñ cũ non reperiã aliquẽ contra dictũ Bald. non intendo mutare ſtylũ meum de non alterandis deciſionibus ab alijs nõ mutatis. & circa regulam ſuprà poſitam induco accõmodatè notabile uerbũ Bar. in l. 2. ibi, ſed cõtra hoc opponit. ff. de iuriſ. om. iud. dũ dicit quòd conceſſa iuriſdictione in genere, ueniunt ea, ſine quibus iuriſdictio non poteſt expediri, etiamſi ſint maiora iuriſdictione, per l. quoties. C. de iudi. dũ modò ſint euſdẽ ſpeciei. Vnde facta mẽtione iuriſdictionis, non ueniret merum, uel mixtum imperium. Et hoc ultimum pondero ad propoſitum, non autem primum, in quo non dicitur de genere & ſpecie. ¶ Et pro hoc ultimo uide omnino Aegi. Bele. concluſione Ro. 228. Si Papa ad inſtantiam, ubi dicit. q nona commiſſio cauſæ alteri cõmiſſæ adiecta clauſula. Cũ incidentibus, dependentibus, & connexis, intelligitur de his, quæ ſunt eiuſdem naturæ, cuius eſt ipſa cauſa, ſ. de iudicialiter agitandis: Vnde ſi primus delegatus habet ſpecialem commiſſionem gratioſæ parti conceſſam de faciendo ei reſponderi de fructibus, illa poteſtas non tranſit ſub illis uerbis: quia intelligitur de his, quæ ſunt eiuſdem naturæ, uidelicet de cauſis iudicialibus: de quo nũquam obliuiſcatur. Et dicit Io. An. in Spe. de teſt. §. nunc uidendum. ultima additione, q ſi teſtis adductus p duob. articulis, interrogatur ſolũ de uno, & finita reſponſione illius dixit ſe nihil plus ſcire, intelligitur, ſ. circa illud, & iõ et poſt publicationẽ illius articuli poterit examinari ſuper alio, quia uerbum gñale adaptatur propter ſpecialem ſermonem præambulũ. Ad quod bene faciunt aurea uerba Bart. in l. de ætate. uerſi. ſed iuxta hoc quæro q. quam habui de facto. ibi debet intelligi, neſcio, etc. ff. de mino. Et dicit Car. cõſ. 105. Dominus noſter Papa. q qñ ſimpliciter ſcribitur pro beneficio uacaturo uenit oẽs modus prouiſionis: et per uiã electionis: quia non diſponitur in iure, q modus electionis nõ cõprehendatur, ſi non fuerit expreſſus, ſed ſolũ, quòd expreſſis aliquib. modis, etiamſi addatur, Vel aliam diſpoſitionem, nõ uenit modus electionis, c. cũ in illis. §. t. de præb. in 6. Facit Rota de cau. poſ. 9. Item ſi committatur. in nouis, allegata ſ. in rubri. Et hodie eſt ampliatum, etiamſi addatur, Vel quamuis aliam diſpoſitionem, per cle. 1. de præb. & ibi gl. in uerbo, quãuis. & gl. ſi. quia quando fit prolatio ſimplex, nõ ſubeſt ratio, quare beneficium non cõprehendatur ſub omni qualitate. Ex quo nihil eſt, quod reſtringat: ſed quando exprimuntur aliqui modi, tunc non uenit alius modus diuerſæ ſpeciei. Allegat dictũ §. cui dulcia. ubi pro prædictis dicit eſſe caſum. Et ad hoc conſil. Card. uide, quod dixi j. eod. in noſtra. corollario 37. Et ideo Abb. poſt Butr. in c. 1. ibi, & mihi placet hæc opinio. j. de iudic. & Ludo. conſi. 180. Si admittimus. ad ſi. dicit, quòd ſi nullo loco expreſſo obligo me, ut poſſim ubique conueniri, intelligitur de omni loco: ſed ſi ſunt expreſſa aliqua loca cum clauſula generali, tunc potero conueniri etiam alibi, non tamen in loco ualde magis diſtanti, quàm diſtent loca expreſſa. Eſt uerum, quòd Imol. ibi intelligit hoc, quando clauſula indefinita: ſecus, ſi eſſet uniuerſalis. Vnde ſi diceretur, Bononiæ, Florentiæ, & in

in alijs locis procederet, quod eſt dictum. Sed ſi diceretur, Et in quibuſcunque alijs locis, intelligitur etiam de remotioribus expreſſis. Mouetur, quòd iſte tex. nõ habet locum, ſi diceretur, Et quoſcunque alios. Allegat Ioan. An. in c. 2. eo. ti. in 6. Sed reuera Io. An. non uult hoc: neque iſtud dictum eſt uerum, ut patebit in prima declaratione. Et dicit Old. conſi. 8. quòd ſi teſtator mandat ſolui debita certis creditoribus huius ciuitatis cum clauſula, Et quibuſcunque alijs creditoribus, intelligitur, ſ. eiuſdem ciuitatis. Et ſequitur ad literam Bar. in c. cùm dilecti. de donat. Conueniunt etiam ad hæc uerba Rotæ, de procurat. 18. Item ſi quis conſtitnat. in nouis, dum dicit, quòd ſi primò conſtitui plures procuratores ad iudicia & ad negotia, poſtea unum ad iudicia cum clauſula, quæ reuocat omnes alios procuratores ſub quacunque forma uerborum datus, intelligitur, ſ. ad iudicia. Alleg. dictum. §. cui dulcia. Et dicit Lu. in l. damni. §. ſi, qui. ff. de dam. infec. & in ſingu. 160. quòd ſi dico, conſtituo te procuratorem ad cauſam, quam habeo cum tali, & ad omnes alias, intelligitur, ſ. quas habeo cum illo. Allegat Bar. in l. qui habet. §. fi. ff. de tute. Et dicit Lu. cõſ. 42. quòd ſi ſtatutum prohibet opponi contra inſtrumentum guarentigiæ omnem exceptionem doli, & quancunq; aliam, intelligitur de illi ſimili, non de maiori, prout eſt exceptio nullitatis [a], per tex. hic. cũ ſi. Et dicit Lap. allegatione 70. Sæpe uidi dubitari, quòd expreſſa aliqua cã tẽporali non uenit ſpiritualis, quòd talis exigit ſpẽale mandatũ. Et dicit Cal. de præb. cõſ. 53. quòd ſicut literæ ad lites non extenduntur ad maiora, ita & multo minùs literæ ad beneficia. Vnde † literæ ad præbẽdas non cõprehendunt præbendas ſacerdotales, ut dicit tex. in l. ſi cùm dies. § plenũ. ff. de arbit. quòd ſi de una re factũ eſt cõpromiſſum, habens in ſe uerba plena, illa plenitudo refertur ſolùm ad materiã, de qua eſt diſputatio. Et dixit pulchrè do. Ab. conſi. mihi ultra numerũ impreſſorũ 21. In q. mouenda inter Antonium. q ſi ſocius facit ſocio plenam liberationem de omni debito occaſione ſocietatis, dato quòd poſtea dicat, ex quacunq; cauſa, ratione, uel titulo, intelligitur ſcilicet ratione ſocietatis. Ex quo infert, quòd ſi ſoluit ſocio aliquid uſuræ in facto ſocietatis, põt illud repetere non obſtante liberatione, cum hæc uſura ſit contra ius ſocietatis ut ibi per eum, quem notabis ad multa. Et dicit Old. conſ. 297. Dña Stella contraxit. quòd ſi pater legans aliquid filiæ nuptæ dicit, quòd aliud petere nõ poſſit pro iure naturæ, uel qualicunq; alio modo, debet intelligi de his, quæ ſunt eiuſdem generis cum præcedentibus: ſecus, ſi petat alia, non ut hæres patris. Et ideo põt petere dotem maternam, ẽtſi ueniat ſoluenda de bonis paternis pro ea obligatis. Et dicit Bal. in conſi. inci. Quod laudum. quòd ſi in compromiſſo dicitur de omni eo & toto, intelligatur eſſe litis, & quæſtio. de qua laudatum fuerit, intelligitur, dum modò ſint talia, quæ aſſumpſerint naturã aliorum deductorum coram arbitro, & fuerint pariformiter deducta: alias, ſi ſunt diſſimilia ab expreſſis, utpote non litigioſè deducta, non põt dici, quòd ſint de natura expreſſorũ & per conſequẽs ab arbitro non decidibilia. Alleg. gl. in l. 2. C. de tranſac. Et ita cõſuluit [b] pridie acutiſſimi ingenij uir Bartholomæus filius Mariani Socini, deducẽs uim dictæ clauſulæ ex dictis Ang. in l. j. ff. de trãſ. & in l. cũ hi. §. ſed cũ lis. eo. ti. & in l. 2. C. eo. ti. & Doc. in c. expoſita, de arbi. cũ concor. Et dicit Dom. in c. cũ in illis. §. cũ aũt. in fi. de præb. in 6. quòd expreſſis aliquibus modis prouidendi de beneficijs adiecta clauſula generali, uel alio quocunque modo, non ueniet modus collatiuus, quã do fuit dictum de electione, uel præſentatione: quia cũ collatio ſit maior electione, uel præſentatione, non includitur ſub clauſula generali, per illum tex. Quod dictum ponit ẽt Marianus utens uerbo Arbitror, & uõ allegans Dom. in repe. c. poſtulaſti. ibi, quod arbitror limitari poſſe. j. eo. & poſtea hoc reſtringit, ut referã. j. in 7. declaratiõe. Et dicit Cal. de arbi. cõſi. 2. quòd ſi dicitur in compromiſſo de nõ petẽda reductione ex quacũq; alia rõne, uel cauſa, illa dictio Alia, non refertur ad læſionem enormiſſimam, ſed ſimilem expreſſæ, per l. quidã relegatus. ff. de reb. dub. & per tex. hic. Et dicit Albe. de Roſa. in l. 1. ibi, nunc uenio ad quæſtiones. ff. de offi. procu. Cæſa. quòd ſi expreſſis in mandato aliquibus uerbis importantib. liberam, ſubijciatur clauſula promittens ratum habere, quicquid per procuratorem geſtum fuerit, intelligitur, quo ad expreſſa tantùm. Et pulchrè loquitur, ut de ipſo etiam memini in c. ſoliciæ. iu fi. de ma. & obe. Et idem uo. Bar. in d. l. 1. dicens, quòd talia uerba ſunt potiùs ad cautelam, non quòd aliquid operentur. Nam quæ dominus mandauit, non eſt neceſſe, quòd habeat rata. Et dicit Lu. conſi. 284. Triplici ex capite. quòd ſi in cõuentione facta inter Titiũ & eccleſiã de certis bonis, dicitur inter alia, quòd Titius alienare non poſſit, deinde dicatur, quòd poſt mortẽ Titij debeant remanere oĩa eccleſiæ, intelligitur de bonis in conuentione deductis, non de alijs bonis Titij, per l. ſi de certa. C. de tranſact. & in l. Iubemus. C. ad Velle. ¶ Poſſunt autẽ differre expreſſa à nõ expreſſis pluribus modis, de quibus per Bu. Imo. & Do. ibi, & hic, & ubi eſt differentia in qualitate. & in quantitate, tunc illa non ueniunt, etiamſi adijciatur uerbum uniuerſale, putà Qualibet cauſa. Ita Dom. hic allegat gl. in c. ex literis. de off. dele. in uerbo, ſatiſfactum, ibi, pro qualibet alia cauſa, quæ non ſit manifeſta. Ex his dicit Inn. de off. dele. c. cum olim. el 2. iu gl. uobis uidetur. quòd conqueſtus de furto & alijs iniurijs, non poteſt agere de homicidio, & ſequntur Bu. Imo. & Dom. hic. ¶ Item expreſſa pecunia non poſſum agere ſuper caſtro. Inno. & prædicti hic. ¶ Item expreſſa decima nõ poſſum agere ſuper eccleſia, quia illa cenſetur res maior. Ioan. An. in Spec. de reſer. præſenta. §. fi. in prin. uer. item in eo, quod minores. Et ibi etiam quòd expreſſa certa re per clauſulam generalem, nõ potero agere actione iniuriarum, quia illa cenſetur magna ex eo, quia cõdemnatus efficietur infamis, c. cùm te. de re iud. ¶ Pro uera aũt intelligentia prædictorum & ſimiliũ notaui octo declarationes reſtringentes & modificantes materiam iſtã, quæ periculoſior eſt quàm alia fortè hoc anno habita, uel habenda. Prima declaratio. Si † exprimitur ſimpliciter genus ſine aliqua ſpecie, ueniunt omnia, quæ comprehendi poſſunt ſub illo genere, per d. §. cui dulcia. ubi legando ſimpliciter dulcia, ueniunt omnia etiam non potabilia. Et ita Ab. poſt alios hic, allegando etiam Bar. in l. j. ff. de ope. no. nun. ubi Bar. & alij ponunt, quando uerba generalia recipiant reſtrictionem de habilitate. Adde gl. optimam in d. cle. 1. in uerbo, quãuis, ibi, uidi ẽt dubitari. de præb. quã ſequitur Car. d. conſi. 165. & latiùs eam defendit & approbat in d. cle. 1. §. ad hæc. quia non probatur iure, quòd non ueniat beneficium electiuum, ex quo nulli modi ſunt expreſſi, & ſequitur ẽt Imo. ibi, & Dom. in c. cùm in illis. §. 1. de præb. ĩ 6. & dixi j. eo. in noſtra. corollario 32. Adde ẽt Io. An. in c. 2. in 3. col. ibi, ego puto. de reſc. in 6. ubi dicit, quòd ille text. non habet locum, quãdo nulla perſona exprimitur in reſcripto, ex quæ de bonis, uel ĩ reſcripto, quicquid poſt iter arreptũ, & ſimilibus, in quibus plures, quàm quatuor conueniri poſſunt. Et iſta ſunt uerba, quæ uoluit allegare Imo. in d. c. 1. de iud. per quæ, ut uides, non probatur illud, quod ipſe dicit, & eſt contra mentem prædictorum, ut etiã dicetur in quarta declaratione. Et iſta dicta Ioan. And. ſequitur ibi Dom. poſt Io. de Lign. quamuis Imol. ibi, & hic, contrarium teneat, motus per rationem illius tex. cui reſpondetur, quòd illa ratio adaptatur ad caſum ibi expreſſum. ¶ Adde etiam pro illa declaratione Car. in cle. non poteſt. q. 14. de proc. Et caue: quia ſi in expreſſione generis nulla ſpecies nominatur, procedit hæc declaratio, putà contra quoſdam: ſecus, ſi aliqua exprimeretur, ut ſi impetro contra quoſdam laicos ita generaliter: quia dato, quòd ante genus, uel poſt, non ſit ſpecies, tamen non uenient maiores, putà clerici, Rota hoc tit. octaua, Item ſi clericus. in nouis.

a *Nullitatis*] Sed *quid ſi dicatur in nullitatis? Dic, quòd non poterit oppõi exceptio nullitatis patens & manifeſta, ut not. per do. Soci. conſ. 3. 4 inci. Circa præſentem conſultationem. uer. & prædicta. etiam in 1. parte. Et adde præfatum do. Soci. in conſ. 51. inci. Præſtantiſſime doctor. uerſ. tertiò confirmo. cum uerſ. ſeq. in d. parte. Sed ſtante dicto ſtatuto, nunquid poterit opponi, quod ſit minor, excõmunicatus, bannitus, uel quod alibi carpat agere, & ſimilia? Dic, quod ſic, per eundẽ do. Soci. conſ. 41. inci. Antequam ad quæſtionem uerſ. ſertio reſpondetur, in dicta parte.*

b *Ita conſuluit*] *Quod conſilium eſt in numero ſuorum, conſ. 220. incipien. Viſis compromiſſo, laudo & ſtatuto. uerſ. circa uero. circa medium, i 2. parte.*

¶ Secunda declaratio. Si clauſulæ generali adijciatur aliqua dictio ampliatiua, de ſui natura ueniunt maiora expreſſis. Inno. de off. arch. dilecto. in gl. 1. dicens, quòd ſi libellus dicat, peto procurationem, & quædam alia ad me iure archidiaconatus ſpectantia, per illa uerba poſſum agere de maioribus; dum modò ſpectent ad archidiaconatum. Et idem, ſi diceretur, & de rebus alijs ratione hæreditatis ad me ſpectā‍sibus: nam poſſum agere pro maiorib. quam ſint expreſſa, dum modò ad hæreditatem pertineāt: & ſequuntur ibi Io. An. & Bu. & etiam But. Imo. & Dom. hic, adaptantes prædicta uerba ad impetrationem. Et ſequitur etiam Ang. in l. ſi. C. de excep. Tamen conſidera, quòd ibi Inn. non firmat, ſed dicit, quòd ibi ualuit proceſſus ſuper maioribus: quia non fuit oppoſitum. Tamen fortè limitatio eſt uera, ut attenta bitur in quarta declaratione. Et dicit Compoſ. hic, quòd ſicut dictio collectiua, ſeu ampliatiua ampliat ſpeciem, ut eſt dictum: ita dictio reſtrictiua reſtringit. Vnde ſi impetrin contra epiſcopum & alios clericos, illa generalis clauſula comprehendit clericos. ſed non epiſcopos, propter naturā adiūcti: & ſequitur hic But. Imo. & Dom. ¶ Tertia declaratio. Quando non expreſſa differunt ab expreſſis ſolum in qualitate, & non ſunt maiora expreſſis, nō habet locum iſte tex. Imo. & Abb. hic contra Bu. & Dom. quia, ſecundum Imol. non ponderat iſte tex. diuerſitatem in qualitate, ſed ſolum, an ſint maiora, uel grauiora expreſſis. Et hinc eſt, quòd expreſſo clerico ueniet laicus ſub clauſula generali, ſecūdum Spec. de reſcripti præſen. §. ſi. uer. qđ ſi quis nominauit. poſt Vinc. hic, quia laicus minor eſt clerico, licet ſit diuerſæ qualitatis. Et ſequuntur Imo. & Ab. hic, Similiter expreſſo caſtro poterit reus conueniri ſuper prædio, quia eſt res minor, & tamen qualitatis diuerſæ. Et expreſſa decima, poterit rōueniri ſuper quantitate pecuniæ, quia decima ratione ſpiritualitatis dicitur res maior, ſecundum Imo. hic. Facit ēt, ſecundum Abb. in c. qui ad agendum. 2. reſponſo, de procu. in 6. ubi expreſſo caſu requirente ſpeciale mandatum, ſubiecta clauſula generali, ueniūt alij requirentes ſpeciale mādatum, & tamen abſurdum eſſet dicere, quòd non uenirent caſus, qui ſunt alterius qualitatis, quam expreſſi Facit ēt, ſecundum An. Sic. hic, quod no. Ang. l. utimur. ff. de ſepu. uio. & in l. j. ff. ad l. Iul. ma. dicens, q ſecuritas data uni pro ſe & alijs ſocijs prodeſſet etiam Iudæo ſocio [a], & tamen eſt diuerſæ qualitatis, & ſectæ, nec eſt prohibita ſocietas cum Iudæis in mercimonijs, ut probat Abb. de uſu. poſt miſerabilem. per illum tex. Ex quo infert hic And. Sic. quòd in caſu huius decr. poterit conueniri Iudæus. Simi liter refert hic Bu. & Imo. Io. An. in add. Spe. dicere, quòd ſecūdum ſtylum curiæ expreſſis clericis & ſeruta generali clauſula comprehendītur etiam religioſi, licet ſint qualitatis diuerſæ, tamen non ſunt maiores, nec multum differunt, arg. 12. q. 2. duo ſunt genera. ¶ Non obſt. §. cui dulcia. ubi in materia larga non ueniunt diuerſa in qualitate: quia reſpondent hic Imo. & Ab. licet utantur diuerſis uerbis, quòd loquitur in materia legatorū, in qua mens teſtantis uidetur eſſe, quòd ueniant, quæ ſunt ſimilia in qualitate; quia genus ibi adiectiuè poſitum, uenit uerificandum in ſuis ſubſtantiuis, & apparet, q per alia uerba teſtator ſenſit de ſubiecto certæ qualitatis, ut de uino: quod eſt notabile. Ergo præſumimus, q teſtator in genere ſequenti intellexit de materia ſimili. Sed hic loquimur in reſcriptis, in quibus, ſecundum Imo. debet etiam attendi mens Papæ reſcribentis, quæ nō uidetur eſſe in ponderanda qualitate, ſed quòd in rebus & perſonis attendatur differentia maioritatis & dignitatis. Et ſic uolunt Imo. & Ab. quòd iſte tex. non conſideret differentiam qualitatis. Sed caue: quia hoc modo iſta declaratio uidetur habere locum ſolùm in reſcriptis, quod eſt contra dominū, Ab. & Imo. hic, & contra tex. in d. c. qui ad agendū. in quo non eſt uerſimile, quòd ueniant ſolum caſus eiuſdē qualitatis, ideo uidetur tenenda iſta declaratio generaliter, niſi ubi conſtat de mente diſponentis, quòd uoluerit comprehendere ea, quæ eſſent eiuſdem qualitatis, prout fuit in ca ſu §. cui dulcia. ¶ Quarta declaratio. Vbi clauſula generalis non eſt indefinitè prolata poſt ſpeciem, ſed cum ſigno uniuerſali ueniunt maiora. Vnde iſte tex. & ſimiles procedunt ſi diceretur, Et quoſdam alios. Secus, ſi diceretur, Et quoſcunq; alios. Imo. in c. 1. de iudi. Allegat Io. An. in c. 1. de reſcri. in 6. qui nō dicit hoc, ut dixi in prima declaratione. Facit gl. in cle. 2. in uerb. quauis alia. de re iud. ubi expreſſa cā beneficiali cū adiectione iſta, uel quauis alia, uenit ſpiritualis & criminalis, & ſequitur ibi Car. poſt Pau. & ibi Imo. dicēs ita limitari tex. iſtū. Facit gl. in cle. ne Romani. in uerb. uel alio quouis mō de elec. & in cle. ſi. in eo uerb. de ſen. excō. & in cle. 2. in uerb. quauis. de reb. eccle. cū ſimilib. & facit ſecūda declaratio, de qua ſ. ¶ Sed cōtra iſtā declarationē ſunt multæ deciſiones ſ. allegatæ in regula, maximè Bar. in d. §. quæſitū. & Car. & Ol. in dictis cōſilijs. Ad idē gl. expreſſa in l. ſi fugitiui. C. de ſer. fug. in uerb. qualibet alia pœna. & exponit, ſcilicet ſimili. Et idē Dom. hic, ut dixi ſ. in uer. poſſunt. allegādo gl. de of. deleg. ex literis. Ad idē, quod no. Car. in cle. nō poſt. 3. q. de procu. poſt Pe. de Anc. ibi, & Lap. allegatione 70. ſæpe uidi. ubi dicit, q ſi in mandato eſt iſta clauſula, & ad oīa alia, etiā maiora uel grauiora, nō ueniūt talia, niſi onū de grauioribus ſit expreſſū æqparādo, quod dicitur de poſitiuo ad cōparatiuū. Vnde ſicut diceretur. Et oīa alia etiā exigētia ſpeciale mandatū, tamē nullū de illis uenit, niſi aliquod exprimatur, d. c. qui ad agēdū. ita in iſto cōparatiuo de maiorib. nullū ueniet, niſi aliquod exprimatur. Ad idē cōſi. Lu. 271. Vis totu. in prin. ubi expreſsè uult, q ſi rex uendit terrā cū iuribus, quibuſdā regalibus expreſſis, adiecta clauſula, Et quibuſcūq; alijs iuribus regalibus, non ueniunt iura regalia maiora expreſſis. Ad idē Rota de reſcrip. prima, in nouis, ubi dicit, q iſta clauſula, De uacaturo per mortē, uel alio quouis modo, exponitur, ſ. ex perſona eiuſdē. ¶ Nō obſt gl. præallegatæ, quia nō uidētur extēdere ſpeciē ad maiora ¶ Nō obſ. ſecūda declaratio, quia pro reſpōſione poſſumus recurrere ad diſtinctionē Bar. in l. quæſitū. §. pe. de fun. inſtr. abbreuiatā hic per Ab. & conſiderare duos caſus. Primus, quādo ex primo habet hæreditatē, uel ius archidiaconatus, aut ſimilia habētia ſuū ſubiectū, tūc uideor principaliter reſpicere ipſū genus, ad oēs quaſcūq; eius ſpecies, & dato, q onā expreſſerim, non expreſſi cauſa reſtringēdi genus ad ſimiles, ſed potiùs ad cautelam, & ex abūdāti, uel cauſa demōſtrationis, & iſto caſu nō uidetur ſpecies referri ad genus p uiā reſtrictionis, ſed ad actū, quē ſimpliciter intētat, & ille nō regulatur a ſpecie, ut in l. legata, ſecūdo reſpōſo, ff de ſup. leg. ¶ Secūdus caſus eſt, Vbi ex primo ſpeciē cū adiectiuo uniuerſali, nō habēte aliud ſubiectū, quā ſpeciē præmiſſā, putà de prædijs & quibuſcunq; alijs reb. quia uidetur principaliter diſponens loqui de ſpē, & uelle eā extendere, nō autē exēplificare genus, cui nō dedit certū ſubiectū, & ideo nō ueniunt maiora expreſſis. ſed qñ genus habet ſuū ſubiectū, ſicut ī caſu præcedēti, ſecus eſt. Et iſtis adde olno. quod dixi ſ. in 6. declaratione uerſ. Itellige tertiò. Et iſtā quartā declarationē nō reperio diſcuſſam. Et prædicta faciunt ad q. utrū illa uerba, ſi uacat beneficiū morte Titij, uel alio quouis modo, itelligātur ex perſona Titij, uel alterius? de quo dixi in c. in noſtra. in 27. corollario, uer. fallit quartò. j. eod. ¶ Quinta declaratio. Diſpoſitio huius decr. procedit ſpecialiter in reſcriptis, in quibus propter eorū odioſitatē ponitur ſpecialis doctrina, ſecus eſt in mandatis procuratorum, & in contractibus, & alijs, in quib. licet nominentur perſonæ minores, ueniunt etiā maiores, & etiam negotia maiora. Ita Inn. hic ſuper uerbo, maiores. & ſentit expreſsè gl mag. hic, & Hoſt. But. & Abb. de uerb. ſig. cum tibi licet But. hic in ſua diſtinctione, quā ſequitur Imol. & Domi. uideatur præſupponere, q hic nihil ſit ſpeciale in reſcriptis. Et præ cæteris inſiſtit hic Abb. propter uerbum Volenter, de quo in tex. & inducit d. c. qui ad agendum. ubi eſſet abſurdum, quòd non uenirent caſus diuerſæ qualitatis. Et ſi diceretur, non ueniunt grauiora, d. clemen. non poteſt. Reſpondet Imol. & clariùs Abb. quòd loquitur de grauioribus, ex quibus dominus incideret in pœnam ex facto procuratoris, & in dubio nunquàm uidentur talia mandari, l. ſi procurator. & ibi Bart. ff. de condi. indeb. c. ſi compromiſſarius. de elec. in 6. cum ſi. de quibus dixi latè in c. 1. ne lite. non conteſt. Sed bene uenirent ea, quæ alio reſpectu eſſent grauiora ſub expreſſione unius caſus ſpecialis, etiam qui non eſſet de illis grauioribus, ſecundum eos. Et iſta ſunt notanda, quia ut dicit hic Abb. multi decipiuntur dando uniuerſales theoricas, per iſtum text. & d. cle. non

[a] Iudæo ſocio] Adde idē tenentē do. Soc. conſ. 63. inci. In præſenti cōſultatione. uer. quartò pro hac parte. in 2. parte.

cle. non poteſt. Vnde dicit Pe. de Anc. in d. c. 2. de reſc. in 6. quòd ſi conſtituo te procuratorem contra Titium & quoſdam alios debitores meos, poteris conuenire etiam digniores Titio. ¶ Sed contra prædictos tenet hic An. Sic. per ea, quæ poſt ipſum allegata ſunt ſ. corroborando regulam. Ex quibus patet, quòd communiter iſte tex. intelligitur, ut ponat ius commune. Reſpondet ad uerbum Volentes, quòd magis debet attendi uerbum Decernimus, de quo in tex. quia quando ponitur in materia antiquitùs declarata, non importat ius nouum. But. & Abb. de indi. c. 2. Et iſta nõ eſt materia noua, ſed ſumpta ex d. §. cui dulcia. Nec eſt bene reſponſum ad dictam clemen. non poteſt. quia, ſecũdum eũ, uerbum Maiora, & uerbum Grauiora, ponuntur ibi ſeparatim. Ergo ſi ſolum ſunt maiora, licet non grauiora, habet locum illa clemen. Et ſic etiam, ubi non agitur de incurrenda pœna, non oportet neceſſariò intelligere, quòd ibi fuerit expreſſus aliquis caſus ſpecialis. Et dicit, quòd non ueniſſet maiores: quia ſi intelligeretur, quòd nullum ſpeciale fuiſſet expreſſum, eſſet illa cle. de indubitabili, & nihil adderet ad d. c. qui ad agendum. ut hic per ipſum prolixiùs. Cogitabam quinque pro iſta opinione, quam ſentit hic Buti. & Dom. Primò dictum Inno. in d. c. ea literis. de iure pa. de quo dixi in prin. huius c. Et quod no. Inno. in d. c. dilecto, in prin. de offi. archi. ubi apertiſſimè uult, quòd iſte tex. procedat in libello & in contractibus. Et ſi opinio aliorum eſſet uera, deſtruerentur illa dicta, & ſimilia ſuprà poſita fundata in iſto tex. Et non præſumitur tantus error in tam frequentata allegatione iſtius tex. Facit lex, minimè. ff. de legibus. ¶ Conſidera ſecundò inductionem, quam facit Abb. d. c. qui ad agendum. quod eſſet abſurdum, ſi non uenirent diuerſa in qualitate: quia fateor, quòd ueniunt, ut ſ. in 3. declaratione. Sed non ueniet caſus requirens ſpeciale mandatum, qui ſit maior, etiamſi non ſit de illis, per quos dominus poſſet incidere in pœnam, ut ſ. probauit An. Sic. inducendo dictam cle. non poteſt. Pro quo uide Ab. ibi, qui punctualiter ità ponderauit illum tex. pro opinione But. hic, & uult, quòd expreſſo aliquo caſu ſpeciali non ueniunt maiores, etiam non concernentes dictum periculum, per illum tex. in uerb. maiora. Salua opinionem Inno. hic, & glo. ibi, quando non exprimitur aliquis caſus requirẽs ſpeciale mãdatum, ſed talis, qui uenit ſub generali mandato: quia tũc clauſula ſequens non reſtringitur ad ſimilia expreſſa, cum omnes caſus ueniant ſub generalitate uerborum, dum modò non requirant ſpeciale mandatum. Et iſtud ultimum bene nota, quòd tamen nõ affirmo conſtanter, ſicut nec Aegidius affirmat deciſione propè allegãda. ¶ Cõſidera tertiò, quòd imo cle. non poteſt. procedit, ut dixi etiam in maioribus non periculoſis, quo ad pœnam: & ita uidetur gl. in cl. ſi. in uerbo. ſpecialẽ. de procu. in 6. quæ dicit, quod ſub clauſula generali non ueniunt longè maiora expreſſis, ut contrahere matrimonium, & ſimilia. Idem clariùs ſentit glo. in c. procurator. de elec. in 6. dicens, quòd expreſſo uno caſu ſpeciali non uenit poteſtas iurandi in animã conſtituentis: & tamen iſte caſus non concernit pœnam, nec periculum conſtituentis, niſi ſit in culpa, ut dicit gl. ſi. in d. cle. non poteſt. ¶ Conſidera quartò notabilia uerba Aegidij deciſione Rotæ quinta, ubi in effectu uult, quòd generale mandatũ includit etiam maiora expreſſis, quando nullum requirit ſpeciale mandatum, ut per Inn. hic quia ſola generalitas per ſe ſufficeret. Vnde nihil facit ſpecialitas præcedens. Et ſic uidetur reſpondere ad §. cui dulcia. Tamen ſubdit, quòd adhuc ille §. obſtat: & ſic non firmat. Poſtea ſubdit ad propoſitum, quòd ea, quæ exigunt ſpeciale mandatum, bene ueniunt uno expreſſo, dum modò non ſint maiora illo. & ſimpliciter dicit maiora, non reſtringens maioritatem ad importantia periculum. Ad idem uide Alex. conſi. mihi 82. Vi. in inſtrumento ſyndicatus. ad ſi. ubi dicit, quòd ſi expreſſis aliquib. caſibus ſpecialib. dicatur, & ad omnia alia connexa, & dependentia ab eiſdem, etiamſi talia forent, quæ exigerent mandatum ſpeciale, intelligitur, niſi ſint maiora. Allegat Dom. in d. c. qui ad agendum. ſecundo reſponſo. in fi. qui poſt Zenze. uult. quòd clauſula generalis ibi non includat maiora. Alleg. etiam dicta Bar. in l. qui Romæ. §. Callimachus. ad fi. ff. de uerbo. obl. Adde etiam prædictis Car. & latiùs Imo. in d. cle. non poteſt. ubi Imo. uidetur ſentire, quæ prædixi. ¶ Conſidera quintò, quòd tex. in cle. non poteſt. non habet aliquod uerbum iuris noui. & ideo neque in caſu illo neque in iſto uidetur aliquid ſpeciale. Poſſes tamen dicere, quòd unum ſit ſpeciale in reſcriptis, quòd non ſolũ ſi exprimitur ſpecies, debeat ab ipſa reſtringi genus, ſed etiam ſi exprimatur quid indiuiduũ. Et licet omnes indiuidui ſint æquales, & ſic ueniret omnis homo de propria ſignificatione, tamen per iſtum tex. erit prouiſum, quòd nõ uenient perſonæ digniores: & ita procedet conſideratio Ab. hic, ibi, non mirum. ¶ Cogita etiam, quòd mandatum procuratoris uidetur extendi ad debitores etiã digniores, ut eſt dictum ſuprà: quia uidetur ibi concurrere omnimoda intentio mandãtis: & cle. non poteſt. nihil dicit de perſonis maioribus. ¶ Sexta declaratio. Si clauſula generalis eſt adeo prægnans, quòd ſalua ratione recti ſermonis non poteſt exponi, quin cõprehendat maiora, tunc regula prædicta non procedet: putà, ſi in reſcripto diceretur de certis cauſis cum clauſula. Et alijs rebus, etiamſi eſſent maiores expreſſis. Et idem, ſi diceretur idem de perſonis, propter dicta Bar. & aliorum in l. ſi de certa. C. de tranſact. & But. Ab. & Imo. in c. 1. de tranſact. ubi dicunt, quòd licet uerba tranſactionis non trahantur ad non ſpecificata, tamen fallit, ubi ſalua ratione recti ſermonis non poſſent ad illa ſola reſtringi, quæ ſunt deducta, per leg. pluribus. ff. de accepti. & l. ſi ex maiore. in uerbo. pacti. & ibi Cy. C. de excep. & pulchrè Alex. conſi. mihi 61. Super præmiſſo themate. ¶ Intellige tripliciter. Primò, dum modò illa uerba prægnantia ponãtur diſpoſitiuè: ſecus, ſi in uim executionis: quia plenitudo uerborum ibi poſita uidetur præſuppponere, quòd actus principalis fuerit amplè diſpoſitus, & in ſuppoſito nihil diſponant. Si ergo in diſpoſitione de illo non dicitur, illa adiectio poſita in executione nihil auget, etiamſi uis uerborũ uideatur aliud ſonare. Sic intellige cle. 1. de præb. ubi habes duo exempla. Et rationẽ aſſignat Rota de procuratoribus. 23. in antiquis: & prima, in antiquioribus: quia uerba, quæ præſupponunt aliud, nihil diſponunt in præſuppoſito. Et ille tex. ſeruit ad multa, quæ reduxi, de offi. or. licet. ubi uide: & de illo tex. meminit & Abb. in c. 1. de ſeq. poſ. & fru. ¶ Intellige ſecundò, niſi eſſemus in materia in qua lex dat certã formã expreſſioni: quia nõ ſufficiũt uerba quantumcunque prægnantia, ſed requiritur formalis expreſſio, per c. qui ad agendum. in prin. de procu. in 6. ubi iſta uerba. Et ad omnia alia requirentia ſpeciale mandatum, nullum includunt de illis, & tamen inſpecta ratione recti ſermonis uideretur ſecus. Et ideo dicit Ang. in l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. in fin. ff. ſi quis cau. quòd non ualet renunciatio caſuum fortuitorum, etiamſi dictum eſſet in renunciatione, quòd habeantur pro expreſſis & ſpecificatis omnes caſus, qui contingere poſſent, per illum tex. in uerbo ſpecialiter. Fatetur ſecus eſſe, ſi talia uerba apponerentur in ſtatutis, uel reſcriptis motu proprio cõceſſis, ubi princeps põt uelle, quòd aliquid habeatur pro expreſſo, ut per Io. An. in c. 1. de exceſ. præla. in 6. cum concor. de quib. per Alex. in d. §. quæſitũ. & dicetur ſ. eo. nõnulli. ¶ Intellige tertiò, dum modò clauſula generalis utatur ſubſtãtiuis & proprijs uerbis, quæ omnia cõprehendunt maiora, ut in dictis exemplis: ſecus, ſi ſimpliciter adijciatur ſpecies, puta per dictionẽ quãuis, Quodlibet, uel ſimilia: quia reſtringuntur per ſpeciẽ. Patet ex dictis in 4. declaratiõe: quib. adde Car. in c. fi. de cenſ. & ibi Ana. ibi, quærit do. Flo. ubi dicit, Quidam conſtituit procuratorem ad petendam hæreditatem Titij, promittẽs reddere procuratori medietatẽ eius, quod de illa hæreditate quodlibet cõſequeretur, debet intelligi Quodlibet, ſ. procuratorio nomine: quia præcedentia reſtringunt illud genus. Vnde ſi tranſegit cum poſſidente, nec dicitur, quòd tranſegerit procuratorio nomine, nihil habebit, licet Ana. dubitet de ualiditate illius pacti, per l. ſumptus. ff. de pac. cum ibi allegatis. Tamen dictum iſtud eſt utile ad multa. ¶ Similiter dicit Pau. cõſ. 41. ad fi. q. facta mẽtione domus, intelligitur de apta & deputata ad habitandũ. Vnde non uenit apotheca, etiã ſi dicatur de qualicunque domo. Similiter dicit Ang. conſ. 22. ad fi. de pœna illius, qui fecerit, &c. quòd ſi inquiſitus eſt confeſſus tale quid, ex quo reſultat auxiliũ & fauor maleficij, non autẽ mandatũ, & inquiſitio loquitur de mandato, & in ea dicitur eũ fuiſſe confeſſum oĩa & ſingula in inquiſitione cõtenta, intelligitur, ſ. quãtũ importat, id, quod eſt ſpecialiter confeſſus: quia uerba inquiſitionis

non poſſunt facere, quòd ſit certum delictum, ubi non eſt. Vnde ſi diceretur furtum ex actu, in quo furtum non cadit, iſtud non nocet, ut latiùs per eum. ¶ Pro quo ultimo faciũt multa, quæ reduxi j. eo. nonnulli. ad fi. uer. ubi uerba legis. oſtendendo, quòd ubi uerba legis non adaptantur caſui occurrenti, ceſſat legis ª diſpoſitio. ª Et pro hoc dicto Ang. uide Lap. allegatione 55. Quidam coram iudice. ad fi. ubi dicit ſe uidiſſe obtineri, quòd ille, qui eſt condemnatus de certo delicto, putà quia dicebatur falſum commiſiſſe, non teneb itur pœna falſi, cùm delictũ, cui talis clauſula fuerat adiecta, non eſſet de genere falſitatis: putà, ſi diceretur in condemnatione, quòd falsò occidit hominem. Et dicit Sal. in l. ſi ſerui. ibi, exemplum dicit. C. de uoa. quòd ſtante ſtatuto, quòd quilibet cuiuſuis condicionis poſſit teſtari, non intelligitur de illis, qui iudicio carent, aut uelle non habent, ut infantes, furioſi, monachi, & ſimilas. Operatur tamen illud uerbum Cuiuſuis, &c. quòd non ſolùm habiles de iure communi, ſed etiam alij poterũt teſtari. Subdit etiam Sal. de ſtatuto, quòd occidens quouis modo decapitetur: nam uenit in ſtatuto, etiam qui ſine dolo, uel culpa occidit: & fortè etiam, qui occidit defendẽdo. Sequitur Alex. in l. & ſi ſeuerior. C. de inſa. Tamen illud de defenſione reprehendit Bapti. in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iu. ¶ Faciat ad hoc aureum dictum Sal. in l. commiſſoriæ. in fi. C. de pac. inter emp. & uen. ubi dicit, quòd ſi ex pacto licet conductori recedere a contractu poſt menſem, quandocunque uoluerit, niſi fuerint ſibi ſeruata quædam promiſſa, illud Quandocunque, debet intelligi, niſi poſt menſem fecerit actum, per quem uideatur ab illa facultate receſſiſſe: putà, ſi petierit adimpleri ſibi promiſſa. Similiter Bald. in l. j. §. huius ſtudij. quaſi in fi. ff. de iuſti. & iur. dicit, quòd ſtipulatio notarij facta nomine iudicis pro omnibus, quorum intereſt, intelligitur, ſcilicet de ſubditis iudici. Dixi. j. eo. cùm ordinem. Et omitto alia ſimilia, de quibus aliàs. Sed prædicta omnia nota: quia mirificè inſeruient. ¶ Septima declaratio. Qñ expreſſa ſunt aliqua, & non reſtat, niſi unus caſus nõ expreſſus, ſi ſubijcit clauſula gñalis, ueniet ille caſus, etiãſi eſt maior expreſſis, ne uerba ſint inania & ſuperflua. Ita ſingulariſſimè decidit Marianus per uerbũ Fortè, in repe. c. poſtulaſti. uer. quæ etiam limitatio. j. eod. dicens, quòd licet literæ beneficiales de beneficio ſpectante ad electionem, uel præſentationem aliquorum cum clauſula, Vel quamuis aliam diſpoſitionem, non comprehendant modum prouidendi maiorem expreſſo, ut per Domi. in c. cum in illis. §. cùm autem. in fi. de præb. in 6. quem retuli ſupra in fi. corroborationũ regulæ, tamen ſi ſunt expreſſi omnes modi prouidendi, excepto uno, qui cæteris maior eſt, id eſt, confert plus iuris: certè ſi ſequitur clauſula generalis, Vel alio, quocunque modo, comprehendetur etiam ille modus, ne uerba ſint ſuperflua, contra c. ſi Papa. de priui. in 6. quòd uerbum uouum, & cui conteſtem non reperi, ſicut nec ipſe affirmat: & ſi uerum eſſet, belliſſimè ornaret hanc materiam, & obſtare uidetur mens diſponẽtis: c quia ſi ea iuris interpretatione non præſumitur extendi ad 6 maiora: certè ſicut illa generalis ſuperfluè exprimeretur, quando ſub ipſa nihil poteſt ullo modo comprehendi, ita quando non poteſt aliquid comprehẽdi propter reſiſtentiã materiæ ſubiectæ & interpretationis iuris: uoluit enim diſponens dicere, & de omni alio, ſcilicet ſi quod ſimile ſubſit: at ſi nullum ſimile ſubeſt, ſed maius, illud non fuit in conſideratione, ut etiam dixi j. eo. in noſtra. corollario 32. ¶ Poſſet curioſus inſtare acutius, dicendo, quòd ſaltem iſta declaratio poſſet procedere, quando diſponens ſciret aliud nõ ſubeſſe, niſi aliquid maius expreſſis: quia tunc dicendo, Et quædam alia, uidetur illud maius ſibi notum includere: ex quo non poteſt dicere, quòd tanquam non informatus de ſubiecta materia adiecerit, quaſi ad cautelam, illud genus. Bene facit, quod not. Innoc. in l. tam is. §. 2. ff. de do. cauſa. mor. dicens, quòd licet ad ualiditatem donationis factæ à filio in poteſtate oportet ᵇ patrem nominatim conſentire ᵇ. l. filius. ff. de donat. tamen ſi donat cauſa mortis præſente patre, & dicat, ſi non ualet iure teſtamenti, ualeat iure codicillorum, & cuiuſcunque alterius ultimæ uoluntatis, certè ex quo nõ poteſt habere locum alia ultima uoluntas, niſi illa donatio cauſa mortis, illa generalis clauſula non uerificabilis aliter, perinde operabitur, ac ſi nominatim eſſet facta ſpecificatio donationis, arg. l. 2. ff. de lib. & poſth. Et ſequitur Philippus Corne. in l. ſeruũ. C. qui teſta. fa. poſ. & Alex. ad fi. allegans bonũ tex. in l. fundus, qui locatus. ff. de fun. inſtru. ubi legato fundo cum inſtrumento, non uenit inſtrumentum coloni, ſed domini, niſi dominus nullum haberet: quia tunc ueniet inſtrumentum coloni. Et faciant multa in ſimili adducta ſuprà, eo. cap. 1. uer. priuilegium continens prima facie. ¶ Sed certè iſta eſſet reſtrictio inaudita ad hanc materiam, & ſequerentur multa, uerbi gratia, quòd ſi in caſu §. cui dulcia. teſtator ſciebat, quòd illa erant omnia dulcia impotabilia, illa comprehẽderentur, quod eſſet nouum & magnum dictum. Cogitabimus alia uice, quia opus eſt quieta magiſtratione propter rei nouitatem. ¶ Octaua & ultima declaratio. Proceſſus factus ſuper maioribus negotijs uirtute reſcripti, de quo hic, ualet, ſi nõ opponatur. Ab. hic per iſtum textum in uerbo, nec audiantur. quaſi noluerit inducere & præſtare dilatoriam conuento. Allegat Ioan. An. j. eo. Rodulphus. dicentẽ, quòd maiora negotia et perſonæ cõprehenduntur ſub clauſula generali ex propria ſignificatione uerborũ. Et idẽ tenẽt ibi But. Imo. & Ab. dicẽtes, ſecus in pceſſu cõtra maiores pſonas, quia iſtæ nõ includũtur ſub clauſula, ut hic in tex. in uerbo, includi. & idẽ Abb. hic. ¶ Aduerte: quia ſi tenemus ea, quæ ſunt dicta in quinta declaratione, quòd etiam in alia materia, quàm reſcriptorũ, non ueniant negotia maiora, non erit tutum tenere hoc dictum, quòd ex propria ſignificatione uerborum includantur maiora: ſed ex alio capite dictus proceſſus poterit ſuſtineri, uidelicet ex prorogatiõe: quia data iuriſdictione delegati in perſonis poteſt fieri prorogatio ad res, ut c. cùm olim. de off. del. uo. glo. co. tit. P. G. Et ideo pars non opponendo de iſtis reb. uidetur prorogare tacitè iuriſdictionem delegati. Secus in perſonis maioribus: quia per uiam prorogationis non poteſt extendi iuriſdictio ad alias perſonas, d. c. F. & G. Et quòd ualet proceſſus in rebus maioribus, ſi non opponatur, expreſſè uult Inno. in d. c. dilecto. in fi. primæ gl. de offi. arch. per illum tex. An autem ſit uerum indiſtinctè, quòd iſta uerba. Non audiantur, importent, ſcilicet ope exceptionis: an uerò repellant ipſo iure, eſt materia ardua. Vide copioſè & ordinatè per Alex. in l. 1. §. ſublata. ff. ad Treb. Et ex his habes materiam melius declaratam, quàm per Doctores hic & alibi. Adde etiam ad materiam glo. no. in cap. accuſatus. in uerſi. iudicare. de hære. in 6. quæ, ſecundum Ang. & Imo. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de uerb. obli. uidetur uelle, quòd clauſula generalis non egrediatur terminos diſpoſitionis ſpecialis, l. ſi de certa. C. de trã. ſac. Tamen illud eſt uerum, niſi illud, de quo quæritur, cohæreat, ut connexum diſpoſitioni præambulæ. ¶ Dictio ᶜ Alius, ex † ſuo pro- c prio ſignificato implicat ſimilia. Gl. erat in l. ſi fugitiui. C. de ſeruis fugit. Ballis, ubi ratio ſubiectæ materię aliud inducit, ut in exemplo glo. hic, ſecundum Imo. & Abb. hic. Adde ſolùm remiſſiones: quia non eſt opus in hoc multiloquio, & uide Domi. latè diſtinguentẽ in c. deinde. 56. diſ. Aliquid per eũ in c. 2. in fi. & in c. et, cui. de præb. in 6. & in c. hinc etenim. 49. diſt. & in c. oẽs leges. 1. diſt. & in c. quis ne ſciat. 11. diſt. & in ſumma. 24. diſt. in ca. Valentino. 34. diſt. per gloſſ. in proœmio. ff. circa fi. & in authen. ut defun. ſeu. fu. in prin. & ibi Iac. de Bel. per Imo. in cle. 1. de reſcr. Bar. in l. quidam. ff. de reb. dub. Car. in cle. digni. in 2. notabili, de cele. miſ. But. in c. officij. ſecundo notabili, de pœn. & remiſ. Alex. conſ. mihi ſecundum numerum omnia conſilia amplectentem 344. Conſideratis uerbis dictæ inueſtitu-

ª *Diſpoſitio*] *Facit, quod habetur per tex. & ibi per do. Alex. de Imol. in leg. iij. §. prætor. de dam. infect. & per Alex. in l. j. §. uetores. de ac qui. poſ.*

ᵇ *Conſentire*] *Adde Soc. conſi. 87. incip. In præ ſenti conſultatione. circa prin. in prima parte: & plenius in conſ. 162. incip. Multum abunde. uer. ſuccedit nunc ſecunda difficultas. cum uerſic. ſeq. in 2. parte.*

ᶜ *Dictio Alius*] *Adde, quando iſta dictio Alius, Alia, Aliud, eſt implicatiua ſimilium, ut hic, adde quod ſi huic dictioni præponitur nomen uniuerſale, importat maiora expreſſis. Ita glo. not. ſecundum Ioan. de Imo. in cle. 1. uerſic. quamuis. de reſcr. Sed habes contrariam glo. in l. ſi fugitiui. in uerbo, Alia. C. de ſer. fug. quo dicit, ſimilis uel extraordinario.*

rę. Rotam de reſcr. 48. in antiquis: & 12. in antiqo. gl. in uerbo, alteri. in cle. 1. de reb. eccle. Et I c. 1. in uerbo, alius. š. de ſum. tri. & in c. 1. uerbo, alios. de præbe. in 6. & Io. An. in c. cùm in illis. circa fi. de præbe. in 6. & Lu. cõſi. 61. & 92. Et dicit pulchrè Bal. in l. & ſi poſt tres. ibi, ſed quid ſi ſtatutum dicit. ff. ſi quis cautio. in lectura, non in repetitione, quòd ſtãte ſtatuto, quòd cõmittens maleficium debeat condẽnari in mille, uel alia pœna, arbitrio poteſtatis, nõ poteſt imponi alia pœna, quæ nõ ſit æqualis primæ. uel parum excedẽs, per tex. ad huc no. ſecũdum eum in l. 1. ff. de reb. dub. ¶ Similiter dicit Bal. in l. conuenticulam. ibi, & iſtud not. C. de epiſ. & cle. quòd ſi ſtatutũ dicit, quòd aliquis puniatur pœna pedis, uel alia, illud Alia, intelligitur de ſimili [b], propter glo. in d. l. ſi fugitiui. Vnde non intelligitur de pœna pecuniaria: quia non cõuenit in genere, nec de amputatione capitis: quia longè remota eſt ab amputatione membri. Vide etiam Baldum & Sal. in dicta l. ſi fugitiui. Et Repertoriũ in uerbo Alios. Differt autem alter & alius: quia alter itelligitur de duobus, alius de pluribus licet aliquãdo aliter capiantur per abuſionem, ut latè not. Valla elegantiarum ſuarũ 209. alter de duobus, &c. ¶ Hodie clauſula, Et quoſdam alios, importat ſolùm de quatuor, c. 2. eo. ti. in 6. & in ipſa prima citatiõe debẽt exprimi illi quatuor. Dicit tamen Imo. hic, quòd ſatis eſt, quòd ſcribãtur in actis, de quo per gl. maiorẽ in d. c. 2. ¶ Et uo. quòd reſtrictio, quę fit ibi, procedit in clauſula perſonarum, nõ in clauſula rerũ, ut ibi per Io. An. & dixi ſuprà in prima declaratione: & uide Rotam de reſcr. 2. in antiquioribus, ubi dicitur, quòd clauſula, Et alios, quorum intereſt, extẽditur ſolùm ad quatuor niſi ſpõte plures ueniant: quia etiam multi admittẽtur, licet in primo citatorio non poſiti. Et ibi dicitur decretum fuiſſe in Rota, quòd illud c. 2. nõ procedat in impetratiõe, quæ nõ egreditur curiam: quia illa non lædit ordinariam. Tamẽ quia etiã militat ratio infinitatis, nõ firmatur.

Et quia allegatur ſemper d. c. 11. q. iuri exoſa eſt infinitas, uide Lud. Ro. in rub. de arbit. ibi, & not. ubi poſuit 12. ſingulares effectus, quos operatur iſta citatio infinitans. Omitto: quia inuenies plura ad ſaturitatem per Alex. poſt Lod. in l. qui bona. §. fi. ff. de dam. inſe. aliquid per Alex. in l. ſi finita. in prin. ff. eod. titu. Vltimò uide Paulum conſi. 302. ad confirmationem, &c. ubi dicit, quòd proceſſus fiendus coram delegato debet eſſe talis, qui ueniat ſub uerbis reſcripti. Vnde reſcriptum de debito ex cauſa mutui, non comprehendit debitum ex ſtipulatione. Allegat Imo. j. eo. ſuper literis.

ordinario: Tu dic, quod glo. in d. clem. 1. procedit regulariter, niſi materia ſubiecta aliud importet. Et hoc modo intelligas glo. in l. ſi fugitiui. De iſta dictiõe Alius, uide Abb. in c. officij. de pœ. & remiſ. & in c. mulieres. de ſent. excom. Adde quod iſta dictio Alius, denotet ſimilitudinem, eſt text. in c. cum non ab homine. de iudic. in uerbo ibi, ſeu alio crimine. & adde text. cum glo. in l. in bonæ fidei. de reb. cre. & uide Soci. cõſ. ſuo 122. inci. Præſtantiſſime Doctor. uer. prætenea. Bart. conſi. 7. Soci. 300. inci. In cauſa interpellationis.

b *De ſimili*] *Adde do. Soci. conſi. 300. inc. In cauſa interpellationis. uerſ. tertiò principaliter. cir. pri. in 2. parte, quòd licet dictio Alia, de ſui natura includat ſimilia, tamen includit diuerſa ab expreſſis, quia nullum ſimile eſt idem.*

SVMMARIVM.

1 *Impetratio ſola abſque uſu, ſeu effectu, an puniatur.*
Impetratio ſola reſcripti nõ inducit litigium, neque neceſſariò uoluntatem litigandi. Poſt nu. 1. uerſic. adde etiam Domi.
2 *An oporteat facere mentionem reſcripti, quod eſt nullum, uel elidi poteſt.*
3 *Reſcriptum commiſſione cauſam finitam per ſententiam non eſt inualidum, quando ſententia non tenuit, licet de ipſa non ſit facta mentio.*
4 *Statutum puniens facientem ceſſionem nobili, intelligitur de ceſſione ualida.*
5 *Citatio quando perpetuat iuriſdictionem, intelligitur de citatione ualida.*
6 *Iudex propter ſententiam nullam an faciat litem ſuam.*
7 *Iuramentũ præſtitum de ſeruandis ſtatutis, intelligitur de ualidis.*
8 *Expectans poteſt acceptare beneficium uacans de iure, licet non de facto, & ſi acceptat, currit ſibi tempus.*
9 *Actus inualidus, uel nullus, non caret ſemper pœna adue uſus eũ, qui commiſit.*
10 *Interdictis terris alicuius domini, intelliguntur etiam interdictæ terræ, quas tenet de facto.*
11 *Iudex dicitur functus officio ſuo per ſententiam ualidam, ſiue inualidam.*
12 *Actus nullus an faciat expirare iuriſdictionem, ſeu poteſtatem.*
13 *Prædicta declarantur.*
14 *Citare faciens aduerſarium coram diuerſis iudicibus pro eodem negotio, debet perdere cauſam.*
15 *Lex, ubi cœptum, quæ eſt. ff. de iudic. limitatur, ſeu fallit undecim modis, quos hic uide.*
16 *Contumax ad primam citationẽ ſi uelit purgare moram ſolutis expenſis, & oblato fideiuſſore de iudicio ſiſti, actor ſi contradicat, non audietur, niſi ius actoris non ſit factum deterius.*
17 *Careat, uerbum, quid importat.*
18 *Actor, uel reus, ſi non poteſt conſequi iuſtitiam coram primo iudice propter impotentiã de facto ortã, poteſt recurrere ad alium.*
19 *Exceptio ſi non opponatur, tenet proceſſus factus coram duobus iudicibus.*

CAPITVLVM XVI.

EX TENORE. ¶ Qui contra unum ſuper eodem negotio ad diuerſos iudices diuerſa reſcripta impetrauerit, & eis utitur, perdit commodum utriuſque. ¶ Sola † impetratio abſque uſu inducit pœnam prædictam. Hoſt. hic, & ſequitur An. Sic. per c. diſpendia. eo. ti. in 6. ubi prohibita impetratione punitur contrà faciens: & ibi Io. And. uidetur tranſire cum Hoſt. hic: & idem firmat ibi Domi. uerſus fi. prin. quia ille text. dicit, careat commodo literarum, ſi ad diuerſos, &c. ¶ Et ſubdit tex. & reo fatigato teneatur in expenſis: & ita ponderat fatigationem ſolùm quo ad expenſarum refectionem, ſed quo ad carentiam literarum non ponderat fatigationem rei, uel uſum literarum, ſed ſolam impetrationem. Facit l. ſi quis maior. in uerbo, ſupplicando principi. C. de tranſac. ubi promittens non contrauenire tranſactioni, incurrit pœnam ſolùm ſupplicando, ſecundum An. Sic. hic. ¶ Addatis tex. in l. iij. in prin. ff. quod quiſque iur. ubi contra impetrantem ius iniquum fit retortio, etiamſi eo non ſit uſus. Per quem tex. dicit Imo. in c. cũ omnes. ibi, ſed certè hæc opinio. de conſti. q. contra condentem iniquum ſtatutum fit retortio, etiãſi eo non ſit uſus, contra Inno. ibi. Facit etiam gl. 2. & ibi Bal. in l. 1. C. quando libellus principi datus. ubi habes, quòd ſola impetratio reſcripti interrumpit præſcriptionem. ¶ Contrarium, quòd imò requiratur uſus, ut impetratio noceat, tenet glo. hic, quam communiter approbant Doc. ſecundum Abb. hic. Pro qua facit l. libertus. la 2. de in ius uo: ubi impetrans non dicitur uocaſſe in ius. Imò, ſecundum Bal. ibi, etiamſi producatur libellus, non incurritur pœna illius edicti, donec aduerſarius citetur. Et idem in exceptione producta parte abſente, ſecundum eum. Tamen huic legi facilè reſponderetur: quia edictum de in ius uoc. ponderat uocationem. Ergo non ſufficit impetratio. ¶ Adde etiam Aug. in l. 1. ff. de in ius uoc. & in d. l. libertus. ubi propter gloſſ. quæ ſunt ibi, dicit fuiſſe conſultum in q. arduiſſima, quòd ſola productio libelli, uel poſitio inquiſitionis in actis non inducit pendentiam proceſſus. De quo dicit ſe dixiſſe in l. 1. C. de iudi. ¶ Adde etiam Card. conſi. 27. In Dei, &c. in cauſa & quæſtione excellentiſſimi, &c. ibi, ſecundum diſcutiendũ. ubi dicit, q. ille, qui prohibetur impetrare iudicẽ ſub pœna, ſi impetrat, non punitur, niſi utatur cõueniendo reum. Et dicit eſſe caſum š. eo. cæterùm. §. uerum. ubi ponderatur, quòd ille coegit reum laborare. Tamen dici poſſet, quòd ibi ponderatur fatigatio rei, quo ad expenſas, ſicut in c. diſpendia. Subdit etiam, quòd qui promittit non uenire contra tranſactionem, nõ incidit in pœnam impetrando. Alle. gl. in uerbo, uexare. in cle. 1. de reſcr. Et ibi idem dicit Car. in fi. extollens illam gl. pro ſingul. quòd non dicitur contrauenientũ tranſactioni, donec aduerſarius uexetur. ¶ Conſidera, quòd illa gl. ſolũ dicit, q. ubi agitur de refectiõe expẽſarũ, nõ ſufficit ſola impetratio: non dicit, quòd pœna impoſita impetranti habeat locũ in utente tantũ. Et ibi Imo. ad fi. ponderat eam

ad intellectum ubi Vexare, quòd uexatio incipit à citatione. Quod adde ad Bar. in l. amplius. ff. rem ra. ha. cum concor. ibi ab Alexand. additis. ¶ Adde etiam Domi. in capi. quoniam. in prin. de immu. eccl. in 6. ubi dicit, quòd ſolus actus impetrationis reſcripti non inducit litigium, neque neceſſariò uoluntatem litigandi, per illum tex. ubi ponuntur ut diuerſa. Tamen ille tex. debiliter inducitur. ¶ Adde etiam Alex. conſi. mihi 14. incip. Viſo themate ſuprà ſcripto. ibi, tertiò principaliter. ubi uult, quòd per ſupplicationem factam principi non dicitur conueniri. niſi quis utatur reſcripto obtento. Alle. Pau. de Caſ. in d. l. ſi quis maior. ubi dicit, quòd in caſu illius l. eſſet ſatis durum, & rigoroſum, quòd per ſolam impetrationem reſcripti delegatorij incurrat quis illas pœnas. Et fortè, ſecundum eum, in practica hoc ſeruaretur, ſi non fuit uſus reſcripto. Et hoc putat uerius. Et non dicas, quòd iſta deciſio Pau. eſt reprobata per Alex. in d. l. ſi quis. ibi, ſed certè. quia dicit ibi Alex. quòd ille tex. in uerbo Vel ſupplicando, intelligitur ab omnibus ſine aliqua ſubauditione. Et quòd quãtum ad incurrendas pœnas ibi poſitas, ſufficit ſola ſupplicatio odio periurantis, adde etiam Imo. & alios de teſt. ſpo. conqueſtione. cum concor. quarum aliquas poſui ſ. eo. in rub. ubi habes, quòd ante uſum reſcripti poteſt impetrator à reſcripto recedere aduerſario inuito. ¶ Reputo iſtum paſſum periculoſum: quia non potui reperire aliquem ponentem inſimul & concordãtem has uarietates. Et qui uellet tenere primam partem, facile reſponderet adductis pro ſecunda, ut iam uidimus. Sed qui uellet tenere iſtam ſecundam, cùm ſit communis, cogeretur reſpondere tribus iuribus in contrarium adductis, quibus prædicti non reſpondent. ¶ Ad c. diſpendia, poſſet reſponderi, ut ibi per Inn. quem ſequitur ibi gl. in uerbo, fecerit. à qua Io. And. ibi non uidetur recedere, exponendo. Fecerit, ſ. cum effectu. Si diceres, ut ibi dicit Dom. quòd tex. ponderat fatigationẽ rei, quo ad expenſas, & ſic uſum: ergo ad carentiam literarum non eſt opus fatigatione, & ſic nec uſu: negaretur cõſequentia: quia poteſt eſſe, quòd ſit uſus præſentando, & faciendo citare, & tamen reus, qui fortè non comparuit, nullas expenſas paſſus eſt. Ecce quòd fuit uſus, & debet carere literis, etiam reo non fatigato. Vnde actus fatigationis ponderatur poſtea, quo ad expenſas. Sed non omnis uſus inducit fatigationem. ¶ Ad d. l. ſi quis maior. ſol. Odio iurantis, qui uiolat inſtrumentum, non attenditur ibi uſus, & ceſſante ratione periurij procedunt prædicta. Nec mirum, quòd ibi ſola ſupplicatio inducat hoc: quia ſtatim, quòd ſupplicauit, eſt periurus: quia animo iam receſſit à iuramento, & factis incipit recedere. Intellige, quando ſuplicat cauſam committi non facta mentione de iuramento: aliàs ſecus, ut per Car. d. conſi. 27. per d. c. cæterùm. in uerbo, tacito de cõmiſſione priori. Et fortè dicetur ĩ. eod. conſtitutus. ¶ Ad l. tertiã, in prin. ff. quod quiſque iuris. poteſt dici, ut colligitur ex uerbis Ang. Pau. & Alex. ibi, quòd eſt ſpecialis prouiſio inducta in odium impetrãtis ius iniquum, ut fiat retorſio, etiamſi eo non ſit uſus. Sed hic non impetrauit ius iniquum, licet fecerit actum à lege damnatum, ſ. impetrare binas literas ad diuerſos contra eundem. Et quòd lex, ſi quis maior. & d. l. iij. ponant caſus ſpeciales, uide expreſsè Arch. 23. q. j. placuit. addentem ſimilem caſum, de quo ibi, & alium in c. ſi quis epiſcopus. 23. q. v. ¶ Cogitabam attentis prædictis poſſe etiam inſiſti contra Ab. hic, quòd qui nõ utitur, niſi uno reſcripto, nedum euitet pœnam huius c. ſed nec etiam poſſit, quo ad ſecundum, notari de ſurreptione: quia ad inferendã fraudem non uidetur ſufficiens allegatio impetrationis primi, poſtquàm eo non utor: quia non uidetur decipi Papa, nec aduerſarius, ſi intendo uno tantùm uti. Nec obſtat c. poſtulaſti. ĩ. eo. ubi Papa non præſumitur uelle ſcribere pro habente ſufficientes reditus, & ſic pro prouiſo: quia ſcribendo pro tali, ille retinet ſolitos reditus expectans nouos, uſurus omnibus: ſed iſte una tantùm impetratione uult uti. Quinimo etiamſi poſt primum reſcriptum orta ſit noua actio, non uidetur prohiberi uti ſecundo tantùm. Dato enim, quòd commodius & utilius eſſet aduerſario, quòd primum reſcriptum militaret, & non ſecundum, tamen non uidetur hinc cauſari ſufficiẽs ſurreptio: quia etiãſi in impetratione ſecundi omnia iſta narraſſet offerendo dimittere primum, profectò iſta non retraxiſſent Papam à cõcedendo ſecundum. Ergo ceſſat ſurreptio, ĩ. eo. ſuper literis. in prin. Non dicas, magis præiudicatur ordinario: quia non eſt uerum, ex quo uult uti unico tantùm. ¶ Præterea quia obtinuit primum eadem obtinuiſſet ſecundum, offerendo dimittere primum. Ergo ſi hoc non obtulit, tamen ad hoc eſt paratus, neminem uidetur offendere. Et cum per ſecundum reſcriptum cautiùs ſibi prouideat, nemini iniuriatur, c. eccleſia. lo ultimo, de elec. Tamen, quia Imo. & Abb. in iſto caſu nouæ actionis ſequuntur Hoſt. ideo propter eorum authoritatem id, quod dixi, non ſuſtineretur in practica. ¶ Quid aũt de impetrante plura reſcripta in beneficialibus, uide latè per Imo. & Ab. ĩ. eo. in noſtra. diſtinguẽtes poſt alios. & ibi dicetur limitando prædicta.

2 De rescripto Nullo, uel † elidibili nõ eſt opus facere mentionem. Gl. hic, in c. cùm noſtris. in uerbo, de facto. de conceſ. præben. & in c. ſuggeſtum. in uerbo poſſeſſionis. de iure pa. & glo. t. ad. fi. ĩ. eo. in noſtra. & in regula, non præſtat. lib. 6. Vnde dicit Imo. poſt Bu. & alios ſ. eo. ex parte quòd de appellatione aduerſarij deſerta non eſt opus facere mentionem. Similiter dicunt Car. Bu. Imo. & Abb. de exceptioni. dilectæ. quòd de attentatis poſt appellationem per iudicem à quo, non eſt opus facere mentionem: quia ueniunt retractanda, de app. non ſolùm. lib. 6. Et dicit Cal. de præben. conſil. 29. quòd de unione nulla eſt neceſſaria mentio. Et dicit Abb. poſt Hoſt. in c. per ueſtrat. de do. inter uirum & uxo. quòd de ſententia nulla, uel de proceſſu nullo non eſt opus facere mentionem. Quod eſt bene no. ſecundum Præpoſi. ibi. Et dicit Car. cõſ. 94. Nobiles uiri. uer. quarto obijcitur. quòd de compromiſſo nullo non eſt opus facere mentionem, putà ſi fuerat compromiſſum in laicum ſuper decimis, contra c. contingit. de arbi. Allegat iſtam gl. Et dicit Dom. in c. quoniam. 18. diſt. quòd de priuilegio nullo, uel ſurreptitio, non eſt neceſſaria mentio. Et dicit Ol. conſi. 299. quidam Vgo. poſt prin. quòd de lite. quæ eſt nulla, non eſt opus facere mentionem. Et dicit Abb. conſi. 99. In cauſa & q. impreſſis. quòd literæ facientes mentionem de alia gratia, intelliguntur de ualida, non de nulla: & ibi etiam allegat glo. prædictas. Et dicit Bar. in l. filius. per illum tex. ff. de inter. act. quòd contumax in non reſpondendo non poteſt haberi pro confeſſo, ubi iudicium eſt nullum. Ex quo infert Lud. idem eſſe in captura propter tale iudicium facta, cõſi. 224. Iſta capitula. Et dicit Lud. conſi. 220. Circa primum. quòd allegatio ſuſpicionis, quam ſtatutum inualidat, non nocet proceſſui iudicis recuſati. Et dicit Gui. de Cu. in l. eũ, qui. in prin. ff. de conſti. pe. & litis conteſtatio inualida non obſtat exceptioni dilatoriæ. Sequitur Pau. de Caſt. in l. ita demum. C. de procu. & dicit Lud. conſi. 483. Dubitabat primò. quòd ualet impetratio confirmationis, non facta mentione de prouiſione alteri nulliter facta. Allegat gloſſ. prædictas. Et dicit Cal. in iſto titu. conſil. 14. quòd de electione nulla non eſt opus facere mentionem. Et dicit Rota de reſcri. 73. in antiquis, Nota: quòd de gratia aduerſarij elidibili non eſt opus facere mentionem, per iſtam gloſſ. Et dicit Rot. de app. 69. in antiquis, quòd non oportet facere mentionem de pendentia litis motæ ex reſcripto ſurreptitio. Nec habet locum c. primum, & ſecundum, ut lit. pen. in 6. Et dicit Rota de reſcrip. 11. in antiquioribus, quòd qui impetrauit reſcriptum ſurreptitium, non tenetur impetrando ſecundum in eadem materia facere mentionem de primo, per iſtam gloſſ. Et dicit Aegi. Bel. deciſ. Ro. 191. ſi pars, etc. quòd ſi quis dicit in reſcripto, quòd neutra pars petitionẽ dedit, licet conſtet alterã partẽ certam petitionẽ dediſſe, ſuper qua pronunciari non põt, talis cõmiſſio non eſt ſurreptitia. Et dicit Alex. conſi. mihi ſecũdum unicũ numerũ, 236.
3 Viſis proceſſibus in fin. quòd † reſcriptum [a] committens cauſam finitam per ſententiam non eſt inualidum, quando ſententia non tenuit, licet de ipſa non ſit facta mentio: quia non dicitur habere nomen ſententiæ, l. iij. §. condemnatum. & l. ſi cum nulla. ff. de re iudi. Et dicit Bal. in l. edita. C. de eden. in repe. Padu. quòd quando libellus eſt ineptus, ſeu non ſolennis, nulla exceptio eſt perenalis: & ſi reus tunc mentiatur negan-

a *Reſcriptum*] *Adde tu, quod iſta eſt maxima limitatio ad l. fin. C. ſen. reſcin. nõ poſ. ubi dicitur, quod reſcriptum contra ſententiam nõ ualet: unde ibi Scribentes Adde du*

Spe. in ti. de teſti. in inte. §. fi. uer. quid ſi cauſa. in 2. parte.

do ſe poſſidere, uel dicendo ſe poſſidere pro alio, cùm poſſideret pro ſe, ſiue aliter calumnietur, non punitur. Alle. l. 2. in uerbo, ſolenniter. C. de his, qui poten. nn. Quod dicit notabile ad multa ſtatuta imponentia pœnã accipienti certo modo. ¶ Et hoc uerbum extollit Alex. in d. l. 1. pro notabili limitatione ad l. fi. ff. de rei uen. cum ſimilibus iuribus imponentibus pœnam neganti, ut non procedant, ſi libellus fuit ineptus, uel non ſolennis.

RAGVLA, Non præſtat. & gl. hic, remanent per prædicta multipliciter ampliatæ. Multa etiam alle. Io. An. in d. regula, & bo. tea. in l. non putauit. §. non quæuis. ff. de contra ta. ibi. nõ quæuis exhæredatio, ſed quæ ritè facta eſt. ubi Bar. dicit quod ſtatutum de mãdando executioni inſtrumẽ-

4 tum, intelligitur de ritè facto. ¶ Et † ſtatutum puniens cedentem actionem nobili, intelligitur de ceſſione ritè facta. Et Bal. in l. non dubium C. de legib. dicit, quod ſtatutum de gabella ſuper contractu intelligitur de ualido: & dicit Pau. in l. ſancimus in fi. C. de teſt. quod clauſula caſſans & irritãs omne aliud teſtamentum, habet tacitam conditionem, uidelicet ſi illud, in quo eſt iſta clauſula, eſt ualidũ, per illum text. quem dicit ſingulariter not. Et dicit Car. in cle. dudũ. ult. q. de ſepul. quod ſi debet ſolui quarta de electione ſepulturæ intelligitur de ritè facta. Et dicit gl. fi. in c. cùm plures.

5 de off. dele. in 6. & Ab. in c. uenerabili. de off. dele. quòd † iuxta decẽtia citatione perpetuat iuriſdictionem, intelligantur de citatione ualida [a]: & concordant multi, quos ſoleo referre in c. gratia. de off. dele. ¶ Et dicit Bart. in l. qui accuſaturus. ff. de adul. quòd libellus inualidus nõ interrumpit præſcriptionem. Et dicit glo. 2. in fi. c. ut debitus. de app. quòd litis conteſtatio inualida non interrumpit præſcriptionẽ. Et quòd citatio inualida nihil operetur [b], eſt glo. fi. in l. ſi accuſatorib. C. de accuſ. ſequitur Bal. in c. quoniam. de prob. & in c. in nomine. 4. notabili, de teſti. facit c. pe. de fo. cõpe. in uer. legitimè citatus, & c. bonæ. lo 2. cũ gloſſ. fi de elc. & gl. 2. in l. ſi pater. C. ne de ſtat. defun. quam ſequitur Imol. in c. conſtitutus. j. eo nn. Ang. in l. ſi quis poſtea. ff. de iudi. & Archi. in c. non ita. 2. q. 6. & alij multi uolentes citationem inualidã nullius eſſe operationis, niſi ſequatur ſpontanea comparitio. Glo. hic notat tria in l. 1. & ibi Bal. in 3. nn. & Alex. in prin. ff. de ferijs. Ru. de dolo & contu. 11. in uouis. Et dicit Abb. in c. 2. per illum tex. de reb. eccle. non alie. quòd inuadens rem alterius ex titulo apertè inualido dicitur rapere. Et hoc dictum, & quædam alia notãda alle. Alex. in l. iuſtè. in ulti. apoſtilla, ff. de acquir. poſ. Et acceptatio inualida nõ facit gratiã expectatiuã eſſe conſumptã. Lu. plenè. conſi. 329. Præſens cõſultatio. cum ſuis cõcor. ſilectio nulliter facta nõ impedit aliam fieri. Bar. diſtinguendo in l. 2. §. 1. ff. de operi. leg. plenè Alex. in l. ſerui electione. in fi. prin. ff. de leg. 1. Et ſi executor nulliter prouidet, non expirat aduocatio, quam ad ſe Papa fecerat, Imo. in c. inter dilectos. de fi. inſtr. cum concor. latè Lu. conſi. 335. circa primum. Et nominans inefficaciter, poteſt iterum nominare. Rot. de præben. t. in antiquis. Et de compromittente nulliter, uide Bal. in l. fin. uer. quartò quæro. C. de contrahen. emp. Et dicit Pet. de Peruſ. in 4. epiſcopali, c. 8. quòd de legato inualido epiſcopus non petit quartam. Et dicit Ang. in §. oportet. in authen. de iudi. quòd obligatus ad omnes uſuras, non eſt obligatus ad immoderatas. Et dicit Pau. conſi. 244. Viſo codicillo. quòd grauatus ad ſoluenda legata, non tenetur ſoluere inualida. Et dicit Lud. conſ. 67. Viſo themate. quòd ſtatutum mandans pronunciari ſuper non obſeruantia laudi, intelligitur de laudo, quod fuit ualidum. Et dicit Lud. conſi. 434. Circa primum. quòd reſcriptum Papæ mandans executioni mitti ſententiam unius cardinalis, debet intelligi, niſi ab ea ſit appellatum, uel niſi ſit inualida. Et dicit Bal. in l. j. §. hæc uerba. per illum tex. ff. quod quiſq; iur. quòd ſtatutum puniẽs proponentem aliquam exceptionem, intelligatur de con-

6 grua. ¶ Et ibi dicit ſing. Ange. quòd † propter ſententiam nullam iudex non facit litem ſuam. Et eſt glo. notabilis in l. fi. in gl. j. ff. de uari. & extraordi. cog. & ibi Bar. niſi executus fuiſſet, ſecundum Bal. in l. obſeruare. §. proficiſci. q. 21. ff. de offi. procon. Et dicit Bal. in l. ij. C. de iur. emphy. quòd pœna appoſita à iure emphyteutæ alienanti irrequiſito domino, intelligitũ de alienatione aliàs ualida: putà, habente conſenſum propinquorum requiſitum à ſtatuto: de quo exclamat Fran. de Cre. not. 112. Statuto cauetur, quòd mulier. & pulchrè Iaſ. May. in rep. l. fi. colu. 90. C. de iure emphy. ¶ Adde, quod no. Bal. in l. fina. 4. q. C. de his, quæ pœ. no. & dicit Pau. conſi. 326. quòd ſtatutum fauens uicino ſuper uenditione facta à uicino, eo irrequiſito, intelligitur de uenditione aliàs ualida. Et dicit Bal. in l. filiũ. §. ſi quis. ff. de leg. præſtan. quòd ſtatutum faciens cadere à iure ſuo cedentẽ actionem nobili, intelligitur de ceſſione aliàs ualida. Et dicit Bal. in c. ius. poſt prin. de coha. cle. & mul. quòd ſi ſtatutum dicit ſufficere probationem famæ ad probandum maleficium contra magnates, non intelligetur de nuda, ſed de comprobatã indicijs. Alleg. Bar. in l. de minore. §. tormẽta. ff. de quæſtio. Et dicit Pau. conſ. 196. ſuper hoc puncto. q ſtatutũ puniẽs cõdẽnatũ, intelligitur de cõdẽnatione ualida, per d. §. nõ quæuis. & ſi alio ſtatuto eſſet prohibita oĩs interpretatio ad ſtatuta. Intelligitũ enim de exteñſiuã, nõ de declaratiua; ſecundum eum, ut etiam remiſſiuè dixi in c. 2. uerſi. uerbum Præciſè, ſ. eod. Et dicit Alber. de Roſa. in l. de quibus. ibi, &

7 ita fuit terminatum. ff. de legi. quòd iuramentũ † de ſeruandis ſtatutis, intelligitur de ualidis. Et ſunt uerba Old. cõſi. 259. impugnantur. ibi, confirmatur. Et dicit Paul. poſt Bart. in l. 2. §. prætor. ff. qui ſatiſ. cog. quòd ſi ſtatutum dicat, qualiſcunque fuerit ſententia arbitri, uel inſtrumentum publi-

d cum, mãdetur executioni, intelligitur datu eius ualiditate, per tex. ibi cũ gl. Et dicit Bal. in l. fi. §. fi. C. com. de leg. quòd ſtatutum puniens contrahentes, non ſoluta gabella, intelligitur de contractu ualido. Late Lu. conſ. 434. cũ dilucidè. Et dicit Bald. in l. ea quidem. C. ſi manci. ita alie. fuerit manu, per illum tex. quòd fruſtratorium factum pœnam efficaciter non committit: quia ex nihilo nihil fit: & alleg. Philoſophum. Et dicit gl. fi. in c. ſignificantibus. de offi. dele. quòd pœna promiſſa in contractu, intelligitur, ſi contractus tenebit. Et idem dicit ibi Ab. in fi. de pœna appoſita in compromiſſo. Et dicunt ibi Bald. & Car. quòd pœna appoſita per partes ſuper iuriſdictione data ab eis alteri, intelligitur appoſita, ſi tenet datio iuriſdictionis. Et eſt alia gloſſ. ſimilis illi in l. ſed ſi patronus. §. fi. in glo. hac ſcilicet ratione, ff. ſi quid in frau. pa. Et dicit gloſſ. fi. in fi. c. cùm cauſam. de teſti. quòd teſtimonium teſtis non debilitatur ex primo eiuſdem teſtimonio contrario nulliter recepto. Et dicit Bald. in l. ſi diuerſa. quaſi in medio, C. de trãſac. quòd renunciationes appoſitæ in cõpromiſſo, intelliguntur, ſi actus principalis habebit effectum: quod extollit Alex. conſi. 25. Pro quo uide tu Card. in c. cùm olim. paulò poſt prin. de præſcrip. & pulchrè Ful. in d. l. ſi diuerſa. Et dicit Fe. de Anc. cõſi. mihi 405. ultra rationes & iura, quòd menſis datus expectãti poſt acceptationem non currit acceptanti inualidè. Et ne longior ſim, remitto ad loca, ubi ſunt alia in ſimili, ſed non prædicta. Vide And. Sic. in cap. 2. de mutu. peti. dum apoſtillat ſeruliter glo. optimam ad hæc, in c. pen illorum. in uerſi. contradictores. de præben. de qua dicam infra eo. cauſam. ad fi. & uide additionem, quæ eſt ad conſilium Ana. 83. & omnino An. Sic. in d. c. cauſam. infrà, eod. dum ponit, quòd ubi fit mentio de citatione, intelligitur de ualida. Faciunt, quæ reduxi de offi. dele. licet. quòd actus inualidus nõ perpetuat iuriſdictionem. Et multa ponit Maria. conſi. mihi 135. prælatus. & An. Sic. de foro cõpe. propoſuiſti. & Lu. conſi. 189. præſens ſtatuti particula. & pulchrè Alex. in l. j. §. hæc autẽ uerba. ff. quod quiſq; iur. dum tractat poſt Ang. an iudex, qui tulit ſententiam nullam, faciat litem ſuam.

SED gloſſ. noſtram cum concor. limita ſeptem modis. ¶ Primo, niſi nullitas primarum literarum cauſaretur ex eo, quia impetrans ſecundas renunciauerat ipſis primis: quia tunc de ipſis debet fieri mentio, Ab. poſt alios infrà eo. ad audientiam lo 2. per illum tex. quia Papa ſciens de tali renunciatione, difficiliùs dediſſet ſecundas. Tamen in hoc Abb. tenet poſtea oppoſitum, infrà eodem. in noſtra. ibi. credo etiam, quòd de literis, reſpondendo ad c. audientiã,

a *Intelligãtur de citatione ualida*] *Adde in quod citatio nulla non perpetuat iuriſdictionem, Pau. de Caſ. in l. 1. §. 1. ff. de ferijs. & in conſilio ſuo. 69.*

b *Nihil operetur*] *Adde Nullã in tractatu banni, 2. q. 3. partis primi temporis, et Bal. in addi. ad Spe. de cita. uerſi. ſi ſunt tres.*

quòd ibi conſecutus fuerat penſionem mediantibus illis literis, quibus renunciauit. ¶ Limita ſecundò materiam, Niſi fuiſſe facta electio, quæ nõ eſſet nulla, ſed annullanda: quia de ipſa debet fieri mentio. Cal. hoc ti. conſi. 43. quia, ſecundum eum, iſtud eſt tale, quòd retraxiſſet, uel feciſſet difficiliorem principem: ſecus, ſi electio fuiſſet nulla, ſecundum eum. Quod ultimum intelligo, niſi ultra nullitatem cõcurreret qualitas habẽs ueriſimiliter difficultate impetrationẽ: putà, quia ipſe impetrans fuiſſet electus per potentiam laicalem: quia datu, quòd talis electio ſit nulla, tamen ſi non exprimitur, non ualet gratia. Abb. de præb. cùm iamdudũ. & dixi infrà, eo. poſtulaſti. ad fi. Dixit tamen Car. d. conſi. 94. ad fi. cõmuniter teneri, q̃ ſi de electione, quæ tenet, ſed eſt irritanda, non eſt opus facere mentionẽ. Allegat gloſſ. hic, & in d. c. cùm noſtris licet aliqui aliter dicant, & minus bene, ſecundum eum. Et uide Abb. in d. c. cùm noſtris. ubi uidetur ſequi illam gloſſ. Et ſentiunt multi ex præallegatis, dicentes, quòd etiam de reſcripto elidibili non ſit facienda mentio. ¶ Limita tertiò, niſi primæ elidibiles ſint literæ ad beneficia: quia de ipſis dicitur fieri mentio, maximè quãdo ſunt propriæ ſecundò impetrantis. Cal. Bu. & Car. j. eo. in noſtra. contra gloſſ. ibi: de quo latiùs ibi per Abb. & Imo. inuicem diſcordantes: & ibi dicetur uer. de primis inualidis. ¶ Limita quartò, niſi primæ efficiantur elidibiles poſt impetrationẽ ſecundarum: quia cùm ſecundæ ſint ſurreptitiæ à principio, tacendo de primis tunc ualidis, non reconualeſcunt propter ſuperuenientem defectum primarum. Abb. hic per c. ſi eo tempore. de reſcri. in 6. Et hoc tam in literis ad lites, quàm ad beneficia, ſecundum eum, niſi primæ corruerunt culpa primi impetratoris, per cap. ſi autem. ſuprà, eo. ¶ Limita quintò, niſi primæ ſint elidibiles per exceptionem tertio competentem. Abb. hic per notata in c. mandatum. ubi tractatur, quòd exceptio tertio competens non poteſt à me allegari: & ibi dicetur. ¶ Limita ſextò, niſi agatur de poſſeſſione alterius, nullum tamen habente in ſe colorẽ: quia de ipſa eſt facienda mentio, c. cùm noſtris, de conceſſ. præb. & ibi Doc. & in propoſito Dom. in addit. ad dictum conſilium Cal. de præben. 29. ubi uult, quòd in omni impetratione debet fieri mentio de alterius poſſeſſione, per textum glo. in c. 2. de deci. in 6. & patet in c. dudum. eo. ti. quia ſi expoſitum fuiſſet Papæ de poſſeſſione, non ſic de facili cõceſſiſſet rem poſſeſſam, etiãſi poſſeſſio fuiſſet ſolùm colorata: & nõ eſt ſpeciale in caſu d. c. cùm noſtris. ſecundum eũ, contra Cal. in d. conſi. Adde etiam Old. conſi. 232. Caſus ta-

8 lis eſt: aliquis impetrauit. ubi dicit, quòd † expectãs poteſt acceptare beneficium uacans de iure, licet non de facto: & ſi acceptat, currit ſibi tempus, de quo in cle. j. de conceſ. præben. Tamen impetrans, quòd uacat de iure, & nõ de facto, debet facere mentionem de illa poſſeſſione facti. Cætera de iſta poſſeſſione dic, ut ibi per Doct. maximè Cal. in ſua repe. & dixi j. eo. in noſtra. 36. corolla. ¶ Limita ſeptimò, niſi quis impetraſſet primum reſcriptum per malitioſam falſi expreſſionem: quia non ualet ſecundum in eadem materia ab ipſomet impetratum, non faciens mentionem de primo. Rota latè de reſcri. 11. Titius contra Seium. in antiquioribus: quia ſi obijcitur ſibi de primo, & ipſe allegat talem obiectionem, non auditur propter turpitudinem ſuam: ſecus, ſi eſſet obreptiu, uel ſurreptio carens dolo: quia ceſſat dicta ratio. ¶ Conſidera in primo caſu, quid ſi illa turpitudo fuiſſet detecta in iudicio: quia fortè poteſt allegari, per id, quod not. Bar. in l. 2. C. ſi ſer. uel liber. & dixi poſt Abb. ſ. eo. ſciſcitatus. ¶ Item cogita, quid ſi non fuit uſus primo: quia tenendo, quòd ſola impetratio non inducat uitium, ut ſuprà tenui, non uidetur tunc neceſſaria eius mentio: & ſi ei obijciatur de illo, replicabit de non uſu. Sed hoc non affirmo: quia ſi narraſſet Papæ de fraude in primo commiſſa, difficiliùs habuiſſet ſecundum.

9 Caeterum ad multa præallegata, per † quæ uidetur actum inualidum nullius eſſe momenti, caue: quia per ea non ſequitur, quòd actus nullus careat ſemper effectu, ſeu pœna. Eſt enim diſtinguendum ex dictis Car. in cle. 1. 8. oppoſ. de conſan. & affi. & Bal. in l. ea quidem. C. ſi manci. ita fue. alie. & Bar. in l. quid ergo. §. cùm autem factum. ff. de iu ſa. quòd aliquando lex conſiderat ſolum factum & animũ facientis, non autem iuris effectum: & tunc etiam de actu nullo incidimus in pœnam l. eum, qui duas. C. de adul. d. §. cùm autem. c. nuper. de biga. Et ideo punitur contrahens bis matrimonium, primo non ſoluto. Aliquando lex non conſiderat factum, nec effectum animi, ſed principaliter effectum, ut ſi loquitur per uerba denotantia non nudum factum, ſed effectum: & tunc data nullitate actus non committitur pœna. Facit l. 3. in fin. ff. de abige. ubi l. reputat illud eſſe delictum. Idem, ubi loquitur in conditione, quæ eſt iuris: quia tunc, niſi conditio exiſtat, non committitur pœna. Et quòd de iure eſſet cogitatum, apparet ex uerbis, quæ habent iuris ſignificatum, ut d. l. ea quidem. Et pro primo membro dictæ diſtinctionis facit, quod no. Bald. in cap. tua nos. de iureiur. ubi colligit ex tex. quòd ex inualido iuramento contrahitur reatus periurij. Et dicit Bar. in l. ſi quis legatum. ff. de fal. & Cy. & Sali. in l. j. C. de ſepul. uio. & Alb. in 2. parte ſtatu. quæ. 49. quòd notarius faciens inſtrumentum falſum, punitur, etiam ſi aliàs inſtrumentum eſſet inualidum [a] ratione ſubiectæ materiæ, uel deficientis ſolennitatis. Et dicunt But. & Abb. j. eo. ultim. per illum text. quòd falſans literas, quæ tñ aliàs ſunt nullæ, uel iniuſtæ, incidit in pœnam falſi. Et dicit Car. in d. clem. 1. 8. q. quòd conſtitutus in ſacris contrahens matrimonium, punitur per iſtum text. licet aliàs matrimonium non teneat. Et dicit Ioan. An. in regula, non eſt ſine culpa. in Merc. & But. in cap. cauſam. la 2. de teſti. & Bart. in d. l. ſi quis legatum. & Moder. in lib. Malc. fol. 118. quòd licet teſtis deponat falſum in iudicio nullo, tamen punitur de falſo [b]: de quo lautiſſimè per Mari. in c. 1. de cri. fal. Et ad hæc facit c. diſpendia. de reſcr. in 6. & cle. 1. eo. tit. ubi impetrator reſcripti nullius punitur. Ad quod poſſent multa iura induci, dum furta, & ſimilia puniuntur, quæ tamen nõ habent iuris firmitatem, quo ad geſtorũ robur, ut etiam pulchrè per Lu. cõſi. 483. Dubitatur & conſil. 199. Præſens ſtatuti particula. ibi, ex his. & per Mat. in aurea repe. c. de multa. uerſi. undecima declaratio. de præben. dum probat illum tex. procedere, etiamſi acceptaon ſecundi curati ſit facta ineptè & illegitimè. Et idẽ Rota. de prob. 13. in antiquis. ¶ Nut. quòd ſufficit per c. eum, qui. de præben. in 6. niſi acceptaſſet nulliter per excuſabilẽ ignorantiam. Paul. de Caſt. in l. qui dotem. in princ. ff. ſol. ma. Et ſic fortè debet intelligi dictum conſi. Petri. 405. ¶ Declara etiam omnia ſuprà cumulata, niſi per impunitatem, ſeu non compromiſſionem actus inualidi remaneret melioris conditionis faciens de facto, quàm de iure, tum per prædictam dicta, tum per id, quod ſcribit Rota

10 de elec. 7. in antiquis, dicens, quòd † interdictis terris alicuius domini, intelliguntur etiam interdictæ terræ, quas tenet de facto. Ad idem conſilium Pet. de Anc. mihi 114. cõtra fratres Minores. ubi uult, quòd impoſitio decimarum facta pro prædijs religioſorum, comprehendit etiam religioſos habẽtes prædia de facto, & nõ de iure maximè etiam per c. recolentes. ibi, ſi enim. de ſta. mo. quòd pulchrè ſcribendo firmauit But. conſi. 33. ut ſ. ſolẽniter inducens gloſſ. in clemen. 1. in uerſic. præſidentes. ibi. & licet. de reſcri. & in clemen. 1. de deci. in gloſſ. 1. Quas glo. ſe putat no. & facit, quod no. Alex. in l. j. §. nunciatio. uer. recipit tamen. ff. de ope. no. nun. Refert Bal. in l. rogaſti. in princ. ff. ſi cert. pet. ¶ Declara etiam prædicta

11 niſi † agatur de conſiderando, an quis ſit functus poteſtate iudiciali, quia per ſententiã, ſiue ualidam, ſiue inualidam,

a *Eſſet inualidum*] *Adde Bal. in l. j. C. de ſep. uio. in fi. qui dicit, q notarius, qui conficit inſtrumentũ falſum, de iure non tenens, non debet puniri de falſo, ſed pœna extraordinaria.*

b *Punitur de falſo*] *Adde in Bal. in l. iuriſiurandi. in fin. C. de teſti. qui dicit, quòd teſtis non tenetur de falſo, qui non iuratus dixit falſum, ſed criminẽ ſtellionatus: & hoc eſt, quia iudicium eſt nullum cùm non iuratus depoſuit teſtis. Adde, quod idem tenuit Bald. in l. j. C. de ſepulch. uio. ubi dixit, quòd ſi teſtis non iurauit, quo caſu dictum eius non habet formam, nõ punitur, niſi ſit talis, cui ſtaretur ſine iuramento: tunc enim puniretur de falſo, ac ſi iuraſſet. l. j. de ue. inſpi. Si uero teſtis iurauit, & tunc ſi dictũ eius nõ ualet, quia infamis, uel poſt terminum, uel inimicus: & quamuis eius dictum non ualet, tamen punitur de falſo. De materia uide Bartol. in leg. damus. C. de falſis. & Baldus. in leg. ſi nun in fine, C. ſi ex fal. inſtr. Adde, quod ſi teſtis deponat extra articulum, an ualeat dictum eius, ſ[illegible]*

de Bar. in l. ſi duo patrons. §. idem Iulianus. ff. de iureiu. Adde bonum tex. in c. de teſtib. de teſti. & ibi plenè per Io. An. Bar. in l. j. ff. de quaeſ. Spe. & Io. An. in tit. de teſte. §. nunc. quid ergo.

eſt functus poteſtate, c. in literis. de offic. dele. & l. iudex, poſteaquam. ff. de re iudi. Quod procedit in ſententijs, ſed in alio actu, putà electionis, uel alterius expeditiuuis conſiſtentis in facto per actum nullum, non expirat poteſtas, Innoc. in d. c. in literis, quam ſequitur Ro. de re iudic. 16. in nouis, Olde. conſil. 215. circa med. Ludo. conſil. 492. In caſu propoſito, Bal. in fi. C. de eden. in l. quod quis. prope fi. C. de procu. in l. ſi ut proponis. In j. Q. qſiu & quando iu. & ibi Paul. de Caſt. Et ideo nūcius, qui inualidè citauit, poteſt iterum citare. Bal. & Alex. in l. qui per ſalutem. ff. de iureiu. Et ad dictum Inn. in d. c. in literis. oppone & ſolue, ut ibi per Imo. de c. ſi compromiſſarius. §. j. de elec. in 6. & per Bar. in l. a. §. j. ff. de opt. leg. & Alex. in d. l. ſerui electione. in fi. prin. de lega. j. ſolent referre in d. c. in literis. & opportunè ponit Domi. in c. ſi compromiſſarius. §. j. ad fi. & Andr. Sic. in d. c. in literis. & Domi. in c. ne captandæ. de conceſ. præbē. in 6. & in c. 1. de reſcrip. 2nd. lib. Et iudex functus officio ſuo per actum nullum, poteſt ipſum reuocare, quādo illa reuocatio poteſt fieri à quolibet, etiam non iudice, putà relaxare malè carceratū, Lud. conſi. 220. hæc iſtorum quinq; in fi. per l. j. §. Offidius. ff. ne quis eum, qui in ius uo. eſt, ui ex. ¶ Declara etiam

12 nīa prædicta, niſi † agatur de excuſando aliquem à culpa, quoniam prætextu actas inualids de iure uigentis, tamen de facto excuſari pōt, ſicut dicitans, quod conſuetudo inualida nondū reprobata excuſat à pœna.

a *Excuſat à pœna] Adde in Bar. ſi l. j. ff. quod quiſque iur. ubi dicit, quod iudex, qui iudicauit contra l. eam, quæ erat conſuetudo, non tenetur illo edicto. Ad de tu, quod do. Abb. in c. cum uenerabilis. de conſue. dicit, quod illud dictum Bar. tantum eſt uerum, quod ſi eſſet etiam conſuetudo, in qua excuſaret à pœna. Et idem tenet gl. j. in d. c. cùm uenerabilis.*

a ᵃ Gl. trita in c. cùm uenerabilis. in uerſi. migraſſe. de conſue. & ibi pulchrè Abba. cum quo concordat in ſuis terminis Pet. de Anc. conſil. 46. Conſuetudo. & copioſè Maria. in c. conſuetudines. de conſue. Old. conſi. 9. ad fi. Lu. ſing. 20. An conſuetudo. Pau. conſ. 279. in fi. Lud. conſi. 356. Et ſæpe illam gl. extollit Alex. conſulendo, ut ſciant rerum ſacrum curioſi uotatores. Et ſoleo multipliciter eam ornare legēdo dictū c. cùm uenerabilis. Poſſent optimè ad hoc iudaci, quæ de decreto inualido ſcribuntur ab omnib. in d. l. iuſtè. ff. de acqui. poſ. ubi omnino uide Alex. in ultimis chartis. ¶ Declara etiā prædicta,

13 niſi † intelligēdo diſpoſitionem de actu ualido offenderet ius alterius contra præſumptam uoluntatem diſponentis, quia tunc intelligitur de acta inualido. Vnde ſi dicitur, Non obſtante collatione alteri facta, intelligitur de inualida tantùm, ſecūdum Compoſ. & oēs, ʼj. eo. eaſ ſam. & ibi poſui, pen. fol. Bene facit dictum Innoc. in c. dudum. in fi. de deci. guſtādo, ut ibi per But. & Alex. latè in l. quanquā. in princ. C. de teſta. mili. Credo retuliſſe tit. præce. quæ in eccleſiarum.

14 PRÆTEREA Debet † cauſam faciens aduerſariam citari corā diuerſis iudicib.

b ᵇ pro eodem negotio. Gl. fi. in c. cum dilectus. de pur. cann. & in c. fin. in uerbo, negotiu. ʼj. eo. & ſentit gl. in c. placuit. 11. q. j. Et firmat hic And. Sic. per l. tam collatores. ad fi. ibi, iactura litis. C. de re mil. lib. 12. Idē Gui. de Cu. poſt gl. in l. nemo. C. de iuriſ. om. iu. & Angel. in l. cum procurator. §. dominus. ff. de ope. noui. nun. & in l. quamuis. ff. de dam. infe. & Cy. in l. nulli, in fi. C. de iudi. & Ioan. And. in c. dilecti. de for. compe. & ſentit Bald. in l. ubi cœptum. ff. de iudi. allegando Cy. ubi ſ. Contrarium tenet gl. hic approbata per oēs, quia lex prima allegata in ea, non eſt extendenda, tanquam pœnalis. Et idem firmat Salic. Fulg. & Alex. in d. l. nulli. & Butr. in c. j. in fi. de ſequeſtr. poſ. & fru. & Imo. in d. §. dominus. & in d. l. quamuis.

b *Coram diuerſis iudicibus] Adde, quòd iſtud procedit, ſi pars opponit. Vide Bald. in authen. ſed nouo iure. C. de ſer. fugi. & Bald. in c. j. de controuer. feu. inter par. Itē fallit, quādo petatur coram iudice, qui non habet iuriſdictionem ultra partem petitam, quia poſſum ire ad alium iudicem. Ita ſingulariter dixit Bar. in l. in cōmodato. §. duobus. ff. commoda. Adde do. Iaſ. May. præceptorem meum in l. nulli. C. de iudi. ubi ponit ſex alias limitatiões.*

& in c. fin. infrà, eodem. & Bald. & Salic. in d. l. j. C. de aſſeſſo. & Ludo. & Alex. in d. l. quamuis. & Abb. in d. c. dilecti. & in c. fin. infrà, eodem. dicens uideri caſum ibi, quia Papa mandat ibi illum ſimpliciter condemnari in expenſis, & in perditione reſcripti. Ergo ſecus reſpectu cauſæ, qaod dicit menti tenendū. ¶ Non obſt. d. l. tam collatores. quia ponit ſpecialem fauorem militiæ, ſicut in ſimili dicitur in authē. habita. in fi. C. ne fil. pro patre. quod contrauenienſ illi legi cadit à cauſa, quāuis iuſtiſſima, & hoc fauore ſtudij. Vnde ſimiles caſus unā conſtituunt regulam.

15 LEX, VBI Cœptum. ᶜ Allegata † in glo. limitatur per Abb. hic, niſi reus fuerit cōtumax in iudicio iam cœpto, quia conuentus alibi non allegabit pendentiam litis. Alle. Bar. in l. ſepulchri. ff. de ſepul. uio. ¶ Adde Io. An. in Spe. de compe. iudi. adi. §. j. uer. ſed pone. Bar. in l. quāuis. ff. de dam. infe. Pau. in l. quamuis. per illū text. ff. de in ius uo. Abb. poſt Bu. de fo. cōpe. propoſuiſti. Ad fi. Pe. de An. in repe. c. poſtulaſti. de fo. compe. fol. 36. ibi, ſeptimò quæro. Abb. in c. dilecti. de for. compe. Moder. in li. Maleſi. fol. 9. & latius fol. 153. ad fi. Vnde dixit Bal. in l. de die. §. iubetur. in lec. antiqua, ff. qui ſatiſ. cog. prout refert ibi Paul. de Caſt. Alexan. quòd ſi remiſſus ad curiam epiſcupalem ſuper aliquo incidenti eſt ibi in mora, iudex primæ cauſæ poteſt ad ulteriora procedere. Similiter dixit Pet. de Anch. conſi. mihi 112. Magnifice. in fi. quòd ubi iudex. ſecularis dolo, uel negligentia prætermiſitas procedere in crimine mixto, in quo incœperat procedere, poteſt eccleſiaſticus procedere, quia nihil operatur præuentio, ubi punitio protelatas propter contumaciam partis. Bar. in d. l. ſepulchri. Fortius, ubi eſt contuma-

16 cia iudicis. ¶ Quinimo † dixit Bar. in d. l. quamuis. & But. in d. c. propoſuiſti. quòd etiamſi contumax ad primam citationem uelit purgare moram ſolutis expenſis, & ublato fideiuſſore de iudicio ſiſti, ſi actor non uult, non audietur. Et licet Aug. ibi teneat contrarium, quia purgata contumacia præuentio reaſſumit uires, per l. ſi quis poſtea. ff. de iudi. tamen Imo. in d. l. quamuis. ſequitur Bar. Sed intellige, ſecūdum Paul. ibi, ubi ius actoris eſſet factum deterius, adeò quòd remaneret in damno non obſtante purgatione, per l. & ſi poſt tres. ff. ſi quis cau. & l. mancipiorum. ff. de opti. leg. Vbi autem nullum damnū eſſet actori, tunc admittatur dicta purgatio, ſecundum Paul. quem ſequitur Alex. ibi. ¶ Propter hæc limitatur ſing. iſte text. niſi citatus ex primo reſcripto fuerit contumax, quia nō poterit poſtmodum excipere, ſi citatus ex alio. Abb. hic. ¶ Contrarium firmat And. Sic. hic, inſiſtens ſolum in hoc quia prædicta procedunt, ubi citans potuit conſtituere citatum in contumacia, quia erat iudex, ſecus, ſi non erat iudex, prout hic, per iſtū text. in uerbo, careat. quod infert nullitatem reſcripti ipſo iure. Et ideo non comparens non uiderat contendere, ſed denegare iuriſdictionem, l. non uidetur. ff. de iudi. Vnde dicit Innoc. de offi. de leg. cum in iure. quòd ſi reus ſemper fuit abſens, & delegatus proceſſit eo citato, non tamen facta fide delegationis, poteſt ille comparere & opponere de mandato non intimato, quia non fuit contumax. Et dicit Ang. in l. licet. ff. de iudic. quod ſententia lata contra abſentem pro procuratore meo falſo, non poteſt à me ratificari, quia citatio non arctauit aduerſarium, ex quo ille non erat procurator. Ergo lata contra abſentem non contumacem, & ſic nulla ratione defectus ſolennitatis, l. ea, quæ. C. quomodo & quando iudex. Ita dicit ſe audiuiſſe à Bal. & eſſe ueriſſimum. ¶ Conſidera tria. Primò, quòd iſta impugnatio procederet, quādo reſcriptum primum eſſet nullū ipſo iure. Et in caſu noſtro iſtud eſſe poteſt, quādo eodem tempore utrumq; reſcriptum fuit obtentum, ſed ſi primò fuit obtētum unum, & ad illud fuit contumax, fortè ſecus: quia donec ſecundum fuerit impetratum, ille fuit contumax. Ergo non poteſt allegare pendentiam primam, quam per contumaciam ſprevit. ¶ Conſidera ſecundò. Poſito, quod primum ſit ipſo iure nullum, non ſequitur propter hoc, quòd allegatio primæ pendentiæ proſit contumaci: quia ſi dicit primum reſcriptum ipſo iure nullum: ergo præuētio nulla: & ſic inutilis: quia debet fieri mentio de præuentione ualida, argu. d. §. non quæuis. cum alijs, de quibus latè ſ. Et ideo iſta impugnatio Andr. Sicul.

c *Vbi cœptum] Ad quod uide per do. Soc. conſ. 195. inci. Circa primū conſultationis articulum. uerſ. ex quibus patet ſolutio. circa mediū, in 2. parte.*

nihil

nihil prodeſt allegāti primam inſtantiam. ¶ Conſidera
17 † tertiò: quia ipſe nihil allegat, quod uerbum Careat, denotat ipſo iure. In quo quantū ad proprios terminos huius decret. uide Maria. in c. 2. de matu. pert. ibi, ſed aduerte, quia arbitror, ubi primò dicit, quod uerbū Careat, non importat hoc ipſo iure: maximè, quia ſecundæ literæ uidentur ſurreptitiæ, & ſurreptio ad lites non uitiat ipſo iure, j. eo. ad audientiam. Poſtea arguit in contrarium, quia hic actor uidet per fraudem impetrare, & ubi ſurreptio eſt ex fraude, uitiat ipſo iure, j. eo. ſuper literis. Et uerbum Careat, eſt præſentis temporis, nō futuri. Et ideo cogita, ſecundū eum. Potuiſſet allegare glo. in l. prouidendum. C. de poſtu. quæ dicit, quod hoc uerbum Careat, importat ipſo iure. Et ſequuntur ibi Angel. & Raph. & And. Sic. in c. ſi ſacerdos. de offic. ordi. & in c. ſi diligenti. de for. comp. & Cald. de uerb. ſign. conſi. 10. dicens, quod uerbum ſatenti temporis, quādo de ſui natura eſt priuatiuum, importat ipſo iure, ſicut uerbum Cadat, uel Careat, & ſimilia habentia ſecum priuationem anneaam. Et ideo dicit Cal. de feud. conſi. 6. quod qui non petit inueſtituram intra annū & diem, eſt priuatus ipſo iure, propter uerbum Cadat, poſitum in c. j. quo tempore miles. cum ſi. Et idem de uerbo Careat, dicit Abba. in c. nihil. de elect. per illum tex. cum gl. in uerbo, poteſtatis. ¶ Contrarium tenet Domi. in c. diſpendia. in princ. in 3. no. eo. tit. in 6. per illum text. ubi poſt uerbum Careat, additur, nec proceſſus ualeat; quod non oportebat addere, ſi illud Careat, importaſſet ipſo iure. Et idem dicit in ſequēti notabili. Pro quo uide Math. de Matheſ. in ſuo notabili 111. ubi dicit, quod uerbum Careat, uel Cadat ab omni iure, indiget ſententia, a ſecus, ſi dicitur, Eoipſo cadat, uel, Eoipſo priuet, quia primo caſu iſtud ſignum uniuerſale Careat, non qualificat aliud, quàm res, quibus quis eſt priuandus, meritò requiritur ſententia, ſed in ſecundo caſu dictio Eoipſo, qualificas ipſum uerbum, ideo non requiritur ſnīa. Quod eſt notabile, & à paucis tactum, ſecundum eum. ¶ Tenendo, quòd uerbum Careat, regulariter importet ipſo iure, quod forte eſt uerius, reſpondetur, quòd fallit, niſi materia ſubiecta requirat exceptionem, ut per Abb. in c. clerici s. ne cler. uel mo. & Salic. in authen. habita. C. ne filius pro patre. Et in propoſito ſurreptio etiam doloſa nō uitiat ipſo iure literas ad lites, Ab. poſt alios j. eo. ſuper literis. ibi, tertia regula. & s. eo. cæterùm. ibi, ex his infert. Secus in obreptione doloſa decipiente Papā calliditate, uel inuolucro uerborū: Abb. poſt Innoc. j. eod. cum dilecta. ibi, quartum intellectū. Bene differt in uno ſurreptio nō doloſa à doloſa, quia prima uitiat ſolum in parte, in qua eſt cōmiſſa, ſecunda uitiat totam reſcriptum, d. c. ſuper literis. Sed non ipſo iure, ut in locis prædictis. Et dicetur j. eod. ad audientiā. & facit d. c. diſpendia. inducendo, ut ibi per Domi. ubi additur de nullitate proceſſus. Ergo literæ ualebant. ¶ Ex quib. habes nouā fallētiam ad d. l. ubi cœptum. ADDITIO. Et uide ad dicta de uerbo Careat, quæ dixi j. eod. Rodulphus. uer. latæ ſententiæ. ¶ Fallit ſecundò d. l. ubi cœptum. ubi primus iudex eſt negligēs, etiamſi modò offerat ſe ad diligentiam. Bar. Imol. & Lud. in l. quamuis. & Abba. in c. dilecti. de for. compet. Non obſt. c. ſi à iudice. de appella. in 6. per quod Angel. tenet contrarium in d. l. quamuis. quia ſecundum Imol. & Lud. ibi loquitur, ubi iudex actualiter grauauit, non ubi neglexit ius dicere. Quæ duo differunt, nam primo caſu appellatur, ſecundo aditur ſuperior per querelam, c. 2. de excep. in 6. l. ſi. C. de temp. app. ibi, tarditatem iudicis querela, &c. Tamen pro Ang. facit, quia, ſecūdum Alex. ibi, eadem ratio uidetur, ſiue grauet, ſiue ſit negligens, & licet à tarditate non appelletur, tamen ubi ter requiſitus non eſt diligens, poteſt appellari. Ioan. And. de appel. dilecto. Abb. eo. tit. ex parte. lo ult. ¶ Fallit tertiò, quādo
8 † quis non poteſt conſequi effectum iuſtitiæ coram primo iudice propter impotentiam de facto ortam. Abba. & Ana. de homi. poſtulaſti. per illum tex. Vnde dicit Bald. de mil. uaſal. qui contu. eſt. in concluſione ſeu concluſione 10. quod quando quis non poteſt conſequi effectum iuſtitiæ coram inferiore. poteſt adire ſuperiorem, etiam per ſimplicem querelā, licet ſit inchoatum iudicium corā inferiore, & ceſſat lex, ubi cœptum, ſecundū eū. ¶ Fallit quarto, reſpectu iudicis, cui non obſtat dicta regula, quæ procedit reſpectu partium. Ioan. Mona. & Ioā. And. in c. accuſatus. de hær. in 6. & ſequitur ibi Dom. in §. de quæſtionibus. quia inquiſitor non intromittit ſe de uſuris ut ibi, tamen ſe intromittit in foro pœnitentiæ, quia pœnitentia non eſt illis fructuoſa ſine uſurarum reſtitutione, ſed in executione iudiciali non poteſt ſe intromittere, ſed ipſam faciet ordinarius. Et dato, quòd inquiſitor de ipſa cœperit ſe intromittere propter cōcomitantiam purgandæ hæreſis, tamen expeditè habet per alium, non obſtante l. ubi cœptū. quæ loquitur, ubi non ſit præiudicium iuriſdictioni alterius. Quæ uerba extollit Bald. in c. hac edictali. §. ad hæc. de pace iur. firman. & Ana. in d. c. poſtulaſti. ¶ Fallit quinto, niſi ſuperueniat urgens neceſsitas, putà poteſtas inceperat procedere, modò illud officium eſt ſublatum, quia nunc cognoſcet capitaneus. Bar. & Angel. in d. l. ubi. per l. ſed & ſi reſtituatur. §. ſed & ſi dies. ff. de iudi. ubi Bart. not. caſum, in quo iudicium apud unum iudicem cœptum, poteſt per alium proſequi & perfici, & illum text. in uerbo, intra prouinciam transferatur. Per quem idē infert Bal. ibi, dicens, quòd neceſsitas ibi facit, ut iudicium transferatur de uno iudice in alium diuerſi fori, & repetit illud de officio caſſato. Propter quod dicit ibi Ang. quòd quando paſtores, quos tenebat eccleſia Peruſij, receſſerunt ab aula, lites inchoatæ corā eis fuerunt ex eiſdem actis terminatæ coram alijs. ¶ Fallit ſextò, niſi citatus poſſet declinare iudicium per priuilegiū ſuum. Bar. & Angel. in d. l. ubi cœptum. quòd licet ſola citatio facit dici iudicium cœptum, tamen hoc eſt uerum, ubi citatus habet plures iudices paris iuriſdictionis, nec ipſe habet priuilegium declinādi aliquem, ſecus ſi poteſt declinare. Exemplificant in ſcholare, iuxta authen. habita. C. ne filius pro patre. Et idem dicit ibi Ang. ubi iudex recuſatur, ut ſuſpectus. ¶ Fallit ſeptimo, ubi ſunt delegati cum clauſula, Quòd ſi non omnes. uel cum clauſula, Quod uos, uel alter ueſtrum. Angel. in d. l. ubi cœptum. per c. cum plures. de offic. deleg. in 6. ubi uno tunc impedito, alius ſe intromittit, & uidetur iſta fallentia ſatis cōformis quintæ. ¶ Fallit octauo in crimine hæreſis, nam contra eundem de eodē plures inquiſitores poſſunt ferre ſententiam Angel. in dicta l. ubi cœptum. uolens allegare c. per hoc. §. j. de hæret. in 6. Et ſi diſcordant, recurritur ad Papam, ut ibi. ¶ Fallit nonò,
9 ſi † non excipitur, quia tenebit proceſſus factus coram duobus. Innoc. tit. præc. cum M. & ibi poſui in uerſicu. extra gloſſ. ¶ Fallit decimo, ubi primum iudicium eſt cœptum coram arbitro, nam poſſum te conuenire coram ordinario, & ſoluitur compromiſſum ſoluta pœna in eo appoſita, l. ſi quis rem. ff. de arbitr. quia ſententia arbitri non habet in ſe efficaciam, nec inducit actionem, uel exceptionem, ſi contrauenienſ eſt paratus ſoluere pœnam, l. 2. ff. de arbi. Secus, ſi ex forma ſtatuti laudum haberet efficaciam, & poſſet mādari executioni, ſicut ſententia in agendo & excipiendo, quia ſi arbiter te abſoluiſſet, haberes exceptionem rei iudi. Et ideo conuentus corā ordinario, poteris excipere de pendentia compromiſſi. Paul. latè in l. pecuniam. ff. ſi cer. pet. dicens, iſtud eſſe quotidianū, & ſe uidiſſe plures dubitari. Et ita intelligit Bar. in l. qui fidem. ff. de tranſac. Tamen idē eſſet, quando eſſemus in caſibus, in quibus ex ſententia arbitri oritur de iure actio, uel exceptio, putà, quando eſt electus ſine pœna, & tacitè, uel expreſsè, non reclamatur, & in alijs caſibus notatis in l. cum antea. C. de arbi. & in l. 2. ff. de arbi. ſecundum Alex. in d. l. pecuniam. Subdit tamē, quod

a Indiget ſententia] Ad quod uide Salic. in l. 2. C. loca. & in l. 2. de iure emphyteu. & plenè ibidem per do. Iaſ. May. qui allegat nonnullas remiſsiones pro & contra, inter quas refert Bal. in addi. ad Spec. in tit. de elect. tenere, quòd non requiritur ſententia, & quod idem conſulendo tenuit Paul. de Caſt. in conſil. 140. incip. In Chriſti nomine, in caſu præſenti puto ſic dicendum. quod eſt aliàs conſilio 133. & quod idem tenet etiam Abb. in conſ. 174. inci. In cauſa, quæ uertitur, ſeu uerti ſperatur inter nobilem uirum. & quid domi. Anto. de But. in cap. potuit. infra loca. dicit iſtam eſſe communē opinionē. & idem Imol. in cap ſin. de præſcr. & in c. ex parte. de fer. In quibus locis reprehendit Ro. tenentem contrarium. Et quòd idem tenet Ang. in §. ſi uerò. in authentic. de non alienan. & Salic. in ſuo conſilio incipien. Dom. Abb. Andeguauenſis. in 2. dubio. Et ita etiam uidetur tenere Bal. in auth. qui rem. C. de ſacroſan. eccleſ. & Alexā. in conſilio 321. incip. Circa proceſſum.

a *In caſibus] Adde tu, an l. ubi cœptum. ff. de iudi. uel l. cum quadã puella. ff. de iuriſd. om. iud. habeat locum in clerico? Vnde uidedum eſt, an de geſtis ante clericatum poſſit clericus conueniri coram iudice laico? Vide per Io. And. in c. unico, de oblig. ad ratio. & do. Abb. in c. propoſuiſti. de for. comp. in fi. Adde Bar. in l. j. ff. de pœn. ubi dicit, quod ſi ſecularis commiſerit delictum, & poſt condemnationẽ efficiatur religioſus, non mutat forum, ſed iudex ſecularis poteſt exequi. Intellige tamen facta prius degradatione ab epiſcopo. Ita Bar. ibi in d. l. j. Sed epiſcopus ſapiens non faciet. Ergo erit in proteſtione eccleſiæ. Limito tamen, niſi iſte feciſſet uotum intrãdi religionem ante commiſſum delictum. Iſto caſu non poteſt puniri a laico, quia uotum retrahitur. Ita Bald. in l. j. C. an ſer. ex ſuo fa. Et ſi non poſſet probari, ſtatur iuramento ſuo. Facit, quod etiam procedit in eo, qui eſt j. annum profeſſionis. Ita Ang. in l. 1. ff. de pœn. Maius dubium eſt, laicus commiſit delictum, & anteq̃uã feratur ſententia, intrat religionẽ, an laicus eum cõdemnare poteſt? Bart. in l. j. ff. de pœ. dixit, quod ſic. Ita Bal. in l. officiales. & in l. qui crimen. C. qui accuſ. nõ poſ. Adde ad iſta, clericus in minoribus duxit uxorem, ſed fuit prius citatus per iudicem eccleſiaſticum, de quæſtione iſta uide dominum Abbatem in dicto c. propoſuiſti, in fin.*

quod Paul. aliter ſcripſit in d. l. qui fidẽ. & quod iſte punctus requireret altiorem indaginem. ¶ Fallit undecimò & ultimò in caſibus, [a] in quibus effectus clericus non poteſt amplius conueniri coram ſeculari etiam de cauſis cœptis: qui caſus colligi poſſunt ex notatis per Bart. in l. j. ff. de pœnis. & Ioan. Andr. & Bart. in c. j. de oblig. ad ratio. & profundè per Pet. de Anch. in diſputatione, laicus quidam propter homicidium. in primo dubio, cum concor. de quibus dixi in c. fi. in 8. fal. tit. proxi. latè Petr. de Anc. in regula, ea quæ. uerſi. decimotertiò quæritur. de re. iur. in 6. copioſè Moder. in lib. Maleſi. fol. 180, in princip. & clarè Nic. de Nea. in l. idem Vlpianus. §. fi. ff. de excuſ. tut. & Ana. in c. ad falſariorum. de cri. fal. Quæ loca pone cum alijs allegatis in d. c. fi. ultra Ale. in l. nemo poteſt. ad fin. de leg. j. ¶ Extra dictos caſus remanet firma regula dictæ l. ubi cœptum. quæ procedit etiam, ubi eſt aliud factum, quod alibi incipit diſcuti, tamen trahit originem ab eo, de quo ante fuit cœptum: puta, ſi de pluribus uulneribus ſimul illatis cœperit agnoſcere unus iudex: q a de alijs nõ cognoſcet alius. Bald. in c. j. de contro. ſeu. apud pa. termi. ne iudicum diuerſitas perplexionẽ inducat, arg. l. q. de crimine. C. de accuſ. ¶ Similiter ſi accuſaui percuſſorem corã capitaneo, & auxiliatorem coram poteſtate, poteſt auxiliator petere ſe remitti ad capitaneum, tanquam ibi ſit cœpta materia. Et generaliter dicit Bald. idem, ubi obſtaret exceptio rei iud. quia tunc ſemper poteſt opponi de pendentia proceſſus, aliàs non: & facit, quod dixi ſ. 10. fal. Amplia etiam dictam regulam in his, quæ ſunt uoluntariæ iuriſdictionis. Lap. alle. 78. uacante eccleſia. Eſt text. in l. j. circa prin. ff. de offi. conſul. Cætera dic, ut per Scribentes in d. l. ubi cœptum. Quib. adde prædicta nullibi ita reducta. ¶ Vltimò ponderant hic Butrig. Imo. & Domi. uerba Inn. hic, quod etiam ad commodũ partis [b] iudex poteſt ſe fundare ex officio ſuper his, quæ conſtant ſibi ex actis, licet pars non oppoſuerit, neque petierit, ſicut hic conſtituit Papæ impetrantem fuiſſe malè uerſatum in utroq; reſcripto. Vnde inducit carentiam utriuſque nõ petitam ab abbate: quia quod conſtat ex actis, dicitur notorium. Inno. de app. ex inſinuatione. & in c. per tuas. de teſti. Habetur de uerbo. ſign. olim. Et in notorijs poteſt iudex ſupplere ex officio, etiam ad utilitatẽ partis, per iſtum text. & dictum Inn. ¶ Adde Butr. & Abba. in c. bonæ. lo 2. de poſtul. præl. Bald. in rub. C. de mann. uin. Abba. in c. conſtitutus. de relig. do. in c. Raynutius. de teſta. Bal. & Angel. in l. fi. ff. de pe. hær. gloſſ. & Scribentes in l. ubi pactum. C. de tranſact. Quæ loca latè extendit hic Andr. Sicu. Omitto: quia ſatis dixi ſuprà, eodem. cùm ordinem. in j. declaratione ad gloſſ. in clemen. appellanti. de appella. Ponit etiam de hoc Butrig. in c. cùm dilectus. de conſuet. Dominic. in c. indemnitatibus. §. ſanè. de elect. in 6. Angel. conſil. mihi 120. in dei, &c. Viſo libello. Imol. j. co. ſuper literis. & Card. in c. exceptionem. in princ. de excep. & ibi Abb. Bald. in l. edita. C. de eden. in repet. Pad. Imol. & Alex. in l. 4. §. hoc autem. ff. de dam. infe. Abb. in c. cùm inter. in fin. de conſue. Ana. de ſimo. licet Heli. ad fin. Et in dictis locis facias mentionem de deciſione Doctorũ hic, quæ non eſt trita. Facit quæſtio poſita per Scribentes in l. ſcire debemus. ff. de uerbor. obl. ſi petijſſ. & probaui de centũ, qualis erit ſentẽtia?

b *Ad commodum partis] Adde tu, quòd communis opinio * eſt in contrarium, quæ dicit, quod ſi pars non petit, iudex ex officio ſuo non debet ſupplere. Et primo tenuit Bart. in l. admonendi. ff. de iureiur. in uerſi. quæro, utrum. per l. 4. §. hæc autẽ. ff. de damno infec. quem ſequitur Ang. ibi, in prin. d. l. admonendi. Ant. de But. in c. fi. de iureiur. quamuis do. Abb. ibi in d. c. fin. tenuit cõtra Bart. Et ad motiua domi. Abb. Salic. reſpondet in l. in bonæ fidei. C. de rebus cred. Adde tamen, quod contrarium tenuit domi. Alex. de Imol. & ſecutus fuit opinionem domi. Abb. de quo ualde miror, licet de Bar. & alijs nullam faciat mentionem, in conſi. ſuo 53. inci. In cauſa uertente inter Michaelem. ubi dicit, quod iudex poteſt ex officio ſuo deferre iuramentum etiam parte non petente. Vide ibi latius. Ego autem teneo opin. Bar. & eam probo pulchro fundamento, & ualde utili ad infinita: nam omnes leges & omnia ſtatuta, quæ uerbis præciſis cogunt iudices aliquid facere reſpicientes priuatum commodum, debent intelligi, ſi petatur a parte: aliàs iudex ex officio ſuo non poteſt facere. Glo. eſt & canon in c. fi. infrà, eodem tit. & ibi do. Abb. qui expreſſe tenet contra aliam ſuam opin. quam tenuit in cap. fin. de iureiur. Et per illam glo. dicunt Ant. de Butr. do. Abb. & alij ibi, quod ſtatutum diſponens, quod capitaneus, qui eſt ignarus iuris, teneatur ferre ſententiam cum conſilio ſapientis, tale ſtatutum intelligitur parte petente: uel ſi ſtatutum dicit, quod poteſtas teneatur compellere agnatos ad compromiſſum, intelligitur ſi eodem modo: ſi ſtatutum dicit, q iudex teneatur terminare cauſas j. certum tempus, intelligitur parte petente, aliàs non. Sequitur do. Alex. conſilio 82. incipien. In cauſa uertente. & in conſilio ſuo 164. incip. Viſo proceſſu utriuſque partis. Paul. de Caſtr. in l. properandum. C. de iudi. Ad idem facit text. in l. peto. §. fin. in uer. quod ſi cautio non fuit deſiderata. ff. de leg. 2. Quem text. multum no. Paul. de Caſt. ibi ad fin. & dicit, quod aliquando allegauit ad quæſtionẽ ſtatuti Patauini diſponentis, quod appellãs, uel petens reſtitutionem, debet cauere cum fideiuſſore de reſtituendis expenſis: & aliter proceſſus factus nullo modo ualet. quod tale ſtatutũ debet intelligi, ſi talis cautio fuit petita à parte tũc, & non præſtita, proceſſus poſtea factus eſſet nullus: aliàs ſecus. Quod dicit tenendum menti: quia plurie: habuit de facto. Sequitur domi. Alex. in conſilio 579. incipi. Viſis narratis. circa princi. Ad idem facit text. in l. de bitoribus. in principio. in uerſicu. pa tentibus. ff. de re iudi. per quem text. tam nota. Angel. & Alexand. ibi, quòd quadrimeſtre tempus, quod l. iubet condemnatis indulgeri, ita demum indulgendum eſt, ſi ab eo petatur. Ad idem quartò facit, quod egregiè conſuluit Ang. in conſilio ſuo 140. incipien. Quidam Mattheus. quòd ſtatutum diſponens, quòd priores teneantur cauſam appellationis committere ſub certa pœna, intelligitur, ſi fuerit poſtulatum à parte. Ad idem facit textus in l. prima, §. finali. ff. de iure deliberan. ubi licet tempus ſtatutum heredi ſit arbitrarium ad deliberandum, tamen requiritur, quod a parte petatur, & eſt bona glo. in c. cupientes. in uerſicul. contempſerit. de elect. in 6. facit bene textus in l. ſi quis filius. §. ſtipulatur. ff. de colla. bo. & text. in l. 2. §. quod ait. ff. quorum leg. & textus in l. j. §. non exigit. ff. ut leg. no. caueatur. Hinc uidemus, q licet in l. Iulianus. §. offerri. ff. de ac. emp. dicatur, quod offerri debet ab emptore pretium, ille text. intelligitur, ſi petatur a creditore. Ita Bald. in l. 2. C. de his, quæ pœ. no. in l. unica, C. ne lice. tert. prouo.*

SVMMARIVM.

1 *Reſcriptum impetratum ad beneficium non ualet, non faciens mentionem de beneficio impetrantis.*
2 *Impetratio dicentis ſe clericum, ualet, ſi defert tonſuram, & gerit ſe pro clerico, licet nullum ordinem habeat.*
3 *Bona nouitij defuncti applicantur monaſterio.*
4 *Deſtinatus ad clerum ſi impetrat, tanquam clericus, an ualeat impetratio.*
5 *Locus gaudet priuilegio, eo ipſo quòd eſt ibi lapis primus poſitus per epiſcopum.*
6 *Potentia & nobilitas habentur in conſideratione in beneficiorum collationibus.*

Electio-

7 *Electores quidam redarguti, quòd elegerant hominem ignobilem, reſpõderunt, Petro piſcatori ſucceſſorẽ quærimus, non Auguſto.*
8 *Nobilitas quot modis, uel qualiter, accipitur in præſenti capitu.*

CAPITVLVM XVII.

1 CVM ADEO. ¶ Non † ualet reſcriptum ad beneficium impetratum non faciens mentionem de beneficio impetrantis. Canonicus impetrans beneficium, facta mentione canonicatus, & non præbendæ, nulliter impetrat, quia poteſt eſſe, quòd canonicus eſt, & nondum præbendatus, ideo ſupplicatio ſua non informat plenè Papam. Abb. hic poſt Ro. & ſequitur ſimpliciter And. Sic. Adde Rotam in iſto tit.66.in antiquis, & de præb.ſecunda, in antiquioribus, ubi idem tenent, dicentes, ſecus, ſi ſit mẽtio de præbenda, tacito de canonicatu, quia hoc non nocet, cum eſſet ratio prædicta. Adde etiam Ro.in iſto titul.33.in nouis. Item quidam habens. ubi latè firmatur, quòd non ſufficit dicere, ſe canonicam: quia iura canonicalia & iura præbendalia ſunt diſtincta. Et ideo de iſto iure temporali dicendum eſt in literis: quia eius expreſſio potuiſſet alterare animum concedentis. Limitant hoc procedere in præbendis diſtinctis: ſecus in non diſtinctis, ubi quis conſequitur præbendam, eo ipſo quod habet canonicatum, c. ſi.de conceſ. præbẽ.in 6. Et ideo cùm ſint annexæ canonicatibus, & ſint de iure & pertinentijs ipſorum, non eſt opus dicere de præbendis. ¶ Contra prædicta latè inſurgit Pet.de Anch.in regula, acceſſorium.ibi, & prædicta faciunt contra quãdam deciſionem Rotæ. de reg. iur. in 6. quia ueriſimiliter Papa putat iſtum eſſe canonicum præbendatum, ex quo præbenda eſt acceſſoria ad canonicatum. Et quia collato canonicatu dicitur collata præbenda, ut ſatis dixi titul. præcedenti, cum M. ¶ Item non præſumitur canonicus ſolo nomine, ſed re: quia uerba cum effectu intelliguntur, de cleric.non reſi.relatum.cum ſi. Neque placet ſibi differentia, an præbẽdæ ſint diſtinctæ, uel non: quia non minus eſt debita diſtincta, quam indiſtincta, ut ibi latius per eum. Et contra Pet. de Anch. non inſurgit pro communi alius, quem uiderim. ¶ Conſidera tria. Primò, quia licet præbendæ diſtinctæ ſint annexæ canonicatibus, tamen iſtud eſt facti, & Papæ incognitum, c. j. de conſti. in 6. Ideo exprimendo ſimpliciter ſe canonicum, potuit Papa credere, quod eſſet canonicus, ubi præbendæ ſint diſtinctæ, prout communiter eſt. Vnde fortè limitatio Rotæ non procederet. ¶ Conſidera ſecundo, quia rationes Pet.de Anch.non urgent, nã fateor, quod præbenda eſt acceſſorium ad canonicatum, ſed non omni tempore. Vnde poſtquam aliquis eſt receptus, dicitur canonicus, & expectat præbendam, tanquam acceſſoriũ tunc ſeparabile. Vnde poſſet credere Papa, quod eſſet canonicus ſupernumerarius, nondum præbendatus, nec habet certam credulitatem, quod ſit præbendatus, quia iſtud eſt facti. Nõ obſt. quod collato canonicatu uideatur collata præbenda, etiãſi aliud non dicatur, quia fateor, quando præbenda uacauit ſimul cum canonicatu, ſed ſi non uacat, ſecus, & ita argu. non concludit. ¶ Conſidera tertiò, quod dicendo ſe canonicum, oportet etiam dicere ualorem præbendæ. Dixi ſ.eo. ad aures. Ideo de neceſſitate habet exprimere ſe præbendatum. Et ita etiam Domi.in repet.c.poſtulaſti.j.eo.ibi, unde cæteris omiſſis.allegando iſtum text.

2 DE DESTINATO ad Clerum † dicitur, quòd ualet impetratio dicẽtis ſe clericum, ſi defert tonſurã, & gerit ſe pro clerico, licet nullum ordinem habeat. Compoſt.hic.& gloſ. in c.2.de inſti. Facit dictum Pau.conſi. 411. Videtur, quòd dicta ſententia. ubi dicit, quòd ſi ſtatutũ prohibet non ciuẽ emere in loco immobilia, ſufficit, quòd aliquis ſit ciuis tẽpore traditionis, licet non tempore contractus. Facit l.j.§.ſi. ff. de bo. poſ.ex teſt. mili. Et dicit Spec. de ac. & pe.§. ſuper actionibus uerſ. ſed nunquid ſcholaris. quòd licet tales literæ non ualeant, tamen aſſumũt uigorem, ſi poſtea iſte ordinetur. Et fuit opi. Clementis Papæ IIII. ſecundum eum. Et iſta pro Compoſt.alleg.hic And. Sic. ¶ Addatis ad idem Rotam de proba.11.in antiquis, No.quòd clericus.ubi dicunt, quòd non clerico reputato clerico propter habitum & tonſuram & animi deſtinationem, poteſt conferri beneficium. Alle. Cõp.hic, & Lud.& gl.in d.c.2. ¶ Adde ad idem uerba Arc.in c.ſi quis ſuadẽte.17.q.4. quòd ille, qui nullum ordinem habet, ſed tamẽ coronam portat, & eſt clericus animi deſtinatione, gaudet priuilegio illius canonis. Alle. uoe. per Lud.in d.c.2. Poſtea dicit B. Hiſpanus contra, & cum alibi ſequitur Arch. ut j. allegabitur. Ad idem l.4.cum gloſ. ff. de fundo dot.ubi fundus deſtinatus ad dotẽ, dicitur ante matrimonium fundus dotalis & inalienabilis. Sed dic. quòd ibi erant contracta ſponſalia, quæ faciunt rem eſſe quaſi dotalem, quo ad prohibitam alienationem, ut dicit gloſ.ſi.in prin.in l.de diuiſione.ff.ſola.mat. ¶ Ad idem quod no.Bal. in l.ex facto proponebatur.ad ſi. ff.de hære.inſti. dicens. q ſi quis legat ueſtes, quas habet in domo, ueniunt, quæ erãt extra domum factæ de nouo. tamẽ erant deſtinatæ ad uſum uxoris, cui legabantur, quia uidentur eſſe in domo propter deſtinationẽ & propter finale propoſitum teſtatoris. Facit conſ.Alex.16.Viſo tit. Ad idẽ tex.in l.& ſi non ſunt.§.quid ergo.ff.de au. & ar.le.ubi appellatione argenti, uenit argentum cœptum fabricari, licet nondum factum. Et ibi gl.ponit concor.pro & contra. ¶ Ad idem Rota de teſta.j.in antiquioribus, dicens, quòd pro bonis deſtinatis ad ædificationem eccleſiæ poteſt peti reſtitutio in inte.iure eccleſiæ, licet nondum ſit eccleſia ædificata, ſicut partus cõceptus in his, quæ concernunt eius præſeruationem, ut producatur in eſſe, gaudet priuilegio iam natorum, arg. l. prægnãtis. ff. de pœ.& l.ſi quis in utero.ff.de ſta.ho. De hoc tamen j. aliter. ¶ Ad idem, quod no. Do.in c.ponderet.in ſi.l.diſ.& in c.eſi illis.§.j.de præbẽ.in 6.dicens, quod deputatus ad officium ſcribendi in cancellaria Papæ, non mentitur appellando ſe ſcriptorem, licet nõdum cœpit ſcribere. Et ſequitur Maria. in c.de multa.de præben.
3 ¶ Ad † idem plura, de quibus per Pet.de Anch.conſi.mihi 65.contra donationem. ad ſi.dum uult, quod bona nouitij defuncti applicentur monaſterio, [a] quia animi deſtinatione religioſus erat. Soleo ponere in c.in præſentia.de proba.poſt alios ibi. ¶ Ad idem, quod nota. Alber.l.1.in §.j.de offi. præſe. urb. dicens, quod licet legato frumento, quod eſt in ciuitate, non ueniat, quod eſt ruri, l.nam quod.§.ſi ita legetur. ff.de pe.le. tamen fallit, ubi eſt ruri cauſa cuſtodiæ, & ſolet deferri ad ciuitatem, quia per hanc deſtinationem ueniet in legato, ac ſi eſſet in ciuitate, per l. ſi eād.de leg.3.& alia. Et idem not. etiam Bal.in d. l.j. ut retuli j.eo. Rodulphus.

[a] *Applicentur monaſterio*] *Adde tu, an bona nouitij morientis ante profeſſionem tacitã, uel expreſſam ſint applicãda monaſterio? Inuenio, q Cy. et alij in auth.ingreſſi.C. de ſac.ſan.ecc. tenuerunt, q ſic, ex iſta ratione, q ibi uidetur mori, ut monachus. Idẽ tenet Ant.de But.in c.i. præſentia.de proba tio. Adde, q Bar. in authen. ſi qua mulier. in ſi.C.de ſac.ſan.eccleſ.pro opin.Cy. & aliorum dicit eſſe caſum in c. ſi.de ſucceſ.ab inteſ. Tamẽ ibi non firmat pedes.Do. Abb.in d. c.in præſentia. de proba.in uerſ.nõ eſt dubium. diſtinguit q ſi nouitius intrãs dedit bona ſua monaſterio expreſſe, q opin.Cy. et aliorũ poteſt ſuſtineri, ſi uero expreſſe non contulit, ſed ſimpliciter intrauit cauſa probationis, ſuccedũt proximiores, & nõ monaſterium, cùm iſto caſu non fuerit religioſus cum effectu, c.religioſa.*

CONTRARIAM PARTEM, Quòd
4 † impetratio non ualeat, firmãt hic oẽs Doct.& in d.c.2.de inſti.ubi Cald.impugnat dictum Clementis IIII. relatum ſ. poſt Spec.per c. ſi eo tempore. de reſcrip. in 6. per quod patet, quod non ſufficit habilitatio ſuperueniens. Et ibi Cal. dicit, fuiſſe determinatum Bononiæ, quòd ſi dicitur, Qui cupit militiæ, &c. ſi recipiat talis in canonicum ante clericatũ, ualet receptio, per l.fin. ff.de mil. teſt. Sed ipſe tenet contrarium, & ſequitur Domi.hic, per l.ex eo.ff.eo. tit. ibi, ex tempore, quo in numero relatus eſt, non antè. reſpondent ad d.l.ſi. quòd ratio eius nõ eſt, quia de proximo ſit cingendus, ſed quia deceſſit in loco hoſtili, ad quem miſſus erat ex cauſa, & ideo priuilegium militis in teſtãdo prorogatur ad talem, etiam dato, quod non intenderet accingi militiæ cingulo. Pro iſta opin.adducit Andr.Sicu.l. nulli. C. ne ſanctum baptiſ. per quem dicit ibi Bart. quòd ſi ille, qui ſteterit in ciuitate decẽ annis, debet tractari, ut ciuis, interim non tractabitur, ut ciuis. Ad idem, quod no.Bar.in authẽ.ſi qua mulier. C.de ſac. ſan.eccl.dicens, q bona morientis intra annum probationis nõ ſunt monaſterij, de quo latius per And.Sic.in c.2.de teſta. facit c.beneficium, cum glo.de regu.iur. in 6. Reſpondet ad conſi.Paul.præallegatum, quòd ibi ſatisfiebat menti ſtatuti,

gloſa. de ſent. ex-com. in 6. & ma-ximè, quia adhuc habet ſecularem teſtandi. Et iſta o-pi. magis mihi pla-cet, tanquā æqua, quia non conſtat de expreſſa uolun-tate ingredientis, ꝙ perſeuerare uo-luerit in religiõe.

quæ erat, quod non ſubeuntes onera nõ poſſent acquirere, & ſic qui percipit fru-ctus, ſubeat onera, meritò ſufficit, quod tẽpore, quo percipiet fructus, poſsit gra-uari pro oneribus, ut ciuis. Saluatur opi. Compoſ. in laico ſanctæ uitæ, per text. in §. his omnibus. 56. diſt. ſecundum Andr. Sic. Addit ix pro communi opin. text. cũ gloſſ. in l. ſi nondum. C. de fur. ubi res de-ſtinata animo & uoto, ut ſit ſacra, non habetur pro facta ante conſecrationem. Et ibi dicit Bal. quod aliquid non recipit determinationem ab eo, quod erit, ſed ab eo, quod eſt. Ideo licet teſtator mandet fieri eccleſiam in domibus ſuis, non tamen eſt eccleſia. Et facit ad notata in cle. ſi. de reſcr. ſecundũ eum. Pro quo uide Rotam de præb. 27. in antiquioribus: & de iure pat. 10. in antiq. ſ, ubi habes latè, ꝙ d. cle. ſi. habet locum in beneficio nondũ per epiſco pum confirmato, licet patronus ipſum fundauerit, & dota-uerit, appoſitis etiã conditionibus, & modis, quib. uolebat eum regi: multa allegans prò & cõtrà, ſeruientia ad materiã iſtam, & ſpecialiter dictũ Iun. de ſepul. abolendæ. ubi dixit, quod licet ſepultura non poſſit uendi, ut ibi, tamen uas la-pideum, uel ligneum deſtinatum pro ſepultura, poteſt uẽdi. Et iſtas deciſiones adde ad Card. in d. clem. ſi. quaſi in ſi. ubi idem tenet, dicens poſt Paul. Secur, ſi beneficium erat crea tum, licet non dotatum tempore datæ. Similiter Domi. in c. j. ad ſi. de reſtitu. in integ. in 6. tenet contra Rotam, ubi ſ. quod in cauſa bonorum, quæ teſtator reliquit pro eccleſia ædificanda, nõ poteſt peti reſtitutio in integrum, quia iura loquuntur in illa materia de eccleſia, & ibi nondum erat eccleſia. Et facit c. ſicut ex literarum. de homi. ubi non eſt ir regularis, nec homicida, qui interfecit partum nondum ui-uificatum. ¶ Ad idem, quod nota. in c. eccleſia. de immu.

5 eccleſ. ubi habetur, quòd † locus gaudet priuilegio eccleſia ſtico, eo ipſo, quòd eſt ibi impoſitus per epiſcopum primus lapis, adeò quòd non poſſit ad humanos uſus redire: antea uerò non gaudet dicto priuilegio, licet deſtinatione animi ſit deputatus, ut ſit eccleſia, ſecũdum Domi. ¶ Adde etiam Arch. ra. quæſt. j. §. ſi. ubi ſequitur hanc opinionem contra Compoſt. dicens, Boniſacium VIII. ſeruaſſe eam in per-ſona ſui nepotis. Et refert etiam ibi Ioan. de Fan. Et idem Hoſt. in ſum. huius tit. §. quæ poſſunt obijci. uer. profeſſio certa. dicens, laicum incapacem beneficij. Et idem Ab. poſt alios in c. ex literis. de tranſac. per illum text. Et ibi ponit de remedio illius clauſulæ, qui cupit militiæ, &c. Bene facit l. exterа. §. ſed ſi parauerit. ff. de leg. j. ubi deſtinatum habet pro impleto. Vnde res legata ut adiungatur ædibus, poteſt alienari ante quàm ſit adiuncta, & prohibitio ſenatuſcon-ſulti de non alienando res affixas ædibus, nõ habet locum in rebus ad id deſtinatis. Vnde dicunt ibi Bald. Angel. & Imol. quòd ſi conſuetudo eſt, quod mortua uxore mobilia ſpectent ad uirum, immobilia uerò ad hæredes uxoris, licet pecunia ſit deſtinata ad emptionem prædiorum, erit uiri: quia deſtinatio non attenditur, nec habetur pro facto. Non obſt. l. 3. §. quid ergo. ff. de contra. iu. tut. ubi uidetur, quòd pecunia depoſita ad emptionem prædiorum, non poſſit alie nari ſine decreto, ſicut nec res immobilis, de quo tex. excla mat Lud. in l. ſi ex legati cauſa. de uerb. oblig. & Andr. Sic. in repet. de reb. eccleſ. fol. 30. ibi, & in quantum ſuperius, quia reſpondet Alexan. in d. §. ſed parauerit. & in l. j. §. fuit quæſitum. ff. ad Treb. quod non dicitur ibi, quòd ut illa pecunia depoſita poſſit haberi per tutorem, requiratur illa ſolennitas, quæ requiritur in alienatione rei immobilis, de qua in l. magis puto. §. ne paſſim. cum ſi. ff. de reb. eor. Solum dicitur ibi, quòd tutor, qui erat creditor pupilli, fuit in culpa, ſi non fecit cogere illum depoſitarium per iudicẽ, ut de illis pecunijs depoſitus ſibi ſatisfaceret. Ideo non põt tutor pro ſe ſibi exigere uſuras pecuniæ ſibi debitæ, ante quam neglexerit exigere. Et reprobat Alex. in d. §. ſed ſi di cta Alb. in 2. parte ſtatutorum, quæſt. 205. Item habeo duas pulchras quæſtiones, &c. ubi plura allegat in hac materia deſtinationis, quæ reuera uidetur brocardica. ut etiam di-xit Alexand. conſil. mihi 46 2. Aliàs de facto conſultus re-ſpondi, &c. ubi uide. Et pulchra etiam ſcribit Franciſ. de Are. conſil. 6. oſtendens, quantum debeat eſſe approximata cauſa ad effectum, ad hoc ut deſtinatum dicatur pars eius, ad quod deſtinatur. Saluatio Andr. Sicu. de laico ſancto non eſt bona, quia, ut dicit Archi. in d. §. his omnibus. illa fuerunt miracula diuina non trahenda in conſequentiam, uel fuit cum illis diſpenſatum. ¶ Præterea non eſſet poſſi-bile practicare iſtam ſaluationem, quia loquimur in impe-trante, & iſte actus impetrandi ſapit ambitionem, ergo re-pugnat ſanctitati, quæ uult, quòd quis non debet ſe inge-rere, ſed uelle reuocari, ſicut Aaron, 8. q. j. Moyſes. & c. licet. & c. qui epiſcopatum. cum multis alijs, de quibus ibi. Et iſta nota: quia poſſunt etiam ſeruire ad alia, nec legi alibi accumulata.

6 Nobilitas, Et potentia † habentur in conſideratione in collationibus beneficiorum. Gl. & Doc. hic. Idem in præ ſtandis uictualibus. Abb. tit. præce. cum omnes. & ibi dixi. Adde Innoc. in c. dudum. lo 2. ad ſi. de elec. ibi. item ſi Papa, ubi ſentit, quòd ſola nobilitas abſque literatura, ſit iuſta cauſa diſpenſandi ſuper pluralitate, quia exponit c. de mul-ta. in ſi. de præben. in uer. ſublimes & literatas. Et pro Vel. ¶ Ad idem glo. in c. conſtitutus. in uer. impotentiam. de ap. & ibi ponit Phil. poſt alios, quando potens præferatur pau-peri, ut attendatur eccleſiæ neceſſitas, ſicut dicit Hoſt. in ſi-milli, in cap. j. de conſang. & affin. & ibi alij, de præferendo Theologo, ubi pullulant hæreſes, aliàs præfert Canoniſta. Adde etiam Tho. quodlibeto 6. arti. 9. ubi dicit, quod licet epiſcopus conferendo beneficium debeat præferre meliorẽ bono, 8. q. j. licet. tamen põt aliquis dici melior dupliciter, uno modo ſimpliciter, qui eſt ſanctior, plus habens de cha-ritate, alio modo dicitur aliquis melior, quo ad aliquid. Vnde aliquando contingit aliquem eſſe meliorem ſimplici ter, qui non tamen eſt melior, quantum ad hoc, quòd bene ficium percipiat, quia alius fortè poteſt eccleſiam magis iu-uare, uel conſilio doctrinæ, uel auxilio potentiæ, uel quia diutius ſeruiuit in eccleſia. Non ergo epiſcopus tenetur da-re meliori ſimpliciter, ſed meliori, quo ad hoc. ¶ Limita, Niſi ſuperior ſciat iſtum utiliorẽ eccleſiæ eſſe malum, quia quamuis poſſet iuuare eccleſiam dictis modis, tamen in ta-libus requiritur permaxime bonitas uitæ, aliàs ſine pecca-to non poteſt exercere curam. Et iſtud non eſſet præferre mi nus bonum, ſed ſimpliciter malum. Ita limitat magiſter Robert. de Letin in ſuo Quadrageſimali, ſermone 34. incip. Si quis uoluerit maior fieri. Alleg. Albert. Magnum dicentẽ, quod promouẽtes ad ordines, uel curam, ſcienter indignũ, abſque dubio peccant mortaliter. Nec nobilitas excuſare poteſt, quòd promoueatur malus, quia

a quantò nobilior, tantò nocibilior. [a] Et ſi dicatur, quod alius non ſit ita utilis, omnino iſta ratio nihil ualet, quia utili-tas ſpiritualis temporali eſt præponẽda. Nec excuſat paucitas miniſtrorum eccle ſiæ, ſecundum Alb. Et pulchrè dicit Ar-chiepiſcopus Florentinus ſecunda parte tertiæ partis ſuæ Summæ, in rub. de ſtatu ſummi pontificis, fol. 4. quòd ſi contin-gat aliquos aſſumi ad pontificatum, qui non ſunt boni homines, ſunt tamen ali-quãdo boni prælati propter prudentiam & ſcientiam, quæ conſciunt ad regimen aliorum, & in hoc ſecundum eum, appa ret ſingularis prudentia Dei, qui regit ec cleſiam ſuam etiam mediantibus malis miniſtris Bon. tex. in §. h. in ſi. 83. diſtin. ubi dicitur, quod prædicatio criminoſi ſacerdotis non debet contemni, quia, te-ſte Hier. ſicut lixiuium per cinerem imm-dum fluens lauat, & non lauatur, ita bo-na doctrina animas credentium lauat à ſorde peccatorum. Facit c. ſi fuerit. j. q. j. ibi, per lapideos canales tranſit aqua ad areolas. Ex quibus fortè limitatio Albert. Magni eſt dubia, maximè quãdo electus eſſet malus, & hoc eſſet occultum, quia licet prælatus ſciret, tamen non uidetur imminere damnum ſpirituale, quia talis malus poteſt etiam boni exemplo ædifi-care bonos mores. ¶ Ex iſtis intelligitur

a Nocibilior] Adde, quòd cõtra nobiles innobis Bal. in l. per adop tionẽ. ff. de adopt. quòd nobiles pro maiori parte ſunt ſuperbi, et inimicẽ popularium, gulo ſi, & luxurioſi plus quam popula res, ſed certe ta-les, qui uirtutibus abutũtur, nunquã dicerẽ nobiles, ex quo nobilitas ſola illa eſt, quæ ani-mã moribus ornat, de qua in c. uene-rabilis. de præbẽ. Et ex quo nobilis dicitur à ſangui-ne claro, uide no. in cle. ij. i. prin. de ſentẽ. excõ. & ut ibi per Land. & Car. et Iuuenalis, Tota licet ueteres exornẽt undiq; ce ræ Atria, nobili-tas ſola ẽ atq; uni ca uirtus

ea uirtute. Sed adde, q dictum Bal. procedit hodie, quia ruſtici omnes ob diuitias nobilitantur, & ut nobiles regnãt in uitijs, nobiles uero peruenientes ad paupertatem per uiles artes ignobiles reputantur, & non nobiles, ut per do. Soci. conſ. 246. inci. Eleganter & ſubtiliter, a uerſ. prima ratio eſt, quia. circa fi. in 2. parte.

Nobilẽ] Quis autem dicatur nobilis, et ueniat appellatione nobilium, uide Pau. de Caſt. ſuo conſ. 128. 129. 129. & per dom. Soc. conſ. 246. incip. Eleganter & ſubtiliter. uerſ. prima ratio eſt, quia: in 2. parte.

text. in c. uenerabilis. de præben. & quod no. gloſſ. erita, 24. q. j. quoniam uetus: de
7 electoribus † Papæ, qui redarguti, quòd elegerant ignobilem, reſpõderunt, Petro piſcatorii ſucceſſorem quærimus, non Auguſto. Et dicit Bal. in l. in dando. ff. de tuto. & cur. da. ab. his, quod nobilitas ſola non ſupplet literaturam in clerico. Et dixit gloſſ. in l. ſocietates. quæ eſt l. 5. ff. pro ſoc. quod in canonicam non minus debent poni literati, quam nobiles. ¶ Et
8 † in hac materia capitur nobilitas, ſecundum com[mu]nem uſum loquendi, pro potentia ſan[gui]nis & diuitiarum, alias autem largo modo ſola literatura facit quem nobilem, ut pulchrè per Cyn. in l. prouidendum. per illũ tex. C. de poſtul. & Lud. in l. ſi uerò. §. de ultro. 53. fallẽtia; ſol. mat. cum concor. de quibus per magiſtrum Rober. de Letio in ſermone de Virtutibus, incip. Audite diſciplinam. Et dixi de teſti. ſuper eod. lo j. & pulchrè ponit Pogius Florentinos in tractatu De nobilitate, incipiente, Non dubito præſtantiſſime Pater. quem intitulauit do. Gerardo Cardin. Cumano, & Bartholomæus Cæpola in tractatu De imperatore militum deligendo, & elegantius cæteris Leonardus Vticenſis in ſuo Feſtiuali in ſermone de S. Marco, dum tractaturus de ſapiẽtiſſimo regimine do. Venetorum, præmittit quotuplex ſit nobilitas. ibi uide ſemper. Dixi aliquid de iudic. nouit,

SVMMARIVM.

1 *Clauſula poſita in reſcripto debet intelligi ſecundum ius commune, ubicunq; reperiatur. Nullitas proceſſus an poſſit declarari abſente parte. Poſt princ. uer. Et eſt glo.*
2 *Ceſſatio proceſſus an ſit interlocutoria.*
3 *Peremptoria citatio quando ſit neceſſaria, & quando non.*
4 *Clauſula refertur ad omnia præcedentia; regulariter. Fallit octo modis, quæ fallentiæ ſunt ualde notandæ.*
5 *Interpretatio reſcripti ſit ſecundum ius commune.*
6 *Verba debent aliquid operari, qualiter hoc dictum ſit intelligẽdũ Litera Papæ quãdo operantur priuationem illius, quem dicunt eſſe priuatum de iure, cum non ſit. Poſt nu. 6. uerſi. ſed ex iſto textu.*
7 *Reſcripta ad beneficia interpretantur ſtrictè.*
8 *Reſcripta ad lites ſunt ſtrictius interpretanda, quàm reſcripta ad beneficia.*
9 *Reſcriptũ licet debeat in dubio accommodari iuri communi, fallit tamen, ubi conſtat apertè de contraria Papæ uoluntate.*
10 *Interpretatio priuilegij ſit ſtrictiſſimè regulariter.*
11 *Priuilegium lædens enormiter eccleſiam, non ualet.*
12 *Priuilegium, quod continet beneficium, latiſſime interpretatur.*
13 *Papa ſi concedit caſtrum Titio & filijs ſuis, intelligitur etiam de nepotibus.*
14 *Mandatum datum uicario de conferendis beneficijs, intelligitur etiam de dignitatibus. Diſpenſatio quando ſit ſtrictè interpretanda. Poſt nu. 14. uerſic. limita hanc declarationem.*
15 *Diſpenſatio an & quando poſſit trahi ad conſecutiua.*
16 *Verba priuilegiorum Papæ ſunt interpretãda ſecundum ius canonicum, non ciuile.*
17 *Priuilegium indultum generaliter, non comprehendit caſum contra rem publicam.*
18 *Interpretationes atteſtationum, contractuum, ſententiarum, & ſimilium, qualiter fiant, remiſſiuè.*
19 *Non obſtante collatione alteri facta, &c. iſta uerba quomodo ſint intelligenda.*
20 *Executores non habent poteſtatem contra contradictorem, niſi ſit debite contradicat.*
21 *Reſcriptum, uel ſtatutum, tollens appellationem, uel exceptionem, intelligitur tantum de iniuſta.*
22 *Fideiuſſor promittens ſoluere ſine aliqua exceptione, non intelligitur de iuſta.*
23 *Promittens aliquem defendere, intelligitur, quando iniuſte opprimitur, ſecus, ſi iuſtè.*
24 *Prohibitus aliquam inferre moleſtiam, poteſt de iure moleſtare.*
25 *Princeps ſi prohibet, quod nullo modo aliquis moleſtetur, intelligitur etiam de moleſtia iuris.*
26 *Clauſula Auferres, præiudicat illis, quibus ius eſt quæſitum.*
27 *Clauſula Appellatione remota, operatur in incidentibus, ſicut in principali.*

CAPITVLVM XVIII.

1 CAVSAM, QVAE. ¶ Clauſula † in reſcripto poſita, debet reduci ad terminos iuris, ubicũque reperiatur ſita. Proceſſus põt pronunciari nullus, parte abſente. Abba. anti. per iſtum text. & ſequitur Domi. in c. in tantum. in notabilibus, in 21. diſt. per illum text. in uerſic. abſque omni cõtrouerſia. ubi declaratur nullitas proceſſus notoriè inualidi. Ad idem olle. c. relatum. 5. q. 2. ubi de proceſſu accuſationis iniuſtæ dixit tex. abſque ulla retardatione corrigere curauimus. & ibi etiam Domi. exponit, id eſt abſque ulla citatione. ¶ Contrarium firmat hic. Imol. Abb. & Andr. Sic. Et dicit But. quòd hoc dictum non eſt per omnia uerum, tamen dicit, quod eſt perpetuò notandum, & facit, quòd ſententia, quæ eſt lata nulliter, poteſt declarari nulla etiam parte abſente. Et adducit Ab. contra prædictam regulam iuris, quòd nihil debet attentari in præiudicium abſentis. Ad idem adducit Imol. quia etiam in notorio requiritur citatio, gl. de iureiu. ad noſtram. lo 3. Ad idem facit iſte tex. in uer. conſtiterit. quod importat per citationem, ſecũdum And. Sic. propter gl. in c. ſacro. in uer. conſtiterit. de ſenten. excom. & in cle. præſenti. in eodem uerbo, de cenſi. in cle. 2. in eo. uerb. de pœnis. Sed ad iſtud poſſet cõſiderari, quòd tex. hic non dicit, quòd in ipſa pronunciatione ſuper ceſſatione requiratur citatio, ſed in informatione ſuper rectitudine proceſſus citetur pars. ¶ Saluatur dictum Abb. anti. in quatuor caſibus. Primus eſt, propter notorietatem, ſecũdũ Ab. hic, quia conſtabat Papæ, nullam defenſionem competere parti abſenti. Et ita habes hic caſum, quòd parte abſente procedi poteſt, ſi notoriè conſtat nullam defenſionem ei competere. Pro quo ultra Abb. alle. Andr. Sic. c. bonæ. lo ij. ter. poſt tr. de elect. Secus, ſi factum non eſſet ita notorium, propter gloſſ. in d. c. ad noſtram. ¶ Hanc ſaluationem ipſe reprobat, tãquam abſiſto tex. ualde extraneam. Vult dicere, quòd non apparet, quòd hic conſtaret Papæ, abſenti ius nõ competere. Sed etiam Ab. non uult hoc, quia non ſenſit de meritis cauſæ, ſed dicit, quod dubium ſurgebat ex tenore reſcripti. Vnde quia ex eius inſpectione poterat conſtare de nullitate proceſſus, non eſt incongruum intelligere, prout intelligit Abb. Nec etiam iſte tex. in uer. conſtiterit. requirit ad hanc informationem citationem impetrantis, ſed aduerſarij, ut ab eo ſciatur de attentatis, quo intellecto oritur nullitas ex inſpectione reſcripti malè intellecti. Et pro iſta ſaluatione uide omnino, quæ dixi in c. cum olim de re iudic. uer. non eſt citandus neceſſariò. ¶ Et eſt gloſſ. ualde in terminis in c. ſua in gl. ff. de offic. uic. per quam colligit ibi accuratè ſolus Domi. quòd iudex poteſt pronunciare ſuper nullitate proceſſus, etiam parte nõ uocata, quando notoria eſt nullitas ex defectu impotentiæ iudicis. Vnde infert, quòd eccleſiaſticus poteſt pronũciare nullũ eſſe proceſſum habitum per ſæcularem contra clericum coram eo tractum etiam parte non uocata. ¶ Saluatur ſecundò dictum Abb. anti. quando nullitas ſurgit ex interpretatione reſcripti Apoſtolici, quia ſicut ipſe Papa poteſt ſuum reſcriptum interpretari parte abſente, c. j. de uerb. ſign. & ibi Innoc. Ita decernere poteſt nullitatem actus acceſſoriè prouenientem ex interpretatione reſcripti. Abb. hic. Sed dicit And. Sic. quod iſtud eſt ſomnium. Aut enim ſit interpretatio extra iudicium, & non requiritur partis citatio, d. c. olim. & iſte non eſt caſus noſter. Aut in iudicio per Papam, & tunc requiritur citatio, per l. ſi. & ibi Bal. C. de legi. ¶ Poſſet reſponderi, quòd imò in iſto articulo interpretationis non eſt opus figura iudicij, quia Innoc. in d. c. olim. & Paul. de Caſt. pulchrè conſ. 51. expreſsè uolunt, quòd ubi nõ agitur de modificatione, uel reſtrictione reſcripti, ſed ſolum de interpretatione declaratoria, nõ eſt opus præſentia partium, & coguntur partes ei ſtare. Eſt uerum, quòd Butr. in d. c. olim. ibi, ſi uerò Papa. uidetur intelligere Innoc. ibi, quòd ubi Papa adiens iudicialiter

liter ſuper tali dubio, debet declarare parte præſente, uel uocata. Tamen uidetur mihi, quòd Inno. poſtea reuocet hoc, quia ſtatim ſubdit, melius credimus, quòd quælibet interpretatio obſit partibus, quo ad hoc, ut obſeruent declarationem Papæ. Tamen in interpretatione, quæ fieret ab inferiore à papa iudicialiter, bene requiritur citatio, ut ibi per Inno. & But. Et ſic reſtringit iſta ſaluatio, quia maior eſt poteſtas Papæ in interpretationibus priuilegiorum, quàm inferioris, per c. cum ueniſſent. cum materia, de iudi. ¶ Saluatur tertiò, ut ſaltem ad iſtam caſſationem ſufficiat unica citatio, undecunque oriatur cauſa caſſationis, quia etiam in notorio requiritur ſaltem unica. Ita Imol. hic per notata in d. c. ad noſtram. ¶ Conſidera, quòd ſi eſſet talis notorietas, qualis eſt illa, de qua in prima ſaluatione, non uidetur neceſſaria aliqua citatio, per ibi dicta. ¶ Saluatur quartò, quando ageretur ſimpliciter de nullitate proceſſus ad nullius præiudicium. Ita ſaluat hic. And. Sic. propter glo. in d. c. ſacro. quæ dicit, quòd ſi agitur ad reuocandam excommunicationem duntaxat, non requiritur citatio iudicis, qui excommunicauit: ſecus, ſi ultra reuocationem agitur de eo puniendo. Et iſtam ſaluationem multùm extollit. ¶ Conſidera, quòd in caſu c. ſacro. bene poteſt reuocari ſententia, & non puniri iudex: ſed in caſu iſto non uideo, quomodo poſſit agi de nullitate proceſſus, quin præiudicetur parti. ¶ Tranſeundo cum prædictis, uidetur tota materia pẽdere à duobus punctis. Primus eſt, utrum caſſatio proceſſus ſit interlocutoria. Secundus, utrum ad interlocutoriam requiratur citatio. De † primo dixi ſatis in ru. de re iud. poſt But. Imol. & Abba. in c. auditis. de proc. & Angel. in l. ſi præſes. C. quomodo & quando iu. cum concor. concludendo cum communi op. quòd eſt interlocutoria: quia non diffinit negocium principale. Tamen Abba. in d. c. auditis. dicit, quòd eſt interlocutoria, habens uim diffinitiuæ: quia licet non diffiniat negocium principale, tamen diffinit articulum caſſationis. ¶ de ſecundo puncto,[a] uide Ab. & alios in d. c. auditis. & ordinatè per Alexan. in l. ſi opus. ff. de op. no. nun. cum concor. ibi, extenſis. Ex quibus uidetur, quòd ex duplici capite extra iſtas ſaluationes requiratur citatio. Primò, quia ſi eſt interlocutoria habens uim diffinitiuæ, requiritur citatio, propter glo. in c. ſi. in uer. inanes. de elect. in 6. cum concor. quas poſui in d. rub. de re iudic. oſtendendo, quòd talis regulatur, ut diffinitiua. ¶ Secundò: quia communiter[b] concluditur, quòd omnis interlocutoria grauis præiudicij requirit partis citationem, ut per Doct. in dictis locis, ſecus in actu nõ præiudiciali, l. ille, à quo. in princip. ff. ad Treb. ubi text. melior de iure, ſecundum Angel. ibi in uerſic. cum nullum damnum ſit futurum. Et hæc no, quia iſtum paſſum non reperi ab alio ita ordinatum.

a *De ſecundo puncto*] *Adde tu, utrum ad interlocutoriam requiratur citatio? Inno. in cap. auditis. de proc. dicit, quod contra abſentem non contumacem poteſt ferri interlocutoria. Adde Bartol. in leg. nec quicquam, §. ubi decretum. ff. de off. procons. & leg. Spec. in tit. de cita. §. 3. uerſic. ſed pone. & de ſen. §. 8. uerſiculo. quid de interlocutoria. Adde, quod iſtud ita demum uerum eſt, ſi parum grauat interlocutoria, alias ſecus. Ita Bald. in l. fi. C. de ſenten. ex breuic. reci. Bart. in l. ad proferre. in prin. ff. de arbi. Fallit etiam, quando interlocutoria requirit cauſæ cognitionem, dicit Bartol. in dicta lege diem proferre. ff. de arbitr. in princip. Adde Bartol. in l. recuſare. in princip. ff. ad Trebel.*

Qvando sit opvs peremptorio, & † quando nõ, uide melius, quàm alibi, per Sali. in l. ſi eo. C. qui accuſ. ubi in effectu uult, quod terminus ad accuſandũ, uel agendũ, iuxta l. diffamari. C. de inge. & manu. dicatur in dubio peremptorius, etiamſi non dicatur. Idem, ubi eſt uerbũ Peremptoriæ, l. nonnunquam. ff. de iudi. ¶ Idẽ, ſi ſunt uerba æquipollentia, putà, aliàs habebimus te pro contumace, uel, aliàs procedemus ad ulteriora. Debet tamen iudex moueri ex aliqua cauſa ad talia uerba proferenda, d. l. nonnunquã. in fi. & l. conſentaneũ. C. quomodo & quando iu. in uer. commonefacio. Ergo præceſſerat una citatio, quia dilationem à l. inuentam non debet iudex minuere ſine cauſa. Aliquando ſimpliciter ſtatuitur terminus ad proſequendam cauſam, & non præſumitur peremptorius. Aliquando ad audiendam ſententiam. Et idem, ut ibi latius per Sali. Adde Bar. in l. ad peremptorium. ff. de iudic. & in §. Iulianus. hic alle. per Abb. & Abb. in c. conſuluit. de offic. deleg. ¶ Et inuenies, quod quando fit citatio edicto uel nuncio, ad hoc, ut intelligatur peremptoria, debet hoc exprimi. ¶ Fallit primò, niſi fiat citatio per iudicem, qui per ſeipſum monet partẽ, quòd tali die compareat, quia habet uim peremptorij abſque eo, quòd hoc exprimatur,[b] l. 8. C. quomodo & quando iu. & ibi gl. & gl. in c. conſuluit. de offic. deleg. & ibi dixi. ¶ Fallit ſecundò, niſi præcedant tres citationes, quia non eſt neceſſe dicere. Et perẽptoriè, quia tacitè ſubintelligitur in ipſa, l. tres denunciationes. C. quomodo & quando iu. & dicit Alb. in d. c. cõſuluit. quod regulariter non requiritur peremptorium, niſi in prima citatione, quæ fit in ingreſſu litis. Item ad ſententiam audiendam. In alijs actis iudicij ſufficit unica citatio. Facit c. 2. de teſti. ubi ad receptionem teſtium ſufficit unica. Et ita Bartol. in d. §. Iulianus. niſi ubi agitur de præiudicio graui in iudicio, uel extrà, quia requiritur trina, ut per Inn. in c. ad petitionem, de accuſ. exceptis decem caſibus, quos poſui in d. c. conſuluit. Et ſcias, quòd licet regulariter, etiam ubi requiritur trina, poſſit fieri una pro omnibus, iuxta glo. in c. conſtitutionem. de ſen. excommu. in 6. tamen fallit in quinque caſibus, de quibus per Alexan. in l. contumacia. ff. de re iudic. Comminatio de procedendo, quantum de iure poterimus, non habet uim perẽptorij.[c] Glo. hic, quam pro ordinaria allegat Imo. in d. §. Iulianus. dicens, idem, ſi iudex fecit citationem pro tali die ad audiendam ſententiam cum comminatione, quòd aliàs elapſo termino procedet, prout iuris erit, ad ſententiam proferendam iuſtitia mediante. Nam illud uerbum Prout iuris erit, denotat ordinem in proceſſu, & per illa uerba, Iuſtitia mediãte, denotatur rectitudo iudicis circa merita. Vnde talis unica citatio non habet uim peremptorij, ſicut non haberet, ſi ſimpliciter dixiſſet, quòd aliàs elapſo termino, procedet, ut iuris erit. & iuſtitia mediante, non addendo illa uerba, ad ſententiam audiendam. ¶ Adde etiam But. de ap. ſæpe. ibi. hic puto. ubi dicit, quòd iſta uerba, Quantum de iure poterimus, non habent uim peremptorij. Et idem tenent alij ĩ. allegandi. ¶ Limita primò, dum modò dicatur in comminatione, aliàs procedemus, quantum de iure poterimus, ſecus, ſi dicatur, Procedemus ad cognitionem & pronunciationem. Bar. in d. §. Iulianus. & Doc. hic. Rot. de re iud. decima, in nouis, Item licet in cauſis prophanis, & c. But. in c. quoniam. §. ſi uero. ut li. non conteſt. Imol. in c. ad petitionem. de acc. & ibi Ana. Bar. in d. l. ad peremptorium. Spe. de cita. §. uiſo. ibi, ſed quæro, an clauſula. Imo. & Ro. in d. §. Iulianus. Bal. in d. l. ad peremptorium. But. in c. conſuluit. de offic. del. Ad idem, quòd no. But. in c. 2. ne cle. uel mo. dicens, quòd unica monitio cum comminatione ſub pœna priuationis omnis priuilegij clericalis, habetur loco trinæ monitionis, de quo tamen uide Abb. ibi. & quòd dixi in c. quod ſuper his. in 7. fal. de ma. & obe. Ad idem, quod not. But. in c. cum cauſam. de int. cal. ubi dicit, quòd ſi ſtatuitur terminus ad reſpondendum poſitionibus cum comminatione, quod ſi non uenerit, habebitur pro reſpondente & confitente, tunc eo non ueniente poteſt declarari eum haberi pro confeſſo, de quo etiam uide ibi Abb. ¶ Limita ſecundo, niſi comminatio dicat. Alias elapſo termino te non audiemus, quia importat peremptorium. Bartol. in l. mancipiorum. prope fi. ff. de op. leg. & ſequitur But. de excep. paſtoralis. Vbi etiam melius omnibus latè ponit, quando in dubio termini præſumantur peremptorij, & ibi dixi. ¶ Limita tertio, niſi eſſemus in iudicijs ſummarijs, quia in ipſis iſta clauſula, quantum de iure poterimus, habet uim peremptorij, Bald. in rub. C. commi. uel epiſ. quia uerbum Poterimus, ſignificat poſſe undecunque, etiam per arbitrium, quod in ſummarijs in procedendo iudices habent à lege. Contrarium tenent Ludo. & Alexand. in d. §. Iulianus.

b *Exprimatur*] *Adde Rot. in deciſio. 245. ſi tres. in no.*

c *Vim peremptorij*] *Quibus autem caſibus comminatio habeat uim diffinitiuæ, uide Petr. de Suza. in l. 1. C. commi. uel epiſ. & ibi uide Bald. in rubri. per quæ uerba importatur, & quot, & quibus modis fiat, uide Cardin. in clem. 1. §. 1. de priuil. & adde Spec. in titu. de diſp. & alleg. §. poſt hoc. uerſ. uel illud eſt.*

nus. quia aut cauſa eſt cognoſcenda ſimpliciter, de plano, &c.& tunc nulla citatio peremptoria eſt neceſſaria, cle.ſæpe.in uerſ. non peremptoriè.de uerbo. ſignif. Aut eſt cauſa ſummaria ſolum, quia iura appellant eam ſummariam, & tunc requiritur peremptoria citatio. Probant, quia ad primum decretum ſufficit cognitio ſummaria, auth. ei, qui cum gloſſ.in uerſic.examinato.& ibi Bald.C.de bo.authorit.iu.poſ.facit c. quoniam.§. quòd ſi ſuper. ut li.non conteſt. & tamen ad primum decretum requiritur peremptorium. gloſſ.in d.§.Iulianus.& ibi Scribentes. Reliqua in hac materia uide per Alexand.in d.§. Iulianus. Et licet ultra eum ſint adductæ ſuprà, nonnullæ deciſiones, tamen hoc parui facio, quia propter pauca addita non intendo more quorundam leuium argutiæ diminutionem in dictis ſuis, uel aliorum.

4 Clauſula refertur Ad† om̃ia præcedentia [a] regulariter, ut præſupponunt hic. Doct.per text. hic, & in iurib. alle.hic in gl.3.& 4. Vnde dixit Angel.in §.hinc nobis.in fi.in authẽ.de hæred. & Fal.quòd conſultor dans unicam reſponſionem duabus quæſtionibus, uidetur ambabus reſpondere,ſi adaptatur reſponſio utrique. Facit dictum Bar.in l.ſi ſtipulatus.§.Chryſogonus.ff.de uerb.obl.ubi dicit, q̃ ſi dico, Promittis mihi & Titio? & reſpondes, promitto: intelligitur de utroque: & hoc eſt de indubitabili, per text.Inſti. de duo.re. in princ.ſecundum eum. Et dixit But.in c.j.de pac.quòd ubi fiunt duæ interrogationes, & una habet dependentiam ab altera,reſpondens principali affirmando, uidetur etiam reſpondiſſe acceſſoriæ, & tunc non procedit regula c. nonne. de præſump. Vnde ſi dico, promittis dare centum ſub pœna mille? & reſpondes, Promitto dare centum, uideris etiam fateri de mille. Similiter accuſatus, quod cognouit Bertam uxorem Titij, ſi confitetur cognouiſſe Bertã, uidetur fateri eam uxorem Titij, ut per Bart.in l.ſi cui. el 2. ff.de leg.3. Et iſta ſunt, quæ in hac materia ponit hic And.Sic.latius inſiſtens in hoc ultimo. Sed caue in primis ab æquiuocatione: quia,ut dicit Bald.in l.ſi idem. prope fi.ff.de iu.om. iu.aliquando quæritur, quo ad qualitatem poſitam in una clauſula,an uideatur repetita in alia? & iſta non eſt materia noſtra,& uocatur materia repetitiuus: ad quam tu uide elegãter Bal.in l.quemadmodum.§.hæc uerba.ff. ad l.Aqui. Aliquando quæritur, utrum clauſula abſolutè poſita, & quæ ſtat per ſe, referatur ad omnia, uel non? & iſta dicitur materia relationis, de qua agitur hic. ¶ Item caue, quia dictum But.in d.c.j.de pac.reprobatur per Imol.ibi:quia licet ſi ille reſpondiſſet ſimpliciter, dicendo, promitto,referretur reſpõſio ad interrogata,§.præterea.Inſti.de inut.ſtip.tamen ſecus uidetur, ubi non eſt ſimplex reſpõſio, ſed determinata:ſicut illa, promitto centum,quia non uidetur, quòd ad aliud extendatur,ſecundum eum,& bene. ¶ Item de confitente cognouiſſe Bertam, uide latiſſimè per Alexan.in d.l.ſi cui.ubi multa refert, & eſt materia repetitionis, non relationis. Et quamuis But.poſt Ioan.An.de ap. inquiſitioni.dicat, quod in iſta materia relationis clauſularum nõ eſt poſſibile dare certam doctrinam, propter quod forte Phil. ibi, & in d. c. ſecundò requiris. eo.tit.non poſuit hanc materiam, tamen pro diſcurſu lectionis poſſumus præſupponere pro regula, quod dictum eſt ſ. & remiſſiuè diſcurrere certas limitationes, ſubiũctis remiſſionibus, per quas etiam aliæ fabricari poſſent.

a *Omnia præcedẽtia*] *Ad quã materiã Adde no. in l.ſi unus.§.inquit.ff.ad le. Aqui. & Bald. in Marga. uerb. inſtrumentum. & per do. Soc. conſi. 250.inci. in cauſa Bono. uer. tertia ratio eſt in 3. parte.*

Limita octo Modis. Et primò, niſi pœna ſit poſita in principio in una parte prohibita, quia in alijs poſtea prohibitis non cenſetur repetita. Glo.in clem.2.in uer.ſanctioni. de ui.& ho.cle. Et ideo Lap. alleg.28.dicit, quod pœna ſuſpenſionis ab officio & beneficio poſita in conſtitutione Benedicti, uas electionis.excedentibus taxam in procurationibus, nõ cenſetur repetita in excedente charitatiuum ſubſidium, licet illa conſtitutio ad fi. extendat illam taxam ad charitatiuum ſubſidium. Contrarium firmat Abb.in d. cle. 2.& in c.de multa.j.de præben.propter glo. ibi in uerbo, in ea eccleſia.quam putat meliorem, quia ex quo ponitur uerbum Adijcientes, uel ſimile, prout fit ibi, & in d. clem. 2, cenſetur pars illius ſtatuti, ſecus, ſi non diceretur Adijcientes,uel, Idem iudicium haberi uolumus, & ſimilia. Et iſta opi.poſſet procedere, ubi eſſent talia uerba. Sed ubi diſponitur per paragraphos de caſib. ualde ſeparatis, procederet prima. Patet ex gl.fi.in cle.fi.de pœ. Et ita no.eam Imo.ibi, & Car.ad fi.& uidetur difficile impugnare gl. in d. clem.2. Tamen quia uerba c. de multa. ſunt ualde conformia cum d.cle.2.obſt.ualde glo.d.c.de multa. ¶ Et no.quod ubi lex imponit pœnam ſuper certo facto prohibito, & poſtea ab illa prohibitione excipit unũ caſum ſub certa limitatione per appoſita ſuper facto, extenditur etiã ad caſum exceptũ, ſi forma non ſeruatur. Ita Domi.in cap.unico, ad fi.de poſt. præla.in 6.propter gl.ibi in uer.neceſſariò. ¶ Secundò no. quod quando finis l. determinat aliquam pœnam, & præcedunt multa capitula, uidentur omnia determinata eadem pœna. Bal.in l.quiſquis.in princip.C.ſi cer.pe. ¶ Tertiò no. quod ubi ſtatutum in impoſitione pœnæ enumerat plura prohibita, & ultimo prohibito adiungit aliquam qualitatẽ reſtrictiuam, illa qualitas reſtringens refertur ad oĩa enumerata. Ita Domi.in c.ubi periculum.§.nulli.de elect.in 6. propter dictum Ioan. Andr.ibi dicentis, quòd ille text. loquens de mittente nuncium, uel epiſtolam, uel loquente ſecretè, debet intelligi, ſi illa omnia fiant ſecretè. Bene facit dictum Bar.in l.doli.per illum text.ff.de ſer. cor. ubi dicit, quod ſi ſtatutum dicit,ſi quis fecerit ſic & ſic:poſtea ſubnectitur De nocte, illud De nocte, refert ad utrumque, quod dicit eſſe multùm notandum. Monetur per illum text. ubi uerbum Dolo malo,refertur ad omnia. ¶ Limita ſecundò, 2
niſi aliqua ratione nõ poſſet clauſula referri ad omnia, quia tunc refertur ad proxima tantum. Patet in l. ſi idem cum eodem.§.fi.ff.de iu.om.iu.& in l.j.§.deinde. cum ſeq. ff.de poſtul. Et ſi non poteſt referri ad proxima, tunc ad alia ſuperiora, ſecundum Alex.in d.l.ſi idem.arg.l. qui in adoptionem.in fi.ff.de adop. Facit,quod not. Domi.in c.illi, qui.5. q.5. ubi dicit, quod quando eſt dare rationem diuerſitatis, quare magis clauſula referatur ad unum, quàm ad aliud, tunc clauſula in fi. poſita non refertur ad omnia ſuperiora, propter glo.2.ibi in fi. Ad idem eſt elegans conſi. domi.Ab. mihi 195. Viſo inſtrumento quietationis. ubi conſuluit, q̃ ſi in inſtrumento, in quo ſoluitur pars dotis, ponitur in fi. clauſula, de ulterius non petendo, non intelligitur de non petendo reſiduo dotis, ſed de non petenda illa quantitate tunc ſoluta,quia clauſula in fin. poſita non debet referri ad extranea. Et dicit Bal.in l.in actionibus.in 3.not. per illum text.ff.de iuſa.quod dictum in uno capitulo non intelligitur repetitum in alio capitulo, in quo non eſt eadem ratio, etiamſi omnia capitula uno contextu ponantur. ¶ Limita tertiò; dum modò clauſula in fi.poſita eſſet per ſe principaliter poſita, adeo quod non conſtat expreſſè,quod ſit appoſita ad qualificandum unum capitulum. Et ita eſt in l.talis ſcriptura. de leg.j: Secus, ſi uenit acceſſoriè ad qualificandum unum capitulum, prout eſt, quando cõditio adijcitur uni diſpoſitioni, ſeu capitulo, ut legato, quia non intelligitur repetita, ſeu relata ad præcedẽtem diſpoſitionem. Tex. cum glo.in l.filium.in princ.ff.quando di.leg.ced. Ita But. in l.fi.ff.de reb.du.& facit c.cum dilectus.de donat.& not. Abb.ibi, & in d.c.ſecundò requiris.& hic. ¶ Limita quartò, ut referatur ad omnia,ſcilicet principaliter appoſita, nõ autem ad appoſita incidenter, ſeu cauſa demonſtrationis. Bar.in l.fi.§.Titia.ff.de lib.leg. per illum tex.quod facit ad dictam q. de qua in d. l. ſi cui. la 2. an reſpondens libello, uel poſitioni, uideatur etiam reſpondere circa contenta in eis incidenter, uel per modum qualitatis. Et iſtud dictum ponderat Alex. In d.l.ſi idem cum eodem.§. fi. de iuriſdict. om.iud.dando in materia plures remiſſiones, quas omitto, quia ibi poteſtis uidere. ¶ Limita quintò, niſi immineret abſurdum, referendo clauſulam ad ſuperiora,quia etiam in fi.poſita nõ referretur, Abb.in c. eccleſiã.lo ule.de elect.per text.ibi meliorem, qui ſit in toto corpore iuris canonici, ſecundum eum, iuncto c.quia propter.eod.titu.inducendo illa iura, ut per eum. Pro quo uide Card. pulchrè conſil.70. ex præmiſſo ſupraſcripto teſtamento, &c. ubi dixit, quod clauſula ſequens non refertur ad præcedentem diſpoſitionem, quãdo per talem relationem diſpoſitio fieret inutilis. Alle. l. cum uulgari. ff. de dote præle. & notata in d.l.talis ſcriptura. Et quædam alia ponit in materia. Ad id uide Old. conſil.

conſil. 175. Factum tale eſt, dominus Clemens. ubi dicit, quod cum læditur rectitudo ſermonis, & multo fortius, ubi læderetur rectitudo iuris, ſiue intentionis, quæ eſt potentior, tunc clauſula ultima non trahitur ad omnia. Vnde infert, quod reſeruatio, quæ fit in extrauagãti, execrabilis. in fi. de beneficijs uacaturis & dimiſſis, non extenditur ad §. quia uerò deinceps: in eadem conſtitutione, quia aliàs eſſet in poteſtate acceptantis ſecundum priuare ſemper ordinarium poteſtate conferendi primum; ut ibi per eum. ¶ Limita ſextò, niſi eſſemus in materia, in qua fieri debet interpretatio latiſſima, putà, in beneficio prĩcipis, iuxta ea, quæ dicentur j. in 3. declaratione ſecundæ regulæ, quia tunc nũquam ea, quæ ſequũtur, debent referri ad omnia præcedentia, quando per talem relationem reſtringeretur diſpoſitio, quæ de ſui natura eſt amplianda. Text. ualde no. ſecundum intellectum Innoc. & Doct. in c. cum dilecti. de donat. De quo facit magnum fundamentum Alexan. conſil. mihi 48. Super hæſitatione, de qua quæritur. ¶ Limita ſeptimò, quia licet plura in eadem oratione prolata, habentia unam qualitatem, cenſeantur omnia reſtringi ab illa qualitate, quãdo reguntur ab eodem uerbo, Bartol. in l. 4. §. erit. ff. ui bo. rap. Tamen fallit, ubi mens uerificaretur in omni caſu, etiam qualitate non repetita, quia tunc qualitas non cenſetur in omnibus repetita Imol. poſt Butr. in clem. j. ad fi. de ſup. ne. præla. per c. cum ſingula. in princip. de præben. in 6. ubi per illa uerba, Prioratibus, uel eccleſijs curam animarum habẽtibus, non intelligitur illa qualitas, uidelicet curam animarum repetita in prioratibus, ſed tantum in eccleſijs, ut eſt declaratum in d. cle. j. in fin. & ibi gloſſ. pen. Et iſtud etiam ualde no. Alexan. conſi. præal. Ponit etiam Imol. in d. clem. j. aliquas doctrinas, quando poſita in una parte referantur ad alia. Et adde Tho. Falloli dubio Rotæ 46. Die Mercurij. ubi dicit, quòd clauſula adiecta poſt ſpecificationem plurium beneficiorum reſtringitur ad beneficia ultimò nominata, quando per hoc uerificatur mens diſponentis. Vnde ſi dicitur de præbendis, & portionibus, ac præſtimonijs cedentium, uel decedentium, illud Cedentium, uel Decedentium, refertur ad portiones & præſtimonias, non autem ad præbendam, quæ debebitur, quomodocunque uacat.
¶ Limita octauò, niſi in uno capitulo aliquid ſubaudiatur, quia talis ſubauditio non cenſetur repetita in alijs capitulis. Bald. in l. j. in princip. in lec. antiqua, ff. quòd quiſque iur. propter gloſſ. ibi. Reliquas limitationes & doctrinas collige ex dictis Butrig. de appellatio. inquiſitioni. & ex not. per Specul. in locis allegatis per Abba. in d. c. ſecundò requiris. Et ex not. per Nicol. Myl. in rep. fol. 29. in uerſic. clau. poſita. per Barto. in l. Titia. §. idem reſpondit. ff. de uerborum oblig. per gloſ. in l. ſi cum tibi fundum. in uerſic. inferiore. ff. de uerborum ſignific. per Bar. in l. ania. in princ. per illum textum ff. de condi. & demonſtr. per gloſſ. & Arch. 2. q. 5. ſtatuimus. per Dominic. in c. quoniam. in princip. ibi, not. bene. de immu. eccleſ. in 6. per gloſſ. & Doct. infrà, eodem. olim. in uerſic. ad omnia. per Bald. latè in §. fi. Inſti. ad l. Aquil. per Bartol. & Bald. in l. j. per illum textum C. de lib. præ. & Lud. conſil. 438. & conſil. 480. ad fi. & conſil. 45 … ibi, cæterum poteſt. 2. per Bartol. in l. ſi quis ex argentarijs. §. ſi initium. ff. de eden. Et ibi latè, quando dies, uel annus poſitus in medio inſtrumenti, intelligatur, quo ad omnia repetitus. De materia etiam per Bald. in l. j. in fi. ff. de conſt. princip. & in l. j. C. de legi. hære. & Pet. de Anch. in conſilijs allegatis per Alexand. in d. l. ſi idem. Aliquid etiam Firmatus in uer. clauſula. ibi in princip. Quomodo autem ſtatuta interpretentur, ita ut addant iuri communi, tangit hic Abba. Sed omitto, quia Andr. Sicul. hic, & Alexand. in l. 4. §. prætor. ff. de dam. infe. & in l. fin. §. in computatione. C. de iu. deli. adeo profundè, copioſè & ſubtiliter inſiſtunt, quòd ultra eos pauca adducerem. Ideo laudabilius eſt ſilentium, quàm breuiloquium, cum etiam, quia melius caderet in c. cum dilectus. infrà, titul. proxi. ubi ultra iſtos aliquid uidebitis, & iſt materia habens ualde latas habenas, ſecundum Alex. in d. §. in computatione. Sed ad propriam materiam huius decretalis de interpretatione Reſcriptorũ collige duas regulas, Primam circa reſcripta, cum ſex declarationibus, Secundam circa priuilegia, cum quinque declarationibus. Prima regula eſt iſta.

5 INTERPRETATIO Reſcripti † fit ſecundum ius a commune. [a] Text. hic, & in c. licet. de præben. Vnde dixit gloſſ. in c. paratus. in uer. prodeſſe. 13. q. j. quod uerba reſcripti debent conformari æquitati, etiam ſi natura uerborum hoc non patiatur. Alleg. iſtum text. & ſequitur Oldr. conſi. 268. Quæſtio eſt, utrum per priuilegium. ad fi. ibi, & ulterius ſæpe cõpertum eſt. Et ideo dicit Bald. in iſto tit. conſi. 5. de ſen. excõ. conſil. j. quòd reſcriptum mandans quem abſolui, præſtita ſatisfactione, exponitur, uel præſtita cautione de ſatisfaciendo, ut ſit conforme iuri cõmuni, de quo in c. ex tenore. & c. cũm deſideres. ſacro. cum concordã. de ſen. excom. Et dicit Bald. in l. 1. uerſus fi. ff. de conſti. prin. quòd omnia reſcripta debent intelligi cum iuſtitia. Et ſi princeps dat, uel confirmat, ſemper debet b intelligi, ſaluo iure alterius. [b] Et alia ponit ibi ualde moralia circa moderatas interpretationes conceſſionum principis. Similiter Domi. in c. licet canon. §. fi. de elec. in 6. colligit ex uerbis Io. Mon. & Ioan. An. ibi, quòd clauſulæ inſertæ in reſcriptis Apoſtolicis, quæ ſunt ſecundũ ius, recipiunt omnes limitationes & interpretationes, quas recipit ius commune, diſponens de materia illius clauſulæ. ¶ Vnde ſi in reſcripto beneficiali eſt clauſula de reſidentia facienda, tamen poterit epiſcopus ſuper ea diſpenſare, ſicut poſſet, ſi non eſſet in reſcripto. De quo dicto Ioan. And. & Ioan. Mo. latè meminit Bal. ĩ. eod. cum ordinem. uerſic. pone ergo, Papa contulit. ¶ Ad illud brocardicum,
6 quòd † uerba debent aliquid operari, reſpondet ipſe, quòd uerum eſt, ſi iuris tutio patiatur, ſecus, ſi non patitur, ut, quia ineſt de neceſſitate, & in quolibet contingenti illius generis, nam ſi iudex dicit, Aſſigno tibi terminum ad petendum apoſtolos, iſta non eſt terminus iudicis, ſed legis. Refert enim legem, ſed non ſtatuit diem de nouo. Alleg. clem. 2. de ap. Et ſic iſta expreſſio relatiua ſimpliciter legis, nihil operatur, ſecundum eum, ſed expreſſio diſpoſitiua bene operatur. Et iſtam regulam deducit latè Lud. conſil. 334. Circa primum. uolens, quòd reſcriptum mandans quem non audiri, niſi prius pareat iudicatis per certum Cardinalem, debet intelligi, dummodo à ſententia non fuerit appellatum. Et ibi etiam inducit ad hanc regulam gl. in c. ſuper eo. in uer. ordinet. de offi. delegatum exponit Ordinet, i. præſentatum à patrono inſtituat, quæ expoſitio non fit, niſi cauſa euitandi præiudicium tertij, & abſonum iuris intellectum. Et ad has reſcriptorum interpretationes uide etiam pulchrè Lud. conſil. 350. ad fi. & omnino Hoſt. in ſumma huius tit. §. & de ipſius interpretatione: per totum §. Et dixit Car. conſil. 95. Nobiles uiri, domini de Vincaguerra: quòd licet in literis Papæ diceret, feudum quoddam eſſe deuolutum ad eccleſiam propter nõ petitam inueſtituram, tamen illa uerba debent intelligi, ꝙ fuit deuolutum eo modo, quo ius diſponit, ſcilicet quo ad poteſtatem reuocandi, cum iura punientia non petentẽ inueſtituram loquantur per uerbum Amittat, ꝙ eſt futuri temporis. Adducit tex. in c. j. in tit. quo tẽpore miles inueſt. in uer. damnentur. Ergo requiritur ſententia, etiã ſi diligenti. cũ gl. in uer. perdãt. de ſo. compe. Ad idem c. fi. de iur. calũ. facũdũ eũ. Ad quæ uerba uide, quæ dixi j. eo. Rodulphus. ¶ Sed ex iſta aurea deciſione cogitabam, quod ſi Papa diceret in ſuis literis, Titium eſſe priuatũ à iure beneficiorum propter tale crimẽ, & ipſum alteri conferret, ſi tñ de iure nõ eſſet priuatus, ſed priuãdus, dicta uerba deberẽt reduci ad ſenſum iuris, i. ꝙ eſſet priuãdus, iũ per iſtũ tex. & prædicta, tũ per hoc cõſil. Car. optimè ſeruiẽs. Eſt uerũ, ꝙ Pe. de Anc. cõſ. mihi 278. ultra alia, ſolenniter uult contrarium, ꝙ princeps diſponendo ſciẽter contra iur, tollit iuris obſtaculũ, l. idem Vlpianus. ff. de excuſ. tut. ¶ Nihilominus non credo

a Secundum ius commune] Adde do. Alex. de Imo. in l. ex facto. in princip. uer. item no. & ibi Ioan. de Imo. de uulga. & pup. & Alexand. in l. beneficium. de conſtitutionibus. Phil. & Baldus in l. ſi quãdo. C. de inoffic. teſta. ubi dicunt, uerum ſecundum ius municipale, non ciuile. Facit, quod habetur per do. Soc. conſi. 295. incip. Circa primum cõſultationis articulum. uer. confirmatur. in fi. in ſecunda parte.

b Iure alterius] Vtrum autem cõcedi poſſit reſcriptum cum præiudicio tertij, uide glo. magiſtralem in l. ſi. in fi. & ibi Bar. in fi. uerſ. ſecundò quæro. & ibidem per domi. Iaſonem May. no. & copioſè in 2. colu. cum duabus ſequ. C. ſi contra ius, uel util. pu. ubi ponit, quod non, cum 6. limitationibus.

iſtud eſſe tenendum, per prædicta, & per ea, quæ dixi infrà, eodē. nonnulli. in 2. regula, circa reſcripta contra ius conceſſa. Ex quibus arguo ſic, Habere illum pro priuato à beneficio, qui de iure priuatus non eſt, eſt diſponere contra ius. Papa autem non intendit diſponere per ſuum reſcriptum contra ius, niſi dicat, Non obſtante, &c. gloſſ. in c.j. verſicu. noſcatur. de conſtitut. in 6. dixi plene in d. 2. regula. Ergo ſcribendo, quòd quis ſit priuatus, nulliter reſcribitur, & cōtrà mentem Papæ. ¶ Non dicas, derogat iuri ex certa ſcientia, eo ipſo quòd ſcribit contra ius, quia ſi ſic eſſet, omne ſcriptum contra ius valeret indiſtinctè, quia præſumitur Papam ſcire iura, c.j. de conſtit. in 6. Fateor, quòd poteſt derogare iuri, ſed illud verum, quando conſtat de certa ſcientia, quæ non percipitur ex hoc ſolo, quòd ſcribat cōtra ius, quia ſequeretur tunc dictum abſurdum neceſſariò, ſed percipitur, ubi adijcit hoc verbum, Ex certa ſcientia, vel ſi diceret, Titium priuandum volumus haberi pro priuato. Tunc enim apparet, quòd ſcit ſe derogare iuri, & vult derogare, ſed reſcribendo ſimpliciter contra ius, præſumitur circumuentus, ut in argumento iam facto, ſuper quo accuratè inſteti in d. c. nonnulli. in 4. fallentia 2. regulæ, verſicul. ſecundò contra iſtam quartam fallentiam. ¶ Nec dicas in beneficialibus, reſcriptum non indiget clauſula, Non obſtante, quia iſtud eſt falſum, ut dixi in d. c. nonnulli. verſic. fallit nonò. Et iſta latiùs reaſſumpſi nuper conſulendo in diœceſi Lunenſi, in qua unus impetrauerat eccleſiam alterius, quia Papa in ſuis literis dicebat eum priuatum, quia ſine licentia ſe abſentauerat à cura animarum. Non erat enim ſufficiens cauſa, quæ eum priuaret ipſo iure, neſcio, quid iudicabitur. Tu cogita ſuper iſtis, quia non poſſent utiliora eſſe. Et dicit Oldr. conſil. 37. quòd ſi rea ſcribit, ut non obſtet teſtium falſitas, intelligitur de falſitate circa extrinſeca & accidentalia, non in ſubſtantialibus, & ſequitur Ana. in c. fraternitatis. de hære. Et ſimile no. Cald. de regul. conſil. 22. & Bald. in d. c. ſuper eod. in princip. quòd reſcriptum Papæ recipit limitationem à iure cōmuni. Et omnes clauſulæ appoſitæ in reſcriptis, reſtringuntur ad litigantes, & illud c. eſt ad hoc valde notabile, & etiam mirabile, dum ibi exponitur Ordinent, id eſt ordinandam denuncient, ſecundum eum. Et dicit Rota de app. in verſic. 3. in nouis, ante fi. ver. ſed quid ſi nulla. quòd commiſſio Papæ facta de toto negotio ad inſtantiam appellantis ab interlocutoria, non ponit totam cauſam in cognitione illius, niſi in euentum legitimæ appellationis ab interlocutoria. Et idem not. apertius Aegi. Belle. deciſ. 419. Si auditori. & ſeq. & Ludo. conſil. 362. Quo ad primum articulum. poſt princip. Si diceres ergo, verba de toto negotio nihil operabuntur, quia hoc tueiar de iure, quòd eſſet iudex totius cauſæ in euentum grauaminis, d. c. debitus. propter quam rationem Phil. non audet hoc firmare, in d. c. ut debitus. fol. pe. reſpondet Aegi. ab eo non viſus, ubi ſ. quòd c. ut debitus. loquitur in iudice ordinario appellationis, nō in delegato, qui propter obſeruātiam formæ reſcripti non cognoſceret, niſi de grauamine etiam iuſtificato, ſi non eſſet dicta clauſula. Imò plus vult Aegi. deci. ſeq. illud, quod, &c. quòd etiamſi ille conſenſu partium procederet ſuper toto, non iuſtificato grauamine, adhuc licet partibus redire ad iudicem à quo. Et pro hoc, quòd c. ut debitus. ponens totum negotium in manibus iudicis ad quem, conſtito de grauamine, non habeat locum in delegato, vide ſolemnes deciſiones alleg. per Phil. fol. prædicto, ad fi. ubi atteſtatur hanc eſſe communem * opin. licet aliqui contrà, cum quibus tranſit. Et tunc argu. non eſſet ſolutum, niſi reducas te ad dicta in c.j. ſ. eo. ver. declara duobus modis. videlicet, quod reſcriptū debet interpretari ſecūdum ius, per notata hic, etiamſi parum qd operetur. Operatur autem hic ſaltem monitionem, iuxta doctrinam Inno. in c. prudentiam. de offi. dele. quā dilataui, de re ind. cām. ¶ Veruntamen præcedentem reſponſionem firmo pro tutiori, quia in illo difficili pūcto de delegato ſimpliciter ſuper grauamine, an poſſit in euentum grauaminis cognoſcere de toto, urget me una cō una pro communiori opi. contra Phil. videlicet, quòd ſi ueniant ſub ſimplici commiſſione ea, quæ ad rem commiſſam neceſſariò attinent, c. præterea. de offic. deleg. non tamen ea, ſine quibus commiſſio expediri poteſt, licet non ita bene, ſeu ita facilè, & expedite, ut ſing. dicit Domi. poſt Ioan. Andr. in cap. ſolet. in prin. de ſenten. excom. in 6. licet aliter innuat Franc. Are. in cap. de teſtibus. de teſti. Et adde, quòd de ſtylo curiæ ſi eſt commiſſa auditori cauſa grauaminis cum toto negotio, etiamſi pronunciat malè appellatum, non reuertitur cauſa ad priorem iudicem. Ita dicitur in libello, qui dicitur ſtylus Romanæ curiæ, ſub rubrica de grauamine, licet hoc ſit contra ius, ut ibi dicitur, & ſic eſt ſtylus contra Aegi. ubi ſuprà.

Praeoczta ocelara Sex modis. ¶ Prima declaratio. In interpretādo reſcripto non attenditur narratio, ſed concluſio. Bald. in l. præſcriptione. ad fi. C. ſi contra ius. Alleg. Innoc. ī. eod. ſuper literis. & not. Nico. Myl. in reper. fol. 159. §. reſcripti verba declarantur. allegando But. de fo. compet. ex parte. ſ. no. ſicut etiam de libello dicit Bartol. in l. Aurelius. §. Sticho, ff. de lib. leg. cum concor. Facit, quod no. Abb. in c. 2. de treu. & pa. circa fi. Dixi in d. c. ſuper literis. ver. quarta concluſio, omnia obſtantia. ¶ Secunda declaratio. Reſcriptum recipit uires ex intellectu ſcribentis. Innoc. de except. cum eccleſiaſticæ. poſt med. ibi, ſed dices, quare. ſequitur Bald. in l. reſcripta. ibi, præterea contra dictos Doc. C. ſi contra ius. Et ibi ad fi. dicit, quòd forma mādati pendet ex mandante. Alleg. Imol. de offic. dele. ſi pro debilitate, quem etiam allegat Bald. in d. l. j. verſus fi. ff. de cōſtit. princ. Et dicit Bald. l. ex facto. in 4. no. ff. de vul. & pu. per illum text. in ver. voluntatem. quòd ſemper ad mentē reſcribentis eſt recurrendum. Et præſumitur talis fuiſſe mens, qualis eſſe debet. Et de his etiam per Mart. eod. ſil. mihi. 23. Bonæ memoriæ Pius II. ad fi. ¶ Tertia declaratio.
7 Etiam † reſcripta ad beneficia, interpretantur ſtrictè, [a] c. quamuis. lo j. de præb. in 6. adeo quòd Paul. de Caſtr. in l. non amplius. de leg. j. non fuit auſus firmare, quòd in literis ad beneficia, valor expreſſus intelligatur cum clauſula, Deductis oneribus, quod tamen eſt firmandum, ut dixi, ā. eod. ad aures. ī ī. concluſione. No. Bald. in l. j. ibi, pone, impetraui. C. de fru. & li. expen. & in l. ſed ſi hoc. §. quædam. ff. de condi. & demon. Similiter dicit Are. in d. c. quamuis. quòd ſi Papa ſcribit alicui prouideri cum clauſula, Si pro alijs non ſcripſerit, etiamſi pro uno ſolo ſcripſit, adimpleta eſt illa pluralitas propter odioſitatem literarum. Et hinc eſt, quòd licet aliàs in diſpoſitione reſtringibili in maiori ſumma ueniat minor, ut in ſententia arbitri, c. j. de arbi. in 6. quæ tamē eſt reſtringenda, ſicut poteſtas eius, de arbi. cum dilectus. tamen in iſtis literis ſecus, c. cui de non. de præbē. in 6. Similiter mandatum tale, quod alias de ſui natura cōſummari poteſt in pluribus ſubiectis, cōſummatur in iſtis ſolum in minori, c. ſi pluribus. §. j. de præben. in 6. Iſta adducit Card. conſil. 33. In hac dubia q. conſil. 105. Dominus noſter Papa. Et adde Nic. Myl. in repet. fol. 159. in princip. ubi ponit, quòd reſcripta beneficialia non debent extendi. Alleg. Ro. quæ hodie eſt de præben. 22. in nouis. ¶ Limita hæc, niſi literæ ad beneficia ſint fauorabiles, putà quando per ipſas reducitur res ad naturam ſuam, ut ſi dant epiſcopo facultatem conferendi beneficia propriæ diœceſis, quæ erāt reſeruata. Pet. de Anch. conſil. mihi. 125. ad excluſionē domini Nic. in fi. facit l. ſi unus. §. pactus. ff. de pac. cum ſi. Idem dic in literis beneficialibus proprio motu conceſſis *. Alb. de Roſ. in l. beneficium. ff. de conſtit. princip. Ad quod vide dicta ſ. eod. ad aures. ver. quinta concluſio. Idem dic in literis beneficialibus conceſſis alicui in remunerationem damni, quod habuit occaſione eccleſiæ, cui pro ipſo ſcribitur. Ludon. conſil. 328. Præſens conſultatio. Et ibi dicit alia ſigna cognoſcendi, huiuſmodi gratias eſſe quandoque fauorabiles, & benignè interpretandas. ¶ Idem limita ex verbis domini Car. in clemen. j. no. j. de re. permu. ubi dicit, quòd licet conceſſio facta in beneficialibus ad inſtantiam partis, debeat ſtrictè interpretari, d. cap. quamuis. tamen eſt illa latiſſimè interpretanda, per iſtum text. ¶ Item limita, ut in ſequenti declaratione. ¶ Quarta declaratio. Reſcri-
8 pta † ad lites ſunt ſtrictiùs interpretanda, quàm reſcripta ad beneficia eccleſiaſtica. Abbas infrà, eodem. capitulum. propter verba Ioan. Andreas ibi dicentis, quòd licet per lapſum anni conuincatur negligentia primi impetratoris, ſuprà, eodem. plerunque. tamen illud procedit in reſcri-

[a] *Strictè*] *Adde idem tenentē do. Socin. conſ. 169. incip. contra primum conſultationis articulum. verſ. ſubtilius ſtringo. in 2. parte.*

reſcriptis ad lites. Ideo non debet extendi ad literas beneficiales, quia non ſunt ita amarè interpretandæ, quod reputat ualde notabile. ¶ Conſidera mentem Card. d. conſi. 33. quæ uidetur eſſe, quòd in beneficialibus fiat interpretatio ualde ſtricta. Quinimo expreſſe dicit Butr. de uerb. ſignific. olim. in fi. quòd ſtrictior fit interpretatio in beneficialibus, quàm ad lites, per d. c. quamuis. Et ideo fortè dici poſſet, quòd dictum Ioan. Andr. in d. c. capitulum. probet, quòd difficiliùs expirent literæ ad beneficia: non autem, quòd non debeant ſtrictius interpretari. Et quòd difficilius expirent, eſt rationabile: quia maius eſt præiudicium perdere eas, quàm reſcripta ad lites. Quòd autem ſtrictius interpretentur, eſt etiam rationabile: quia ſunt odioſiores, d. c. quàmuis. Et licet difficilius expirent literæ beneficiales, poſtquã ſunt impetratæ, quia eſt ex eis ius quæſitum, tamẽ earum impetratio difficilior eſt. Patet, quia ſurreptio uitiat eas ipſo iure, non ſic reſcripta ad lites, ut traditur ĵ. eodem. ad audientiam. Cogitabis, quia nullus declarat. ¶ Quinta de-
9 claratio. Licet † reſcriptum debeat in dubio accommodari iuri communi, ut hic, tamen fallit, ubi apertè conſtat de contraria uoluntate Papæ. Bur. de offic. deleg. ex parte. lo 2. 6. not. & ĵ. oppoſ. & ſequitur Myl. in repertorio, in uerſicul. reſcriptum. ¶ Sexta declaratio. Licet reſcripta ad lites debeant interpretari ſtrictè, ut reducantur ad ius commune, ut hic, tamen fallit, ubi ſunt expreſſe cõtra ius commune, quia tunc debent latiſſimè interpretari, quantum patitur proprietas uerborum, & mens mandantis. Ita dicit Nicol. Myl. in d. reperto. fol. 259. in princip. alleg. Bal. in l. præſcriptione. ibi, modò his præmiſſis. C. ſi contra ius. & Ioã. An. de offic. deleg. cum olim. ſuper uer. indistct. Secus, ubi uerborum proprietas hoc non pateretur, per c. ſignificante. & c. Rodulphus. ĵ. eod. Sed hanc declarationem intelligerem ſecundum ea, quæ de priuilegio, uel de beneficio dicentur ĵ. quia ubi literæ ſunt contra ius, potius æquiparantur illis, quã reſcriptis. Gloſ. in uerſicul. noſcatur. in c. j. de conſtit. in 6. ¶ Sequitur ſecunda regula.

a INTERPRETATIO PRIVILEGII ᵃ Regulariter fit ſtrictiſſimè. Ioan. An. & Butr. de uerb. ſig. olim. per c. priuilegia. quibus. & idem not. Butr. & Imol. hic. Ex hoc eſt, quòd † priuilegium, quòd quis non poſſit conueniri in certo loco, intelligi per Apoſtolicas literas, ſecus, ſi ratione domicilij, uel contractus, uel delicti. Abb. de foro compet. dilecti. per c. j. in ſi. in coc. de priuileg. 6. Et idem dicit Bald. in l. nec auus. C. de emanc. lib. quòd ubi conceſſio reſpiciat ius principis, fit lata interpretatio, ſecus, ubi agitur de alterius iniuria. Et dicit Angel. conſil. 70. Viſis & ponderatis. quòd decretum ᵇ conceſſum à principe Iudæis, ut poſſint moraturi ſuper rebus alienis, intelligitur, quando ipſi ignorant eſſe alienas, ſecus, ſi ſciunt, & ideo tunc tenentur eas reſtituere, perdito pretio, per l. ſeruus. & ibi Bald. ff. de cond. ind. Et dicit Ana. poſt Car. in cap. ad petitionem. de acc. quòd ſi princeps concedit priuilegium uolens haberi pro infectis aliqua geſta, iuxta gloſſ. in clem. 1. in uerſi. pro infectis. de immu. eccle. intelligitur reſpectu partium, non reſpectu tertij. Facit c. ſuper eod. de offic. dele. & quòd not. Card. & Imol. in c. quia diligentia. de elec. Et dicit Abb. poſt Io. de Lig. in c. at ſi clerici. §. de adulterijs. de iudic. & Cald. de reſcript. conſil. 12. & Ioan. Andr. in capi. dudum. ĵ. in fi. de elect. quòd ſi Papa diſpẽſat cum clerico digno priuatione, non intelligitur tollere ius alteri conceſſum in caſu illius priuationis. Facit c. quamuis. de reſcript. in 6. & quod dixi in cap. inter quatuor. de ma. & obed. poſt Doc. in l. c. ſio. C. de ſeruo. paſ. de bãnito reſtituto ad bona, quod non recuperat uendita alteri. Et dicit Bald. poſt gloſſ. in leg. 2. C. de in ius uo. quòd generalis

a Interpretatio priuilegij] Adde tu, quòd priuilegium conceſſum per principem alicui contra ius commune, eſt ſtrictè interpretandum, & non ampliandum. Io. de Imol. in l. etiam. ff. ſolu. ma. Adde idem ſe. mentem do. Socin. conſil. 246. incip. Eleganter & ſubtiliter. uerſicul. primò, prout reſpondetur 1. par. mi & conſi. 266. incip. in cauſa, quæ uertitur. uerſicu. præterea facilius. circa medium in d. parte. Et an, & quando, & qualiter, debeat fieri interpretatio priuilegij, uide plenè per eum in 3o. fol. 260. incip. in cauſa mouetſis. uer. ſed ad hoc reſpondeo, quod aliquando, cum uerſ. ſeq. in d. parte.

b Decretum] Adde tu, quid ſi princeps concedit priuilegium Iudæis retinendi res furtiuas ſibi pigneratas, donec ſibi pretium reſtituatur, tale priuilegium non afficit clericos, nec ſtudentes: & ideo debent reſtituere perdito pretio, etiamſi ignorant ipſi Iudæi res furtiuas eſſe: Ita dicit Abb. in ca. quod clericis, de fo. com pe. in uerſicu. et hoc intellige. & ponderatur ampliatur, quod hic dicitur, quod non perpetuo.

remiſſio pœnæ indulta per principem, non intelligitur reſpectu pœnæ ſatisfactiuæ partis læſæ. Idem Dom. in c. antho ritate. de priuil. in 6. & in §. notandum. 2. q. 3. & Bald. in l. reſcripta. C. de preci. imp. offer. ¶ Et quæ dicuntur de præiudicio alterius, intelliguntur etiam de modico. Gloſſ. fi. in cap. cum olim. in uer. præiudicium. de conſue. & ibi Domi. guſtas eam ad ſtatuta. Et generaliter, quòd conceſſiones principis ſemper ita interpretentur, ut non noceant tertio, eſt text. in l. 2. §. meritò. ff. ne quid in loc. pub. gl. in cap. ad aures. in uerſic. intentionis. ĩ. eod. gloſſ. 1. in c. ecce. 99. diſtinctio. & in c. lege. in uer. diuiſiones. 10. diſtinct. & c. j. in uer. iuſtitiam. 12. diſtinct. & in c. conſtitutus. in uer. quocunque. de relig. do. & in c. monaſterium. in uerſic. dioceſis. de relig. do. & in c. ex multiplici. in uerſi. intentionis. de deci. & in c. expoſita. uerſic. in eo. de arb. & in c. dudum. ad fi. in uer. derogetur. de deci. & in c. audita. in uer. intelleximus. de reſtitu. ſpol. & in c. cùm in illis. & in gloſſ. penult. de præbend. in 6. text. in c. 2. de priuile. gloſſ. fi. in c. patentibus. eodem titu. & in c. dilecto. in uerſi. intentionis. de uerb. ſignifi. & gloſſ. fi. in c. paſtoralis. de priuile. & gloſſ. penult. in c. 2. de eccleſ. ædi. & gloſ. fi. in l. ratas. C. de reſcin. uendi. & gloſſ. antepenul. in c. ex tuarum. de auth. & uſu. pal. & glo. fi. in c. mandatum. ĵ. eo. Et procedunt hæc etiam, quando ſcribitur motu proprio. Abba. in c. j. uerſic. & mihi placet. de iud. poſt Cal. in c. mandatum. ĵ. eod. not. Hoſt. in c. cauſam. de teſti. cum concord. quæ dixi ibi, & aliquid ĩ. eod. ad aures. in 5. concluſione. & pleniùs ĩ. eod. extertum. uer. ſeptima reſtrictio. ¶ Et iſtis adde, quòd † priuilegium enormiter lædens eccleſiam, non ualet. Abb. in c. pe. de cle. non reſi. exclamans de hoc. Ad hoc optimum conſilium Pe. de Anch. 156. Viſo diligenter tenore. ubi præmiſſis doctrinis ad interpretationem conceſſionũ principis, impugnat quandam conceſſionem reſt. in integ. factam in præiudiciũ iuris quæſiti alteri ex cõceſſione Apoſtolica de bonis illius reſtituti. Vide ea, quæ dixi in d. c. inter quatuor. & ĩ. o͠ia nota. mirabile conſ. Ol. 268. Quæſtio eſt, utrum, ubi adeo puta, uiq; reſtringẽdum priuilegium alteri damnoſum, q; uoluit, ut priuilegium de non ſoluendis decimis de quibuſcunq; poſſeſſionibus, debeat intelligi de decimis, in quibus eccleſiæ nõ ſunt in quaſi poſſeſſione eas percipiendi, licet eis ſint debitæ, ſecus in decimis, quas percipiunt eccleſiæ actualiter: quia de illis non intelligitur priuilegiũ. Inducit multa, quæ ibi inſeruiũt ad mille occurrentias. Et in pleriſq; alijs conſilijs Ol. inuenies accõmodata ad has interpretationes, non allego ea, quia percipias ea te uidendo tabulam conſiliorum in rub. de priuil. quæ eſt admodũ plena. ¶ Dic etiã, quòd in priuilegijs fit ſtricta interpretatio, ut minus lædãt ius cõmune, quàm fieri poſsit, ut dixi in c. j. ĩ. eo. uer. ſecundò declara. Et ad hoc de præiudicio tertij ſeruiunt, quæ dicam paulò ĵ. in uer. non obſtante collatione alteri facta. Et licet ad hanc materiam inculcari poſſent ferè omnia ſcripta in titul. de priui. tamen ſufficiet hic fuiſſe plenè commemoratio aliquorum locorum, ſuper quib. collige breuiter quinq; declarationes, non multa, ſed multum comprehendentes.

¶ Prima declaratio. Vbi priuilegium non priuat legem communem, ſed priuatam, puta conſuetudinem, uel ſtatuta, & reducit l. priuatam ad ius cõe, tunc debet latè interpretari. Ita text. in d. c. olim. ſecundum intellectum Hoſt. & Io. An. ubi dicunt, q; ſtante conſuetudine eccleſiæ Florentinæ, quòd canonicus ĵ. certum tempus nõ habeat reditus, ante quàm habeantur groſſi prouentus, modò ſi cõceditur priuilegiũ, quòd alicui prouideatur, ſicut alijs reſidentibus, debet latiſſimè interpretari. De quo exclamat ibi But. dicens limitari omnia iura, quæ dicunt, priuilegia ſtrictè interpretanda, quæ uerum eſt, ſi priuant legem communem, ſecus, ſi priuatam. Et q; iſta reductio l. priuatæ ad l. cõmunem ſit fauorabilis, probaui multipliciter in præcedenti, cum omnes. & uide etiam dicta ĵ. eo. nonnulli. §. j. ¶ Secunda declaratio. Nõ debet, priuilegiũ adeo ſtrictè interpretari, quòd nihil ope-

retur. Imol. hic: allc. Ioan. Andr. in d. c. olim. & dixi in c. j. ĩ. eod. Imò dixit gloſſ. fi. in c. allegant. 26. q. 8. quod uerba generalia, quæ ponit princeps in ſuis priuilegijs, non debẽt tenaciter interpretari. Et ideo Bald. in l. ſæpe. in fi. ff. de offi. præſi. ſequitur gloſſ. j. ibi, in fi. quod ne reſcriptum reddatur inutile, ſit lata interpretatio. Sic etiam dicit Bald. in l. 2. 4. not. C. de legibus quod priuilegium principis non eſt obſcurè, neque abſurdè interpretandum, ſed ſanè & propriè, per l. ex facto. ff. de uul. & pu. Similiter dicit Ioan. Andr. in regula, indultum. in Mercu. quod priuilegium, ſeu conceſſio, ut quis recipiatur in monachum, debet intelligi, ſaluo iure anni probationis: ſed non licebit eum uoluntariè repellere. Et hoc modo minùs præiudicabitur iuri communi, & monaſterio, & gratia aliquid operabitur: quia ubi ad libitum poterat repelli, modò requiritur expreſſio cauſæ. Multa allegat, & eſt deciſio utilis ad alia. ¶ Ter-
12 tia † declaratio. Priuilegium, [a] quod ſapit beneficium, latiſſimè interpretatur. Ioan. Andr. & But. in d. c. olim. per l. beneficium. ff. de conſt. princip. Et dicit Bald. ibi. quod ſi princeps donat iuriſdictionẽ alicuius caſtri, uidetur donare omnem iuriſdictionem: & ſi donat ciuitatem, uidetur donare comitatum & diſtrictum, tam in mari, quàm in terra. Facit, quod nota. Innoc. de reſt. ſpol. cùm ad ſedem. & Bal. in l. j. §. in initio. ibi: ſed pone, princeps donauit mihi locum. ff. de offi. præf. urb. ¶ Similiter dixit Pet. de Anchar. de pœn. in quibuſdam. prout refert Andr. Sicul. ĩ.
13 eod. in rubr. quòd ſi † Papa concedit caſtrum Titio & filijs [b] ſuis, intelligitur etiam de nepotibus: quia largiſſimè interpretatur beneficium: ſecus in materia ſtricta, in qua nõ ueniunt nepotes, ut latiùs per eum. ¶ Similiter dicit Bartol. in l. ſi quando. in princ. C. de inoffic. teſt. quòd priuilegiũ concedens aliquid contra ius commune, ſtrictè interpretatur, ut ibi: ſecus in beneficio, putà quando imperator donat caſtrum, uel ſimilia. Et dicit Domi. in c. 2. de author. & uſu pal. quòd ubi non fit præiudicium alicui, fit lata interpretatio priuilegij & conceſſionis, per gloſſ. ibi. ¶ Similiter dicit Imol. in rubr. ff. ſol. mat. uerſi. decimotertiò. poteſt fortè dici pro concordia, quòd conceſſiones principum, quæ loquuntur de ciuibus, habent locum in comitatenſibus, ſed priuilegia odioſa non: de quo tamen uide Alex. ibi, ubi latiùs declarat, & Bald. in d. l. beneficium. Quòd ſi princeps concedit bona uacantia, uidetur concedere cum inſtrumentis & mancipijs, & omnibus pertinentijs eorum, ut l. ſi quando. C. de bonis uacantibus & ſic fit largiſſima interpretatio contra ipſum concedentem, non contra tertium. Alleg. Innocẽt. in c. dilecti. de donat. & quod not. Bartol. in l. j. circa finem, C. de iuris & fac. ignor. & in l. ſi quando. in princip. C. de inoffic. teſtam. & Cy. in l. j. in fi. C. de diuerſ. reſcript. Tu uide omnino Alb. de Roſ. in d. l. beneficium. ubi optimè inſiſtit, maximè in 4. & 5. colum. & in fi. Similiter Oldr. conſil. 300. Factum tale eſt: magiſtro militiæ, &c. Facit plures conſiderationes circa liberalitates principum latè interpretandas, iuxta c. j. & c. cùm dilecti. de donatione. Et de extenſionibus priuilegiorum ſimiliter dicit Ioan. Andr. in Specul. de iur. omn. iu. §. j. uerſic. quæ autem. in additione magna ibi, habeo cõſilium Dy. quòd cõceſſio imperialis facta uni monaſterio de omni iuriſdictione caſtri, includit etiam merum imperium, quòd eſt ſpecies iuriſdictionis: quia præiudicatur ſolum concedenti. Et idem dicit conſuluiſſe Oldr. & eſt conſilium, licet ipſe non dicat, 252. Ad quæſtionem, qua quæritur, &c. ubi
24 ſunt multa ad propoſitum. ¶ Similiter † dicit Rota de offic. tit. 7. in antiquis, & 2. in antiquioribus: & Domi. c. fi. in fi. de offic. uica. in 6. quòd mandatum datum uicario epiſcopi de conferendis beneficijs, comprehendit dignitates, & etiam curata: quia iſta larga interpretatio nocet ſolum concedenti. Facit, quòd not. Domi. in c. ſi propter. de reſcriptis in 6. & in c. ſicut. in fi. de præben. eodem lib. ¶ Limita hanc declarationem, niſi ſit beneficium ambitioſum, putà diſpenſatio ſuper pluralitate beneficiorum, uel habilitatio illegitimi, quia talia interpretantur ſtrictè. Ioan. Andr. But. Imol. & Dominic. in c. licet. de tranſ. epiſcop. bona gloſſ. in c. ordinarij. in uerbo, diſpenſationes. de offic. ord. in 6. cum qua tranſit ibi Dominic. & Abb. in c. Rodulphus. in 2. uer. ad ſecundum. infrà, eodem. licet æquiuocet allegando eam in c. ſi canonici. & facit ibi Abb. expreſſam differentiam inter priuilegia odioſa. Et ideo dicit Bartol. in l. ſi quando. in j. C. de bonis uacan. lib. 10. & Bald. in d. l. nec auus. quòd conceſſio, quæ eſt in præiudicium alterius, ſemper præſumitur obreptitia, niſi appareat de certa ſcientia principis. De quo dixi ĩ. in princip. huius regulæ. Similiter dicit Innoc. in c. quod dilectio. in ſua gloſſ. maiori, de conſang. & affi. quod regula c. cum dilecti. de donatione procedit in indulgentijs, quæ non ſunt contra ius, uel in alterius præiudicium, ſecus in diſpenſatione contra ius commune, quia eſt reſtringenda. Et referunt ibi communiter alij, maximè Abba. licet in intellectu illius textus, ipſe recedat ab Inno. ¶ Et adde Ioan. Andr. in capit. 2. ad fi. de immu. eccleſ. ubi eleganter probat duo. Primò, quòd priuilegia principum conceſſa proprio motu, ſeruanda ſunt, ſicut ſonant. Secundo, quòd ſecus, ſi per partem obtenta, quia ſtrictè interpretantur. Et ibi etiam Abbas, quorum dicta multum declarant hanc materiam. ¶ Pulchrè etiam ſcribit Domi.
15 12. diſtinct. nos conſuetudinem. quando † uerba diſpenſationum poſſunt capi largè. Item an & quando diſpenſatio poſſit trahi ad conſecutiua, & ex dictis ſuis facilè fierent duæ regulæ cum caſibus exceptuatis, uide ipſum cum concor. ſuis, & aliquid ponit Rot. de cle. non reſi. prima, in antiquioribus, & Benedic. de Peruſio conſil. 1. & dicetur ĩ. eod. poſtulaſti. ubi ordinabo dicta Domi. in d. c. nos. ¶ Limita etiam hanc tertiam declarationem in literis ad beneficia, ut in 3. declaratione præcedentis regulæ. ¶ Quarta decla-
16 ratio. Verba † priuilegiorum Papæ ſunt interpretanda ſecundum canones, non ſecundum leges. Bald. in d. l. ſi quando. Et facit, quod ipſe not. in l. ſi nondum. C. de ſur. & dixi ĩ. præcedenti, ex literis. a. not. An autem, & quando poſſint inferiores interpretari uerba priuilegiorum Papæ, uide text. cum ſua materia, de indic. cum ueniſſent. ¶ Quinta
17 declaratio. Priuilegium † generaliter indultum, non includit caſum contra temp. & ſi includeret, non ualeret. Bal. in l. libemus nullam. in princip. C. de ſac. ſan. eccleſ. per illum textum. Et hinc eſt, quòd ille, cui eſt præſtita à ciuitate immunitas, tenetur ad collectas, quæ imponuntur ratione guerræ. Dy. in l. ſi ex toto. in princip. ff. de leg. 3. & latè confirmat ibi Alexan. maximè per notata per Angel. in l. diuus. ff. de pet. hære. quicquid dicant Imol. & Paul. in d. l. ſi ex toto. Et adde Ludouicũ conſi. 436. Quod indultum Petri. ubi probat latè, quòd clauſulæ generales priuilegij in fauorem priuati, non derogant iuri publico. Et inducit inter alia Ioan. Andr. in Specul. de cenſi. §. nunc dicendum. in additione, per hanc l. &c. Plura etiam ponit Lud. in l. ſi uerò. §. de uiro. in 10. fallentia, ff. ſolu. matr. & dixi infrà, eodem. nonnulli. in 9. fallentia ſecundæ regulæ, extenſis pluribus fauoribus reip. Et iſta omnia hoc modo noui ter deducta quotidiè inſeruient. ¶ Quibus adde, quòd priuilegia ſunt latè interpretanda ſecundum qualitatem perſonæ. Bald. in leg. ex militari. per illum text. ff. de mil. teſt. dicens, quòd ſi conceſſum eſt alicui epiſcopo priuilegium, quòd poſſit celebrare tempore interdicti, intelligitur, quòd poſſit celebrare etiam in pontificalibus. Et dicit Innocen. in cap. paſtoralis. de dona. quòd ſi donationis de qua ibi, fuiſſet facta latior interpretatio, uidelicet quòd illa eccleſia eſſet ſibi ſubiecta, ſicut & aliæ eccleſiæ ſui archidiaconatus, ſumẽdo interpretationẽ priuilegij ex qualitate perſonæ, & facit, ſecundum Abb. ibi, c. fi. de off. arch. Et facit uulgaris l. plenum. §. equitij. ff. de uſu & habi. & quod ibi Bar. Et dicit ibi pulchrè Angel. quòd ſi teſtator legat lectum mulieri uiduæ, nõ uidetur legaſſe culcitram de ſerico, quia repugnãt honeſtati uiduali. Facit glo. in l. idemque. §. idem Labeo. ff. man. dicens, factorẽ dñi non poſſe capere ad uecturã equũ pro eundo rus, quãdo conditio ſuæ perſonæ nõ exigit hoc, ſecus, ſi exigat. Simile in ueſtibus fiendis ſecundum qualitatem

a Priuilegium] Adde, quod hoc eſt, quia priuilegium debet interpretari contra cõcedentem. Innoc. in c. cum dilecti. de donat. Bald. in l. nec auus. ff. de emanci. lib. Paul. de Caſ. in l. beneficium ff. de conſti. prin. ubi latiſſime per dom. Iaſ. May. præceptorem meum.

b Titio & filijs] Adde tu, q Bart. in l. quoties. C. de priuil. ſcholarium. in uer. no. fin. dixit, quod priuilegium conceſſum Titio & filijs ſuis maſculis & fœminis, extenditur ad filias fœminas uirgines, uel uiduas, non ad maritatas, quia dicitur de domo mariti. Idẽ tenet Ludoui. Ro. in l. j. ff. ad Velleianum.

tatem perſonæ, dicit text. in l. ſed etſi quid. §. j. ff. de uſuf. Et ibi Bald. dicit, quod Abbas ſumptuoſiorem cappam debet habere, quam monachus. Facit gloſſ. in l. ſeruus. ff. de leg. 3. & c. ſi quæſtiones, de ſimo. & gloſſ. ſing. in l. ſed ſi ſuſceperit. ff. de iudi. & text. ſingul. in c. unum orarium. §. criminis. 25. diſt. ubi cibaria debent dari pauperi non delicata, nec ſumptuoſa, & contra faciens peccat uenialiter. Et iſta alleg. And. Sic. in d. c. paſtoralis. Pro quo uide quæ dixi infra. eod. in noſtra. in 22. corollario. Et ad illud de conditione uiduali adde Bald. in l. j. ad fi. C. de legi. ubi dicit, quòd ſi teſtator mandat uxorem uiduam tractari, ut ab eo tractabatur, non habebit coopertam de ſerico. Sic etiam inquit Bald. in l. j. ad fi. C. de uerborum ſignific. quòd ſi teſtator mandat ueſtiri uiduam, intelligitur de ueſte uiduali, per d. c. equitij. Et quòd diſponens de perſona, tanquam certæ conditionis, uideatur reſpicere & approbare illam conditionem, facit pulchrè dictum Bal. in l. 2. §. quod obſeruari. C. de in. calum. quòd ſi patior te litigare cum curatore, & ſicut minorem, non audiat poſtea dicens te maiorem. Eeidem Salicet. in l. cùm te. ad fin. C. de proba. & facit, quòd ſtatim dicam de l. ſi duo. de acquir. hære. Ad hæc etiam, quòd not. Imol. in c. coram. de offic. deleg. dicens, quòd qui dat inſtrumenta ſua homini conſueto fungi officio procuratoris, uidetur eum facere procuratorem, per d. §. equitij. & ſequitur Alexand. in l. j. C. de procur. Sic etiam rei ſubiectæ qualitas præſtat uerbis ambiguis intellectum. Vnde ſi dico, Vendo tibi talem domum, uſque ad talem domum protentam, & dubitetur, an dictio Vſque ſtet incluſiuè, hoc declarabit rerum & pretij qualitas. Bart. in l. ſi patronus. §. j. ff. de leg. 3. & in l. ſemper in ſtipulationibus. ff. de regu. iur. & ibi eſt gloſſ. quod ſi uendo librum pro decem florenis, & non dixi, de florenis, hoc diſcernetur ex qualitate pretij & rerum. Et ſimile dicit Angel. in l. quicquid aſtringendæ. in princip. ff. de uerborum obligat. Similiter dixit Bald. in l. j. §. huius ſtudij. ad fi. ff. de iuſti. & iure. quòd licet tabellio ſit publica perſona in toto mundo, tamen id, quod facit iudice authorizante, nõ operatur ultra metam officij iudicis, quia actus denominatur ex qualitate perſonæ principalis. Et exemplifica, ut per eum ibi, & in l. non aliter. in fin. ff. de adop. Ad hæc Bald. in c. cum ueniſſent. de eo, qui mit. in poſſeſ. ubi dicit, quòd ſi rex facit mentionem de iure, intelligitur de iure regio. Vnde ſi rex Angliæ loquitur de iure, intelligitur de iure Anglicano. Sic & Bald. in l. ſi duo. ff. de acqui. hære. dixit per illum text. quòd qui facit aliquem actum, uidetur aſtringere ſe legi de illo loquenti. Vnde dicit ibi. Paul. quòd contrahens cum aliquo, præſumitur uelle ſequi illius conditionem. Vnde acceptans ciuilitatem, præſumitur ſe ſubijcere oneribus ciuibus imponendis. Facit c. recolentes. de ſtatu monach. ¶ Adde, quod notat Dominic. in c. ſi. ad fi. de præbend. in 6. poſt Rotam de conſtit. 3. in antiquis, & de conceſ. præbend. 12. in eiſdem, dum dicit late & pulchrè, quòd ſic teſtator ordinat, ut beneficium conferatur ab hebdomadarijs regentibus chorum, & ipſi conſueuerunt conferre beneficia ſpectantia ad collationem capituli uice & nomine capituli, uidetur dediſſe poteſtatem eis, non ut priuatis perſonis, ſed ut uicem capituli gerentibus. Ex quo ſequitur, quòd impetrans beneficium pertinens ad collationem capituli, habebit illud beneficium, tanquam ſpectans ad collationem capituli, & dixi ſuprà, eodem. cum tẽpore. Et adde etiam his ſimile, quod notat pulchrè Alexan. conſ. mihi 244. Viſis ſcripturis mihi tranſmiſſis. dũ allegat Paul. de Caſt. in d. l. ſi duo. Et de his ſatis pro

18 nunc, tanquam incidenter. ¶ De † interpretationibus a aliarum diſpoſitionum, putà atteſtationum, contractuum, [b] ſententiarum, [c] & ſimilium, tangunt hic Butri. & Imol. remiſſiuè, & uide Ludo. copioſiſſime in l. ſtipulatio iſta. §. ſtipulationibus. ff. de uerborum. obligat. & aliquid conſil. 444. & per gloſſ. & Ioan. Andr. in regula, contra eum. in Mercu. & quæ no. Bartol. in l. Ambitioſa. ff. de decre. ab or. fa. cum multis alijs concordantijs.

NON OBSTANTE Collatione alteri

19 facta, &c. ¶ Intelliguntur † iſta uerba de collatione inualida, non de ualida, ne alteri præiudicetur, de offic. deleg. ſuper eodem. & propter odioſitatem talium reſcriptorum, d. ca. quamuis. Ita Compoſt. Ioan. Andr. Bald. Butr. Imo. & Dominic. hic. Et ſi diceretur, quid operabitur dicta clauſula? reſpondet Imol. quòd operabitur, quod literæ non cenſebuntur ſurreptitiæ, quaſi non ſit facta mentio de collata poſſeſſione alterius. Eſſent enim ſurreptitiæ, ſi de hoc non fieret mentio, de conceſ. præbend. cum noſtris. Bene facit gloſſ. in c. pro illorum. in uerbo, contradictores. infrà, de præbend. dicens, quòd iſta clauſula Compeſcas contradictores, &c. intelligitur de contradicentibus de facto, non de iure. ¶ Ad idem gloſſ. in l. ſi ſeruus. §. ait prætor. in uerbo, non uideri. ff. de acquir. poſſeſ. per quam dixit Bald. in l. j. C. de his, quæ pœnæ nomine. & in l. j. C. de uſufruct. quod ſi teſtator prohibuit, ne uxor ſua moleſtetur, intelligitur de moleſtia facti. Sed bene poterit moleſtari de iure, putà petendo cautionem de utendo & fruendo uſufructu arbitrio boni uiri. Iſta pro Compoſt. allegat hic Andr. Sicul. ipſum ſequens. Addatis Dominic. in reper. c. poſtulaſti. infrà, eod. & in c. ſi poſtquam. ad fin. de præbend. in 6. & But. in reper. c. j. uerſi. tertius caſus. uerſicu. ſimiliter. tertia regula. de conſtit. in 6. & Nicol. Mylum in Repertorio, fol. 114. in princ. §. Papa ſi mandat. & Bartol. Cepo. in tracta. De ſer. ruſ. præd. fol. 20. uerſicul. item in conceſſione ſeruitutis. & Bellen. in c. 2. in princip. ne ſede uac. & Alexan. conſil. mihi 319. Viſo proceſſu cauſæ. & Imol. in c. dilectus. lo j. de præben. qui ſequitur dictum Compoſt. hic. Bene facit c. audita. de reſti. ſpolia. ubi probatur ſing. ſecundum Abb. ibi, penul. no. quod clauſula, Reuocetur in irritum omnia, non refertur ad legitime geſta. De quo facit teſtum Lud. conſil. 354. ¶ Similiter dicit Old. conſil. Quod proceſſus. ad

20 fin. quod † executores [d] non habent poteſtatem contra contradictorem, niſi indebite contradicat. Et quòd, qui nõ uult poſſeſſionem dimittere ſine cauſæ cognitione, non contradicit indebitè, allegat Hoſtien. & Archidiac. in capitu. quia cunctis. de conceſ. præbend. in 6. ubi idem notat Domin. in princ. ibi, ſed quid ſi plures. & Lud. conſil. 382. In cauſa præmiſſa. in princ. & Archid. in c. Ananias. §. ſi ergo. 17. quæſt. 3. allegando gl. in d. c. pro illorum. Similiter dicit Butr. de elect. in cauſis. nono notabili, quòd iſta uerba, Promitto habere ratum abſque aliqua contradictione, intelliguntur de iniuſta, per illum textum, & ſequitur ibi Dominicus. ¶ Similiter dicit Bartol. in l. j. §.

21 fi. ff. à quibus appel. non licet. quòd † reſcriptum, [e] uel ſtatutum, tollens appellationem,

a De interpretationibus] Adde ad iſta, quod ſtatutum diſponens omnes cauſas compromitti, limitatur, niſi quis habeat inſtrumenta, ſed aliud ſine liquidû. Vide Bart. in l. eleganter, in princ. ff. de condi. ind. & Bart. in ... ſtitutione C. &

ibi Bald. in fi. Et quomodo intelligatur tale ſtatutum, uide Angel. & Alexan. l. cum hi. §. ſi cum lis. ff. de tranſac. & adde Bar. in l. ambitioſa. ff. de decret. ab or. fac. in fin. uerſicu. circa hoc dico. Adde, quod quando fit interpretatio alicuius conceſſionis, uel diſpoſitionis, non debet fieri, ut ibi ſit aliquod uerbum ſine effectu, ſecundum do. Soci. cõſ. 32. incip. Et ex his, quæ ſuperius. uerſicul. quare ad comprehendendũ. in fin. in j. parte. Et adde, quod quotieſcunque agitur de interpretanda diſpoſitione alicuius teſtatoris, etiam circumſcripta iuris fictione, aut præſumptione iuris, aut de iure, ita quòd debeatur ex ſolum ſimplici coniectura, aut præſumptione, ſemper debet fieri in partem benigniorem. Vnde ſi aliquis poteſt eſſe ſpurius & legitimus, interpretatur, quod ſit legitimus, ut per præfatum do. Soc. cõſ. 23. incip. Circa prædictam conclusionem. uerſic. 18. cum uer. ſeq. in d. parte. Item adde, quod in ultimis uoluntatibus regulariter in dubijs fit interpretatio pro hærede contra fideicommiſſarium, ut per eum in conſ. 132. incip. Supra ſcripti inſignes. uer. quinimo conſidero. in d. parte.

b *Contractuum] Adde do. Soc. conſil. 15. incip. Viſis prædictis publicis inſtrumentis uerſic. quarto non probatur, ibi, & ideo in 3. parte.*

c *Sententiarum] Adde, quod interpretatio ſtrictior fit in ſententia, quam in tranſactione, quia tranſactio fit ex conſenſu partium, ideo latius extenditur, ſed iudicium redditur inuitum, ut per do. Soci. conſil. 28. incip. Proſequendo ordinem. in uerſ. ſi ergo hoc. in j. parte.*

d *Executores] Adde tu, quod contradictor citandus eſt. Ita Barto. in l. fin. C. de edicto diui Adri. tollen. Bald. in l. fin. C. qui admitti.*

e *Reſcriptum] Adde tu, quid ſi ſtatutum diceret, remouentur exceptionem*

ptionem contra inſtrumentum publicum, tamen admittitur exceptio, quod inſtrumentum non ſit publicum, & omnis exceptio ſimilis, quia quamuis loquatur lex uniuerſaliter, & negatiuè purè; quia dicat, nullus alius, uel ſtatutum dicat, nulla exceptio admittatur, niſi talis, tamē poterit admitti ſimilis, & non excluditur ſimilis exceptio, & ita cæteræ ſimiles non excluduntur. Glo. eſt in l. cognitio. ff. de offic. ciui. Facit gloſſ. in l. j. §. & parui. l. uerſic. nulla. ff. quod ui, aut clam. Ex qua Bart. ibi no. quòd ſi ſtatutum dicat, quod nulla alia exceptio poſſit opponi, poterunt tamen opponi ſimiles, ut ibi per eum, & per d. mi. Ant. in cap. cum quin. de reſti in. ſpol. Similiter in dictione Solus, gloſſ. eſt in le. cum notiſſimi. in prin. in uerſic. ſola. & ibi Bal. Angelus, C. de præſcriptione. 30. uel 40. an. Bald. in l. j. C. de bon. poſſ. contra tab. ubi inter cætera dicit, quod per iſta uerba, Solus epiſcopus, non excluditur capitulum eccleſiæ ſuæ, ſecundum Arch. in c. ij. de accuſ. in 6. Adde etiā text. in clemen. exiui. de uerb. ſignif. in uer. cum autem. qui formaliter dicit, quod natura termini reſtrictiui eſt, ſic excludere extrema, quemadmodum contra pertinentia ad ipſum includere.

Quem textum dicis aureum Ioan. de Ana. in conſil. 36. quod incipit, Viſum cophani. adde do. Ab. in c. licet. de elect.

tionem, uel exceptionem, intelligitur ſolum de iniuſta. Allegat c. ex parte. lo 2. de offic. delega. facit l. 1. §. & parui. cum glo. in uerbo, nulla iuſta. & ibi Barto. ff. quòd ui, aut clam. & leg. ita nobis cordi pudor. & ibi gloſſ. mag. & Salic. C. de adulter. intellige niſi daretur priuilegium cum clauſula, Non obſtante exceptione, ut per Imol. in le. fin. ff. à quibus appellare non licet. Et Alexan. in leg. 3. §. ſi is, pro quo. ff. quod quiſque iur. ubi ita ſaluat dictum Bald. ibi, ut priuilegium aliquid operetur: dixi ſuprà, eodem. c. j. & in ex parte. Sed quo ad appellationem, uide Scribentes in c. paſtoralis. in princip. de app. poſt Imol. in d. l. j. §. finali, ubi etiam uide Angel. Areti. multùm latè. Similiter dicit Ludo. conſil. 202. Allegationes do-
22 ctoris eximij, & c. quod † fideiuſſor promittens ſoluere liberè ſine aliqua exceptione, non intelligitur de iuſta: putà, de executione, ſeu principali dictione, per d. c. ex parte. & quia uerbum Liberè, non intelligitur excludere exceptionem, quæ uenit ex natura actus celebrati, l. quæro. §. inter locatorem. ff. locati. ubi pactum pœnale de nō expellendo conductorem, intelligitur, niſi ceſſauerit à penſione. Per quem textum dicit Bald. in l. j. C. de uſufru. & l. cum quid. ff. ſi cer. petat. quòd ſi promitto uſufructuario, quòd liberè eum permittam uti uſofructu, nullam quæſtionem controuerſiamve moturus, intelligitur, dum modò præſtet dictam cautionem: quia uenit ex natura contractus. Et quod agens ſecundum naturam contractus, non uideatur uenire contra contractum, uide multa per Bal. in l. ſi familiæ. C. fam. erc. & in l. quoniam in prioribus. uerſicul. ulterius opp. C. de inoffic. teſt. & Maria. in ca. querelam. ſecundo notabil. ne prælati uices ſuas. & Salic. conſil. In nomine, &c. in q. prædicta. & Bald. in l. qui ſe debere. ff. de cond. ob cau. in quibuſdam lecturis cum concor. de quibus alias. Similiter dicit Imol. in l. ſi paterfamiliàs, prope fi. ff. de hære. inſtitu. quòd ſi teſtator grauauit hæredem, ne moleſtet fideicommiſſarium, tamen poterit petere detractionem quartæ Trebellianicæ. Similiter dicit Ioan. de Imol. conſil. 29. & conſil. 138. quòd ſi quis petat rationem reddi, & reliqua reſtitui, non incidit in pœnam appoſitam à teſtatore prohibente, ne quis moleſtetur. Similiter dicit Pet. de Anchar. conſil. mihi 83. Omiſſo primo
23 dubio. quod † promittens defendere aliquem, intelligitur, quando iniuſtè opprimetur, ſecus, ſi iuſtè. Alleg. gloſſ. in d. ca. pro illorum. Et ſequitur Ana. de accuſat. olim. ad fi. & not. Abba. de priuileg. recepimus. Et ſi promitteret defendere de iure, & de facto, non ualeret promiſſio propter turpitudinem, ut in locis allegatis per Ana. in d. cap. olim. & per Alexand. poſt Ludo. in l. ſtipulatio iſta. in princ. ff. de uerborum oblig. ubi in uno uidetur diſcordare à Petr. de Anchar. de quo etiam audio, quod ponitur per Franc. Are. in d. l. ſi ſeruus. §. ait præt. ff. de acquir. poſ.
24 ¶ Quinimo † etiam prohibitus aliquid moleſtiæ inferre, poteſt moleſtare de iure. Ita probat gloſſ. in c. j. in uerbo, iuſe ratis. de ſta. mo. Similiter dixit Aegi. Belle. concluſio. Rotæ 698. Verba iſta. quòd iſta uerba, Sublata difficultate quacunque,

poſita in c. ſi beneficia. de præbend. in 6. intelliguntur de difficultate facti, non difficultate iuris, & quæ probabilem cauſam haberet. Similiter dixit Franc. Pauinus auditor Rotæ modernus in conſil. contra Iudæos, qui mactauerunt puerum Tridentinum, impreſſo poſt conſilia Oldr. 22. col. uer. non obſtant priuilegia. quod licet Iudæi adducerent quædam priuilegia, quibus prohibentur uexari, tamen intelligitur illud uerbum de uexatione calumnioſa, non de iuſta, & allegat plurimas concordantias, nullam tamen ex prædictis. ¶ Poſuit etiam quædam ex his Andr. Sic. in c. 1. de mut. pet. dicens per hæc ſe conſuluiſſe contra ſequeſtrū factum cuidam Ianuenſi ad inſtantiam ducis Burgundiæ, quòd non ualeret, quia fuit factum cōtra indultum unius principis, in quo dicebatur, quòd poſſet dictus mercator conducere merces in eius territorio abſque alicuius moleſtia. ¶ Hæc autem, & ſimilia, de quibus aliàs plenius, limita, niſi uerborum plenitudo, uel materia ſubiecta aliud inferant, per id quod dicit Ab. conſil. 44. Quidam dominus Anto. ubi dicit, quòd ſi dicatur de omni moleſtia, quæ fieret, uel fieri poſſet, intelligitur etiam de iure, argu. l. nepos. ff. de uerborum. ſignific. Similiter dicit Rota de reſtitu. ſpol. 18. Idem, ſi agenti. in noua, quòd ſi quis iuraſſet non moleſtare, nec inquietare ſuum ſpoliatorem beneficij, non poteſt moleſtare, nec inquietare, nec de facto, nec de iure. Sequitur But. in c. 2. de reſti. ſpol. & ibi Ab. prope fi. Similiter dicit Bal. in l. j. C. de nundi. quòd non poteſt quis moleſtari in nundinis, etiam moleſtia iuris, per illum text. in uerbo, moleſtiam. Similiter dixit Alex. conſ. mihi 11. circa primum
25 dubium. quòd ſi † princeps prohibet, quòd nullo modo aliquis moleſtet, intelligitur etiā de moleſtia iuris. Allegat. text. in authen. de fideiuſſ. in prin. ibi, moleſtum ſit. & d. l. j. & ibi Bal. & Bart. in l. Lucius. §. tres hæredes. ff. ad Trebel. Facit gloſ. in clemen. 1. in uerbo, nullo modo. de æta. & quali. Quando autem dicatur quis moleſtari, utrum per citationem, uel litis conteſtationem, dic, ut per Bartol. in l. amplius. ff. rem ra. ha. cum concord. Ad hæc etiam uide pulchrum & elegans conſil. Alexand. mihi 193. Viſo teſtamento Bartholomæi quondam Accurſij. alias eſt in ſecundo uolumine, lij. ubi conſuluit, quòd pœna appoſita per teſtatorem hæredi, ſi moleſtauerit uxorem in aliquibus bonis, incurritur pœna mouendo ei controuerſiam in iudicio. In dicit gloſſ. Bartol. & Imol. in leg. Lucius. §. tres hæredes. ff. ad Trebel. & Paul. conſil. 190. Antequam ueniam ad dubia. & multa alia. Et iſta omnia repone, tanquam hic primitùs coadunata. Nec inficior, quia pro concordia prædictorum magis quadrata opus eſſet maiori otio, quàm mihi concedatur à quotidianis lectionibus, in quibus ſequens ſtimulat præcedentem, & materia materiam abbreuiat, ut fiat proceſſus ab omnibus deſideratis. ¶ Conſidera duo circa dictum Compoſtel. Primò, quòd reſponſio Imol. ad illud obiectum, quòd non uideantur uerba operari, non uidetur ſufficiens, quando ultra collationem inualidam non eſſet ſecuta aliqua poſſeſſio, tunc enim adhuc uidentur dicta uerba nihil operari. ¶ Conſidera ſecundò, quod de collatione nulla non eſt opus facere mentionem: dixi ſuprà, eodem. ex tenore. Ergo ſi ſupplicans, uel concedens facit mentionem de collatione, uidetur cogitare de illa, quæ poſſet obſtare, & ſic de ualida: non autem de inualida, tanquam de ea, quæ non obſtat. ¶ Item non eſt opus coniecturari, quæ præſumatur mens loquentis, poſtquam expreſsè derogat alijs collationibus. Et ideo quando ultra primam collationem inualidam ſecuta eſſet poſſeſſio, bene procederet dictum Compoſt. aliàs autem in puncto iuris reputo ipſum pro dubitabili. Sed quia non habet contradictorem, quem uiderim, non eſſet ab eo recedendum in practica. Et huic motiuo reſpondebitur j. in fi. ibi, & dum ſ.

26 CLAVSVLA ANTEFERRE, Nō † præ-
a iudicat illis; quibus eſt ius quæſitum. [a] Compoſt. hic, dicens, de mandato Papæ ſe ita pronunciaſſe in cauſa Mediolanenſi. Tamen curia ſeruat, quòd præferuntur prioribus, quibus eſt ius quæſitum ad rem, non in re: & ſequuntur hic Ioan. Andr. Butrig. Imol. Dominic. & And. Sic. Adde Dominic. in d. c. poſtulaſti. ubi pro iſto ſtylo not.

a Ius quæſitum] Adde Bart. in epol. in tit. de ſer. ur. præ. c. de aquæductu. 3. q. Phil. & Alexan. conſilio. 34. 4. parte.

not. c. penult. de præbend. in 6. ubi expectans erat receptus in canonicum, per quam receptionem conſequitur ius ad rem, c. ſi clericus. de præbend. eodem. lib. & c. fi. de conceſſ. præbend. eodem. libr. & tamen illi recepto nocet clauſula Anteferri. ¶ Similiter Cal. in iſto tit. conſil. 8. ad fi. & Ludo. 256. Approbo ſententias. late probant, quòd clauſula, Dũmodò non ſit alteri ius quæſitum, præſeruat habentes iura in re, ſed derogat habentibus ius ad rem. Et multa allegant, de quibus per eos. Idem Domi. poſt Ioan. And. in d. c. fi. in fi. princ. Et dicit Card. conſi. 62. Caſus ſuper quo iuris conſilium petitur. in fi. quòd non dicitur ius quæſitum in beneficio per quæcunque facta citra collationem, etiamſi petitum ſit ab executore, ut conferat: per quam tamen petitionem dicitur acceptare, clemen. 1. §. ſecus. de conceſ. præben. Inducit ad hoc c. fi. in fi. de conceſ. præben. in 6. & no. Imol. poſt Card. in c. inter cætera. de præben. ¶ Sed Rota de præb. 16. in nouis, & de conceſ. præben. 23. ſi aliquis, in antiquis, uult, quod d. clauſula, Si non eſt alteri ius quæſitum, nihil operetur circa ius quæſitum per ſolam acceptationem expectantis: quia alia uice obtinebit ex eadem gratia: ſecus in iure quæſito ex electione, uel præſentatione: quia in totum & perpetuò eſſet excluſus, quod non præſumitur de mente Papæ. Idem not. Aegi. concluſione 167. per illa uerba, dicẽs, quòd per dicta uerba non conſeruatur ius ad rem, dum modò ſit quæſitum ex acceptatione, quia ita obtinuit obſeruatio palatij Apoſtolici, ſecus de iure ad rem alio modo quæſitum, puta electione, aut patroni præſentatione, quia illud nõ tollitur, ſed præſeruatur. Allegat Compoſt. hic. Ad idem uide Domi. in c. quàm ſit. §. 1. de elect. 106. ubi dicit per illũ text. quòd impetratio non faciens mentionem de electione alterius, non ualet, cum Papa non intendat tollere ius alterius, c. quamuis. de reſcript. in 6. Et pro prædicta differẽtia, uidelicet an ſit expectanti quæſitum ius ſolum acceptatione, & tunc collatio Papæ etiam ſequens tollat illud ius, an uerò ſit facta expectanti collatio, & tunc collatio, uel reſeruatio Papæ non tollat illud ius, etiamſi fiant eadem die, qua fuit facta collatio, uide, quæ dixi in c. capitulum. ſol. pe. uerſic. & de duabus collationibus factis eo. die, & c. 1. eo. Et ad hæc uide etiam Rotam de conceſſio. præben. 8. Vbi Innoc. in antiquioribus, ubi uidentur mirabiliter limitare prædicta, niſi gratia habens clauſulam Anteferri, fuiſſet impetrata, poſtquam primus iam acceptauerat uacans, quia licet ſecundo prouideatur, ante quàm prouideatur primo, tamen non ualet prouiſio facta ſecundo. Sed Rota ibi uoluit contrarium, exceptis tribus auditoribus, nota per dictum Ioan. And. hic ſuper gloſſ. fi. quòd ĩ. retuli. ¶ Conſidera duo. Primò, quod uerba Compoſ. & ſequacium hic bene probant ſimpliciter, quod etiam iuri ad rem non uideatur præiudicari, & iſtud limitabitur, niſi ſit quæſitum ex acceptatione, propter Rotam in dictis. poſtea ſubdit Compoſ. & alij, quòd in curia intelligitur eſſe derogatum iuri ad rẽ. Sed Rota in dictis locis uidetur præſupponere, quòd imo de ſtylo curiæ non ſit, prout dicit Compoſ. Ex quo firmat, quòd etiam de iure ad rem non ſit cogitatum, nec ei præiudicetur, niſi ſit ex acceptatione expectãtis. Et iſtud no. quia ualde quotidianum. ¶ Secundò conſidera, quòd ſi beneficium eſt iuris patronatus laicorum, non eſt neceſſaria hæc inueſtigatio, quia etiamſi laici nondum præſentaſſent, literæ Papæ non nocerent eis, ut per gloſſ. & firmius Dominic. in c. 2. de præben. in 6. & poſui in tractatu meo De importantia literarum Papæ, quo ad patronos. Procedunt autem iſta in patronatu eccleſiaſtico, uel ubi literæ Papæ derogarent patronatui laicali. ¶ Conſidera etiam in prædictis, quòd imò clauſula Anteferri, uidetur derogare iuri ad rem. Patet ex c. penul. in princip. de præbẽ. in 6. ubi iuri quæſito ex receptione derogatur. Et illum textum pro caſu notat Dominic. poſt Ioan. Andr. in d. c. fin. §. 1. eodem titul. & lib. Dicunt aliqui eſſe ſpeciale in clauſula Anteferri, ſecus in clauſula, Si non eſt alteri ius quæſitum. Et ita intelligunt deciſiones Rotæ præallegatas. Sed non guſto hanc differentiam, cùm nũquam præſumantur alteri præiudicare uerba reſcripti. Et fortè poſſet dici, dictas deciſiones procedere etiam, ubi eſt clauſula Anteferri. Non obſtat c. penul. præalleg. quia poteſt dici, quòd loquitur in iure quæſito ex receptione, quia tunc nocent dictæ clauſulæ. Nec mirum, qua qua ratione dicit Rota præallegata præiudicari acceptationi, ſcilicet quia non eſt pro alia uice excluſus, eadem ratione dicemus præiudicari receptioni. Et hoc nota. ¶ Caue etiam, quia illa ratio, quòd non ſit excluſus pro alia uice, eſt cauillabilis, cum gratia poſſit annihilari per reuocatorias generales, quas de expectatiuis facit Papa, maximè nouis, niſi dicas, quòd hoc dependens à cauſali motu principis non habetur in conſideratione. Innocent. in c. paſtoralis. in princip. de cauſ. poſ. cum ſi. Item in dicta clauſula, Si non eſt alteri ius quæſitum, dixi aliquid ĩ. eodem. ſuper literis. in quinta regula. Item de dicta clauſula Anteferri, poſui quinque nouas concluſiones infrà, eodem capitulo. uerſicul. de hac clauſula Anteferri. ¶ Vltimò uide Abb. de procura. ex inſinuatione. ubi allegat aliud notabile dictum poſt Compoſt. hic, quod ibi uide. ¶ Et dum dicit hic Butr.

27 in notabilibus per iſtum text. quòd † clauſula, Appellatione remota, operatur in incidentibus, ſicut in principali, dic, quòd iſtud procedit in caſu huius text. ubi commiſſio ſpecificat de incidentibus, aliàs autem dic contra Butrig. quòd ſi remouetur appellatio à diffinitiua, non eſt remota ab interlocutoria, nec econtrà, & idem de incidentibus. Sali. in l. ſi. C. de ſentẽ. Imol. in l. 1. ff. à quibus appellare non licet. Phil. in c. paſtoralis. in princip. in 1. quæſtione, de app. quia ex ſeparatis non infertur, l. ſi. ff. de calum. Et in reſcriptis odioſis non ſit extenſio etiam à maioritate rationis. Hoſt. ĩ. eod. poſtulaſti. & ibi dixi. Idem ſimpliciter remouetur appellatio à ſententia alicuius iudicis, quia intelligitur de diffinitiua tantum, cum appellatione ſententiæ non ueniat interlocutoria, gloſſ. in c. cum olim. de teſti. Et ita latè firmat Gul. de Co. in l. ſi ex cauſa. §. nunc uidendum. ff. de mino. quem ſequitur ibi Alb. poſt princ. ubi uide. Et tranſit etiam Bald. ibi inferens, ꝙ ſtatutum tollens appellationem intelligitur quo ad deciſionem totius litis, ſecus in interlocutoria, uel emergentibus. Idẽ Domi. in c. inquiſitionis. in prin. de hære. in 6. & pulchrè Phil. poſt iſtos in d. c. paſtoralis. in prin. in 6. q. limitans poſt Abb. Niſi ſtatutũ diceret, ꝙ à poteſtate, uel rectore, non poſſet appellari, quia intelligit de qualibet eius ſnia, argum. l. 1. de offic. præfe. præto. Et ita dicunt conſuluiſſe Bald. & illud conſilium commemorat etiam ipſe Bald. in d. l. 1. in princ. ff. de offic. præfec. præto. & Cardi. in c. ut debitus. prope. fi. de app. Sed ſi ſtatutum diceret, quod à ſententia poteſtatis non poſſet appellari, tũc

a intelligitur ſolum de diffinitiua, [a] ſecundum eum poſt Bal. Intellige, niſi ratio ſtatuti militaret etiam in interlocutoria, ſecundum Bene. de Plum. in l. etiam. §. abſens. ff. de minor. propter gloſſ. in clemen. 1. in uerbo, ſententiat. de re iudic. & ſequitur Alexand. in l. 1. ad fi. princip. ff. quod quiſque iur. Si tamen ſtatutum dicat, quod in certis cauſis non liceat appellare, includit etiam interlocutoriam. Philip. in c. interpoſita. §. ille. uerſicu. ſed certe. de appella. mordens uerba Bald. in d. §. nunc uidendum. Inducit Batt. in le. ſolent. ff. de ali. & cib. leg. Et pro dicto Bene. poteſt induci, quod nota. Bald. in l. 1. C. ſi de momen. poſ. quem propè referam. Ad idem conſi. Paul. 23. dum latè probat, ſtatutum Paduanum loquens de ſententia, habere locũ etiam in interlocutoria, ob omnimodam paritatem rationis. Et de hoc, quando appellatione ſententiæ ueniat interlocutoria, dixi aliàs latiùs in rub. ĩ. de re iudic. uer. ſcias enim. Et cum dicto Gul. in d. §. nunc tãquam mirabili, tranſit etiam Bal. in l. 1. C. de ſenten. licet Bald. ipſum reprobet in l. 1. C. ſi de momen. poſ. quia intelligitur remota appellatio ab omni eo, per quod peruenitur ad negocium principale, argum. l. oratio. ff. de ſpon. Quæ ratio poſſet procedere, quando eſſet per omnia eadem ratio in interlocutoria, ut dixi ſuprà. Et dum ſuprà dubitaui de dicto Compoſt. circa collationem inualidam, reſponde illi motiuo ex uerbis Imol. hic, quod ſemper Papa cogitat de poſſeſſione colorata, quando dicit Non obſtante collatione alteri facta. Vnde licet poſſeſſio non fuerit acquiſita & adepta, tamen animus ſuus non fuit circa infrin-

a De diffinitiua] Adde Flo. in l. prandie. §. notandum. ad l. Aquil. & Bald. in addi. ad Spec. in tit. de ſenten. uerſ. nomine ſententiæ. & Alexan. in l. 2. de appell. recip. & in ſuo conſil. l. in 2. parte, ubi loquitur ſingulariter. Et adde Ang. in reper. in uer. arbiter, ſi ex forma ſtatuti. ubi ſingul. & in l. ſi ſic. in princ. de leg. 1. & in l. ſtipulationes non diuiduntur. de uerb. oblig.

gendam collationem ualidam, ſed prouidere circa collationem, quam ſequuta eſſet poſſeſsio. Et uult Imol. quòd in caſu c. cum noſtris. de conceſ. præben. ſufficiat facere mentionem de collatione, etiamſi nihil dicatur de poſſeſsione, quod nota.

SVMMARIVM.

1 *Impetratio facta in eccleſia numerata, non ualet, non facta mentione de numero, ſi per eam frãgatur numerus canonicorum, & proceſſus inde factus eſt nullus. Iunge num. 2.*

3 *Statuta iurata non tolluntur per generalem derogationem ſtatutorum.*

4 *Papa ſi abſoluit aliquẽ à promiſsione iurata, non ualet, ſi non fuit facta mentio de iuramento. Taciturnitas iuramenti appoſiti in ſtatuto, pacto, uel in aliqua diſpoſitione, quando uitiat impetrationem.*

5 *Actus iuratus ſi concernit tantum reuerentiam Papæ adhibendã in actu, per generalem clauſulam tollitur iuramentum.*

6 *Item, ſi Papa prouideat de beneficio uacante in curia, uel de reſeruato, quia in talibus collationibus per generalem clauſulam derogationis tolluntur etiam ſtatuta iurata.*

7 *Item, ſi ultra clauſulam, Non obſtantibus ſtatutis, ſit etiam clauſula, Motu proprio.*

8 *Motus proprius non inducit diſpenſationem, quando obſtaculum eſt tale, quod exigat diſpenſationem.*

9 *Authoritas Papæ eſt excepta regulariter in iuramento. & nu. 15.*

10 *Beneficium manuale collatum per Papam, an efficiatur perpetuũ.*

11 *Sacerdos ſi fecit uotum, quòd nunquam iurabit, & poſtea compellitur ſe purgare, uel dicere ueritatem ſuper contractu, debet iurare.*

12 *Iudex ſi ex cauſa iuſta præcipit alicui, ne ſoluat, non incidit in pœnam appoſitam in pœnam ſolutionis meæ.*

13 *Papa nõ intelligitur nulla ati authoritate excepta, niſi exprimat.*

14 *Iuramentum de non petenda diſpenſatione, an ualeat.*

16 *Papa an poſsit diſpenſare, quod credatur teſti non iurato.*

17 *Papa quando ſunt duo contendentes de papatu, tunc nullius authoritas eſt excepta.*

18 *Papa qualem & quantam habet poteſtatem ſuper iuramento. Epiſcopus quando poſsit diſpenſare ſuper iuramentum. Vide remiſsiue poſt num. 18. uerſic. quando autem.*

19 *Dominium iurium capituli non eſt conceſſum capitulo, ſed ſola adminiſtratio.*

20 *Papa an poſsit dare licentiam clerico teſtandi de bonis acquiſitis intuitu eccleſiæ.*

21 *Surreptio opponenda contra reſcriptum, infra quantum tempus poſsit, uel debeat opponi. Derogatio generalis non extenditur ad confirmata per principẽ. Vide poſt nu. 21. uer. Conſidera tertio.*

22 *Papa ſi ſcribit de præbenda, uel eccleſia uacatura, nonne cum eccleſia uacans tempore datæ. An ſolo tempore reducatur taxatio numeri. Poſt num. 22. uerſic. domum ſcias.*

23 *Conſuetudo, quod epiſcopus poſsit creare canonicum pro ſuo iucundo aduentu, ualet, etiamſi numerus ſit taxatus.*

24 *Statuta taxantia numerum in præiudicium expectantium, an ualeant.*

CAPITVLVM XIX.

1 CONSTITVTVS. ¶ Non † ualet impetratio facta in eccleſia numerata, nõ facta mentione de numero, ſi per eam frangatur numerus canonicorum, licet non frangatur numerus præbendarum, & proceſſus inde factus nullus eſt. H. D. ¶ In quantum ponit Abba. cui incũbat onus probandi, an impetranti, an uerò opponenti quando agitur de ſurreptione reſcripti, & ſequitur concluſionem Ioan. And. in c. j. de li. conteſt. in 6. & cum eo tranſit hic And. Sic. adde Imol. j. eo. ſuper literis. ubi ſolus latè proſequitur hoc concludens duos caſus. Primus, in reſcriptis ad lites, & tunc ſi exceptio reſpicit merita cauſæ, ſiue opponatur in uim dilatoriæ, ſiue peremptoriæ, opponens habet probare. Et idem, ſi opponitur dilatoria, non afficiens principale negocium, puta, excommunicatio impetrantis, uel taciturnitas primi reſcripti, uel quod de conſenſu partium, quia in iſtis reus in exceptione fit actor. ¶ Secundus caſus eſt, in literis ad beneficia, & tunc ſi quis excipit, quod impetrator expreſſit falſum, habet impetrans probare narrata, quia excipiens negat, ſicut etiam debitor negat pecuniam fuiſſe numeratam, l. 3. C. de non nu. pe. ¶ Si uerò excipitur, quòd tacuit uerum, tunc excipiens habet probare, quia allegat dolum impetrantis. Ergo ipſum habet probare, c. e. de renunciat. in 6. l. quoties. §. qui dolo. ff. de proba. Tamen omni caſu uolenti probare mos geritur, per c. ſuper hoc. de renun. ſecundum ipſum latius. ¶ Adde etiam Cal. de prob. conſil. 10. ubi in propoſito ponit plures clarar doctrinas, ſubdens inter aliàs, quod ubi ſimpliciter dicitur, non eſſe uera narrata, tunc ille probet ueritatem, uel falſitatem, in cuius intentione uenit ueritas, uel falſitas narratorum, niſi intentio ſua iuuetur præſumptione iuris, uel facti natura, uel qualitate. Et ſubdit, quòd dicens beneficium eſſe tenue & reditus diminutos, habet onus probãdi. In quo ultimo uide etiam Ang. conſ. mihi 270. Bonifacius. ad fi. quia ſecundũ eum non præſumit patrimonium diminutum, niſi probet. Ad hoc dicit ſpecialiter eſſe caſum expreſſum in authen. de æquali. do. ibi, & probet à patre fortuitum damnum. & idẽ Card. in c. fi. de præſump. quod bene no. propter quoddam conſil. Alex. quod allegaui ſ. eo. ad aures. ad fi. dum uoluit, quod teſtes deponentes de ualore, debeant probare de ualore tempore impetrationis, & non ſufficiat dicere de ualore hodierno. ¶ Adde etiam Abba. in d. c. fin. de præſump. ubi ſequitur dicta Ioan. Andr. Abba. in d. c. j. quem etiam latè ſequitur ibi Domi. ¶ Et addit Innoc. in c. ex parte. lo j. poſt princ. de priuil. ubi dicit, quòd quando conſtat de re, cuius cauſa, uel demonſtratio dicit, non eſt opus probare demonſtrationem, niſi eſſent talia, ſine quib. literas non habuiſſet. Et ſequuntur multi, quos dixi ſ. eod. c. 2. uer. fallit tertiò. & uide omnino Old. conſil. 256. Clemens epiſcopus. ubi latè probat, quòd qui obtinuit diſpenſationem, allegãdo certas cauſas, tenetur probare eas. Et idem Abb. in c. quia circa. ad fi. de conſan. & affi. ¶ De materia ponit etiam Ioan. Andr. in Spe. de clan. deſponſ. in ſubtic. Et Spec. de excep. §. nunc uidendum ibi, licet autem ſecundum præmiſſa. & Ab. in c. ſi clericus. de for. compe. Et ibi ponit, an ſufficiat probatio ſummaria in iſto iudicio, quod fit ante lit. conteſta. & concludit, quòd non, cõtra But. ibi, de quo per Bar. in l. præſcriptione. C. ſi contra ius. ¶ De multis alijs caſibus plerunq; dubitatur, cui incumbat probatio, & aliquos ponit Lud. in l. in illa. ff. de uerb. oblig. in quo habes conſiderare, quando pro aliquo ſit præſumptio, & tunc non tenetur probare. Et qui ſint iſti caſus, in quibus præſumitur, uide multos per Bart. in tractatu de præſumpt. & per Nic. Mylum in uerbo, præſumitur. & Ludo. in l. ſciendum. de uerb. obligat. & dixi aliàs per plures remiſsiones in ca. 3. de proba. quærendo de pluribus q. cui incumbat onus probandi. ¶ Circa intellectũ glo. primæ conclude, quòd ſi canonicatus uacaſſet de præſenti, uel Papa mandaſſet prouideri de primo uacaturo, nõ haberet locum iſta text. quia non frangeretur numerus. Et in hoc concordant omnes contra Compoſ. Et dicit Ioan. Andr. hic, quòd de numero præbendarum tacitè fuit facta mentio, in quantum Papa mandauit prouideri de proximè uacatura, cùm in eccleſia non numerata non ſit dare uacationem præbendæ, c. dilecto. de præb. & c. ex parte Aſtanſis. de conceſ. præben. non tamen per hoc eſt facta mentio numeri canonicorum, quia poteſt eſſe numerata utroque modò, & etiam quilibet eorum tantum. Diceretur autem fieri mentio de utroque, quando mandaret prouideri certo canonicorum numero, non obſtante mandato, conferri primam uacaturam, ſecundum omnes hic. Et caue, quia ſi fuiſſet facta mentio de numero canonicorum, & non de iuramẽto, non ſufficeret, ut j. dicetur. Tacuit ergo hic duo, numerum ſcilicet, & iuramentum, & quælibet pars nocuit. ¶ Dum
2 autem dicunt omnes, quòd † impetrans cum derogatione numeri, licet eccleſia non ſit numerata non impetrat nulliter, per iſtum text. ubi fuit facta mentio numeri præbendarum tacitè. Et ſi ſtatutum non præceſſiſſet literas, iſte obtinuiſſet. Profectò iſta inductio poteſt ſic euitari, quia non dicerat de utroque numero, & poſſibile eſt, quòd hic eſſet taxatus numerus præbendarum ante literas, & non canonicorum. Vnde non patet clarè, quòd eccleſia non eſſet in totum non numerata. Tamen concluſio eſt uera, ut latè per gl. magnam in c. ſi de conceſ. præben. in 6. quæ eſt multum not. ſecundum Bal. in c. Cumana. de elect. Non enim apponitur clauſula ad reſtringendum, ſed ut addat robur, ſecundum eum. adducunt etiam pro ea Docto. aliam rationem,

quia ſi Papa intēdit prouidere in eccleſia numerata, fortiùs in non numerata, licet Imol. in d.c.ſi. teneat contrarium: quia in talibus non arguitur à fortiori, c.cui de nō. de præben.in 6. Sed dicit Dom.in d.ca. ſin.hic eſſe caſum pro illa gloſſ. quæ tamen per iſtum tex.limitatur hoc modo. quia ſi numerus nō erat determinatus, nec tēpore impetrationis, nec tempore receptionis, tunc ſtatim recipietur in canonicum, & habebit portionem, ſicut alij, niſi obſtet exceptio paupertatis, ut dicit ibi glo. Sed ſi tempore impetrationis non eſt numerus determinatus, & tempore receptionis eſt determinatus, ualebit impetratio, ſed nō recipietur ſtatim, ſed expectabit proximo uacaturam. Non reſpondent iſti ad dictum c.cui de non.ſed patebit reſponſio ex dicendis.j. c. proxi. quòd ibi fuit expreſſa qualitas cauſa taxationis, uel limitationis: & tunc non arguitur à maiori: ſecus, ſi cauſa demonſtrationis, & non exprimitur hic numerus cauſa taxationis. ¶ Adde etiam iſtis Lapum alleg. 14. ubi uult, quòd ſi mandatur prouideri de canonicatu & præbenda, cùm uacauerit, licet non ſit numerus præbendarum, & ſecundum unam opinionem de præbenda prouideri non poſſit, tamen prouidebitur de canonicatu, & alia uice habebit portiones. Nec eſt reſcriptum ſurreptitium, in quantum dicit de uacatura: quia potiùs habet defectum incluſionis, ſicut ſi impetrarem, ut prouideret mihi in aliqua eccleſiarum diœceſis, non uenit cathedralis, non uitio ſurreptionis, ſed quia nō includitur, c.quamuis.In t.de præben. in 6.

3 STATVTA IVRATA Non † tolluntur per generalem derogationem ſtatutorum. Hanc regulam probat notabiliter iſte tex.& firmat gl.in c.cùm non deceat.de elect. in 6.ad fin.& facit gloſſ.in clement. dudum.in uerbo, pacta. de ſepul. dicens, quòd diſpoſitio tollens[a] pacta, non tollit pacta confirmata. Quas glo.notat Lu. ſingul. 8. Et dicunt Bu. Abb.& Imo. in c. 1.de his, quæ fiunt à maiori parte c.quod non eſt uerisimile, quòd ſuperior tollens ſtatuta, cogitet de ſtatutis iuratis. Et de illis glo. facit ſolennem mentionem Alex. conſil. mihi 202. Viſa petitione Antonij de Roma. ubi ſemper uidetur & in aliò conſilio, quod allegaui in c.nonnullis.in prin.uer.decima conluſio.j. eo. ¶ Similiter dicit Pe. de Anc. conſil. mihi 308. Niſi legibus & canonibus, &c: quòd † conceſſio Papæ abſoluēs aliquem à promiſſione, quam fecerat per pactum iuratum, non ualet, ſi non fuit facta mentio iuramenti. Et multa ad hoc 4 inducit. Similiter dicit Lu.conſi.380. Circa primam. quòd taciturnitas iuramenti inducit gratiæ ſurreptionem, per tex.apertum hic. Et licet loquatur de iuramento tertij, & tacet impetrans, nihilo minùs idem à fortiori de iuramento ipſius impetrantis. Allegat gloſſ.in uerbo, ſiorta.in c.1.de litis conteſt.106. iuncto tex. ibi. Similiter Alex. conſi. mihi 345. Viſis his, quæ narrantur.in ſi.dicit, quòd ſaluus conductus datus, ne quis poſſit conueniri uſq; ad tempus, nō extenditur ad debitum iuratum: quia taciturnitas talis iuramenti reddit impetrationem nullam. Dicit eſſe tex. optimum hic, & facere glo.in d.c.cùm non deceat. cum qua, ſecundum eam, concordat Ange.in l.3.§.quæ onerandæ.ff. qua ter.actio non da.& Doc.maximè Imo. in c. dilecto. de præben.& Cy.& Sal.in l.ſin.C.ſi contra ius. Potiſſimè cùm ſaluus conductus conceſſus præſumatur in dubio ad poſtulationem partis, & non motu proprio, c. ſi motu. in ſin. de præb.in 6.& l.3.C.de pe.bo.ſub.lib. 10.ſecundum eum, qui in iſtis uerbis uidetur ſentire limitationem, de qua j. in 4. limitatione. Sed de ueritate iſtius conſilij Alex.dicetur j. in 4.limitatione.

AMPLIA HAEC, Etiamſi ſtatutū non eſſet iuratum à collegio, ſed ſolò ab impetrāte. Ro.de iureiu.prima, Inouis. ¶ In quo excipiunt tres caſus. Primus, ubi gratia ſit motu proprio. Sed in hoc dic, ut dicetur in quarta limitatione. ¶ Secundus, niſi ex cauſa rationabili & ſuperueniente impetraſſet: quia in quolibet iuramēto intelligitur, ſi res in eodem ſtatu permanſerit, c.quemadmodum. de iureiur. Bene facit c.a. de renun.cum concor.quæ ibi dixi. ¶ Tertiò excipiunt caſum, quando ipſe non iurauit ſeruare contenta in ſtatuto, ſed ſtatuta in genere: quia cum cauſa & ſine cauſa poteſt impetrare contra eum: quia non eſt uerisimile, quòd uoluerit ſe in tantum arctare, quòd nunquam contra illa ſtatuta impetraret. ¶ Hoc ultimum reprobat Domi. in c. ſi. his.in ſi. 15.diſt. quia ex quo iurauit non uenire contra ſtatuta, & poſtea impetrat aliquid, quod ſit contra ſtatuta, certè uenit contra iuramentum, niſi faceret ex cauſa noua. Nec eſt uerum, quòd ſtetur interpretationi ipſius iurantis, ſed potiùs ſtatur communi opinioni hominum, c.ueniens. cū ibi notatis, de iureiur. Sed ex quo iurauit ſeruare, uerisimile eſt, quòd excluſerit etiam impetrationem. Si enim geſſiſſet tunc in corde impetrare contrarium, feciſſet contra uim iuramenti, in quo debet adeſſe conformitas cordis & oris: de iureiu.& ſi Chriſtus.ſecundū eum. Pro quo bene facit lex, ſi quis maior. C.de tranſact. ubi promittens nō contrauenire, intelligitur etiam cum authoritate ſuperioris.

LIMITA PRAEDICTA Nouiſſimè quinque modis nullibi adunatis. ¶ Primò, niſi † actus iurauit con- 5 cerneret ſolùm reuerentiā Papæ adhibendam in actu: quia adhibita reuerentia ſatisfit iuramento etiam tacito. Ita probat deciſio Io. An.in c. ut ſuper.ſup uerbo, cōcedimus. de rebus eccleſ.non alie.ubi dicit, quòd ſi prælatus iurauit nō alienare inconſulto Romano pontifice, & impetrauit à Papa licentiam, non facta mentione de iuramento, ualet impetratio, quia non uenit contra iuramentum. Et ſequitur Bald.in c. 1.ſuper uerbo, antiquitùs. qui feu. dare non poſ. & hic. Et ſubdit Ioan. An.ibi: idem, ſi non iurauit alienare ſine licentia Titij: quia ſatisfit iuramento, habita licentia Titij. Secus, ſi iuraſſet non alienare ſine licentia Metropolitani: tunc enim, ſi peteret à Papa licentiam, facienda eſt mentio illius iuramenti, ſecundum eum. ¶ Limita ſecundò, Niſi reuocarentur ſtatuta per uiam legis: quia tunc tolluntur etiam iurata, ſecundum Domi. in d.c. cùm non deceat. quia iuramentum nō extenditur ad iſtum caſum, arg. c.uenerabilem. in ſin. de elect. Niſi iuramentum fuiſſet præſtitum ſeparatim de ſeruandis contentis in ſtatutis: quia tunc etiam in l. contraria non ſufficit fieri mentionem de ſtatutis, niſi & de iuramento. Et in hoc concordant omnes ſecundum Domi. Non obſt. licet ipſe non dicat, c. 1. de conſti. in 6. ubi ſufficit mentio ſtatuti: quia iuramentum præſtitum ſuper contentis in ſtatuto, uidetur uinculum de perfectione autem, ut acceſſorium ad ſtatutum. ¶ Limita tertiò,
6 Niſi † Papa prouideat de beneficio uacante apud ſedē Apoſtolicam, uel de reſeruato: quia in talibus collationibus generalis derogatio ſtatutorum extenditur etiam ad iurata Rota de reſcrip. 12. Nota, ſi aliquod. in antiquis: & ita dicit tenere auditores ſacri palatij remittētes ad allegata, ſecūdū Ioan. An.in cap.cum aliquibus. de reſcrip.in 6. Plus uoluit Car. conſi. 27. incip. In Dei, & c.in cauſa & quæſtione. quòd clauſula, Non obſtantibus quibuſcunque in contrarium facientibus, tollit tranſactionem iuratam, per d.c.cum aliquibus. quod dictum eſt contra prædicta, & non probatur ibi: imo potiùs probatur ibi contrarium, dum ſit mentio de iuramento. Et ad hanc limitationem faciunt dicta Alber.de Roſ. prima parte ſtatu. quæſt. 147. ſtatuto alicuius eccleſiæ.
7 ¶ Limita quartò, Niſi † ultra clauſulam, Non obſtantibus ſtatutis, ſit etiam clauſula, Motu proprio. Dom. poſt Lap. c. 1. de ſi. presby. in 6. quia talis clauſula uiuificat formam literarum, & perſonam impetrantem. Et quia tunc non uidetur haberi reſpectus ad impetrantem, uel ad ipſius ambitionem, ſed ad ſcribentem, qui non arctatur legibus: ideo ſufficit, qualitercunque ſciatur eius intentio: quæ ſatis patet, quando motu proprio ſcribit per clauſulam generalem Non obſtantibus. ¶ Obſtant duo. Primò, quòd motus proprius non ampliat gratiam ultra intentionem concedentis, ſed tollit ſurreptionem tantùm, ut notatur in c.ſi motu. de præben.in 6.dixi ſ.eo.ad aures. 5. concl. Reſpondent Imo. & Dom.in d.c.1. quòd illud procedit, quando obſtantia impetranti ſunt inducta à iure communi: ſecus, quando ſurgunt à ſtatuto eccleſiæ: quia ſufficit tunc clauſula generalis Non obſtante ſtatuto, ut no. Ioan. An.in c.ei, cui. ſuper glo. s.de præb.in 6. ſecundum eos. ¶ Quibus adde latiùs Dom. in d.c.ei, cui. ubi poſt Lapum & Ioan.de Fantuſ. uidetur tādem concludere, quòd ſiue ſit obſtaculum iuris communis, ſiue ſtatuti, clauſula Motu proprio, operetur hoc, quòd non poteſt opponi ſurreptio ex taciturnitate talis obſtaculi: & ſic

[a] *Diſpoſitio tollens] Adde tu, quòd iſta gl. probans, quod pacta prima iurata, per nouiſſima non tolluntur: & ſic l. pacta nouiſſima. C.de pact. non habet locum in pacto iurato: & ſic multum facit iſta gl.ad l.illam ſic reſtringēdam: quod nos.*

8 ſic euitatur iſte tex. Sed † ſi illud obſtaculum eſt tale, quòd exigat diſpenſationem, tunc motus proprius non inducit hanc diſpenſationem, per c. non poteſt. 2. reſponſ. de præb. in 6. Propter quod uidetur in propoſito remanere uera dicta limitatio, cùm non ſit opus alia diſpenſatione remoto obſtaculo ſtatuti iurati. ¶ Obſtat ſecundò deciſio Imo. hic .10.col.uerſi.per prædicta etiam.dum dicit, quòd reſcriptū conceſſum motu proprio non derogat ſtatutis, niſi de his faciat mentionem: quia motus proprius non operatur contra intentionem ſcribentis. Et cum eo concordat hic Dom. contra But. hic: quia ſi Papa ſciuiſſet ſtatutū, fortè non ſcripſiſſet contra illud, non facta eius mentione, arg. c. 1. de conſti. in 6. Poteſt dici quòd Imo. & Dom. hic loquuntur, ubi eſt ſolùm clauſula Motu proprio: quia per illam ſolam non cognoſcitur, ꝙ princeps uelit derogare ſtatutis. Sed Imo. & Dom. in d.c.1. loquuntur, quando eſt etiam clauſula Non obſtantibus: quia magis apertus mens ſcribentis, & tollit ſtatuta etiam iurata: ex quo uult, quòd nihil obſtet, & uetiſimiliter creditur, quòd notitia iuramenti non retardaſſet proprium motum: quod no. licet iſti non conſiderauerint iſtas ſua uarietates. ¶ Limita quintò prædicta, & etiam iſtū tex. ut habeant locum, quando non poteſt prouideri impetranti, quin frangatur conſuetudo, uel ſtatutum eccleſiæ, prout erat hic: ſecus, ſi poteſt prouideri abſq; eo, quòd frangatur conſuetudo eccleſiæ. Ita Dom. poſt Imo. in c. fin. §. fi. ibi, ultimò oppono. de conſue. in 6. & retulit ſ. eo. c. 1. uerſi. reſtringitur tripliciter. ¶ Cōſidera duo. Primò, quòd ex hoc poteſt dubitari de conſi. Alex. præallegato: quia tacere iuramentum in illo ſaluo conducto, non infringebat uim iuramenti, quo ad robur contractus: quia poſt illud tempus nō deſinit contractus eſſe iuratus. Bene fateor, quòd ſi fuiſſet iuratum ſoluere ad certum tempus, ſaluus conductus elongaret illud tempus, tacito de iuramento, non ualeret impetratio: quia iuramentum continet duo, ſ. de ſoluendo, item de ſoluēdo in termino: & ſublato uno remanet reliquum, arg. c. cùm dilecti: de do. & contu. Tamen iſta elongatione termini eneruatur uirtus iuramēti. Vnde impetratio eſt ſubreptitia. Sed ſecus, ubi contractus eſt ſimpliciter iuratus, prout in caſu dicti conſilij. Et ſic in elongatione termini, id eſt, in dilatione data uiribus iuramenti ſit opus eius mentione: quia princeps non præſumitur nocere alicui etiā nocumento ſolùm dilatiuo, ut dixi in c. in noſtra. 27. corollario, ſ. eo. poſt Dom. in c. poſtulaſti. ſ. eo. in reper. Eſt tamen aliquando minus Differre, quàm Tollere uim iuramenti. Vnde ſecundum non poteſt princeps hoc cauſa, ſed bene primum, ut dicetur ſ. uer. generaliter. ibi, exceptis duobus caſibus. Et ꝙ non ualeat reſcriptū dās ulteriorē dilationē ſuper debito iurato [a], & promiſſo certo tempore, Sal. poſt Iac. de Are. & Cy. in l. fin. C. ſi contra ius, uel uti. publ. Vbi uide. ¶ Conſidera ſecundò quòd Imo. & Dom. in d.c.ſi. nō dicūt expreſſè, ꝙ illa limitatio intelligatur, etſi ſtatutum eſt iuratum, ſed ſimpliciter, ꝙ ubi impetratio non infringit ſtatutum, eius taciturnitas non uitiat. Vnde quādo materia, ſuper qua impetratur, eſt iurata, fortè debet tādem ſic diſtingui, quòd aut uirtus iuramēti ſolùm pro parte tollitur, licet non in totum, & eius taciturnitas uitiat. Patet clarè ex dicto Ioan. An. & aliorū in d.c.1. de fil. presb. in 6. Nam impetratio, de qua loquuntur, eneruabat iuramētum pro illa uice tantùm: & tamen eſt ſurreptitia. Et idem in caſu dicti ſalui conductus quando omnia contenta in contracta erant iurata, & reſpectu temporis præfixi ad ſolutionem eneruabatur iuramentum, non tamen in totum uirtus iuramenti. aut uirtus iuramenti nullo modo debilitatur, putà quando contractus eſt iuratus, & de tempore nihil eſt dictum, & tunc tacere iuramentum nihil nocet, contra Alex. in d. conſil. ¶ In caſu autem huius c. non ſolū eneruabatur iuramentum pro iſta uice, imo in totum tollebatur, quia fracto ſemel numero euaneſcit ſtatutum, ut. præcedenti, cū M. Ferrarienſis. Et ideo deciſio Imol. & Domi. in d.c.ſi. non limitat præciſè iſtum tex. quo ad iuramentū: ſed etiā ipſi dicunt, limitabitur regula, quæ ſumitur ex iſto tex. de taciturnitate ſtatuti non iurati, & ſi eſt uera, eſt magna limitatio ad dictum Ioan. An. in d. c. 1. ¶ Dices modò ſa. ergo in caſu d.c.ſi. ſi cōſuetudo optādi eſſet iurata, oporteret de ipſa facere mentionem, quod uidetur abſurdum, quia ſi non ſit ibi mentio de conſuetudine, quod eſt principale, ergo nec de iuramento, quod eſt acceſſorium. SOL. Impetratio, de qua ibi, non eneruat dictam conſuetudinem, nec in totum, nec in partem, ſed ſolum reſtringit tempus optandi ad uiginti dies. Et ideo, etiamſi eſſet iurata, nō uidetur neceſſaria mentio iuramenti, quia illa reſtrictio tēporis nō tollit ius optandi, ſed qualificat. Et ideo uidetur poſſe attentari, quòd ibi nō probetur iſta quinta limitatio. Nec fortè ſit uera, & non limitabitur aliquo modo dictum Ioan. An. in d.c.1. Et ſicut eſt neceſſaria mentio ſtatuti, ubi agitur de totali eneruatione, ita quādo agitur de unica pro illa uice tātū. Super quibus omnibus bene cogitabis, quia nō reperi diſcuſſa & poſita ſimul in cōflictu, prout uoluiſſem, & non poſſent eſſe magis practicabilia.

a Debito iurato] Ad quam materiam adde Pau. de Caſt. in l. ſi. ff. qui ſatiſ. cog.

b 9 AVTHORITAS Papæ [b] eſt † excepta regulariter in iuramento. Glo. & Doctores hic latè, per ca. uenientes. de iureiur. Vnde dicit Card. in ſuis notis cauſarum, no. 109. quæ incipit, in dubijs comitis Alb. quòd comes obligatus duci Mediolani per iuramentum, ſi requiritur per Papam, à quo tenet feudum, ut iuuet eccleſiam, tenetur ei obedire, non obſtante iuramento. Et dicit Aegi. Belle. concluſione Rotæ 171. quòd citatus perſonaliter coram Papa, non bene ſe excuſat, dicendo, quòd eſt aſtrictus imperatori iuramento fidelitatis: tum, quia in omni iuramento eſt excepta authoritas Papæ: tum, quia imperator, qui eſt uaſallus eccleſiæ, c. ego Lu. 63. diſt. præſumitur una cum ſuis tertis habere deuotionem & fidelitatem ad Romanā eccleſiam. Similiter dixit Rich. de Media uilla, in 4. ſententiarum. diſt. 38. q. 9. arti. 3. quòd uotum de nunquam petendo à domino Papa diſpenſationem certi uoti, non eſt obligatorium: quia eſt in præiudicium domini Papæ. Plerunq; enim expedit, quòd diſpenſet propter aliquod utile, uel honorificum eccleſiæ. Itē quia tale uotum non eſt utile aliquid ad ſalutem, ut latiùs per eum, quem ſequitur Aſteſanus in ſua ſumma, lib. 1. q. 20. arti. 11. Et hoc dictum Rich. declara, ut ſ. in ſi. primæ limitationis huius materiæ. Quòd etiam in uoto ſit excepta authoritas Papæ, notant Ioan. An. & Bu. de uoto. nō eſt. per illum tex. Similiter dixit Old. conſi. 97. Factum tale eſt: quidam Abb. ꝙ iuramentum de non recipiendo monachos, intelligitur, niſi ſuperior contrariū præcipiat. Facit, quod no. Bal. in l. ſ. ibi, nouò quæritur. C. de his, quæ pœnæ no. ubi dicit, quòd iuſſus à teſtatore ſub pœna, ut infra certum tempus conſtrueret monaſterium, excuſatur à mora, ſi epiſcopus ex cauſa inhibuit, ne ædificaret in loco, de quo teſtator ſenſerat: & ſequitur L. ad. ſ. ſing. 482. Teſtator mādauit. Facit, quod no. Bal. in l. deberi. quaſi in ſi. C. de fidei. liber. ¶ Ex iſtis ſequitur corollariū

10 notabile, quòd ſi † beneficium de ſui natura eſt manuale, fortè ex diſpoſitione ſtatuti, tamen Papa poteſt ipſum conferre, ut perpetuum. Eſt uerum, quòd Lapus alle. 9. intelligit hoc, etiam non facta mētione ſtatuti. Sed Bu. Imo. & Do. hic contrà, per iſtum tex. & per id, quod dicetur ſ. in 1. limitatione, & idem Ba. in addi. ad Lap. in d. l. alle. Niſi ſcriberet motu proprio, ſecundum Bu. hic, & malè, ſecundū Imo. & Dom. quia motus proprius non operatur contra intentionem concedentis, ut eſt dictum ſ. additione præcedenti in quarta limitatione. ¶ Et de hoc quotidiano

b Authoritas Papæ] Adde tu, quod iuramentum non obligat ſubditum iurantem in præiudicium iuris, ſeu authoritatis cuius libet ſuperioris. Tex. eſt in c. uenientes. de iureiuran. Vnde dic, ꝙ ſuperior poteſt dare licentiam inferiori nontendi cōtra proprium iuramentum. Quod an ſit indiſtinctè uerum, uide Pau. de Caſt. et Ro. in l. ſi. ff. qui ſatiſ. co. Gu li. de Cu. ibidem: Fed. de Se. conſil. ſuo 191. quod in. et. q. tale ēt. Imo. in c. cū contingat. de iureiur. Adde. do. Abb. in d. c. uenientes. de iureiu. qui facit limitationem ad omnia, quæ fuerunt ſuperius dicta, ut patā ſi inferior, uel filius eſt in ſtudio de licentia ſuperioris, uel patris, & non poteſt quærere uictū, & ſic recederem, niſi iuret quod ante quam exeat ciuitatem, quòd ſoluet pecuniam ſibi mutuatam, ſuperior non poterit reuocare inferiorem, nec pater filium ſine periurio, quia uidetur contraxiſſe de licētia ſuperioris, uel patris, cum ibi ſit in ſtudio de eorum licentia. Ita pulchrè do. Ab. in d.c. uenientes. de iureiu. & ſic limitabitur tex. in d.c. uenientes. Et iſta, quæ ſunt dicta hic per Fel. Quod nor.

diano puncto, quando collatio Papæ de beneficio annuali,
uel de beneficio manuali, facit ipſum perpetuum, uide ſo-
lemniter Pau. de Leaza. in diſputatione, religioſo. Feder. in
tractatu Permu. q. 7. Bu. & Imo. de ma. & obe. per tuas. Car.
in cle. t. §. ad præmiſſa. in t. q. de ſup. negli. prælа. Bal. in c.
illud. de ma. & obe. Ana. de hær. excommunicamus. §. quia
uerò. Abb. de confir. utili. ad noſtram. Ar c. 16. q. 1. ſi mona-
chus. Bu. de confir. utili. porrecta. Fed. conſi. 88. pater & do-
mine. Communiter, tenetur, quòd non præſumitur Papa in
ſua confirmatione perpetuare talia beneficia, niſi conſtet,
quòd confirmet ex certa ſcientia: putà, quia emanet ſecun-
da iuſſio, uel, ſi facit mentionem de dicto c. porrecta. ut ibi
per Io. An. & Lap. alleg. 27. diſputat. hic. Et procedit conclu-
ſio, & ſi Papa non confirmet, ſed conferat, quia præſumitur
uelle conferre ſecundum naturam beneficij, Niſi conferat
cum clauſula. Quo ad uiaeris, Abb. in d. c. ad noſtram. de
quo etiam per Domi. in c. præſenti. de off. ord. in vj. & Car.
in d. cle. j. §. præmiſſa. & adde Rotam de reg. tertia, in anti-
quis, ubi dicitur, quòd beneficium manuale habitũ per ex-
pectatiuam Papæ non efficitur perpetuum. Et de iſto corol
lario ſic abbreuiato ſæpe interrogaberis. Adde, quæ dixi ple
niùs de ma. & obe. per tuas. ADDITIO.

AMPLIA TRIPLICITER Dictam regulam.
¶ Primò, etiam ſi Papa ſcriberet alternatiuè, putà in caſu
iſtius decre. quòd reciperent Titium, uel darent ei cenſum,
quia licet habeant poteſtatem ſeruandi iuramentũ ſoluẽdo
centum, tamen propter authoritatem Papæ eſt in eorum ar
bitrio recipere iſtum cõtra iuramentũ. Ita dixit Vinc. & hic
ſequitur But. & Imol. ¶ Amplia ſecundò, Nedum in autho
ritate Papæ, ſed etiã alterius ſuperioris, quia in præiudiciũ
ſuæ ſuperioritatis nõ põt inferior iurare. But. Imo. & Domi.
hic allegant Fed. conſ. 191. in Chriſti, & c. quæſtio talis eſt a
ſcholaris clericus. ubi latiſſimè concludit, quòd ſcholaris
clericus in ſtudio, & iurans creditori non exire diſtrictum
Bononiæ antè quàm ſatisfaciat, & poſtea per epiſcopum, ſi
eſt clericus, uel per patrem reuocatur, poteſt recedere licen-
tia petita, licet non obtẽta. ¶ Adde Io. An. in regula, in ma
lis. in Mercu. ubi longè pleniùs idem firmat, exceptuatis
quibuſdam caſibus. Idem Imol. in c. cùm contingat. quaſi
in fi. de iureiur. & Alex. in l. ſi. per illum text. ff. qui ſatiſd.
cog. & Paul. de Caſt. in l. in operis. ff. locati. & But. & Imol.
in c. uenientes. de iureiur. & Abb. in d. c. uenientes. dicens
idem in quolibet ſubdito: & infert ad doctorem, qui ſine
ſuperioris licentia non poteſt ſe obligare ad legendum ali-
bi. ¶ Eſt uerum, quòd Card. in c. cùm quidam. in fin. de iu-
reiur. tenet contrarium, dicẽs, quòd ſcholaris, uel clericus
debuit denunciare patri, uel epiſcopo de iuramento, qui for
tè non reuocaſſent, & quia neutri denunciauit, uidetur per
iurus, ſed ſi nunciaſſet, & reuocarent, tunc tenet cum Fed.
per rationes ſuas. Pro qua impugnatione multùm facit pri
ma limitatio, de qua j. Tamen pro communi opinione fa-
ciunt multæ rationes adductæ per Io. An. ubi ſ. maximè
dum in uer. ad quartum. expreſsè deducit hanc rationem
Card. & ea non obſtante decidit contrarium. Vnde attenta
authoritate eius & ſequacium, præualeret ſua opinio, maxi
mè quando tales ſuperiores ſcriberent cum clauſula, Non
obſtante quacunque obligatione, ſicut in Papa dictum eſt
in arti. præce. in iiij. limitatione. Scias tamen, quòd eſt una
differentia in propoſito inter authoritatem Papæ & authori
tatem principis ſecularis, quia aut ſumus in cáſu, in quo
modò eſt excepta authoritas ſuperioris, utpotè quem ma-
teria ſubiecta tangis, & tunc bene de utraq; authoritate pa
riformiter iudicatur in hac materia. Aut ſumus in caſu, in
quo per ipſius ſuperioris authoritatem diſpenſari poteſt ſu
per iuramento, & tunc non ſufficit narrare, principi ſecula-
ri de iuramento, adeo quòd eius authoritate liceat contra-
uenire. Sed in Papa ſecus, ut p Sal. in l. ſi. ĩ ſi. C. ſi cõtra ius,
uel uti. pub. Et uide, quod dicitur propè in ſecunda limita
tione. ¶ Per iſtam ampliationem intulit Bar. Bria. q. xxix.
51 quòd ſi † ſacerdos fecit uotum de nunquam iurando, & po
ſtea compellitur ſe purgare, uel ſuper contractu ueritatem
dicere, debet iurare, quia eſt excepta authoritas ſuperioris,
& ſequitur Domi. poſt Io. An. in c. quia plerique. ad fin. de
off. ord. in vj. Similiter dixit Hoſtien. de iureiur. §. quot ſpe-
cies. ibi, item ſi iuro. quòd qui iurauit ſoluere in termino,
non eſt periurus, ſi iudex interdicat, ne ſoluat, & ſequitur
Archi. in c. dixit. xxiij. q. v. Et dicit Alb. in l. ſi quis id, quod.
52 ff. de iuriſ. om. iu. quòd ſi † iudex ex cauſa iuſta præcipit mi
hi, ne ſoluam, non incido in pœnam ſolutioni meæ ex pa-
cto appoſitã, ſi non ſoluo, nec durante illo termino teneor
ad uſuras, uel intereſſe, & hoc quotidie fit, ſecundum eum,
quoties ad inſtantiam creditoris præcipitur debitori debi-
toris, quòd non ſoluat. Bene facit l. ij. §. fin. ff. ſi quis cau. ſe-
cũdum eum, ſubdentem paulo pòſt ſe ſæpe dixiſſe in facto,
quòd laboratores iuſſu meo alienum agrum colentes, freti
aſſertione mea, qui dicebam eſſe meum, cùm non eſſet, nõ
tenentur, ſed ego. Et idem dicit Alb. in hoc ultimo, in l. j.
in princ. circa medium, ff. de eo, per quem fac. erit. Ad quod
uide gl. & Bar. & alios in l. in rem. §. tignum. ff. de rei uend.
cum concord. de quibus per Alex. ibi in apoſtilla, & conſil.
xxxvj. Viſis his, quæ per dominos. ubi pulchrè hoc decla-
rat. Latè etiam Moderni in lib. Maleſi. ſol. 45. contra Sali.
in l. nõ idem. C. de accuſ. allegatum. Latè ab Alex. poſt Lud.
in l. de pupillo. §. nunciationem. de ope. no. nun. Similiter
dixit Specul. de cita. §. j. in fin. uer. quid ſi quis. quòd qui iu
rauit non exire domum infra quindecim dies, ſi in termi-
no citatur a iudice, debet exire. Et ſequitur Arch. in c. au-
thoritatem. 15. q. 6. & Domi. poſt Lap. in c. ſi eum. de præ-
ben. in 6. & idem Domi. in c. j. §. ſtatuentes. circa princ. per
illum tex. de ſepul. in 6. & Lap. in addi. ad tractatum Feder.
de re. permut. q. 34. Similiter dicit Spec. de actore, ibi, ſed
quid ſi iurauerit. quòd ſi pater iurauit non conſentire filio
agenti in caſibus, in quibus neceſſarius eſt eius conſenſus,
cogetur tamen dare licentiam non obſtante iuramento. Si
militer dicit Spec. de iur. cal. §. fin. poſt princip. de eo, qui iu
rauit nunquam iurare, quòd cogitur iurare de calumnia.
Sed caue: quia in dictis locis uidetur Spec. uelle, quòd ta-
lis ſit periurus, etiam quòd imputet ſibi, quia temere iura-
uit. Sed tamen per prædicta uidetur, quòd non ſit periurus:
quia ex quo ſuperior cogit eum iurare, uerificatur quædam
tacita conditio, quæ inerat iuramento, ſ. niſi ſuperior aliud
præceperit. Similiter dixit glo. pen. in c. quæ contra mores.
8. diſt. quòd in omni pacto intelligitur excepta authoritas
ſuperioris. Et ponderat ibi Dom. quod intelligitur etiam de
alio ſuperiore, quàm Papa. ¶ Poſtea refert But. ibi dicere, q
hoc procedit in pactis ſubditorum. Sed in iuramentis fortè
gloſſ. non procedit, ſecundum eum: quod uerbum non be-
ne percipio: quia attento eo, quod eſt dictum de ſcholari,
uidetur idem in iuramento, dum modò ille ſuperior ſit ta-
lis, à cuius præcepto, uel obedientia non potuit ſe ſubtrahe
re iurans. ¶ Amplia tertiò, etiamſi ille ſuperior eſſet legatus
de latere: quia ſi ſcribit cum derogatione numeri iurati, ha-
bent locum prædicta, ſecundum Dom. latè in c. ſi eſt. de præ
bend. in 6.

LIMITA QVADRVPLICITER Dictam regu
53 lam. Primò, dum † modò Papa ſciat de iuramẽto, aliàs ſcri
bendo ſimpliciter non intelligitur in dubio uelle uti autho
ritate excepta, niſi exprimat, ſecundum But. Imol. & Abb.
hic. Et fuit dictum ſatis in articulo præcedenti. Nunquid
autem idem intelligatur in omnibus caſibus ſuprà poſitis,
non audeo affirmare, quia nullus prædictorũ tangit, utrũ
in ſuperiore præcipiente requiratur notitia iuramenti. Et
uidetur probabile, quòd ſic, arguendo à fortiori de Papa ad
inferiorem. Et facit ratio, quia fortè, qui ſcit de iuramento,
difficiliùs moueretur ad præcipiendum cõtraria iuramẽto.
Tamen in caſibus poſitis in articulo præcedenti fortè ſe-
cus eſſet, putà, quãdo motu proprio cum clauſula, Non ob
ſtantibus, etiamſi non diceretur de iuramento. Et fortè ge-
neraliter dicendum eſt, quòd ubicunque eſt iuratum ſuper
materia, in qua eſt excepta authoritas Papæ, non eſt neceſ-
ſarium, quòd ſua iuſſio nominet iuramentum, ad hoc ut ex
ea poſſit iuramento conueniri: ſecus in materia nõ tali, iux
ta dicenda j. uerſ. limita ſecundò. Et ſic eſt mens omnium
prædictorum. Tamen cogitabis. Per iſtam limitationem di
cunt hic But. & Dom. poſt Vin. quòd cùm Papa non uidea-
tur in dubio uti authoritate excepta, ſi iſti reciperent iſtũ,
eſſent periuri: quia adhuc ſunt aſtricti iuramento. ¶ Ex quo
non apparet, quòd Papa intendebat eos ab eo releuare. Et
idem Arch. & Dom. 19. diſtinct. in memoriam. ſequendo ad
literam Vincen. hic. Quibus obſtat talis ratio: nam quando
recipiunt motu proprio ultra numerum, uidentur uelle re-
cedere à ſtatuto, & priùs cogitare de ſuſpenſione iuramẽti,
&

& non incurrunt periurium, ut traditur in c. dilecto. de præben. & per Ioan. An. & But. in c. t. de his, quæ fiunt à maio. par. capi. & Car. poſt Ioan. de Lig. in clem. t. de regula. Dixi ſemiſſiuè & concluſiuè poſt Abb. & Imo. ti. præced. cùm ac ceſſiſſent. ibi, ad primum ſit concluſio. Ergo in propoſito, quando recipiunt uiſu reſcripto, uidetur idem dicēdum. Sol. In caſu illo ſciebant, quòd ſtante ſtatuto non poterant authoritate propria recedere à iuramēto ſine periurio. Ideo frangendo numerum præſumuntur cogitare de iuramento, prius quàm contraueniant, & inter ſe tollere iuramentum mutuò præſtitum per alterum alteri, ut declarat ſubtiliter Bu. in d. ca. t. Sed hic putabant, quòd reſcriptum relenaret eos à iuramento, & ſub iſta credulitate contrauenirent iuramento: non autem intenderent à ſeipſis remouere iuramentum. Credulitas autem iſta eſſet erronea propter hanc limitationem. Ergo remanerent aſtricti iuramento, & ſic contraueniendo eſſent periuri. Et ſuccedit regula, Quod potuit, noluit &c. de off. deleg. cùm ſuper. Et ſic no. declarationem ad nota. in d. c. t. ut non procedant, quando contrauenerunt ſtatuto, putantes poſſe contrauenire ex reſcripto. Et iſtam ſolutionem in propoſito non reperi conſi-
14 deratam. ¶ Amplius dicas in hac prima limitatione, quòd † non ſolū debet fieri mētio de iuramento in ſupplicatione: ſed imo ſi impetrans iuraſſet nedum aliquid obſeruare, ſed etiam abſolutionem non petere, uel relaxationem, non ſufficiet in ſupplicatione dicere ſimpliciter ſe iuraſſe, ſed etiā oportet dicere, ſe iuraſſe de non petenda relaxatione. ¶ Et dic amplius, quòd ſi iuraſſet non ſolùm relaxationem non petere, ſed etiam, quòd ſi eam peteret & obtineret, non uteretur ea: certè non ſufficiet duas illas partes exprimere, niſi etiam hanc tertiam de non utendo exprimat: aliàs impetratio eſt ſurreptitia. Hæc omnia ponit elegantiſſimè Lu. ſcōſi. 326. In præſenti conſultatione. Quæ ſunt dicta antea & nona, bene declarantia materiam & dictum Richardi allegatum ſ. in uerſi. authoritas. Bene facit, quæ dixi j. eo. poſtulaſti. ponendo multa, quæ probant impetrationem ſurreptitiam, tacito omni eo, quo expreſſo difficiliùs fuiſſet obtenta ſignatura, & maximè, dum examinaui de mentionē
15 omnis ſpeciei illegitimitatis. ¶ Limita ſecundò, quòd † authoritas Papæ intelligitur excepta in iuramēto, in his, quæ ſpectant ad Papam: ſecus, ſi eſt præſtitum ſuper re propria ipſius iurantis: quia tunc non intelligitur excepta, niſi quatenus materia eſſet talis, ſuper qua ipſe Papa diſpenſare poſſet. But. Imo. & Dom. hic, & Abb. in c. quanto. ibi, quis autem tunc poterit. de iureiu. Et importat hoc iſta differentia, quòd in ſpectantibus ad Papam eſt excepta eius authoritas, non tamen adeo, quòd eo ipſo, quod ſcribit contra actum iuratum, liceat ſtatim contrauenire, ut ſ. dictum eſt. Sed ſi ſciens de iuramento ſcribat contra ipſum; tunc etiamſi ſine cauſa moueatur, uidetur abſoluere ſuper iuramento, & ualet abſolutio. Sed in materia ad eum non ſpectante nōn ualet eius abſolutio, niſi cum cauſa, ut latiùs per Abb. in d. c. quanto. & aliquid dicam non longè pòſt in uerſic. exceptis duobus caſibus. ¶ Et eodem modo debent reſtringi prædicta, uidelicet dum modò iuramentum concernat ſpectantia ad ſuperiorem. Et hanc limitationem in uoto firmat Thomas de Aquino in 4. ſententiarum, diſtin. 38. q. 1. arti. 4. in ſolutiōa dubij: dicens, quòd quædam ſunt, in quibus eſt homo ita liber ſui, quòd etiam contra præceptum Papæ poteſt illa facere, ſicut continere, & alia conſilia diuina. ¶ Vnde abſoluiè & ſine conditione uoluntatis alicuius prælati poteſt alia uouere, ſecundum eum. Et pro hac limitatione adduco ſtupendam & Canoniſtis incognitam deciſionem Auguſtini de Ancona in lib. De poteſtate eccleſ. q. 55. art.
16 ulti. ubi diſputando concludit, quòd † Papa non poteſt diſpenſare, quòd inferendo teſtimonio in iudicio non interueniat iuramentum: quia hoc eſt de iure diuino, quòd teſtis iuret, per id, quod habetur Geneſ. 31. ubi Iacob noluit teſtimonium ſoceri ſui Laban confirmatum per iuramentum. Non dicas ultra Auguſtinum, ſi pars poteſt remittere hoc iuramentum, c. tuis. de teſtibus. cur non Papa? quia reſpondeo, quòd iſtud argumentum eſt fallacia, ſicut ſi à ſimili argueretur ſic: Si poteſt aliquis donum dotem ſibi ablatam facere, quòd illa ablatio nō ſit furtū: cur non pōt Papa facere, quod auferens rem alteri eo inuito non committat furtum? Eſt enim iuramentum teſtis inductū fauore partis. Vnde ipſe ei renunciare poteſt. Concedo bene, quòd parte uolente ualeret diſpenſatio Papæ. Sed tunc fruſtra adiretur Papa pro diſpenſatione. Tene itaque perpetuò mēti dictum Auguſtini uulgò incognitum, nec dicas hoc eſſe clarum per c. in dicas Hermānum. 3. q. 9. ubi dicit tex. Papam non poſſe diſpēſare, ut credatur uni teſti ſoli in præiudicium alterius. Et exclamat Ludo. de illo texto in ſingula. 714. an Papa. & per Alphabetum in uerbo. Papa. quia licet ille tex. optimè ſeruiat pro dicto Auguſtini, tamen illud eſt diuerſum uictum, & minùs mirabile, cùm de iure diuino requirantur duo teſtes ad minus: de teſta. cùm omnes. cum ſi. ¶ Sed quòd nō iuratos Papa non poſſit habilitare pro integris, eſt mirabilius. cùm hoc non ſit ita expreſſè iure diuino deciſum: licet de teſte periuro loquantur aliqui textus ueteris Teſtamenti, allegati per Ioan. An. in regula, non eſt ſine culpa. ibi, ſecundò ſic probo. de reg. iur. in 6. in Merc. ¶ Limita tertiò, niſi ſuperior, cuius authoritas eſt excepta, præcipiat aliqd iniuſtum: quia non excuſatur contrauenienss iuramento propter tale præceptum. Io. An. poſt Hoſtien. de conſi. ſignificauit dicens, quòd ſi iudex præcipit, ne ſoluam creditori meo damnato ad mortem, uel de graui crimine accuſato, cui iuraueram ſoluere, non teneor obedire: quia tali rectè ſoluitur, l. reo criminis. ff. de ſol. Aliàs incurro periurium, & imputatur non appellanti, quia magis debui timere Deū, quàm iudicem, 11. q. 3. qui reſiſtit. niſi bona rei eſſent confiſcata, ſecundum prædictos. Et ſequitur Imol. in cle. paſtoralis. de reiud. & ibi etiam Pet. de Anch. notabili 23. & in regula, poſſeſſor. ibi ulterius quæritur, ſi bona. de reg. iur. in 6. & But. & Dom. hic, & But. & Card. in d. c. ſignificauit.
17 ¶ Limita quartò, & ultimò, niſi † eſſemus in certi. quia eſſet uerus Papa, duobus contendentibus de papatu, quia tunc nullius eorū authoritas eſt excepta. Ita Pe. de Anch. in trac. ſchiſmatis, prout ipſe refert conſil. mihi 62. Pro declaratione dubiorum. in fin. & conſilio 276. In auxilium ueritatis. in fine, ſcribens contra cardinales, qui uenerunt contra iuramentum authoritate Gregorij 12. qui cum alio contendebat de ſummo pontificatu. Et iſta omnia bene nota, tanquam non ordinata in lectura aliorum.

18 Generaliter autem de poteſtate † Papæ ſuper iuramento, uide Specul. de leg. §. nunc oſtendendum. uer. 24. Tho. 2. 2. q. 89. art. 9. in reſponſione ad tertium articulum. Card. ſanctæ Sixti in libello De poteſtate Papæ, q. 38. gloſſ. magnam, & Arch. in c. authoritatem. 16. q. 6. gloſſ. & omnes in d. c. quanto. Card. in cle. 1. ante fin. de iureiur. & gloſſ. & Arch. in c. Florentinorum. 86. diſtinct. Arch. in c. qui ſacramento. 22. q. 5. Domi. latè in c. 2. de renun. Summam Piſanam in uer. iuramentum. lo. 1. §. pen. Summam Aſtenſanam lib. 1. ti. 18. art. 12. elegantiſſimè ſupra omnes Archiepiſcopum Flor. in 2. parte ſuæ Summæ, ti. 10. c. 5. in 2. col. cū pluribus ſequentibus. Communiter dicitur, quòd ex cauſa poteſt commutare, ſuſpendere, & etiam relaxare[a] iuramentum. Et Caliatus 155. ſuſpendit uiua uoce iuramentum cuius ad tempus, & ei abſenti hoc intimauit cardinalis Senenſis, qui poſtea fuit Pius 2. ut in ſua epiſtola 136. Gratæ fuerunt, &c. Imò, ſi iurans iuraret ſe non petiturum diſpenſationem à Papa, fortè non ligaretur tali iuramento, propter dictum Richardi de Mediauilla, de quo ſ. in uer. authoritas Papæ. ¶ Poteſt etiam ſeipſum Papa abſoluere cum cauſa: dixi in c. 1. ſ. ti. proxi. in 6. declaratione 4. fallentiæ. Sine cauſa autem uera & apparenti non poteſt abſoluere Inno. in d. c. 2. in fin. de renun. Et ſequuntur ibi Bu. Imo. & Dom. & Imo. in d. c. 1. & Abb. pulchrè in diſputatione, Stante ſtatuto, ad fin. exceptis duobus caſibus. Primus eſt, niſi eſſet iuratum ſuper materia, in qua eſſet excepta authoritas Papæ: quia tunc poſſet ſine cauſa diſpenſare, ſecundum Dom. in d. c. 2. ad fin. Allegat Ioan. An. in d. c. quanto. & in addi. Specu. de leg. 2. §. nunc oſtendendum. uer. 24. & dixi paulo antè uer. limita ſecundò. ¶ Secundus caſus eſt, quando non uellet ex toto tollere uim iuramenti, ſed dilationem aliquam cōcedere ſuper obſeruantia ipſius, quia differens ex hoc, non uidetur dici tranſgreſſor, arg. ca. non eſt. de uoto ſecundum Dom. in d. c. 2. qui pro hoc etiā adducit, quod no. Inno. in c. quæ in eccleſiarum. ſ. ti. prox. ubi

a *Relaxare] Adde in, quod Papa poteſt remittere iuramentum. Et quando hoc poſſit, uide gloſſ. in c. quanto. de iureiur. & ibi do. Abb.*

ubi licet Papa non poſſit tollere ſine cauſa ius alterius, tamen poteſt dilationem concedere ſuper illo. Hoc tamen ultimum uerbum poſſet difficultari, propter uerba Domi. in repet. c. poſtulaſti. j. eod. quæ retuli in c. in noſtra. in 27. corollario, j. eo. Et ex hoc dicto poteſt dubitari de uno uerbo, quod poſui ſ. in uer. conſidera duo. dicendo, quòd non ualet reſcriptum Papæ inducens dilationem eius, quod ex iuramento debebat fieri certo tempore. Sed fortè utrunque procedere poteſt. Illud ſit uerum, quòd eſt opus facere mentionem iuramenti: quia ſi princeps ſciuiſſet de hoc præiudicio dilatiuo, difficiliùs conceſſiſſet, ut bene probatum fuit in dicto corollario. ¶ Et iſtud etiam ſit uerum, quòd poteſt elongare, ſeu ſuſpendere uim iuramenti ſine cauſa, & illa ſit neceſſaria ſolùm in totali eneruatione iuramenti. Item dic, quòd ubi iuramentum eſt præſtitum parti in eius præiudicium, non abſoluit Papa iurantem, niſi conſtet, quòd ſit illicitum. Cat. in clem. 1. ad fin. de iureiu. q. 17. facit c. ſignificauit. de cenſi. Tamen cum cauſa poſſet abſoluere, ſecundum Abb. in d. c. quanto. & Arch. in d. c. authoritatem. & Spec. de dele. §. nunc oſtendendum. uerſic. hoc quoque, Et quòd ſine cauſa regulariter non poſſit [a], facit glo. in c. non eſt uoti. de uoto. cum concor. quas dedi ad eam in c. 1. ſ. ti. prox. Et intellige, quòd fiat mentio de iuramento: aliàs tollẽdo obligationem ſimpliciter, nõ ſufficeret, ut ſ. dixi per iſtum tex. Quando autem epiſcopus poſſit abſoluere à iuramento [b], uide undecim caſus diſputatos optimè per Abb. in dicta diſputatione, Statuto, ſtatuto, uer. ego autem ad totalem materiam euacuandam. Et illos ponit etiam ipſe in c. cùm contingat. de iureiu. Quos etiam ponit Archiepiſcopus, ubi ſ. Dixi aliàs in c. 1. de iureiu. & in ca. 2. de ſponſ. Et idem ibi etiam poſui de iudice ſeculari, de quo ultra ibi dicta latè per Alex. conſil. mihi numero omnium uoluminum continuato 402. In Chriſti, &c. Nos Paſchalis de Paſchalit. & d. c. 2. Poſui de abſolutione, quæ fit à parte parti.

a Non poſſit] Adde, quæ dixi ſ. in apoſtil. in c. eccleſia. de conſti.

b A iuramento] Vide ad hoc etiã Bar. Cep. in caut. 188. et Pau. de Caſt. conſilio 214. & conſil. 219. in c. Præſuppoſito ſine præiudicio ueritatis. & Anton. de Pra. in conſ. Panem uer. quod eſt poſt conſil. 45. Alex. de Imol. 4. parte, et per Alex. in conſ. 221. 2. parte, & conſil. 125. prima parte.

19 DOMINIUM IURSUM Capituli † non eſt conceſſum capitulo, ſed ſolũ adminiſtratio. glo. no. hic. idem in quolibet prælato, etiam Papa: quia non habent dominium rerum eccleſiaſticarum, quod eſt apud Deum. Abb. hic per iura, de quibus per eum. Adde Bu. Car. in cap. cùm ſuper. de cauſa poſ. & propri. ubi tranſeunt cum ultima ex illis tribus opinionibus, quas ibi retulit Innoc. ſuper uerbo, reſtituendum. quem uide. Sed Abb. ibi putat, quòd quo ad dominium & poſſeſſionem, bona eccleſiarum ſint ipſarum eccleſiarum particularium, ſed ipſæ eccleſiæ particulares habent loco Dei: quia nomine cuiuſque eccleſiæ intentantur actiones reales, ſeu uendicationes. Item actiones pro poſſeſſionibus recuperandis, uel retinendis, c. literæ. cum ſi. de dila. Et iſta præſupponunt dominium & poſſeſſionem, c. examinata. de iudic. cum ſi. Quòd autem loco Dei poſſideant, probat, quia bona eccleſiarum dicuntur patrimonium Chriſti, c. cùm ex eo. de elect. in 6. & ultra eũ facit c. cùm ſecundũ. de præb. in uerbo, de patrimonio Ieſu Chriſti. Et oblata eccleſiæ, dicuntur offerri Deo, c. nulli. & c. qui abſtulerit. 13. q. 2. Eccleſiæ uerò uniuerſales dicuntur, quo ad ſuſtentationem, quia quilibet bonus & fidelis debet inde ſuſtentari, ca. fin. 16. q. 1. Clerici uerò poſſidẽt bona eccleſiarum nomine eccleſiæ, ſed ipſam eccleſiam, ſeu dignitatem, poſſidet quiſqua nomine proprio. Primum patet, quia pro iuribus eccleſiæ rector agit. Secundum patet, quia clericus poſt collationem ſibi factam poteſt dicere, beneficium eſſe ſuum, c. ſi tibi. de præben. in 6. ut latiùs per eum, quem poſt multa ſequitur Maria. conſil. mihi 145. Prælatus, &c. aliàs incip. Ex literis tranſmiſſit. ¶ Hoc modo intellige gloſſ. in c. fin. 12. q. 1. & gloſſ. 1. in c. expedit. ea quæ. & cauſa, & quod ibi not. Arch. & gloſſ. 2. in c. cauſa. de uerb. ſig. Et adde text. & gl. in c. peruenit. lo 1. da iuſtur. ubi exponitur de rebus ſuis, ſcilicet eccleſiæ. Et dicit Domi. in c. ad decimas. in 3. no. de reſtitut. ſpo. in 6. quòd eccleſia dicitur aſſerectoris, per text. ibi, & in c. cùm non ignores. de præben. & hoc, quantum ad adminiſtrationem, non quantum ad dominium, quia eſt procurator, non dominus, c. 2. de dona. Et dicit Domi. in c. 1. 12. diſt. propter uerba Arch. ibi, quòd res Romanæ eccleſiæ ſunt Papæ, quo ad adminiſtrationem [c], non quo ad proprietatem: & reprobat glo. quæ aliter ſentit, de iudi. cum uenienſ. & infert, quòd Papa pro libito uoluntatis non poteſt alienare [d] bona eccleſiæ: & facit glo. in c. 1. 80. diſt. ſecundum eum. ¶ Iſta nõ parum important. Patet ex uerbis Bar. in l. 1. §. fin. in fin. ff. de acquir. poſſ. dum dicit, quòd mortuis omnibus de collegio poſſeſſio bonorum eccleſiæ uacat, per no tata in l. ſicut. ff. quòd cuiuſque uni. no. Secus dicit in collegio eccleſiæ: quia ipſa eccleſia poſſidet. Allegat l. raptores. §. fin autem diaconiſſa. ibi, & plenam poſſeſſionem. C. de epiſ. & cle. Et dicit, quòd Chriſtus poſſidet, uel uniuerſalis eccleſia. Allegat Inno. d. ca. cùm ſuper. eui ſtandum eſt, ſecundum eum: & idem Bar. in d. l. ſicut. §. fi. in fi. Similiter importans propter dictum Spec. de pen. & poſ. §. 1. ibi, ſed pone, uacante. ubi uult pulchrè, quòd inuadens poſſeſſionem uacante eccleſia, punitur, ut inuaſor: nec poteſt dicere poſſeſſionem fuiſſe uacuam, quia eccleſia & locus dicitur poſſidere: licet ſecus ſit in hærede, qui contra ingredientem poſſeſſionem iacentis hæreditatis non poteſt intentare interdictum nomine proprio: quia tenetur probare poſſeſſionem & ſpoliationem. Unde cùm non poſſederit, non poſſet probare poſſeſſionem. Similiter importãs ad dictum Bar. in l. cùm hæredes. in prin. ff. de acqui. poſſeſ. ubi dixit, quòd nouus prælatus poſſidet bona eccleſiæ ſine noua apprehenſione: quia eccleſia non deſijt poſſidere.

c Quo ad adminiſtrationem] Facit, quod habetur per Soc. in conſ. 13. inci. Præſens conſultatio eſt ſatis. uerſi. 2. etiam circa fin. cum uerſi. ſeq. in 1. parte, quem uide omnino.

d Alienare] Adde, quæ dixi in c. quæ in eccleſiarum. ſ. de conſtit. in apoſtil.

20 Similiter † importans ad dicta ardua, quæ ponit Abb. in repetitione c. cùm omnes. ibi, quintò principaliter. de teſta. ubi ex his infert, quòd Papa non poteſt ſine cauſa dare clerico poteſtatẽ teſtandi de bonis quæſitis intuitu eccleſiæ. Adde etiã Bald. in l. non minus. ff. de hære. inſt. ubi dicit, quòd quando relinquitur aliquid fratri, uel monacho, non eſt inſpicienda qualitas ipſius fratris, uel monachi, sed capacitas ſui ordinis, uel monaſterij: & iõ fratres minores nihil capiũt: quia eorũ ordo non eſt capax ſcdm eum. Cum iſtis concordat latè Dom. in cap. 1. de ſum. trin. in 6. concludens, quòd eccleſiæ & earum bona ſunt Papæ, tanquam adminiſtratoris & diſpenſatoris, non tanquam domini, licet Ioan. An. ibi uelit, quòd ſit dominus. Et pro opinione Dom. uide Car. ſancti Siſti in libello De Papa, q. 65. poſt beatum Thomam in loco ibi allegato.

21 ¶ In quantum tangit Abb. poſt alios, infra † quantum tempus debeat excipi de ſurreptione reſcripti, adde pleniùs Butr. & Imol. hic, & Abb. in c. dudum, de præſumpt. But. j. eodem, c. prox. & in c. exceptionẽ. de excep. Abb. in c. ex parte. de fo. compet. & in c. ad audientiam. j. eo. Imol. in c. ueniens. de renun. Ioan. An. & Domi. in c. 1. de litis conteſta. in 6. Innocent. in c. paſtoralis. de excep. Abb. in c. ab excommunicato. in fi. j. eo. Et eſt articulus inuolutus. Tranſeo cũ Ab. hic. ¶ Circa ea, quæ inuolutè ſcribuntur ſuper gl. in uerbo, impetraſſet. non replicando, quæ ſcribuntur, cõſidera aliqua: & primò, quòd de mente Doct. eſt, quòd non ſolùm monitoriæ, ſed etiam præceptoriæ literæ non neceſſitabant, ſed ſolùm executoriæ: quamuis in textu iſto non dicatur apertè de præceptorijs. Et iſtud no. ad c. quod præcipitur. 14. q. 1. & ad ea, quæ habuimus ſ. eo. eam te. Conſidera ſecundò uerba Bu. Imo. & Dom. hic, dũ dicunt poſt multa, quòd ideo non curatur hic de monitorijs, quia expirauerunt morte Celeſtini, cùm res eſſet integra: quia primo aſpectu iſtud uidetur contra tex. hic, ubi ẽs executoriæ præceſſerunt mortem Celeſtini. Sed dic, quòd executoriæ emanauerint poſt Celeſtinum, ſed uolunt, ut clarè declarat Dom. quòd excluſis executorijs excludũtur monitoriæ, non ex ui ſurreptionis propter taciturnitatem numeri ex quo tunc numerus non erat, ſed ex ui tacitæ reuocationis propter mortem Papæ: quia morte Papæ expirat gratia, quæ eſt in fieri, ut erat iſta. Modò ſi determinatio numeri præceſſiſſet executorias, proceſſus eſt nullus: quia habiſus

tus p literas ſurreptitias, & proceſſus nullus, non pperoat: gl. de offi.dele.cùm plures.libro ſexto. Remanet ergo res integra. Meritò dicimus, quòd monitoriæ expirant morte Papæ ſimul cum executorijs. Et ſi dicas, etiãſi gratia eſſet perpetuata, tamen per mortem Papæ expirat gratia, per quam non eſt acquiſitũ ius in re, licet ad rem, c.ſi.de conceſ.præb. in 6. Ergo etiãſi determinatio non præceſſiſſet executorias, nõ deberet huic cõferri præbanda. Reſpõdent Ba. & Dom. quòd iſto tempore non emanabant tales reuocatoriæ. Patet ex natatis ua. d. c. ſi. Volunt dicere, quòd gratia non perpetuata bene expirabat, ſed perpetuata durabat. ¶ Conſidera tertiò, dum iſti tráſeunt cum uerbis Petri doctoris antiqui hic, quòd iſto ex caſu, ſi non.dixit de confirmatione, quia illud nõ probatur clarè hic. Et in contrarium facit gl. in de dudum.ad fi.in uerbo, pacta.de ſepul. Per quam dicit generaliter Lud.ſingul.8.& conſ.394.ad fi.& conſ.404.in fin.& conſ.436.quòd clauſula, Non obſtantibus, nunquam tollit diſpoſitiones confirmatas. Et illa gl. etiam ad ſtatuta confirmata allegat Alex. conſ. mihi 166. Viſo'tñ q. præmiſſæ. & in pleriſque alijs locis, niſi dicas, quòd illa gl. procedit, ubi diſpoſitio non habet aliud robur. niſi a confirmatione. Sed Doctores hic loquuntur, ubi diſpoſitio eſt iurata & confirmata, & ſic habet maius robur, quàm ſit confirmatio. Quo caſu ſufficiet mentio maioris roboris, ſcilicet iuramenti, quia infertur, quòd princeps etiam præuideraſſet ſtatuto, informatus de confirmatione: quod non affirmo, tum, quia eſſet uerbum nimium, tum, quia non concederem abſolutè, quòd confirmatio eſſet minus robur, quia ſit difficultas, utrùm ſtatuentes poſſint tollere ſtatutum confirmatum, ſicut iuratum, de qua dixi titulo præcedenti, cùm acceſſiſſent, item, famulus, &c. c. 1. de treuga & pace. ¶ Si ſcribi
22 tur † de uacatura eccleſia, uel præbenda, uenit etiam illa, quæ uacat tempore datæ. Imo. hic alleg. glo. in uerbo, notitia. in cle. 1. de cõceſ. præben. Adde, quæ dixi ſ. eod. ad hæc. tractando de ſubiunctiuo: & idem no. Imol. in l. hoc articulo. ff. de hære. inſt. ¶ Amplia, etiamſi Papa ſciuiſſet, quòd tunc illa uacabat. Imo. hic propter mentem dictæ gloſſ. dũ allegat l. uerbum, Erit. ff. de uerb. ſig. Sed dic contrà, ſecundum Cy. in l. cùm uxori. C. quando di. leg. ce. & Bald. Ang. & Pau. in l. Titius. §. 1. ff. de lib. & poſth. & Imo. in l. hæc cõditio filiæ. §. fi. ff. de condi. & demon. per illum text. ubi iſta conditio, Si nauis uenerit, habetur pro impleta, ſi nauis iam uenit ignorante teſtatore: ſecus, ſi eo ſciente, & materia ſit talis, quæ poſſit iterum fieri: quia expectatur, quòd fiat. Et ita hic expectabitur alia uacatio. Secus, ubi materia non eſt iterabilis, dict. l. Titius. §. 1. ubi uerba de naſcituro includunt iam natum, etiamſi teſtator ſciebat. Et iſta tene, licet gl. 3. in c. ſi poſtquam. de præben. in 6. uideatur uelle in libro meo, quòd non ueniat uacans nuntio literis de uacaturo. Tamen dicit ibi Domi. quòd illa gloſſ. tenet idẽ, quod gloſſ. in dicto uerbo, notitia. ¶ Et ſi dicatur, ſi qua nunc uacat, nec addit de uacatura, uide gloſ. 1. in c. dilectus. lo 2. de præb. quæ uult, quòd ueniat etiam uacatura. Sed illud eſt ratione canonicatus iam collati, ut etiam probatur hic in fi. in uerbo uacat. Sed aliàs uigore mandati de uacante non ueniret uacatura, ut ſentiunt ibi omnes, firmant Imol. & Ro. in l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. ff. de acqui. hæred. ¶ Et ſi dicitur, ſimpliciter prouideas de beneficio, intelligitur de uacante, uel uacaturo. Probatur in c. mãdato. de præbẽ. in 6. intelligendo ibi uerbum Vacent in tẽpore præſenti. Sed intelligendo in futurũ ſubiũctiuum nõ probaret: tamen dictũ uidetur uerũ. Et ſi mandatur prouidere de uacaturo, intelligitur de primo, etiamſi nõ dicatur: gloſſ. in c. tibi, qui in uerbo proxi. de reſcrip. in 6. Facit d. c. mandato. ubi ſi mandatur prouidere de beneficio ad alicuius collationem ſpectante, intelligitur de primo. Et dicit Ab. in c. propoſuit. de conceſ. præb. propter glo. 3. ibi, quòd executor datus ad prouidendum de beneficio uacante, uel cùm uacabit, non poteſt conferre uacaturum, ſed debet expectare uacationem. Et iſtis adde, quæ dixi ſ. eod. ad hæc. ¶ Demum ſcias, quòd ſolo tempore non inducitur taxatio numeri, niſi probetur aliter. Rota de proba. 7. in antiquis ii Alleg. Hoſt. & Io. An. in ca. ex parte. de conceſ. præb. ubi per
23 Ab. ¶ Scias etiam ualere cõſuetudinem, quòd † epiſcopus pro iucundo aduentu poſſit creare nonum canonicum, etiã numerus ſit taxatus & iuratus, ſi præbendæ non ſunt diſtinctæ. Rota de conſue. 2. in antiquis, & co. ti. 3. in antiquioribus, & ſtatim prouidebitur ei de portionibus. Et no. iſtum tex. ad unum, quod ponit Fed. conſ. 291. Quia in præſenti. & Ab. in c. dilectus. lo 2. de præb. & Lu. conſ. 378. Nõ uideo cauſam, &c. quòd non nocet tacere in reſcripto ea, quæ tẽpora datæ non ſunt in rerum natura, quia imputari non po
24 teſt, etiamſi poſtea emergant ¶ Item, an † de iure ualeant ſtatuta taxantia numerum in præiudicium expectantium, an de omnino Old. conſi. 150. In eccleſia Valentina. Et utrũ
b ualeat ſtatutum, uel conſuetudo, quòd impetrantes ultra numerum nõ habeant uocem in capitulo, uide ſing. per Alb. de Roſa. in l. de quibus. uer. quæro etiam, otrùm. ff. de leg. ubi per uerbum Puto, dicit, quòd non, quo ad impetrantes à ſede Apoſtolica, quia inferior non poteſt ligare ſuperiorẽ. Facit etiam clauſula derogatoria ſtatutorum conſueta communiter apponi in literis. Dicit tamen, quòd contra hoc multùm facit cap. 1. de conſti. in 6. Et ita tendet. Credo, quòd dictum ſtatutum ualeat. Videmus enim hic, quòd poſſunt canonici taxare numerum, & iſta taxatio facit, quòd collatio Papæ non faciens mentionem numeri, non ualet. Ergo pari ratione poterit uidetur ſtatutum poſſe inhabilitare ad uocem impetrantem ultra numerum. Sicut enim taxatio numeri non eſt impeditiua poteſtatis Papæ, quin ei derogare non poſſit certioratus de ca, ita nec inhabilitatio uocis. Cũ ergo impetrãti obſtent duo capita ſtatuti, facere debet utriuſque mentionẽm, ut in ſimili dicit Ludo. dicto conſi. 326. In præſenti. Concedo, quòd ſimpliciter reſcribendo non tolleret Papa dictum ſtatutum. Ita loquitur dictum c. 1. Sed facta mentione ſtatuti per clauſulam, Non obſtantibus, ſatis erit, niſi ſtatutum eſſet iuratum, quia requiritur derogatio etiam ad iuramentum, per prædicta. Et fortè attentari poteſt, quòd ſi ſcribitur ſimpliciter, ut quis recipiatur cum clauſula, Non obſtantibus ſtatutis, erit ſolùm derogatum ſtatuto taxatiuo numeri, non autem ſtatuto inhabilitãti ad uocem. Intendit enim illa clauſula derogatoria tollere ſolùm obſtantia receptionis, non autem modificãtia qualitatem recepti. Facit, quod dixi infrà eod. nonnulli. ad fi. prin. in 6. concluſione. Et ideo, ut eſſet derogatum alteri ſtatuto, oporteret ſaltem, quòd literæ dicerent, ut reciperetur cum plenitudine iuris Canonicalis, non obſtante aliquo ſtatuto, nam tunc ſtante ſtatuto de uoce, non haberet plenitudinem iuris Canonicalis. Ergo per dicta uerba intelligatur illi derogatum. Secus, ſi clauſula derogatoria non tribueret plenitudinem iuris canonicalis. Cogita, & no. hæc, ut noua.

SVMMARIVM.

1 *Surreptio doloſa uitiat reſcriptum in totum: ſi autem proceſſit ex ſimplicitate, uel ignorantia, uitiat, quatenus fuit cauſa conceſſionis.*

2 *Surreptio per ſimplicitatem, an & quãdo uitiet ſolùm id cui dedit cauſam, non aliud.*

3 *Surreptio non doloſa, licet non uitiet in literis gratioſis, uel beneficialibus, ſecus tamẽ eſt in priuilegijs, quia per ſurreptionẽ nõ doloſam uitiantur, indiſtinctè. Et iunge alium caſum, quando ſurreptio non doloſa uitiet. Paulo poſt uerſ. limita quarto.*

4 *Modus cognoſcendi quando aliquid dicitur cauſa demonſtrationis uel taxationis.*

5 *Surreptio doloſa uitiat literas gratioſas in totum.*

6 *Ignorantia, quamuis probabilis, non excuſat, ubi præiudicatur in re tertij, de quo eſt facta mentio.*

7 *Surreptio nõ præiudicat abſenti, quãdo alius ſupplicat pro abſẽte.*

8 *Exprimenda ſunt in reſcripto, quæ poſſent mouere animum principis ad concedendum, uel non concedendum. Et qualiter cognoſcitur, quando princeps conceſſiſſet, uel non cõceſſiſſet. Ibidem paulo poſt, uerſ. prima regula.*

9 *Omnia, quæ obſtant gratiæ conceſſæ, quæ facile poſſunt colligi ex narratis in reſcripto, tacitè cenſentur eſſe ſublata.*

10 *Mentio ſi fiat de poſſeſſione in aliqua parte gratiæ, licet gratia nõ expreſſe dicat de poſſeſſione, tamen impetrãs cẽſetur etiam ſurrogatus in poſſeſſione, quam habebat defunctus.*

11 *Clauſula, Si non eſt alteri ius quæſitum, tollit omnem ſurreptionem, quæ poſſet allegari, tertio prætendente, reſcriptum eſſe præiudiciale.*

12 *Mentio litis pendentis debet fieri in reſcripto.*

13 Lis quando dicatur pendere.

14 Impetratio quæ non facit mentionem de ſententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam, eſt ſurreptitia.

15 Sententia nulla non tranſit in rem iudicatam.

16 Impetratio in cauſa matrimoniali ualet, licet non faciat mentionem de ſententia.

17 Impetrans reſcriptum, ut poſſit expedire actum, qui regulariter non poteſt expediri, niſi in certis caſibus, debet exprimere, quod ipſe in aliquo illorum caſuum ſit.

18 Delegatus regulariter cognoſcit, an ſua ſit iuriſdictio.

19 Congregatio concilij generalis cùm ſit, poteſt minor pars eorum, qui adeſſe debent, citare maiorem: & data contumacia, minor pars conſtituet concilium.

20 Iudex, qui non poteſt eſſe, niſi in facto notorio, poteſt de hoc præparatorio cognoſcere.

21 Canones dant poteſtatem concilio ſupra Papam, quando eſt dignus depoſitione, licet aliàs ſit maior concilio: ſic etiam dant poteſtatem Papæ ſuper eo, ſine quo concilium nihil poſſet: puta, ad cõgregationem concilij.

22 Iudex non cognoſcit, an ſua ſit iuriſdictio, quando ei opponitur crimen, aut aliud, quod notat iudicem aliqua infamia.

23 Iudex non cognoſcit, an ſua ſit iuriſdictio, quando opponitur de totali fundamento iuriſdictionis, & proprietatis ipſius, quia ſicut non eſt poteſtas, non eſt epiſcopus.

24 Item, quando agitur non ſolùm de nudo exercitio iuriſdictionis, ſed etiam de proprietate iuriſdictionis, quia citatus dicit ſe exemptum, & iudex negat.

25 Iudex non cognoſcit, an ſua ſit iuriſdictio, quando eſt notorium, eum non eſſe iudicem, uel ſaltem ſe ſcit non eſſe iudicem.

26 Item, ubi iudex ingerit tenendo opinionem partis, quæ ſtat pro iuriſdictione.

27 Iudex non poteſt cognoſcere, an ſua ſit iuriſdictio, quando excipitur, quod locus contractus, uel delicti, non eſt de iuriſdictione citantis, non enim poteſt de hoc cognoſcere.

28 Item, ubi uertitur commodum ſportularum.

29 Item ubi reſcriptum eſt falſum.

30 Iudex non poteſt cognoſcere, an ſua ſit iuriſdictio, quando ſcit de nullitate reſcripti.

31 Proceſſus factus coram delegato per falſum reſcriptum, an ſit nullus.

32 Iudex non poteſt cognoſcere, an ſua ſit iuriſdictio, quando iudex non habet iuriſdictionem, niſi ſuper cauſa notoria caſus accidens eſt dubius, & non notorius.

33 Item quando pronunciatio incompetentiæ fuit facta partibus abſentibus, & procuratoribus præſentibus non habentibus ſpeciale mandatum ad prorogandum iuriſdictionem.

34 Item quando iudex non pronunciat expreſſe ſe competentem, ſed tacitè.

35 Iudex non cognoſcit, an ſua ſit iuriſdictio, ſi obijcitur ei, quod ſua iuriſdictio eſt reuocata per ſecundas literas directas alteri delegato.

36 Item, quando opponitur iudici, quòd delegans non habebat poteſtatem delegandi.

37 Exceptio peremptoria an & quando poſſit opponi ante litem conteſtatam.

CAPITVLVM XX.

1 Svper literis. Doloſa † ſurreptio uitiat reſcriptum in totum: ſi autem proceſſit ex ſimplicitate, uel ignorantia, eatenus uitiat, quatenus fuit cauſa conceſſionis. H. D. Et plura exempla ponit hic Bu. in ſua celebri repetitione, quæ poſſent in occurrenti facti ſpecificè inſeruire, & eſto memor huius uerbi. ¶ Sed circa exemplum Abb. de eo, qui dixit eſſe conſuetudinem patriæ ſuæ, quòd illa cauſæ expediretur ſummariè, conſidera: quia non uidetur iſtud carere dolo, niſi dicas, quòd fortè ex ignorantia, uel ſimplicitate computauit iſtam inter alias, quæ ibi erant ſummariæ, cùm tamen iſta non eſſet de illis. ¶ Iſtud, quod generaliter dicitur hic, iudicem non debere ſequi formam in literis comprehenſam, ſed ordinem iuris, oportet ita reſtringere, quòd proceſſus, quem habiturus eſt iudex, comprehendatur ſub uerbis in reſcripto poſitis. Innoc. pulchrè hic, quem omnes ſequuntur. Unde oportet, quod proceſſus fiendus conueniat narrationi & concluſioni reſcripti, neque ſufficeret, quòd uerba poſſint comprehendi ſub narratione, ſi non conueniunt concluſioni. Exemplum. Conqueſtus eſt nobis A. de B. quòd ſuper tali poſſeſſione iniuriatur ei. Unde mandamus, quatenus, ſi inueneris, quòd per uim ſibi illatam abſtulerit, cogas B. ad reſtitutionem. Deinde dicit libellus: conqueror de B. qui talem poſſeſſionem mihi uendidit, & eam dare contradicit, non ualet libellus: quia concluſio reſcripti, quæ dicit cogas ad reſtitutionem, non patitur hoc, licet petitio patiatur: quia petitio narrat iniuriam circa rem. Quæ uerba reaſſumit Bal. in l. præſcriptione. C. ſi contra ius uel util. pub. ponẽs alia exempla quotidiana. Propterea Pau. de Caſ. conſil. 311. ad confirmationem. et tollens iſta dicta, conſuluit, quòd ſi quis narrauit ſe ſpoliatum, & obtinuit reſcriptum ſuper interdicto Unde ui, in quo habet probare poſſeſſionem tempore ſpoliationis, & ipſam ſpoliationem, ſi dat libellum adeo generalem, quòd comprehẽdit etiam canonẽ, reintegranda. 3. q. 1. nec eſt probata ſpoliatio, non poteſt ſequi cõdemnatio ex illo canone, neque ex alio capite, quàm ſpoliationis, ut ſeruetur tenor reſcripti, propter dicta Inn. hic. ¶ Similiter Cal. de ſen. excom. conſ. 11. infert, quòd qui impetrauit reſcriptum ſuper abſolutione ab excommunicatione lata per epiſcopum, uel eius uicariũ, non poteſt ex eo conſequi abſolutionem ab excõmunicatione lata ab eius delegato propter diuerſitatem iuriſdictionis & perſonarũ. Et dicit quòd regula huius c. quando fuit tacitum id, quo expreſſo omnino obtinuiſſet, fallit, ubi eſt diuerſitas perſonarum, uel cauſarum actoris, uel rei. Quod no. Guſta etiam prædicta, ut per Rotam, quæ allegabitur in 4. limitatione proximæ concluſionis.

In literis gratiæ, Vel beneficialibus, an procedat iſte text. reſpectu primæ regulæ? Omnes concordant, quòd ſic, à fortiori: ſed reſpectu ſecundæ & tertiæ multùm uariant, quo ad modum declarandi. But. Imo. Domi. Abb. hic, reputantes rem hanc difficilem, & ſubtilem. Et licet de hoc nihil tangat Au. Sic. tamen, quia, ut dicit Ab. eſt materia intrinſeca huius decretalis, conatus fui adaptare uarietates prædictorum, quantò meliùs potui, per duas cõcluſiones limitatas quinq; modis, inſertis etiã aliorũ dictis.

a Prima conclvsio. Sicut † in literis ad lites ſurreptio nõ doloſa, ſed per ſimplicitatem

a 2, quæ fuit cauſa unius rei, tantum unam ſolam uitiat, & non aliam, cuius nõ fuit cauſa, ut hic in ſecunda regula: ita & in literis gratioſis & ad beneficia, in quibus cenſentur conceſſa ea, quæ princeps omnino cõceſſiſſet, etiamſi fuiſſet expreſſum id quod eſt tacitũ. Ita firmat hic Bu. Imo. Domi. & Ab. & Domi. latè in repe. c. poſtulaſti. ij. eo. & Rota de præb. 19. Quidam obtinuit. in antiquioribus. & Cal. in iſto tit. conſi. 2. & per hoc allegat Abb. c. ſi eo tempore. de reſcri. in 6. de quo fuit facta plena mentio, quantum ad hoc, ĩ. eo. ſedes. in prin. ¶ Adde meliorem tex. in capitul. dudum. uerſicu. conſiderantes. de præb. in 6. qui in materia beneficiali expreſſè uult, quòd taciturnitas alicuius qualitatis, qua expreſſa nihilominùs princeps literas conceſſiſſet non uitiat literas. Ad idem c. ſi pro clericis pauperibus. de præben. in 6. ubi taciturnitas defectus ordinum ſacrorum non uitiat literas, ex quo intra tempora à iure requiſita poteſt promoueri ad ordines, quos requirit beneficium. Ad idem, quod notant Inn. & Hoſt. de tranſac. ex literis. dicentes, quòd tacere, quòd alius beneficium iniuſtè poſſidet, & per ſimoniam non uitiat literas: quia hoc expreſſo habuiſſet literas etiam faciliùs. Ad idem Rota hoc ti. 67. Papæ ſupplicatio in antiquis, ubi dicitur, quòd qui narrauit de cura, & de reſidentia, obtinebit beneficium, licet ſit ſimplex, & non requirat reſidentiam: quia multò fortiùs hoc obtinuiſſet, & uidetur dixiſſe cauſa demonſtrationis, non cauſa taxationis, iuxta ea, quæ dicentur proximè in 4. limitatione. ¶ Limita primò, dum modò qualitates non expreſſè ſint tales, ad quarum expreſſionem non tenetur impetrans de iure communi, ſecus, ſi ſunt tales, de quibus impetrans debuit de iure facere mentionem, quia tunc taciturnitas

a *Per ſimplicitatem*] *Adde domi. Soc. conſ. 273. inci. In præſenti cõſultatione. uer. poſtremò dico, quòd ſalu. in 2. parte, et cõſil. 164. inci. Viſa bulla. Boniſatij. uer. primum fundamẽtum. ibi, ex quibus infero. in d. parte, & conſil. 169. incip. Circa primum conſultationis articul. ĩ princi. in d. parte.*

turnitas earum uitiat, etiamſi aliàs Papa omnino literas cõ ceſſiſſet. Ita procedit tex. cum glo. pe. in c. ſi motu proprio. de præb. in 6. ſecundum Domi. hic, & in d. c. dudum. j. eo. poſtulaſti. & ibi Maria. & dici ſ. eod. ad aures. 9. concluſione. Et regula eſt, quòd non tenetur impetrans facere mentionem in literis beneficialibus, niſi de qualitatibus in iure expreſſis, ſecundum Domi. in dictis locis. Allegat gl. in cle. 1. in uerbo, uel alteri. de præben. quam ſequitur Cal. de præb. conſil. 6. & tetigi ſ. eo. ad aures. & dicetur j. eo. in noſtra. diſcurrẽdo qualitates in iure expreſſas. Sic intellige. Car. cõſ. 34. incip. M. 382. die 10. menſis Iulij. ubi ſimpliciter dicit, quòd ſurreptio uitiat in beneficialibus, etiãſi ſurgat ex ſimplicitate. Allegat glo. in d. c. ſi motu. Sic etiam reducas dicta Imo. in d. c. ſi motu. cum quo tranſit ibi Domi. Et dum dicit, quòd ſi taceretur aliquid, quo expreſſo Papa dediſſet literas, ualet impetratio: & ſic intelligit d. c. dudũ. dic, quòd iſtud eſt contra dictum c. ſi motu. ubi etiamſi expreſſiſſet de beneficio minimo, omnino literas habuiſſet, & tamen tacere ipſum uitiat eas: & ideo ille tex. cum ca. dudum. debent adaptari, ut eſt dictum, licet Dom. in c. ſi motu. non aduertat. ¶ Limita ſeeundò, niſi obtentum per ſurreptionem habeat connexitatem cum reliquis: quia tunc ratione connexitatis ſubreptio uitiat omnia. Ita tex. ſ. cap. proxi. & no. Abb. hic. Et idem puto in literis ad lites, arg. c. ſi ſuper. de offi. dele. in 6. Et ſic uult Ab. quòd etiamſi illa connexa ſint talia, quibus expreſſis omnino Papa literas conceſſiſſet, tamen in illis non ualent literæ propter connexitatem, quã habent cum partibus literarum ſubreptitiè obtentis. Quod

5 not. ¶ Limita tertiò, dum † modò loquamur in literis gratioſis, uel beneficialibus. ſecus in priuilegijs: quia per ſubreptionem, etiam non doloſam, uitiantur indiſtinctè. Bu. Imo. & Dom. hic: allegant Cy. & Iaco. Bu. in l. præſcriptione. C. ſi contra ius. & Io. An. j. eo. cùm dilecta. quia priuilegium eſt lex priuata, in quo priuilegio concluſio eſt præciſa, quo ad mentem generalem & ſpecificam concedentis: quia præcisè, intendit priuilegium concedere: ſed in literis contentioſis concluſio mentalis eſt inquirere, ut iuſtitia miniſtretur, & ſpecialis circa formam. Vnde uitium formæ nõ uitiat ſubſtantiam. ¶ Sed caue: quia intentio Ioan de Imo. & Abb. hic uidetur eſſe, quò literæ beneficiales & priuilegia in hoc non differant: quia, ut dicit Imo. etiam in literis beneficialibus mens Papæ eſt præciſa, quia præcisè intendit conferre beneficium. Præterea, ut dicit Abb. literæ ad beneficia ſunt ualde ſtricti iuris. Ergo ubi ſurreptio in parte non uitiat eas in totum, multò minùs uitiabit alias conceſſiones. Et quòd priuilegia & literę beneficiales parificentur in materia ſubreptionis, no. Inn. j. eo. cùm dilecta. & clarè Abb. j. eo. ad audientiam. cum concor. ibi dicendis. ¶ Limita, quartò, dum modò ea, quæ ſunt expreſſa circa qualitates beneficij, ſint expreſſa cauſa demonſtrationis, quia ſubreptio nõ doloſa non nocet in illis, ſi apparet, quòd princeps omnino conceſſiſſet præſuppoſita bona ſpecificatione qualitatum. Sed ſecus, ſi eſſent expreſſæ cauſa taxationis, uel limitationis: quia tunc reſcriptum beneficiale non poteſt reduci ad ea, quæ ſi fuiſſent bene expreſſa, uel aliter expreſſa, non retardaſſent literas. Rota de præben. 19. Quidam obtinuit. in antiquioribus: quaſi extollit Dom. j. eo. poſtulaſti. & hic, & Abb. hic, & j. eo. ſignificante. ¶ Not. quando ſunt expreſſa gratia demonſtrationis ex taciturnitate aliarũ qualitatum, nõ remanet taxatio gratiæ, quo ad expreſſa, ſecus, ſi ex taciturnitate ſequatur taxatio tantùm ad expreſſa. Et iſte eſt caſus in ca. ſuſceptum. de reſcrip. in 6. Nam faciliùs Papa concederet uacaturum per renunciationem, quàm per mortem cauſa euitandi uoti captandæ mortis, & tamen, quia ibi expreſſit de uacaturo per mortem, non habebit uacaturum per renunciationem. Et idem in caſu c. cui de nõ. de præben. in 6. Amplius dicit Rota, ubi ſ. quòd etiam in li

a teris iuſtitiæ, ubi adijceretur falſitas gratia taxationis, uel limitationis, non haberet locum iſte tex. etiamſi tacitum fuiſſet facilè obtentum, ſi fuiſſet expreſſum. Et inducit dictum Iun. hic relatum ſ. in prima additione, de eo, qui deduxit in reſcripto mutuum, poſtea uult agere ex donatione, uel ſtipulatione, quia licet ita facilè obtinuiſſet ſuper illis, tamen uidetur taxaſſe, ſeu limitaſſe reſcriptum ad modum expreſ-

4 ſum. ¶ Modos † autem cognoſcendi demonſtrationem, & taxationem, ponit Rota de teſta. 8. lego pro anniuerſario, in antiquis, & Bar. in l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de uerb. obl. & Pau. Pulchrè conſi. 51. & aliquid Paul. & Alex. in l. Stichum, qui meus erit. ff. de leg. 1. & aliquid Sal. poſt Bal. in l. ſi quis argentum. §. 1. ibi, iuxta quod quæro. C. de dona. Et in effectu dicitur cauſa demonſtrationis, quando ſub diuerſis uerborum conceptionibus aliquid exprimitur, putà, ſi teſtator legat aureos 40. Titio, & ſubiũgit, quòd illos 40. uult ſolui ex 40. ſibi debitis à tertio, certè iſta particula ſequens non limitat, legatum, quia etiamſi ille non eſt debitor, debetur legatum. Voluit enim ſolùm demonſtrare unde faciliùs ſolui poſſet ſine incommodo rei familiaris, l. quidam teſtamento. in prin. ff. de leg. 1. l. Lucius. ff. de leg. 2. & l. Paulo Callimacho. §. fi. ff. de leg. 3. Sed ſi ſub una conceptione uerborũ legat, & declarat, putà lego decẽ, quæ mihi Titius debet, uel quæ ſunt Iarca, iſte uidetur limitare, unde ſolui debet, nec aliũde ſupplẽdũ eſt, l. ſi ſic. §. j. ff. de leg. 1. cũ ibi allegatis. Vnde cogitabã, qđ ſi ĩ caſu d. c. ſuſceptũ. & c. cui de non. eſſet unica uerborum conceptio. ¶ Et in hoc cõſidera duos caſus. Primus, quando uerba diſpoſitiua gratiæ loquũtur ſimpliciter & purè de primo uacaturo: deinde in uerbis narratiuis, uel executorijs, fit mentio de certo modo uacationis, uel de certa præbenda: & tunc non dicetur ſermo taxatiuus, ſed demonſtratiuus, tum per prædicta, tũ per cle. 1. de præben. ¶ Secundus caſus, quando fuit facta petitio exprimens certam ſpeciem uacationis, uel certam qualitatẽ præbendæ: & iſte caſus eſt magis dubitabilis, quia, ut dicetur infrà. in uer. quarta regula, Petitio uidetur dare intellectum generalitati conceſſionis: & ſic facere ipſam limitatam. Sed in contrarium facit: quia negari non poteſt, quin ſit diuerſa conceptio uerborum. Et ideo cogita, quia nullus tangit. ¶ Limita quintò, ut dici in concluſione: niſi

5 † ſit ſurreptio doloſa: quia uitiat literas gratioſas in totum, ſecundum omnes * hic: quibus adde Innoc. in c. accedens. de exc. ſal. ubi dicit, ꝙ in gratioſis falſitas præſumitur ſemper expreſſa cum dolo. Loquitur tamen, quando eſt magna gratia. Sed in literis de iuſtitia, in dubio nõ præſumitur dolus, ut ibi in text. Et quòd in gratioſis in dubio præſumatur dolus. ſentit ſimpliciter Innoc. infrà. eod. dilectus. el 1. in gloſſ. quomodo tenetur in prin. ¶ Non dicas, ſi ſemper præſumitur doloſa: ergo, quæ dicta ſunt de ſimplicitate, nũquam procedent, quia præſumitur doloſa in dubio. Sed bene poteſt probari, quòd caruit dolo, non enim eſt præſumptio iuris & de iure. ¶ Sunt tñ duo caſus, in quibus ſurreptio in beneficialibus non præſumitur doloſa. Primus, quãdo falſitas non eſt talis, quæ uerisimiliter debeat inducere principem ad faciliùs concedendum, ſed eſt ſuperflua, quia in dubio non præſumitur doloſa. Aegi. Belle. deciſ. Rotæ. 4. quia demonſtrationes ſuperfluæ nihil facientes ad factum, habentur pro ſuperabundantibus, l. teſtamentum. C. de teſt. ¶ Secundus caſus eſt, quãdo falſitas eſt circa id, quod ſi eſſet uerum, potiùs debuiſſet principem retrahere: putà, dicit ſe etiſtiam eſſe dignitatem, tùm non eſſet, nam ſi eſſet dignitas, princeps difficiliùs conceſſiſſet, & ſi non eſſet, faciliùs conceſſiſſet. Ideo talis falſitas non præſumitur doloſa. Ita Rota de præben. 19. in antiquioribus, in fi. Et uide Cal. de proba. conſi. 10. ubi latè ponit, quando allegatur ſurreptio non doloſa, quis habeat probare ueritatem, uel falſitatem narratorum. Eſt etiam unus caſus, in quo in reſcriptis ad lites præſumitur dolus, uidelicet quando ſunt magnæ coniecturæ doli, ut ſi eſt falſitas in narratione facti proprij, non antiqui, neque intricati, uel ſi ſunt literæ maioris ponderis. Et idem de ſimilibus coniecturis, ut hic pulchrè per Abb. ibi, ſed tu conclude. Cuius dictis adde, quæ dicta ſunt in hac quinta limitatione.

SECVNDA CONCLVSIO Quantum excuſat in beneficialibus ſimplicitas interueniens in ſurreptione, ut ſ. dictum eſt, tantũ etiam à ignorantia [a] probabilis abſque ſimplicitate: quando ea, quæ debent exprimi, tacentur per ignorantiam. Ita pro concluſione poteſt colligi ex uerbis Io. And. Bu. Imo. Domi. & Ab. hic, & Domi. in c. gratia. de reſcri. in 6. ubi eſt tex. probans hanc concluſionem, nec eſt caſus ſpecialis. Sed idem in ſimilibus, ſecundum prædictos, licet Ioan. Andre. ibi aliter dicat.

a *Ignorãtia*] *Ad de do. Soci. conſil. 164. incip. Viſa bulla Bonifacij. uer. primũ fundamentũ. ibi, ex quibus infero. in 2. parte, & conſil. 169. incip. Circa primum conſulta-*

¶ Limita

tionis arti.in prœ. in d. parte,in conſil.?273. inci. In praeſenti conſulta tione.verſ. poſtremò dico, quod talia.in d.parte.

¶ Limita primò, niſi præiudicetur iuri tertij. de quo non eſt facta mentio: quia † ignorantia, quamuis probabilis, non excuſat. Abba. hic, & ſuprà. capitul. proxi. ſecundo notabili, per illum tex. Et iden Cal.hoc tit.conſi. 14. dicit,quòd taciturnitas electionis de alio factæ uitiat, etiamſi probabiliter ignorabatur, quando electio eſt ualida, uel etiam annullanda: & hoc propter defectum intentionis principis: argum.capitu.ſuper eo. de offi.deleg.& ſequitur Domin.in d.capitu.gratia. ſecus, ſi electio eſt nulla, ſecundum iſtos, & dixi ſuprà eodem .ex tenore. ¶ Limita ſecũdò, dum modò princeps fuiſſet aliàs cõceſſurus illã gratiã, ſi fuiſſet expreſſũ id, quod ꝑ ignorãtiã tacuit impetrãs,licet fortè nõ ita facilè.Ab. hic ꝑ d.c.gratia. ¶ Conſidera bene,ꝙ ex hoc ſequitur magna limitatio ad regulam c.poſtulaſti.in uerbo, de leui. ĵ. eod. quæ eſt,quòd tacere id, quo expreſſo non ita facilè fuiſſet obtentum reſcriptum, uitiat reſcriptum. Nam illud habebis locum, niſi taciturnitas procedat ab ignorantia probabili. Et certè probatur efficaciter in d.cap. gratia. tenendo, prout communiter tenetur, quòd non ponat caſum ſpecialem: quia ſi Papa ibi ſciuiſſet de alio beneficio, non ita facilè conceſſiſſet: & tamen,quia illa taciturnitas erat cooperta iuſta ignorantia, reſcriptum ualet. Eſt uerum, quòd Imol. hic uidetur dicere, quòd imo ibi non conceſſiſſet, ſi ſciuiſſet, per cap. ſi proponente. ĵ. eodem. Tamen melius eſt dicere, ut per Abb. quòd non ita facilè conceſſiſſet. Nam ex quo ille non acceptauerat beneficium alibi ei collatum, non eſt uerisimile; quòd Papa etiam de illo ſciens retraxiſſet ſe in totum, ex quo alterum ex eis erat dimiſſurus. Quando autem utrunque eſt compaſſibile, uide, quod dicetur ĵ.in fin. quintæ limitationis. ¶ Limita tertiò, dum 7 modò ſtante ualiditate reſcripti poſſit reduci ad terminos iuris communis, ut hic per Butr. Imo. & Domini.quia in d.cap.gratia. non ſeruatur præcisè forma reſcripti, ſed reducitur ad ius, ut alterum dimittat: & ſic ſtat ſubſtantia reſcripti, quando dimittit beneficium habitum alibi. Si autem dimittit habitum à Papa, non corruit reſcriptum ſurreptione, ſed ex renunciatione: ſecus, ſi non poteſt reduci ad terminos iuris communis. Et ita loquitur capitu. præcedens, ſecundum iſtos. Eſt uerum, quòd Abba. hic uidetur primò reputare impoſſibile, quòd gratia beneficialis reducatur ad ius commune: quia mens principis eſt non facere gratiam in alio caſu. quàm expreſſo, per capit. cui de non. de præbend. in 6. Sed ex uerbis, quæ poſtea ipſe ſubdit, dic, quòd aliud eſt quærere, an gratia poſſit excedere caſum ſuum? & dicendum eſt, quòd non. per dict. cap. cui. aliud eſt quærere, utrũ non mutando caſum ſuum poſſit reduci ad terminos iuris? & dic, quòd ſic, per prædicta,& per c.ſi eo.de reſcri. in 6. ¶ Limita quartò. dum mo 8 dò iſta reductio ad ius commune fiat ex proportione uerborum reſcripti, prout fit in d.c.gratia. ſecus, ſi diſproportionarentur uerba: quia etiamſi reductio eſſet ad caſum, in a quo princeps pariter, uel faciliùs conceſſiſſet, non fiet reductio.Imo.hic inducens c. ſuſceptum.de reſcr.in 6. Pro quo facit dictum Inno. hic, de quo ſ. in prima additione. Tamen in c. ſuſceptum. eſt etiam alia ratio decidendi, ſ. quia uerba erant taxatiua, ut in 4.limitatione præcedentis concluſionis. ¶ Limita quintò tangendo tertiam regulam, niſi ſurreptio ex ignorantia fuiſſet circa ea, quibus bene ſpecificatis Papa in totum denegaſſet literas, quia tunc neque ignorantia, neque ſimplicitas excuſant.Imo.& latius Ab. hic, per cap. conſtitutus.ſ. eo. & alijs rationibus, de quibus per eos. ¶ Conſidera diligenter, dum Abb. reprehendis But.uolentem, quòd iſto caſu ſuſtinetur gratia, ſi poteſt reduci ad terminos iuris, per d. c.gratia.in fi. quia, ſecundum Ab. non trahitur ibi ille caſus ad diſpoſitionem iuris, dum loquitur de beneficijs compaſſibilibus: imo gratia ſortitur in totum effectum ſuum, ſed de iure communi clericus beneficiatus non debet ad aliud reputari idoneus, c.is,cui.de præb. in 6.Non reſpondet Ab.ad d.cap.gratia.per quod uidetur deſtrui hæc limitatio, arguendo ſic, Papa non præſumitur uelle concedere beneficium beneficiato,ſ. eodem. cùm adeo. cum ſimilibus. Ergo ſi tacetur de beneficio compaſſibili, tacetur id, quo expreſſo Papa literas non dediſſet, & tamen tacere hoc ex ignorantia, non uitiat literas beneficiales, d. c. gratia. Ergo tertia regula huius c. non habet locum in illis, & ſic iſta limitatio falſa. Cogitabis uſque in craſtinum. ¶ Cogitabam, ſi poſſet dici, quòd illud aſſumptum, uidelicet quòd ſi Papa ſciuiſſet de alio beneficio compaſſibili, non dediſſet ſecundum, non ſit ſimpliciter uerum, quia licet non ita facilè dediſſet, tamen non eſt uerisimile, quòd in totum denegaſſet, ex quo propter compaſſibilitatem nihil fit, quod ſit ita ex toto iuri exoſum, ſicut aliàs eſt pluralitas incompaſſibilium. ¶ Et ita expreſſè ſentit But. hic, uer. in tertia regula. ibi, quatenus uerò impetrabit. Quem ſequitur Domi. hic, dicens nulli dubium eſſe, quòd ſi impetraſſet ſuper compaſſibilibus ignoranter ſub hac forma, ut poſſim habere ſecundum, ſi ipſum tenere poſſum ſecundum formam iuris communis, ualet impetratio. Repugnat ergo ſurreptio formæ reſcribendi, ut præcise habeat, non ſubſtantiæ reſcripti: ſecus, quando non eſt prouiſum contra uitium reſcripti ex iuris diſpoſitione, ut in c. præcedenti: quia ſi ille, qui ignoranter tacuit de numero, obtineret, rumperetur numerus contra intentionem Papæ, ſecundum ipſum. Sed profectò nemo negabit, quòd ſi primum compaſſibile cum ſecundo non eſſet tenue, ſed ſufficiens, princeps non dediſſet ſecundum, ſciens de primo, ut eſt dictum. Vnde poſſet quis pertinaciter inſtare, quòd imo in ca. gratia. ſit taciturnitas talis qualitatis, qua expreſſa non obtinuiſſet, & tamen hoc non nocet. Vnde in effectu uidetur dicendum, quòd in hoc ſecundo caſu de compaſſibili, illud c.gratia.cõtineat prouiſionem ſpecialem non extendendam, ut dicit ibi Ioan. And. Aliàs uideretur ualde obſtare huic opinioni, quæ uult hanc tertiam regulam procedere in beneficialibus. ¶ Demum circa prædicta no. 7 duo. Primò, quòd ſi † aliquis ſupplicat pro aliquo in eius abſentia, aliqua ſurreptio non imputatur abſenti, licet ſupplicans tacuerit in ſupplicatione aliqua beneficia abſentis. Ita ordinauit Vrbanus Papa, ſecundum Rotam hoc titu.68.Dominus Vrbanus. in antiquis, ſentientes, quòd ignorantia excuſat ſurreptionem iſto caſu, etiam ubi aliàs princeps non conceſſiſſet. Allegant d. c. gratia. ¶ Secundò no. quòd in omnibus caſibus, quibus literæ gratioſæ, & literæ de iuſtitia ſunt ſ. æquiparatæ, quo ad terminos huius decretalis, ſemper eſt ſubintelligenda una differentia, uidelicet quia literæ gratioſæ,maximè beneficiales, quando reputantur ſurreptitiæ, ſunt nullæ, ipſo iure: ſed literæ de iuſtitia ſurreptitiæ debẽt irritari per ſententiam: quæ differentia multùm importat propter ualiditatem proceſſuum. Et iſta latè deducentur ĵ. eo. ad audientiam. ubi etiam dicam aliquas fallentias, in quibus etiam in reſcriptis ad litet ſurreptio uitiat ipſo facto. Et iſta omnia habeas domeſtica, quia non poſſent eſſe uiliora.

8 EXPRIMENDA SVNT Ea † in reſcripto, quæ poſſent mouere animum principis ad concedendum, uel ad non concedendum, uel ad difficiliùs concedendum [a]. Et hoc ultimum probatur ĵ. eod. poſtulaſti. iuncto c. ſi motu. de præben. in 6. Et iſtam regulam firmat hic Abb. circa gloſ. maiorem hic. ¶ Conſidera, quòd in regula eſt illud uerbum de mente gloſſ. hic, uidelicet, Ad concedendum. Si enim intelligitur ſeparatim, quòd ſit facienda mentio de his, quæ inducerent principem ad concedendum, iſtud non uidetur uerbum neceſſitatis, ſed conſilij. Imputabitur enim parti, ſi non obtinebit, cùm tacuerit media, quæ erant apta ad obtinendum: ſin autem abſque illis obtinuit, adhuc minùs uidetur ei imputandum. ¶ Cæterùm, ut puto dixiſſe in c. 3. ſ. eo. in prin. cùm generaliter quæritur, de quibus ſit facienda mentio, reſpondendum eſt ſecundum diuerſa loca huius titu. nam ibi habuimus de exprimendis in reuocatione primarum literarum, & in capi. poſtulaſti. inſrà eodem. ponentur generales doctrinæ circa expreſſiones in gratijs & indultis,

a *Concedendum*] *Adde idem tenentem do. Soci.conſ. 231. inci. quoniã in præſenti conſultatione. uerſic.cõfirmo omnia præmiſſa.in 2.parte, & Bart.in l. præſcriptione.C.ſi cõtra iur.quod uerũ expreſſè & ſpecificè,non autem in genere,c. tum dilecta.ĵ.eod.& ibi tenet Ab.in 2.no. Item etiã cauſam impulſiuam prout eſt text.ſing. in c. poſtulaſti. ĵ.eo.per quam ſuperior nõ ita de facili cõceſſiſſet.*

indultis: ſed in c. in noſtra. j. eo. ponitur de exprimendis in beneficialibus: de quo etiam dixi aliqua ſ. eo. ad aures. hic autem eſt ponendum de exprimendis in reſcriptis ad lites, licet de hoc nihil tãgat An. Sic. neq; hic, neq; in dictis locis. ¶ Vnde congregatis pluribus hincinde ſparſis, collige decẽ regulas quotidianas, & magni ponderis, & ab alijs ſcribentibus nullibi reductas. ¶ Prima regula ad cognoſcendum, quæ ſunt illa, quibus expreſſis Papa fortè gratiam non conceſſiſſet, attenditur communis ſtylus principis: uel curſus cancellariæ, & attenditur probabilis coniectura, uel communis uſus aliarum literarum, per principes conceſſarum, uel ſolitarum concedi: aliàs nunquam poſſet ſciri, an princeps feciſſet gratiam, ſi fuiſſet expreſſum, uel non: fortè enim feciſſet, & fortè non, ſecundum Lap. allegatione 89. Duo prælati. Pro quo uide omnino Thomam Faſtoli dubio Rotæ 64. Eodem die, &c. Quidam Archidiaconus. Et de literis contra ſtylum dixi in capitu. 2. uerſic. præſumitur contra reſcriptum. ſ. eod. Et adde Rotam hoc titul. 64. in antiquis, ubi dicitur, quòd falſitas, quæ non inducit ad citiùs concedendum, non uitiat. Allegant Innocen. j. eod. in noſtra. in fin. & in c. noſtris de conceſ. præben. ¶ Secunda regula. Subreptio circa malam deductionem iuris communis non uitiat: quia non dicitur Papa decipi, cùm ſciat iura. Rota de reſcrip. 69. in antiquis, ubi dicitur, Vrbanum Papam reſpondiſſe uni auditori, quòd de qualitatibus, quæ à iure inſunt materiæ impetratæ, non eſt opus facere mentionem. Vnde dicit Rota de præb. 13. in antiquioribus, quòd impetrans archidiaconatum non habet neceſſariò facere mentionem de cura: quia habet eam de iure communi, c. ad hæc. de offic. arch. Similiter dicit Bal. ſ. eod. cùm ordinem. ibi, ut ſcias. quòd id, quod eſt certum à iure, non indiget expreſſione: & ideo impetrans ſuper feudo, non habet facere mentionem de conſuetudinibus feudorum, quæ iure ſcripto comprehenduntur: & quod certum eſt, expreſſione non indiget, l. 3. in fi. ff. de dote præle. ſecus, ſi eſſet conſuetudo certi feudi exorbitans à conſuetudine recti feudi, ſecundum eum. Similiter dicit Lud. ſing. 38. Vtrùm nobilis. in fin. quòd ſi monachus dixit ſe nobilem, non eſt ſubreptio, licet per profeſſionem expirauerit ſua nobilitas, ut in gloſſ. ibi allegatis: quia Papa non decipitur ab eo, ſed intellectu iuris, quod præſumitur ei notum, cap. 1. de conſti. in 6. cum ſimilibus. ¶ Tertia regula. Non eſt neceſſarium exprimere ea, quæ ſunt notoria in curia Papæ. Fed. De rerum permu. q. 4. & Pet. de Peru. in tractatu eiuſdem materiæ ibi, quæro tertiò. dicentes, quòd ſi non ſit mentio de reſeruatione, quam fecit Papa, literæ non ſunt ſubreptitiæ, quando erat plurimùm generalis: & no. in curia. ita quòd uerſimile eſt Papam eam ſciuiſſe ſic, ut ius ſcriptum. Et idem Rota de reſcri. 35. in nouis, de quo dicetur j. eo. in noſtra. collatio. §. rememoratis certis contrarietatibus Rotæ in hoc de reſeruatione. Facit etiam dictum Bal. in l. 2. in fi. C. quæ ſit longa conſue. cum concor quæ dedi in. c. 1. 3. ampliatione, de re iudic. probando, quòd princeps præſumitur ſcire conſuetudines multùm uulgares, maximè loci, in quo ipſe reſidet. Et ſubdit Bald. quòd princeps condendo legem uidetur derogare conſuetudini generali illi legi contrariæ, licet de ea nibil dicat. Quod no. ad limitationem c. 1. de conſti. in 6. ¶ Limita hanc regulam, niſi aliquo modo cadere poſſet in Papam ignorantia alicuius indiuidui, licet in genere materia ſit publica in curia. Aegidius deciſ. Rotæ 9. commiſſio gratioſa, &c. dicens, quòd licet in libro theſaurarij Apoſtolici, qui eſt publicus, ſint taxæ beneficiorum, propter quas poteſt ſciri de ualore, tamen non ualet reſcriptum, quod pro ſemiſſiõe habebat ad partes ſuper uerificatione ualoris, nõ facta mentione dicti libri, quia licet liber ſit quid publicum, tamen poteſt eſſe quòd propter perditionem librorum, uel foliorum libri, taxa iſtius, uel illius beneficij non ſit ibi ſcripta, & hoc Papa poteſt uerſimiliter ignorare, & hoc debuit præſumere, ſ. quòd ibi non reperiretur, poſtquam deueniebatur ad teſtes. Dat ſimile, quia licet notorium ſit in iure archidiaconũ eccleſiæ cathedralis habere dignitatem, c. 1. c. ad hæc. & c. cùm ſatis. de off. arch. tamen quandoque per conſuetudinem Papæ ignotam receditur ab huiuſmodi iure. Ideo dignitas eſt exprimenda, ca. cum illis. de præben. in 6. clem. 1. de præben. ¶ Quarta regu-

9 la. Omnia † obſtantia gratiæ, quæ clarè poſſunt colligi ex narratis, uidentur tacitè eſſe ſublata, licet in conceſſione gratiæ de illis tollendis nihil fuerit expreſſè dictum. Aegidius concluſione Rotæ 333. In cauſa domini Car. & But. conſi. 2. Viſis literis. quod eſt etiam 49. ad fi. uolens plus, quòd ſi petitum eſſet aliquid haberi pro expreſſo, & ſignatura dicat, Fiat, ut petitur, ualet gratia, ac ſi illud expreſſum fuiſſet. Et de iſta clauſula. Pro expreſſis habentes, uide, quod latiùs reaſſumo in c. nonnulli. in prin. uer. fallit ſecundò. j. eo. ¶ Adde etiam Lud. conſi. 80. Confirmanda profectò, &c. ubi etiam probat, quòd narratio informat & declarat ſimplicem ſignaturam. Vnde Abb. de ſenten. excom. cùm pro cauſa. dicit, quòd ſi fuit petita generalis abſolutio à pluribus excommunicationibus, & concedatur ſimpliciter, cenſetur cõcedi ad omnes petitas, ſecus, ſi fuit expreſſa una ſpecialis excõmunicatio, & ſecuta ſimplex abſolutio, quia reſtringitur ſolùm ad illam petitam, quia ſpecies præcedens, &c. ſ. eo. ſedes. Similiter dicit Bart. in l. 1. ff. ad l. Iuliam ma. quòd ſi bannitus petijt ſaluum conductũ pro decem diebus, & fuit ſimpliciter conceſſus, intelligitur pro decendio iuxta petitionem, arg. §. præterea. Inſti. de inuti. ſtip. & ſequitur Ab. in c. 2. de treu. & pace. dicens eſſe bonum tex. in c. inter dilectos. §. cæterum. ibi, ea forma petitionis. de fide inſtr. ſicut etiam in tranſactionibus attenditur narratio ad intelligẽdam earum generalitatem. Bar. in l. ſub prætextu. la 2. C. de trãſ. gl. & Doc. in c. 1. j. eo. ti. Similiter dixit Imo. contra But. in ca. de teſtibus de teſti. quòd ſi teſtis productus ſuper certis articulis iurat ſimpliciter dicere ueritatẽ, non intelligitur iuraſſe ſuper tota cauſa, ſed ſolùm ſuper capitulis et nominatis. Similiter dixit Pau. conſil. 312. quòd ſi in ſupplicatione legatus conqueritur de multis, qui recuſant contribuere in eo hoſpitando, & nominat Carthulienſes, deinde fiat generalis ſignatura contra omnes, refertur etiam ad eos, licet per eorum priuilegia debeat fieri mentio ordinis eorum. Similiter dixit Rota de Reſcripti. 44. in antiquis, & eod. titul. quinta, in antiquioribus, quòd cancellatura unius particulæ ex illis, quæ apponuntur ad partem, facit uideri, quòd ſignatura concedat omnia alia etiam talia, quæ aliàs ex regulis cancellariæ per ſimplicem ſignaturam non uiderentur conceſſa, quia illa cancellatura aperit, quòd animus Papæ fuit inclinatus ad alia non cancellata. ¶ Similiter di-
10 ait Rota de reſcri. 71. in antiquis, quòd ſi † in aliqua parte gratiæ ſit mentio de poſſeſſione, licet gratia expreſsè non dicat de poſſeſſione, tamen impetrans cenſetur etiam ſurrogatus in poſſeſſione, quam habebat defunctus. ¶ Similiter dixit Rota de reſcrip. quarta, in antiquis, & eod. titu. 9. in nouis, & Aegidius concluſione 358. In cauſa mea. & 394. Cùm in commiſſione. quòd ſi petitum eſt cauſam committi ſummariè ſola facti, &c. & ſignatura nihil cancellando dicat, Talis audiat, &c. intelligitur commiſſa ſummariè, etiamſi de hoc aliter nihil dicat, ſecus, ſi in ſignatura non eſſet illud, &c. quia ſi cauſa non eſt de ſui natura ſummaria, non efficitur ſummaria per ſimplicem ſignaturam, etiamſi illa particula non cancellatur. Rota prædicta, quarta, & de reſcripti. 28. in nouis. Sic intellige Aegidium concluſione 376. In cauſa Auinionenſi. & Alexand. conſil. ubi per unicum ad omnia numerum 235. In cauſa & lite uertente coram arbitris. ¶ Limita regulam, ut per Abb. in d. cap. inter dilectos. ibi not. bonam in d. c. 2. uidelicet dum modò ſimus in dubio. Secus, ſi clarè apparet, quòd ſignatura ampliat, uel limitat narrationem: quia tunc ſtatur ſignaturæ, uel conceſſioni, per text. in d. cap. inter. ubi petitio erat de confirmatione, & conceſſio fuit de confirmatione & donatione: & ſic ampliauit. Vnde dicit Abb. in d. ca. 2. quòd ſi petitio fuit indeterminata, & conceſſio determinata, attenditur conceſſio, quod dicit eſſe notandum: quia ſæpe Papa ſignando ſupplicationem reſtringit petitionem, & tunc non prodeſt impetranti dediſſe generalem petitionem, & prodiſſe fuit in facto, ſecundum eum. Facit, quod not. Imol. in c. 1. de pac. de quo memini ſuprà, eo. cauſam. quando fuit dictum. Promittis decem in Paſcha? & dixiſti, Promitto decem: nõ es obligatus pro illo tempore: ſecus, ſi dixiſſes ſimpliciter,
11 Promitto: ut ibi per eũ. ¶ Quinta regula. Clauſula † Si non eſt alteri ius quæſitum, tollit omnem ſubreptionem, quæ

poſſet

poſſet allegari à tertio prætendente reſcriptum eſſe ſibi præiudiciale: & non eſt opus alia mentione ſuæ coloratæ poſſeſſionis. Card. egregiè conſil. 94. Nobiles uiri domini de Vinciguerra. quia uidetur reſcriptum concedi ſub conditione, ſcilicet, ut procedat tunc tantùm, quando per hoc non præiudicatur iuri quæſito alteri, iuxta c. ſi poſtquam. de præben. in 6. Et ſubdit, quòd indulgentia, uel conceſſio Papæ habens clauſulam, Vocatis uocandis, non dicitur ſimpliciter forma indulgentiæ, ſed reſcripti: & operatur, quòd etiamſi adijciatur executor, qui aliàs eſt merus, tenetur aſſumere partes iudicis, ut ſingulariter probatur, ſecundum eum, de iudi. exhibita. cum concor. quas dixi ibi, & de re iud. de cætero. Et ideo id, quod concernit negotium principale, non poteſt obijci reſcripto per modum ſurreptionis, etiamſi dicatur, quòd reſcriptum non fuiſſet obtentum, ſi ea, quæ ſunt impetranti oppoſita, fuiſſent expoſita deleganti, cap. 1. de litis conteſt. in 6. Non enim habet pars aduerſa, de quo conqueratur, ex quo iudicialiter poterit obijcere, & probare de iuribus ſuis: ſecus eſt, quando priuilegium conceditur ſimpliciter. Tunc enim, ſi teneret in præiudicium poſſeſſoris, abſorberetur ius eius, quòd princeps non intendit. Et hæc eſt ratio, ſuper qua fundatur c. cùm noſtris. de conceſſi. præben. & c. dudum. cum gloſſ. de deci. & c. 2. de deci. in 6. ſecundum eum. Et circa dictum c. 2. uide dicta ſuprà, eo. cauſam. in fi. Et ſcias, quòd per quamcunque ſignaturam, ſeu conceſſionem pro commiſſionibus a Papa, uel de eius mandato factam nunquã tollitur quomodolibet ius alteri quæſitum, ut eſt regula cancellariæ Apoſtolicæ mihi 16. quæ incipit, Item ne per narias. Et adde, quòd ubi Papa facit mentionem de iure quæſito, cenſetur intellexiſſe de perpetuò duraturo, non autem de non duraturo. Item cenſetur uoluiſſe comprehendere ius quæſitum purè, non autem ius exiſtens conditionaliter. Ita probat Lud. conſi. a 56. Approbo ſententias. in fin. per iura, de quibus ibi per eum. ¶ Sexta regula. De

32 † pendentia litis debet fieri mentio in reſcripto ad lites. Senſit gloſſ. hic, & faciunt dicta ſuprà, eo. cæterum. Sed illa loquuntur, quando agitur de reuocanda iuriſdictione primorum iudicum. Sed hic agitur de conceſſione primi reſcripti, in quo dicitur neceſſariam eſſe mentionem pendentiæ litis. Ad quod in ſpecie uide gloſſ. de offi. dele. prudentiam. §. ſexta. in uerbo, cauſam. quam ualde notat ibi Abb. Nam probat, quòd impetrans ſuper cauſa inchoata coram ordinario, debet facere mentionem de proceſſu ordinarij. Et idem gloſſ. in c. ut debitus. in uerbo, dicat. ubi, ſiue per hoc dicas. de appel. dicens, idem etiam eſſe, ſi cauſa iam eſſet cœpta per ſolam citationem. Et dicit Rota hoc tit. 24. in antiquis: & Tho. Faſtoli dubio 64. Eodem die, &c. quidam Archidiaconus. quòd non ualet commiſſio ſpecialis, quæ fit in curia, non facta mentione, quòd lis alibi pendebat. Et executoria impetrata ſuper executione trium ſententiarum, & taxatione expenſarum, tacens de pendentia appellationis ſuper taxatione expenſarum interpoſitæ, eſt ſurreptitia: non tamen ipſo iure nulla. Aegi. latè deciſ. 84. Similiter non ualet commiſſio appellationis obtenta per appellatum in curia, etiam partibus ibi præſentibus, tacito de appellatione ad Metropolitanum interpoſita, niſi coram eo nondum fuiſſet introducta, Rota de appella. 19. in antiquioribus. Et tacere de propria appellatione inducit ſurreptionem. Rota hoc tit. 25. Item ſi reus. in nouis, ſiue fuerit appellatum ad Papam, ſiue ad alium inferiorem. Allegat Archi. de appe. concertationi. lib. 6. dummodo interſit partis appellatæ: ſecus, ſi eius non intereſt: quia nullum ius habet. Alleg. Inn. ĩ. eo. ea parte, ſuper uerbo, appellatione. & ibi retuli. ¶ Amplia primò de iure ciuili, etiã ſi fieret mentio pendentiæ, tamen iudex requiſitus non denegauerat facere iuſtitiam: quia tunc ſola mentio pendentiæ non ſufficeret. Bal. in l. ij. in fi. C. ut lit. pend. per §. ſi uerò contigerit. in authen. ut diff. iud. Secus de iure canonico, ſecundum quod ſufficit mentio pendentiæ. Specu. de reſeri. præſenta. §. ratione autem cauſæ. in princ. gloſſ. in clem. 2. in uerbo, innouari. ut lit. penden. Phil. in d. ca. ut debitus. Amplia ſecundò ex dicto Specul. de leg. §. nunc oſtendendum. uer. legatus. & Ab. in c. 1. de offi. lega. & Dom. in c. 1. de ſo. compe. in 6. & Phil. in c. ut noſtrum. circa fi. in 3. q. de appel. ubi dicunt, quòd committere cauſam alibi pendentem, eſt de reſeruatis ſoli principi, adeo quòd inferior, etiam legatus de latere, hoc non poteſt. Facit glo. in c. fi. de hære. in 6. de qua ſatis ſcripſi ĩ. eod. c. 1. iuncta l. ubi cœptum. ff. de iudi. ¶ Amplia tertiò ex uerbis Aegi. deciſio. 46. Exceptio, &c. ubi dicit, quòd reſcriptum cõmittens cauſam auditori in curia, eſt ſurreptitium, ſi non facit mentionem, quòd lis pendebat in partibus coram domino temporali ſuper ſpoliatione feudi etiam in uidua, uel perſona alia miſerabili: quia tales cauſæ debent apud tales dominos agitari, dum modò non probentur negligentes in reddenda iuſtitia: imo, ſecundum eum, fortè ipſa commiſſio ipſo iura nõ ualet, niſi fuerit ſignata de certa ſcientia Papæ: quia contra ius eſſet, & procederet de plenitudine poteſtatis: quod non eſt ueriſimile, Papam uoluiſſe concedere uicecancellario, iuxta dictum Inn. de elec. innotuit. de quo dixi de except. cùm inter. ¶ Amplia adhuc, etiamſi non doloſè tacea tur pendentia. Bald. in c. fi. per illum tex. ut li. pen. ¶ Et ulteriùs amplia: quia etiamſi fieret mentio de pendentia litis, & non exprimeretur, quòd eſt concluſum in cauſa, non ualet commiſſio etiam conſiſtorialis: imo non ſufficit fieri mentionem implicitè de concluſione, neque etiam explicitè: ſed oportet, quòd in conceſſione commiſſionis derogetur expreſſè concluſioni. Ita uult regula cancellariæ mihi 36. Item ſtatuit & ordinauit. ¶ Modò dicta regula limitatur dupliciter. Limita primò, niſi pendentia litis fuerit tunc inchoata eadem die, quia fuit facta impetratio. Aegi. deciſ. 699. Suppoſito, quòd cauſa, &c. niſi appareat, quòd citatio plena præceſſerit impetrationem, & hoc probet excipiens.

33 Dicitur † autem in propoſito lis pendere reſpectu actoris, etſi ſolùm citatio fuerit decreta, licet non executa, ſecundum Lu. conſi. 330. Circa primum. Quod enim dicitur in cle. 2. ut lit. pen. non dici litem pendere, niſi executa citatione, procedit reſpectu rei, non reſpectu actoris, qui per decretum citationis ab eo obtentum ſcit litem pendere, ſecundum Lu. poſt Rotam, quæ eſt de do. & contu. 17. poſt medium, in nouis, & ut lit. pendent. 6. in eiſdem. &, ut lit. pen. 4. in antiquis, de do. & cõtu. 11. in eiſdem, licet aliqui auditores aliàs dixerint cõtrarium. Sed maior pars fuit contra eos, ut habetur per Rotam de app. 2. in antiquioribus. Reſpectu autem rei requiritur intimatio citationis, ut in dicta cle. 2. ¶ In qua nota acutatè duos caſus, quibus citatio etiam intimata non nocet reo impetranti. Primus, quando curſor citauit, non explanato tenore commiſſionis. ¶ Secundus, quando utrunque fuit factum eodem die, ſ. citatio & impetratio, & non apparet, quod præceſſerit. Hæc duo dicta ſunt in d. deciſ. Aegi. Suppoſito, quòd cauſa. quæ eſt etiam ad literam, ut lit. penden. 13. in nouis. ¶ Sed primus caſus non uidetur procedere in citatione facta per curſorem in Romana curia, licet dicta deciſio etiã de illa expreſſè loquatur, quia ibi poteſt citatus, ſi uult leuiter habere copiam commiſſionis, & ea contentis in ea ſe inſtruere. Ita conſuluerunt omnes domini de Rot. ut per ipſos in alia deciſione, 9. eo. ti. ſ. ut li. pen. in nouis. Vnde dictus caſus procedet in citatione facta extra curiam. De priuilegio autem, uel alio iure obtento a reo lite pen. dixi in a. 1. uer. fallit ſextò, ĩ. eo. Et adde, quòd per appellationem in cauſa beneficiali interpoſitam & legitimè intimatam ac deuoluentem inducitur litis pendentia ſimilis illi, de qua loquitur dicta cle. 2. quo ad impediendam impetrationem iuris noui. Agi. Belle. deciſ. Rotæ 749. licet per appellationem. ubi poſtea ſolenniter declarat additionem Inn. in c. fi. ut lit. pen. & ponit, quando impetratio iuris collatiua uitietur ex tacita pendentia litis? de quo remiſſiuè dixi in dict. capitul. 1. Sed prædicta loquuntur de reſcripto ius non conferente, ſed cauſam pendentem alteri committente.

¶ Limita ſecundò, uel declara ex uerbis Aegidij deciſion. 569. Concluſio, quòd parti, &c. ubi dicit, quòd ſi ſupplicans dixit, quòd acta & regiſtra cauſæ inchoatæ erant Auinione, unde curia receſſerat, & obtinuit eam ibi committi, non dicitur reſcriptum ſurreptitium, ſi ibi erat notarius cauſæ cum protocollo: tamen nondum redaxerat acta, quæ erant in protocollo in forma regiſtri: quia hoc non retraxiſſet Papam. Dixit etiam Aeg. deci. 600. Si delegatus. quòd ualet ſecunda commiſſio, in qua tacetur, quòd primus auditor remiſit cauſam, tanquam non ualens procedere. Et iſta nota, tanquam noviter aduuata. Et ea me-

liùs guſtabis, quando Romæ turbis curialium immiatus exerceberis in gurgitibus cauſarum, ubi qui hæc de nouo addiſcennt, putant ſe nihil in ſcholis feciſſe, & nouum mun
14 dum inuenire. ¶ Septima regula. Impetratio † tacens de ſententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam, a eſt ſurreptitia [a]. Gl. hic bonus tex. & ibi Doct. de arbit. expoſita. niſi adijciatur, Non obſtante tali ſententia tranſacta in rem iudicatam, l. fi. & ibi notatur. C. ſen. reſcin. non poſſ. l. cauſas. cum ibi notatis, C. de tranſact. Et priuilegium impetratum poſt tranſitum in rem iudicatam, tacito de illo tranſitu, non ualet. Card. de præſcri. cùm olim. in princ. dicens ſe ita conſuluiſſe per illum text. & eſt conſilium ſuum 67. Tenor talis eſt: plebs ſanctæ Mariæ de Cento. ad fi. ¶ Amplia, b etiamſi diceretur [b], Non obſtante ſententia lata: quia per hoc non eſt facta mētio tranſitus in rem iudicatam. Alex. conſil. mihi 235. In cauſa & lite uertēte in priu. Imò plus dicit, quòd etiamſi narraretur de executione, non ſequitur, quòd dixerit de tranſitu in rem iudicatam, quando fuiſſet ſententia abſolutoria: quia illa trahit ſecum executionem abſque aliquo nouo facto iudicis. Bart. in l. miles. §. qui iudicati. ff. de re iudi. Fortiùs dicit, quòd etiam ubi non eſt abſolutoria, illa uerba narrantia de executione, poſſunt uerificari in executione, quæ præceſſiſſet de facto ante tranſitum in rem iudicatam. Ergo non fuit facta aperta mentio tranſitus, ſecundum eum. Hoc ultimum non affirmatur: quia multi tenerēt contrarium, attento cōmuni uſu loquendi, & his, quæ frequentius accidunt, ut in iuribus nulgatis: quibus attentis, uidentur dicta uerba importare tranſitum in rem iudicatā, cùm communiter præcedat executionē, & cùm præſumatur pro iudice exequente, ut ſcis. ¶ Limita primò hanc regulā,
15 niſi † ſententia fuiſſet nulla: quia non trāſit in rem iudicatam, nec de ipſa oportet mentionem facere. Alex. conſi. mihi 236. Viſis proceſſibus. in fi. Faciunt, quæ dixi
16 ſ. eod. ex tenore. ¶ Limita † ſecundò in cauſa matrimoniali, in qua ualet impetratio, non faciens mentionem de ſententia. Lap. alleg. 89. quia non tranſit in rem iudicatam, de re iudi. lator & con ſanguinei. Allegat pro hoc Ioan. And. de re iud. tenor. ¶ Octaua regula. Fundans ſurreptionem reſcripti alieni in taciturnitate actus, quem priùs impugnauit, non auditur. Aegi. concluſione 154. Si facta dicēs, quod qui impugnauit certam concordiā factam ſuper alienatione, non poteſt impugnare confirmationem obtentam à Papa ſuper illa alienatione, dicendo, quòd tacuit dictam concordiam, quia ipſa impugnauerat eam, tanquam nullam. Ergo non indigebat mentione, per notata ſ. eo. ex tenore. Modò uideretur dicere contraria. Ergo non audiendus. Facit dictum Thomæ Faſtoli dubio Rotæ 28. Demum per dominum Franciſcum, &c. ubi dicit quòd remiſſoria ſemel utrique parti data, ſi fuit impugnata ab una parte, non debet ei iteratò dari, licet duret pro illo, cui de ſurreptitia eius impetratione falſo oppoſitū fuerat. Facit regula, ex eo. lib. 6. cum concor. ¶ Limita primò, Niſi adhuc pendeat quæſtio ſuper ipſa impugnatione: quia ſuper eo, in quo pēdet, non debet aliquid innouari: & auditur allegans id, quod impugnat, pendente impugnatione. Pe. de Anch. in iſtis terminis, conſi. 13. Viſo proceſſu. ad fi. & notat Compoſt. & quaſi omnes alij, ſ. eo. c. ita limitantes dictam regulam ex eo per l. diximus, quæ eſt l. 2. ff. de excuſ. tut. ubi ſi habens duas tutelas excuſauit ſe à tertia, & ſuccubuit, & appellauit, ſi adhuc iam impugnans interim eligitur ad quartam, poteſt ſe excuſare ex illa tertia, quia ſua impugnatio non dum eſt liquida. ¶ Limita ſecundò, niſi deſtitiſſet ab impugnatione. Rota. de app. 45. in antiquis. Aegidius concluſione. 357. Tertia Martij. dicentes, quòd appellans, qui impugnauit impetrationem appellati, poteſt ea uti, ſi non perſeuerauerit in impugnatione, nec appellauit propter eam nō admiſſam. Et iſtæ ſunt limitationes deciſæ in ſpecie, quo ad impugnantem reſcriptum [c]. Sed poſſet iſta regula limitari alijs modis, quibus limitatur dicta regula, ex eo. quæ colligi poſſunt ex dictis Bar. in l. legatum. ff. de his, quibus ut indig. & Bar. de cenſi. cùm olim. Et dicta eorū ordinato, & nouiſſimo ſigillo adaptaui ſ. eo. c. in 6. col. eſt 12. ſequentibus. ¶ Nona regula. Generalis locutio reſcripti non redditur ſurreptitia, licet in aliqua minima ſpecie incluſa ſub genere uerificari non poſſit. Domi. in proœmio 6. propter gloſſ. ibi in uerbo, filijs. & in proœmio huius libri in uerbo, iudicijs. Per quas glo. habes exemplum huius regulæ, quod ibi
17 uide. ¶ Decima regula. Impetrans † reſcriptum, ut poſſit expedire actum, qui regulariter nō poteſt expediri, niſi in certis caſibus, debet exprimere, quòd ipſe eſt in aliquo illorum caſuum. Abb. de ap. ad noſtram. ad fi. uolens poſt Innoc. ibi, quòd ubi impetrantur literæ ſuper appellatione, à correctione, debet exprimi caſus iuſtificans appellationem, ſ. quia in corrigēdo exceditur modus, ſicut obſeruat, cùm appellatur ab executore: ut per eundem in c. quod ad conſultationem. de re iud. Facit ſimilis doctrina Ab. & Phil. de app. conſuluit. Io. t. & Philip. in capitul. 1. in fine, eodem titul. & Ludou. conſil. 324. In propoſito. in fine, & Bellen- 18
cin. in capitul. cùm cauſa. In fin. de appella. in apoſtilis impreſſis, cum concor. quas dedi in capitu. cùm ſuper. in princip. & in fin. de re iudica. quòd licet regulariter non exprimatur cauſa in appellatione à diffinitiua, l. ſcio. ff. de app. tamen fallit, ubi ius prohibet appellationem, niſi in certis caſibus: quia appellans, tanquam ſit in uno ex illis, debet ipſum exprimere. Ad idem theorica Inno. in ca. præterea. in fi. de dila. ubi dicit, quòd ubi citatio fit in forma, quæ regulariter non eſt iuſta, ſed poteſt eſſe iuſta in certis caſibus, oportet, quòd exprimatur aliquis de illis caſibus. Per quæ uerba inſert Ludo. conſi. 483. Dubitatur primo, quòd ubi ex aliqua cauſa licitum eſt recedere à iure regulari, non ſufficit cauſam ſubeſſe, niſi illa per eum, cui de iure hoc competit, exprimatur. Et ita allegatur Innocen. per Old. conſil. 187. ſecundum eum, & eſt conſil. 126. Quòd articuli. Facit l. 2. in fin. cum gloſſ. fina. ff. ſi quis in ius uoc. & ibi Bar. in dicta l. 3. & 13. ff. de ferijs. ubi dicitur, quòd ad hoc, ut ualeat citatio die feriata, requiritur, quòd expreſsè dicatur in tali cauſa: putà, alimentorum, uel ſimilia, cùm regulariter ſit prohibita tali die. Et dicit Lud. conſil. 208. Hæc impetratio. ad fin. quòd ubi permiſſum eſt aliquem uocari ad ius, ut talem, ob aliquam ſpecialem cauſam, qua non exiſtente uocari non poſſet, tunc ſemper neceſſaria eſt apud iudicem illius cauſæ cognitio, ac probatio, per text. quem extulit in l. ſed ſi hac. §. prætor. ff. de in ius uoc. ibi, & totum hoc cauſa cognita facere debet, ubi prætor non decernit citationem contra patronum inſtante liberto, niſi priùs cognito de grauitate iniuriæ ei à patrono illatæ, cùm non poſſit ex alia cauſa petere eum contra ſe delinquentem citari. Quæ nota. Nec dicas, quòd in caſu Inno. in d. ca. ad noſtram. ſurreptio ſit circa malam deductionem iuris, & ſic non noceat, ut in ſecunda regula: quia narrare ſimpliciter appellationem à correctione, eſt narrare factum, in quo ſupplicans & concedens bene cogitant ſolùm de correctione exceſſiua. Sed Innocen. requirit non ſolum expreſſionem exceſſus, ſed qualitatem ipſius exceſſus, quia poſſet fundari in tali qualitate, quæ non concluderet exceſſiuam correctionem, & ſuper qua Papa non dediſſet literas, ut ſatis clarè deducit ibi Ab. quē uide. ¶ Et ad ſecūdā regulā ſuprà poſitam adde in ultima eius ampliatione, quòd etiamſi eſſes

a Eſt ſurreptitia a] Adde do. Alex. in ſuo conſi. 44. 2. parte.

b Etiamſi diceretur] Adde ta gloſ. pro hac opinione in c. Romana. de ap. in 6. in uerbo, citent. Adde ta, citatus in die feriata in caſu, quo regulariter non poteſt citari, an teneatur comparere? Bart. tenet, ut hic uides, quod non niſi in citatione ſit appoſita cauſa, propter quam uidetur, quod debeat comparere. Adde, & limita hoc dictum Bart. niſi talis citatio eſſet facta à perſona prouida & honeſta. nam tenetur citatus comparere: quia non præſumitur quòd talis iudex, qui eſt circumſpectus, feciſſet talem citationem in caſu à iure prohibito. Ita ſingulariter limita do. Abb. in capitu. niſi eſſent. in 1. no. de præben. Et adde iſta ad illa, quæ poſui in cap. cùm ordinem. ſ. eod. tit.

c Reſcriptum] Adde, quod ſi diceretur in eo, Non obſtante ſententia lata? Idem, ut hic habes. Adde tn, quòd gloſ. in l. fi. C. ſen. reſcin. nō poſſ. tangit iſtā q. et Bal. ibi uer. quæro, quid ſi in reſcripto. & in auth. pone ergo. qui dicit, quòd ſi in reſcripto eſt clauſula, Non obſtante ſententia in ſintiā factas: quod ualet tale reſcriptum. Ita ibi gloſ. in d. l. fi. & Bald. ibi, qui etiam tangit, quid iuris, ſi ex ſententia eſſet quæſitum ius, & tranſlatum domi niū, an poſſit tolli per reſcriptum.

a . *An ſua*] *Adde ſu, ſecundum hoc uidetur, quòd ſi iudex ſentiret ali quod incommodũ, uel commodum, uidelicet, quòd deberet habere aliquos ſolidos pro libra, quòd tunc de hoc non cognoſcit ipſe, an ſua ſit iuriſdictio. Ita tenet Bartol. in l. 2. ff. ſi quis in ius uo. non ier. ĩ. gloſſ. in uerſicul. reſpondet. Adde, quòd Rofre. in libello ſuo tenuit contrarium, ut ipſe Barto. in d. l. ij. refert. Adde tu, quòd illa opinio Rof. eſt uera: quã teneas, quicquid Barto. ibi in dict. l. ij. dicat: & eam tenet Petr. Iac. Bar. Abb. & Bal. in dict. l. ij. Ioan. Andre. in addi. Specul. in tit. de cita. §. 1. uerſic. item generaliter. Bald. in capitul. ſuſpicionis. de offi. deleg a. Adde, & facias concluſionem, & regulam generalem, quòd quando dubitatur de iuriſdictiõe iudicis cauſis, quòd ipſe poteſt cognoſcere, an ſit ſua iuriſdictio, ſiue ad eum ſpectat commodum ſportularum ſiue non. Iſtam regulã amplia, ut procedat etiam in delegato, capit. paſtoralis. de reſcrip. probatur in l. præſcriptione. C. ſi contra ius, uel uti. pu. Et ita communiter tenetur quicquid teneat gloſſ. in capi. accuſatus in uerbo, manifeſtè. de hær. in 6. quàm in ſpecie reprobat Car. in iſto capit. ſuper literis. Adde tamen Ang. in d. l. ij. ff. ſi quis in ius uoc. non ie. in uerſic. forsè fallit. qui limitat iſtud de delegato duobus modis.*

b *Delegatus*] *Ad*

eſſet conceſſum, quòd non obſtante concluſione poſſint produci certi libri & admitti debeat pars ad aliu facientia ad cauſam, non tamen eſt diſpenſatum, quòd actor inhabilis ad agendum poſſit ſuam perſonam legitimare, quia debuis narrari in ſpecie de inhabilitate. Lu. conſi. 272. Commiſſio nuniter. Adde etiam ad ſeptimam regulam, de qua ſ. quòd ſi diceretur in reſcripto, Non obſtantibus quibuſcunque ſententijs, & eſſet lata una ſententia de expreſſo conſenſu Papæ, per hoc non erit illi derogatum. Aegi. Belle. deciſ. Rotæ 534. Si Papa. per id, quod habetur in c. j. de pac. in 6. & per gloſ. in cle. dudum. ad fi. uer. pacta. de ſepul. de qua mentionem feci in c. conſtitutus. uer. ſtatuta intacta. ſ. eod. & poteſt illa gloſſ. latè ordinari ex multis accommodatè reductis per Alexan. conſ. mihi 604. Viſo puncto & accuratè penſato. aliàs eſt 105. licet mihi uideatur potiùs conſilium An. Sic. inſpecto ſtylo. Et iſtas regulas hactenus ab aliquo non aggregatas habeas bene domeſticas: quia mirificè inſeruient clientulorum deſiderijs.

A N S V A [a] Sit † iuriſdictio, cognoſcit etiam delegatus [b] regulariter. Text. hic, & in l. ij. in prin. ff. ſi quis in ius uo. non ierit. & l. præſcriptione. C. ſi contra ius. quia iudicare eſt principaliter onus: & ideo non dicitur propria cauſa iudicis, ex quo commodum, uel incommodum ad eum non pertinet, ut hic pulchrè per Abb. Et ad iſtam regulam ponit Ang. octo fallentias in d. l. ij. quæ etiam colliguntur ex dictis Abb. hic inſpectis ſex caſib. primis, & deciſione duorum ultimorum. ¶ Ex dictis iſtorum & aliorum mixtis, amplia regulam tribus modis: demum collige quatuordecim ordinatas fallentias. ¶ Amplia primò etiam in arbitro: quia ſi uertitur dubium ſuper qualitate rerum expeſſatum in cõpromiſſo, de iſta qualitate poteſt arbiter cognoſcere, & pronunciare, an ueniat in compromiſſo. Abb. de Arb. cùm dilectus. ibi, & puto, propter gloſſ. final. 19 ibi, in princip. ¶ Amplia † ſecundò etiam in congregatione generalis concilij, in qua minor pars eorum, qui debent intereſſe, poteſt citare maiorem, & data eius contumacia poteſt minor pronunciare ſe conſtituere concilium generale, & in ſe eſſe iuriſdictionem. Pet. de Mon. in ſuo libello de Papa, in uerſiculo quarto, quot perſonæ. Et per hoc poteſt probabiliter inferri, utrùm ſiue concilium eſt iudex competens, ubi agitur de crimine Papæ ſaltem qualificatu illis modis, quos ponit gloſſ. trita in c. ſi Papa. 40. diſt. de quius ueritate dedi plena loca ſuprà eod. nonnulli. in princip. ¶ Et ponit Aug. de Anco. in lib. De poteſtate eccleſ. quæſt. 5. arti. 4. Ita ſit competens in cognoſcendo, an ipſum crimen, quod opponitur Papæ, ſit tale, quale eſſe oportet, ut concilium iudicare poſſit. Nam dicerem, quòd ſic, primò per iſtud dictum. quia niſi dictus Pet. quòd poſſit concilium ſe pronunciare eſſe iudicem, & legitimè congregatum. ¶ Secundò facit regula dicens, quòd iudex cauſæ præparantis eſt etiam iudex cauſæ præparatæ, l. ordinarij. uerſicu. ab eo iudice. C. de rei uen. l. minor. in fi. princ. ff. de euic. Vnde epiſcopus, qui abſoluit à iuramento dictorum contractum ſimulatum, debet poſtea eſſe iudex ſuper ipſa ſimulatione. Bal. in d. l. ordinarij. Pa. de Caſ. in l. 2. ad fi. C. ubi, & apud quẽ. Maria. in c. 2. uer. duodecimò fallit. de mu. pet. Baptiſ. in l. uẽs populi. ff. de iuſti. & iur. & allegant Bal. in d. l. ordinarij. quem ſequitur etiam Pau. de Caſt. ibi circa medium, & ſequitur & limitat Alexan. in l. quoties. C. de iudi. Si ſic eſt, ergo alius, quàm concilium, non erit competẽs in cognoſcendo, an crimen ſit tale: quia ille deberet per conſequens cognoſcere de ipſo crimine, ſ. an eſſet uerum, quòd commiſiſſet, per dictam rationem. Hoc autem eſt abſurdum, quia ſolum concilium cognoſcet de cauſa præparata in iſto caſu, d. c. ſi Papa. Ergo etiam cognoſcet de præparante. ¶ Tertiò facit, quod no. Card. poſt, Lap. in cle. præſenti. in 6. quæſt. de cenſi. dicens, quòd ſicus eccleſiaſticus ſolùm cognoſcit de rebus clerici in concernentibus immunitatem clerici, ita cognoſcet de dubio præparatorio an aliqua res ſit de priuilegiatis, an non? Facit, quod habetur in c. ſi iudex. de ſenten. excom. in 6. ¶ Quartò facit deci
20 ma fallentia, de qua infrà, ubi † qui non poteſt eſſe iudex, niſi in facto notorio, põt cognoſcere de hoc præparatorio; an ſcilicet factum ſit notorium, uel non. ¶ Quintò facit: quia iuriſdictio ſuper principali exercetur etiam in connexis Glo. in c. accuſatus. in uerbo, iudicari. de hæret. in 6. quam allegant Ang. Imol. & Alex. in l. qui Romæ. §. duo fratres. de uer. ob. & tex. in cle. 2. in uerbo, eas quoquo modo tangentibus. de iudi. notat Pau. de Caſt. in l. ſi quis hæres. ff. de acqui. hære. poſt Ang. ibi dicentem illum text. eſſe unicum de hoc uerbo Appendices. Et hinc eſt, quòd liberatio ſuper principali trahatur ad dependentia etiam non expreſſa. Bart. in l. Aurelio. §. Caius. 6. quæſt. ff. de lib. leg. Et tranſactio ſuper ſorte operatur ſuper pœna: Pau. & Alex. in l. 2. in prin. ff. ſi quis cau. per illum tex. ſing. ¶ Ex prohibitio de non tranſigendo ſuper alimentis, operatur etiam ſuper appendicijs. Bart. in l. cùm hic. §. ſi uni. ff. de tranſact. & aliquibus lecturis: & belliſſimè de ſimilibus ſcribit præceptor meus du. Fran. Are. conſil. 83. Quia multa. uer. 4. & etiã Lu. conſil. 343. Ex propoſito. ¶ Sextò facit, quod no. Bal. in c. ſi pro debilitate. in fi. de offi. deleg. dicens, quòd ſi ſtatutũ dicit, quòd anciani habeant arbitrium cum conſilio decem uirorum, uidetur ipſo iure conceſſum ancianis, quòd poſſint eligere illos decem uiros: arg. l. ſi uerò non remunerandi. §. ſi tibi. ff. man. Ita poteſtas data conſilio in certo caſu, uidetur etiam data in cognoſcendo, an ille caſus ſubſit. ¶ Septimò facit generalis regula, quòd conceſſa poteſtate in certo caſu, cenſetur etiam conceſſa in alijs caſibus, ſine quibus illa exerceri non poſſet, c. 1. & c. præterea. de offic. deleg. l. 2. & ibi pulchrè Aug. de iuriſd. omn. iudi. Vnde capitaneus belli ſimpliciter præpoſitus militiæ, poteſt facere treugam ad breue tempus, quando ita exigit belli ſtatus & neceſſitas, licet aliàs non. Ful. & Alex. in l. conuentionum. ff. de pac. Pulchrè etiam in ſimili Old. conſi. 556. Natura cuiuſcunque mandati. & Bart. in l. ambitioſa. de decre. ab or. fa. ¶ Octauò facit optimè, quod no. Lud. conſil. 382. Quo ad primum. in fi. ubi dicit, quòd ſtante decreto concilij Conſtantienſis; quòd Papa non poſſit derogare ſtatutis illius concilij, niſi ex magna, euidenti & rationabili cauſa, ad ipſum Papam ſpectat arbitrari, an cauſa mouens eum ad derogandum ſit talis. Adducit gloſſ. in c. cùm illorum. in uerbo, membri. & clariùs in gloſſ. ſequenti, de ſenten. excom. quæ dicit, quòd ubi conſtitutio ſuperioris prohibet aliquid inferiori, niſi excepta cauſa, ad ipſum inferiorem ſpectat arbitrari, an ſubſit illa cauſa: & ita punctualiter eſt in propoſito. Similimodo dicit Lud. conſil. 243. Ad prædictorum. quòd ſi curiæ mercatorum competit ex cõſuetudine executio laudorum, cenſetur etiam competere antecedens, uidelicet poteſtas pronunciandi laudum eſſe exequendum. ¶ Nonò
21 facit, quia † ſicut canones dant poteſtatem concilio ſupra Papam, quando eſt dignus depoſitione, licet aliàs ipſe ſit maior, c. ſignificaſti. de elect. ut patet in d. c. ſi Papa. & pulchrè Aug. de Anco. in lib. De poteſtate eccleſ. quæ. 5. arti. 6. ita etiam uidetur dare poteſtatem ſuper eo, ſine quo concilium nihil poſſet; putà, ad congregationem ipſius cõcilij, tanquam præparatorium neceſſarium. Vnde pulchrè in-

de Barto. in l. non ſolùm. §. alienæ. ff. de procura. in l. prima. C. de procur.

quit Bald. inter cætera aurea in c. olim. ad fi. j. eo. quòd ubi tractatur de authoritate Papæ & ſua cauſa, non requiritur eius authoritas in congregatione concilij. Et ſic limitatur, quod habetur 17 diſtinct. quaſi per totum. Facit optimè, quod dicetur in c. edoceri. uerſic. omittitur ſuſpectum concilium. j. eo. Et dicit Dom. in cap. propter. lo 1. in fi. 18. diſt. quòd in caſu neceſſitatis poſſunt prælati congregare concilium irrequiſito Papa. Et hoc infert ex quodam ſimili cõſ. Hug. ibi, quod dicit notabile pro congregatione olim facta hic Piſis. Et dicit Pe. de Mon. in d. tractatu, De poteſtate Papæ, quòd licet cle. ne Romani. §. irritum. de elec. irritet geſta per Cardinales in ſpectantibus ad Papam uacante papatu: & ſic non uideantur poſſe congregare concilium, per cap. 1. 17. diſtinct. tamen illud intelligitur, niſi ſe impediãt de talibus propter regulandam citiùs & clariùs electionem Papæ factam in diſcordia, uel producente ſchiſma: quo caſu poſſent congregare concilium, licet iſte ſit actus ſpectãs ad Papam, & prima facia alienus à facto electionis. Allegat Card. in cap. licet. de elect. ubi etiam Abb. idem tenet, allegans Hug. in c. ſi duo. 79. diſt. & idem etiam ponit Cardin. conſil. 150. quæſitum ſæpe fuit à me. in uerſicu. tertiò quæro. ubi ponit eadem uerba formalia, reſpondendo ad §. irritum. Et de illa reſponſione facit feſtum And. Sic. in cap. quoniam. ibi, & ſi allegetur. de offi. leg. licet poſtea infrà nominet tractatum Card. De congregatione concilij ad aliud propoſitum: cui ipſe addit præfatum dictum Hug. latiùs eum extendens. Ex quibus uidetur poſſe concludi, quòd ſicut in hoc, & in alijs ſimilibus, de quibus ſuprà, poteſtas concilij incipit à præparatorijs etiam Papæ reſeruatis, ita competat ei præmiſſa cognitio qualitatis criminis tribuentis iuriſdictionem, dum modò in primis conſtet de negligentia cardinalium in congregatione concilij, per ea, quæ ſcribit Petr. de Monte, & Cardin. ubi ſuprà. dicentes hanc congregationem ſpectare ad collegium Cardinalium: quibus negligentibus imperator congregabit concilium: & eo negligente prælati ipſi conuenient, petendo licentiam ab aſſerto Papa, & ea etiam non obtenta diſcedendo, ut latiùs per Petr. Et pro dictis facit ſolennis ordo ſeruatus in concilio Conſtantienſi in depoſitione Ioannis Papæ XXIII. de quo per Platinam poſt alios Hiſtoricos in libro de uita Pontificum, ubi dicit, à concilio fuiſſe deputatos uiros peritos, qui iudicauerunt 40. capitula, & obiecta eſſe digna depoſitione, quia in aliquibus erat adeo inueteratus, quòd propter incorrigibilitatem ſapiebant hæreſim: & aliqua erant ſcandalum paritura, ſi amplius fuiſſet toleratus, & ſic concilium cognouit de qualitate criminum. Quæ omnia bene nota, tanquam ualde noua, licet ampliabilia. Sunt enim de honore accreſcendo ad multa propoſita, ſed præſertim, quando caſus iſti occurrerent, quos tamen Deus auertat. An autem habeant iſti de concilio ordinariam, uel delegatam, uide Marti. de Laude in tractatu De concilio, quæſt. 24. quæ incipit, quæro, an congregati in concilio. poſt Ioan. And. & Imo. in c. grane. de præben. ¶ Amplia tertiò, non ſolùm, quando iuriſdictio eſt elidibilis per exceptionem, ſed etiã, quando opponitur nullam competere. Abb. j. eod. ex parte. tertio notabili, per illum tex. in uer. quia uerò. De quo ipſe exclamat ad ampliationem huius regulæ. Pro quo facit optimè dictum Lapi, in c. 1. de reſcrip. in 6. de quo per Ab. hic in fi. & dicetur de ipſo in nona fallentia, uer. limita ſecundò. uide, quod dicetur infrà. in fin. tertiæ fallentiæ. ¶ Poteſt etiam aliter ampliari, conſiderando certas fallentias ex dicendis, & quæ non tenebuntur: & ideo, quando non tenentur, remanet ex ipſis ampliata regula.

22 Regula fallit primo, Ubi † exceptio oppoſita contra iudicem, ſigillat: id eſt, notat, ipſum iudicem infamia, ſeu defectu, uel alio crimine: quia in tali cognitione ſuſpectus eſt. Abb. hic in primo caſu: & alij, de quibus per eum, poſt Bu. hic, quem ſequitur Imo. & Dom. ¶ Adde Arch. in c. quia ſuſpecti. 3. quæſt. 5. ubi dicit ita ſeruare curiam Romanam, quòd de tali exceptione delegatus non cognoſcat, ſed ſuperior: nec eligentur arbitri. Et iura allegata in regula loquuntur, ubi non eſt dubium, uel ſuſpicio de ſubuerſione iudicij: & ſequitur ibi Domini. addens Ioan. And. in capitu. 1. de excep. in 6. Idem Butr. in cap. 2. ne quis. poſt prin. de appell. & Pet. de Anch. in d. c. 1. & Arc. in cap. hortamur. 3. quæſt. 9. & But. in c. cùm ſuper. in fin. de offic. delega. & ibi Cardi. & Specul. de excep. §. nunc uideamus. uerſicu. ſed quæro de his exceptionibus. & Specul. de recuſ. §. final. uerſic. ſed quid ſi ex toto. & Angel. in d. l. 1. uerſi. quintò fallit. Allegant Innocen. de offi. deleg. cùm contingat. in gloſſ. mag. & de uerbo. ſignifi. ex parte. ¶ Contrarium tenet Ioan. de Imol. in l. quidam conſulebant. ff. de re iudic. ſecutus Innoc. de offic. deleg. cùm ſuper. Item, quia commodum pecuniarium percipiendum à iudice iuriſdictionis, nõ impedit, quin poſſit cognoſcere de exceptione contra illum oppoſita: quia illud commodũ uenit in conſequentiam. Ita hic. Vndelicet cognoſcat ſuper infamia propria, tamen illud concernit proprium commodum in conſequentiã &: ideo non debet impedire iudicem cognoſcere, niſi excipiens dicat ſic: oppono, quòd eſt is excõmunicatus, uel infamis: & de hoc nõ poteſtis cognoſcere, quia ratione proprij intereſſe eſtis ſuſpectus. Vnde ad iſtum articulum uos recuſo. Nam tunc procedit hæc fallentia: quia ſicut poteſt recuſari ſuper toto, ita ſuper uno articulo, ſecundum Innocen. Sed dicit Alex. in d. l. quidam. quòd tenendo dictam opin. Inno. ſcilicet quòd poſſit cognoſcere de exceptione infamiæ, uidetur, quòd tunc non poſſit recuſari ut ſuſpectus: quia non dicitur iuſta cauſa ſuſpicionis, poſtquam commodum non uenit principaliter, nam ſi eſſet uerum, quòd ratione commodi ſecundarij poſſet, ut ſuſpectus, recuſari ſequeretur, quòd ſemper poſſet recuſari delegatus ratione commodi ſportularum, contra text. hic, & in l. præſcriptione. C. ſi contra ius. ſecundum eum. ¶ Conſidera diligenter, quia uult Imo. quòd eſt competens in cognoſcendo de hoc, ſed recuſabilis; ſicut dicitur de epiſcopo in cauſa propriæ eccleſiæ, ut plenè legitur & notatur de iudicijs. cùm uenissent. Non ſic in omni caſu, uidelicet quòd licet ſit recuſabilis, tamen competens. Vnde in alijs fallentijs cõmuniter non poteſt cognoſcere ſuper dubio iuriſdictionis, & ſi cognoſcit, proceſſus eſt nullus. Quòd autem iſto caſu poſſit recuſari uiget illa conſideratio commodi, quia agitur de honore & fama, quæ à nullo ſapiente præſumuntur negligi, 12. quæſt. 1. nolo. cum ſi. Et ſicut affectio, quam præſumitur iudex habere ad cauſam ſui familiaris, facit eum recuſabilem, de off. deleg. inſinuante. multo magis affectio proprij ſtatus & honoris. Ad abſurdum de ſportulis dic, quòd imo, ſi ſportulæ eſſent talis qualitatis, quòd habito reſpectu ad iudicem haberent ſimiliter eius iudicium alterare, poteſt recuſari, ut infra in octaua fallentia. ¶ Nec obſtat, quòd iſta ueniant ſecundariò, quia commodum ſecundarium in hac materia bene facit iudicem ſuſpectum, licet principaliter ad aliud agatur; ut probabunt plures ſequentes fallentiæ, maximè tertia, & id, quod de ſportulis dictum eſt. Et hanc partem, quòd iſto caſu poſſit recuſari, firmat Imol. in d. c. cùm ſuper. quia qua rõne nõ poteſt cognoſcere de exceptione ſuſpicionis, c. ſuſpicionis. de offi. deleg. eadẽ ratione nõ uidetur poſſe cognoſcere de iſta. Allegat & Hoſ. in c. pia. de excep. in 6. Concludit ergo, quòd de exceptione ſigillata cognoſcere poteſt, niſi recuſetur. Et iſtis adde, quod dicetur j. in tertia fallentia, ad finem, ibi, & per id, quod dictum eſt. ¶ Fallit ſecundò, ubi exceptio defectus iuriſdictionis pariter concludit in illo incidenti, ſicut in principali, ut quia dicitur eſſe pupillus, uel quid ſimile, ſicut etiã eadem ratione non cognoſcit de ſuſpicione, quia ſicut eſt ſuſpectus in principali, ita in hoc incidenti. Innocen. de offi. deleg. prudentiam. Bartol. & alij in d. l. quidã. & omnes hic. Et dicit Angel. in d. l. quidam. & in d. l. ij. uerſic. quartò fallit. idem eſſe, quoties obijcitur iudici incapacitas, ut ſi opponitur à clerico conuento, quòd iudex eſt laicus: quia non poteſt cognoſcere de hac exceptione: & ſi pronunciaret ſe iudicẽ, pronunciatio eſſet nulla. Allegat de ordi. cognitam. qui fil. ſint leg. lator. de ſenten. excom. ſi iudex. lib. 6. & idẽ But. de fo. comp. ſi diligenti. Imò dicit But. de iudi. cæterùm. quòd non coniunguntur eccleſiaſticus & ſecularis, ſed ſolus eccleſiaſticus cognoſcit. Retulit ſuprà eod. paſtoralis in princ. Et ſi non opponitur talis exceptio defectus naturalis, & iudex procedat in principali, proceſſus eſt nullus, ut fuit concluſum ſuprà eod. ſcſcitatus. Et ſub iſta fallentia includitur id, quod de iudice incapace not. Butr. de dilo. c. 2. ibi, hæc uera, niſi inhabilitas. dicens, quòd funditùs inhabilis non cognoſcit, an ſit iudex, per d. c.

ſi iu-

ſi iudex. Vnde dicit ſe aliàs reſpondiſſe in facto, quòd ſi
ſtatutum impediat, ut iudex non poſſit extendere iuriſdi-
ctionem ſuam ultra limites ſuæ iuriſdictionis, non poterit
pronunciare ſe competentem extra illos. ¶ Fallit tertiò,
23 cùm † opponitur de totali fundamento iuriſdictionis &
proprietate ipſius: putà, non eſtis poteſtas, uel non eſtis epi
ſcopus, quia præſumitur iudex habere affectionem ſuper
tali articulo, imo eſt cauſa propria. Barto. in l. ex ſententia.
prope fi. ff. de teſtamen. tut. dicens, quòd ſi dico te non eſ-
ſe iudicem meum competentem, potes de hoc cognoſcere,
ſecus, ſi nego penitus te eſſe iudicem, & ſequuntur Butr.
Abb. & Domin. hic, & Bald. in l. iudices. C. de fide inſtru. &
Ange. Are. in l. conſtitutiones. §. fi. ff. de appell. & Butr. de
iudi. cæterum. & ſentit Bal. in c. 2. circa fin. de alie. feu. pat.
Contrarium tenet Imo. in d. c. cæterùm. ad fin. quia ſi du-
bium eſt, an aliquis ſit delegatus, & negetur eum eſſe dele-
gatum, eſt quæſtio de totali fundamento poteſtatis ipſius
iudicis, & tamen de hoc cognoſcere põt, an ſit iudex, ut hic
reſpondet ad l. ex ſententia. quòd loquitur in caſu longè di
uerſo, ut ibi per eum, cui non reperio cõtradictorem reſpon
dentem rationi ſuæ. ¶ Pro qua uide Dom. in c. ſi à ſubdele
gato. in fi. de offi. deleg. in 6. ubi colligit ex gloſſ. fi. quòd iu
dex poteſt cognoſcere, an ſua ſit iuriſdictio, etiamſi oppo-
natur exceptio concludens ipſum funditus non habere iu-
riſdictionem. Ad idem allegat clem. 1. de reſcrip. Pro hoc
etiam facit, quod no. dom. Abb. inſtà. eo. ex parte decani. in
tertio notabili, quem retuli ſuprà. in tertia ampliatione.
¶ Conſidera, utrùm poſſet reſponderi, quòd iſta fallentia lo
quitur in ordinario, ſed prædicta loquuntur in delegato,
in quo articulus iuriſdictionis non facit delegatum ſuſpe-
ctum, neque inhabilem, cùm agatur potiùs de onere. Et
hinc eſt, quòd ſi ageretur de commodo, eſſet recuſabilis,
ut in octaua fallentia. Sed negare quem epiſcopum, uel ca-
pitaneum, concernit aliquid maioris honoris, & impor-
tantiæ, & tacitè redarguit iudicem de intruſione. Propter
quod uerißimiliter magis curaret ordinarius detegi inha-
bilitatem ad omnes cauſas, & detegi intruſionem, ſeu ac-
ceptationem magiſtratus nulliter collati, quàm curaret de-
legatus ſurreptionem reſcripti, cui præſtitit conſenſum ani
mo uidendi in primis, an ſit aptum conferre iuriſdictio-
nem, & materia ad eum nihil attinet. Et iſtis adde Angel.
in d. l. ſecunda. in 7. fallentia, dum dicit, delegatum non
poſſe cognoſcere, ubi infertur, quòd funditus careat iuri-
ſdictione: quia hoc non uidetur procedere, per proximè di-
cta. Quibus adde omnino, quod dicetur infrà in 9. fallen-
tia, uer. limita ſecundò. & per id, quod eſt dictum de ordina
rio, fortè cõmunis opinio, de qua in prima fallẽtia, eſt uera
in ordinario, q̃a illa exceptio reſpicit fundamẽtũ iuriſdictio
nis cũ honore & commodo: ſed in delegato procedit, quod
ibi dixi, ꝑ prædicta. Et iſta tertia fallentia non repugnat ter
tiæ ampliationi, quia ampliatio loquitur, ubi iuriſdictio in
certa cauſa nõ ſolùm eſt diuiſibilis, ſed imo ipſo iure nulla,
nullatenus competens, quia tunc tam ordinarius, quàm
delegatus cognoſcere poteſt. Sed iſta fallentia loquitur in
ordinario, in quo negatur iuriſdictio, nedum certæ cau-
ſæ, ſed omnium cauſarum, tam in proprietate, quàm
in exercitio iuriſdictionis. Et iſta patent ex uerbis Docto-
24 rum in locis præallegatis. ¶ Fallit quartò, quando † agi-
tur non ſolùm de nudo exercitio iuriſdictionis, ſed e-
tiam de proprietate ſubiectionis, quia citatus dicit ſe e-
xemptum, & iudex negat. Ab. hic poſt alios in quarto caſu.
Et dicit Abb. in c. uenerabili. de cenſi. quòd in caſu c. cùm
perſonæ. de priui. in 6. epiſcopus procedit, non ut iudex, ſed
extraiudicialiter, ut ſe informet: licet aliud dicat gloſſ. ibi
in uerbo, ordinarijs. quia licet poſſit eſſe iudex in cauſa ec-
cleſiæ ſuæ, non tamen ibi commodum uenit ſibi applican-
dum: & idem Domi. hic. ¶ Adde Domi. in d. c. cùm perſo-
næ ubi dicit, quòd tenendo, quòd ibi cognoſcat, ut iudex,
obſtat gloſſ. in c. ſtatutum. in uerbo, copia. de reſcrip. in 6.
de qua infrà in 6. fallentia: ſed loquitur, ſecundum eum,
ubi partibus contendentibus de iuriſdictione, iudex in-
hæret opinioni partis, quæ ſtat pro iuriſdictione, ſecus, ubi
ipſe iudex ſolus cognoſcit, ut iudex, ut ibi per eum. Quæ
conſideratio bona eſt, uolendo ſequi gloſſ. c. ibi, quòd co-
gnoſcat, ut iudex: ſed tenendo, quòd ſolùm extraiudiciali-
ter poſſit ſe informare, prout communiter tenetur, non eſt
opus alia ſaluatione. Conſidera text. in d. c. cùm perſonæ.
dum loquitur de præſcriptione, in qua requiritur probatio
teſtium, quo ad poſſeſſionem probãdam. Vnde oportet re-
ſpectu præſcriptionis tenere, quòd ibi cognoſcat, ut ordi-
narius, ut etiam ibi no. Domin. & iden redditur dubia iſta
fallentia. ¶ Sed dicas, quòd etſi cognoſcere poteſt, tamen
recuſari poterit, non paſſim & indifferenter, ſed attenta
quantitate commodi ſibi applicanda per illum ſubditum,
& qualitate iudicis, ut tandem concludit Abb. de appell. ad
audientiam. uerſus fin. ibi, tertiò poteſt dici. Et ſequitur ibi
Phil. ſicut etiam de cõmodo ſportularum dicetur in octaua
fallentia. Et iſta ſunt etiam de mente Abb. de iudic. cùm
ueniſſent. ubi uide generaliter, quando poſſit prælatus iu-
dicare in cauſa ſuæ eccleſiæ. ¶ Hoc modo intellige Angel.
in d. l. 2. in prima & ſecunda fallentia, ubi ſimpliciter dicit,
quòd allegato priuilegio exemptionis habet ſuperior co-
gnoſcere, non autem prælatus, cui negatur ſubiectio. Et
idem dicit, ubi de nullo alio cõtẽditur, quàm de ſubiectio-
ne, putà, quia Abbas dicit monachum ſuum & præſes dicit
ſubditum ſuum, quia de hoc cognoſcet ſuperior, per l. de
iure. cum gloſſ. ff. ad municipales. ſecundum eum, qui nõ
conſiderauit text. in d. c. cùm perſonæ. Et iſta procedunt,
ubi conuentus negat ſe eſſe ſubiectum. Quid autem, ſi ne-
gat locum contractus, uel delicti eſſe ſubiectum iudici?
Dicetur in ſeptima fallentia. ¶ Fallit quintò, ſecundum
25 prædictos, quando † notorium eſt, eum non eſſe iudicem,
uel ſaltem ipſe ſcit: nam tunc non poteſt procedere in cau-
ſa, c. ſi duobus. de appell. Secus, ſi partes ſcirent, & iudex
ignoraret: quia cognoſcere poteſt. Et de proceſſu talis iu-
26 dicis dixi ſatis in dicto c. ſi duobus. Fallit ſextò, ubi † iu-
dex ſe ingerit tenendo opinionem partis, quæ ſtat pro iu-
riſdictione. Gloſſ. in d. c. ſtatutum. quam dicebat Bu. non
eſſe alibi, ſecundum Domi. ibi, in fi. prin. & fuit dictum In
no. de uerb. ſign. ex parte. ſecundum eum, & ſequuntur om
nes hic. & Abb. in c. cùm ueniſſent. de iudic. Adde glo. pe.
in c. conquerente. de reſtitu. ſpoliato. per quam dicit Abb.
quòd iudex procedendo iniuſtè extraiudicialiter non po-
teſt amplius in illa cauſa procedere iudicialiter: quia ſatis
redditur illi ſuſpectus. Proceſſit enim primò, ut perſona
priuata, & ſic uidetur ſe conſtituiſſe aduerſarium. Vnde per
iſtam gloſſ. intulit Dom. in cap. ordinarij. §. 1. de offic. or-
di. in 6. quòd ubi ordinarius conſtituit ſe aduerſarium con
tra clericum in quæſtione tituli beneficialis non canoni-
ci, non poteſt clericum iudicialiter compellere, & uelle
cognoſcere, an habeat canonicum titulum. Propterea
Petr. de Ancharan. in repetitio. regulæ primæ, ibi, tu dic
latiùs. de reg. iur. in ſexto. dicit, quòd ſi epiſcopus ſpo-
liauit beneficiatum de facto, & diſputauit ſecum coram ſu
periore de titulo, dicitur ſe conſtituiſſe aduerſarium, & con
ſequenter inhabilem ad cognitionem iudicialem tituli, ni-
ſi conſtituiſſet ſe aduerſarium coram ſuperiore defendendo
ſententiam per ſe latam contra clericum recuſantem oſten-
dere titulum: & ſequitur Ana. de ſimo. licet Heli. ¶ Adde
etiam Abb. in c. licet. de reg. ubi colligit ex dicto Innoc. q̃
ſi oritur contentio inter religioſum & ſuum prælatum, utrũ
religio, ad quam uult tranſire, ſit ſtrictior, non erit præla-
tus iudex, ſed alius ſuperior immediatus. Quod facit pro
dicta gloſſ. ſecundum eum. ¶ Et ideo iudex procedens ex
officio, non poteſt cognoſcere, an ſua ſit iuriſdictio: quia te
net locum partis, ſecundum But. hic, licet non firmiter.
¶ Contrarium tenet Abb. per dictam l. 2. & d. c. cùm perſo-
næ. Neque dicitur hoc caſu ſe ingerere, cùm teneatur ex
officio procedere, c. qualiter. el 2. de. ac. & idem Domi. hic
per gloſſ. in d. c. cùm perſonæ. per text. in d. c. ſi iudex. Et
iſta opinio eſt uera, quando ſumus in caſibus, in quibus te
netur procedere ex officio, prout in concernentibus publi-
cam utilitatem, ſecus, ſi priuatam, quia cùm in illis non
teneatur procedere, l. 4. §. hoc autem. cum materia, ff.
de dam. infec. uidetur tunc ſe ingerere, ſecundum And.
Sicu. hic. ¶ Adde text. optimum in d. c. ſi iudex laicus.
per quem dicit ibi Dominic. in ult. notabili, quòd quan-
do reuocatur in dubium, an iudex, qui uult procedere ex
officio, ſit iudex, poteſt cognoſcere & pronunciare, an
ſua ſit iuriſdictio. Quod dicit perpetuò menti tenendum:
quia uidetur contra gloſſ. in d. c. ſtatutum. in uerbo. copia.
¶ Sed dic, quòd non eſt contrà attenta declaratione ipſius

Dominici in d.ca. cùm perſonæ. dum intelligit dictam gloſ. quando partibus contendentibus iudex adhæret uni parti: ſed nos loquimur, ubi ex officio mouetur. Et ita etiam egregiè declarat Abb. de appell. ſolicitudinem. ibi, ego puto, quia quando partes diſputant inter ſe, debet iudex eis dimittere diſputationem: poſtea iudicare, an ſit iudex. Secus, quando procedit ex officio per inquiſitionem: quia licet ſit loco partis & iudicis, tamen cognoſcere poteſt, an ſua ſit iuriſdictio, quia non agitur de aliquo eius commodo, ſi defendat ſuam iuriſdictionem, cùm ad hoc teneatur, ex quo tenet locum partis. Inducit tex. iuncta gloſſ. in d. cap. cùm perſonæ. quicquid dicat hic Bu. ſecundum eum. ¶ Sed tamen putaui ſemper difficile aſſignare rationem differentiæ, quare eſt, quòd quando iudex & pars ſtant pro iuriſdictione, ipſe tunc cognoſcere non poteſt, & quando ſolus ſtat pro iuriſdictione, cognoſcere poſſit: quia ſi ratio primi caſus eſt, quia facit ſe ſuſpectum, eadem ratio uidetur in ſecundo caſu. Simili modo, ſi in ſecundo caſu non eſt ſuſpectus, ex quo de nullo eius commodo agitur, eadem ratione non deberet eſſe ſuſpectus in primo caſu. Poteritis cogitare: quia pro primo dicto eſt gloſſ. in d. ca. ſtatutum. pro ſecundo eſt tex. in d. c. ſi iudex. Et ideo cùm ab iſtis uerbis Abb. hic, & Domi. in d. cap. cùm perſonæ. non poſſit abſque periculo recedi: dicamus, quòd ubi procedit ex officio, conſideratur, quòd ad hoc tenetur, non ſic, ubi partes contendunt.

27 ¶ Fallit † ſeptimò, quando excipitur, quòd locus contractus, uel delicti non eſt de iuriſdictione citantis, quia non poteſt de hoc cognoſcere. But. hic, quia ex pronunciatione fieret commodum pronuncianti. Allegat notata de iudi. cæterùm. de uerbo. ſignifi. ex parte. de cenſi. inoetrabili. de appell. ad audientiam. & ſequitur ſimpliciter Abb. hic. Sed aduerte, quia iſtud eſt, quod ponit hic Bu. ibi, hoc puto uerum. Et intelligit hoc, quando uolens cognoſcere prætendit locum eſſe ſubiectum ratione proprietatis, quia tunc ultra iuriſdictionem ex pronunciatione fieret commodum pronuncianti, ſed ſi prætenderet ſubiectum ſibi locum ratione nudæ iuriſdictionis, bene cognoſcere poſſet. Et in hoc latè inſiſtit Butr. contra Guil. de Suza. in authen. qua in prouincia. C. ubi de crimi. agi oport. Nec dicitur alteri præiudicare in poſſeſſione, etiamſi cognoſcat iſte de principali, quia poſſeſſio non perditur ſine animo, & ignorans non habet animum amittendi, l. 3. §. in amittenda. ff. de acqui. poſſ. Et licet iudex iudicet, quòd ad eum ſpectat cognoſcere de maleficio, uel contractu habito in tali loco, quia locus ille de ſua iuriſdictione eſt, non propter hoc fit præiudicium, niſi partibus. Et licet cognoſcat alius, non perdit iuriſdictionem, uel poſſeſſionem, per regulam, res inter alios. Item licet iſte turbet iuriſdictionem, alter tamen non perdit eam, niſi eijceretur de tota iuriſdictione per modum, qui notatur de capell. mona. cùm dilectus. & de poſtu. præla. bonæ. ſuper gloſſ. 3. nam licet de una, uel pluribus cauſis cognoſcat, non extenditur iſta poſſeſſio iniuſta, niſi ad cauſas, de quibus cognoſcit, argum. l. quod meo. §. ſi. ff. de acquir. poſ. Et contra iſtũ eſt intentandum interdictum Vti poſſidetis, non Vnde ui, ſecundum Inno. Io. An. Butr. & Domi. hic. Tangunt etiam hic Butr. & Domi. utrùm debeat præmitti iſta ſummaria cognitio, ſcilicet an locus ſit de iuriſdictione citantis, & debeat pronunciari ſuper hoc, concludentes, quòd ſic, contra Bartol. in l. ij. ff. ſi quis in ius uoc. Quod omitto, quia Alexand. ponit ad ſatietatem in d. l. ij. & aliàs dixi poſt Abb. de for. compe. ſi clericus. quibuſdam additis & ordinatis ultra Alexan. ¶ Fallit

28 octauò, ubi † uertitur commodum ſportulatum. Gl. tiita in l. de iure[a]. in uerbo, prouinciæ. ff. ad municipales. quam Bar. ſequitur, & reputat mirabilem in l. ſi quis ex aliena. ff. de iudi. & idem Bart. in l. ij. ff. ſi quis in ius uoc. uon ret. ſicut etiam commodum familiaritatis, uel ſanguinis, reddit iudicem incompetentem, licet in cauſa principali non ſperet commodum, uel incommodum, ut ſcis. Similiter Bal. in c. 1. an apud iudicem, uel eu tiam. dicit, quòd iudex repellitur non ſolùm propter intereſſe totale, ſed etiam propter intereſſe particulare burſale ipſius iudicis. Et idem dicit Bal. in c. literas. de præſump. quoties tractatur de proprio quæſtu bonorum ſuperioris. Illam gloſſ. ſequitur etiam Bald. in c. imperialem. §. præterea. el 3. de prohi. ſeu. alie. per Fed. & Aug. in l. j. C. ne quis in ſua cauſa. & Bu. de iudi. cæterùm. Contrariũ tenet Imo. in d. l. quidam conſulebant. quia delegato debentur ſportulæ, §. oe autem. in authen. de iudi. & tamen cognoſcit ſuper dubio iuriſdictionis, ut hic. Præterea qui aliàs repellitur propter commodum, non repellitur, quando commodum uenit incidenter, aut ſecundariò, l. j. in fin. ff. de autho. tut. Hinc eſt, quòd legatarius non repellitur à teſtificando in cauſa teſtamenti, licet agatur de eius ſecundario commodo, §. legatarijs. In. ſt. de teſta. cum ibi allegatis. Et ita ſeruatur in practica, ſecundum Imo. ubi ſ. Pro quo uide Bald. in d. l. ij. ſi quis in ius. ubi dicit, iſtam eſſe ipſam ueritatem, quod commodum incidens ſportularum, uel ſimile, non impedit huiuſmodi cognitionem dubiæ iuriſdictionis. Et ſequitur An. Sic. hic propter dictum Dy. & aliorũ in l. ſi cui. §. ſi. ff. de leg. j. ubi fideiuſſor nõ repellitur in cauſa correi principalis. Et quia iſta incidẽtia nõ cõſiderãt, l. cũ ꝓponas. C. de reb. cre. Nihilominùs[b] ſequẽda ẽ opinio d. gl. ꝓpter authoritatẽ ſequacium ſuorum: & idem ſentit gloſſ. magna in princip. in d. l. 2. & gloſſ. in d. l. ſi quis ex aliena. ¶ Limita primò, dum modò ſit dubiũ de iuriſdictone: ſed quãdo eſt certum, non repellitur ordinarius propter commoda, uel incommoda. Bal. in d. c. 1. an apud iudicem. Allegat l. qui iuriſdictioni. ff. de iuriſ. om. iudic. ¶ Limita ſecundò, dum modò ſportulæ pertineant ad iudicem. ſecus, ſi habent applicari ſedi: uel dignitati. Bal. de reſtitut. ſpo. cognoſcentes. poſt princip. Allegat authẽtic. bona damnatorum. C. de bo. dam. ¶ Limita tertiò, dum modò ſit cõtentio de iuriſdictione inter partes concordes & iudicem: ſecus, ſi eſt quæſtio de iuriſdictione inter litigantes: quia tunc non procederet d. gloſſ. Alex. in d. l. quidam. arg. gloſſ. in d. c. ſtatutum. in uerbo, copia. de reſcript. in ſexto. de qua ſ. in ſexta fallentia. De quo tamen dubito: quia etiã, ubi partes cõtẽdunt, militat ratio affectionis & commodi. ¶ Limita quartò, niſi commodum ſportularum non haberet ueriſimiliter corrumpere animam iudicis, ut hic per Butri. do. Abba. & Imol. dicentes, in hoc debere attendi quantitatem ſportularum, & qualitatem iudicis: argu. c. ex diligenti. de ſimo. Et idem ſentit Imol. in d. c. cæterùm. dicens, quòd gloſſ. in d. l. de iure. non eſt ſine dubio, ſaltem quando commodum ſportularum eſſet modicum, & ita etiam reſidet Alexand. in d. l. a. in addi. nouis. ¶ Pro quo uide Bald. in d. c. literas. ubi dicit, quòd ſportulæ ſolæ non faciunt iudicem ſuſpectum, quia dantur pro labore officij, & eſt modicum lucrum. Allegat text. §. ne autem labor. in authentic. de iudic. ¶ Demum conſidera quòd de iure canonico uidetur ſuperflua iſta inueſtigatio, per ca. cùm ab omni. de ui. & ho. cle. niſi conſuetudo eſſet in contrarium, cuius ualiditatem examinãt ibi Scribentes. ¶ Cõſidera etiam, quòd de iure ciuili ſportulæ uidentur eſſe paruæ quantitatis, per d. §. ne autem. & 3. q. 3. c. induciæ. & in palea. §. offeratur. niſi cõſuetudine, uel ſtatuto augerentur, & tunc ſequere prædictu alibi non ita ordinata. ¶ Fallit nonò, ubi † reſcriptum eſt

29 falſum, quia iudex deputatus per tale reſcriptum, nõ poteſt pronunciare ſe eſſe iudicem, etſi hoc ignoretur. Vnde, detecta poſtmodum falſitate, omnis proceſſus declarabitur nullus. Inn. Io. An. But. & omnes * hic, quia fabricator falſi reſcripti non potuit dare iuriſdictionem, l. priuatorum. C. de iuriſ. om. iu. Eſt uerum, quòd Bar. in leg. præſcriptione. C. ſi contra ius. intelligit hoc eſſe uerum, quando falſitas eſt manifeſta, aliàs non:[c] quia ipſe iudex, cui uidetur reſcriptum dirigi, licet ex eo non acquirat neceſſè iuriſdictionem, tamen conſtituitur in quaſi poſſeſſione iuriſdictionis, propter quod habuit iuſtam cognitionem & pronunciationem, l. ſi arbiter. C. de ſententi. Sed Bald. ibi tenet oppoſitum, quia dicere, quòd cõſtituatur in quaſi poſſeſſione,

a *De iure*] *Vide ibi domi. Alex. & Cardi. in cle. 1. §. abbates. de exceſſ. prælat. quod uerum in ſportulis magnis, alias nõ. Alexan. ſing. in d. l. 2. alle. in sex. ff. ſi quis in ius uo.*

b *Nihilominùs*] *Adde tu, quod iſta opinio Felin. eſt reprobata, & malè dicit: tu teneas quod poſui ſ. in iſto tex. ſ. uerſ. an ſua ſit iuriſdictio. ubi feci addi. ad illa, quæ fuerũt dicta ibi per Fel. Et ibi poſui ueritatem iſtius dubij, à quo non recedas nec conſulendo nec iudicando.*

c *Alias non*] *Reſcriptum falſum quod non tribuat iuriſdictionem, Bar. intelligit hoc eſſe uerum, quando falſitas eſt manifeſta: alias non. Adde tu, quod cõtra*

ut Bartol. tenent omnes Canoniſtæ in iſto c. ſuper literis. Adde Bald. in l. 1. C. de colluſ. deteg. Ludouicus Roma. in conſilio ſuo 330. incip. Circa primum.

eſt ridiculum, quia eſt perſona omnino priuata, & in iſtis incorporalibus requiritur aliquis titulus, l. a. C. de eo, qui pro tu. Non dicas, ergo ſemper opponeretur exceptio falſi, ne non poſſit cognoſcere, quia imo poterit, & ipſa ueritas iuſtificabit proceſſum, quia ſi exceptio erit uera, proceſſus erit nullus, ſi falſa, tenebit. ¶ Plus dicit ſe dicere, quòd etiamſi reus confiteretur reſcriptum eſſe uerum, & poſtea appareret falſitas, nihil operabitur confeſſio. Allegat not. per Innoc. de except. cùm uenerabilis. ¶ Similiter dicit Sal. in d. l. præſcriptione. uer. quæro quando exceptio. quòd ſententia, per quam talis pronunciat ſe iudicem, non tráſit in rem iudicatam, quia deficit ſubſtantia delegationis, & acta per eum retro ſunt nulla, per l. licet. C. de proc. Et ideo de iſta falſitate poterit quandocunque opponi, iuxta l. querelam. C. de fal. Et ſubdit poſt Ioan. Andr. hic, quòd ſi iudex uidet eſſe probabile dubium ſuper falſitate, ſuperſedeat conſulto ſuperiore, ſed ſi dubium non eſt probabile, procedat, & ſi tandem apparuerit falſitas, tenent omnia. ¶ Similiter Raphael Fulgoſ. ibi refert Ioan. Andr. hic dicere, quòd talis ſententia eſt omnino nulla, per c. ſua. de offic. uica. Pro quo alleg. l. licet C. de procu. ubi ſententia ſuper idoneitate mandati procuratorij non ualet detecta falſitate. Vnde idem in mandato delegatorio, per l. & quia. ff. de iuriſdict. om. iudi. reſpondet ad l. puniri. C. ſi contra ius. allegatam per Bart. quæ non loquitur in exceptione falſitatis reſcripti, ſed precum. Reſpondet etiam ad dictam l. ſi arbiter. C. de ſentent. quòd ibi concurrebant communis error, & uoluntas, & authoritas ſuperioris, hic nullum iſtorum. Et dicit, quòd caſu, quo ſententia teneret, eſſet locus reſtitutioni in integrum, per totum titul. C. ſi ex falſis. in l. qui agnitis. ff. de except. Et hoc Bartol. non negaſſet, ſecundum eum. Similiter dicit Bald. in l. 2. ibi, nunc de octano. C. de ſer. quòd obediendum eſt prælato minùs iuſto, qui eſt in pacifica poſſeſſione, dummodò concurrat authoritas ſuperioris, ſecus in eo, qui nunquam fuit fretus authoritate ſuperioris, ſed forté per falſas literas obtinuit reputari prælatus. Allegat Imol. hic. Cum iſtis concordat Angel. in d. l. 2. in 7. fallen. ff. ſi quis in ius uoc. & Imol. in l. quidam conſulebant. ff. de re iud. & optimè inſiſtit But. hic, dicens, quòd tale reſcriptum non poteſt ſuſtentare proceſſum, neque in principali, neque in incidenti, quia iſte communis error non habet fundamentum, prout habetur in l. Barbarius. ff. de offic. præt. ¶ Iſta multùm important. Patet ex dicto Calder. hic, ubi dicit ſe obtinuiſſe in facto, notarius ſcripſit, qualiter unus ex delegatis commiſerat collegis uices ſuas in ſolidum, & uere commiſerat ſimpliciter, & ſic ambobus ſimul, alter delegatus propter hanc ſcripturam pronunciauit ſe iudicem competentem, & ſubdelegatum in ſolidum, nec fuit appellatum ab interlocutoria, quia certè, ſecundum eum, non tranſiuit interlocutoria in rem iudicatam, nec ualuerunt poſtea geſta, licet haberet delegatum, & partem ſubdelegatam, quia in alia parte ſubdelegationis non potuit notarius eum facere iudicem. Per hæc infert aliud Butri. hic, quòd ſi iudex pronunciat inſtrumentum procurationis uerum, cum ſit falſum, ualet pronunciatio, ſed non præiudicat domino abſenti, niſi uellet ratum habere expreſsè, uel tacitè, appellando in principali, iuxta leg. 3. §. falſus. ff. rem rat. hab. ¶ Non obſtat le. j. §. j. ff. quod falſo tuto. author. ubi ſi iudex pronunciat quem tutorem, qui non eſt, facit eum tutorem, quia, ſecundum Butri. poteſtas dandi tutorem dependet à iudice, ſed poteſtas dandi procuratorem, non. Infert etiam Butri. ad alia, quæ ut illa, omnia clariùs refert, & ſequitur Domini. hic. Adde in hoc ultimo Bald. in dicta l. licet. C. de procur. ubi dicit, quod ſi iudex pronunciat procuratorem eum, qui non eſt, non fundatur per hoc iudiciũ factum cum eo. Et reſpõdet ad illud de tutore, ut eſt dictũ. Subdit tamen, quòd is, contra quem eſt lata hæc ſententia, tenetur ei parere, ſi nõ appellauerit ab ea. Sed abſens, cuius nomine iſte ueniebat, qui nunquam interfuit in iudicio, non patitur præiudicium ex iſta ſententia. Et idem Bald. in l. falſus. ibi, ad quartum uenio. C. de fur. Dicit tamen Salic. in d. l. licet. allegando Ioan. And. hic, quòd ſi pars, quæ non appellauit, probaret iſtum non eſſe procuratorem, debet iudex hanc interlocutoriam reuocare. Cum iſtis concordat hic An. Si. referens aliqua ex prædictis, & quod notat Bar. conſilio 82. Punctus talis eſt. Et ponit latè de multiplici falſitate, poſt Bald. in d. l. falſus. quem tamen non allegat. Et conſidera, quòd iſte text. non facit ad quæſtionem, quia non loquitur de reſcripto falſo, ſed de uero continente falſitatem. Et inſurgit contra Abb. hic, dum dicit, quòd iſte ſit intruſus. Nam intruſus dicitur, qui ſe ingerit, c. cum iamdudum. de præbend. & c. dudum, 2. de elect. Sed iſte non ſe ingeſſit, ignorabat enim literas, quibus paruit, eſſe falſas. Et cum iſtis in effectu reſidet, nihil dicens de his, quæ ſequuntur. Cum iſtis etiam concordat Domi. in c. j. ibi, unde concludit. de reſcrip. in ſexto allegando Butri. hic, & idem Imol. in cle. j. ibi, hoc credit dominus Ant. de except. Ang. in d. l. ſi arbiter. & in l. j. C. ſi à nõ com. iu. & in d. l. quidam. circa medium, & But. in c. per tuas. primo nota. de ſentent. excommunic. ¶ Limita tu diligenter iſta communia dicta

30. quatuor modis. Primo, dum † modò literæ ſint falſæ, quia tales non dant iuriſdictionem, ſecus, ſi ſunt uerę, tamen per falſi ſuggeſtionem, uel ueri taciturnitatem obtentæ, quia tunc dant iuriſdictionem, tam ſuper principali, quàm ſuper dubio iuriſdictionis, & ſententia lata ex eis, tranſit in rem iudicatã. Aegi. deciſ. Rotæ 28. iudex datus. Allegat Innocent. ſ. eodem. cæterum. Reſpondet ad iſtum text. in uerbo, non eſt aliquatenus procedendum. & ſic loquitur in principali, quia intelligitur, quando eſt oppoſita exceptio ſurreptionis, quia illa eſt præiudicialis & dilatoria. Sed ea omiſſa ſecus, per not. in d. cap. cæterum. Vult dicere, quòd ſurreptio in iſtis nõ uitiat ipſo iure, & ideo ualet proceſſus, etiam detecta demum ſurreptione, ut dicetur j. eod. ad audientiam. Et adde, quod dicetur j. eod. cum dilecta. tangendo, quando lex, Barbarius. habet locum in delegato, quando non eſt defectus in perſona delegati, ſed in commiſſione. ¶ Limita ſecundo ſubtiliter, dummodo uitium falſitatis habeat hanc qualitatem, quod non emanauit, à principe, ſecus, ſi emanauit a principe, quia licet alias ſit prorſus nullum, tamen ualebit ſententia ſuper competentia, ſi ab ea non appellatur, ut dixit ſingul. Lapus in ca. 2. de reſcrip. in 6. & ſequitur ibi Domin. & Butr. Abb. & Domin. hic, puta, ſi in caſu dicti c. 1. iudex pronunciauerit ſe competentem: quia ſi non appellatur, pronunciatio tranſit in rem iudicatam, & hoc propter authoritatem ſuperioris, à quo emanauit, per d. l. Barbarius. Et licet ſit nullum, quoad eius effectum, tamen non eſt ſimile falſo, quia non caret omni primordio ueritatis, ut hic pulchre per Butri. ¶ Pro quo facit lex, cum filius. §. hæres meus. de leg. 2. ibi, nec in totum falſum uideri. quòd ueritatis primordio inuaretur. Vnde dicit Bald. in l. data. ibi, ſed dubium eſt. C. qui accuſ. quòd qui facit inſtrumenta, ſicut tabellio, & non eſt, punitur pœna mortis, ſed ſi ſemel fuit creatus tabellio, ſed priuatus, non punietur pœna mortis: quia iuuatur primordio ueritatis. Allegat §. quia ueriſimile. in authent. de non alie. & ſequitur Ang. de crim. falſi. accedens. in fin. facit l. fin. ff. de decu. ubi reliquæ multum operantur, cum concor. quas poſuit titul. præcedent. in c. quæ in eccleſiarum. ad fin. ibi, fallit quintò. ¶ Hoc dictum Lapi ſequitur But. in c. 2. ibi, etiam & alia ratio. de dila. dicens, quòd licet data falſitate reſcripti non ualeat proceſſus, tamen ſecus, ſi reſcriptum eſt aliàs nullũ, ut ex defectu perſonæ impetrantis, ut per Lap. uel ſi eſt à falſo procuratore obtentum: & ideo hoc caſu iudex carens funditus iuriſdictione, poteſt de ea cognoſcere, niſi eſſet incapax, ut ſ. in 2. fal. Iſtud dictum Lapi pulchrè ſequitur Innocent. in d. c. 2. Butri. ſ. eo. cum ordinem. in fi. Lud. conſilio. 384. in fin. Imol. in cle. ſi appellationem. ibi, non obſtat, quia tertiò. de appella. Pet. de Anch. in c. cordi. ibi, & ſubdit notanter. de appell. in ſexto, Butri. de appell. ſi duobus. ibi, ſed ſi nullam funditus, & in c. ex ratione. ibi, hæc puto uera. eo. titul. & Butri. ſ. eod. paſtoralis. in princ. Per iſtud dictum Lapi dixit Domi. in c. j. ad fin. de offic. de leg. in ſextò, quòd ſi conſeruator pronunciet iniuriam notoriam, per hoc facit ſe iudicem, etiamſi uerè non ſit notoria, ſi à tali pronũciatione non appellatur. Cum iſto dicto Lapi concordant Angel. in l. j. ad fi. C. ſi à non comp. iudic. & Bar. in l. ea quacunque. ibi, hoc dictum gloſſ. ff. ſi quis in ius uoc. & Abb. poſt But. j. eo. ex parte. ibi, & nota iſtum intellectum. dicens, ſecundum unum intellectum probari ibi

claus-

clariſſimè, quòd reſcriptum nullum aſſumit uigorem, ſi ori-
ta contentione ſuper nullitate iudex pronunciat ualidum;
& non appellatur, dum modò non ſit falſum, ſecundum
eum, & idem Domi.j.eo.Rodulphus.in fin.quem referam
j.12.fallen.dicens, quòd iudex carens funditus iuriſdictio
ne, efficitur iudex per hanc pronūciationem. Per iſtud di-
ctum Lapi ſequitur alius effectus magnus, quòd etiam ubi
primum reſcriptum eſt reuocatum ipſo iure per ſecundum;
ut quia ſecundum eſt motu proprio, uel cum clauſula de-
creti, ſi tamen primus iudex pronunciat ſe competentem,
& non appelletur, ualebit ſententia. Et ita Imol.ſ.eodem.
cæterum. quod multum importat ad ea, quæ dixi ibi in ul-
timo artic.in tertio corollario, & in prima & ſecunda reſtri-
ctione. Tamen ſi erit uera ſecunda reſtrictio, quæ ſtatim at-
tentabitur ad hoc dictum Lapi, iſta illatio Imol.non proce-
deret, quia ubi ſunt dictæ clauſulæ, iudex ſcit ſe carere fun
ditus iuriſdictione, ideo proceſſus nullus, ut ibi dicetur.
Tamen cogita. ¶ Reſtringe dupliciter hoc dictum Lapi.
Primò, niſi poſtea appelletur à ſententia diffinitiua lata per
delegatum in negocio principali, quia coram iudice appel-
lationis adhuc poteſt opponi iſta exceptio, quæ reddit iudi
cium retrò nullum, etiamſi fuit oppoſita in cauſa principa-
li, & repulſa per interlocutoriam, à qua nō fuit appellatum,
& talis interlocutoria poterit reuocari, ſecundum Domi.in
c.ſi.in 2.nota de appell.in ſexto, per illum text. quem dicit
bene notandum ad limitationem Lapi, ubi ſ. De quo excla
mat Phil.de appellat. cum ceſſante.ibi, decimotertiò limi.
ſubdens in fin. illius limitationis, hoc eſſe intelligendum,
dum modò pars non conſenſerit in iudicem. Et ita dicit li-
mitandum Bar.in d.l.2.ſi quis in ius. ¶ Conſidera hoc ul-
timum uerbū, ad quod nihil allegat, & eſt ſatis importans,
& aliqualiter dubium, quia ſatis uidetur in iudicē conſen-
ſiſſe non appellando ab interlocutoria, niſi dicas, quòd ſcie
bat ius ſuum ſaluum durare in appellatione à diffinitiua.
Ergo taciturnitas ſibi non nocuit, l. ſicut.§. non uidetur.ff.
quibus mo.pig.uel hyp.ſol. ¶ An autem ex eo, quòd litiga-
uit in principali, uideatur in iudicem cōſenſiſſe, adeo quòd
nō audiatur amplius ſuper dicta interlocutoria, hoc etiam
ipſe non ponit, & fortè ſentit, quòd non, tamē cautum eſſet
proteſtari, quòd non intendit in iudicē conſentire, niſi qua
tenus de iure tenetur, iuxta theoricam Innocent. de elect.
Cumana. de qua dixi tit. præcedenti, cum M. Et iſtud etiam
pendet ab alio articulo, quando in prorogatione ſufficiat
tacitus conſenſus, de quo in c.j.infrà, de iudic. ¶ Reſtringe
31 ſecundò hoc dictum Lap.dum† modò iudex neſciat de nul
litate reſcripti, quia ſi ſcit, pronūciatio non ualeret, per id,
quod dicit hic Abba.in 5.caſu. & Card.in clemen.2.in 3.
q.ut lite pen.per text.de app.ſi duobus. Idem, ſi eſſet igno-
rantia inexcuſabilis, ſecundum Hoſtien. in d.c.ſi duobus.
& ibi dixi in fine. Et licet iſti loquantur de iudice procedē-
te in principali, quando caret funditus iuriſdictione, tamē
eadem ratio eſt in delegato, uel alio pronūciante ſe compe
tentem, ſecus, ſi eſſet iuriſdictio elidibilis, quia licet iudex
hoc ſciat, tamen ſi pronunciat de competentia, & non ap-
pelletur, ualebit proceſſus. Gloſſ.in dicta cle. 2. in uerbo,
competente. Dixi aliquid ſupra eo. cum ordinem & latius
in d.c.duobus. ¶ Reſtringe etiam dictum Lapi, dum modo
pronunciatio competentiæ ſit expreſſa. Secus enim, ſi taci-
ta, puta, per proceſſum ad ulteriora. Domi.infra eo.Rodul-
phus.in fin.quem referam infra in 12.fallentia, in qua hoc
probatur latius. ¶ Limita tertiò hanc nouam fallentiam,
niſi delegatus haberet aliat ordinariam, per quam etiam co
gnoſcere poteſt, an ſua ſit iuriſdictio, quia tunc bene co-
gnoſcere & pronunciare poteſt ipſemet de falſitate reſcri-
pti delegatorij, & ualebit proceſſus, non obſtante detectio-
ne falſitatis. Angel.in d.l.2.7.fallentia, quia ceſſat dicta ra-
tio, quòd ſit funditus omni iuriſdictione priuatus. Allegāt
Innocent.in d.c.2.de dila. in gloſſ.mag.ibi, hoc autem fa-
temur. ¶ Contrarium tenet Imol.in d. leg.quidam, quia
quo ad illam cauſam, eſt delegatus, non ordinarius. Ideo
cenſetur omnino priuatus. Pro quo facit, quod not. Ioan.
Andr.Butr. Abb. & Imol.de præſcrip. cum ex officij. cum
concor.quas ibi poſui, dum dicitur ibi, quòd ſi habens or-
dinariam, putat ſe habere delegatam, quam non habet, &
procedat ex delegata, non ualet proceſſus propter ordina-
riam, per c.cùm ſuper. de offic. dele. Ita hic, cum animus

iudicis pronunciantis ſe iudicem ſit procedere ex delega-
ta, & eam non habet, nihil operabitur ordinaria. ¶ Conſide
ra, quòd iſta impugnatio habet locum, tenendo, quòd pro-
nunciauerit ſe eſſe delegatum, & non erat, propter falſitatē
reſcripti. Et hoc eſt clarum, quando reſcriptum uidebatur
eum facere delegatum. Sed ſi erat reſcriptū per talia uerba,
per quæ non uidetur effici delegatus, ſed excitari poteſtas
ordinaria (quod quando ſit, traditur per Butri. & Imol. de
offic.ordin.licet.& ibi dixi) tunc poſſet eſſe dubium, an di-
cta pronunciatio competentiæ ualeret, & licet nullus hoc
tangat, quem uiderim, tamen dici poſſet, quòd aut utitur
uerbis denotantibus, quòd credit ſe iudicem uigore reſcri-
pti, & non ualeat pronunciatio, per d.c.cum ſuper. Aut ſim
pliciter dicit ſe iudicem, & tunc, cum præſumatur pro iudi
ce, de re iudi. ſicut & præſumatur eligere uiam, per quam
actus ualeat, l.3.ff.de mili.teſta. uidetur, quòd in dubio uo-
luerit dicere ſe iudicem, non ex capite reſcripti, ſed ex capi-
te iuriſdictionis ordinariæ, quam putauerit excitatam. Et
iſtud fortè procederet, niſi uerba libelli & actorū, quæ præ-
ceſſiſſent hanc interlocutoriam, expreſſè loquerentur de
poteſtate uirtute reſcripti, quia tunc uerba ambigua ſen-
tentiæ referentur ad acta, iuxta gloſſ.fin.in c.ſi confirmatio
nem.de elect.in ſexto, & Bart.in l. ſi quis ad exhibendum.
ff.de except.rei iudic. Dixi de except.c.penul. Et ideo fortè
tuto eſſet, quòd eſſemus in dubio in d.caſu, ſuper quo uolui
hoc tetigiſſe, ne aperiatur uia cogitandi. ¶ Limita quartò
hanc nonam fallentiam, niſi coram iudice competenti eſſet
oppoſitum de nullitate talis interlocutoriæ lata ſuper falſo
reſcripto, & hac exceptione non obſtante ſententia ſuit cō-
firmata, quia ſi ab iſta non appellatur, non poterit amplius
de nullitate opponi. Angel.in d.l.2.& in d.l.quidam. Alleg.
Inno.in c.1.& 2.de confir.uti. uel inut. Et hic ſuper uerbo,
forſan.ibi, ſed ſi poſt omnes.quia, ſecundum eum, iſte ſecū
dus uerè eſt iudex, licet malè faciat confirmādo ſententiam
nullam. ¶ Sed caue, quia ex dictis Doctorū in d.c.1. quos
retuli de re iudi.ea, quæ iſtud uidetur intelligendum, quan
do ſecundus competens confirmauit ſententiam latam in
principali a dicto delegato dato per falſum reſcriptum. Sed
ſi falſus delegatus ſolum pronunciaſſet ſe competentem, &
iſta confirmaretur a iudice competente, non uidetur, quòd
ſecunda tranſeat in rem iudicatam, quia laborat eodem ui
tio, quo prima, & cum propter iſtam uideatur reuertēdum
ad primum, ut expediat negotium principale, de appell. ut
debitus. non uidetur hoc poſſibile, quia competentia iſtius
ſecundi non poteſt facere, quòd primus ſit, uel fuerit in alī
quo competens, ſecus, ubi confirmat ſententiam in princi-
pali, quia tunc ſententia aſſumit uires a confirmante, non
a confirmato, licet iſti non aperiant hoc, ut uoluiſſem. Cæ-
tera de iſta confirmatione ſententiæ nullæ dixi in d.ca. ea,
32 quæ. ¶ Fallit decimo dicta regula, quando † iudex non ha
bet iuriſdictionem, niſi ſuper cauſa notoria, & caſus acci-
dens eſſet dubius, & non notorius, quia tunc non poſſet cō
gnoſcere, an ſua ſit iuriſdictio. Gl.in c.accuſatus.in uerbo,
manifeſtè, de hære.in ſexto, dum modò ſuper iſto dubio ue
lit cognoſcere & pronunciare, tanquam iudex. Sed ſi uellet
ſe informare ſuper illo, an eſſet notorium, uel non, extraiu-
dicialiter, non ut iudex, tunc poſſet. Ita procedat glo.maior
ibi, dic, quòd bene: & c.j.de offi.deleg.in ſexto, quam eum
prædictis ita adaptat Domi. hic, & in d.c.j.ibi, ſed aduerte.
ſicut etiam ad iſtum finem ſe informat ille, qui non habet
iuriſdictionem. Patet j.eo.cùm contingat. Et hoc uidetur
uoluiſſe Hoſti.in d.c.j.ſecundum Domin. ibi. ¶ Sed Abb.
de foro compe.ſi clericos.ibi, ſed tu dic. uidetur tenere con
tra hanc fallentiam, quòd imo, ſi negatur qualitas notorie-
tatis, poteſt cognoſcere & pronunciare ſuper hoc, an ſubſit
notorietas, uel non, & non poteſt procedere in principali,
niſi conſtet de notorietate: quia illa dat iuriſdictionem. Ita
procedat gl.in d.c.j. Sed ſi conſtat qualitatem notorietatis
non ſubeſſe, uult tamen iudex inquirere, an factum ſit com
miſſum, etiam ſine illa qualitate, & non poteſt, quia ſolu
qualitas notorietatis dat iuriſdictionem. Et iſte eſt intelle-
ctus gloſſ. c.accuſatus. quia inquiſitor non poteſt ſe intro-
mittere de diuinationibus, niſi ſapiant hæreſim manifeſtā.
Si ergo non ſapiunt hæreſim manifeſtam, non poteſt inqui
rere, an ſapiant hæreſim: quia ſine notorietate qualitatis nō
habet iuriſdictionem: ſed bene poſſet inquirere, an ſapiant

hæreſim

hæreſim manifeſtam. Et iſte intellectus ad illas gl. eſt etiam de mente Imol. hic & poſt Butri. & ſequitur Dominic. in d. c. accuſatus. §. ſanè. Et puto iſta dicta eſſe uera, quamuis non percipiam, utrum iſta fuerit mens gloſſ. in d. c. accuſatus. ¶ Et adde Imol. & Angel. Aret. in l. conſtitutiones. ad fi. ff. de appell. ubi dicunt, quòd ſi qualitas non fundat iuriſdictionem, non eſt opus de illa ante omnia cognoſcere, putà an in caſu illius l. reus eſſet latro famoſus, quia etiam ſine illa qualitate iudex erat competens, ſecus, ſi qualitas eſſet neceſſaria, ut in caſu gloſſ. in d. c. j. quam ipſi ſequuntur. Et pro ea allegat Aret. quod not. Bart. in l. in illa ſtipulatione, ſi calendis. ff. de uerb. oblig. ubi dicit, quòd ſemper & ante omnia probandum eſt id, quod eſt fundamentum intentionis iudicis, actoris, uel rei. Facit dictum Innoc. de fo. compet. cum ſic. & quod ibi dixi. ¶ Fallit undecimò, quãdo
33 † iſta pronunciatio competentiæ fuit facta abſentibus partibus, & præſentibus procuratoribus non habentibus ſpeciale mandatum ad prorogandum, iuxta not. de offi. deleg. cum olim. el j. quia non ualet. Ita Angel. in authent. hodie. in fi. C. de appell. Si autem proceſſum eſt contra contumacem, eo caſu, quo perueniri poteſt ad diffinitiuam lite non conteſtata, uel ad primum, aut ſecundum decretum, tunc dicit Bart. in d. l. 2. ſi quis in ius uoc. non ie. quòd iudex, antè quàm procedat contra partem contumacem, poteſt pronunciare ſe eſſe iudicem competentem, & cætera illius iudicij procedent, quia illa ſententia facit ius, ſed ſi hoc non pronunciaret, pars quandocunque ueniens poſſet dicere illum non eſſe ſuum iudicem, & geſta nõ ualere, ſecundum eum, de quo etiam per Imol. in d. l. quidam. ¶ Fallit duode-
34 cimò, quando † iudex non pronunciat expreſsè ſe competentem, ſed tacitè, putà, per proceſſum ad ulteriora, quia licet aliàs iſta tacita pronunciatio ſufficiat ad reijciendum exceptiones impeditiuas proceſſus, c. ex parte. el 2. de app. Bar. in l. à procedente, C. de dila. c. ſuborta. cum glo. in uerbo, reprobaſſe. de re iudi. tamen in caſu iſto requiritur expreſſa pronunciatio, gloſſ. in uerbo, proceſſus. in fi. in c. diſpendia. de reſcript. in 6. & in c. 2. in uerbo, quorum. eo. tit. & lib. & utrobique Domi. & Butri. hic. Et pulchrè Domi. j. eo. Rodulphus. in fi. dicens ibi eſſe gloſſ. hug. in gloſſ. mag. in fi. quam dicis perpetuò menti tenẽdam, quòd ubi iudex caret funditus iuriſdictione, per proceſſum ad ulteriora non uidetur ualidare iudicium. Et ſic licet proceſſus ad ulteriora habeat uim interlocutoriæ, ut uideatur repellere exceptionem oppoſitam, ut not. gloſ. in clemen. fi. de app. non tamen iſta talis tacita pronunciatio habet uim, ut pronunciet ſe iudicem competentem. Et ad idem allegat dictas gl. ſecus dicens, ſi pronunciaret ſe expreſsè iudicem competentem, quia tunc licet funditus careret iuriſdictione, ualeret proceſſus. Allegat Innoc. in c. præterea. de dila. & quæ ipſe dixit hic, & facit, quod dixi ſ. in 2. limitatione nonæ fallentiæ. ¶ Adde etiam huic fallentiæ, quæ dixi opportunè in d. c. ſuborta. in 4. limitatione ad regulam d. c. ex parte. ¶ Et inuenies certos caſus, in quibus etiam in propoſito ſufficiat tacita pronũciatio ad limitationem dictarum gloſſarum, & nota maximè tres. Primus, ubi iudex pronunciauit procedendum ad ulteriora, obiectis non obſtantibus, licet de competentia expreſsè nihil dixerit. ¶ Secundus, quando iuriſdictio non erat funditus nulla, ſed elidibilis. ¶ Tertius, quando parte præſente & opponente de defectu iuriſdictionis, iudex proceſſit ad ulteriora, de quibus caſibus uide authoritates & rationes ibi deductas. ¶ Fallit tertio
35 decimò, ſi † obijcit iudici delegato, quòd eius iuriſdictio eſt reuocata per ſecundas literas directas alteri delegato, quia ipſe non cognoſcit, an ſit reuocata, uel non: ſed ambo conueniunt, ſ. eo. paſtoralis. Et ita Angel. in d. l. a. 6. fallen. Et dictum fuit in d. c. paſtoralis. & ſubdit Angel. in d. l. a. 7. fal. quòd ſi duo iudices ordinarij contendunt de iuriſdictione, quia unuſquiſque dicit eam ad ſe pertinere, cognoſcet ſuperior amborum, aut arbitri ab eis eligendi, per tex. in d. l. de iure. ff. ad muni. & in d. c. paſtoralis. ¶ Fallit quartodeci
36 mò & ultimò, quando † opponitur de non iuriſdictione delegantis: quia de hoc non poteſt cognoſcere delegatus. Bald. in l. 2. C. ſi à non compe. iudi. Dicit tamen, quòd cognoſcendo de propria iuriſdictione delegata poteſt per quandam conſequentiam cognoſcere de ordinaria: non tamen, ut ſuper ordinaria iudicet, ſed bene iudicare poteſt ſe non eſſe iudicem, & ſic iudicat de reſcripto, ſed non de reſcribente. Dat ſimile in iudice, qui poteſt iudicare de priuilegiato, non de priuilegiante, ut per Ioan. And. de iudi. cùm ueniſſent. ¶ Demum in hoc articulo ſcias, quòd iudex cognoſcens, an ſua ſit iuriſdictio, non poteſt aſſignare terminum ad proponendas dilatorias, ne in parte ſit contrarietas. Abba. de exceptio. paſtoralis. ibi, ego dubito. Habui etiam reſpondere Lucæ, utrum poſſit cognoſcere & pronunciare ſuper ualiditate mandati procuratorij, contra quod aduerſarius opponit, & credidi, quòd ſic, per regulam l. 2. ff. de iuriſdict. om. iudi. cum concord. quas dixi in c. præterea. de offic. deleg. uidelicet quòd conceſſa iuriſdictione cenſentur conceſſa omnia, ſine quibus ipſa expediri non poteſt. ¶ Et certum eſt, quod ſi non poſſet adire & iudicare ſuper legitimitate perſonarum, non poſſet etiam diffinire articulum competentiæ, in quo eſt ſibi data poteſtas à lege. Tamen cogita, quia poſſet replicari, quod cum pars poſsit per ſe comparere, non uidetur de neceſsitate dicta cognitio ualiditatis mandati. Veniunt enim illa, ſine quibus iuriſdictio expediri non poteſt, non autem ea, ſine quibus ita cõmodè expediri non poteſt, ſecundum Domi. in c. ſolet. ad
37 fin. princip. de ſent. excom. in 6. ¶ Vltimò, in † quantum Abb. ſuper gloſſ. in uerbo, forſan. refert dictum Arch. in c. ut circa. de elect. in 6. quod omnis exceptio peremptoria, etiam non notoria, poteſt opponi ante litem conteſt. dummodo excipiens offerat ſe incontinenti probaturum. [a] Tamen ipſum nõ firmat. Adde, quod But. hic, ibi, ſed tunc obuiat, dicit, quod dictum Archi. communiter non tenetur, per c. j. de lit. conteſt. in 6. Et conſidera rationem, quæ ultra iſtos multum ei obſtat, quia ſi eſſet uerum hoc dictum, nihil eſſet ſpeciale in exceptionibus poſitis in c. j. de lit. conteſt. in 6. & in alijs ſibi ſimilibus, de quibus dixi de except. exceptionem. quæ poſſunt opponi ante litem conteſta. licet ſint peremptoriæ, nam etiam illæ ita demum dicuntur impedire litis ingreſſum, ſi incontinenti probantur, ſecus, ſi exigunt indaginem, ut dicit Bart. in l. cum quærebatur. ff. iudi. ſol. Eſſet enim, ſecundum dictum Arch. facienda una generalis fallentia, uidelicet dummodò excipiens offerat ſe incontinenti probaturum, tunc omnis quæcunque peremptoria poſſet opponi ante lis. conteſt. & in illis nihil eſſet ſpeciale. Et hoc eſſet abſurdum, ut etiam credo dixiſſe in d. c. exceptio. Demum etiam uide Ludo. conſil. 346. ubi extollit iſtum text. ad probandum. quòd cum unus ordinat, & alter ordinationem exequitur, actus attribuitur ordinanti, non exequenti. Et ad idem allegat plura alia.

[a] *Probaturum] Adde Imol. Fulg. & do. Alexan. in l. nam & poſtea. §. ſed & ſi quis. de iureiur.*

SVMMARIVM.

1 *Bona temporalia licet quandoque ſint diſcreta inter epiſcopum & capitulum, tamen iura ſpiritualia nunquam ſunt diuiſa inter capitulum & epiſcopum.*

2 *Prælatus ſolus agit & conuenitur ſine capitulo & conuentu pro bonis communibus, etiamſi ſint communia, quo ad adminiſtrationem tantùm.*

3 *Capitulum non poteſt adminiſtrare bona communia, epiſcopo contradicente: ſed adminiſtratio pertinet ad epiſcopum, etiam capitulo contradicente, exceptis arduis.*

Prælatus in materia ardua non poteſt agere ſine conſenſu capituli. Poſt nu. 3. uerſ. prima declaratio.

4 *Capitulum ſolum non poteſt agere ſine conſenſu ſuperioris, etiam pro bonis communibus.*

5 *Capitulum ſolum licet non poſſit agere, ſi tamen præſtat cautionẽ de rato, debet admitti.*

6 *Prælatus ſolus poteſt conſtituere procuratorem.*

7 *Facultas dandi procuratorem, regulatur à facultate agendi.*

Solennitas eadem an requiratur in reuocatione, quæ requiritur in conſtitutione. Poſt num. 7. uerſ. & ex eo inſidet.

Cauſa eccleſiæ cathedralis non agitatur ſede uacante. Poſt nu. 7. uerſ. uacante ſede.

8 *Conſenſus ſuperioris poteſt ſequi. ubi actus capituli eſt utilis eccleſiæ.*

9 *Curator non datur capitulo. Conſilium ſuſpectum omittitur, quod alias eſſet neceſſarium. Poſt num. 9. uerſ. omittitur. Prælatus ſolus non poteſt authorizari in alienatione rerũ eccleſiæ, ſine ſo*

opi–

epiſcopus carens capitulo, ſiue prælatus inferior carēs collegio. Poſt num.9.uer.limita,niſi.

CAPITVLVM XXI.

E Docsat. ¶ In cauſa monaſterij conuenitus abbas per reſcriptum, in quo nulla fit mētio de conuentu, nec propter hoc appellari poteſt, niſi cum abbatis & conuentus bona eſſent omnino diſtincta. H.D. Et fient additiones circa dicta Abb. quo ad octo quæſtiones hic per eum ordinatas. ¶ Circa primam quæſtionem de pactis in fundatione apponendis, adde, quæ dicentur ſi. ptur. cum dilectus. ubi omnes ponunt. Aliquid dixi in principio quæſtionis à me examinatæ de præiudicio, quo ad patronos ex literis Papæ. Ad illud de taxatione portionum in religioſis, uel de tollerādo uſu ſuorum lucrorum, adde, quæ dixi tit. præced. c. cum M. immediatè ante materiam proteſtationis, ubi Abbas ponit in fi. in quadam addi. Et quando collegia inferiora poſſint ſtatuere circa ſtatutum eccleſiæ,
1 uide, quæ dixi tit. præced. cum omnes. Et not. quòd † licet quandoque bona temporalia ſint diſcreta inter epiſcopum & capitulum, tamen non ſic in iuribus ſpiritualibus, quia illa nunquam ſunt diſcreta inter epiſcopum & capitulum. Imol. de uer. ſig. cum clerici. Illa eſt ratio, quare iuramentū, de quo ibi, intelligitur non tantum de epiſcopo, ſed & de capitulo. Quod bene not. ad limitationem huius decretalis & ſuæ materiæ, ſecundum Domi. hic, & idem uult Innoc. in c. clerici. in gloſſ. j. de ma. & obe. dicens, quòd ſpiritualia & dignitates eccleſiæ ſunt communia, & communiter tenentur ab epiſcopo & capitulo, licet epiſcopus ſit caput. Alleg. d. c. cum clerici. Bonus text. cum materia, in c. cum non liceat. de præſcript. quem pro Inno. notat ibi Abb. ibi, ego uerò. ¶ Intellige iſta de iure communi. Sed conſuetudo bene poſſet diſponere, quòd adminiſtratio iurium epiſcopalium eſſet diuiſa etiam in ſpiritualibus, ſecundū Domi. in c. quanquam. 23. diſtinct. per c. j. de conſue. in 6. & c. fin. de reg. in 6. licet Arch. in d. c. quanquam. ſimpliciter ſequatur Innoc. & operatur dictum Innoc. quòd quamuis pacto, uel conſuetudine diuidatur adminiſtratio bonorum ſimpliciter, per hoc non eſt diuerſa adminiſtratio ſpiritualium, uel eorum, quæ non concernunt dignitatem; niſi conſuetudo ſpecialis illis aliud introducat. Quod nue. ¶ Circa ſecundā q. adde, quod not. Aegi. deciſ. Rotæ 591. Si procurator. ubi dicit, quòd habens commiſſionem de impetrando contra epiſcopum, ualidè etiam nominat in ſupplicatione capitulum, ſi & ipſum materia tangat, & cogetur comparere, per iſtum text.

a *Sine capitulo*] 2 Solvs praelatvs agit † & conuenitur ſine capitulo [a] & conuentu [b] pro bonis communibus, etiamſi ſint cōmunia, quo ad adminiſtrationē tantum. Innoc. & omnes hic, quod comprobat Abb. latius cæteris in 3. q. Adde Bu. Imo. Abba. & Domi. in c. j. de procu. ubi idem tenent, & firmat Hoſtienſ. latiſſimè in Summa, de reſcripti præſent. §. quæ poſſunt obijci. uerſic. 99. & Specul. in tit. de actore. §. j. ibi, quid de ſacerdotibus. & Cardin. conſilio. 334. B. & A. germani. & Angel. in leg. fin. ff. quod cuiuſque uni. nomi. Et ideo dicit Rot. de offic. archid. prima, in antiquis, quòd archidiaconus agit pro iuribus ſuis ſine licentia epiſcopi, uel capituli. & idem latius Rota de offic. arch. j. in antiquioribus. Similiter dicit Ro. de excep. 14. in antiquis, quod ubi prælatus agit nomine ſuo, & conuentus præſumitur agere cū conſenſu conuentus, allegas cap. ea noſcitur. de his, quæ fiunt à præla. & Innocen. in cap. ueniens. de præſcrip. Similiter Hoſtien. de tranſact. §. quis poſſit. ſequitur opinionem communem, non obſtante ratione tacta hic in gloſſ. quòd prohibitus alienare, &c. quia non eſt uera uniuerſaliter, & ſequeretur, ſecundum eum, quòd prælatus, quia iurat non alienare ſine conſenſu Papæ, non poſſet eſſe in iudicio ſine eiuſdem conſenſu, quod eſt abſurdum. Et ideo Bald. in l. ait prætor. alleg. in gloſſ. declarat, quomodo indiſtinctè non procedit regula, quòd qui non poteſt alienare, non poteſt rem in iudicium deducere. Nam pater non poteſt alienare rem filij, circa quam tamē poteſt agere, ut legitimus adminiſtrator, l. j. C. de bonis ma. Idem in tutore, l. 3. §. item quæri poteſt. ff. de reb. eorum. Vnde dicit, ſecundum eum, quod quidam ſunt, qui non habent ius, neque adminiſtrationem, & tunc regula uera. Quidam uero habent adminiſtrationem, ſed non ius in ipſa reſidens, & tunc regula non eſt uera. Quidam habent ius & adminiſtrationem, & tunc uerum eſt hoc agere poſſe, licet interdum alienare non poſſint. Exemplū in l. 2. & 3. C. de his, qui ue. æta. Et ad d. l. ait prætor. uide etiam in propoſito Bald. in leg. 1. col. 2. ibi, contra prædicta oppono. ff. de procur. Et circa dictam regulam inſiſtit etiam Specul. in d. tit. de actore. Et iſtis adde Bal. in l. unica, ibi, modò ſequitur uidere. C. de confeſ. ubi dicit, quod prælatus in bonis communibus habet liberam adminiſtrationem abſque ſpeciali mandato. Cum iſtis concordat etiam Lap. allegatione 49. allegando ad idem Innocent. de iudic. cum deputati. & de religio. do. cum uenerabilis. & latè inſiſtis, dicens, quòd dicta ſua ibi ſufficiūt in hoc articulo abſque alia reuolutione chartarum. Adde etiam Archid. in c. fi. 68. diſtinct. ubi tranſit cum Spec. ubi ſ. Pro quo etiam facit gl. in l. Titium & Mænium. ff. de admin. tuto. Per quam dicit Bal. in c. j. qui feudum da. poſ. quòd habens plenam adminiſtrationē, non tenetur alium requirere,

c ideo prælatus poteſt infeudare [c] ſine capitulo, quia habet liberam adminiſtrationem. Et ad prædicta ſcito, quòd non omnes habilitatus ad titulum, eſt habilitatus ad adminiſtrationem temporalium. Vnde diſpenſatus, ut non obſtante defectu ætatis poſſit habere beneficium curatum, non intelligitur diſpenſatus ſuper adminiſtratione bonorum, niſi aliud expreſsè appareat de uoluntate principis, ſecundum Per. de Anch. in c. j. de æta. & qua. in 6. quem ſequitur Brix. in Repertorio in uerb. diſpenſatio. in fi. remittens etiam ad Ioan. Andr. in c. ex ratione. de ætate & quali. & in c. de multa. de præb. Faciunt, quæ de reſtrictione diſpenſationis latè dixi ſ. eod. poſtulaſti. Et ex dictis Abb. hic denotantibus liberam adminiſtrationem prælati in bonis communib. inuenit latè Maria. conſilio mihi 125. Prælatus, &c. aliàs

c Infeudare] Adde, quod uoluit Bart. in authent. qui rem. ad fin. C. de ſacroſanct. eccleſ. & ibi Fulgo. Paul. de Caſt. & latè per do. Iaſ de May. ibi, quem omnino uide. Et an poſſit locare, & fructus uendere, uide not. per dom. Soci. conſi. 35. incip. ex his, quæ ſuperius. uer. circa primam q. in 1. par. & uer. 3.

3 incipit, Ex literis tranſmiſſis. quòd † capitulum non poteſt adminiſtrare bona communia contradicente prælato, ſed ad epiſcopum pertinet adminiſtratio etiam contradicente capitulo, niſi in arduis, ut hic per Innocent. Poſtea ſubdit, quòd ſi eſſet ſtatutum, quòd ad prælatum & capitulum ſimul ſpectet adminiſtratio, debet intelligi, ſecundum quod ſpectat de iure communi, ſcilicet in arduis & ſimilib. non autem in reliquis. Et inducit gl. & Bar. in l. fi. §. in computatione. C. de iure delibe. ubi ſtatutum exponit ſecūdum ius cōmune, & ſic etiam conſuetudo, ca. cum dilectus. j. tit. proxi. cum concor. de quibus per eum, & dicetur ibi. ¶ Cōſidera, quòd hoc modo ſtatutum, uel conſuetudo nihil operarentur, ergo male, propter doctrinam Bartol. in le. 4. §. prætor. ff. de dam. infect. cum concor. Non obſt. gloſſ. in d. §. in computatione. quia, ſecundum Paul. de Caſt. ibi, illa & ſimilia intelliguntur, quādo aliquis indebite damnum pateretur, intelligendo ſtatutum contra ius commune, ſecus, ubi hoc non concurrit. Sed iſtud ſtatutum non inducit damnum epiſcopi; imo maiorem conſeruationem bonorum propter pluralitatem oculorum adminiſtrationi præſidentium. ¶ Eſt uerum, quod capitulum ſolum non poteſt agere in bonis communibus ſine epiſcopo, per c. cauſam. In j. de iudi. quia, ut dicunt hic Butr. Imol. & Domi. epiſcopus, ſeu prælatus in eccleſia eſt ille, qui habet liberam & generalem adminiſtrationem. Vnde ſolus agere poteſt. Non ſic adminiſtratores, uel inferiores. Et capitulum non habet de iure adminiſtrationem ſubſiſtente epiſcopo, & non eſt caput eccleſiæ, ſed epiſcopus, 7. q. 1. ſcire debes. facit c. requiſiſti. j. de teſta. ¶ Pro intelligentia tamen prædictorum nota ſex declarationes.

Prima declaratio. In materia ardua non poteſt prælatus agere ſine conſenſu capituli, uel conuentus. Inn. & om-

a Adde Ro. in deci. ſin. 349. Confeſſio. in nou. & Specu. in titu. de accuſa. uer. item ſi uxor.

b Et conuentu] Adde Bal. in Margar. uerb. prælatus. uerſ. 5.

& omnes hic. Specul. & Hoſtien. ubi & Angel. in d. l. ſi. Lap. in dicta allegatione, Ioan. And. de procu. querelam. & Lud. conſil. 369. Circa primum. ibi, tertia eſt ratio. Putà, ſecundū iſtos, quādo agitur de diminutione honoris, uel dignitatis eccleſiæ, ut de ſubiectione, uel limitibus epiſcopatus, uel membrorum. Et dicit Lap. quòd cauſæ dicuntur magnæ & paruæ reſpectiuè, ut ſolet notari, ſecundum eum, in c. ſi. de iureiu. Et poſſent hic adduci quædam in ſimili, in quibus propter arduitatem materiæ aliter diſponitur, de quibus hic per Andr. Sicul. & dicetur in uoce. Sed in iſtis terminis meliùs facit, quod uoc. Innoc. in c. per tuas. in uerbo, conſenſu. de arbit. & in c. fin. in gloſſ. 2. de mu. & obe. & in c. ad aures. in ſi. de tempo. ordin. & in c. magnæ. de uoto. & in c. nouit. de his, quæ fiunt à præla. & in c. quod in dubijs. de renun. & ibi Butr. & Imol. & Archid. in c. hi, qui. 15. q. 8. & Ioan. Andr. in d. c. magnæ. & Abba. in cle. 2. de rebus eccleſ. non alie. ubi traditur regula, quòd prælatus non poteſt expedire aliquid arduum ſine conſenſu capituli, uel ſaltem ſine conſilio, ſecundum Hoſtien. & Ioan. An. in d. c. magnæ. Sed tamen communiter prædicti dicunt de conſenſu. ¶ Ampliа etiam in bonis diſcretis inter prælatum & cōuentum, quia unus non agit ſine alio in arduis. Innoc. in c. cauſam. el ij. in 2. gloſſ. parua, in ſecunda ſolutione, de iudic. quem ita guſtat ibi Abb. & idem ſentit But. hic, uerſi. tertio caſu. & Imol. ibi, & ſimiliter conuentur. ¶ Reſtringe tamen notabiliter hanc limitationem, ſecundum Domi. hic, niſi materia, quæ aliàs eſt ardua, deducatur per uiam poſſeſſorij, putà, ſubiectio, quam prædicti reputant arduam. Allegat Rotam, quæ eſt hodie de offi. Arc. prima, in antiquioribus: ubi dicunt, quòd ſi pro Arch. agitur poſſeſſorio ſuper ſubiectione clericorum, iſta non dicitur cauſa ardua, ita quòd ſit neceſſarius conſenſus alterius: quia cauſa poſſeſſoria uocatur momentanea, 2. q. 6. c. ei, qui. §. ſi de poſſeſſione, & eius momento. cùm ſit apta durare momento, c. cum dilectus. de cau. poſſeſ. Ad idem inducunt not. in c. quoniam. ut lite non conteſta. ubi patet, quòd in poſſeſſorio non habet locum nominatio dñi in iudicio: & gl. ij. in c. quicunque militum. 23. q. 2. ſecūdum eos. Ad quod etiam uide Rotam, de offic.
4 archid. ij. in antiquis. ¶ Secunda declaratio. Licet † capitulū ſolū, uel conuentus, non poſſit agere ſine conſenſu ſuperioris, etiā pro bonis cōmunibus ut per oēs * in d. c. cām. tamē ſi ſolus conuentus uult agere pro rebus malè alienatis, pōt etiam ſine conſenſu prælati. Butr. & Abb. hic per c. ſi quis. presbyterorum. de re. eccle. & per nota. de teſti. cum ulim. & ibi Scribētes late, declarantes hoc, dum modo prælatus, qui nunc eſt, alienauerit, uel ſi ſucceſſor eſt negligens in recuperando, de quo dic, ut ibi. ¶ Tertia declaratio. Licet
5 † capitulum, uel cōuentus non poſſit agere, ut eſt dictum, tamen ſi præſtat cautionem de rato, debet admitti. Gloſſ. ſi. ibi, tamen illud concedo. in c. 1. de procur. ſentit Abb. hic, & expreſſius ibi, intercos es ea, quòd poſito, quòd prælatus non poſſet agere ſine conſenſu capituli, tamen ſi uult cauere de rati habitione, debet admitti. Ratio poteſt colligi ex uerbis Butr. hic, ibi, alter autem pro altero. ubi notanter dicit, quòd licet iura, quæ dicunt coniunctum poſſe agere pro coniuncto ſine mandato cum cautione rati, de quibus. j. eo. nonnulli. in fin. & l. exigendi. C. de procur. non habeant locum in coniunctis coniunctione ſpirituali, putà, in canonico pro canonico, ut traditur in c. fin. de procur. Dini ſatis poſt glo. tit. præced. cum M. tamen habent locum in epiſcopo, qui poteſt agere pro capitulo in bonis diſcretis cum cautione de rato ratione coniunctionis ſpiritualis. Et eadem ratione poteſt capitulum agere pro epiſcopo in communibus & diſcretis cum debitis cautionibus, quia inter capitulum & prælatum bene eſt dare coniunctionem, arg. c. requiſiti. de teſta. ſecundum eum. Quod bene nota ad ſingul. limitationem huius materiæ, & eorum, quæ allegaui in d. c. cum M. & ad ampliationem d. l. exigendi. Et iſta uerba Butr. ſequitur Domi. hic, licet Imol. alia referens hoc omittat. Pro qua conſideratione & coniunctione inter epiſcopum & capitulum, facit optimè conſil. Cald. de feu. 11. ubi uult, quòd uaſallus epiſcopi poteſt alienare feudum in capitulum ipſius epiſcopi, etiamſi inter eos ſint bona diſcreta, quia epiſcopus nō uidetur in generali prohibitione alienationis excluſiſſe ſuos. Tamen de ueritate iſtius conſilij dubitaui in c. quæ in eccleſiarū, prope fin. ibi, nona declaratio.

tit. præcedenti. Et hanc declarationem reprobaui j. eo. nonnulli. §. 1. in 3. limitatione ultimæ fallē. uer. ſed nunc credo.

ADDITIO. ¶ Quarta declaratio. Prædicta procedunt in bonis communibus, quando in eis ſolus prælatus adminiſtrat; & idē, ſi ſunt diſcreta, & ipſe ſolus adminiſtrat, ſecus; ubi bona eſſent communia, & utrium adminiſtratio, uel etiā ſola adminiſtratio eſſet cōmunis, putà, quia adminiſtratio exercetur per unum nomine prælati, & per alium nomine capituli. Nam iſto caſu uidetur dicēdum, quòd uterque debeat ſimul agere, uel uterque ſimul conueniri. Ita latè Imol. hic, dicens iſtum caſum non eſſe ab alijs tactum, & conſiderat doctrinam Innoc. hic, quod poteſtas agendi ſequitur poteſtatem adminiſtrandi, & ſic ad illū ſpectat poteſtas agendi, ad quem ſpectat poteſtas adminiſtrandi. Fatetur tamen, quòd ubi non appareт bona eſſe oīno diſtincta, etiam quo ad adminiſtrationem, tunc ſemper ſpectat adminiſtratio ad ſolū prælatum, & ideo tūc ſolus agere poterit, niſi ſtatutum, uel conſuetudo eccleſiæ repugnet. ¶ Quinta declaratio. Eo caſu, quo capitulum prohibetur eſſe in iudicio pro bonis eccleſiæ ſine prælato, poteſt tamen impetrare, & per tale reſcriptum poteſt agere. Ioan. Andr. ſolenniter in addi. Spec. prælatus. in tit. de reſcript. præſenta. §. ratione etiam eius, contra quem. in ult. addi. inducit c. cauſam. el j. de iudic. ubi, ut patet in antiqua, monachi impetrauerunt ſoli, & reſpectu impetrationis nihil dicitur ibi de conſenſu abbatis, ſed ſolum de habilitatione iudicij. Et ſequitur Butr. Abba. & Imol. hic, & ibi. Adde optimè, quod not. Rota in ſimili de iudic. 5. in nouis, dicens, quòd licet filiusfa. non poſſit agere ſine conſenſu patris, tamen poteſt impetrare. Latè Aegi. Belle. deciſ. 730. commiſſio impetrata. ¶ Obſtat nouū motiuum, uidelicet facilius permittitur alicui agere, quam impetrare, c. pia. de excep. in 6. iuncto c. j. de reſcrip. eo. lib. Ergo ſi capitulum non pōt agere, multo minus impetrare. SOL. Negat, quòd illud ſit regulare. Patet ex prædictis. Sed ſecundum ſubiectam materiam aliquando unum eſt facilius, aliquando nō, ibi difficilior eſt impetratio, quia ſumit robur à perſona inhabili & aduerſa iuri, ſed in c. pia ualet proceſſus, tum fauore ordinariæ poteſtatis, tum ob negligentiā patris non opponentis, ſecus, ubi iſta non concurrunt. Hinc eſt, quod non ualet proceſſus in materia illa coràm delegato, d. c. j. & ſic non differt ibi Agere & Impetrare. ¶ Sexta declaratio. In caſibus, in quibus poteſt epiſcopus agere ſine capitulo, in eiſdē poterit agere eius procurator, aliàs ſecus. Ab. de procu. petitio. 2. not. poſt Gul. Naſonem: ibi. ¶ Et adde in materia, quæ not. Rota, de re iudic. 42. in nouis, dicēs, quod ſolus abbas poteſt defendere monaſteriū in cauſa appellationis indiſtinctæ, ſi ſimul cum conuentu litem conteſtatus eſt, & idem uel conuentu, quia ſimul & diuiſim poſſunt in eā procedere, prælatus, uel conuentus, & ſufficit contra alterum ferre ſententiam, poſtquam ſimul ſunt litem conteſtati. Alleg. Ioan. Andr. poſt Innoc. in c. 2. ſuper uerbo, abbas. de teſti. in 6. ¶ Et adde Bald. in l. 3. §. ſed utrum. in j. q. ff. de mino. ubi dicit, quod conſenſus patris præſtitus filio agēti in cauſa principali, uidet durare etiam in cauſa executionis, quia ſufficit, quòd authorizauit in prima cauſa, ſiue ſit actor, ſiue reus. ¶ An autem ſolus prælatus poſſit tranſigere, ubi ſolus poteſt agere, uide Bar. in l. nulli. ff. de tranſac. & in l. imperatores. ff. de pac. & gloſ. in l. præſes. C. de tranſac. & omnes in c. contingit. j. de tranſac. & optimè Hoſt. in Summa, de tranſac. §. quis poteſt. uerſic. ſed quarto, an prælatus. Et probat Hoſt. quòd nō. Nec obſt. quòd habens liberam, tranſigit, l. procurator, cui libera. ff. de procur. quia fallit in prælato. aliàs ſequeretur, quòd poſſet alienare: quod eſt abſurdum, ut latius per eum, quem uide. ¶ Demum non omitto, quod Andr. Sicu. hic in iſta materia firmat. opinionem gloſſ. hic contra communem, quòd nunquam ſolus prælatus poſſit agere quia ubi requiritur alicuius conſenſus circa actum alterius, & illo conſenſu non præſtito ipſi ſimul agunt, præſumitur conſenſus interueniſſe. Ioan. Andr. in regula, is, qui tacet. & Abb. de præſump. nonnc. cū concor. quas ibi dedi. Sed in multis iuribus habemus in iure, quòd prælatus agit cum conuentu, capitu. dilecti. ibi, Abbas & conuentus. de iudi. cum alijs quindecim concordantijs, de quibus hic per eum. Ergo prælatus in agendo debet habere dictum conſenſum. Sed certe reſponſio eſt facilis, quia concedo maiorem & minorem.

rem. Sed negatur conſequentia, quia nullo modo ſequitur ex præmiſſis, nam dato, quod præſumatur interueniſſe conſenſus in alijs iuribus, etiamſi eſſent mille iura, quæ hoc dicerent, non dicunt, quod eſſet neceſſarius. Omitto etiam oſtēdere, quod iura per eum allegata non loquuntur omnia in agendo, ſed in impetrando, uel querulãdo. Præterea ſunt etiam decem tex. in quibus ſolus prælatus agit, ſicut c. cũ dilectus. de ordi. cog. cum alijs, de quibus hic per eundem, dum arguit pro communi, quibus non reſpondet. Et ideo ſequere prædicta, quæ ipſe non ponit, omiſſo eius oſtentatiuo multiloquio. Et ad prædicta uide omnino, quæ dixi poſt alios, de iudi. cum deputati.

Procuratorem] *Adde Bartol. in l. neque. C. de procurato. uerſic. ulteriùs opponitur etiam ante lit. conteſt. & Bald. in addi. ad Spec. in tit. de procu. verſi. pater non poteſt. & text. in authē. de ſanc. epiſcop. §. ſi quando. et text. & clo. ſi. i ubi. char. in princ. in c. oppo. de procur.*

6 Solus prælatus Dat † procuratorem. ª Abba. hic in quarta quæſtione. Addit Andr. Sic. Bald. in l. j. ff. de procur. ubi dicit contra gloſſ. ibi, quod prælati eccleſiarum, etiamſi ſint ſeculares, qui nõ habēt, niſi ſimplicem uſum facti, ultra adminiſtrationem poſſunt facere procuratorem ante litem conteſtatam in his, quæ pertinent ad ſuas adminiſtrationes. Allegat tex. hic, oſtendēs latè, quomodo in hoc differant à tutore: quia iſti habent titulum & commodum, & prætendunt ius proprium in prælatura, quæ non prætendunt tutores. Et de iſtis differentijs dixi in d. c. cum deputati. Adde Bald. in l. filiuſf. §. ueteranũ. ad fi. ff. de procu. ubi dicit, quod capitulum poteſt facere abbatē ſuum procuratorem, uel ſyndicum, in cauſa ipſius capituli, uel in cauſa communi prælati & capituli. Alleg. Arc. in c. 2. ſuper uerbo, conuentuum. de teſti. in 6. ibi, & ex his colligitur. ubi dicit, quod ſi talis commiſſio ualet ad hunc effectũ, ipſum capitulum uidetur præbere conſenſum, faciendo ipſum prælatum procuratorem in tali cauſa. Sed quantum ad hoc, quod uirtute huius procuratoris admittatur ad agendum, non habet effectum, cum aliàs poſſit de iure, ut hic: & ſequitur ibi Ioan. And. & Domi. in princip. & Lud. & Alex. in l. j. §. ſin autem collegium. ff. ad Trebel. dicentes, facere illum tex. ubi collegium poteſt contrahere cum uno de collegio. Et faciunt no. per gl. in c. de Conſtantinopolitana. 22. diſt. ¶ Non reſpondens iſti præcisè. ad l. j. ff. de autho. tut. ſed ſentiunt, quod hic nõ eſt neceſſaria authoritas ſuperioris, ex quo omnino agere poterat. Quæ reſponſio etiam procedit in bonis diſcretis, ſaluo, niſi eſſet materia ardua: tunc enim debet requiri ſuperior. Et ideo ad l. j. dici poſſet, quod hic conſenſus non eſt per uiam authoritatis, ſed ſimplicis conſenſus. Et ideo ſufficit, quod tacitè interueniat, ut per Ioan. And. in d. regula. is, qui tacet. ¶ Limitat Innocent. iſta, Niſi prælatus uellet conſtituere generalem œconomũ, quia in hoc, tanquam in re ardua, requiritur conſenſus conuentus, & ſequuntur alij, quibus, dum tangunt de laico, ad

7 de plenè no. de iudi. c. 2. Item dum dicunt, quòd † facultas dandi procuratorem regulatur ad facultatem agendi, adde, quæ dixi de re iud. cum l. & A. uerſic. ubi religioſus. Et dum Abb. dicit, non ualere pactum, quod mihi non liceat procuratorem reuocare. allegando Bar. Adde Ang. in l. & in perpetuum. ff. de procu. & Ange. & Imo. in l. Stichum. §. uſumfructum. ff. de ſolo. ampliantes hoc, etiamſi eſſet adiecta pœna. Et ita conſuluit etiam Angel. conſil. mihi 221. Punctus talis eſt, Martinus de Florentia. ubi etiam pulchrè declarat iſta, & eorum rationem. Idem, ſi interueniat iuramentum, gloſſ. trita in c. fi. in uerbo, reuocatus. de procu. in 6. quam ſequitur Angel. in d. leg. & in perpetuum. & Imol. in d. §. uſumfructum. & Lud. in l. alia. §. eleganter. ff. ſol. mat. & in l. j. §. ſi ſtipulanti. ff. de uerb. oblig. & Imol. late de curetur. cum contingat. fol. 23. ibi, ſed dubium eſt. dum modò talis reuocatio fiat ante lit. conteſt. per ea, quæ habētur in l. ante litem. cum ſequentibus, ff. de procu. & in ca. 2. de procu. in 6. niſi in certis caſibus ibi enumeratis. Et adde Paul. conſil. 55. uenerabilis uir. ubi ſequitur gloſſ. in d. c. fi. An autem cõtraueniendo incurratur periurium, licet actus teneat, uide Ioan. Andr. in regula, quod ſemel. in Mercu. & Imol. in d. c. cum contingat. & Lud. in d. §. eleganter. dixi de foro cõpe. ſi diligenti. nona fallentia, ubi etiam inuenies, an dicta glo. procedat in ſpiritualibus, poſt Rotam de proc. 8. in antiquis. Et ibi dictis adde notabile conſilium Alexã. mihi 100. Viſis capitulis. ubi conſuluit inter dominos corrigiæ, quòd pactum fratris de ſe non diuidendo etiam iuratum, non impediat diuiſionem, propter gloſſ. in d. c. fi. & per id, quod de teſtamento iurato dicitur in locis, per eum ibi allegatis. Dixi aliquid infrà, ex parte decani. uerſicu. amplia quintò. Dixit etiam Innocent. in hac materia in cap. 2. de teſti. in 6. quòd ſolus prælatus poteſt reuocare procuratorem à ſe & à capitulo conſtitutum, ſed ſi eſſet datus in bonis diuiſis, requireretur conſenſus capituli. & refert latius ibi Domi. in princip. & not. Arch. in c. fin. uerſic. in hoc caſu. 5. q. 3. & Abb. in c. unico, infrà, de ſyndico. & Domi. in c. bonæ. el 2. ibi, Et ex his infertur. de poſtu. præla. quia ſolus prælatus habet exercitium actionis. Et ita etiam pulchrè firmat Bart. in l. actor. ad fi. ibi, ſed iuxta prædicta. ff. rem rat. hab. Sic etiã intellige ipſum in l. item eorum. §. ſi actor. ff. quod cuiuſqȝ uni. no. & in l. ſuper epiſtolam. in fi. ff. de acqui. hære. & ibi Imol. ad fin. & Bar. in l. neque tutores. ad finem, C. de proc. ubi etiam ſequitur dicta Inno. in d. c. 2. Et dicit Inn. in d. c. bonæ. ſuper uerbo, temere. ibi, ſed quid dices, capitulum conſentit, &c. quòd ſi canonici conſtituerunt procuratorē, ut uniuerſi, non poſſunt ſinguli eorum reuocare mandatũ: ſecus, ſi ut ſinguli. Unde ſi plures habētes rem communem, feciſſent procuratorem ad litigandum, uel contrahendum, de illa poſſunt ſinguli re integra ipſum reuocare, non obſtante contradictione ſociorum, ſecundum ipſum, & etiam re non integra, dum modò illis conſentiat procurator, ſecũdum Ioan. Andr. ibi, per c. 2. de procur. in 6. & hoc dictum Inn. ſequitur etiam Arch. in d. c. fi. 5. q. 3. ¶ Et ex eo infulit Bal. in l. mutari. §. j. ff. de procur. quòd in re communi pluribus, ut ſingulis, poteſt unus ex dominis reuocare procuratorem, ut ſuſpectum, licet alij non uelint. Non obſtat prædictis, quòd uideatur neceſſaria eadem ſolennitas in reuocatione, quæ requiritur in conſtitutione, iuxta gloſſ. 2. ibi, ſeptē teſtium. in l. cum proponebatur. de leg. 2. quæ requirit tot teſtes in probatione erroris teſtamenti, quot ad conficiendum teſtamentum, & approbatus à multis, maximè plerunque à Bald. & copioſè per Alex. in rubri. ff. de acqui. poſſeſ. & in l. inter ſtipulantem. §. ſacram. de uerb. ob. & per alios, de quib. aliàs, quia põt dici illud uerum, quãdo ſolennitas fuit neceſſaria, ſed hic conſenſus capituli non fuit neceſſarius circa bona adminiſtrata à ſolo pᷓlato, ſed ſi adminiſtratio eſſet cõis, procederet argumentum. Et idem, ubi conſenſus alterius fuiſſet neceſſarius, quod etiam prædicti fatentur, & no. Paul. de Caſt. in l. tria. ff. de ſeruit. ruſti. prædio. Et quod ita intelligi debeat gl. in d. l. cũ proponebatur. uide Aegi. Belle. conclusione Ro. 746. licet obſeruet. Et ibi etiam inuenies, quod in declaratione actus requiritur eadem ſolennitas, quæ in ipſius actus confectione, quando abſque declaratione actus eſſet nullus, ſecus, ſi actus erat ualidus etiam ſine declaratione, quod etiam notat Rota, de reſcrip. 27. in nouis, poſt princi. ¶ De materia etiam uide Spec. de proc. §. ratione quoque conſtituentis circa princi. ibi, item quòd conſtitutus eſt abbate. & in tit. de ſyndico, ibi, item quod non eſt conſtituent. Dixit etiam Bald. in le. ſi conſul. 2. commento, ad finem, ibi, quinta quæſtio. ff. de adopt. quod ſi epiſcopus. tanquam pater pauperum, facit procuratorem pauperum ad agendum, poterit agi coram ſe, quia diſtinctum eſt officium, quo eſt pater pauperum, ab officio, quo eſt prælatus omnium. & ita ſeruat conſuetudo, ſecundum eum. ¶ Dixit etiam Bald. in l. j. C. de ſeruis reipu. ma. quod uniuerſitas non poteſt conſtituere ſyndicum ſine authoritate ſuperioris. ᵇ Nec obſt. quòd iura dic capitula eccleſiarum conſtituunt ſyndicum abſque authoritate ſuperioris, ut hic, quia, ſecundum eũ, præpoſitus capituli habet iuriſdictionē. Allegat not. in c. cum ab eccleſiarum. de offic. ordin. Et ideo authoritatem interponit. Allegat no. in d. c. 2. de teſti. in 6.

b *Superioris*] *Adde Bald. in l. ſi cautiones. C. qui accuſa. non poſ. ubi dicit, non creari ſyndicum uniuerſitatis ſine decreto, ſed ſyndicum collegij ſic. Et tenet Alexand. de Imol. in leg. actor. rem ratam hab.*

Vacante sede Non agitatur cauſa eccleſiæ cathedralis, ut in locis hic allegatis, per Abb. in 5. q. ¶ Ampliatur primò, etiamſi iudicium eſſet cœptum ante uacationem. Inno. & alij in d. c. fi. ne ſede uac.

& ſa-

& facit clem. fi. de procu. ubi etiam, quo ad cœpta, expirat mandatum procuratoris mortuo prælato. ¶ Amplia ſecũdò, etiamſi cauſa non concernat plenum præiudicium eccleſiæ uacantis, ſed qualequale. Ab. in c. uerum. ſecundo notabili, de foro compe. dicens, eſſe tex. notabilem ibi, ubi cauſa uaſallorũ eccleſiæ non agitatur uacante ſede. ¶ Amplia tertiò, etiam in bonis communibus. Abba. in ca. j. ibi, plus etiam placet mihi. de præſcrip. quia non debet licere membris deducere talia in iudicium ſine capite, cum poſſit præiudicari prælato, niſi eſſent talia, in quibus non timeretur de magno præiudicio, c. ſi. de reg. in 6. & c. unico, ne ſede uacan. eod. lib. ſecundum eum. ¶ Fallit primò, quando capitulum litigaret, ut tueretur exercitium iuriſdictionis epiſcopalis, fortè ſuper uiolatione interdicti per epiſcopum lati. Imol. titulo proximo, cum inter. per tex. ibi, ſecundum unam lecturam, quam ualde extollit. ¶ Fallit ſecundò in cauſa, quæ commodius de ſui natura tenetur tractanda ſede uacante, prout eſt cauſa electionis. Tex. cum gloſſ. notabili in c. 2. in uerbo, procuratorem. de teſtib. in inte. & tex t. in c. cum dilectus. de conſue. ſecundum unum intellectum, quem pònit ibi But. & Ab. in 2. col. uerſic. Innoc. hic. & ibi Imol. & But. hic, & Imol. hic, & in c. cum olim. ad fin. de teſtib. ¶ Fallit tertiò in cauſa, quæ abſque periculo differri non poteſt. Hoſtien. Ioan. And. But. & Imo. hic, & Signorollus conſilio propè allegando, & But. & Ab. in dicto c. fin. dicentes, poſſe recipi teſtes ualetudinarios. Faciunt ſimilia, quæ dixi de iudic. cum non ab homine. ſ. titulo præcedenti, ex parte. & in c. quoniam in princip. ut lite non conteſt. ¶ Fallit quartò in bonis ſeparatis inter prælatum & capitulum, quia licet ſede repleta requiratur conſenſus prælati, ut in ca. cauſam. el j. de. iudi. & in cap. j. de procura. tamen uacante ſede poteſt capitulum agere pro illis. Hoſtienſ. in dicto ca. fin. & ſequitur ibi Abb. per cap. unicum, ne ſede uacan. in 6. Tamen ille text. loquitur, ubi non adeſt ille, cuius conſilium debet requiri, hic autem agitur de conſenſu. Et ideo propter authoritatem Hoſtien. not. hanc fallentiam, & conſidera, quia fortè operabitur ſolum in arduis, nam in alijs non uidetur neceſſarius conſenſus prælati in bonis diſcretis, ut in prima ampliatione primæ declarationis, de qua ſupra, & in artien. præcedenti circa dictum Bald. in §. ueterani. Tamen prædicti ſentiunt, quòd etiam in non arduis procedat dictum cap. cauſam. licet bona ſint diſcreta. ¶ Fallit quintò in eccleſijs inferioribus. Vnde mortuo abbate, uel alio prælato inferiore, conuentus habet adminiſtrationem omnium bonorum, & pro ipſis poteſt agere & conſtituere procuratorem. Innoc. ſingulariter infrà, tit. pros. cum dilectus. & ſequitur Rota de ſupplen. neg. prælat. 1. in antiquis, & ex clamat Abb. in d. cap. cum dilectus. dixi plenius in cap. his quæ. uel in cap. cum olim. de maio. & obedi. & ad prædicta uide etiam Franc. Pauinum in tractatu De ſede uacan. in 9. q. 2. partis, ubi late ponit, an capitulum ſede uacante poſsit iudicialiter experiri in cauſis eccleſiæ uacantis, agendo, uel defendendo, & non uideram adhuc ipſum in prædictorum editione. ADDITIO. ¶ Et adde ſextam fallentiam, ſcilicet, quando aliquis de capitulo agens pro iuribus ſuæ dignitatis, deducit in conſequentiam ius ſedis tunc uacantis. Abba. poſt hos in d. c. cum olim. ibi, nec obſtabat uacatio eccleſiæ. de teſti. Adde etiam ad hanc materiam elegans cõſilium Signorolli de Homodæis, 9. incip. Si quæratur, an capitulum. ubi latè ponit de eccleſia inferiori. & ponit certos caſus, in quibus firmat, eius conuentum poſſe conſtituere ſyndicum ſine ſuperiore, uidelicet quando prælatus eſt inhabilis, uel abſens, uel penitus non eſt, quos caſus æquiparat, & hoc maximè, ſi eſt negotium paruum. Nam in iſtis leuioribus non eſt neceſſaria authoritas maioris, l. penul. in fi. C. de peda. iud. Idem, ſi ſumus certi, quòd eccleſiæ non prouidebitur de proximo de prælato. Tutius tamen eſſet, ſi curator conſtitueretur, & hoc dicit ſe obtinuiſſe in facto.

SEQVI poteſt conſenſus prælati in iſta materia, quia non uenit per uiam authoritatis, ut hic. Abb. in 6. q. poſt Doct. Pro quibus facit talis ratio, quia actus uniuerſitatis dicitur propriè confirmari, §. interim. in authen. de defen. ciuita. Notat Imol. poſt Bald. in l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. ad fi. ibi, quid autem, ſi ſtatuto. ff. de acqui. hære. inferens, quòd ſtante ſtatuto, quòd ſyndicus non poſſit creari ſine authoritate poteſtatis, poteſt authoritas ſequi, quæ eſt confirmatio. Et quod ita ſit, quòd authoritas, quæ ſapit confirmationẽ, poteſt interuenire ex pòſt facto, no. Bal. in l. j. C. qui admit. Et ita in propoſito, cum iſte ſit actus collegij, conſenſus ſapit confirmationem. Ad idem doctrina But. Imol. & Domi. j. titu. proximo, cum conſuetudinis. dum dicunt, quòd ubi actus tangit gerentem actum, & habentem conſentire illi, tunc conſenſus non ſapit authoritatem. ¶ Dom dicit Ab.

8 quòd † ubi actus capituli eſt utilis eccleſiæ, conſenſus ſuperioris poteſt ſequi, etiam ubi ueniret ut authoritas, per c. ſi qua. 12. q. 2. addit Andr. Sicul. glo. in l. 2. ff. de accep. ubi pupillus ſine authoritate tutoris poteſt obligari, ſi ex illa obligatione pupillus acquirat commodum. Et dicit Angel. conſilio. ult. quòd ualet contractus utilis mulieri, licet non interuenerit ſolennitas conſenſus propinquorum requiſita à ſtatuto, licet Bald. teneat contrarium in l. quæcunque. C. de bo. quæ lib. ſecundum eum ponentem iſta latius in d. c. cum conſuetudinis. Adde Abba. in c. cum cauſa. in fi. de re iudi. & in c. cauſam. de iudic. Et ibi latè dixi, ponẽdo etiam de contractu utili minori, in quo non interuenit ſolennitas. De quo etiam per Ludo. conſil. 316. Circa propoſitam. Et uide Belle. in c. j. ne ſede uacan. ponentem intellectum d. c. ſi qua. Et conſidera, quòd ubi ſolennitas requiritur pro forma, non ſufficit, quòd ſequatur, ut dicetur j. cap. proxi. uerſic. amplia ſecrò.

9 CVRATOR Non † datur capitulo. Abb. hic poſt alios in 7. q. Aduerte, nam fuit opi. gloſſ. hic, quod detur curator liti. Et idem gloſſ. de app. ſignificauit. & ſequitur hic Andr. Sic. dicens, quòd iura, quæ allegantur in contrarium, non probant, quia non aperiunt, utrum capitulo datus fuerit curator, uel non, & iſtum curatorem dabit iudex cauſæ, per c. fi. de iudic. in 6. & l. ſancimus. §. ſed & ſi quis. C. de admi. tu, ſecundum ipſum. Pro quo adde gloſſ. in uerbo, œconomus. §. ſportularum. in authen. de ſanctiſ. epiſ. quæ etiam dicit opus eſſe curatore. Et adde Bartol. in l. poteſt. ad fin. ff. de autor. tut. ubi dicit, quod ſyndicus factus à capitulo cum authoritate ſuperioris, non poteſt agere contra ſuperiorem, ſi litigabat cum capitulo, & ſyndicus factus à populo, nõ poteſt agere contra poteſtatem. Allegat dicta Innocen. hic. ¶ Communis opinio eſt contra glo. hic, quod non ſit opus curatore. Et idem gloſſ. magna ibi, ſed ſecũdum iura noſtra, in c. fin. 7. quæ. 1. & ibi Archi. & Domi. & Spec. de ſyndico. §. 1. ibi, ſed quid ſi cauſa, & omnes hic, & Abb. in cap. cum ſuper. de offi. deleg. per illum tex t. quem dixit ſingularem, & à nemine ponderatum. Ad hoc idem Abba. poſt alios in cap. ſignificauit. Non obſt. quod dicunt gloſſ. capitulum æquiparari minori, quia uerum eſt, ut ratione læſionis detur reſtitutio, ſed non, quo ad hoc, quod dicunt gloſſ. quod nõ poſſit pro ſuis iuribus liberè eſſe in iudicio contra prælatũ, & conſtituere ſyndicum. Patet ibi, & in c. cum eccleſia Vulterana. de elect. & in c. dilectorum. de teſti. cogen. & in cap. cùm olim. de cauſa poſ. & in d. c. cùm ſuper. in prin. & in c. dilecti. de app. ubi patet, capitulum litigaſſe contra prælatum, tamen non legitur fuiſſe datum capitulo curatorem, ſecundum ipſum, quem ſequitur ibi Philippus. ¶ Ex his ſequitur notabilis doctrina, uidelicet.

OMITTITVR SVSPECTVM Conſilium, quod alias eſſet neceſſarium. Nam uidetis per prædicta, quòd ubi perſona aliàs requirenda, eſt uiriſimiliter ſuſpecta in actu propter affectionem, poteſt omitti requiſitio ſuæ uoluntatis, ſicut iſto caſu omittitur conſenſus prælati, contra quem eſt agendum, licet aliàs requiratur. Similiter dixit gloſſ. j. in c. cùm paſtoralis. j. q. 7. quòd ſi monachus uult accuſare abbatem, non eſt neceſſarius conſenſus abbatis, qui aliàs requiritur, ut dicet j. c. proxi. ad fi. Similiter dicit tex. in §. œconomus. in authen. de alie. & emphy. quòd res eccleſiæ debet dari in emphyteuſim præſentibus œconomis & chartularijs eccleſiæ. Sed œconomi & chartularij, nec per ſe, nec per interpoſitam perſonam poſſunt accipere illam emphyteuſim. Vnde infert ibi Angel. quòd ſi uxor prohibetur à ſtatuto teſtari ſine præſentia uiri, nõ poteſt eum præſentem, uel alium pro ipſo præſenti recipientem inſtituere. Similiter infert, quòd ſtante ſtatuto, quòd gabellæ debeant uendi per officiales ad hoc deputatos præſentibus conſeruatoribus monetæ, ipſi conſeruatores, uel eorum parentes non poſſunt per ſe, uel interpoſitas perſonas eas emere. Similiter dicit Specul. de actore.

uctore.§.j.uerſi.quid ſi filius.in fi.quod his caſibus, quibus filiusfa. poteſt agere contra patrem, non eſt neceſſarius in agendo conſenſus patris. Et eſt gloſſ. magna ad fin. in l. cum non ſolum. C. de bo. quæ lib. & dabitur tūc filio curator ad litem, cuius officium capirabit lite finita, iuxta §. fin. Inſti. de autho. tu. ſecundum Spec. ubi ſ. Similiter dicunt Butri. & Abba. de his, quæ fiunt à præla. nouit. quòd ſi prælatus uult procedere contra conſanguineum, uel amicū capituli, non tenetur requirere capitulum, arg. c. nō æſtimemus. 15. q. 8. ubi nemo unquam carnem ſuam odio habuit, &c. Similiter Bal. in c. olim. ad fi. ex. ea. dixit, quòd in congregatione concilij fienda contra Papam, quando fieri poteſt, non eſt opus eius authoritate. Similiter dixit glo. in c. irrefragabili. §. fi. in uerbo, delegatus. circa medium, de offi. or. quod in puniendo delictum capituli, non tenetur epiſcopus requirere capitulum, quod aliàs requirit in correctionibus, ca. epiſcopus nullus. 15. q. 7. niſi in caſu c. non eſt. de cōſu. in 6. Similiter dicit Bu. de his, quæ fiunt à præla. paſtoralis. quòd ſi epiſcopus uult agere, uel aliquid expedire contra capitulum, non tenetur ipſum requirere. Et idem Archi. in d. c. fi. 5. q. 3. Similiter dixit Ab. j. c. prox. in 3. notabili, quòd ubi capitulum eſt ſuſpectum, non ſuccedit uacante ſede in adminiſtratione, per illum tex. & alia iura ibi allegata. Similiter dicit Bald. in l. uiduæ. C. de nup. quòd ſtatutum loquēs de conſenſu propinquorum, intelligitur de non ſuſpectis: [a] & qui non procurent ꝓpria commoda potiùs quàm commoda minoris. Similiter dicit Bart. in l. j. ff. de autho. tut. & Ludo. in l. j. C. unde uir & uxor. & Abba. in c. ſicut noſtris. in fin. de iureiur. & Imol. & Raphael. in l. j. §. fuit quæſitum. ff. ad Treb. Quòd ſi ſtatutum dicit, quòd mulier non poſſit contrahere ſine conſenſu duorum propinquorum, neque teſtari, non ſufficit, ſi conſentiant illi propinqui, cum quibus contrahit, uel quos inſtituit: quia ſtatutum uidetur requirere conſenſum eorum ad integrandum perſonam mulieris, non ad fauorem conſanguineorum, ut dicunt Bart. & Bald. in l. tranſactionem. per illum tex. C. de tranſact. quamuis Angel. aliud dicat in d. §. fuit. quem etiam reprobat ibi Alex. niſi in caſu, de quo ibi per eum, in fi. uidelicet, quando palam, & bona fide, & ſic pro iuſto pretio emerent, per l. cum ipſe. C. de contrahen. empti. & per id, quod not. Bartol. in l. pupillus. §. fin. ff. de autor. tuto. pro quo uide, quod not. Abb. in d. c. ſicut. in fin. Et de materia per eundem de elec. cum in ueteri. Vbi autem requiritur conſenſus alterius fauore ipſius, tunc ſecus, & poni poteſt exemplum in caſu diſputato per Io. And. in regula, is, qui tacet. de tacita licentia epiſcopi. In quo actu concurrunt etiam aliæ rationes ſuſtentantes alienationem illam, quaſi non factam in extraneum, de quibus ibi per Ioan. And. Et iſta not. quia plo runque inſeruient, nec alibi inuenies reducta.

a Suſpectis] Adde Bald. in l. cum hæres. circa fi. & ibi Ange. & Imo. ff. de acqui. hære. & in l. improbū. in fi. C. de infam. & in ſuo conſil. in ip. In Dei nomine, amen, quia uerba ſtatuti.

Etiam in aliis Prælatis habet locum iſte tex. Abb. hic poſt alios in 8. q. ¶ Sed nota, dum dicit quod habet locum in rectore ſingularis eccleſiæ carēte capitulo, nam pro hoc eſt gloſſ. notabilis in c. potuit. de locato. in uerbo, rector. li. ante mediū, ibi, & ſi unus ſit ſacerdos, probans, quòd tantam poteſtatem habet rector in eccleſia non collegiata, quā tam habet prælatus cum capitulo in eccleſia collegiata. Et dicit ibi Bu. ſe neſcire eam alibi, & eam etiam ſequitur Bu. hic. & Imol. & eam diuerſimodè guſtant Doc. ¶ Patet ex dictis Lu. conſi. 26. & Abba. in c. j. de dolo & contu. & in cap. imperatorem. de iura. calum. & Spe. de procu. §. iam nunc quoque conſtituentes. circa princip. ibi, porro ubi in eccleſia. & in titul. de locato, §. nunc aliqua. uerſic. 46. & Abb. in c. his, quæ, ſecundo notabili, de maior. & obed. & Lud. in l. ſi uerò. §. de uiro. 28. fallentia, ibi: uerò probatur. ff. ſoluto. matri. ubi plura adducit in ſimili. Et hoc facit gloſ. in clem. 2. in uerbo, conſtitutus. ibi, quid ſi nullus. de ætate & quali. & text. in c. relatum. §. j. uerſicu. ubi autem. de teſtamen. Et iſta nota ad materiam regulæ, delictum. quia in caſibus, in quibus delictum prælati præiudicabit eccleſiæ, ſi requiſiuit b capitulum, in eiſdem præiudicabit delictum ſolius prælati carentis capitulo. Et dicit Alber. in l. ſi in aliquam. §. j. ff. de offic. proconſ. quòd ſi in una eccleſia, ſicut Paduana, ſit tantùm una dignitas, ſcilicet archipresbyteralis, tantam dignitatem & poteſtatem habet ille ſolus, quantam habent plures, qui ſunt in alia, ut archidiaconus præpoſitus, primicerius, & decanus, & uice omnium fungitur, per text. ibi, & alia per eum alleg. ¶ Limita, niſi agatur de alienatione rerum eccleſiæ: quia ſolus prælatus non poteſt in eam authorizare, ſiue ſit epiſcopus carens capitulo, ſiue prælatus inferior carens collegio, ut per Abba. in c. j. in fin. de his, quæ fiunt à præla. ubi dicit poſt Innocēt. & alios, quòd requiret conſenſum aliorum honeſtorum clericorum, & facit c. placuit. 12. q. 2. & cap. nullus. 17. q. 4. & idem not. Lauren. de Rodul. in repe. c. ſine exceptione. ibi, ſed quæro. 12. quæſ. 2. ¶ Et licet iſti loquantur in eccleſia cathedrali, tamen idem eſt in inferiori, ſecundum Abba. in d. c. j. Nec eſt dare differentiam inter cathedralem & inferiorem, quaſi cathedralis tractet maiora & magis ardua negotia, quia etiam inferior poſſet quandoque tractare ardua, & cathedralis quandoque tractare non ardua. Et licet Doct. in d. c. j. loquantur in alienatione, forte idem in alijs actibus æquè arduis, ſed in alijs procedet gloſſ. in dicto c. potuit. ¶ Adde etiam Rotam de iudi. 7. in nouis, ubi dicitur, quòd moniales, præſertim canonicæ ſeculares, habentes aliqua officia diſtincta, ſiue adminiſtrationes, in monaſterio, ſiue extrà, poſſunt agere & defendere pro adminiſtrationibus ſuis, & procuratorem conſtituere pro iuribus & rebus earum. Alleg. Gul. in cle. j. de reſcrip. & dictum Ion. j. c. prima. quod repetit Arch. in c. j. de iudi. in 6. & ſequitur Butri. hic. Pro quo uide text. in c. j. §. porro. de ſtat. reg. in 6. ubi dicitur de abbatiſſa & moniali, ꝙ poſſunt conſtituere procuratores monaſteriorū & adminiſtrationum ſuarū. Et ille eſt tex. expreſſus & optimus pro dicta deciſione Rotæ, ſecūdum Domi. hic, & in dicto §. porro. 2. notabi. Si aſit monachus deputaretur adminiſtrator aliquarum poſſeſſionum, uel uillæ, non poſſet pro eis agere, niſi deputaretur procurator, uel ſyndicus. Nam ſi aliter uellet agere, oporteret, quod diceret, Ago nomine meo, quod non licet, cap. cum ad monaſterium. in fi. de ſta. mo. Sed tunc ſuperior aget nomine monaſterij, ut not. de iudi. cum deputati. ſecundum Butr. & Domi. hic. Quibus adde, quæ dicuntur infra. capitu. proxi. ad fin. ponendo generaliter poſt alios, quando religioſus agere poſſit. Vltimò ad materiam huius decretalis uide etiam, quod not. Ioan. Andr. de temp. ordi. ad aures. & ibi Butri. & quod not. Rot. allegando *Innocen.* hic, de reſti. ſpol. ulti. in antiquis. Et adde Fede. conſil. 296. Ad ſecundum dubium, &c. ubi dicit, quòd in bonis diuiſis poteſt capitulum facere contractum precariæ ſine conſenſu epiſcopi. ¶ Et not. quod ubi in aliquo facto tangitur ius canonicorum, priuilegium committēs aliquid epiſcopo, ſemper intelligitur requiſitis canonicis, niſi Papa ex certa ſcientia præcipiat ita fieri, & expromat in literis ſuis, non obſtante cuiuſcunque contradictione. Ita Archi. & Dom. 8. quæſt. 1. licet. & ſequitur Maria. conſil. mihi 23. Bonæ memoriæ pius ſeruus. Cogita, utrum illa uerba, Non obſtante contradictione, intelligantur de contradictione iniuſta tantùm, ut in ſimili dixi ſupra, eod. cauſam. ad ſi. Tamen bene uidentur excludere conſenſum capituli aliàs neceſſarium. Et ad materiā faciunt, quæ ſcribit Domi. in c. generalis. 54. diſt. & in c. de Conſtantinopolitana. 22. diſt. tractando, quando confeſſio prælati noceat eccleſiæ, & dixi per regulam limitatam in c. ſi. de præſcrip. poſt Ab. ibi. ¶ Demum, ſi dubitaretur, utrum, quæ dicta ſunt de rectore eccleſiæ, habeāt locum in rectore hoſpitalis, uide, quæ dixi de præſcrip. de quarta. ubi bis legendo illam decret. poſui plurima dicta nouiter reducta æquiparando hoſpitalia eccleſijs, ſubiunctis poſtea ordinariis declarationibus. Scies etiam, quòd iſtum tex. allegat Lud. conſil. 332. Quo ad primum. ad probandum, quòd prior monaſterij inferioris non uocatur ad electionem prioratus ſibi maioris habentis bona diuiſa. Ad quod etiam allegat alia idem Abba. poſt alios in c. ſi. in ſi. de reli. do. Item ſcias, quòd Petr. de Ancbar. hic dicit per uerbum Fortè, quòd ſi prælatus non defendit bona eccleſiæ, debet remoueri ab adminiſtratione, ad inſtar eius, quod dicitur de tutoribus, [b] & procuratoribus recuſantibus defendere cauſas ſibi commiſſas, l. eum, qui. C. de proc. & l. 2. ff. de adminiſ. tut. Et hoc dictum ſequitur Andr. Sicul.

b De tutoribus] Adde, quia uidetur æquiparari prælatus tutori et curatori, ut per do. Soc.

addens gloſ.in c.licet Heli.in uerſi.de dilapidatione.ibi, ſecus,ſi ob culpam.de ſimo.& Nic.de Neap.in l. impuberibus.§.j.ff.de ſuſpec.tut. Vbi dicit per illum tex. eſſe remouendum prælatum,qui negligit a gubernare res eccleſiæ. Inducit etiam gloſſ.j.in §.ſi quis autem.Inſti.de ſuſpec. tut.quæ dicit, quòd pendente accuſatione prælatus non debet adminiſtrare. Sed iſte paſſus eſt difficilis & importans:ideo dic, ut laõis colligi in c.j. in prin.de treuga & pac. Vbi inuenies,quando propter negligentiã poſſit plātus deponi. Et adde Ale.in d.l.eum,q.in ſecũdo notabili.ubi habes de executore teſtamẽti negligẽte.

de. Soc.conſil. 1 5. inci. Viſis praedictis publicis iſtrumẽtis.uer.hæc aũt concluſio. circa mediũ, in prima parte,& cõſil. 3 2. incip. Ex his,quæ ſuperius. uer. hoc probatur. circa medi,in d.parte.

a *Qui negligit*] *Quid, quãdo prælatus ſit negligẽs? Vide not. per de Soci conſi.2.inci. Sequendo ordinem,uer. eſt enim regulare.circa prin.in j.parte.*

SVMMARIVM.

1 *Proceſſus factus per literas ſurreptitias,irritatur,ſed factus contra formam mandati irritus nunciatur.*

2 *Surreptio & obreptio qualiter differant.*

3 *Lex, Barbarius Philippus.habet locum etiam in delegato.*

4 *Ordo ſcripturæ quando debet attendi.*

5 *Ordo uerborum nõ attenditur,quando conſtat aliter de uoluntate diſponentis.*

6 *Forma quid ſit, & quot ſunt ſigna formæ. Geſta contra formam ſunt nulla. Poſt.nu.6.uerſi.geſta contra formam.*

7 *Reſcriptum licet det poteſtatem procedendi ſummariè, de conſenſu tamen partis poteſt procedi ordine iuris.*

8 *Iudex eccleſiaſticus ſupplens negligentiam iudicis ſecularis,debet procedere ſummariè,ſic etiam debet procedere ſecularis.*

9 *Arbiter & arbitrator, an & quando differant.*

10 *Statutum dictans,quod nemo bannіatur,niſi ſub tali forma,ſi forma non ſeruetur, non ualet,quod agitur. Solennitas legis poſita pro forma,quid importat. Poſt nu.10.uerſi.amplia decimo.*

11 *Baptiſmus an perficiatur dicendo, Baptizo te in nomine trinitatis.*

12 *Iudex ſi exceſſit mandatum, & exceſſus non ſit iniuſtus,& iſtud, in quo exceſſit, ſit uicinum mandato tunc non uidetur excedere formam.*

13 *Item,niſi delegatus recedat ab eo, quod ſonant uerba formæ, ut audiat rationabilem exceptionem partis.*

14 *Item, ſi per confeſſionem partis recedatur à forma,cuius menti ſatisfacit manifeſtatio confeſſionis.*

15 *Monachus non poteſt agere . Et hoc ponitur pro regula. Monachus poteſt agere accuſando ſuum abbatem . Hæc eſt prima fallentia à ſuperiori regula,poſt num. 15.uerſ. fallit primo dicta regula .*

16 *Monachus poteſt agere, quando petit reſtitui in monaſterium, tanquam iniuſtè eiectus.*

17 *Monachus an & quando poſſit obligare monaſterium.*

18 *Monachus põt agere, quãdo eſt in ſtudio de licentia abbatis ſui.*

19 *Monachus poteſt obligare monaſterium pro expenſis doctoratus, quia eſt utile monaſterio.*

20 *Singuli de uniuerſitate compelluntur contribuere, quando uniuerſitas non eſt ſoluendo.*

21 *Monaſterium ſi deſtruatur, bona debent diuidi inter monachos.*

22 *Legatum ſi ſit factum in certo hoſpitali pro alimentandis pauperibus, uel pro officio in certa eccleſia, deſtructo hoſpitali, uel eccleſia,legatum non debetur.*

23 *Collegiali recedenti de collegio , an debeat reſtitui id , quod ad collegium apportauit.*

CAPITVLVM XXII.

1 CVM DILECTA. ¶ Proceſſus † factus per literas ſurreptitias , irritatur, ſed factus contra formam mandati , irritus nunciatur. H. D. Dum Ab.in 2.notabili dicit, quòd ſecundæ literæ non faciebant hic mentionem de notabili clauſula primarum, ſcilicet reſtitutionis ſubtractorum, conſidera, quomodo iſta ſua uerba intelligantur, quia imo text. ibi illius articuli expreſsè dicit, quòd in ſecundis literis fuit facta mẽtio illius articuli, ſed præter conſcientiam Papæ, niſi intelligas, quòd requiratur mẽtio, quam Papa ſciat, non quæ eius notitiam effugiat. Et ſigna nouum uerbum Abb.hic ad limitationem cle. ne in agro.§. ſtatuimus de ſtat. mo. dum dicit, quòd conuentus non ſuccedit in adminiſtratione uacante ſede , quando in conuentu eſt orta ſcandaloſa diſſenſio, per illum text. & iura per eum alleg. Adde, quæ dicta ſunt in c. præced. uerſicul.omittitur. Dum Abba.not.gloſſ.j.pro ſtylo hodierno curiæ, per quem literæ de iuſtitia expediuntur per uicecancellarium Papæ, adde gloſſ.in c. ſtatutum.in princip.in uerbo,literarum. de reſcrip.in 6. per quam notat ibi Domi. quòd ſufficit ſciẽtia cancellarij , & æquiparatur ſcientiæ concedentis. Et dicit Bellemera concluſione 602. cancellaria. quòd cancellaria Papæ omnes cauſas, quæ ſunt de communi iuſtitia , poteſt committere abſque ſpeciali mandato. Dixi aliquid in rubrica huius titul. Ad idem gloſſ.j.ad fi.in c.fi. ĩ.de procur. Sed Domi.poſt Imol. in d.c.ſtatutum. dicit, ſtandum eſſe ſtylo, quia de iure inferior non tollit legem ſuperioris. Et dicunt hic Hoſt.& Io.An. quòd ubi concurrit ſcientia cancellarij, ſufficit,quo ad hoc, ut impetrans non iudicetur falſarius, ſed quo ad hoc, ut ualeant literæ requiritur ſcientia principis etiam legentis.Ex quo dicit hic Domi. poſſe ſumi rationem, quare in ſupplicatione Papæ apponitur clauſula,uidelicet, Sine alia lectione,ut non habeat neceſſe poſtea legi coram Papa. ¶ Circa quinque intellectus poſitos hic per Abb. a ad iſtum text.quare irritatur iſte proceſſus, contra quẽ pars non oppoſuerat,addit hic Andr.Sicul.ſextum intellectum, quod ideo irritatur proceſſus ſecundus , quia primæ literæ concernebant etiam fauorem tertij , ſcilicet reſtitutionem rerum monaſterij. Vnde licet,quo ad partes,ualeat aliàs proceſſus,ſi non opponatur, tamẽ fallit, ubi agitur de intereſſe tertij,ſi proceſſus ſtaret. Allegat Innoc.de offic.deleg.ex literis. ubi dicit , quod licet ualeat proceſſus ſtante dubio de iurſ. iudicum, non tamen quo ad tertium, quando re uera iudices procedentes erant reuocati. Quinimo licet Innoc. dicat, quod ualet, quo ad partes, tamen dicit Andr. Sicul. contrarium propter communionem, quam in materia litis habent partes cum tertio , propter quam gaudebunt commodo irritationis competente tertio, argu.l.ſi communem. ff.quemad.ſer.amit.& hic per eum amplioribus uerbis non ſolùm importanobus. ¶ Conſidera:quia ut ĩ. dicetur poſt Ab.dicta reſtitutio concernebat commodum monialium, quo ad utenſilia, non commodum tertij.Prӕterea ſeparabilis eſt hic commoditas partium & tertij , etiamſi reſtitutio tangeret eccleſiam. Item dicta differentia inter ius tertij & partis, communiter non tenetur in propoſito, ut per Ab. in c.audita.de reſt.ſpo.& in d.c.ex literis.in fi.& ibi etiam per. Imol.in fi.quos retuli ĩ.eod. cæterum.uer.quarta reſtrictio.

2 ¶ Tene † menti differentiam inter ſurreptionem & obreptionem; b quam poſuit hic Inn.ut hic per Ab. in 4.intellectu. Et ſequitur etiam Bo. in c.ea parte ſecundo notabili, de capel. mona. & uidetur etiã ſeq Ab.ſ.eo.cæterum.& Bu.ſ.eo. ſuper literis.ibi, uel dic, quòd licet Legiſtæ. & Butr. Domi.& Ab.hic. Non tñ dicit Inn.prout iſti innuunt, quòd proceſſus ex literis obreptitijs ſit nullus, ſed quòd eſt irritandus, quãdocunq; opponeretur. Non ſic in ſurreptitijs, quia niſi opponatur à principio, non põt poſtea opponi,licet Ab.hic referat Inn.dicere, quòd proceſſus ex obreptitijs ſit nullus abſq; excep. Et adde Inno.ſ.eo. ad aures. quaſi in fi. ubi etiã dicit per iſtum tex. caſſandum eſſe, quicquid fit per literas obreptitias. ¶ Sed Imo.hic, & ĩ.eo.ad audientiã.impugnat hanc differentiã: quia imo proceſſus ualet mero iure, utiq; tam per obreptitias, quàm per ſurreptitias. Primò per iſtũ tex.qui, ſm Inn.uidetur loq in obreptitijs, & tñ dicit proceſſũ caſſandũ,non irritum. Sed ad hoc dici poſſet , ut paulò antè, quòd bene ſit caſſandus, quandocunque opponetur, non ſic in ſurreptitijs. Secundò mouetur , & fortius: quia non debet plus operari papam non intellexiſſe plenè factum per nimiam inuolutionem uerborum, quàm ſi iſtud fuiſſet tacitum. Tertiò: quia etiamſi dolus interueniat in reſcripto ad lites, reſcriptum non eſt omnino nullum, ut fuit dictum ſ. eod. ſuper literis. Et ſic,quo ad effectum, non uidentur iſta diſ-

b *Inter ſurreptionẽ et obreptionẽ*] *Adde tu, an iudex ex officio ſuo poſſit eũ,qui obrepſerit, punire,& an pœna obripientis iudiciũ, ſit pœna falſi, uide ĩ l. ſi quis. ff. de re. cred.et ĩ l. quicunque. ubi Bart. ad fin.C.de for.ſugi.Bal.in l. unica,C.ſi nup.ex reſcri. princ. per. ponit , quis dicatur obrepere, uel ſurrepere, & in l.ſi legibus. C. ſi cõtra ius uel uti. pub. Adde de. Ab. hic in uer. quartũ intellectum.*

ferre. Et idem uult Card. ſ. eo. ſuper literis. ſecundum eum. ¶ Poſtea ſubdit Imol. alium intellectum, quod iſta exceptio fuit hic oppoſita, & reiecta expreſſè, uel tacite, & non fuit tunc appellatum. Licet ergo reiectio, uel interlocutoria ſuper reiectione tranſeat in rem iudicatam, quo ad præiudicium partis, c. cùm dilecti. de elect. non tamen, quo ad ſuperiorem, per c. cùm ceſſante. de appel. ¶ Conſidera, quod iſtud eſt etiam diuinare: & ideo magis conſonat intellectus Ab. In quo caue: quia proceſſus ſecundorum iudicum non erat directè contra publicam utilitatem, ſed indirectè: quia turbabat effectum primarum literarum, in quibus propter dationem adminiſtratoris & reintegrationem monaſterij magis prouidebatur publico commodo. Et ex his habetur tandem bona limitatio ad ea, quæ dicentur ĵ. eo. ad audientiam. quod licet proceſſus factus uigore literarum ad lites non irritetur, etiamſi fuerunt ſurreptitiæ, ſi à principio non fuit oppoſitum, tamen fallit, ubi proceſſus præiudicat bono publico: quia poteſt reuocari quandocunque. Et ita tex. notabilis hic, ſecundum iſtum intellectum, qui eſt etiam de mente Imol. & referam in d. c. ad audientiam. iuriſdictionis, quia non denominatur à priuatis. l. j. § ius publicum. ff. de iuſt. & iu. Et iſta tene, licet aliter ſcribat Ange. in d. l. Barbarius. uolens, quòd dicta lex loquatur in delegato dato motu proprio: ſecus, ſi ad partis inſtantiam. Et iſtam opi. communem tenẽt etiam Butr. Imol. & Domini. ſ. eod. ſciſcitatus. & Maria. in c. fraternitatis. de hæret. ¶ Limita, dummodò error ſit circa defectum perſonæ delegati, ſecus, ſi reſpectu reſcripti impetrati, uel circa cõcernentia gratiam, quia geſta non ualidantur. Ita text. hic, ſecundum Butr. Imol. & Domi. Niſi iudices pronunciarent ſuper competẽtia, ut hic per Abb. Item, niſi eſſet probabilis ignorantia circa uitium commiſſionis, quia fortè ualet proceſſus, ſecundum eum, niſi in caſibus, de quibus per eum, cuius dicta not. ad materiam legis, ſi per errorem. ff. de iuriſ. om. iud. & dictæ legis, Barbarius. ¶ Sed dum Butr. & Abb. dicunt ſimpliciter, quòd ubi eſt error circa commiſſionem, non habet locum l. Barbarius. Conſidera tres caſus. ¶ Primus, quando commiſſio eſt ſimpliciter ſurreptitia, & tunc, ſi tolleratur delegatus, & nihil excipitur, ualet proceſſus, quia ſurreptio non uitiat in iſtis reſcriptum, neque proceſſum, niſi à principio excipiatur, ut dicetur ĵ. eod. ad audientiam. ¶ Secundus caſus eſt, quando fit commiſſio ex reſcripto falſo, & tunc non habet locum l. Barbarius. Detecta enim falſitate declarabitur proceſſus nullus, etiamſi pronunciaſſet ſe competentem. Dixi ſ. eod. c. ſuper literis. nona fallentia. ¶ Tertius caſus, quando reſcriptum eſt nullum, & tunc detecta nullitate corruit etiam proceſſus, per c. j. de reſc. in 6. & no. omnes ĵ. eod. ad audientiam. Niſi iudex pronunciaſſet ſe competentem, quia ualebit proceſſus. Dixi in dicta nona fallentia, uerſi. ſecundò limita. ¶ Sentit modò Abba. hic in uerſic. ſed quando error eſſet extrinſecus. quartum caſum, uidelicet quãdo ſuper errore commiſſionis eſſet probabilis ignorantia, & lex non caſſat proceſſum in pœnã, nec altera partium fuit in culpa, tunc etiam habet locum lex, Barbarius. non obſtante tali uitio. Cogitabam, quando erit hoc, quia non occurrit nunc exemplum, in quo non ſimus in uno ex dictis tribus caſibus, ſcilicet uel ſurreptionis, uel falſitatis, uel nullitatis: & in quolibet eorum uidetur decernendum, ut ſ. omiſſa obſcuritate iſtorum uerborum Abba. & etiam Butri. ¶ Ad quæſtionem, an doctor poſſit legere per ſubſtitutum, de qua doctores hic ſuper gloſ. 2. remiſſiuè loquuntur, uide, quæ dixi de offic. deleg. cap. fin. poſt Card. & Andr. Sicul. ibi, & dixi in c. j. de ſumma trinitate.

los ſuis determinatum in comitio Baſilienſ. uide alibi. cet quod excommunicatus a l. uel ab homine, nõ ſit omnino, niſi poſt quam contra eum ſit facta ſententia declaratoria, & iſtud habet locum etiã in interdicto, ſed fallit in uiolenta manuum iniectione, ut ibi per Ab.

3 Lex Barbarius. Habet † locum etiam in delegato. [a] Omnes Doct. hic contra Innoc. per l. 2. C. de ſentent. Adde Angel. & Salic. ibi idem tenentes. Idem Bald. in d. l. Barbarius. in lectura, non in repetitione, ibi: unum non omitto. & in l. 2. C. de ſerui. Etiam ibi dicit, quod lex, Barbarius. habet locum, ſi concurrat authoritas ſuperioris, & error communis, licet tertium non concurrat, ſcilicet publica utilitas. Alleg. d. l. 2. Idem Imol. in l. quidam conſulebant. ibi, & aduerte. ff. de re iudic. dicens, quod ſatis agitur de publica utilitate, licet interſit unius tantũ. quia intereſt reipublicæ cuilibet, iuſtitiã miniſtrari. Idem Io. de Fan. & Domi. in §. tria. 3. q. 7. per d. l. 2. canonizatam ibi. Et ſentit gloſſ. in d. l. Barbarius. dum allegat d. l. 2. Iſtos allegat hic Andr. Sic. inſiſtens poſtea in eo, quod incidenter eſt tactum per Doct. de delegato ad uniuerſitatem cauſarum: de quo dic, ut melius per Alex. in l. ſi uni. ff. de re iudic. & Phil. de appel. cum cauſam. dixi de offi. deleg. cauſa matrimonij. Et inuenies ſoluta argumenta Andr. hic, dum tenet contra communem opinionem: quòd delegatus ad uniuerſitatem cauſarum non æquiparetur ordinario. Adde Bal. in l. non dubium. ibi, quintodecimò oppono. C. de legi. ubi dicit, quòd ratio legis, Barbarius. non eſt publica utilitas, propter d. leg. 2. ubi ualet ſententia delegati, qui putabatur habilis. Et dicit Bald. in d. l. 2. quod ſufficit, quod publica utilitas uerſetur in qualitate officij, licet non in ſingulari actu exercitij: fortè, quia uſus ſit, quantum ad paucos. Alleg. l. munerum. §. iudicandi. ff. de mu. & ho. Item illa lex facit eũ capacem, & publica authoritas cum quaſi poſſeſſione capacitatis ſufficit. Alleg. l. competit. ff. qui & à quibus. Et adde Bald. in repetit. d. l. Barbarius. ibi, uenio ad rationem. licet in certis lecturis Bart. impreſſis attribuatur Bart. illa repe. ſed eſt etiam in lectura Bald. & fortè melius, uitenoto ſtylo: & ibi concordat cum prædictis. Et ad illud, quòd ceſſat ratio publicæ utilitatis, reſpondet, quòd iuriſdictio poteſt conſiderari tripliciter, uno modo, reſpectu delegantis, ſecundo modo, in ſeipſa, tertio, reſpectu actus exercitij. ¶ Primo & ſecundo modo iuriſdictio eſt ordinaria, reſpectu uerò actus exercitij inter Titium & Seium non attenditur qualitas iu-

a Lex, Barbarius. habet locũ in delegato] Et hic, qui reputabatur liber ille delegatus, de quo in leg. 2. C. de ſent. & ideo ſententia ab eo lata nõ uitiatur ex eo, quod detegitur ſeruitus. Ita oẽs ibi, in d. l. 2. Adde an, an ſententia lata ab excõicato, qui non reputabatur excõicatus, ualeat? Gl. ſummæ 24. q. j. dicit, quod ualet, donec detegatur, quod ſit excõicatus. Vide text. in cap. ad probandum. de re iud. do. Abb. in c. fraternitatis. de teſti. in uerſ. contra ſententiam. Adde Bar. in d. l. 2. C. de ſen. ubi plene tangit. Et quid de iudice infamato, an ſententia ab eo lata teneat? Ibi uide. Et ſic per iſtã gl. ſimile uidetur, quod excõicatus non ſit euitãdus ab aliquo, niſi ſententia hominum fuerit publicata, uel cenſura fuerit denũciata ſpecialiter, uel expreſſe. Et hoc mõ limitabis tex. in c. cum non ab homine. de ſent. excõ. Adde, quod hoc fallit in uiolẽta manuum iniectione in clericos. De materia iſta uide gl. ſing. in cle. grauis. de ſen. excom. & do. Abb. ibi in apoſtilla ſua, qui dicit, quod

Ordo scripturae. Quando [b] 4 † attendatur, [b] licet Abba. hic omittat, tamen diſtingue, ut per Butri. Imol. & Domi. hic, & in effectu ex dictis eorum uidetur regulariter dicendum, quod attendi debeat ordo, licet dicant materiam eſſe bipartitam, & probat in iſta regula per multa iura allegata hic per Ioan. An. Facit c. penul. de elect. in 6. & c. mandato. de præbend. in 6. Et nota. Bartol. in l. a. § prius. ff. de uulg. & pupil. in ſua ordinaria diſtinctione, in qua tractans de triplici ordine ponit in tertia ſpecie ordinẽ, de quo hic agimus, ſcilicet legis, ſcripturæ, uel locutionis, concludens, in dubio ſequendum eſſe ordinem literæ, per l. quoties, ff. de uſuf. ubi ſi lego uſumfructum Titio & Mæuio, & non poſſit præſtari ambobus, præfertur Titius, quẽ tex. allegat gl. fi. in c. alienus. 24. q. j. ¶ Ad idem text. in prima conſtitutione. C. ad fin. ubi ſi ex die & conſule appareret, quæ lex ſit prior, ſufficit: alias in dubio prius poſita uidet primò condita. Bonus text. in l. generaliter. §. ſi quidem. ff. de fideicom. liber. ubi ſi teſtator nominauit certos ſeruos manumittendos ex pretio hæredi relicto,

b Quando attendatur] An, et quãdo ordo ſcripturæ ſit attendẽdus, uide no. & plenè, per do. Soc. conſ. 9. incip. Non proſequendo. uer. primo, quia. & tam uer. uerum prædictis. cum uerſ. ſeq. in j. part. & adde Fler. in d. l. quoties. alleg. in tex. & uide per Ange. in authen. de hered. et Falci. §. etenim legata. Qu de uero intellectu, non ordo ſcripturæ ſit attendendus, uide perſatum do. Soc. ſuo conſil. 227. inci. Præſens conſultatio. uer. quarto confirmatur. in ſi. in 2. par. Adde

de Bal.in l. aduerſar.C. de ſur. qui dicit, quod prior ſ ordine ſcripturæ præſumitur prior in tēpore. Et Bal. in l.j.C. de impuber.et alijs ſub. q in dubio datur regula ex ordine uerborum. Adde Bar. in l.Gallus.§.quidam.ff.de libe.& poſthu. Item Bart. in l. hæredes.§.penu.ff.ad Trebel.dixit, quod ordo ſcripturæ reſpicitur inter perſonas, inter quas eſt affectio. Adde,q Bal. in l.fi.C.de hære. inſti.dicit,q ordo intellectus magis debet inſpici, quā ordo uerborum. Et idem tenuit in l. 2. 4. oppo.C. de his, quæ pœnæ nomi.

ſed pretium unū ſufficit ad omnes, inſpicitur ordo uerborū, ſeu literæ, ut latius per Bartol. ubi ſupra, cum quo tranſeunt ibi Bald.Ang. Imol. & Pau.ponentes de illo,qui dixit in libello, peto compelli & condemnari,quia tunc non inſpicitur ordo uerborum, imo condemnatio præcedet compulſionem, & ita præſumitur mens libellantis, per cap.cauſam,ſuprà, eod. Et in hoc ultimo dic, ut ibi copioſè per Alex. Et dixit ibi Imol. unam concluſionem eſſe præcipuè tenendam menti, quòd ſi conſtat ordinem eſſe ſubſtātialē, omiſſio eius uitiat: aliàs non. Et ſecundū eum, fuit uerbum gloſſ.in c.pe.in uerbo, ordine.de purgæ.cann. ¶ Ad iſtam regulā adde Bald.optimè in l.ſi duas.in princip. ff.de excu.tuto. ubi dicit, quòd ex ordine uerborum præſumitur ordo intellectus: & quod prius eſt in uoce, præſumitur prius eſſe in intellectu: & quod curādum eſt de ordine,ubicunque in temporis prærogatiua conſiſtit diſpoſitio iuris, per l. Claudina Felix. ff. qui po.in pign. habe. Poſtea tractat latè, quādo omiſſio ordinis uitiet actum. ¶ Per iſtam regulam infertur, quòd ille dicitur dignior, qui primò nominatur, ut per Domi.in ca.ſi.de offic. deleg.in 6. Et ideo refert Angel.in dicta l. generaliter. §.ſi quidem.quòd cùm Papa Vrbanus dixiſſet fratribus minoribus, ut darent ei in ſcriptis nomina trium religioſorum, & quòd unum promoueret ad Cardinalatum, dederunt tria nomina, & ſcripſerunt in forma ſphærica, ne per ordinem cognoſceretur, quis eſſet dignior. Quo uiſo.dixit Vrbanus; Ordinem peruertiſtis,& ordinem peruertam. Vnde omiſſis illis tribus, de quibus datus erat ordo, promouit generalem eorum. Et dicunt Angel.& Imol.in l.qui ſoluendo.la 2. per illum text.ff.de hæred.inſti.quod ordo denominationis deſignat & declarat ordinem charitatis & dilectionis, ut ſic poſſit præſumi, quis magis ſit dilectus. Idem dicunt de ordine ceſſionis, per quem cōſtat, quis ſit dignior, ut ibi latiùs per Imol.¶ Et dicit Bald.in l.pen.ibi, tertiò oppono.C.de uerb. ſignifi.q ille præſumitur maior, qui primò nominatus eſt. ¶ Et dicit Bald.in l.4. C.de edic. diui Adria. tollen. quòd ſi pluribus nominatis res non pōt competere, niſi uni, competet primò nominato, per illum text. ¶ Similiter per iſtam regulam dixit Albe.de Roſa.in 3.parte ſtatut.q. 171. quòd ſi ſtatuto.quod ſtante ſtatuto,quod alienata de bonis captorum non ſolenniter reuocentur per priores uel antianos, præferantur priores, tanquam primò nominati. ¶ Et dicit gloſſ. 1.in c. Metropolitano.63.diſt. quòd aliquando in alternatiuis attenditur ordo literæ, & non habet locum c.inter cæteras.ſuprà eod.cum ſi. Sed uidetur ſecunda qualitas ordinis addi alternatiuè in defectum primi, quia text.ibi dicit, Ex presbyteris, uel diaconis. Gloſſ. dicit, quod oſtendit,quo ordine debeant eligere, & non ſufficeret incipere à diaconis. Et idem not.gloſſ.maior in c.licet.de ſepult.in 6. & ibi clarius.Domi.in fin.princ. ¶ Et idem gloſſ.in regula, in alternatiuis. de reg. iur. in 6. Per iſtam regulam dixit etiam Bald. in procœmio C. §. quibus. quòd ſi duo inſtrumenta reperiuntur eodem die facta, ſi apparet, quod prius ſit ſcriptum , illud præſumitur præceſſiſſe. Idem Bald. in l. de rebus.circa medium, C. de dona.ante nup. Similiter dicit Bald. in authen. hoc amplius.C.de fideicom. quod primò nominatus in contractu præſumitur principalis,ſecundò nominatus præſumitur fideiuſſor, quando non ſunt ambo pariter obligabiles, & ſecundo nominatus poteſt intercedere, ut fideiuſſor. Secus, ſi ambo pariter ſunt obligabiles, quia uterque cenſetur principalis,niſi ad unum tantum res perueniat. Similiter dicit Angel.in §. etenim.in authen. de hær. & Fal. quod ſi in eodem inſtrumento primò obligaſti aliquid Titio, deinde Seio, hypotheca Seij eris poſterior propter ordinem ſcripturæ. Dixi ī.eod. paſtoralis. Et ideo dicit Bald. in diſputatione, accuſatus.ibi, modò reſtat.quòd ultimo poſitum in libello, ultimò deciditur. Et ita dicit notanter dixiſſe Odofredum. Et dicit pulchrè Paul. de Caſtr. conſil. 39. Viſis actis. quòd non ualet proceſſus executoris Apoſtolici,qui cœpit ab inuocatione brachij ſecularis, cum literis executorialibus illa inuocatio imponeretur per ordinem pro ultimo remedio, in uerſ.demum uerò &c. Et quod ille ordo ſit etiam de iure, no. Oldra. conſilio 89. Epiſcopus innocat. Petr.de Anch.in regula, ea quæ.10.q. libr.6. Bal. in cap.cum non ab homine. de iudic. & in l. 2. in duobus locis,C.de his, qui latro.occult. Et dicit egregiè Abb.conſi. mihi 98.incip.Nitar in præſenti cauſa. uerſ. undecima quæſtio eſt, utrùm proceſſus.quod de nullitate executionis præpoſterantis formam & ordinem mādati, ſemper dici poteſt, etiamſi eſt appellatum à ſententia. Et dicit Lud.conſil. 241. Spectabiles domini, quòd captura facta non præcedente probatione ſuſpicionis fugæ non ualet, etiamſi poſtea ſuperueniat legitima probatio:quia præpoſteratio uitiat actū, per nota.per Bartol.in l.1.§.prius.ff.de uulg. & pupil. cum concord. Similiter dicit Alexand. poſt Imol. in l. ſi ſeruus plurium.§.ſi numerus.in princ.ff.de leg.j.quòd inter coniecturas ibi deſcriptas attenditur ordo illius literæ, non uicinitas ſcripturarum, ſeu uerborum eiuſdem teſtamenti, per text. ibi, & in l. penul. ff. de alimen. & ciba. leg.quicquid dicat Paul. in dicto §. ſi numerus. Adde etiam ad hanc regulam text.& gloſſ.in c.inter uerba. in uerbo, præmiſit 11. quæſt.3.& in cap. quorundam.in uerbo, prædicatorum.de elect.in 6.& in ca.bene quidem.in uerbo, Mediolanenſem. 96.diſtin.ubi gloſ.reputant maiores illos, qui primò nominantur, & latè Arch.in c.1.in princ.de deci. in 6. ubi etiam allegat d.c.bene quidem.in uer. cumque lecta eſſet. & uer. ſancta ſynodus.ubi Mediolanenſis Archiepiſcopus fuit nominatus ante Rauennatenſem. Ergo dignior, ſecundum eum. Licet illi duo archiepiſcopi ſemel de præceſſione certauerint in uolendo ſedere à dextris patriarchæ, ſecundum gl.3.in l.decernimus.C.de ſac.ſan.eccleſ. Et aliqua de præceſſione ob ordinem ſcripturæ, dixi in rub.de maio. & obe. Et q Mediolanenſis præcedat,no. Marti. de Lande in tractatu De dignitatibus, concluſione 9. & ita dicit latè diſputare Alberic.in epiſtola, inter claras. C.de ſum.trinita. Dixit etiam Hoſtienſ.in ſumma, de baptiſmo,§. quæ ſit, uerſicul. quid ſi ordo.quòd ſi dicitur in nomine filij & patris & ſpiritus ſancti, illa peruerſio ordinis uitiat baptiſmum. Tamen non eſt uis, ſi diceret, Ego te baptizo,uel, Ego baptizo te, dum modò alia uerba non tranſmutentur.

b. Declara quinque Modis iſta & ſimilia. ¶ Primò, 5 niſi† mens diſponentis ſit certa; quia tunc non curatur ordo uerborum. Hic Ioan. Andr. per l.nec enim. ff. de ſol. & idem Bartol.in dicto §.priùs.per l.cum pater.§.fidei tuæ cōmitto.ff.de leg. 2.& pulchrè declarat Imol.in d.l.nec enim. dicens, hoc eſſe intelligendum, niſi lex ſtatueret ſpecialem ordinem, quia licet mens loquentis uideretur aperta, tamē debet exponi ſecundum ordinem legis. Exemplum in eo, qui petijt reum cogi ad ſoluendum , & condemnari, quia iſta mens loquendi reducitur ad congruitatem iuris, per c.cauſam. ſuprà, eodem.ut per Bartol. in d.§. prius. Et iſta declaratio comprehēdit dicta Bar.in l.ſi communis ſeruus. ff.de ſtipu. ſeruo.ibi, & iſta faciunt. ubi dicit, quòd ſi in libris, uel literis mercatorum dicitur, Talis & ſocij, de rigore iuris uidetur ille nominatus pro dimidia, tam in acquirendo, quam in obligando. Tamen de æquitate & communi uſu eſt contrarium: quia ille nominatur ſolum, ut oſtendatur, quòd eſt caput ſocietatis: & ideo ſibi & alijs quæritur pro portionibus ſocietatis. Et ſequitur ibi Imol. ibi, item etiam , quod eſt dictum. Dixit etiam Bald. in d. leg.ſi duas. quòd ſi diſpoſitio loquentis eſt certa , non curamus uerborum ordinem , per dictum §. fidei tuæ committo. & d.leg. nec enim. Secus ubi eſt dubium. Et idem Bartol. in authen.hoc amplius. C.de fideicom. & Dominic. latè in c. ſit rector.43.diſtinc.diſtinguens formaliter, ut hic per Butr. & addit, quòd ubi ordo eſt appoſitus alternatiuè, regulariter non eſt ſeruandus. Dicit etiam poſt Archid. quòd dicta lex,nec enim. fallit in mandatis exequendis, per cap.fin.de teſtit.ſpoliat. & idem Ioan. Andr. Sed certè tam in mandatis , quàm in alijs diſpoſitionibus procedit regula ſuprà poſita. Sed lex, nec enim. loquitur, ubi cōſtat de mente, per prædicta. Et ita etiam Bartol.in d.l.quidam conſulebat.

dicens, quod ſi quis opponat contra libellum, deinde contra perſonam iudicis, non uidetur ex prima approbare iudicem, attento ordine intellectuali. Et idem Bald. in l. fin. C. de iudic. & alij, de quibus per Alexand. in d. l. quidam. Sic etiam intellige gloſſ. 4. in cap. j. de iura. cal. in 6. & in §. item, ſi quis ita. in uerbo, conceptio. Inſtitu. de inuti. ſtipu. ¶ Secundò declara, niſi ordo ſit poſitus cauſa exempli poſiti pro doctrina, ſecundum Card. in ca. decernimus. ad fin. de iudic. ita intelligentem illum textum. ubi præmittitur Abbas epiſcopo, & epiſcopus archiepiſcopo. Facit ſecundum hoc l. obligationum ſubſtantia. §. fi. ff. de act. & oblig. ubi ex uerbis dictis cauſa demonſtrationis non oritur obligatio. ¶ Tertiò declara ex dictis Bartol. in le. contractus. uerſicul. & ideo dicemus. C. de fide inſtrumen. uidelicet niſi contractus ex conuentione partium debeat celebrari in ſcriptis: quia licet in uno inſtrumento eſſent tunc poſita plura pacta, unum primò, aliud pòſt, ille, in cuius fauorem unum pactum eſt primò appoſitum, non poteſt allegare iſtam prioritatem, cùm iſte contractus ſimul & ſemel aſſumat uires, cum à partibus fuerit abſolutus, per illum tex. quem dicit eſſe ſingularem, ubi contractus accipit firmitatem in omnibus partibus, tunc demum, quando totus completus eſt legi: & ſequitur ibi Sali. ibi, item dicit. & Bal. ibi, dicens, quòd licet legatur primò unum, quàm aliud, tamen dicuntur ſimul fieri, nec attenditur ordo. quia contractus in abſolutione perficitur, quæ fit ſtatim, cum partes dicunt, Et ita conſentimus, uel, Ita facimus. Iſtud eſt uerſi, ſecundum Bald. niſi in ordinatis à ratione, per l. in ſtdami ff. qui po. in pign. ha. ubi ſi promiſi tibi penſionem prioris anni, & alteri penſionem ſequentis, ordo ille ſeruabitur, & ideo in pignoribus nobis datis, quæ ſi ambobus non ſufficiunt, pertinent omnia ad primum. Item illud eſt uerum, niſi in clauſulis correctis. Alleg. l. lecta. uerſic. dicebam. ff. ſi cer. pe. ¶ Quartò declara, niſi fiat nominatio aliquorum in actu denotante eorum uitia, quia primò nominantur minus digni, & tunc non arguitur ab ordine, quod primo ſcripti dicantur digniores. Abba. de præb. auaritiæ. per illum text. iuncta ſupra ſcriptione. Ex quo not. quòd ingreſſu carceris, uel ſimili actu, debet præcedere minùs dignus, quia ſequi, honor eſt, præcedere autem, non. Dixi in rubr. de maio. & obe. ¶ Quinto declara, niſi eſſemus certi, quòd diſpoſitio non det ordinem. Bar. Imol. & Domi. hic, & Domi. in d. c. ſi rector. Vel ſumus in dubio, & præiudicium ſit leue, niſi eſſemus in maleficiis, in quibus non attenditur leuitas materiæ, ut latius infrà. Et hæc, quo ad ſeruandum ordinem literæ. Generaliter autem, quando omiſſio ordinis, uel formæ uitiet, dicetur ſtatim latius.

¶ Circa dictum Innocent. de offic. deleg. prudentiam. & Bartol. in le. diem proferre. §. ſtati. ff. de arbitr. pro quorum concordia poſuit hic dominus Abba. ſolennes doctrinas, quibus quotidie utimur, uide omnino, quæ opportunè ſcripſi poſt Abba. de re iudic. cauſam. ubi inuenies multa copioſè & ſubtiliter ultra Abba. hic, quem ſui ſequutus, quicquid latè ſcribat hic Andr. Sicul. Et ideo in hoc aliud non eſt addendum. ¶ Nunc autem diſcutiamus aliqua de
6 obſeruantia formæ, omiſſis omnibus, quæ ponit hic And. Sicul. & præſuppone, quòd † in materia iſta forma & ordo uidentur capi, ut ſynonyma, ut patebit ex infrà allegandis.

De formae obseruantia Primò colligentur 10. ſigna, quibus cognoſcitur, quando detur forma. ¶ Secundò ponetur regula corroborata. ¶ Tertiò ampliabitur regula 12. modis. ¶ Quartò limitabitur 8. modis. ¶ Quintò & ultimò tota materia ornabitur, & erunt clara multa hactenus indigeſta & confuſa, quæ ſi alibi aggregata reperiſſem, potuiſſet mihi ſuffecit uti breuiloquio. Sed multa multo à me collecta ſtudio oſtendere oportet ſine ullo timore conditionis furtiuæ contra ea intentandæ.

Primum signum Formæ eſt, quando ab homine exprimitur illud, quod inerat à iure, non de neceſſitate, ſed ex honeſtate, aut de iuſtitia, quia tunc datur forma, niſi iſtud, quod ineſt de iuſtitia, ſapiat quandam inſtructionem, & non concernat modum dicendi, quia tunc non dicitur dari forma. Iſta probant ea tota diſtinctione Abb. hic, cum iuribus per eum alleg. ex quibus habes exempla ſin-

gulorum uerborum. Vide ipſum diligenter. ¶ Hoc modo intelligerem Bald. in l. prolatam. ibi, & not. quòd princeps. C. de ſentent. ubi dicit, quòd ea, quæ non ſunt ordinis, poſſunt per principem fieri ordinis, quia quicquid princeps placet, quòd ſit ordo, eſt ordo ſubſtantialis. Nam princeps nunquam apponit ordinem in reſcripto, niſi cum magno myſterio & ratione. Alleg. tex. hic, & in c. uenerabili. de offic. deleg. ſubdens, non eſſe diſtinguendum in ordine dato à principe, utrum ſit unius cauſæ ad ſeipſam, uel ad aliam, iuxta l. j. C. de appellat. quia ſemper, quod fit extra ordinem datum à principe, eſt ipſo iure nullum. Quod dicit menti tenendum. Sic etiam intellige Bald. in d. l. j. in 3. not. dum dicit, quòd præpoſteratio ordinis dati à iure, meretur appellationem, ſecus, ſi eſt datus ab homine, quia eius omiſſio uitiat ipſo iure. Allega. not. hic. Sic etiam intellige Bald. ſ. eodem. in rubr. ante fi. dum dicit, quod ordo eſt, quicquid principi placet, quod ſit ordo, etiamſi præpoſteret ordinem ſolitum, quia ipſe rerum formas poteſt mutare expreſsè & tacitè, ſecundum eum. Sic etiam intellige Bald. in leg. j. ibi, ſed ſi diriguntur. C. quomodo & quando iudex. Sic etiam intellige Archidiac. & Dominicum ſecunda quæſtio. j. in. ſum. ubi bona gloſſ. ¶ Secundum ſignum. Vbi in diſpoſitione legis, uel hominis ponitur aliquid conditionaliter, illud dicitur eſſe de forma. Bald. in authen. matri & auiæ. ibi, quidam tamen dicunt. C. quando mu. tu. offic. fun. poſ. Et dicit, quòd conditio, quæ apponitur per legem, nunquam dicitur continere ſolennitatem leuem, imo oportet, quòd conditio exiſtat, arg. l. prætor. in prin. ff. de colla. bo. Per hoc uidi aliàs inferri, quòd ſi ordo datus in l. à diuo. §. in uenditione. ff. de re iud. non ſeruatur, actus erit nullus, etiamſi non appellatur, quia text. ibi dicit, quòd deueniatur ad nomina debitorum, ſi immobilia non extiterint, & ſic cum loquatur conditionaliter, dat formam. Quod facit pro opin. Ioan. de Imol. & Alexand. ibi contra Bartol. ut etiam dixi de rem. quo ad conſultationē. uer. remedia, &c. licet Abb. ibi ſequatur Bartol. Et ſimiliter ad alia plura inferri poteſt. ¶ Tertium ſignum. Vbi illud, quòd ſi omitteretur pararet graue præiudicium, ponitur in ordine, tunc ordo legis cenſetur eſſe ſubſtantialis, ſecus, ſi parat leue præiudicium, Ita ſentit Bartol. in l. 2. §. prius præallegata per l. j. ad fin. ff. de uen. inſpi. Quod dicit ibi Imol. eſſe menti tenendum. Et loquuntur iſti, quando ſumus in dubio, ſi enim conſtat ordinem eſſe ſubſtantialem, omiſſio uitiat indiſtinctè, ſecundum eos. Et ita intelligitur gloſſ. in uerbo, ordine. in c. pe. de pur. cano. Et facit, quod dicatur infra, in 10. ampliatione. Et ex his infert Bartol. ubi ſ. quòd, ſi in inuentario omittitur ſignum crucis de quo dic, ut per eum, & alios, de quibus per Alexand. ibi. ¶ Et ad cognoſcendum, quando ſolennitas dicatur leuis, uide aliquid per Barto. in l. j. §. ſi plures. ff. de exerci. quem recolis in præcedenti, ex parte, in prin. ibi, & ſi diceretur. Et quod dicentur in 10. ampliatione, allegando Abba. conſil. 96. Et dicit hic Imol. poſt Card. quod ubi eſt ſolennitas leuis, in dubio non præſumitur forma, niſi aliud appareat, ſecus dic, ſi appareat, ut in d. ampliatione. Et dicit Bald. in l. hac conſultiſſima. C. qui teſta. fa. poſ. quòd eſt leue omne id, quod nō eſt ratione munitum. a Aliquid etiam Io. And. in Spe. de inuentario, uer. & nota. additione, quid ſi perfecit. ¶ Quartum ſignum. Quando aliquid poteſt interuenire poſt actum, nunquam pōt dici illud eſſe de forma, ſed pōt appellari ſolennitas effectualis, quæ tribuit robur actui iam formato, ſicut inſinuatio donationi, & cautio teſtamento, in caſu c. quanquam, de uſur. in 6. Ita Angel. latè conſil. 36. Pro deciſione quæſitorum. Et ibi pulchrè, quo cognoſcantur ſolennitates ſubſtantiales. Adde Domi. in c. ut circa. §. j. de elect. in 6. ubi dicit, quòd qualitas, quæ poteſt interuenire poſt actum, non dicitur eſſe de ſubſtantia. Alleg. gloſſ. in uerbo, tertia. in c. j. 75. diſtin. ¶ Et ideo dicit Card. poſt Zenze. in clem. cauſam. §. penul. ibi, nam omnia. de elec. quòd oīa, quæ ſunt de ſubſtantia actus, debent explicari ſimul cū actu, b per l. cùm hi. §. ſi prætor. ff. de tranſac. Et ſequitur etiam Imol. ibi.

a *Munitum*] *Ad de idem ſententiam do. Soci. conſ. ſuo* 1 1. *inci. Viſo præ dictis publicis in ſtrumentis. uer. ad quintum artic. circa fin. in prima parte.*

b *Cum actu*] *Adde, quod not. habetur per do. Soc. conſi. 17. inci. Viſis prædictis publicis inſtrum. in. uerſi. non obſtat. ſi* *Pops.*

replicaretur. in j. parte, & uerſ. ſed hic aduertendum. uerſic. cum omni. & uerſic. ſeq. & conſ. xxix. inc. Viſo quodam inſtrumento. uerſic. tertio principaliter. ibi, primum. in d. parte.

dicens, quòd illa ſunt de ſubſtãtia actus, quæ concurrunt, uel concurrere debent contemporaneè cum actu introducendo, non quæ poſt actum originatum interueniunt. Et facit, quod not. Ioan. Andr. in capitulo quanquam. ad finē. de uſur. in ſexto. dum ponit, an illa cautio ſit de ſubſtantia, adeo quòd non poſſit ſequi: de quo meminit Petr. de Ancharan. conſilio mihi 416. Viſo & diligenter ponderato. ad finem. Dixi poſt Card. de teſtib. ſignificauerunt. & fortè tetigi ſupra eodem. ad hæc. loquendo de ſubiunctiuo. ¶ Quæ autem dicatur ſolennitas, & quæ ſubſtantia, non eſt materia noſtra, ut de Bartol. in leg. uniuerſa. C. de preci. impe. offer. ubi dicit, quòd omiſſio ſolennitatis, quæ poteſt ſequi actum, non uitiat ipſo iure. Sequitur Abba. in cap. 2. de teſti. & Lud. conſil. 203. Quo ad primum. uerſic. quo ad ſecundum. & alij, b quos ibi recitaui. Et dixi etiam poſt Abb. in cap. quoniam. in prin. ut lite non conteſt. Et dixit Ioan. Andr. in regula, non eſt ſine culpa. in Mercu. quòd illud non dicitur eſſe de ſubſtantia, ſine quo aliquando poteſt eſſe actus. Vnde iuramentum teſtis non eſt de ſubſtantia, per c. tuis. de teſti. ubi parte uolente omitti poteſt. Quod dictum uidetur uerum; ſed exemplum dubium. Dato enim, quòd pars poſſit remittere iuramentum teſti, non ſequitur ergo iuramentum non eſt de forma ſubſtantiali. Argumentum procederet, in quantum iura non permitterent expreſsè remiſſionem iuramēti, ſed ex quo permittunt hāc remiſſionem, dicitur ſolennitas ſubſtantialis relaxari authoritate legis, quæ hoc poteſt, non authoritate partium, quæ ſi non eſſet lex, hoc non poſſet, ſecundum Maria. de Senis in c. j. de crimi. fal. uerſicu. ego arbitror. dum examinat q. Ioan. Andr. in dicta regula, non eſt. an teſtis non iuratus, qui dixit falſum, puniatur ut falſarius. Dixi aliquid J. in 5. ampliatione. De hoc autem, quæ dicatur forma, & quæ ſolennitas, uide aliquid per Card. in clem. ne Romani. in princip. de elect. dum dicit, quòd expectatio Cardinalium abſentium in electione Papæ non eſt de ſolennitate. Et dixit mihi olim reuerendus dominus meus Frā. Are. quòd de modo cognoſcendi, quæ ſint de ſubſtantia, & quæ de ſolennitate, ipſe poſuit in l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum ff. de acqui. hære. non potui uidere. Et dicit ſe ponderaſſe dicta Bart. in l. cum quis. ibi, non obſtante, quod dicunt. C. de iur. & fac. igno. quem uide. Et dicit Paul. de Caſt. in l. mancipia. in princip. C. de ſer. fugi. quòd iſtud uerbum Forma, non ſemper denotat ſolennitatem, ſed ſubſtantiam, uel quantitatem, per illum text. in uerſicu. eadem forma. Et glo. exponit, id eſt, eadem pœna. Aliquando, ſecundum eū, forma denotat tēpus, authen. quæ ſupplicatio. & ibi Bal. C. de preci. impe. offe. Regulariter aūt denotat ſolennitatem, ut patet in forma teſtamenti, & in forma ſtipulationis. Et iſtud not. pro ſtatutis, quia interdum loquūtur per uerbum Forma, ut intelligantur ſecundum ſubiectam materiam, interdum de ſolennitate, Interdum de ſubſtantia ſeu de modo, ſecundum eum. Item quæ dicantur de ſubſtantia. & de ſolennitate, uide etiam Angel. in d. leg. cum hi. §. ſi prætor. Abb. in ca. tua not. in ſi. de ſpon. & in cap. fin. ult. nota. de condi. appo. Cardin. in clemen. 1. 23. q. de ſepul. Domi. infra, tit. proxi. cum conſuetudinis. in fin. Bartol. in dicto. §. iuſſum. Innocen. in ca. quòd ſicut. ibi, neque obſtat, quòd poteſt caſſari. de elect. Bald. in l. etiam. de execu. rei iu. & in l. Titia. in princ. ff. ſol. ma. & in repe. le. 3. C. de ſacroſanct. eccleſi. & in rubrica. C. de reſcin. uen. poſt medium. & Abb. conſil. 83. Omnipotentis, &c. in negotio Guidonis. cum ſimilibus. ¶ Quintum ſignum, Vbicunque eſt decretum annullatiuum, [a] ibi eſt data forma. Bald. in leg. 1. ff. de liber. & poſth. Sequitur Petr. de Anch. in regula, ea, quæ. ibi, hoc uerum, niſi conſtitutio. de re iudic. in 6. & repe. cap. j. ibi, quæro, ſtatuto cauetur, quòd notarij. ſupra, titul. proxi. dicentes, quòd ſi in inſtrumento ſtatutum requirit nomen contrahentis, & patris, & aui, aliàs dicit non ualere inſtrumentum. Iſta irritatio actus dat formam, & ſic eſſe in inſtrumento, & ſine hac forma non eſt inſtrumentum,

a *Annullatiuum] Adde, quod habetur per dominum Soci. conſil. 45. incip. Viſa appellatione. uerſic. reſpondetur, quod imo. circ. medium, in j. parte.*

ſecundum eos, & magis attenditur forma legis, quàm ratio legis, ut latiùs per Baldum in dicta leg. 1. ponentem hoc in uno propoſito, de quo infrà, in 10. ampliatione. Et adde, quòd ubi eſt dictum decretum conſenſus partium, in eo omittendo nihil operatur gloſſ. in cap. ſtatutum. in princ. de reſcr. in 6. Dixi ſatis plene titul. præcedenti, cum acceſsiſſent. ibi, tertia declaratio. & aliquid infra, ad fi. quintæ ampliationis. ¶ Sextum ſignum. Vbicunque eſt prius & poſterius, ibi eſt ordo. Bald. formaliter in l. j. ibi, ex dicto ergo Roſ. C. ne lic. ter. prouoca. Et ideo ſi ſtatutum dicit, quòd ſententia debeat ferri cum conſilio ſapientis, tacitè uidetur ſtatutum procedere ad ulteriora, uidelicet quòd conſilio prætermiſſo ſententia ſit ipſo iure nulla, quia conſilium eſt prius, quàm conſiliatum. Ergo datus eſt ordo iudicij, ſecundum eum. Et iſtud fortè procedet in conſilio ſapientis. Sed ubi aliàs ſtatutum requirit cōſilium alterius in actu, iſtud non eſt propriè de forma.

b Bald. in l. j. ibi, nunc ad propoſitum. C. qui admit. de quo etiam per eum in c. 2. in princip. de feu. ſine cul. non amit. & in rubr. C. de exercito. Tamen iſtam contrarietatem Bald. non reperi adaptatam. Et adde, quòd forma, quæ debet præcedere, eſt de ſubſtantia, & non poteſt ſequi. Bartol. in l. uniuerſa. C. de precib. impe. offer. Paul. copioſè conſilio. 71. uerſicul. ſecundò poteſt reſponderi. ubi uide. Quando uerò ſolennitas poteſt ſequi, non dicitur de ſubſtantia, uel de forma, Bartol. in d. l. uniuerſa. quem accuratè reaſſumpſi multipliciter inſiſtendo in c. quoniam. in princip. ut lit. non conteſt. ¶ Quæ tamen dicta ſunt in hoc ſexto ſigno de prioritate actus, intellige ſanè, niſi tales actus in forma legis præmittendi concernerent præparatoria iudiciorum, ſeu præludia, quæ fiunt ante lit. conteſta. quia ſi à principe aliud non iniungitur, talium omiſſio non inducit uiolationem formæ legalis: Specul. ſolenniter in proœmio ſecundæ partis, in fin. & Bartol. pulchrè, dans tria exempla, in l. ſi quæramus. ibi, quæro, quid ſi iſte ordo. ff. de teſtamen. Ex quibus uerbis colligit generaliter Bald. in l. prolatam ibi, quæro ergo. C. de ſen. & in authen. contrà rogatus. in fi. C. ad Treb. & in l. qui crimen. ibi, ſexto quæro. C. qui accuſa. & in l. exceptionem. ibi, reuoco. C. de proba. & ſentit in l. ſi tutori. in fi. C. in qui. cau. in inte. reſtit. non eſt nec. & not. Petr. de Anc. J. eod. cæterùm. ubi retuli, uerſic. limita ſecundò. quòd ante lit. conteſt. non eſt aliquis ordo, qui prætermiſſus reddat proceſſum nullum. ¶ A qua doctrina excipe libellum, à quo iudicium fundari oportet per litis conteſtationem. Bald. in authentic. generaliter. prope fi. ibi, ordo iudicij. C. de epiſc. & cleri. & in d. l. qui crimen. & in d. authen. contra. ¶ Excipe etiam exceptionem incompetentiæ iudicis, quam tutius eſt in primis proponere. Bartol. in l. quidam. ff. de re iud. & latiùs Bald. in d. l. exceptionem. & opportunè Alexan. in d. l. quidam. poſui pleniùs de re iudic. inter monaſterium. ¶ Excipe etiam caſum, quando de hoc opponeretur. Bartol. in lege ſi mancipium. in fin. ff. de eui. & in lege 2. in fin. C. communi diuidun. propter gloſſ. in leg. fundi. ff. de excepti. ¶ Ex prædictis adde, quòd etiamſi diceretur in aliqua diſpoſitione, quod iudex poſſit procedere prætermiſſa omni ſubſtantialitate; tamen non poterit poſtponere id, quod ex forma debet procedere, putà facere, quod teſtis primo deponat, poſtea iuret. [c] Bald. in rubric. infrà, de offic. iudic. ibi, quod ſi ſtatutum dicit, quod eſt aureū ad prædicta. Et pro eo, quod eſt dictum non poſſe id ſequi poſt actum, quod lex requirit præmitti, uide Abb. poſt alios in cap. de teſtibus. ad fi. de teſti. dum ponit, iuramentum teſtis non poſſe ſequi poſt depoſitionem, & ibi inſiſtunt Scribentes, quorum dictum amplia not. ut proximè dictum eſt. ¶ Septimum ſignum. Vbi in diſpoſitione dicitur, quòd aliter fieri non poſſit, uel ita demū fieri poſſit, ibi eſt data forma, & ei renunciari non pōt Bar. in l. ſi. in fi. ibi, quæro, an ciuitas. C. de uen. re. ciui. lib. 11. dum dicit, quòd

b *De forma] Pro qua materia uide ſing. Hoſt. & Doc. in c. cum olim. ubi Panor. in uerſ. ſed pro clariore intelligentia. infra, de arb.*

c *Poſtea iuret] Prout in hac ciuitate Venetiarum practicatur, quod miror. Saluant tamen hoc eſſe de conſuetudine ciuitatis, quod, an talis conſuetudo ſit approbata, hic nō diſcutio, cum etiā in eā cuiuſdā mei amici contrarium dictæ conſuetudini fuit obtentum.*

forma ſtatuti poſſet diſcrepare ab illa. Et ſic ſentit, quòd illa ſit forma, ſecundum Lud.conſil.402. In propoſita conſultatione. Pro quo uide etiam Bart.in l. de his. per illum tex.ff. de tranſac. ubi dicit, quòd iſta uerba non aliter diſponunt circa formam, cui renunciari nõ poteſt. ¶ Octauum ſignũ. Quando diſpoſitio apponit tempus, qui non obſeruat tempus, dicitur non obſeruare formam. Bald.ſing. in authent. quæ ſupplicatio. prope fi. C.de preci.impe.offe.per tex. in l. ſcire oportet.§.conſequens.ibi, non aliter audiri, ſi non fuerit conſeruatum conſtitutum tempus.ff. de excu.tu. Quod dicit bene notandum propter conſtitutiones eccleſiæ imponentes metas temporum. Sequitur Brix. in repertorio in uerbo, forma.dicens ex hoc haberi nouiter rationem, quare collatio ſacrorum ordinum facta extra tempora à canonib. præfixa, caret debito effectu. Dic tamen, quòd character imprimitur, ut per Hoſt.de temp.or.§.qualiter.ibi, ſed nec conferendi. ¶ Adde etiã pro iſto ſigno Bald.in l.omnes populi. uerſ..Vnde ſi ſtatutum requirit tps, ff.de iuſt.& iure.& bene faciunt dicta Bartol.in l.non ſolùm.§. ſed ut probari.ff. de ope.non.nun. ¶ Ad idem, q no.Bald.in c. licet, de transla. epiſcopi.quem referam j.in 11.ampliatione, prope uer. ubi autem non datur forma. & bene faciunt, quæ ponit Lud. conſil.204.Pro diſcutienda.uer.quo autem ad ſecundum.

¶ Limita hæc primò, niſi diſpoſitio præfigens tempus, daret iudici arbitrium in procedendo: quia poterit iudex prorogare tempus, & non dicetur de forma: ſecus, ſi datetur arbitrium in decidendo tantùm. Bartol in l.ſi in lege.ff. loc.latè Paul.de Caſt.in l.qui Romæ.§.Callimarhus.ff.de uerb.obl. & ibi latius Alex.ad fi. uerſic.ultra prædicta. Ad quod uide etiam Paul.conſi.324.In Chriſti nomine, uidetur dicendũ, quòd dicta declaratio.quem retuli titulo præcedẽ. ea parte. ibi, ſextus caſus. ¶ Limita ſecundò, niſi materia ſit talis, in qua re integra liceat purgare moram: quia ſi aliud non diſponitur, ualebit etiã actus factus poſt tempus: & maximè, ubi non mandatur ſtudioſè tempus ſeruari pro forma ſubſtantiali, ſed ad bene eſſe. Et iſtud cognoſcetur attenta ſubiecta materia, Abba. latiſſimè conſil.94.Statuto ciuitatis Groſſetanæ, licet de Bald.nihil dicat. Ad idem pondera conſilium Pauli proximè allegatum. Et iſta faciunt ad quæſt.de qua per Paul.in dictis conſil.ſcilicet an ualeat ſententia lata poſt tempus præfixum inſtantiæ, de quo dixi de iudic. uenerabilis. Adde etiam Bald. in authen.iubemus.ad fi.C. de iudi. ubi dicit, quòd ſi bannito debet aſſignari terminus 30.dierum, aliàs habeatur pro confeſſo, non poteſt tempus prorogari, quia ubi elapſo termino legis, uel ſtatuti, incurritur pœna, illud tempus dicitur de forma. Alle.gloſ.in c.1. in uerbo, tertiam uocationem de mil. uaſal.qui contu. eſt. Vide Bal.in l.de die.ff.qui ſatiſ.cog.cum concor. quas dixi de ap.cum ſit Romana.uer.limita quartò. ¶ Nonum ſignũ, Vbi ſtatutum prouidet aliter, quàm ius commune, ſuper confectione actus, dando iuriſdictionem modificatam, oĩa cẽſentur de forma. Pet.de Anch. conſil.mihi.31. Viſa quadam petitione, in princip.& conſil.6. Viſo themate. ibi, & aduertendum. Alle.gl.ritam, in cle.1.in uerbo, inhibentes. de iure pa.quæ dicit, ſecus, ſi iam data eẽt iuriſdictio puta, quia commiſſio ſequens cum certa qualitate, non induceret formam, niſi aliud exprimat, de cuius intellectu ſcripſi titul.præcedenti, ex parte. conſideratis quinque caſibus nõ ordinatis ab alijs. ¶ Decimum & ultimum ſignum eſt, quãdo in ſtatuto, uel alia diſpoſitione eſſet rubrica, quæ diceret de forma alicuius materiæ, quia tunc diſpoſita ſub rubrica erunt de forma. Maria. in c. a. ibi, & aduerte, quia ſicut petitur. de libelli obla. ¶ Modos autem cognoſcendi formam in rebus corporalibus, uel incorporalibus, latiſſimè inuenies per Bartol.in tractatu De alueo, ſuper uerbo, amiſſa forma. ¶ Et forma accidẽtalis dicitur illa, quæ mutata ſubiecta materia non deſinit eſſe eadem, iuxta l.proponebatur.ff.de iudic. ¶ Subſtantialis eſt, quæ dat eſſe rei, ſicut homini anima, cle.1.de bap. ut latius per eum ponentem multa non attinentia ad propoſitum noſtrum, de quibus etiam per beatum Tho. & Ariſtotelem locis allegatis per Brixien.in uerbo, forma.ad fi.Cui adde prædicta nõ uulgata. ¶ Modò ponenda eſt regula cum ampliationibus 12.

ª *Sunt nulla*] *Ad de do. Alex.conſi.* a la. ª Iſta regula probatur hic, ibi eſt text.

GESTA CONTRA Formam ſunt nul

principalis, & in c.Piſanis. de reſt.ſpo. & in c. uenerabili. de offi.dele. & in l. cum hi.§.ſi prætor.ff.de tranſac. ¶ Notat pulchrè. Butr.in c. cum olim. ibi, oppono, quòd factum, de cauſa poſ. Et ideo dicit Imol.in l.ſi quæramus. ibi, hoc tamen limita. ff. de teſta. quod licet peruerſio in proponendis exceptionibus regulariter non uitiet, ut per Bartol.in l. quidam.ff. de re iudic.cum concor.datis ſupra, in 6. ſigno, tamen fallit, niſi eſſet data forma in mandato, per c.ex litera.de iudi. & eſt dictum Spec. in loco allegato ſ. in 6. ſigno. ¶ Et hinc eſt, quod ſi ſtatutum requirit pro forma aliquod præambulum ante citationem, illo omiſſo citatio non ualet. Bald. in l.3. §. Officius. in lec. antiqua, ff. ne quis eum, qui in ius. Et ideo dicit Innoc.in c.cùm conſuetudinis.j.tit. proa.cũ concord.ibi dicẽdis, quòd ubi requiritur interpoſitio authoritatis, requiritur formaliter illud uerbum Authoritas, & non ſufficeret aliud ſimile. ¶ Latè etiam deducit hanc regulam Cald.in diſp. Statuto ciuitatis cauetur, quòd ſi ab actore. ubi allegat multa iura de neceſſaria obſeruantia formæ ad inducendam ualiditatem actuum. Et ideo Domi.in c. a.ibi, iſtud credo.ſ.eo. dixit, quòd licet ordinarius poſſit aliquando ſupplere ex officio deficiente parte, quæ ſe aſtrinxit, glo. in c.ſi fortè.de elect.in 6.dixi in d.c.a.tamen ſecus in delegato habente formam, quia non poteſt eam tranſgredi, per prædicta. ¶ Et dicit Innoc.in c. fi.in 1.gl. de ſac.ite.quòd ſi quis ordinatur non ſeruata forma data à canone, eſt tantæ neceſſitatis illa forma, quòd oportet ſupplere, quod eſt omiſſum, aliàs non imprimitur character. Poteſt tamen Papa illam formam non obſeruare, ut ipſe expreſſè ſentit, & eum allegaui in c.3.in princip.quarta fallentia, ſ.tit.proa.licet impreſſores malè ſcripſerint, allegando Inn.c.j. de ſac.unc. ¶ Et dicit Rota de re iudi.8.in nouis, quòd ſi delegatus datus à domino feudi habet commiſſionem de iudicando inter uaſallos, non poteſt domino aliquid adiudicare, quia egrederetur formam. Et dicit Bald.in authen. habita. C.ne fi. pro pat. quòd ubi numerus doctorum eſt ſtatutus pro forma ſubſtantiali, non poteſt cancellarius ſtudij in creãdo doctore recedere à dicto eorum, etiamſi gratia, uel odio deponant, ſecus, ſi non pro forma, ſed ad inquiſitionem. Et dicit Rota de iudi.14.in nouis, quòd delegatus datus, ut informet ſe de mala fama, non poteſt ſe informare de bona. Et dicit Tho.Faſtuli dubio Rotæ, 23. Item fuit conſultum per Aegi.q mandatarius ꝓ ordine & ſingulis de ordine, nõ eſt idoneus pro uno conuentu, quia ad id non extenduntur fines mandati. Et dicit Lu. conſi.255.Approbo Inias.quòd procurator habens mandatum ad acceptandum uigore unius gratiæ, non poteſt acceptare ex alia. Et dicit Bald. de ap. nouit. quòd nuncio & ambaſiatori nihil eſt imputandum, niſi mandatum excedat. Et dicit Bart.in l.1.ff.de cond.indeb. quòd ubi eſt defectus formæ, non oritur obligatio ciuilis, nec naturalis. Et dicit Bald.in cap.fin.de dolo & contu. quòd nuncius non ampliat, nec reſtringit formam mandati. Ideo non ſubſtituit, niſi aliud contineatur in mãdato, quia in nuncio præſumitur electa induſtria perſonæ. Quod ultimum repone accuratè. Secus dic in procuratore ad negotia, niſi conſtet electam eſſe induſtriam perſonæ. Lud.conſi.166.Ille Petrus. Et dicit Domi.poſt Hoſt.in cap. Romana.§.ſed nec.de ſen. excom.in 6.quòd excommunicatio lata contra formam mandati eſt nulla, ubi aliàs non data forma eſſet iniuſta. Sic intellige gloſſ.2.ibi, ſexto.in cap. præſenti.de ſent.excom.in 6.& dixi in c.cum ſit. ad fi.ibi, fallit primò.de app.

AMPLIA PRIMO Regulam, Nedum ſi aliquid fiat contra formam, ſed etiam ſi præter, uel circa. Ioan. Andr.in c. prudentiam. ſuper uerbo, citra. de offic.deleg.dicens per illum tex. æquiparari hic Contra, Citra & Præter. Ad idem allegat c.ſi cui.ubi gloſſ.de elec.in 6.& allegat poſt Hoſtienſ. text. Deutero.c.12. in fin.ubi dicitur, Quod præcipio tibi, hoc tantùm facito Domino: nec addas quicquam, nec minuas. Idem Ioan.And.in c.cùm Marthæ.ſuper gl.1.de cele. miſ.per text. Apocalypſis ult.c.ubi dicitur, ſi quis appoſuerit aliquid ſuper hoc, apponet Deus ſuper ipſum plagas & ſi

33. A. Roma. et cum uide in conſ. 37. Item adde Richar. & Sal. in ſuo conſi. incip. ſtatutum diſponat et Flo. in l. 3. ſi mem. ſal. mo. dec. & ad de do. Soc. conſil. 35. incip. proſequendo ordinem, uer. uerum, quod ibi, & pro parte, in 1. parte.

& ſi quis diminuerit, auferet Deus eius partem de ligno uitæ. Facit text. Apoſtoli ad Timotheum 5. c. [a] ad fi. dicens Teſtor Deum, ut hæc cuſtodias ſine præiudicio, nihil faciens in alteram partem declinando: & ibidem 6. c. ante fi. Præcipio tibi coram Deo, ut ſerues mandatum ſine macula. Et dicit Bal. in l. fi. C. de ſu. & legi. quòd formæ nihil addi, uel detrahi poteſt. Alle. Bart. in l. Galluc. §. j. ff. de lib. & poſthu. quia quod perfectum eſt, non ſuſcipit in ſe ex interuallo magis & minus, per l. s. C. de manu. uin. Et dicit, quòd uerba contractus ſunt forma cõtractus. Et dicit Amb. io lib. De paradiſo, Si quid addas, uel detrahas, præuaricatio uidetur eſſe quædam mandati: ſimpliciter enim & purè mandati forma tenenda eſt, uel teſtimonij ſeries intimanda. Nihil igitur, quod bonum uidetur, addendũ eſt, ſi quis unum mandatum cuſtodit, & aliud præuaricatur, nihil ei prodeſt. Hæc ille. Et facit, quod narrant Hiſtoriographi de Iulio Cæſare, qui cùm in domandis hoſtibus quinque annorum ſpatium ſibi permiſſum pertranſiſſet, licet glorioſè triumphaſſet, honor tamen ſibi debitus denegatus eſt, nec urbem ingredi permiſſus eſt, eo quod ultra terminum ſibi præfixum moram traxiſſet. Et legitur de Petronio Romano, quem cum Caius Caligula imperator legatum miſiſſet in Syriam cum mandato de debellandis Iudæis ſimulachra ſua recuſantibus, uidens innumerabilem ſtragem futuram ob eorum ſuam pertinaciam, reſcripſit Imperatori imminere Romano imperio grauem infamiam, ſi mandatum adimpleret, ob quod Caius ei reſcripſit, ut propria manu ſe occideret, ut diſcerent omnes, non eſſe imperatorum mandata paruipendenda, ut habetur in ſupplemẽto Chronicorum, lib. 8. fol. 8. Laudabilis tamen fuit ſua ſuperſedentia, per ea, quæ dixi ſ. eo. ſi quãdo. Et iſtam ampliationem tenet etiã Ab. in c. cauſam. de re iu. & in c. Piſanis. de reſti. ſpol. & Card. in cle. j. in princip. in 6. q. 4. col. alias, q. ibi, ſecundò poteſtas. de ſup. neg. præl. Et ideo dicit Butr. in d. c. Piſanis. ſeptimo no. quod omiſſio formæ in qualibet minima qualitate proceſſus, uitiat totum proceſſum. Benè faciunt uerba Archid. de conſe. diſt. 4. capitu. ſi non ſanctificatur, & Hoſtienſ. de bap. §. quæ ſit. ibi, quid ſi aliquid. ubi dicunt, quòd non licet interponere in baptiſmo alia uerba in forma, nec addere, putà, & omnium ſanctorum. Et in hoc conueniunt omnes Doc. Ergo eis credamus, ſecundum Hoſt. Facit etiam, quod dicetur ampliatione 11. & ſequenti. Tamen, ubi non eſt data forma, iſta differunt, quia epiſcopus non poteſt ſtatuere contra canones, tamen poteſt ſtatuere, præter gloſſ. in cle. ne Romani. in uerbo, tolli. de elec. ſecundum Domi. in d. c. ſi cut. & Abba. in d. c. prudentiam. in princi. & per eundem in c. ſuper quæſtionum. §. uerum. ibi, ſed dubito. eod. tit. dixi in c. quòd ſuper his. in 7. fall. de maio. & obedi. ¶ Amplia ſecũdò etiam in eo, quod ueriſimile eſt eſſe de mente concedentis, ſicut illud, quod eſt pro forma expreſſum. Vin. & Hoſti. de iudi. exhibita. & ibi recitat Abba. ibi, unde dicit hic Vin. Et idem dixit Bal. in rub. ſ. de iudi. ibi, & hoc uerum. dicens, quòd quando mens ſuperioris eſt de ordine, ſi omittitur, non ualet proceſſus. Alleg. d. c. Piſanis. ¶ Amplia tertio etiam in his, quæ ſunt concomitantia expreſsis. Bald. in c. j. de re iudic. dicẽs, quòd ſicut non ualet ſententia contra ſubſtantiam formæ mandati, ita nec contra qualitatem formæ ſiue concomitãtiæ, per d. c. Piſanis. ubi uedum debuit fieri reſtitutio, ſed plenaria reſtitutio. Et ibi dicit Abb. in 4. not. per illum text. quod non ſolum corruent geſta ex defectu formæ mandati, ſed etiam, quando ad plenum non adimpletur mandatum, quando in actu datur certa forma. Ad hoc de concomitantijs faciunt, quæ dixi ſ. eo. ſuper literis. uerſic. an ſua ſit iuriſdictio. ibi, amplia ſecundò. & in c. cauſam. uerſic. interpretatio reſcripti. ſ. eod. & per Phil. io c. ut debitus. de appel. dum diſcutit, an ille text. procedat in delegato dato ſimpliciter ſuper grauamine, an poſſit cognoſcere de toto in caſu grauaminis. ¶ Amplia quartò, etiamſi tranſgreſſio formæ induceret faciliorem expeditionem commiſſionis. Ita allegatur gloſ. 1. in c. ſolet. de ſent. excommu. in 6. ubi delegatus non poteſt abſoluere ad cautelam, excedendo commiſſionem, licet facilius poſſet ex ea ſequi expeditio cauſæ. Et ibi colligit Dominic. in princip. quòd licet ueniant in commiſſione ea, ſine quibus cauſa expediri non poſſet, de offic. deleg. præterea. non tamen ea, per quæ cauſa commodius expediri poſſet. Facit ad hæc authoritas Ambroſij in lib. De paradiſo allegata ſ. in j. ampliatione, dum dicit, Nihil igitur, quod bonum uidetur, addendum eſt. Facit etiam l. 3. in bello. ff. de re mili. ubi imponitur pœna mortis duci belli, qui contra mandatum conſeruit manus cum hoſtibus, etiamſi eos fudit. Hic narrant Hiſtoriographi Q. Fabium, quamuis magna uictoria ſuperaſſet Samnites, tamen ad mortem damnatus fuit à Papyrio dictatore, contra cuius mandatum bellum geſſerat eo abſente, licet impetu populi à morte liberatus fuerit, ut per Liuium 9. lib. No. Ioan. de Lig. in tract. De bel. c. 19. & eſt text. in c. fin. 22. q. 2. Dixi de ma. & obe. illud. ¶ Amplia quintò, etiamſi partes conſentirent tranſgreſsioni formæ datæ in reſcripto, Butr. in d. c. prudentiam. in prin. ibi, ſecundò partium conſenſus. Allegat text. hic, & in d. c. uenerabilis. Idem Bart. in d. l. de his. ff. de tranſac. & Bar. de ſo. compe. ſi diligenti. ibi, fallit ſecundò. cum concor. quas ibi dixi in 2. fallentia, inferendo ex hoc ad ſeptem corollaria, quæ ibi uide. Et idem no. Bald. in l. j. C. qui admitti. & in trac. ſchiſma. in uerſ. prædictis quoque accedat. poſito in rub. C. ſi quis aliquem teſtari prohi. Et dixit Imol. in l. quicquid aſtringendæ. per illum tex. ff. de uerb. oblig. quod ſi millies partes ſint in concordia, ut forma non ſeruata habeatur pro expreſſa, nihil operabitur talis cõuentio, uel uoluntas ipſorum, quia omnis ſolennitas, ſeu ſubſtantialis forma eſt iuris publici, l. 3. ff. de teſta. & in l. nemo põt. ff. de leg. j. Et ideo nõ læditur pacto priuatorũ, ut ibi per eum inferẽtem poſt Ang. ad cle. appellanti. de ap. per quã dicit, quòd non ſufficit dicere appellanti ab interlocutoria, habeant cauſæ grauaminis pro expſſis. Et pro hoc ultimo facit, quia partes non pñt uti clauſula, Pro expreſſis habẽtes. & c. c. qui ad agendum. de procur. in 6. l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. & ibi Ange. ff. ſi quis cau. Licet ſecus in principe, l. omnes. & ibi Angel. C. de præſcrip. 30. anno. diſt. c. c. j. eod. nonnulli. in prin. in 2. fallentia. Et pro iſta ampliatione quinta eſt elegans conſilium Signorolli de Homodeis, 25. incipiens, In proceſſu facto contra Petrolum. ubi uult, quòd formæ datæ à ſtatuto non poteſt inquiſitus renunciare. ¶ Limita hæc, Niſi forma reſcripti eſſet merè in fauorem partium. Abb. in c. fi. §. is autem. 5. nota. de offi. dele. extollens ad hoc illum text. ubi forma data de procedendo perſonaliter, poteſt omitti de conſenſu partium, [b] imo ſufficit tacitus earum conſenſus, ſecundum eum, propter gloſſ. not. eod. titul. olim lo 1. in gloſ. penal. ibi, ſcientibus partibus. Procedunt autẽ prædicta, quando forma eſt data à lege, Vel ſi eſt data in reſcripto, concernit publicã utilitatem, uel partes contradicunt. Et idem not. Abb. in c. ſuper quæſtionum. §. uerum. de offic. deleg. & in d. c. olim. & in c. prudentiam. in princip. ibi, nec eſt uerum. eod. titul. & in c. cauſam. ad fi. ibi, Hoſtiẽſ. tamen. de re iudi. & Domi. hic allegando Innoc. in d. c. prudentiam. Et ſecundum prædicta intellige quædam dicta allegata per Andr. Sic. in d. §. is autem. Facit ad hæc, quod not. Abba. in c. tuis. in 3. nota. de teſti. dicens per illum text. quod ſolennitas ſubſtantialis & formalis inducta in fauorem partium poteſt ab eis remitti, quod dictum eſt falſum, quia id, quod eſt de ſubſtantia, non poteſt per partes remitti. Vnde non poſſunt facere, quòd eſſet emptio & uenditio ſine pretio, ut per Arc. io d. c. tuis. pro quo uide Ioan. And. in regula, non eſt ſine culpa. uerſic. in contrarium. de re iudic. in 6. in Mercu. ubi uolens probare, quod iuramentum non eſt de ſubſtantia in teſte, arguit, ſi poteſt à parte remitti. Ergo non eſt de ſubſtantia. Si enim eſſet de ſubſtantia, non eſſet remiſsibile, quia actus non poteſt eſſe ſine ſubſtantialibus, c. in quadam. poſt prin. de celc. miſ. cle. j. de ſum. trint. ſecundum eum. Et dicit Bal. in c. conſanguinei. quaſi in fi. de re iudi. quod iuramentum teſtis eſt de ordine, non de ſubſtantia. Tamen, quod ſit de ſubſtantia, firmat Maria. quem allegaui ſ. in quarto ſigno formæ, ad fi. reſpondendo uerbis Ioan. Andr. in d. regula, non eſt. ¶ Si tamen iſta forma reſpiciens fauorem partium haberet clauſulam decreti, non poſſet ei renunciari, per c. dilectis. cum gloſſ. in uerbo, clauſula. de præbend. cum concord. datis titul. præced. c. cum acceſſiſſent. de quo aliquid paulo pòſt. ¶ Idem fortè eſt, quando pars non conſentiet

a 5. cap.] Ad- de Deuteronomij 19. cap.

b Conſenſu partium] Vide omninò per do. Alexa. in l. ius publicum. ff. de pac.

ſerit ſimpliciter omiſſioni formæ, ſed uult omittere formã, & tranſire ad caſum non expreſſum: quia etiamſi ille caſus habeat in ſe maiorem rationem, non fit extenſio. Sic intellige c. cui de non. de præb. in 6. Nam ſi ille uellet in totum renunciare formæ & gratiæ, certum eſt, quòd poſſet. Sed formam gratiæ extendere, uel mutare non poteſt, etiam ad caſum faciliorem: quia diuerſus eſt. Ergo ſub literis non comprehenſus, maximè cum illa forma reſpiciat taxationẽ & limitationem gratiæ, ut habuimus ſ. eo. ſuper literis. Et per d. c. cui de non. dicitur, quod in diſpoſitione hominis nunquam fit extenſio ad alium caſum etiam à maioritate rationis, ſecundum Imol. in l. ſi uerò. ſ. de uiro. ibi, item hoc in extenſione fienda. ff. ſol. ma. Et de iſto tra. ad propoſitum formæ non remiſſibilis meminit etiam glo. fi. paulò ante fi. in c. ſi ſuper gratia. de offic. deleg. in 6. ¶ Pro prædictis bene
7 facit cle. ſæpe. in fi. de uerb. ſig. ubi † licet in commiſſione detur forma procedendi ſummariè, tamen de conſenſu partium poteſt procedi non ſummariè. Et per illum text. ſoleo mirari, quare eſt, quod Lud. in repetit. rub. ff. de arb. uer. au tamen. uſus eſt trepidatione, aliàs negando, aliàs firmãdo, quod ualeat proceſſus arbitri, cui partes compromittentes dederant formam, ut procederet ſine iuris ordine: & eis non opponentibus ſeruauit iuris ordinem. Quoniam ultra hoc dixit etiam Bald. in l. nulla. ad fi. ff. de leg. quod ſi mandatur iudici, ut procedat ſummariè, & de plano, modò iudex procedit ordinariè, ualet proceſſus, tum per illam legem, tum propter aurea uerba Innoc. in c. uenit. poſt princip. de iudi. ubi dixit, quòd ſeruare ordinem iudiciarium non poteſt nocere. Quæ uerba extollit Bald. in l. teſtamentum. poſt princ. C. de teſta. in auth. offeratur. C. de lit. conteſta. in l. non dubium. C. de leg. in l. obſeruare. ſ. proficiſci. ff. de offic. procon. Bar. in rep. l. 3. ibi, ad rationes. C. de pig. & in extrau. ad reprimendam, in uerſ. poſſit. Et intellige ſemper de conſenſu partium etiam tacito, per d. cle. ſæpe. in uer. non contradicentibus. Et eſto memor, quòd ſi partes acquieſcunt obſeruantiæ ordinis iudiciarij reſpectu unius actus, non cenſentur acquieſcere in alijs actibus, ut eſt ibi gloſſ. aurea in uer. partibus. ad fi. per quam ad totam hanc ampliationẽ ſubintellige, quod tacitus conſenſus limitatus non egreditur limitem. Et eam guſtat Abb. in c. quoniam. de proba. c. ſi quis contra clericum. de foro compet. in c. præſentium. de teſti. Paul. conſil. 25. ſecus dicens in conſenſu expreſſo, ut etiam uult gloſſ. prælle. Concordat etiam illi gloſſ. dictum Innoc. in c. cum uenissent. in fi. de teſti. ubi uult, quòd tacita renunciatio non operatur in alia inſtantia. Sequitur Bu. in c. cum olim. de cenſi. & facit conſi. Lu. 353. Quo ad primum. ad fi. Quæ no. ¶ Caue etiam, quia non eſt ex abrupto firmandum, quòd formæ datæ à lege renunciari non poſſit, quando concernit merè fauorem partium, licet multi, quos allegaui in d. c. ſi diligenti, ſimpliciter hoc innuant, præſertim Bal. ibi poſt Bar. in l. ius publicum. ff. de pac. in l. de his. ff. de tranſact. quoniam in contrarium faciunt, quæ dixi in c. 2. in 6. fallen. de fid. inſtrum. Et fortius Rota, de elect. 3. in nouis, & Thomas Faſto. dubio Rotæ, 53. Item dubitatur, nam cle. cauſam. de elec. dat formã intimationi. Patet ibi, ita demum. & ibi, non aliter. in octo 7. ſigno, de quo ſ. Et tamen ſi appellatus uult proſequi illam appellationem non deuolutam, nec legitimè intimatam, poteſt renunciare fauori & nullitati intimationis inductis per iſtam clem. & eſt ibi glo. in uerbo, deuoluta. quia eſt merè in fauorem appellati, niſi reſpondeas, quòd ibi lex ultrà procedit temperando illam formam in quorum uult; quòd notitia certa habita infra menſem de illa appellatione, æquipollet ſolenni intimationi. Ergo forma illa eſt relaxabilis per ſuum æquipollens, l. permittente. Et ſi replicares, quòd illa notitia debet interuenire ĩ. menſem, ergo elapſo menſe forma non uidetur admittere uires annullatiuas deuolutionis, poſſet reſponderi, quòd ex quo illa forma eſt iam facta l. permittẽte 8 alterabilis per unum modum, ſcilicet notitiæ habitæ infra tempus, uidetur etiam alterabilis per alium modum omnino æquipollentem, imò faciliorem, uidelicet per notitiam habitam, quamuis poſt menſem, & uoluntatem eius, cui principaliter uolebat fauere forma illa, argu. l. cum pater. ſ. 15. de leg. 2. Sed ſola notitia poſt menſem hoc non operat, per illum text. Cogitabis uiſis bene omnibus præallegatis. Sed quicquid dicatur, uidetur, quòd etiamſi lex dat formã

etiam cum clauſula decreti, poſſint partes renunciare duobus concurrentibus, primo, quòd illa forma ſit merè in fauorem earum non mixto fauore alterius, ſecundo, dum modò utriuſque partis conſenſus accedat, ſecus, ſi unius tantum. Ita firmat Domi. poſt Inn. in c. ſtatutum. ſ. cum uerò. uer. conclude. ſecũdum do. In. de reſcri. in 6. Et ita procedit, quòd dicit ibi gloſſ. in uerbo non committantur. Nam ipſa uult, & firmius prædicta, quòd licet in ſ. illius c. ſtatutum ſit generalis clauſula decreti, tamẽ poſſint partes renunciare illi tex. in ſ. cum uero. cum ſit merè in fauorem partium. Et hoc no. quia non fui memor teſcire in d. c. cum acceſſiſſent. Eſt uerum, quod iſti non loquuntur, quando eſt data forma, ſed etiam tunc idem eſt, ut dixi in prin. huius ampliationis. Sed horum deciſio nota eſt, dum loquũtur etiam, ubi eſt clauſula decreti; quod non legi alibi. Et multi, quos allegaui in d. c. cum acceſſiſſent. tenent cõtrarium, maximè Abba. in c. dilecto. de præben. dum dicit, quòd etiamſi decretum ponitur in materia merè partibus fauente, non poſſunt renunciare, per illum text. Cui tamen reſponderi poteſt, quod etſi materia concerneret ibi fauorem capituli, tamen actus, quem Papa prohibebat, uidebatur prohibere ratione inhoneſtatis, quia multi per potentiam tentaſſent, ne canonici frangerent numerum, ut ipſe dixit. Tamen etiam Innoc. ibi in fin. ibi, uel ſecundò. expreſsè uult, quòd clauſula decreti irritantis tollit cõſenſum partiũ, per illum text. & d. c. cui de nou. Et idem Car. conſil. 73. Omnes à me. dicens, quòd extra caſum ſ. in nullo. nulli particulæ. d. c. ſtatutum. poſſunt partes renunciare propter decretum ibi in fi. poſitum, & idem plerique adducti in d. c. cum acceſſiſſent, & expreſsè glo. in d. ſ. cum uerò. dum notat ſi. illius c. ſed acquieſcet ſtylo curiæ. Non dicas, quòd eſt alia gl. clarior in d. c. ſtatutum. in prin. quia ille reſpicit prin. c. cuius prouiſio non tangit merè fauorem partium, ſed honorem ſedis Apoſtolicæ. Sed gloſſ. in ſ. cum uero. loquitur in caſu merè partes reſpiciente. Et ſuper iſtis cõtrarietatibus cogitabis, quia non reperio componentem eas, & forte in uerbis Domi. in d. ſ. cum uero. dum dicit hæc uera, ubi eſt clauſula decreti, deficit non. & debet dicere, ubi non eſt clauſula decreti, & ſi ſic ſtaret, non eſſet opus laborare aliter in hoc puncto, & eſſet ſalua mens Do. quam puto procedere, etiamſi Domi. non eſſet corruptus, ſicut puto eum eſſe. ¶ Amplia ſextò, Etiamſi ſolennitas, quæ eſt de forma, ſequatur actum, ut ſ. in quarto ſigno, & late Bald. in l. 3. ibi, extra quæritur. C. qui admit. inferens, quod conſenſus propinquorum requiſitus à ſtatuto in contractu mulieris, non poteſt ſequi, quia cum ſit de forma, nihil operatur, niſi interueniat in actu. ¶ Sufficit tamen, quod interueniat antè quam deueniatur ad actus extraneos, ut latius per eum concludentem, quòd non ſufficeret ratificatio. Sequitur Paul. de Ca. in l. ſi cum dotem. ſ. eo autem tempore. ff. ſolu. ma. & Alex. in l. 3. ſ. fuit quæſitum. prope fi. ff. ad Trebel. & Imol. poſt Butr. in c. cum conſuetudinis. ĩ. ut. proxi. & Andr. Sic. in c. cauſam matrimonij. de offi. dele. & Card. in c. fin. de ma. & obe. not. Bar. in ſimili, in l. ſi uni. in fi. ff. de re iud. & Bal. in l. executorem. de execu. rei iudi. Et hinc eſt, quod in actu nullo non cadit ratificatio. Io. Andr. in regula, ratum. in Mercu. de quo dicerni in d. c. cum conſuetudinis. ¶ Amplia ſeptimo, Etiamſi alius ſubrogatus habenti expedire actum cum forma, quia tacitè cenſetur ſubrogatus, etiam quo ad aliam formam. Bald. in l. ſi puella. C. de manci. ita alt. fue. dicens, quòd ſi teſtator dedit formam diſtributioni piarum legatorum, ut fiat cum cõſilio prioris prædicatorum, & executor deceſſit, uel ſuit negligẽs, & eius loco ſucceſſit epiſcopus, tenetur illum priorem conſulere: aliàs non ualebit actus. Ad quod uide, quæ latè dixi in d. c. cùm acceſſiſſent. ibi, pro iſto dicto. Et ibi dictis adde Cal. de teſta. conſil. 44. & quod not. Bart. conſil. mihi 187. Domini priores. in fi. ubi dicit, quod 8 † iudex eccleſiaſticus ſupplens negligentiam iudicis ſecularis, debet procedere ſummariè, ſi ita debebat procedere ſecularis. No. etiam Abba. in rep. c. eccleſia. ſ. ut. proxi. Facit illud generale; quòd ſubrogatum ſapit naturam eius, &c. ut lit. pen. eccleſia. la 3. cum fi. ¶ Amplia octauò, Etiam in ſententia arbitri: quia lata contra formam compromiſſi eſt nulla, etiamſi partes eam emologauerunt: tex. in c. examinata. de confir. uti. de quo exultat Bal. de pa. Conſt. in uerbo, ſententiæ quoque, & latè Maria. conſ. mihi 62. Monaſterium ſan

ctæ

ctæ Iuliani. Et ideo dicit Lud. conſi. 241. Eſimile Doctor, quòd laudum latum Piſis, non ſeruata forma ſtatuti Florentini, eſt nullum. Et uide eundem conſ. 218. præſens caſus, An & quando Piſani ſubijciantur ſtatutis Florentinis, maximè in caſibus non deciſis per ſtatuta Piſana. Et hæc in arbitro: ſecus, in arbitratore: quia ſi arbitratur contra formam compromiſſi, ualet arbitramentum. Imo. de iureiu. Quinta uallis. 21. differentia. Item intellige hæc, ubi uitium tranſgreſſionis formæ nō dependet à conſenſu partium: ſed ubi contineret merum fauorem earum, approbando ſcienter, tenentur ad obſeruantiam laudi. Abb. in d. c. examinata. per l. ij. cum glo. C. communia utri. iu. quam apoſtillaui de fo. compe. ſignificaſti. ubi uide. ¶ Hoc modo non eſſet differentia inter † arbitrum & arbitratorem: niſi fortè, quia arbitrator etiam parte contradicente poteſt excedere formam
9
in materia per partem ſemiſſibili: ſed non arbiter. de quo dic, ut per Imo. ubi ſ. ¶ Amplia nonò, Etiam in ſtatutis: ut probant iura ſ. allegata & allegan da. Et no. ſpecialiter Bal. in l. ij. C. quomodo & quando iu. dicens, quòd quādo ſtatutum requirit trinam citationē, non ſufficit una pro omnib. quia forma ſtatuti debet ſeruari ad unguem [a], ex quo recedit à iure communi: & quia poteſtas iurat ſeruare, quòd intelligitur ſecundum formam ſtatuti. Et facit, quòd ipſe no. in l. receptitia. C. de conſti. pec. Et dicit Bald. in l. omnes populi. ibi, item nota, quòd à forma ſtatuti. ff. de iuſt. & iur. quòd ſi ſtatutum requirit tempus, & tu requirit tempus. Et idem, ſi exigit factum conſummatum. Et alia exempla ponit. Vnde dicit Bal. in l. non ſunt liberi. ff. de ſta. ho. quòd ſi data eſt forma, ut duæ citationes fiant ante bannum, & iudex in prima citatione miſit peremptorium, non ualet: quia eſt omiſſa forma. Facit glo. in c. 1. in uerbo, uocatione. & ibi Bal. de mili. uaſ. qui contu. eſt. in clem. 1. in uerbo tertio, de ui. & ho. cle. cum concor. quas dedi in c. quoniam. §. porrò. ut lit. non conteſ. Et dicit Bal. in l. ij. C. de pa. qui fi. diſ. quòd ſtatutum debet ſeruari ad literam. Et ideo dixit Nellus in tractatu bannitorum, in tertia
10 parte temporis. q. 9. quòd † ſtante ſtatuto, quòd nemo banniatur, niſi præmiſſo edicto cum termino 10. dierum pro quolibet nolente reum defendere, uel adeſſe cauſæ, & edictum dicat de quolibet uolente defendere, & non dicit, uel adeſſe cauſæ, non eſt ſeruata forma. Alle. Iac. Bu. in l. hi, qui. ff. de poſtul. & alia. de quib. per eum. ¶ Amplia decimò, Etiam ſi ſolēnitas data pro forma eſſet leuis. Bar. in l. j. ff. de libe. & poſthu. dicens, quòd ſi ſtatutum requirit in inſtrumento nomen, pronomen & cognomen irritans inſtrumentum aliter factum, non ualebit inſtrumentum continens ſolum nomen ſingulare unius: in quo errat. Non poteſt etiā abſque dictis demonſtrationibus: quia forma ſeruari debet ad unguem. Secus, ſi ſtatutum nō procederet irritando: quia tunc non eſſet de forma, ſcilicet de mera demonſtratione, ſecundum eum: cum quo tranſit ibi Pau. & Imo. addens pro hoc ultimo l. hac conſultiſſima. C. qui teſta. fa. poſ. Sequitur etiam Pe. de Anch. in locis allegatis ſ. in quinto ſigno formæ, & Lud. in d. l. hac conſultiſſima. & ibi Phil. & etiam Alex. propter gloſſ. ſingul. in clem. appellanti. in uerbo, aliàs. de appel. de qua fuit dictum ſ. eo. cum ordinem. ubi notorietas nō excuſat in proportione eius, quòd eſt de forma. Reſpondat ad glo. in d. l. hac quòd expreſſio illarum qualitatum non eſt ibi de forma: quia ſi poſſet probari, de quo teſtator ſenſerit, remaneret teſtamentum ualidum, etiā ſine demonſtrationib. de quibus ibi per no. in l. ſi quis pluribus. & in l. ſi fuerit. ff. de reb. dub. Ad hoc quod ſcribit Hieron. in quadam epiſtola, dicens, Non ideo putes aliqua cōtemnenda eſſe mandata, quia leuiora ſunt: tam enim maxima illa quàm minima imperata ſunt, & contemptus cuiuſcunque præcepti, præcipientis iniuria eſt. In quo uis propoſito, in quouis gradu æquale peccatum eſt, uel prohibita admittere, uel iuſſa non facere. ¶ Eſt uerum, quòd Ange. in dict. l. j. & in l. quoties. §. ſi quis nomen. ff. de hære. inſtitu. cum quo tranſit ibi Imo. noluit, quòd etiam, ubi ſtatutum non requirit pro forma dictas expreſſiones, omiſſione earum uitiat indiſtinctè, quia non uidetur differentia, an lex uel ſtatutum procedat annullando actum

Ad unguē] Ad de Alex. de Imol. plenè in l. 1. de lib. & poſth. ubi multa allegat ar. contra pro Bart. in l. nemini. C. de aduoca. diuerſ. iudic.

uel non, per l. non dubium. C. de leg. Sed ad illam l. reſpondere poteſtis ex dictis Bal. in l. ſtatutis. uer. in textu, ibi, adijcimus. C. de ſen. ex breuic. reci. dum dicit, quòd ſi illa l. non apponeret decretum annullationis, ualeret ſententia, omiſſa ſolennitate, de qua ibi, licet ferri non deberet. Et ſic uult, q aperta expreſſio decreti annullatiui operetur formam, non autem tacita, de qua in d. l. non dubium. quòd etiam firmat Salic. clarius in d. l. ſtatutis. in 1. no. ubi dicit, quòd l. nō dubium. dum dicit prohibuiſſe, ſufficiat procedi, quādo lex prohibet actū fieri: ſecus, quādo lex loquitur non prohibitiuè, ſed mandat actum certo modo fieri: quia tunc ualet actus, licet modus ille non fuerit ſeruatus, ſi lex, uel ſtatutum non proceſſit ultra annullando. Mouetur: quia l. 2. C. de ſen. ex breui. re. prouidet, quòd ſententia feratur in ſcriptis: poſtea lex uel ſtatutum, addit, quòd ſi non fuerit lata in ſcriptis, non ualeat. Vnde ſi prima prouiſio ſufficeret ad annullationem actus, eſſet ſuperflua. d. l. ſtatutis. Et ſequitur accuratè Alex. conſi. mihi. 508. inſpecto proceſſu. aliàs eſt in 4. uol. 23. ex quibus tollitur obiectio Ang. de Are. d. l. non dubium. ¶ Circa quam in propoſito uide etiam omnino, quòd not. Bal. & Pan. de Caſ. in l. humanū. C. de legi. ubi dicunt, quòd quando in l. aliquid ordinatur, & dicitur, quòd aliter non fiat, uidetur tacitè dictum, quòd ſi contrà fiat non ualeat, per d. l. non dubium. Tamen lex maioris eſt efficaciæ, quādo expreſſè dicitur, quòd actus aliter factus non ualeat. Vnde in primo caſu ad tollendam legem tacitè irritantem actum non requiritur clauſula, Non obſtante, d. l. humanum. Sed in ſecundo caſu requiritur expreſſa clauſula, Non obſtante, ſecūdum eos. & facit quòd dicitur ī. in fin. primæ limitationis. Ita in propoſito, licet lex, uel ſtatutum requirens certam ſolennitatem, habeat tacitā clauſulam decreti, per l. non dubium. fallit tamen, ubi eſt ſolennitas legis, ſecundū Imo. in l. 2. §. prius. ff. de uul. & pup. per l. 1. ff. de uen. inſpi. & not. Bald. in d. l. hac conſultiſſima. ibi, tu dic, quòd prima. Sed ſi clauſula decreti annullantis eſt expreſſa, operatur maiorem efficaciam: quia introducit formam omnino ſeruandam, etiā in materia leui. Et iſta perpetuò no. quæ adde ad ea, quæ dixi de teſt. cog. ſuper eo. ¶ Et ſecundum prædicta poteſt intelligi notabile uerbum Rotæ, de offi. deleg. 9. Item collector in nouis, uer. item ponderauit. dum dicitur ibi, quòd collector poteſt etiam plures ſubcollectores ſimul deputare, licet hoc ſit contra regulam cancellariæ: quia illa regula non habet decretum, uel inhibitionem. Et ſic ſentiunt, quod eſt dictum ſ. circa l. non dubium. quia regula mandat aliquid fieri certo modo, & non prohibet expreſſè, ne aliter fiat. Inducunt glo. in cle. 1. in uerbo, nullatenus, de ſeque. poſ. & fru. & glo. in cle. 1. in uerbo, inhibentes. de iure patro. quàm noui ter dilataui in c. ex parte de conſti. Et ad hæc puto reducenda quædam inculcata per Firmanum in uerbo, forma. prope fi. ibi, forma non ſeruata, &c. & in uerbo, actus. ad fi. 1. col. Bene facit conſilium Abb. 96. Quidam canonicus regularis. ubi dicit, quòd qui non ſeruauit formam capi. licet: de reg. cogitur redire ad monaſterium dimiſſum, etiamſi non receſſit leuitate animi. ¶ Et ſi diceretur, Iſta reuerſio eſt legis ſolennitas, quis poterit iterum recedere petita licentia quamuis denegata, d. c. licet. Reſpondet, ſatis eſſe, quòd ſatisfiat formæ iuris, per c. ad petitionem. de ſecul. & clē. 1. de ſup. neg. prælat. ubi uide glo. in uerbo, reuocari. quaſi in medio, ibi, ſed ſatis eſt, quòd ſatisfiat iuri. Facit c. debitores, de iureiu. Itē fortè poſſet rurſus induci ad remanendum, & ideo ſufficit ſolennitatem poſſe contingenter eſſe non leuem, ſecundum eum. Pro quo ultimo uide omnino Bar. in §. ſi plures allegato ſ. in tertio ſigno formæ. Adde etiam Bald. in cap. 1. poſt prin. de præſcri. ubi dicit, quòd ſi ſtatutum dicit, quòd teſtamentum non inſinuatum intra ſex menſes ſit nullum, alio ſtatuto cauetur, quòd ſi non eſt petitum caſſari, poſſit quandocunque inſinuari, debent ambo ſic intelligi, quòd ad hoc ut non poſſit inſinuari, requiruntur duo, ſcilicet quòd ſit nullum, & quòd ſit petitum caſſari. ¶ Et ſi diceretur, ad quid petitur caſſari, ſi eſt nullum? reſpondeo, ut de facto ſeruetur forma ſtatuti: argu. optimum in l. quidam cum filium. ff. de uerb. ob. & in l. Mænius. ff. de cond. & demon. ſecundum eum. Facit etiam, quod no. Abb. poſt Inno. in c. ueniens. 2. ante uer. uenio nunc. ibi, ac etiam per hoc iuri factum. de teſti. ¶ Per hæc redditur dubia deciſio Ang. in d. l. hac

hac conſultiſſima. dum dicit, quòd ſi ſtatutum requirit pro forma conſilium ſapientis, non oportet ipſum habere, ubi caſus eſt clarus in iure. ¶ Sic etiam per hæc reputo dubitabile dictum Bal. in l. ſi donationem. C. de nupt. dum dicit, quòd licet doctoratos non fecerit conuiuium, quòd debet facere ex forma ſtatuti. tamen nihil detrahitur de ſubſtantia doctoratus. Vnde Ana. in Rub. de magi. non ſine cauſa ſimpliciter dicit, Pōdera quia Bal. præſupponit, quòd teneatur ex forma ſtatuti. Et aliud non dicit Ana. ſecutus morem ſuum in loquendo ex ſe timidiſſimè, & rarò firmo pede, quod non puto carere prudentia, cum eadem temperantia utatur Ioan. Andr. in ſuis lecturis aliorum recitatione communiter contentus. ¶ Amplia undecimò, etiamſi forma impleretur per æquipollens [a]. Hoc probant dicta Bal. & aliorum in d.l. j. de lib. & poſth. pro quibus uidu Rotā de elec. 5. in antiquis, ubi dicitur, quòd compromiſſarij habebant in forma mandati, ut ſeruarentur nota omnium & ſingulorum & inuenientes maiorem partem concordent in unum de capitulo, ipſum elegerunt et nō ſcrutato, quòd non dicitur ſeruata forma, quia licet acceptādo declarat uotum ſuum, glo.ſin. de elect. cùm in iure, tamen non dicitur formaliter ſcrutatus, & licet Rota uideatur inclinare pro illa electione, tamen collector, in uerſi. ſed illud non ſequitur. uidetur reſidere in illo motiuo formæ non ſeruatæ. Similiter dicit Alb. in 1. parte ſtatu. quæſt. 11. Adhuc idem Dy. Statutum Veronæ requirit, quòd in inſtrumento apponatur nomen proprium diei, non ſufficit ponere diem menſis, niſi dicatur die Lunæ, uel die Martis. Ita dicit Dy. conſuluiſſe. ¶ Similiter dicit gl. magna, Inn. & doc. in c. 1. de bap. quòd † non ſufficit dicere, Baptizo te in nomine Trinitatis [b]. Et latè beatus Tho. in 4. diſt. 3. q. 1. art. 2. dicens, Idem, ſi dicerent in nomine genitoris, & geniti, & procedentis ab utroq;. Et unum conſidera, quia in caſu neceſſitatis perſona etiam idiota baptizare poteſt, ut per Theologos in 4. diſt. præallegata, & tamen, ſi neſciret loqui Latinè, ſed diceret uulgariter, idem eſſet. De quo, & de multis alijs uide Rich. in d. diſt. q. 2. art. 3. Vbi inuenies, quòd circa baptiſmū poteſt dubitari de mutatione formæ ſex modis, ſubtrahendo, addendo, interponēdo, uerbum pro uerbo ponendo, uerba corrumpendo, & uerba traſponendo, & de quolibet non eſt abſolutè reſpondendum. Tamen tenet, quod prædixi. Aliquid etiam in Summa Piſana, in uerbo, baptiſmus. 1o 1. & per Brixi. in uerb. baptiſmum. in 3. col. §. forma, quam ſeruat eccleſia, cum quinque ſequentib. Et ibi ēt per uerbum Puto, tenet, quòd nō ſufficeret dicere in nomine genitoris & geniti & flaminis, licet gl. dicat contrarium propter æquipollentiam, in cap. multi. de conſe. diſt. 3. Sed eſt firmiter tenendum contra eam, quam reprobant ibi Lan. Io. de Pi. & Arch. & Tho. & Summa Piſana, ubi ſuprà. Adde etiam Bal. in l. inſtitorem. ff. ſi cer. pe. ubi dicit, quòd quando eſt defectus formæ mandati, longè differt quid ex æquipollentibus fiat. De quo facit magnum fundamentum Mart. conſ. mihi 53. Dominus Angelus Maurocenus. ¶ Et dixit Bal. in d.l. edita. C. de edē. in rep. Padua. ibi, circa ſextū. ſi ſtatutum dicit, quòd uulnus exprimatur in libello, ſufficit dicere, percuſſit eum gladio cum ſanguinis effuſione, non adiecto, quòd fecerit uulnus: quia quod ipſa natura manifeſtum eſt, ſatis uidetur expreſſum, niſi percuſſio eſſet facta in loco, ex quo ſine uulnere poſſit exire ſanguis, putà in naſo. ¶ Hoc limitat Mart. in c. 2. de lib. obla. niſi ſtatutum exigeret expreſſionem uulneris pro forma ſubſtantiali, per ea, quæ habentur in d. c. 1. de baptiſmo. quia tunc indiſtinctè debet exprimi uulnus. Similiter dum dicunt Bal. & Pau. in l. 1. C. ut quæ deſunt adu. & Ang. in l. 4. in prin. ff. de dam. inf. quòd ſtante ſtatuto, quòd de cicatrice non poſſit ferri ſententia, niſi medicis adhibitis, & de ea referentibus, tamen ſi notorium eſt cicatricem remanſuram, ualebit ſententia omiſſa relatione. Limitat hoc Alex. in d.l. 1. ibi, ex his infertur, niſi ſtatutum expreſſè annullaret ſententiam latam, omiſſa dicta relatione propter dicta. Bal. in d.l. 1. de lib. & poſth. ¶ Pro iſtis etiam facit, quia licet iſta æquipolleāt. uidelicet aliquid eſſe expreſſum per ſe, uel per relationem certam ad aliud, l. ait. prætor. §. 1. & l. in ſumma, in prin. ff. de re ind. c. præterea. & ibi Dom. in 3. notabili, 24. diſ. l. pe. C. de ſent. quæ ſi cer. quan. cum ſi. tamen ubi eſt data forma, non ſufficit eam adimpleri cum relatione ad aliud, ſecundum Ange. in l. ubi autem. §. qui aliud. ff. de uer. obl. dum dicit, quòd cùm data ſit forma expreſſioni grauaminis in appellatione ab interlocutoria, ſcilicet quòd fiat nominatim, cle. appellanti. de ap. nō ſufficit, ſi fiat per relationem ad acta. Et no. etiā Ang. in l. prætor. in prin. ff. de ope. no. nun. & multi allegati utrobiq; per Alex. & oēs in d. cle. appellanti. Ad idem elegans dictum Bal. in c. licet. uer. & hoc etiā facit. de ſup. neg. præla. ubi in effectu uult, ſi ſtatutum punit eum, qui eſt in mora à calendis Maij uſque ad calendas Nouēbris, non habet locum in eo, qui fuit in mora à calendis Auguſti uſque ad calendas Nouembris, & etiam à ſequentibus calendis Maij uſq; ad calendas Auguſti, quia licet iſta mora duorum trimeſtrium ſit de ſex menſibus, tamen non eſt decurſa cum illo modo, quo loquitur forma ſtatuti, ſed inchoando à Maio, ſed eſt decurſum tempus in genere, quod perpetuò notātum, quia eſt peregrinū dictum, tum, quia facit ad multa. Vbi autem non datur forma, bene ſufficit ſeruare ſtatutum in caſu æquipollenti, ut per Bal. in d.l. j. C. ut quæ deſunt. Sic etiam ſufficit contrauenire ſtatuto per æquipollens, putà, cùm ſtatutum Florentinum prohibeat, ne quis poſſit facere ſecuritatem de reb. ſeu mercantijs, quæ uectantur in nauibus, certè ſi quis facit ſecuritatem pro corpore ipſius nauis, dicitur contrauenire ſtatuto, cū iſta æquipolleant in effectu. Paul. conſ. 347. Viſa quadam ſecuritate. tum etiam, quia ſtatutum eſſet ludibrio, quod non eſt dicendum, ut ibi per eum. Pro quo in iſta ultima ratione uidu plura, quæ adducam j. eod. Rodulphus in j. limi. primæ cōcluſionis. ¶ Sic etiam intellige Bal. in auth. ſi oēs. C. ſi ut ſe ab hære. abſti. dum dicit, quod ſtante ſtatuto, quòd à die citationis uſq; ad certum terminum iudex debet ſic facere, modò nō interueniat citatio, ſed præſentia, dicit, quod idem operabitur præſentia, quod citatio cum debita expectatione citati, cum iſta æquipolleant. Facit c. in his. cum ſi. de uer. ſig. ¶ Non aperit Bal. quid ſi ſtatutum exprimeret hoc pro forma, tamen ex quo ponit tēpus, fortè ſentit, quòd ſit forma, ꝑpter dicta ſ. in 8. ſigno. Et ita eum intelligit Alex. in l. ſi. poſt prin. C. de procur. colligens ex iſto dicto, & ex alio, quod ſtatim dicetur, quòd ſufficit formam ſtatuti ſeruari per æquipollens. Tamen interdum fallit, ut per Bal. in d.l. j. de lib. & poſthu. ſecundum eū. Qui modus loquendi profectò non adaptet iſta dicta. Et contra prædicta facit dictum Bal. poſt Iaco. Bu. in d.l. ſi. dum dicit, quòd ſi ſtatutum requirit pro forma, quòd ante bannum debeat quis citari, ut compareat, uel alius pro eo, & iudex citauit, dicendo, ut ipſe compareat, non addito, uel alius pro eo, ualet citatio, licet non ſit ſeruata forma, quia per illam l. intelligitur citare, ut ueniat per ſe, uel per alium. Vnde nihil operatur, ex quo tacitè includitur. ¶ Quæ dicta innuūt, quòd forma omitti poteſt propter æquipollens, niſi dicas, quòd in caſu Bal. in authen. ſi omnes. ſubiecta materia non exigit formam, & in caſu. Bal. in d.l. ſi. ſatis ſeruetur forma, ex quo non eſt omiſſa. Probatur, quia ſi iſta uerba, Compareas per te, importāt per te, uel per alium, d.l. ſi. ergo forma uidetur adimpleta, quia non eſt omiſſa. Tamen cogitabis. Et iſta melius ſtant, quàm ea, quæ alias dixi in c. 2. in j. concluſione, de libel. obla. Pro quibus facit gl. hic in uerb. trāſponentes. in ſi. dum dicit, quòd ſi aliquid legitimè fiat, tamen omiſſio formæ uitiat. Eſt etiam alius caſus, in quo ſufficit ſeruare formam per æquipollens, ſcilicet ratione euitandi ſcandali, de quo j. in 7. limitatione. ¶ Amplia duodecimò & ultimò, Etiamſi habens formam limitatam ad præparationem actus uellet ipſum actum nedum præparare, ſed expedire, quia actus non tenebit propter tranſgreſſionem.

Lud.

a *Per æquipollēs*] *Adde do. So. in cō ſil. 35. incip. pro ſequēdo ordinem. uer. uerùm, quia. cum uer. ſeq. in 1. parte, ubi hoc idē tenet.*

b *Non ſufficit dicere, Baptizo te in nomine Trinitatis*] *Adde tu, quid ſi dicatur, Ego baptizo te in nomine Chriſti, an ſit baptizatus: & dico, quod nō: quia licet diſpenſatum fuerit, ut Apoſtoli poſſent baptizare in nomine Chriſti, ut dicit gloſſ. in cap. à quodam. de conſec. diſt. 4. illud fuit ut nomē Chriſti dilataretur, ut ibi. Tamen glo. in d. capit. à quodam. tenet, quòd ſi ſit baptizatus in nomine Chriſti, quòd ualet baptiſmus. Sanctus Tho. in 4. ſenten. tenuit contra. Vide Arch. in d. c. à quodam.*

Lud. conſil. 390. Circa primum. ubi per multa infert, quòd habens mandatum ad admittendam poſtulationem & faciendam abſolutionem a uinculo, quo tenebatur aſtrictus aliquis prælatus, non potuit expedire tráslationem eius, ad alteram prælaturá. Et inter alia adducit Ro. quæ eſt de renun. 3. in antiquis, ubi dicitur, quòd habens mandatum ad recipiendam reſignationem fiendam ex cauſa permutationis, non poteſt conferre beneficia reſignata ipſis permutare uolentib. ¶ Et inducit c. Nicolao. de appel. ubi mandatum ad iudicem impetrandum, quod eſt litis præparatorium, non operatur, quòd poſſit litem præparatam perſequi. Eadem ſententiam aſſumpſit Lud. conſi. 461. in eo quod quæritur, probans, quòd habens commiſſionem ad impetrandum extractionem frumenti, non potuit ipſum emere. Et dicit Rot. de renun. 11. in antiquis, & latius 2. in antiquioribus, quòd executor ad prouidendum non poteſt acceptare renunciationem, licet de beneficio ualidè renunciato prouidere poſſet.

Limita regulam Primò, niſi faciens actum contra formam ſit talis, qui poſſit ei derogare, quia in dubio uidetur derogare. Bal. in l. 3. ibi, ſolutio, ſi conſilium eſt tale. ff. de legi. dicens, quòd licet ſtatutum det pro forma, quòd omnes propoſitæ debeant fieri per priorem priorum, & aliter non ualeant, tamen ſi congregata a lunantia generali populus uult unum, quòd prior non audeat proponere, & alius proponat, & populus ſtatuat, ualet ſtatutum, quia ſi conſilium eſt tale, quòd poteſt illi formæ derogare, ualet actus, & ſufficit, quòd conſtet de uoluntate populi, & non curatur de modo. Et idem no. Bar. in l. uniuerſis. C. de preci. impe. off. & in l. obſeruare. poſt medium, C. de decu. lib. x. Et exclamat Pau. in d. l. uniuerſis. & Baptiſta in l. omnes populi. fol. 6. ff. de iuſt. & iur. quem extenſè retuli in c. quoniã. in prin. ut lit. non conteſt. apoſtillando ſumptuosè gloſſ. & Bar. in l. uniuerſis. C. de preci. impe. off. . . no. Cal. de iure patro. conſi. 11. dixi etiam in cap. 1. ante finem, de ma. & obe. ¶ Ad idem, quod uo. Bal. in l. Barbarius. ff. de offi. præto. dicens, quòd licet magiſtratus non poſſit contra ſtatutum, in quo datur ei certa forma, tamen ſi conſiliarij reformant aliquid contra formam ſtatuti, uidentur tacitè diſpenſare ſuper ſtatuto. Facit, quod no. Bu. & alij in c. 1. de his, quæ fi. à ma. parte. ca. dixi ti. præcedenti, cùm acceſſiſſent. Sed Alex. in l. 3. in prin. ff. ad l. Falci. reprobat Bal. in d. l. 3. quia ubi ſtatutum primum habet clauſulam derogatoriam ad ſecundũ non ualet ſecundum, non facta mentione de primo. Bar. in l. omnes populi. 3. q. principali, ibi, circa ſecundum. de iuſt. & iu. & in extra. ad reprimendum. in uerbo, Non obſtantibus. cum concor. Sed iſtud ſtatutum de non proponendo habet clauſulam derogatoriam. Ergo, &c. ¶ Probat minorem ex tex. cum gloſſ. & quod ibi Bartol. in l. 3. C. de peti. bo. ſub. lib. 10. ubi quando ſtatutum diſponit, quòd nõ poſſit fieri propoſitio, uidetur etiam diſponere, quòd non ualet reformatio facta ex illa propoſitione. Et ideo cõcludit Alex. quòd debet expreſsè diſpenſari ſuper ſtatuto. ¶ Conſidera: quòd aliquando prohibitum eſt, ne aliqua materia proponatur in conſilio: & tunc bene uidetur prohiberi ſtatutum ex dicta propoſitione. Et ita loquitur d. l. 1. Aliquando non prohibetur materia proponi: ſed prohibetur perſona, ne proponat, & tunc ſi proponit alius, & ſequatur ſtatutum conditum ab illis, qui poſſunt derogare ſtatuto, ualet propoſitio & actus: quia uidetur diſpenſare. Hanc differentiam expreſſè facit Bar. in d. l. 1. C. de peti. ibi, ſolutio. hic loquitur, dum reſpondet ad l. uniuerſis. C. de preci. impe. of. quæ dicit, quòd non curatur, per quem preces oblatæ ſint. ¶ Modo in caſu Bal. in d. l. 1. de legi. in hoc ſecundo membro, in quo non prohibetur materia proponi ſed prohibentur perſonæ. Ergo uerba Bar. potiùs uidentur facere pro Bal. Tamen cogitabis propter authoritatem Alex. quæ maximè procederet, quando in ſtatuto eſſet clauſula, Aliter actus nõ ualeat, propter conſiliũ Lu. 402. dum dicit, non ualere emãcipationem non præmiſſa denunciatione præconia, cùm ſtatutum Senenſe dicat; quòd aliter facta non ualeat. ¶ Li-

12 mita ſecundò, niſi † iudex excedat fines mandati, & exceſſio non ſit inuiſta: & illud, in quo excedat, ſit uicinũ mandato. ita ſimpliciter dicit Domi. hic: allegat gl. in c. licet. 8. q. ¶ Addo gl. ſi. in c. innocens. 22. q. 4. quæ dicit, quòd ſi iudex faciat id, quod non multum differt à mandato, non dicitur exceſſiſſe fines mandati. Idem gl. 2. ad fi. in c. nullus 62. diſ. per tex. in l. Iam tamen. §. fi. ff. iud. ſol. ibi, quaſi iuxta mandatum. & ſi non mandatum fuerit. ¶ Intellige ſanè. dum modò iſtud ſit uicinum & coniunctum mandato: quia tũc etiam, ubi eſt data certa forma, iſtud non dicitur præter, nec contra mandatum. Abb. in c. cauſam. ibi, hoc teneas. de re iudi. & ibi plura adduxi ad hoc propoſitum. Sed ubi mandatum non contiuet formam exceſſus circa contigua mandato, non uitiaretur, licet non ſit omnino coniunctus. Et profectò ſic loquuntur dictæ gloſſ. nihil dicentes de forma: & idem probant, quæ deduxi in d. c. cauſam. uer. actus contiguus. ubi omnino uide. ¶ Hoc modo intellige glo. in ca. olim. lo 1. in uerbo procurator, de offi. deleg. & quod etiam ibi dixi. Facit c. præterea. de offi. deleg. ubi ueniunt in mandato ea, ſine quib. mandatum expediri non poſſet: per quã regulam deciduntur plura in diuerſis locis, quæ ibi reduxi ultra Modernos. ¶ Limita tertiò, dum modò forma reſcripti concernit ordinem facti, ſecus, ſi ordinem iuris, ſecundum quem reſcriptum in dubio eſt interpretandum. Cald. hoc ti. conſ. 20. ad fi. Et de ſen. exc. conſi. 1. per ca. cauſam. ã. eo. Vnde ſi aliter non apparet de mente reſcribentis, in dubio reducuntur uerba ad ſenſum iuris, ut ibi. & ſentiũt omnes hic, dum tractant de ordine ſeruando. Et uide quæ dixi ſ. de ordine. & in d. c. cauſam. Vnde dicit Cal. quòd iſta uerba, Abſoluatur præmiſſa ſatisfactione, non importãt, quòd præmitti debeat ſatisfactio: ſed ſufficit cautio, quando non eſt manifeſta offenſa, per c. ex parte. lo 1. de uerb. ſig. Et generaliter uult Cal. in dictis conſilijs, ordinem reſcripti non eſſe in dubio ſeruandum, ubi perueteretur ordo iuris. Facit ſexta limitatio ſequens. Et hinc eſt, quòd quando ſubreptio dedit cauſam formæ reſcripti, non autem conceſſioni reſcripti, quòd omnino princeps conceſſiſſet in forma communi, tunc iudex poteſt, imo debet omittere formam reſcripti, & ſequi formam iuris communis, tanquam delegatus. Tex. not. ã. co. ſuper literis. in uer. non ſequens formam in literis appoſitã. De quo tex. poſſet etiam fieri ſeparatim una limitatio ad iſtum tex. Et ad idem facit tex. in c. ſuper eo. de offi. deleg. per quem dicit ibi Bal. in ultimo notabili, quòd forma reſcripti non eſt ſeruanda, quando ex hoc læderetur ius tertij, qui non eſt nominatus in reſcripto. Quod eſt menti tenendum, & no. dignum, ſecundum eum. ¶ Limita quartò, dum modò ordo in exercendo actum tradatur ſimul cũ ipſa poteſtate exercendi actum: ſed mandatarius habebat prius poteſtatem ſuper illo actu, deinde committitur ſibi cum certa forma, omiſſio illius formæ nõ uitiat actum, ſed ſuſtentatur ex priſtina poteſtate ſimpliciter competẽte. Pet. de Anc. in d. regula, ea quæ. & Imo. hic propter glo. in cle. 1. in uerbo, inhibentes. de iure pa. de qua dixi ſatis ti. præcedenti, ex parte. ¶ Et cõſidera: quia fortè illa gl. cũ his, quæ ibi adduxi, loquitur, quando datur iuriſdictio modificata, uel qualificata: quia ſi prius ſimpliciter cõpetebat, ualet actus ſine illa modificatione, uel qualitate. ſi nõ eſt ibi clauſula decreti. Sed ubi datur ſpecialis forma certa, quãuis prius iuriſdictio competeret, tamen iura, quæ dicunt actum nullum omiſſa forma, uidentur adhuc militare, ut ſic faciamus differentiam inter omiſſionem qualitatis, uel modi, & omiſſionem formę quæ uidetur requirere exactam & ſpecificam obſeruantiam. Aliás ſequeretur, quòd quoties ordinario cõmitteretur aliquid exercendo poteſtatem ordinariam, & daretur ſpecialis forma non prius neceſſaria, quòd eius omiſſio non uitiaret: Et iſtud reputarem difficilis perſuaſionis, licet multi, quos adduxi in d. c. ex parte formæ ſentiant illã glo. procedere etiam in omiſſione formæ. Conſidera etiam, utrùm iſta forma uideatur facere ordinarium delegatũ, iuxta no. in c. licet. & c. graue. de offi. ord. Et ſcias quòd ordinarius, cui princeps ſcribit per uerba facientia eum delegatũ non tenetur ſeruare formam ſtatutorum loci, cui præeſt: licet ſecus, quando exercitaret eius iuriſdictio ordinaria. Bal. in d. c. licet. ad fi. exclamans de hoc per illum tex. ¶ Limita quintò, dum modo forma mandati ſit limitata ad certum quid: ſecus, ſi eſt data forma, ſed non limitata in indiuiduo quia tunc, ſi allegatur exceſſus formæ, non eſt actus ipſo iure nullus propter probabile dubiũ, quod oriri poteſt, an exceſſeris; uel nõ ex quo forma non hẽt certos limites. Ita colligitur ex uerbis Io. And. in c. quod ad conſultationem. de re iudi. Et ibi refert Abb. poſt alios ibi, uento ad glo. ultimã quoniam executor excedendo formam commiſſionis nihil agit,

ugit,& tunc ab eo appellatur, ſi excedit, ut ibi: ergo uctus non eſt nullus: quod eſſet, ſi excederet præciſè formam. Sed illud eſt quando mandatum non eſt limitatum ſuper certo: putà, habet facere executionem bonorum ualentium certã uel bonorum, quæ poſſidebat teſtator, in qua executione poteſt oriri dubium, an exceſſerit: ideo appellatur. ¶ Conſideratur quòd licet ad hoc notentur illa uerba, tamen fortè limitatio eſt dubia: quia ſi re uera demum conſtiterit formam eſſe exceſſam, declarabitur proceſſus nullus. Nec eſt abſurdũ quòd iudex appellationis dicat actum eſſe nullum, l. Carmelia Pia. ff. de iure pa. Bar. in l. ſi expreſſim, ff. de app. Nec appellans uidetur fateri actum ualere: quia fortè appellat ad euitandum grauamen eſſe nullum, l. Carmelia Pia. 10 q. 13. de re iudi. dixi in ca. j. de iud. Et hinc eſt, quod Hoſt. in d. c. quo ad. & ibi Abb. in d. c. dicunt, quòd imo exceſſus executoris ſemper reddit proceſſum ſuum nullum; ſed quòd utile eſt

13 appellare, ut euitetur grauamen facti. ¶ Limita ſextò,† niſi delegatus, recedat ab eo, quod ſonant uerba formæ, ut audiat rationabilem exceptionem partis: quia licet ſimpliciter ſit expreſſa certa forma, per quam nihil uideatur dici de admittendis exceptionibus, tamen non præſumitur mens Papæ tollere exceptiones rationabiles parti competentes. Abb. in cap. ex parte. lo 2. t. uo. per illam tex. de offi. deleg. ¶ Pro quo facit glo. in c. lator. in uerbo, excuſatione. 2. q. 7. uolens, quòd ſi dicitur, ut aliquid fiat ceſſante omni mora, uel excuſatione, tamen admittitur exceptio iuſta: & ſentit glo. t. in cap. placuit. 21. q. 2. Videtur tamen, quod ſi conſtaret factum eſſe notum Papæ, & mandaret nullam exceptionem admitti, quòd debeat obediri, ſecundum Archid. poſt Lau. in d. c. lator de quo diſtingue, ut ſolenniter ibi per Domi. uer. conclude, ſi quæritur. & ſoleo referre in d. c. ex parte. ¶ Limita ſeptimò, niſi propter imminens periculũ omittatur ſpecifica obſeruantia formæ: quia ſufficit eã adimplere per æquipollens. Lud. latè conſi. 433. Quo ad primum. Vnde ſi publicatio acceptationis, quæ ſecundum regulas cancellariæ debet fieri ab expectante in loco beneficij, non poteſt ibi fieri propter periculum: & ſi fiat alibi, ualet, dum modò ita poſſit deuenire ad notitiam ordinarij, ſicut ſi fieret in loco dato pro forma. Inducit multa, maximè c. conſtituimus. de offi. deleg. in 6. clem. cauſam. uerſi. uerùm. de elect. cle. 1. de fo. compe. glo. in clem. unica, in uerbo, loco. de conceſ. præben. omitto confirmare multipliciter per ſimilia. Dixi aliquid l c. ex parte. 3. col. 11. tit. præcedẽti. Vide aliqua per Lud. in l. ſi uerò. §. de uiro. 10. fallentia. ff. ſol. ma. & quæ dixi in c. quoniam. in prin. ut lit. non conteſt. ¶ Limita

14 octauò & ultimò, niſi † per confeſſionem partis recedatur à forma, cuius menti ſatisfacit manifeſtatio cõfeſſionis. Phi. de appe. dilecto. ibi, ex prædictis. dicens, quòd proceſſus; qui aliàs eſſet totaliter nullus propter defectum formæ mãdati, efficitur ualidus uirtute ſolius confeſſionis [a], per ca. Piſanis. de reſtit. ſpo. ¶ Adde Bal. in rub. de iuriſ. om. iud. ubi idem tenet per d. cap. Piſanis. quod dicit non eſſe alibi: quia ubi eſt confeſſio, ibi non eſt neceſſaria diſceptatio fori, quod iudicium uocamus, ſecundum eum. Et idem Ab. in d. c. Piſanis. ibi, ultimò. ſingulariter extollens ad hoc illum text. & aſſignat rationem: quia confeſſio non exigit ad ſui ualiditatem telam, ſeu inſtantiam iudicij, ut dicit Innocen. frequentiſſimè allegatus, de accu. qualiter. lo 2. Bar. in l. ſi confeſſus. ff. de cuſt. reo. cum pluribus concor. quas aliàs recitaui in d. c. qualiter. reſtringendo Inno. t 2. modis, in quib. non ualet confeſſio ſuper inepto iudicio. ¶ Obſtat huic limitationi dictum Bald. [b] & Sal. in l. ut debitum. in fi. C. de hær. act. dum dicunt, quòd ordo omiſſus & præpoſteratio uitiant confeſſionem partis. Allegant oo. per gl. in l. maritus. ff. de quæſtio. & in l. non tantum. ff. de ap. Vnde propter hoc aliqui limitãt Inno. ubi ſupra. niſi iudicium eſſet nullum ratione præpoſterationis. ¶ Reſpondent ad c. Piſanis, quòd ualuit confeſſio Piſanorum, quo ad hoc, ut epiſcopus haberet poſſeſſionem, aſfictum & penſionem illorum caſtrorum: non tamen per illã confeſſionem fuit ualidatus proceſſus iudicum delegatorũ qui erat nullus ratione præpoſterationis: Imo Papa pronunciat ibi proceſſum nullum. Et ſic aliàs tranſiui in d. c. qualiter. ¶ Nunc autem non capio iſtam reſponſionem: quia confeſſio non potuit ibi ſubſtentare totum proceſſum, cum ipſa non concerneret, niſi unum articulum. Vnde hactenus operatur, quatenus reſpicit partem proceſſus. Et iſta eſt ratio, quare reliquus proceſſus inualidatur: ſed non ſequitur quin quantum ad dictum articulum confeſſio non ualeat & operetur effectum ſuum, quo ad penſionem & affictum & ſic in illis eſt uerum dicere ibi eſſe caſum, quòd omiſſio formæ non uitiat confeſſionem, nec iudicium, quò minus confeſſio non dicatur iudicialiter facta. Et ideò tutius eſt ſequi, quod dixit ipſemet Bald. in locis primò allegans, & ipſe etiam Sal. in l. ij. in fi. C. de cuſt. reo. uolens, non poſſe opponi de nullitate proceſſus quando reus fuit ſpontè confeſſus crimen. Vnde arguendo contra eos à fortiori, uidetur, quòd ſi totalis omiſſio ordinis nõ uitiat proceſſum, in quo emanauit confeſſio concernens totum negotium, uel non uitiat partem proceſſus, quem reſpicit iſta confeſſio, ſecundum eos: multò minus præpoſteratio, quæ uidetur minor macula, quàm ipſa totalis omiſſio ordinis, arg. notatorum per gl. 2. q. 1. in ſumma, & in l. prolatam. C. de ſente. ¶ Et intellige iſta ſanè, quando nullitas proceſſus cauſatur ſolùm ex defectu formæ non ſeruatæ. ſed ſi cauſetur ex defectu iuriſdictionis, ſecus. Vnde ſi proceſſum eſſet die feriata, uel à iudice incompetente, non diceretur confeſſio iudicialis, ut aduertenter declarat Abb. in c. Piſanis. ult. no. & facit c. ut ſi clerici. in prin. de iudi. ¶ Poſſet etiam ad prædicta dari noua limitatio ex eo, quod addidi s. in fi. tertiæ limitationis: & aliã quam dixi in fi. 11. ampliationis.

a Solius confeſſionis] Ad quam materiam adde Bal. in l. & ſi ſeuerior. C. de infami. & adde Angel. in tract. Malef. uer. confitetur totum.

b Bald.] Quem etiam uide ſing. ſequentem in l. 2. §. quòd ſi actori. in uerſ. ulterius not. hic. C. de iura. calum. & in additio. ad Spe. in tit. de accuſ. uer. ſed quid ſi ſtatutum. & in addi. ad Spe. in tit. de confeſ. in uerſ. quando proceſſus.

DAMNVM AD ORNATVM Prædictorum adde Bal. in l. cùm. quis, ibi, ſextò probatur. C. de iur. & fac. igno. ubi ponit de triplici forma. ¶ Et adde Bal. in l. 1. C. qui admit. ubi declarat pulchrè, quòd in quibuſdam actibus quędam ſunt de forma, quædam ante formam, quædam præter formam, quædam ſunt, quæ ſequuntur formam. Et omnia iſta concurrunt in electione, ut ibi per eum, de mente Io. And. de uſur. quanquam. lib. 6. Dicit etiam Bal. in l. comparationes. §. oppoſ. C. de fide inſtrum. quòd in dubio omnis forma à lege tradita, debet cenſeri forma ſubſtantialis & eſſentiæ actus. Idem ſentit Bal. in l. j. in primis uerbis, C. ut in poſſ. leg. Et dicit Bal. in l. obſeruare. §. proficiſci. 24. q. ff. de offic. procon. quòd ſtatutum relaxat formam in aliquo proceſſu. Si tamen ſeruaretur, ualet proceſſus: quia nunquam nocet ſeruare formam, etiam ubi non oportet, ut dixit Innocen. in c. nouit. poſt prin. de iudi. & dixi s. in 5. ampliatione huius materiæ Quando autem præpoſteratio ordinis dari à iure uitiet actum, uide Bal. & alios in l. præpoſteri. C. de teſta. Bald. pulchrè in l. ambiguitates. C. eo. ti. & in l. ſi duas. ff. de exen. tut. Bal. & Imo. in l. 2. §. prius. ff. de uul. & pup. ¶ Et inter alia tene menti, quòd præpoſteratio ordinis ſubſtantialis reducitur ad ordinem legitimum: & ualet actus, quando ex ipſa præpoſteratione non ceſſat cauſa, propter quam permittitur diſpoſitio, & requiritur ordo. ¶ Ita probant uerba Bar. in l. ut iuriſiurandi in fin. prin. ff. de ope. lib. propter glo. ibi, quam facit ſingul. ex qua dicit ſe reſpondiſſe, quòd ſi pater donat filio, poſtea eum emancipat, ualet donatio: quia propter continguitatem temporis res reducitur ad ordinem iuris. Secus dic, ubi præpoſteratio ordinis facit ceſſare uel ſaltem non omnino adeſſe cauſam, propter quam actus cum certo ordine permittitur. Ita probat dictum Bal. in l. non aliter in primo commẽto, ad fin. ff. de adop. in certis lectu. dum dicit, quòd ſi iudex, qui debet interponere decretum in fin. poſt cauſæ cognitionem, interponit illud à principio, iſta præpoſteratio bene uitiat: quia appaiet, quòd illud fecit ſine cauſæ cognitione. Iſtas duas doctrinas ex iſtis dictis colligit do. meus do. Fran. de Are. in c. de teſtibus. 7. col. de teſtib. Reliqua de obſeruantia & materia formæ dic, ut in repertorijs, maximè Alb. Firma. & Brix. Sed prædicta 21 no. quia alibi non inuenies ita diſcuſſa, & ordinata, & eorũ prolixitas compenſetur cum utilitate. Et ſuper his ſine ullo rubore adducere poſſem uerba Hieronymi in proœmio Pſalmorũ, dum dicit, Veluti quodam nouali ſciſſum iam agrũ exercui, & obliquis ſulcis renaſcẽtes ſpinas eradicaui. ¶ Cæ

ca dictu

ea dicta Ab. ſuper gloſ. in uerbo, reſtituatis. Conſidera circa iſtum intellectum, quòd illa uerba ſubtractorum reſignationem prima facie uidentur potiùs probare ſecundum intellectum: quia non inferunt reſignationem monialium, ſed rerum ablatarum. Tamen uoluit fortè Ab. dicere, quòd inſpicitur commiſſio facta iudicibus, quòd ipſi eligant adminiſtratorem cui reſtituantur ſubtracta hinc inde, id eſt, ab utraque parte. Non enim dicit, quòd mutuò una reſtituat electi, ſed quòd reſtituant illi miniſtratori. Tamen adhuc di cetur, quòd per hoc non fit reſtitutio perſonarum. Ideo cogitabis. Sub. hic And. Sic. tenendo iſtum intellectum. Abb. quòd per hoc deſtruitur, quod dixit hic Abb. in notabilibus, quòd ideo conuentus nõ ſuccedit, quia erat diſſenſio & ſcandalum in conuentu: ſi enim erant expulſæ moniales, ut dicit Ab. in hoc intellectu: ergo non poterant ſuccedere ſecundum eum. Poſſet dici, quòd non erant expulſæ omnes, ſed aliquæ. Patet ibi, quibuſdam eccleſiæ ſororibus. Tamen alius intellectus, quem ponit Abb. eſt clarior: cui adde, quæ dixi in c. præcedenti, cùm M. ante materiam proteſtationis inuenies declaratum, quo modo uſus rerum poſſit eſſe apud perſonam profeſſam.

15 MONACHVS † NON Agit. Hoc pro regulari præſupponunt Doct. hic, latiùs quàm alibi hoc examinantes poſt gloſ. Ordinaui dicta eorum, & aliorum alibi per regulam cum octo fallentijs. Eſt enim regula hæc, ut dixi, quòd non poteſt agere nomine proprio [a], etiamſi ſpoliatur cappa, cum illam non poſſideat, ſed potiùs detineat nomine monaſterij. Gl. a. in c. nõ dicatis, 12. q. 1. quia habetur pro mortuo [b], c. placuit. lo. 2. 16. q. 1. ideo etiam nomine monaſterij agere non poteſt, ut per But. Abb. Imo. & Do. hic. Adde Bald. in l. præſes. in ult. q. C. de tranſac. ubi dicit, quòd abbas poteſt remittere iniuriam factam monacho: quia monaſterio quæſita eſt actio iniuriarum, non ſibi: & quia quod fit per abbatem & capitulum, uidetur fieri per dominum. Nec dicetur hoc pactum ambitioſum; ubi habetur reſpectus magis ad Deum, quàm ad liberatum. Adde etiam Rot. de reſt. ſpol. 6. in antiquiorib. ubi dicitur, quòd religioſus deprædatus cappa, uel breuiario, uel alijs reb. ſuis, poteſt nomine ſuo agere contra deprædantem ad recuperationẽ rerũ, uel æſtimationem, arg. l. j. C. ſi per uim, uel alio modo. & glo. in l. ſi longius. ff. de iudi. Allegat Spe. de acto. uer. quid ſi ſpoliauit cappa. Sed iſta deciſio remittendo ad Spe. uidetur intelligenda, ut ipſe loquitur, ubi latè firmat poſt quendam, qui hoc diſputauit, quòd hoc intelligatur, dum modò non ſit abbas, uel ſyndicus, qui agat nomine monaſterij, ut ibi latius. Adde etiam Cal. de regularibus, conſil. 12. ubi dicit, quòd literæ Papæ nunquam præſumuntur in dubio habilitare monachum ad agendum ſine licentia abbatis, etiamſi in eis dicatur de aliqua uenditione fienda uni monacho, quia pro illo contractu poterit agere ſine licentia abbatis, ex quo non apparet, quòd de illa ſolennitate Papa diſponat derogando ei, & ideo interpretatur ſecundum ius, ſ. eo. canſam. Dixit etiam Rot. de reſti. ſpo. ulti. in antiquis, quòd monachus non poteſt cedere bonis ſine licentia ſuperioris, quia bona ipſius acquiruntur monaſterio. authen. ingreſſi. C. de ſac. ſan. eccl. Sed ſecus, ſi eſſet ſubditus, qui poſſet habere bona propria, putà, clericus, quia cùm poſſet agere & conuenire ſine licẽtia ſuperioris, ut no. ſ. c. proxi. poteſt etiam bonis cedere. Et dixit Rota de pœnis, 1. in antiquis, quòd monachus recipiens mutuum, ſi non poteſt ſoluere, non admittitur ad ceſſionem bonorum, imo poteſt priuari præbenda, & uidetur loqui in beneficio.

FALLIT PRIMO Dicta regula in cauſa criminis, de quo monachus accuſaret abbatem. Innocen. & alij hic per c. ex parte. de accuſ. ubi de hoc plenè tractatur, & facit, quod fuit dictum ſ. ca. proxi. uerſic. omittitur, probando, quòd non requiritur conſenſus ſuperioris, quando eſt ſuſpecta eius uoluntas. ¶ Fallit ſecundò in cauſa ſuæ electionis. Innocen. & alij hic per iſtum tex. in prin. & ſequitur Rota de iud. 7. in nouis, & Arch. in c. cùm paſtoris. 2. q. 7. adſtruens, quòd habebit expenſas à monaſterio. Alleg. Innocen. in d. capit. ex parte. Et fortè iſtud de expenſis intelligitur de monaſterio, ad quod eſt electus. Poſſet etiã eligi ad aliud monaſterium, & monaſterium ſuæ profeſſionis non tenetur ad tales expenſas, tanquam nihil ei profuturas. Et dicit hic Imo. quòd ubi eligitur in prælatum alterius monaſterij non poteſt agere pro electione ſine licentia ſui ſuperioris, per c. nullus. & c. ſi religioſus. de elec. in 6. & no. q abbas p electionem aſſumptus, ſi agit, quia electus, habet à monaſterio alimenta, non ſumptus litis. Belle. deciſ. 88. latè. Et monacho agenti pro propria cauſa contra conuentum, uel abbatem, non tenetur monaſterium dare expenſas [c], ſed ſupplicet Papæ, Rot. de regula. 6. in antiquis, ſecus dicens, ſi agat pro utilitate monaſterij. Et frater de ordine Prædicatorum poſtulatus à monachis in abbatem, poteſt petere à monachis expenſas fiendas in proſecutione ſuæ poſtulationis. Old. pulchrè conſil. 27. Thema tale eſt. Per cuius rationes probatur, quod proximè dixi de expenſis miniſtrandis à monaſterio, ad quod religioſus eligitur.

16 ¶ Fallit † tertiò, ſi peteret reſtitui ad clauſtrum, tanquam iniuſtè electus, & conſequenter, ut præſtentur ei alimenta. Bu. Imo. & Ab. per c. placuit. 16. q. 1. Adde. Bart. in l. ſeruos ad cuſtodiam. ff. de ali. & ci. le. ubi dicit, quòd ſi monacho eſſent relicta alimenta, non poteſt ipſe ea petere [d], ſed conuentus, niſi eſſet religioſus non aſtrictus conuentui, ſed religioſus in genere. Et ſic illud de alimentis limitatur primò ex hoc dicto, dum modò alimenta petantur, ut debita ipſi monacho à monaſterio, ſecus ſi aliunde proueniunt. ¶ Limita ſecundò, Niſi peterat alimenta in præteritũ ſubtracta, quia nõ audiatur contra abbatem. Rot. de iu. 9. in nouis, & ſequitur Imo. & Dom. hic, nam obſtaret ei exceptio Dolo petis quod reſtituturus es, cum non poſſit poſtea retinere, l. dolo. ff. de do. exc. ¶ Hoc dictum intellige ſanè duob. modis. Primò, dum modò ſe alimentaſſet induſtria ſua, ſecus, ſi mutuo contracto debito. Sed Ana. in d. c. ex parte allegat Bar. in ſimili. l. libertis quos. §. 1. ad fi. ff. de alim. & ciba. leg. ubi dixit, quòd ſi filius accepit pecuniã mutuò, ut ſe aleret, cõpetit actio mutuanti [e], per l. ſi. ff. de in rem uerſo. ſecus, ſi ſua induſtria ſe alimentauerit. Adde. Dom. in d. c. cum paſtoris. ubi eodem modo limitat punctualiter dictam deciſionem. Rotæ, ut non procedat, quando monachus fuit alimẽtatus ab alio, animo recuperandi. ¶ Intellige ſecundò, niſi eſſet monacho deputata aliqua annua prouiſio per epiſcopum pro ſuis neceſſarijs ultra alimenta, quia etiam prouiſiones præteritas petere poteſt, ut idem emat libros, & alia neceſſaria. Ab. latè in cõſ. 89. In eccleſia Catanẽſi. Et iſtis adde, quòd monachus agens poſſeſſorio, ut reſtituatur ad monaſterium, habet probare de titulo monachali, id eſt, ſe eſſe monachum illius monaſterij, contra quod agit. Cal. de regularib. cõſ. 11. ¶ Fallit quartò dicta regula, ubi monachus habet aliquã adminiſtrationem. Ita omnes hic per c. cum deputati. de iud. cum ibi notatis. dum modò ſit adminiſtratio alicuius obedientiæ ſecus, ſi eſſet alicuius uillæ, uel poſſeſſionis, ut per Innocen. ſ. c. prox. & Ab. hic. ¶ Adde Rot. de iud. 7. in nouis, ubi dicitur, quòd moniales, præſertim Canonicæ ſeculares, poſſunt agere pro adminiſtrationib. eis commiſſis. Sequuntur Bu. & Imo. hic. Et dicit Ro. de reſti. ſpo. 6. in nouis, quòd monacho habẽti prioratum perpetuum, competit interdictum etiam directum contra ſuum prælatum, ſecus uerò de manuali, uel clauſtrali, per c. cum ad monaſterium. §. tales. de ſta. mo. & per alia, de quib. ibi. Idem Rot. plenius de reſt. ſpo. j. in antiquis, dicens, quod monacho habenti prioratum manualem, non competit aliquod remedium reſtitutionis poſſeſſionis contra ſuum abbatem. Allegat Inn. de acc. olim. ſuper uerbo. reſtitutus. in ulti. op. niſi ſpoliet eum pendente inquiſitione contra

a Nomine proprio] Vide tamen Bar. tol. in l. ita demum. C. de procu. per authen. cenſo, quæ de epiſ. & cleric. & Cardi. in cle. 3. in oppo. 3. de procura.

b Pro mortuo] Adde tex. in l. Deo nobis. C. de epiſ. et cle. & Bal. in authen. excipitur. C. de bo. lo. & Bar. in l. patre. de his, qui ſunt ſui, uel alie. iur.

c Expenſas] Adde gl. ſing. in l. 2. C. de or. cog. & Bar. in l. imperatore. de iu. & ua. diſ. & in l. ſi inſtituta. §. de inofficioſo. ff. de inof. teſt. & Pe. de Suza. in l. uix ex certis. ff. de iudic.

d Non poteſt ipſe ea petere] Adde Bart. in l. cum hic. §. cum de trãſact. ubi dicit, q ſi monachus non habet monaſteriũ, poteſt petere alimẽta ſibi relicta.

e Mutuanti] Facit quod no. habetur per do. Soc. cõſi. ſuo 286. inc. Viſa proteſtatione. uerſ. prima ratio. ubi, iam uidea mus. in 2. parte.

contra ipſum abbatem, quam ipſe monachus proſequebatur, ut ibi idem propter Inn. Item ſecus, ſi ſpoliaretur ab extraneo: quia etſi prioratus eſſet manualis, poſ agere poſſeſſorio cõtra illum: quia uidetur poſſidere precario: & in dubio reſpectu extranei uidetur habere poſſeſſionem, quia in precario in dubio transfertur poſſeſſio, l. & habet. §. cum, quid. cum ibi no. ff. de prec. Adde etiam Aegi. Belle. conclu. Rot. 256. monachus, & c. ubi etiam reaſſumis, quod eſt dictum de ſpoliato ab abbate pẽdente inquiſitione ab eo promota. Et uide, quod ibi dicitur concluſione præcedenti de monacho ſpoliato prioratu contra mandatum Papæ. Et not. quòd ſi canonicus regularis haberet ex collatione ordinarij beneficium ſeculare. ſi ſpoliatus tali beneficio, datur ei reſtitutio. Rot. de reſtit. ſpol. 9. in antiquis, & de conceſ. præb. 33. in eiſdem: quia poteſt præſcribere: ergo poſſidere. Maior probatus in c. cùm de beneficio, de præb. in 6. ubi poteſt præſcribi, quòd beneficium ſeculare efficiatur religioſum. Non intelligas, quòd carens titulo præſcribat beneficium, propter notata in c. 1. de reg. iur. in 6. Sed præſcribitur circa ſtatum beneficij mutantis naturam ſpacio temporis. Et in quantum ex his dicunt Doctores, quòd ſi monacho conceſſa eſt adminiſtratio alicuius prioratus, cenſetur etiam nomine ipſius poſſe agere abſque licẽtia ſuperioris. adde Ang. in l. ſi filius. ff. de dam. inf. in lect. Florentina, ubi per illum tex. quem dicit ſingularem, infert, quòd filiusfamilias poteſt ſtare in iudicio ſine conſenſu patris in peculio profectitio, quãdo in eo habuit à patre adminiſtrationem. Facit c. qui generaliter. de procur. in 6. Et quod no. Bal. in l. 3. §. ſed utrum. ff. de mino.

17 ¶ Adde etiã iſtis Cal. de ſol. conſ. 1. ubi habes, quòd ſi † monachus litigans Romæ propter prioratum, cõtraxit mutuũ pro uictu ſuo, ſucceſſor in prioratu tenetur ſoluere creditori. Et ſatis dicitur uerſum in utilitatem eccleſiæ, ex quo eſt pro neceſſitatib. ipſius prælati, quia prælatus eſt in eccleſia & eccleſia in prælato, 7. q. 1. ſcire. Et quod prælatus contrahens pro ſua neceſſitate, dicatur contraxiſſe in utilitatem eccleſiæ, alle. Hoſt. in c. 1. de ſol. & alia, de quib. per eum. Et adde iſtis, quòd prælatus regularis poteſt petere etiam ea, quæ obuenerant dignitati ante promotionem ſuam. Ita latè Ludo. conſil. 259. In caſu propoſito. ¶ Fallit quintò, ubi non habet adminiſtrationem, ſed abbas eſt abſens, ita quòd commodè eius licentia haberi non poteſt, & periculum eſt in mora. Spe. de actore, Bu. & Ab. hic. Et idẽ dicunt Car. & Imo. hic, ſi monaſteriũ uacat. Facit pro illis c. unicũ, ne ſede uacãt. in 6. & quod circa ipſum poſui ti. præc. ex parte.

18 ¶ Fallit ſextò, ubi † monachus de licentia abbatis eſt in ſtudio. Arc. & Io. An. in c. 2. ne cler. uel mona. in 6. gl. in l. ſi longiùs. §. 1. ff. de iud. & Doc. hic Adde gl. 1. in fi. in d. c. cũ paſtoris. quæ dicit, quòd ſi monachus eſt in ſcholis, poteſt agere de his, quæ pertinent ad ſtudium. ¶ Limitat ibi Archid. dum modò ſit in ſcholis cum licentia abbatis, aliàs inuitus cogeretur reſpondere, licet non poſſit agere. Et ſi exiſtẽs de licentia obligaret libros, uel alias res monaſterij, non ualet obligatio, ſicut nec ſeruus poteſt obligare res peculiares, ſecundum Archid. ibi. De quo cogitabis: quia ſi poteſt obligare monaſterium, uidetur poſſe obligare etiam bona. ¶ Subdit Archi. quòd monaſterium non tenetur ad mutuũ contractum propter exceſſiuam expenſam ſtudij. Et idem Abb. in c. quanto. de offi. ordi. ¶ Neque poteſt monachus exiſtens in ſtudio fideiubere pro aliquo. Arch. & Dom. in d. c. cùm paſtoris. & Abb. de fideiuſ. quod quibuſdam. niſi pro proximo in maxima neceſſitate conſtituto, ſecundũ Butr. & Imo. ibi propter gl. ibi, licet Car. contrà. Poteſt etiam facere eleemoſynam. Car. contra Ioan. de Lig. in cle. 2. 19. q. de reſc. Adde etiam Ab. d. conſ. 89. In eccleſia Catanenſi. ubi latè probat hanc fallentiam. Et idem gl. & Arch. 12. q. 1. non dicatis. Et ſi eſt in ſtudio, uel alibi, ſine licentia ſuperioris, non poteſt conueniri in detrimentum monaſterij: quare imputet ſibi, qui ſecum contraxit. Abb. in d. c. quanto. niſi habeat ſecum rem, de qua contraxit, uel ſit effectus ditior ex contractu: quia ſi multùm diſtat à monaſterio, poteſt conueniri coram ordinario. Ludo. per id quod dicit Archid. in d. c. cùm paſtoris. ut latiùs per Ab. in d. c. quanto. ¶ Amplia

19 prædicta, etiamſi † obligaret monaſterium ad expenſam doctoratus: quia illa concernit utilitatem monaſterij, attento quòd monachus licitè promouetur ad doctoratum, ut ſua ſcientia ſit maioris authoritatis: & eſt utilitas etiam eccleſiæ generalis. Ioan. Andr. latè de magiſt. quia nonnullis. & ibi But. & Abb. & Archi. 16. q. 1. monachus. & pulchrè Abb. de præben. de multa. Benè facit deciſio Ioan. An. in regula, cùm quid libet. dum dicit, quòd eo ipſo, quòd datur alicui licentia, ut poſſit ſtudere, cenſetur etiam licentiatus, ut poſſit doctorari. Vnde dixit Pet. de Anch. conſil. mihi ultimo: Oritur dubium, & c. quòd licentia Papæ, ut in certo ſtudio clerici poſſint audire leges, includit etiam facultates doctoratus accipiendi. ¶ Amplia etiam, nedum pro ſtudio Theologiæ, ſed etiam iuris Canonici. Abb. conſil. præallegato 89. Imò dicit Cal. de magiſt. conſ. 2. quòd ſi ante monachatum erat quis doctus in iure ciuili, poteſt de licentia abbatis licitè in eo doctorari: & multùm inſiſtit in oſtendendo, hoc eſſe utile monaſterio. Et ſcias adeo fauorabilẽ eſſe cauſam ſtudij in religioſo, quòd ualet donatio facta religioſo etiam ordinis minorum de annuo reditu in ſubſidium ſui ſtudij, etiamſi eam procuraſſet: & acquiritur ſibi ſolus uſus, ut latiſſimè conſuluit do. Abb. conſi. mihi 160. Quædam domina donationem fecit: ubi multa ponit, imitatus ualde Feder. conſi. 12. Fratres Prædicatores. ¶ Fallit ſeptimò quando monachus ageret pro ſuo abbate carcerato. Rota de iudic. 10. in nouis. Si enim agit pro abbate iam electo, ut probatur ſecundum eos hic, & tit. prox. i. cùm dilectus. & de re iudic. ad probandum. fortius pro iſto argumento c. ad petitionem. de accuſa. Et ſicut pro re malè alienata, ita pro perſona. Item, quia hæc actio tendit ad utilitatem monaſterij, imo ad defenſam, pro qua quilibet de eccleſia admittitur ſine mandato, de teſti. cùm olim. & ibi Imo. & per Arch. 31. diſt. Nicena. Tutius tamen eſſet, ſecundum Rotam, quòd dicto caſu haberet monachus licentiam epiſcopi. Subdit Rota deciſ. ſequenti, quod debet habere expenſas à monaſterio, præmiſſa aliqua cognitione & examinatione ſecundum quantitatem ualoris bonorum & redituum monaſterij. Et iſta dicta ſequitur But. in c. cùm olim. de teſt. & ibi Abb. dicit in c. cùm deputati. de iudic. Et iſto caſu non procedit dictum Domi. in c. ad decimas. de reſtit. ſpo. in 6. ubi dicit poſt Ioã. And. quòd licet quilibet de eccleſia ſeculari poſſit agere pro iuribus eccleſiæ negligente ſuperiore, ut plenè habetur in c. cùm olim. de teſti. non tamen ſic regularis, in quo requiritur mandatum & licentia abbatis. ¶ Fallit octauò & ultimò in monacho dato in obſidem, quia poteſt agere contra abbatem, ut eum liberet ab obſidione. Bal. de iudic. ex reſcripto, ad ſi. quia inter dominum & ſeruum poteſt eſſe iudicium pro perſona, licet non pro rebus. Allegat l. ſi. C. de ordi. cog. Idem dicit in filio uẽdito à patre ob famem: quia patre ad pinguiorem fortunam redacto, poteſt contra eum agere, ut eum redimat. Quod ſigna ad l. 2. C. de pat. qui fil. diſt. ¶ Demum uide extrauag. Benedicti 12. perfectè. ubi taxatur quantitas, quã poteſt recipere monachus ſancti Benedicti, ut obligetur monaſterium, & eam declarat Imo. in d. c. quibuſdam.

20 SINGVLI De † uniuerſitate compelluntur contribuere, quando ipſa non eſt ſoluendo. Glo. hic Adde glo. in uerb. proconſul. in l. 3. §. quod ſi nemo. ff. quod cuiuſque uni. no: quam intelligit ibi Bart. dũ modò immineat neceſſitas uniuerſitatis. Non autem poſſet imponi collecta, ut fieret donum alicui: quia illud appellatur decretum ambitioſum, contra l. ambitioſa. ff. de decre. ab or. fa. Adde etiam gloſſ. in §. ſi quis igitur ex hinc. in uer. perſoluetur. in auth. quib. mod. nat. effic. ſui. quæ tenet, quòd uilla & uicus ſibi ipſis collectas imponunt atque diſtribuunt. Et ſequitur eam Ang. ibi, & in d. §. quòd ſi nemo. & idem no. Bar. in l. ſolent. in fi. de his, quæ ſi. à præla. quem ponderat Imo: poſt Pe. de Anch. ibi per gl. in d. §. quòd ſi nemo. & Bal. in d. §. quòd ſi. dicit illam gloſſ. eſſe no. & idem tenere Inno. in c. grauem. de ſens. excõ. Et dicit Bal. ſi uniuerſitas eſt ita indigens, quòd collecta non ſufficit, non poteſt cogi ad locandum operas ſuas. Et idem dicit in debito priuatæ perſonæ. Allegat. Gui. de Cu. in l. legis Iuliæ. C. qui bon. ce. poſ. ¶ Poſtea latè ponit Bald. an iſta collecta ponatur per capita, uel per æs & libram? & unquid de nouo uenientes teneantur ad illa debita iam contracta? &, utrum recedentes poſſint grauari pro debitis iã contractis? &, quid de bonis ingreſſi monaſterium. ¶ Adde etiam Bar. in l. 1. C. de ſuperindi. lib. 10. ubi dicit, quòd ſolus princeps poteſt collectas imponere pro publica neceſſitate & utilitate, ſed pro neceſſitate ciuitatis, uel prouinciæ,

cie, ipſa ciuitas uel prouincia imponit, & imponere cogitur [a], propter gl. ibi. Et idem no. Bar. in l. 1. ibi, hic quæritur primò, quis poſſit. C. de mu. & in quo loco. li. 10. dicens, quòd ſi imponit collecta propter neceſſitatem ciuitatis, ipſi ciues imponere poſſunt, ut per gl. in d. l. 1. Aut ob publicam utilitatem, & ſolus princeps imponit, ut probatur in d. l. 1. de ſuperindi. Putà, ſi ageretur de faciendo munere, uel dono alicui ſuperiori. Si tamen eſſet ciuitas libera, poſſunt ciues ſibiipſis imponere collectas, prout uolunt, & ſibi placet, ſecũdum eum. Et cum iſtis uide Bar. Imo. & Alc. in §. actor. hic alleg. per Abb. Ad illud, an per æs & libram. Vide ordinate Alexan. in d. §. actor. Et omitto, quia parum adderem. Solùm addo dictis ſuis Ana. de Simo. dilectus. lo 2. ibi, quintò quæritur. ubi ſequitur dicta Bart. in d. §. actor. Adde etiã Cal. de his, quæ fi. à præla. ſi. conſ. cap. ubi dicit, quòd maior pars uniuerſitatis poteſt imponere collectam toti uniuerſitati, etiamſi minor, quæ contradicit, habeat ſoluere maiorem quãtitatem, per d. c. ſi. de his, quæ fi. à ma. par. c. quia præbendæ non ſunt æquales, c. ſi. de conſue. in 6. & tamen attenditur indiſtinctè maior pars. Adde etiam Mod. in lib. maleſi. fol. 62. Et ibi etiam, quando uilla tenetur ad pœnam, uel damni emendationem, quomodo imponatur collecta, an per libram & ſolidos, uel per capita [b]. De quo etiam per Alb. in 2. parte ſtatutorum, q. 81. uer. item quæro. & quomodo fieret iſta emenda per communitatem.

DISTRVCTO Monaſterio † bona diuiduntur inter monachos. Gl. hic. Et intellige, quòd accipiant partem, ut uniuerſi, non ut ſinguli, ſecundum Ioan. And. hic & alios ita intelligentes c. in nullo. al. le. in gl. Tamen gl. & Arch. ibi uariant. Sed uide eleganter Ab. in c. recollentes. de ſtatu mona. ubi dicit, quòd ſi collegia ſunt talia, quòd non poſſunt habere bona in particulari, ut ſunt religioſi, & in illis bona remanent apud ſuperiorem deſtructo collegio qui diſponet de illis, ut de bonis uacantibus prout aliàs fuit ſeruatum in diſſolutione collegij templariorũ. Reſpondet ad d. c. in nullo. quòd loquitur, ubi erant collegia duplicia, quia erant maſculi & fœminæ, & ideo diſſoluũtur, ita quòd fiant duo collegia de uno. Nam cum tunc utrunque collegium ſit remanſurum integrum & aptum poſſidere bona, ideo diuiduntur inter uniuerſos de collegio, ſecus aũt quando collegium ex toto ſolueretur, quia nullus eſt capax. Quædã uerò ſunt collegia perſonatũ, quæ poſſunt poſſidere bona in particulari, & diſſoluto collegio habebit quiſque, quod contulit, per c. quod à te. de ele. conti. Et ſi ſuperſunt alia bona, erunt ſuperioris, ut latiùs per Abb. ubi ſuprà. inſerentem dicta Bar. in l. ſi. ff. de col. il. Quæ etiam ſequitur Angel. in l. ſicut. §. 1. ff. quod cuiuſque uni. no. de quo per Innoc. & Butr. de exceſſi. præla. dilecta. ¶ Et adde Bal. in d. §. ꝙ ſi nemo. in 6. c. ubi dicit, ꝙ ubi aliqua acquiruntur uniuerſitati tantùm, & non ſingulis, tunc in diſſolutione uniuerſitatis non applicãtur ſingulis. Quando autem eccleſia eſt deſtructa, an retineat priora priuilegia, non eſt præſentis ſpeculationis. Videas remiſſiones datas per Alexan. in l. inter ſtipulantem. §. ſacram. in fin. de uerb. obl. ubi ſubdit, communem [*] eſſe opi. quòd eccleſia deſtructa, etiam non refecta, retineat priuilegia, niſi ſit deſtructa ſuperioris authoritate ſine ſpe refectionis. Sed ſi authoritate ſuperioris eſſet ad alium locum tranſlata, retinet priora priuilegia. ut per glo. in reg. iur. priuilegium. lib. 6. & Inno. in c. 2. de ope. no. nun. ¶ Et eadem ponit Alex. in l. ſi grege. de leg. 1. Cui addito Bal. in proœ. ff. & in l. non ambigitur. ff. de ll. ubi uidetur pariſicare, quòd collegium ſit deſtructum authoritate ſuperioris, uel per rerum naturam ſine ſpe reparationis. uide etiam glo. maiorem in c. ſtatutum. de electio. in 6. & Bar. in l. eius, qui. §. ſi quis inſtructus: aliàs, Celſus. ff. ad muni. Et dicit Dom. in c. licet canon. in

22 prin. de elec. in 6. quòd † ſi ſit legatũ pro alimentandis pauperib. [c] in certo hoſpitali. uel pro officio in certa eccleſia, deſtructo hoſpitali, uel eccleſia, non debetur legatum. Et probat Alex. in utili propoſito. conſi. 43. De celerima expeditione. quòd caſtrum deſtructum ſine ſpe refectionis non retinet iura, quæ antè habebat. Et dicit latè Bal. in c. 1. de elec. quòd ſi redintegratur monaſterium, non habet priora iura, quæ olim habebat, niſi remanſiſſent aliquæ reliquiæ. Ad quod ultimum uide omnino, quæ dixi ti. præcedenti, cùm accesſiſſent. ad fin. in q. an reædificans rem collapſam, dicatur de nouo ædificare? Et dicit Bal. in l. hæreditas. in fin. ff. de hær. inſt. quòd deſtructo monaſterio eccleſia Romana capiet bona: quia repræſentat Deum ubique. Tamen dic, ut ſ. & hęc adde ad Alex. in d. §. ſacram. in apoſtill. ubi latiùs colligit, quàm in lectura. ¶ Et adde in terminis Doctorum hic, quòd ſcribit Dom. in c. 1. §. confirmatos. in 5. no. per illum tex. de reli. do. in 6. ubi dicit, quòd ubi reprobatur collegium religioſorum, bona ſunt Papæ, ut ibi, ubi in pios uſus iuſſu Papæ conuertentur, uel in terram ſanctam, uel aliter, prout ſibi placuerit. Quid autem ſi deſtruitur hoſpitale? Vide latè Petr. de Peru. de 4. can. epiſc. c. 4. ibi, quo ad aliam q. qua quærebam. Vbi etiã inuenies multa de prædictis, maximè ꝙ ſi deſtruitur collegium religioſorum, bona applicantur ſuperiori, tanquam uacantia, prout fuit ſeruatum in deſtructione dicti collegij templariorum, & ſic concordat cum Abba. ubi ſ.

23 ¶ Quid † autem, ſi unus recedit [d] de collegio, utrum debeantur ei bona, quæ contulerat? Non tãgitur hic: ideo loquendo remiſſiuè uide glo. & omnes in c. quod à te. de ele. con. glo. c. ſi quis rapuerit. 27. q. 1. glo. ſi. in c. ſi quis incognitus. 17. q. 2. Imo. in cap. ex tranſmiſſa. ubi bonus tex. de renun. Petr. de Anch. in regula, acceſſorium. ibi, ſextò oppono. de reg. iur. in 6. Ange. conſi. mihi 221. Caſus talis eſt. Iac. de Vbertel. Lap. all. 62. Bar. in l. 2. §. fin. ff. de bo. poſ. ſecundum tab. Bald. in authen. ingreſſi. C. de ſacr. ſan. eccl. & in l. 5. C. de Lati. li. tol. Cal. de reg. conſ. 23. & 27. Pe. de Anc. cõſ. mihi 126. de primo dubio. Specul. de ſta. mo. §. 1. uerſi. 6. & uerſi. 25. Imo. in cle. ne in agro. de ſta. mo. Inno. in c. dilecta. ibi, Azo tamen dixit. de exceſ. præl. Bu. in c. ſtatuimus. de reg. Car. conſil. 21. quidam nomine Laurentius. & conſi. 10. Quidam frater. An. But. conſil. 53. ut ſ. ſolenniter eſt conſultum, &c. Rotam de conſue. 1. in antiquioribus, Abb. & Arc. in c. ſi. de proba. ¶ Vltimò dixit hic Inno. uerbum ualde famoſum, quòd reuocari poteſt ſententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam, quando uictor acquieuit nouæ liti motæ ſuper iuſtitia illius ſententiæ, non opponendo exceptionem rei iudicatæ. & de hoc dicto ſit ſolemnis mentio in diuerſis locis, de quib. cùm opportunè ſcripſerim de re iudic. inter monaſterium. ad fin. ibi, limita octauò, ideo hic omitto. Solum addo Bal. in l. & poſt edictum. in fin. ff. de iud. Ex cuius uerbis põt dari tertia declaratio ad dicta Inn. ultra duas, quas ibi poſui.

a *i. Cogitur*] *Adde Bar. in l. placet. C. de excuſa. mu. ff. quod cuiuſq; uni. nom. & Bald. in l. etiam. in uer. modo uidendum eſt de collecta. C. de erro. rei ind. & per Bar. in conſ. ſuo, punctus quæſtionis talis eſt: quidã nomine. & Alex. conſ. 104. 4. parte.*

b *Vel per capita*] *Adde quòd imponi debet per æs & libram, ſecundum Bar. in l. ne quid. in prin. in uer. ſed quæro in uniuerſitate. ff. de incen. rui. nau. Ad quod adde Inno. in c. grauem. de ſen. exc. & Bar. & de. Alex. in d. §. actor. alle. in text.*

c *Si ſit legatum pro alimentandis pauperibus*] *Adde tu in materia iſta Bar. in l. pater filium. §. Tuſculanis. ff. de leg. 3. & Bald. in l. poſt mortem. C. de fideicomm.*

d *Si unus recedit*] *Adde tu in materia iſta famoſa, & quotidiana, quod conſideranda ſunt tria: aut recedens non fecit profeſſionẽ, aut fecit profeſſionem, aut ſit oblatus. primo caſu, ſi non fecit profeſſionem: quia ibi non tenuit, no. dubiũ, utrum bona debeant redire ad hæredes ſanguinis; aut ad monaſterium? De quo uide, quæ poſui in c. cùm adeo. ſ. eo. Secundo caſu: ſi fecit profeſſionem, aut tenuit; aut non tenuit, & tunc ſi nõ tenuit, bona quæ tranſtulerant, redeunt ad perſonã recedentis: ſi tenuit, & inde egreditur propter peccatum ſuum: ut quia collocatur in alio monaſterio ad pœnitentiam peragendam, & tunc bona dantur ſecũdo monaſterio, quo ad uſumfructum. Tex. & gl. in c. delapſis. 16. qu. 6. aut recedit capiẽdo fugam et tunc it, bona non recuperat, imo abbas eum uendicarer cum omnibus bonis per eum acquiſitis. Tex. eſt in c. abbate. 27. q. 2. Si tertio caſu eſt oblatus, dando ſe, & ſua plenè monaſterio, iſto caſu amplius non reuocat, quia eſt quaſi ſeruus monaſterij, adeo quòd glo. dicit in c. ut lex continentiæ. 27. q. 1. in uerſ. profeſſi. ꝙ talis oblatus non poteſt inde recedere etiã cauſa ſtrictioris religionis. quod eſt ualde no. de quo uide ibi Arc. q tranſit cum gl. quamuis dubito, ꝙ in hoc non benedicat illa gl. Conſidera.*

CAPI-

CAPITVLVM XXIII.

PLERVNQVE. ¶ Valet ſecundum reſcriptum, licet non faciat mentionem de primò, quo uti noluit impetrans. H. D. Et fuit declaratũ ſ. eo. ſi adu. ¶ Circa differentiã, quam colligit hic Ab. inter priuilegium, & reſcriptũ, ad de pulchrè Bal. in l. falſo. C. de diuer. reſcri. Item dum pulchrè not. hic Abb. quòd nõ ſufficit in aliqua re allegare impedimentum, niſi probetur, quòd impedimentum fuit cauſa immediata, quare non expediuit actum, adde, quæ opportunè ſcripſi in c. ex tranſmiſſo. de præſcripti ubi etiam inuenies, quando impeditus debeat proteſtari. Et ibi limitaui dicta Abb. hic, niſi conſtaret notoriè, quòd impedimentum non potuiſſet remoueri, quia tunc non eſt opus probare de diligentia, uel de conatu remouendo allegando conſi. Pau. de Caſt. Dic. ut ibi. ¶ Et dum Abb. not. q dicatur multum tempus, adde gl. fi. & Doct. in cle. 1. de reb. eccl. non alienand. & ibi Car. ad fi. Ana. poſt alios in c. fi. in no. ne prælati. gloſſ. in ca. 2. in uerſi. modicum. de reb. eccle. non alienan. in 6. glo. in l. ſi ff. ſi ager uec. & in l. ſi filius. C. de pet. hæred. & in l. cùm de in rem uerſo. ff. de uſur. Bal. in l. iubemus. in prin. la 2. C. de ſac. ſan. eccl. Ang. Imo. & Lu. in l. ſi filio §. ſi. ff. ſol. ma. & ibi Alc. pulchrè conſi. mihi 50. Viſo inſtrumento locationis. alij conſ. 16. in 4. col. latè An. Sicu. in repet. rubr. de reb. eccle. fol. 5. uerſi. quando autem alienator. Bartn. in l. j. §. quod autem. ff. de ſuperfi. Per. de Ancha. conſi. 52. quædam ex prædictis. Bal. in l. 2. C. de ſer ui. Alexan. poſt Imo. in l. ſi de eo. §. 1. ff. de acquiren. poſſeſſ. Et quando ſimpliciter dicitur, Poſt annos, intelligitur de biennio, l. libertas. §. final. ff. de manu. teſt. Et ſi dicitur, In diebus, intelligitur de biduo, l. inter illum. in fine. ff. de uerbor. ſignificatiõ. Et ſi dicitur, Aliquot annis, intelligitur de duobus. Gloſſ. 1. in cap. penul. de cenſi. per regulam, pluralis. lib. 6. cum concor. Et ſi dicitur, Per tempus & tempora, intelligitur de triennio: gloſſ. 1. in l. uſuræ. C. de uſur. Et ſi dicitur, Promitto dare in tribus terminis, intelligitur, i. in tribus annis. Tex. gloſſ. & Barto. in l. iij. ff. de annu. leg. Et ex locis præallegatis percipies hanc inueſtigationem eſſe magni ponderis: & etiam ſeruit ad q. utrum prohibitus alienare poſſit locare ad longum? ad quod ſemper recurritur ad gloſſ. in l. codicillis. §. inſtituto. de leg. ij. quàm opportunè ornat apoſtilla Alex. ibi ad Bar. cui adde Lap. alle. 12. & omnino Andr. Sicul. in d. rubr. de reb. eccl. Abb. in c. ſi. de ec. ædifi. Alexan. conſil. mihi 68. Viſis duobus elegantiſſimis conſilijs. ubi ſ. d. gloſſ. inſtetit poſt Ant. in conſi. inci. Viſo puncto prædicto. & poſt And. Sic. in conſi. Deum innocent. Aliquid etiam Cal. de iureiurand. conſil. ultim. tuncta addi. Domin. ibi, pulchrè Alexand. poſt alios in l. ſi domus. §. final. de leg. 1. aliquid Ant. conſil. 5 r c. conſideratis diligenter. ¶ Sequitur cap. cùm contingat.

SVMMARIVM.

1. *Mandatum de ſui natura debet fieri à ſuperiore.*
2. *Fama inducit iuſtam credulitatem, ideo excuſat accuſatorem a præſenta calumnia.*
3. *Dictum unius legalis uiri præbet iuſtam cauſam credendi, & excuſat credentem.*
4. *Credulus licet quis nimium ſit, tamen dolus falſa loquentis præponderat culpæ nimis faciliter credentis.*

Quando quis dicatur propriè habere notitiam. Poſt num. 4. uerſ. ſecunda concluſio.

5. *Notitiam alicuius rei dicitur quis habere, qui cognoſcit eius ſubiectum, & quoſcunque effectus proprietatis ipſius.*
6. *Notitia alicuius ubi requiritur, non ſolùm ut ſciat, ſed ut aliquid faciat, debet ei intimari, etiamſi aliunde ſciat.*
7. *Notitia undecunque ſufficit, quando habet fieri notitia, per quam nõ præiudicatur parti, neque arctatur is, cui ſit intimatio. Poſt numer. 6. uerſ. ſexta concluſio quam concluſionem limitat.*
8. *Citatio illegitima ita ligat unà cum notitia ſubſecuta, ſicut citatio legitime facta. & num. 9.*
10. *Denuncians debitori debitoris, ne ſoluat, debet ei legere inſtrumentum debiti, uel copiam dimittere.*
11. *Excommunicatio delegati quando ſit nulla, quam fert contra ordinarium in 3. caſu huius capi. cùm contingat.*

CAPITVLVM XXIIII.

CVM CONTINGAT. ¶ Si à delegato aliquid mandatur ordinario, debet humiliter exequi: ſed ſi delegatus per alias literas poſt excommunicationem mandat contrarium, uel ſi ante executionem innotuerit ipſi ordinario, inter delegatum, qui mandauit, & alium, contentionem eſſe de iuriſdictione, faciet ſibi exhiberi copiam utrarumque literarũ, non ut de iuriſdictione aliter cognoſcat, ſed ut ſe informet, an per ſecundas reuocentur primæ: & ſi primæ reuocantur, exequatur ſecundũ mandatum: ſi autem non reuocantur, uel de hoc dubitet, non exequatur ſecundum mandatum, donec contentio de iuriſdictione terminetur. H. D. ¶ Et per iſtum tex. dum probat, quòd
1 † natura mandati eſt, ut fiat à ſuperiore, infert hic And. Sic. ad dictum Bal. in l. j. C. de ſer. fug. dum dicit, caſſatam fuiſſe quãdam inquiſitionem, in qua dicebatur, quòd ſeruus mandauerat domino: quia non eſt ueriſimile. Sed hoc dictum latè impugnat Andre. quia uerbum Mando, non eſt ſemper imperatiuum, l. pater. §. mandato. de leg. 2. & melior tex. cum gloſſ. in c. mandatis. 2. q. 5. & facit glo. in l. j. ff. quod iuſſu. & quod dixi ri. præce. nam concupiſcentiam. ſ. eo. cum te. Ergo ſicut uerba libelli debent impropriari, ut ſaluentur, ut dicit Butr. poſt glo. de reli. domi. in c. conſtitutus. dixi in ti. de iudi. examinata. ita uerba dictæ inquiſitionis intelligantur de exhortatione, uel conſilio, nõ de mandato, ut hic latiùs per eum. Sed certè etiam intelligendo hoc modo inquiſitio non procederet, quia intentio inquiſitionis erat punire mandatum, & ideo exponendo uerba aliter quàm de mandato, non poſſet ſequi illa concluſio, quia contra perſuaſorem, uel conſulentorem aliter proceditur, ut dicit Bartol. in l. non ſolùm. §. ſi mandatum. ibi, ueniamus ad perſuaſorem. ff. de iniur. dixi in c. 1. de offi. deleg. Et attenta cõcluſione inquiſitionis dicta expoſitio diſproportionaret uerba ipſius, quod fieri nõ põt. ſicut etiã dicit in libello, q ſaluatur p improptiationẽ uerborũ, dummodo illa impropriatio non inducat omnimodam diſproportionem in ſenſu & in uerbis, ut uoluit Bar. in l. ſi mater. §. eadem. ff. de excep. rei iud. Bu. in d. c. examinata, in 20. col. cum duab. ſeq. Pet. de Anc. conſil. 28. Dictis per ſtatutum, &c. cum ſi. In quãtum ex gl. 1. colligit pulchrè. Ab. quòd
2 † fama inducit iuſtam credulitatem [a], adeo quòd excuſat accuſatorem à præſumpta calumnia, ut per Bar. in l. 2. C. ſi ſeruus, uel libertus. lib. 10. adde Bal. in l. pignus. in prin. C. de pig. ac. ſi eſt fama, quòd turè iri poterat ad molẽdinum, & homines loci acceſſerunt, & incurſu hoſtium capta ſunt animalia & frumentũ, excuſant à culpa. Ex quo dicto dicit hic And. Sic. ſe conſuluiſſe ad excuſationem paſtorum, qui ficti fama ſalui conductus hoſtium amiſerunt armenta aliena expoſita paſcuis & deprædata. Tamen Bal. ſimpliciter dicit, quòd maior pars hominum accedebat, & hic excuſat errorem deprædatorum, nõ dicit aliquid de fama. Adde etiam quòd bona fides cauſatur ex iniuſtis & temerarijs cauſis, gl maior ibi, uel iniuſtis. in l. 1. C. ubi cauſa ſtatus. & ibi Bald. Et adde Ang. in d. l. 2. C. ſi ſeruus. ubi refert ſeruatam fuiſſe Peruſij. opi. Bartoli ibi, ad excuſationem accuſatoris, quem fama deceperat. Sed intellige dũ modò fama durauerit longo tempore. Item, dum modò nõ fuerit procurata ab accuſatore, ut dicit Bart. in l. miles. §. mulier. C. de adul. Et quando dicatur longum tempus, in hoc uide Bart. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæſtionibus. Item intellige dictum Bart. niſi tempore accuſationis eſſet fama in contrarium, quia tunc ſtatur ultimæ famæ, & non primæ. In contrarium Bart. in d. l. 2. & pulchrè Bald. in l. qui accuſare. prope ſi. C. de eden. dicens, quòd ſtante ſtatuto, quòd contra magnatem ſufficiat ſola fama, eſt cautela, quòd probetur fama in contrarium, & ſic prima eliditur. Et dicit Bald. in l. ſi. ibi, ex hoc deciditur. ff. de ferijs. & in l. diuus. ibi, quartò eſt argumentum. ff. de militari teſt. quòd ſi eſt probata bona & mala fama, ſtatur bonæ, fauore rei. Et ſequitur

a Credulitatem] *Adde Bald. in add. ad Spe. in ti. de accuſ. uerſi. ſed an fama. & dic, ut per do. Alexan. de Imol. in ſuo conſi. 96. 4. parte.*

ſequitur Pet.de Anch. in rep.c.j.ibi, ſubijciu ſimilē q.ſ. tit. prima. No. Ab.de ſponſa.c.cùm in tua.& Bal.in l.ſi tutor.C. de periculo tutorū.in aliquib. libris. Et dicit Bal.hic, q ubi tractatur de præiudicio graui, nō ſufficit ſcientia per famā: quia ſcſa eſt uerurum, & ueritas nō poteſt eſſe falſa, per d.§. mulier. Sed hic agitur de paruo præiudicio. Pro hoc, qđ no. Bar.in l.ij.§.ſi dubitet.ff.quēad. teſt. aper.& in l.ſed ſi de ſua ff.de acq.hær.& per Cyn. in l.ſi quidē.C.ſol.mat.bonus tex. 23.q.8.occidit. Et iſta omnia latè allegat hic An.Sic. ¶ Addatis Bal.in l.ſi tutor.C.de periculo tuto.ubi dicit, quòd ad probandum, quòd ille poſſidet mala fide,& non præſcripſerit longo tempore, debes facere articulum, & probare, quòd per tantum tēpus uiguit, & adhuc uiget fama in loco, quod iſta res pertinuit & pertinet ad te agentem. Et ad illud de fama contraria, adde Ioan. Andr. & omnes plenè c.cū oporteat.de accuſat.& Bald.in l. ſacroſancto. C. de epiſcopis & clericis.& latiſſimè do.Marian. Suc. in repetit.c.qualiter.de accuſatio.q.ix articu. 41.& per Petr.de Ancha.conſil. mihi 185.tribus de cauſis. Et circa dicta Bar.in d.l.ij.C.ſi ſeruus. quando fama excuſet à calumnia, adde Ioan. Andr.in Spec. de abolitio.§.fi.uerſicu.ſed pone:ea. accuſauit. Bartol. Bald. Angel.in l.athletas.§.calumniator.ff.de infam. Bartu.in l.j. §.j.ff.ad Turpil. Butri. & Imol.in c.2.de calumn.& ibi, Ana. uerſicu. quid autem ſi accuſator ubi refert dicta omniū iſtorum,& etiam dicta Salic. in l.mater.C.de calumn.licet de Bart.in d.l.ij.nihil dicat: quem etiam ſequitur Abbas in cap.fin.de iureiurando.¶ Quòd autem fama inducat iſtam cauſam credendi, patet ex dictis Barto.in l.Celſus.ibi, & ſi dicatur, Qualiter.ff.de uſucap.& Bartu.& Bald.in l.proprietatis.in fin.C.de probat.cum concor.ubi dicitur,quid ſi in præſcriptione inducit bonam fidem, putà ſi eſt fama,quòd res fuit antiquorum meorum. Et not. quòd ad hoc, ut quis debeat credere ſe excommunicatum, ſufficit certificatio per famam certam: & ſic probatio non plena. Ita text. in cap.illud.de cle. excom. quòd in hoc non habet parem, ſecundum Butr.ibi. Et ſi dicitur,talis eſt in curia excommunicatus, debet abſtinere ab his, quæ ſunt prohibita excommunicato, ſecundum eum. Quod benè not.& intellige,dū modò probetur, nedum quòd fama erat, ſed quod ipſe eam ſciebat, ut dicetur infra in limitatione 6.concluſ.¶ Et quòd ad incurrendam pœnam reſpectu ſcientiæ ſufficiat ſcire per famam, uide gloſſ.& Bartol.in l. j. in fin.ff.de receptato. & in l.omnes.C.de agri.& cenſ.lib. xj. & text.in cap.cum deſideres.allegato hic in gloſſ.Et dicit Bald.in l.falſus.ibi,illud eſt notandum.C. de furt. quòd iuſta credulitas cum fama habetur loco ueræ ſcientiæ,ſi conſonant etiam ueritati. Alleg.l.cum quidam.§.quod dicitur.ff.de acquirend. hære. Tamen iſta notitia,quæ habetur per ſolam famam, eſt iuſta cauſa diminuendi pœnam contrafacienti, ut eſt text. reputatus ſing.in dict.cap.illud.in fin. ibi, cum eo miſericordiam facientes.¶ In quantum autem gloſ.hic probat,quòd dictum unius præſtat in propoſito iuſtam cauſam credendi, etiam ſi eſt perſona leuis: contrarium tenet hic But.Cardi.& Abba. quia debet eſſe perſona fide digna, ad hoc ut retardet executio mandati ſuperioris.¶ Nec obſt.iſte tex.ibi, nihil omnino.quia ſecundum Card. nihil dicitur ſcire,qui audiuit ab homine leuis opinionis, cùm tales ſæpe dicant uaria, & non uera. Sed Imo. hic tenet contrarium quia: litera non uidetur diſtinguere, à quo audiuerit. Imò uideтur ſufficere informatio à quocunque habita: maximè.quia in hoc non generatur graue præiudicium, cùm de facili infra breue tempus poſſit executor ſe informare ſecundum formam huius capituli quid agere debeat, & ideo de facili aperientur fictiones & mendacia. In prima opin.uidetur tutior: quia nulla iuſta credulitas poteſt cauſari ex dicto perſonæ leuis, ut patebit ex infra dicendis.¶ Generaliter autem quando in aliqua materia dicatur eſſe inducta iuſta credulitas, uel notitia, uel ſcientia, dari non poteſt doctrina certa: ſed inſpici debet materia ſubiecta, ut uidetur poſſe inferri ex multis hinc inde ſparſis,de quibus ordinaui nouiter octo concluſiones: & in prima erunt incluſa ea, quæ in propoſito ponit hic Anchar.ſic.¶ Prima
bis. ¶ Fallit nonò & ultimò, quo ad ſemiplenam probationem: quia illam facit confeſſio de crimine facta extra iudicium. Hoc etiam latè ponit Tindarus, ubi ſ. fol. 12. uer. ſecundum autem, quòd ſine uerisſimilibus, quia ſi coniecturis uerisſimilibus facit plenam probationem, ut probauit ſ. ergo illis detractis facit ſemiplenam. Et ita dicit probari in d. l. quæro. §. ſi. & in d. l. capite quinto. & optimè in c. fin. de ſuc. ab int. in c. 1. de ap. & ex no. per glo. & Bar. in d. l. admonendi. & Bar. in l. in bonæ fidei. C. de reb. cre. quia ſi duo teſtes faciunt unam plenam probationem, ergo unus facit ſemiplenam. Inducit etiam in ſimili Bar. in d. l. admonendi dum dicit, quòd confeſſio in ciuilib. abſente parte inducit ſemiplenam: & dixi ſ. in 3. fal. ¶ Reliqua de iſta confeſſione extraiudiciali in crimine, uide ſubtiliter per dictum Tindarum, licet alias præcedentes fallentias non ponat: & ſubdit ſ. ſi. quòd in hac materia multipliciter errauit do. Ab. in d. c. at ſi clerici. Et iſtæ fallentiæ loquuntur in propoſito, ſ. de confeſſione extraiudiciali in crimine. Quid autem de extraiudiciali in ciuilibus? Vide latè omnes in d. c. ſi cautio. & quæ ibi ordinaui poſt Mod. limitãdo multis modis l. certum. §. ſi quis abſente. ff. de conſ. in quib. ualet confeſſio extraiudicialis facta abſente parte. Et fortè duæ ex illis poſſẽt extendi ad hunc caſum, uidelicet, quando confeſſio eſt geminata [a], propter dictũ Barto. in l. cùm ſimus. C. de agri. & cenſi. lib. 11. corroboratum multis dictis in ſimili, quæ poſui, ubi ſ. ultra l. u. in l. ſi nerò. §. de uiro. 31. fal. ſol. mat. Item, quando eſſet iurata, per id, quod no. Bar. in d. §. codicillis. loquens in confeſſione in ciuili, quia iuramentum facit actum ualere eo modo, quo poteſt, l. cum pater. §. filius matre. de leg. 2. & ſequitur Bu. in c. cum dilectus. de ſuc. ab int. quia iuramentũ uidetur pars eſſe præſens, i. ipſe Deus, qui eſt ubiq;. Et ſi diceres, præſentia partis non ſufficit in criminalib. ut ſ. in 2. fal. Reſpondetur, quòd ibi non agitur de intereſſe partis, quando agitur criminaliter de crimine: ſed hic principaliter agitur de contemptu & honore Dei. Ideo fingitur eſſe præſens ille, cuius propriè intereſt. Et de hoc iuramẽto in propoſito latè ſcribitur, ubi ſ. reſpondendo ad §. ſi quis abſente. quòd in hac materia ſtatur iuri canonico, non illi legi, quæ non potuit derogare iuramento, ut ſpecialiter diſcutit Imo. in rep. c. cùm contingat. ſol. 35. da iureiur. Tamen quia iſtæ duæ fallentiæ, i. geminationes iuramenti, nõ ſunt extenſæ ad hanc confeſſionem de crimine per aliquem, quẽ uiderim, adeo non auderem eſſe primus, qui eas extenderẽ, & iſtum paſſum non inueni alibi ita declaratum. ¶ Vltimò, guſta ultra omnes Scribentes quotidianam regulam,

9 quæ colligitur ex iſto tex. quòd † ad hoc, ut quis conſequatur beneficium, non ſufficit probare de non iure aduerſarij, niſi etiam agens probet de iure ſuo. Et ita iſtum tex. ponderauit gloſſ. fin. in c. unico, de eo qui mit. in poſ. lib. 6. & gl. pe. in c. 1. ne lit. pen. eo. lib. & gl. in uer. finita. in c. 2. eo. ti. & lib. & gl. in uer. debebit. in c. ſi. de iureiu. eo. lib. 6. ¶ Et ideo dixit Bu. in c. in præſentia. ibi, ſecundò op. de renun. q. non ſequitur, excluſus eſt aduerſarius, ergo ipſe agens & petens debet obtinere. Allegat tex. hic bonum, & tex. in l. j. in prin. ff. ſi pars hære. pe. ubi petens hæreditatem non metitur ius ſuũ, ex eo q. poſſeſſor occupauit, ſed ex iure ſuo. Ad idem l. militis codicillis. §. ueteranus. ff. de mil. teſt. ubi uires exceptionis æſtimantur ex perſona petentis. Et dicit Lud. conſi. 347. in prin. quòd declaratio ſuper non iure rei, non probat ius competere actori in beneficio, quia poteſt nec agentis eſſe beneficium, nec conuenti, per l. ſi inter te & me. in ſi. ff. de exce. rei iu. & l. Pomponius. §. ſed & is. ff. de procu. Facit ultra eum l. ſi. C. de rei uen. ubi reus nullum ius habens in re, abſoluitur, actore de iure ſuo non probante. Et ita conſuluit Ang. conſi. mihi 202. Chariſſime frater & doctor. Vnde dixit Iun. ſingulariſſimè in c. abbate. ibi, & hac ratione prædicta. de uer. ſig. quòd ſi eſſem in poſſeſſione alicuius eccleſiæ, in qua non haberem ius, & dubitarem in ea moleſtari abs te, quem etiam ſcio nullum ius habere in eadem eccleſia, non poſſum agere ad declarandum te nullum ius habere in ea, ſed ita demum hoc poſſum, quia prætendo habere ius, de quo dicto exclamat Pau. de Caſt. in l. ſi finita. §. eleganter. ff. de damn. inſe. ad limitationem ſingularem. l. ſi contendat. cum gl. ff. de fideiuſ. Non poſſum ergo agere, quando non habeo ius ad declarandum de non iure aduerſarij, licet poſſideam, ſed quando habeo ius, bene poſſum agere, ſi dubito in illo moleſtari, licet actionem non habeam, quod eſt menti tenendum, ſecundum Alex. in d. §. eleganter. Adde etiam quod no. Spe. de locato. §. nunc aliqua. uerſ. 66. ubi ſcribit, quòd qui cecidit ab emphyteuſi, nõ poteſt agere contra poſſeſſorem. Dixit etiam Domi. poſt Boatinum, & Io. An. in d. c. unico, de eo, qui mit. in poſ. lib. 6. quòd qñ agitur de titulo beneficiali, confeſſio aduerſarij nõ prodeſt agenti, ſed habet ꝓbare aliter titulũ ſuum beneficialem, in quo ſola probatio Canonicæ inſtitutionis iuuat. Aliud no. per c. dilecto. de præb. & c. ex frequentib. de inſti. ſicut dicit in ſimili de matrimonio carnali, in quo nõ ſtatur confeſſioni coniugis ſuper impedimento, cap. ſuper eo. de eo. qui cognouit conſang. Similiter dicit Ro. de teſti. 43. in antiquis, quòd ubi poſitio partis per contumaciam alterius habetur pro confeſſata, iuxta c. 2. de confeſ. in 6. ex tali confeſſione ſolùm non poteſt adiudicari beneficiũ parti, quia etiam expreſſa confeſſio nõ eſſet ad hoc ſufficiens, per prædicta. Fortiùs dixit Comp. ſ. eo. mandatum, quòd licet conſtet reum ex propria confeſſione, uel probationibus admiſſis nullum ius habere in beneficio, & actor nihil probat, neque quicquam poteſt pro ſe adducere, non poteſt iudex in eadem inſtantia pronunciare contra reum, ſed debet abſoluere ab inſtantia actoris, & poſtmodũ noua inſtantia inchoata poterit procedere ex officio cõtra eũ, de quo exclamat Ab. in c. ex conqueſtione. de reſt. ſpol. Et aliquid dixi in c. 1. de excep. & fortè dicetur in d. c. mandatum. Non dicas, imo iſte in eadem inſtantia deberet poſſe puniri, ex quo confeſſio non requirit telam iudicij, ut fuit dictum ſ. eo. cum dilecta. 8. limi. quia illud eſt uerum, ubi inſtãtia eſt ordinata ad finem puniendi crimen, ſecus, ſi ad finem adiudicandi beneficium actori, quia ut ſententia ſit conformis libello, non poteſt in iſta inſtantia ſequi condemnatio contra reum, ut declarat But. egregiè in rep. c. ueſtra. de coha. cler. Similiter dicit Rot. de excep. 7. in antiquis, & de exceп. 2. in antiquioribus, quòd etiamſi conſtat de non iure rei, poteſt tamen dare obiectus de nõ iure actoris, quia quo ad obtinendam abſolutoriam à petitione actoris, ſufficit, quòd conſtet de non iure actoris, & melius eſt quòd ipſe maneat in ſua poſſeſſione, quãuis iniuſta uel uitioſa, quàm ſi aliter uitioſè ingrederetur, nec propter hoc ille iniuſtus poſſeſſor remanebit, quia ordinarius poterit illũ remouere ex officio ſuo, iuxta c. ordinarij. de offic. ord. in 6. Et uide, quod dicetur in 3. limi. Sed iſtud dictum Rotæ intellige, niſi eſſet lapſus terminus ad dandum obiectus, quia non renouabitur ad dandum omiſſos, niſi inferant, nedum iura non competere aduerſario, ſed etiam competere danti obie-

10 ctus. Et ita Ro. de excep. 16. in antiquis. ¶ Limita † prædicta quinque modis non reductis ab aliquo quem uiderim. Primò, niſi producatur gratia, ſi neutri, quia ſufficit, quòd eam producens probet de non iure aliorum. Et ex hoc ſtatim reſultat ius ſuũ mediante gratia, Rota de excep. multa. in antiquis, & latiùs de ſeque. poſſ. in 1. in nouis, aliàs uum. 17. Item fuit dubitatum. licet in rubricatis ſupraſcripto numeri ſit corrupta, prout ſæpe eſt, ubi dicitur, quòd c. ut circa. de ele. in 6. repellens obiectus malè ſpecificatus nõ procedit, quando tangunt ius opponentis, quia non ſunt propriè obiectus, cle. conſtitutio nemo. in prin. de ele. Modò uult ibi Rota, quòd habens, ſi neutri, dando bonos obiectus ſuper non iure alterius, non repellitur ex mala ſpecificatione, quia probare de non iure aduerſarij, eſt implere conditionem in literis appoſitam. Ergo materia de hoc data tangit ius partis. Fatetur, quòd eſt obiectus, ſed non recipitur, ut obiectus, ſed ut ius partis. Ad quòd ultimum uerbum facit etiam Rot. 157. item ſi quis dicat, quæ eſt de prob. 6. poſt medium, ibi maximè, quia prædicta. Et uide in d. deciſio. 27. bonam additionem omiſſam in rubricatis, quæ ſubtiliter declarat, quando articuli obiectiui ſint de iure partis. Adde etiã prædictis Rut. ut li. pen. 8. in nouis, quæ dicit, quòd ſæpe quæritur de iure de

[a] Geminata] Vide ad hoc not. per do. Soc. conſ. 15. in ui. Viſis prædictis publicis inſtrumẽtis. uer. 35. uer. tractatus. circa me. in 1. parte. Sed quid ſi confeſſio ſit facta parte abſente, & in diuerſis locis, an probat? Vide per eum in conſi. 218. uiſi. In cauſa Gabrielis. uerſi. confirmatur iſta concluſio. cum uer. & hoc maximè. & uer. omiſſo. in 2. parte.

functi, ut ſciatur de iure ſuperſtitis: & licet appareat beneficium non fuiſſe debitum defuncto, non ſequitur propter hoc, quòd ſuperſtiti uiuenti debeatur, per tex. hic. ¶ Limita ſecundò prædicta, dum modò agatur petitorio. Nam in illo ut eſt dictum, nihil iuris infert confeſſio aduerſarij: ſed ſecus in poſſeſſorio, in quo ad colorãdam poſſeſſionem ſpoliati ſufficit confeſſio ſpoliatoris probans illum colorem. puta, ſi confitetur eum inductum in poſſeſſionem ab eo, qui de iure, uel conſuetudine habet poteſtatem ponendi. Nam talis confeſſio ſufficit ad effectum reſtitutionis conſequendæ. Ro. plenè de reſtitu. ſpol. 17. & 19. in nouis, olim. 408. & 421. in nouis, licet inſcriptio horum numerorum ſit corrupta in impreſſis per rubricas: & ſequitur Bu. in c. in literis. ibi, nunquid autem coloretur. de reſt. ſpol. ¶ Limita tertiò ex dictis Rot. de re iud. 4. in nouis, olim. 160. ubi dicitur, quòd reus non poſſeſſor, de cuius non iure conſtat, poteſt dare obiectus contra actorem, tam in perſonam, quàm in gratiam ad effectum abſolutionis, ſed non adiudicationis obtinendæ, & ibi dicitur, quòd ſi conſtat de non iure actoris, licet reus nullum ius habeat, non eſt à poſſeſſione amouendus: imo abſoluendus ab impetitione actoris, per d. l. fi. C. de rei uen. & tex. hic, & per dictum Compoſt. ĩ. eo. mandatum. Magis enim abhorrent iura, quòd nullum habens titulum ingrediatur beneficium, quàm quòd ingreſſus eijciatur de poſſeſſione per non habentem titulum: quia turpius eijcitur, & c. de iureiur. quemadmodum. & facit deciſ. Rotæ de except. 7. ĩ. allega. Intellige ſanè, quando agitur de poſſeſſione beneficij retinenda, quia etiam ſi conſtat de non iure poſſidentis, tamen non remouetur, docto de non iure actoris: ſecus, ſi de poſ. acqu. uel recuperanda, quia ſi conſtet de non iure certantis pro poſſeſſione, nõ auditur. Rot. præall. de re iud. 4. & ut ſi. pe. 1. in nouis, & de reſt. ſpo. 2. in eiſdẽ, olim per numeros in eis ſupraſcriptos, quia certans de acq. uel rec. poſ. conſequeretur uitioſum ingreſſum propter quod etiam in dubio prohibetur fieri miſſio in poſſeſſionem realem, c. unico, de eo, qui mit. in poſ. lib. 6. Sed certans de poſ. retinenda non eſt eijciendus, niſi per illum, cuius intereſt, & habentem ius, c. cùm noſtris. & ibi Inno. de conceſ. præben. ¶ Limita quartò, quòd eſt dictum, confeſſionem rei non prodeſſe actori, dum modò ex toto uelit uctor inducere probationem tituli ex confeſſione aduerſarij: ſed quando ex toto non uellet cauſare ſuum titulum ex confeſſione, ſed imo probat titulum, & ex probatione aduerſarij, ſua probatio efficitur dubia, tunc confeſſio aduerſarij detrahens ſuæ probationi, & cõfirmans probationẽ actoris, quaſi leuando obſtaculum, bene prodeſt ipſi actori. Domin. in ca. duobus. ibi, ex ultima ſolutione nota. de reſcrip. lib. 6. propter glo. ibi, in uerſi. ſi uerò. ex qua habes exemplum. Et hoc eſt ſummè notandum, nec de facili ſimilis gl. reperitur alibi, ſecundum eum, & ſequitur etiam Dom. in loco ſtatim allegando. ¶ Limita quintò illud de confeſſione, ut dicta confeſſio non proſit, in quantum ad ius actoris, ſed quantum ad præiudicium rei, bene noceret ſibi ſua confeſſio in caſu beneficiali. Io. An. & Spec. de depoſi. §. 9. uer. ueruntamen. & ſequitur Domi. in c. unico, de eo, qui mit. in poſ. lib. 6. Et certè uidetur hoc de indubitabili. per c. 1. & 2. ĩ. de conſ. & per tex. hic, & in c. fi. de iureiur. in 6. cum ſi. dum modò imponatur pœna, quam exigat tela iudicij inchoati: nam ſi iudicium non tenderet ad pœnam, confeſſio in iſta inſtantia non noceret, ut per Compoſt. In d. c. mandatum. cum concor. ¶ Demum circa prædicta uide Lu. in ſing. 793. inci. dixit lex, poſtquam liti. ubi uult,
11 quòd † licet renuncians liti non poſſit amplius agere, l. poſtquam liti. C. de pac. tamen non uidetur fateri aduerſarium ius habere [a]. Extollit tex. & Bal. in l. ſi te. C. de inge. & manu. Adde Bal. in l. 2. ibi, quæro, nunquid. C. quibus res iudic. nõ noc. ubi dicit, quòd licet ſententia plerunque proſit, & noceat alteri, tamen renunciatio litis non. Allegat d. l. ſi te. De quibus dictis non affirmo aliud, ſed remitto ad Bal. in d. l. poſtquam liti. ibi, ego dico. ubi dicit, quòd ex renunciatione litis inducitur tacita cõfeſſio [b]: quia ille, qui renunciat liti, non habet, uel non credit ſe habere ius: & ſi renunciat per tacitam confeſſionem, fundatur intẽtio actoris. inducit c. per tuas. ſo grande, in fin. ibi, male conſcius ſibi. ĩ. de ſim. & in hoc uidetur tenere cõtra Bar. in d. l. poſtquam. Et cum Bal. concordant ibi Fulg. & Alexan. & plenius reaſſumit Alex. in l. ſi pro fundo. ad fi. C. de tranſact. Dic, ut ibi uer. & ex hoc infert Bald. hic. Et conſidera duos caſus: aliquando ius actoris eſt dubium propter deductũ à reo: & tunc, ſi reus cedit liti, bene fundatur intentio actoris, quaſi remoto obſtaculo, ut dixi in 4. limitatione. Et ſic procedant iſta ultima dicta. Aliquando de iure actoris nihil conſtat, & tunc, ſicut expreſſa confeſſio rei nihil prodeſt regulariter ſibi, ita nec tacita inducta per litis ceſſionem. Et prædicta omnia bene no. quia non fuerunt hactenus per iſtum modum accumulata, & fortè honorabunt coætaneos noſtros ſperãtes de inuentione, non de uſurpatione notati.

a *Ius habere*] *Vide Bal. in d. l. poſtquam. alle. in tex. in uerſ. ego dico. qui tenet contrà: & uide Lu. in ſi. uer. renũciatio. uer. dicit tex. facit tex. i l. ſicus. & ibi Bal. de rep. hær. & uide per Alex. i l. naturaliter. §. nihil commune. de acqui. poſ.*

b *Confeſſio*] *An renunciatio uim habeat confeſſionis, uide per do. Socin. conſil. 24. inci. Viſis ac diligenter. uerſ. tertio hoc opo. cir. med. in 1. parte.*

SVMMARIVM.

1 *Spoliatus à iudice non petit reſtitutionem, prout petit ſpoliatus à priuato, præſumitur enim pro iudice.*
Hoc pro regula, quæ fallit tribus modis.
Spoliatus à iudice quando reſtituatur. Poſt nu. 1. uerſi. fallit primò & ſeq. fallentijs.
2 *Viſitator datus ad corrigendum, poteſt priuare beneficijs præmiſſa citatione & exceptionibus legitimis excuſſis.*
3 *Iudex qui tulit ſententiam non eſt regulariter citandus in cauſa appellationis.*
Hæc regula recipit ſex declarationes ut nu. 4. 5. 6. 7. 8. 9.
10 *Subreptio cauſatur, nedum tacendo quod factum eſt, ſed etiam quomodo & quare quid eſt factum.*
11 *Excommunicatus ſpoliatus, regulariter non reſtituitur. Fallit in certis caſibus, ut infrà.*
12 *Excommunicatus non petit reſtitutionem uſurarum, ſed debent deponi in ædem ſacram pro alio iudicis officio.*
13 *Excommunicatus an poſſit impetrare.*

CAPITVLVM XXVII.

Dilectus filius abbas. ¶ Non ualet reſcriptum ſuper reſtitutione beneficij impetratum, quod de cã excõmunicationis & amotionis impetrãtis mentionẽ nõ facit. H. D. ¶ Regulariter 1 † ſpoliatus à iudice non petit reſtitutionem, prout petit ſpoliatus à priuato, quia præſumitur pro iudice. Gl. fi. in c. præſentiũ, 7. q. 1. & Ab. pulchrè hic. Adde Arc. in c. quia præſulatus. 8. q. 4. & in c. hoc quippe. 3. q. 6. & Abb. in c. licet ex ſuſcepto. de fo. com. & in c. ſi conſtiterit. de accuſ. & Arc. in c. quorundam. 74. diſ. ubi dicit, quòd dicens ſe ſpoliatũ à iudice nõ reſtituitur añ omnia [c], ſed debet in primis cognoſci, an iuſtè ſit ſpoliatus, uel nõ. Et idem Arc. in d. c. præſentiũ. dicẽs, quò ſi eſt dubium de ſpoliatione iudicis, ante omnia debet de ipſa cognoſci. Et pro iſtis facit glo. pe. ad fi. in c. cùm dilecti. quod metus cauſa. quòd iudex non dicitur alicui inferre metum. Et iſta ampliatur adeo, ut reſcriptum impetratum à ſpoliato ſit nullũ, ſi tacuit cãm amotionis, per tex. hic. ¶ Fallit primò dicta regula, quando iudex procedit extraiudicialiter, nõ ut iudex, ſed ut priuatus, per text. in c. conquerente. de reſt. ſpol. & ibi Bu. & Ab. Et idem no. Do. in d. c. præſentium. ſic intelligens tex. in d. c. cõquerẽte. Ad idem tex. in d. c. notũ. 2. q. 1. & ibi Arc. & Dom. Et id dicit Hoſt. de reſt. ſpo. §. quãdo faciẽda. in prin. quòd ſi apparet quẽ ſpoliatum à iudice, iuris ordine non ſeruato incontinenti reſtituendus eſt: aut eſt ſpoliatus ſeruato iuris ordine, & à iudice ſuo, & tunc nõ reſtituetur ante cauſæ cognitionem, quia prima facie ſtatur ſententiæ iudicis. Et dicit Car. in cle. 1. in fi. de cele. miſ. quòd iudex procedẽs ſine

c *Ante omnia*] *Vide tamẽ Oldra. conſi. 126. inci. De iure. & Bal. in l. pe. §. pe. C. de præſcri. 30. an. & in Spe. de primo & ſecundo decre. §. iam de eſſectu. uerſic. quid ſi miſſus. & do. Soc. conſil. 58. incip. Viſis proceſſu & ſententijs uer. prætered. ſ. Thom. in 2. parte, & omnino per do. Alex. in l. naturaliter. §. nihil uidetur. de acq. poſ. ubi ponit regulam, & multas fallentias.*

ſine cauſæ cognitione habetur pro priuato. ¶ Fallit ſecũdo, ubi iudex proceſſit iudicialiter, & notoriè, conſtat de nullitate, uel iniuſtitia ſententiæ, qua ſpoliauit. Ita text. in c. ex inſinuatione. de procu. & ibi Bu. & Imol. Vbi pro attentatis iudicialiter & iudicis authoritate uigore ſententiæ nullæ: quia contra procuratorem legitimè reuocatum datur poſſeſſorium, quod habet priuilegium poſſeſſorij, ut non admittatur exceptio proprietatis. Allegaut etiam notata hic. Et idem Bald. & Angel. in l. meminerint. C. unde ui. & Arch. in d. c. notum. Et ideo dixit Old. conſil. 227. De toto themate, &c. quòd ſi iniatus executor procedit, ut metus, poteſt peti reſtitutio aduerſus ſpoliationem ab eo factam. Et ſequitur Ioan. Andr. tacito Old. in addi. Spe. de petitorio & poſſeſſorio. §. quoniam. Bene facit, quod ſcribit do. Abba. in c. cùm dilecti. quod met. cauſa. quòd ſi iudex intulit metum iniuſtum, uel uiolentiam iniuſtam, dantur contra eum remedia prodita contra illum, uel metum inferentes. Vnde dicit gloſ. 2. in c. fi. de iur. cal. in 6. quòd iudex inferens iniuriam, non eſt iudex, per c. forus. in fi. de uerb. ſig. Meritò dixit Arch. 2. q. 2. in ſum. quòd remedia poſſeſſoria data à iure ſpoliatis, habent locum contra iudicem præter ordinem iuris ſpoliantem. Et hanc fallentiam ſentit etiam Ab. in d. c. conquerẽte. ¶ Fallit tertiò, ubi iudex iudicialiter procedens caret iuriſdictione in actu, quem expedit. Ita probatur in c. cùm cã. de offic. deleg. ubi duo ſine tertio non habebant iuriſdictionem: & ideo aduerſus actum eorum datur reſtitutio ſpoliato, ſecus dicit ibi do. Abb. ſi in iudice non deficiebat poteſtas, & procedebat iudicialiter. Nam tunc, licet iniuſtè proceſſerit, non agitur contra eum poſſeſſorio, ut in regula. ¶ Demum conſidera, quòd quantum ad effectum, uidetur parum importare, an ſit notorium à principio, quod iniuſtè proceſſerit, an poſtea conſtet: quia cum conſtabit per acta, erit etiam notorium. Sed, ut dicit Arch. in d. c. quorundam. ſi refertur quæſtio, an ſit iuſtè ſpoliatus, hoc prius tractabitur, quàm ille reſtituatur. Sed ſi eſt notorium, & petatur reſtitutio, ante omnia reſtituetur. Item in caſu iſtarum fallentiarum onus probandi iuſtitiam ſpolij incumbit iudici, aliàs autem incumbet parti, quia præſumptio, quæ eſt pro iudice, releuat eum ab onere probandi. Sed in dictis caſibus non præſumitur pro eo, nam in primo & ultimo negatur eum proceſſiſſe, ut iudicem, & ſic negatur qualitas, in qua fundabatur. Aliàs eſt pro eo, quoniam, ut inquit Bald. poſt Cy. in l. ſancimus. ad fin. ibi, decimotertiò quæritur. C. de iudic. ubi iudex non ſeruat ordinem, non præſumitur pro eo. Quæ omnia ſignat, tanquam ab alijs non tacta. ¶ In quã-
2 tum pulchrè concludit Ab. quòd † uiſitator datus ad corrigẽdum, poteſt priuare beneficijs, intellige ſanè, dum modò præmiſſa citatione, & legitimis exceptionibus diſcuſſis. Ita Feder. latè conſilio 55. Per uiſitatores, &c. Et ita etiam intellige Feder. conſilio 145. Ioannes Epiſcopus. dum etiam ſentit, quòd uiſitatores poſſunt deponere ſubſiſtente cauſa. De quo latiſſimè per Cardi. in cle. attendentes. §. uiſitatores. in 6. q. de ſtatu mon. ubi tandem concludit cum Lapo, quòd uiſitator [a] ſimpliciter datus non poteſt deponere, niſi in ſuo mandato dicatur, Inquiras & corrigas, quia tunc, ſi non poſſet amouere perpetuò, non eſſet correctio integra. Quòd autem non poſſit amouere, ubi non ſunt dicta uerba, firmat etiam Imol. ibi, & facit dictum Ioã. And. in c. j. de homic. in 6. dum dicit, quòd delegatus non poteſt aliquem priuare beneficio, niſi hoc exprimat commiſſio ei facta, ſicut fuit expreſſum in c. quia diuerſitatem. de cõceſ. præb. & in c. cum dilecti. de accuſ. Et ſcias, quòd licet in propoſito non differat uiſitator datus à Papa, à uiſitatore dato ab inferiore, tamen aliquando differunt, ut in caſu c. ſi. in fi. de ſupplen. negligen. præla. in 6. ubi datus eccleſiæ uacanti à Papa poteſt conferre beneficia, ſecus, ſi ab inferiore. Et corrigitur opinio gloſ. pe. in c. obitum. 56. diſt. Et ad intellectum c. 2. de offic. uic. in 6. allegati hic per Abb. uide latiſſimè Maria. in c. qualiter. lo 2. q. 5. ar. 15. ubi egregiè reaſſumit dicta Docto. in d. c. 2. quibuſdam additis. Et ibi etiam ponit, an uicarius epiſcopi poſſit ſaltem cognoſcere de crimine digno depoſitione, ut referat
5 ſuperiori. ¶ Regulariter †, in cauſa appellationis non eſt

a *Viſitator*] *Ad de te, quod Inn. i c. in ſingulis. de ſtat. monac. tenuit, quod uiſitator habeat iuriſdictionem ordinariam in inquirendo & cognoſcendo.*

b neceſſariò citandus iudex, [b] qui tulit primam ſententiã quia retractatio ſentẽtiæ non affert ei directum & notabile præiudicium, ut probatur in c. uenerabilibus. in prin. de ſen. excom. in 6. no. Inno. in c. in noſtra. de procurat. & in c. de cætero. de tranſact. & Ioan. Andr. & omnes alij hic, & Bur. Imol. & Abb. in c. cum ſpeciali. §. fi. de appel. cum quibus tranſit ibi Phil. prope fi. Et idem not. Innoc. in pulchra materia in c. de cætero. in princip. s. gloſſ. de tranſactio. & Bald. in l. ſancimus. ad fi. ibi, decimotertiò quæritur. C. de iudic. dicens, quod quando eſt quæſtio de proceſſu iudicis coram ſuperiore per uiam appe. uel nullitatis, poteſt iudex citari. Tamen ſi non citatur, tenet proceſſus. Allo. Inn. in d. c. in noſtra. Cum quo tranſit etiam Bal. in c. j. ibi, de iudice, an ſit citandus. de mil. uaſ. qui contu. eſt. Et iſtam regulam tenet etiam Bal. in c. 1. in 8. not. ſ. eo. dicens, quòd ubi iudex proceſſit ad inſtantiam partis, non eſt uocãdus ad defendendum proceſſum ſuum. Allegat Inn. in d. c. de cætero. & in d. c. in noſtra. Et iſtam regulam ponit etiam Ab. in c. ſacro. de ſen. excõ. propter gl. ibi, & Bu. & in d. c. in noſtra. & in d. c. de cætero. ¶ Recipit iſta regula ſex notabiles
4 declaratiões. Prima, niſi † iudex proceſſiſſet ex officio, quia tunc debet citari. Abb. poſt alios hic, & glo. in uerbo, coram ſuperiore. in fi. in c. cum ſpeciali. de ap. & text. in d. c. uenerabilibus. Vnde dicit Ang. in l. ſi uacantia. 43. glo. ibi, idem circa prædictam materiam, quòd quando inquiſitus petit reformari inquiſitionem corã ſuperiore, debet iudex citari. Et dicit Bald. in d. l. ſancimus. 13. q. quòd ſi iudex proceſſit ſine fama, uel indicijs, uel omiſit debitum ordinem condẽnatur parti in damnis & expenſis, ſed ſi præceſſiſſet fama, uel indicia, excuſat eum neceſſitas officij. Cum iſtis concordat Bald. in l. ædita. ibi, quòd ſi reus. C. de eden. in repetit. Paduana, dicens, quòd cum appellatur ab inquiſitione, non eſt ibi pars. & iudex appellationis tenet locũ inquiſitoris, cum appellatio ſit eiuſdem naturæ, cuius inquiſitio, argu. l. ita demum. C. de procu. & l. penul. ff. iudic. ſolui. Tamen de citatione iſta non tangit. Et uide text. in c. cum ab eccleſiarum. de offic. ordin. per quem dicit ibi Butri. in 4. not. quòd ad ſentẽtiæ relaxationẽ uocandus eſt iudex, qui eam tulit, quando prononciauit ex officio. Et ſequitur ibi Imol. allegando d. c. uenerabilibus. & idem not. Butri. in c. quaſtionic. ibi, ex tertio not. j. de appel. dicens, quòd ubi iudex ex officio promulgat ſententiam, intereſt eius eã defendere. Ideo admittendus eſt. Allegat d. c. uenerabilibus. Et iſtam declarationem ſentit etiam gloſſ. in uerbo, conſtiterit. in d. c. ſacro. & ibi Abb. & firmat Imol. in d. c. de cætero. ibi, extra glo. ¶ Prædicta declara duobus modis. Primo ex dicto Bal. in l. per hanc. ibi, quæro, nunquid inquiſitor. C. de temp. ap. ubi dicit, quod inquiſitor, à cuius ſententia fuit appellatum, non poteſt iuſtificare ſententiam per nouas probationes, quia ex ipſis non iuſtificat ſe, ſed ſolum ex his, quæ geſta ſunt coram ſe. Allegat gloſſ. quæ incipit, nota formam. in l. eos. in princip. C. de app. ¶ Secundò declarat ex dicto Innoc. de accu. olim. in fi. dum dicit, quòd in iſta cauſa ap. non oportet uocare illum, qui fuit proſecutor inquiſitionis, quia nihil iuris habet in hac perſecutione. Si enim haberet, mutari non poſſet. Fatetur tamen, quod bonus iudex prudenter faciat, ſi eum uocat, ut per eum inſtruatur, & credit, quòd iſte poteſt appellare, ſi ipſe, uel alius cauſam proſequitur, ſicut procurator, qui non poteſt exercere cauſam appellationis, poteſt appellare, c. pe. j. de procu. Sed Imol. in d. c. olim. negat, quod poſſit mutari, quia illud eſt uerum ſolum, quando fuit deputatus per iudicem, ſecus, ſi proprio motu promouiſſet inquiſitionem, ut latè not. Ioan. An. poſt Inno. & Hoſt. de teſti. cum clamor. ſaluo, niſi mutaretur eum cauſa, arg. eorum, quæ habentur in c. 2. de procu. in 6. uel niſi fortè eſſet regularis, per text. in d. c. olim. Et ſequitur ibi Ana. ſentiens cum Imol. quòd uocandus ſit iſte, quando eſt talis, qui mutari non poteſt. ¶ Eſt uerum, quòd Sal. in l. fi. in fi. C. ſi reus, uel accu. mor. fuc. tenet, quòd imo iudex non ſit citandus, etiamſi per inquiſitionem proceſſit, & multa inducit, ſed non eſt recedendum ab opi. communi, propter text. cui ipſe non reſpondet, in d. c. uenerabilibus. Motiuis autem ſuis pone reſponſiones breues,

b *Citandus iudex*] *Adde Bald. in Merc. in uerbo, iudex. uer. 11. et in addi. ad Spe. in tit. de ap. uerſ. ſed nunquid iudex. & in l. cum ſeruum. de ſeruis fugit.*

ues, licet nullus Modernus reſpondeat, & pòſt, dum dicit, quòd appellatio non mutat naturam cauſæ, unde ſicut corā iudice principalis cauſæ procedebatur ſine parte, ita coram iudice, ad quem, & fuit ratio Innoc.in d. c. cum ſpeciali. Reſponde ex uerbis Ioan.And.ibi, uer.dicit Hoſti.dum dicit, quòd cum iſto iudicio non ſit alia pars, quam primus iudex, neceſſe eſt, quòd cauſam appellatiõis defendat, alias facilè poſſet iudicari pro temerario appellante, & remaneret crimen incorrectum. ¶ Secundò adducit, quia primum iudicium redderetur ſuſpectum, ſi coram ſuperiore, ad quem eſt appellatum, primus iudex faceret ſe partem, & cum eo iudicium agitaretur, & facit gloſ.licet ipſe non dicat, in c. ſtatutum.in princip.in uerbo, cupia.de reſcri.in 6.de qua dicam ĩ.eo.ſuper literis. Sed dic, quòd iſtud eſt uerum, quando primus iudex nondum iudicaſſet,ſed ex quo iam iudicauit, fruſtra agitur de ſuſpicione primi iudicij, quia tuetur ius ſuum,ne detecta ineptitudine inquiſitionis condemnetur. Poteſt etiam dici,quod iſte eſt caſus, in quo iudex gerit ui-
5 cem iudicis & partis. ¶ Tertiò monetur, quia † per ſententiam eſt functus officio ſuo, l.iudex.ff.de re iudi. Sed dic, quòd eſt functus,quo ad inſtantiæ coram eo pendentis expeditionem, non quo ad defenſionem ſui intereſſe,quam non aſſumit,ut iudex, ſed ut priuatus.. ¶ Quarto adducit, quia eſſet abſurdum, ut dimitteret ordinariam ſedem cauſa proſequendi app. per l.illud. ff. de offic. præſi. Sed dic, quòd per hoc non deſerit ordinariam, quia per ſe, uel per procuratorem poterit inſiſtere diſtinctis temporibus,ita ut proſecutio appellationis non confundat propriam iuriſdictionem.
¶ Et ſi diceretur, habens magiſtratum non conuenitur durante officio,l.2.cum ſi.ff. de in ius uoc. Reſpondet primò, quòd illud multoties fallit, ut ibi notatur: & enumeraui fallentias in c.legebatur.de maior.& obe. ¶ Secundò, quod ubi agitur de delicto commiſſo in officio, bene poteſt conueniri, l.iubemus.C.ad l.Iul.repet.in q.j.iubemus. & in q. 7.ſancimus.Præterea iſta non eſt citatio arctatoria: imo eſt reus uoluntarius, ut ĩ.in ult.decla. ¶ Quintò inducit l.cos. §.ſuper his.C.de ap.reputans ibi eſſe caſum. De hoc reſpondet dupliciter. Primò, quòd non apparet, an ibi iudex proceſſerit ex officio per inquiſitionem:fortè enim fuit ibi accuſator:quod ſatis conſonat illi literæ in uerbo, audita omni cā atque diſcuſſa. Vel ſecundò non tangitur in illo tex.an primus iudex citandus ſit, an non:ſed ſimpliciter inſtruitur ſuper tranſmittendis actis ad ſecundum iudicem reo in uinculis detento.Quid autem acturus ſit ſecundus iudex, non declaratur ibi.Vnde in hoc recurrendum eſt ad c.uenerabilibus. Per quē tex.apparet, non eſſe abſurdum, quòd is modò ſit pars, qui in prima cauſa fuit iudex: quamuis hoc pro abſurdo ponat Inno.in d.c.cùm ſpeciali. ſecutiens iſta motiua Salic.pro maiori parte. Tamen ipſemet Inn. ſequitur communem in d.c.in noſtra.& expreſsè in c.pe.de re iudi.quaſi in princip.ultimæ glo.ibi, hoc non poteſt habere locum. Et dicit Pet.de Anch.in d.c.uenerabilibus.illum tex. eſſe meliorem de iure pro iſta prima declaratione, & etiam pro regula ĩ.poſita. Et ita etiam no.ibi Domi. in princip. in ulti. notabili. ¶ Secunda declaratio. Vbi proceſſus in cauſa appellationis poſſet inferre pœnam primo iudici,citandus eſt. Inn.in d.c.cum ſpeciali.in gl. hic habes arg. Exemplificat, ſi aliquis appellauit à proprio epiſcopo: quia recuſauit ſine cauſa eum confirmare:nam ſi mandetur alicui, quòd inquiſita ueritate ſuper eius electione confirmet,etiamſi inuenerit eam canonicam, citandus eſt epiſcopus: quia redundat in eius pœnam, quòd infringatur, quod ipſe fecit, 9. q. 3. nunc. Et ita tranſit But.in d.c.cùm ſpeciali.& Bart.in l.j.in
6 fi.ff.ad Turp. ¶ Tertia declaratio. Eo † caſu, quo prius ille iudex citandus eſt, ſi non citatur, proceſſus eſt nullus. But. in d.c.cum ſpeciali.& Lud. conſil.344. Omnipotentis,&c. ex propoſito themate. Allegat Fede.conſilio 204. quem non reperio. Sed adde Bald.idem tenentem in l. nam ita diuus. ad ſi.ibi, item eſt arg.ff.de adop.& Inn.in d.c. cum ſpeciali. & in d.c.pen.de re iudic. Eſt uerum, quòd Bald. ſentit contrariũ in d.l.ſancimus.C.de iudi. Sed fortè poteſt intelligi, quando citatio non eſt neceſſaria, ſed fit ex honeſtate.
7 ¶ Quarta declaratio. Vbi † non oportet citare primum iudicem, ſi tamē uult ſe offerre defenſioni, non poteſt repelli, quia etiā ubi non proceſſit ex officio,agitur de aliquali intereſſe ſuo in retractatione ſententiæ.Ab.hic arg.l.à ſententia.
ff.de ap. Adde Bal. hic, qui dicit,quòd ubi iudex uenit condemnandus ad ueram litis æſtimationem, ſi dolo, uel imperitia iudicauit, debet admitti. Dicit tamen, quòd in cauſis beneficialib.non cadat æſtimatio litis,niſi rõe expenſarum. Punitur ergo plus, uel minus arbitrio iudicis, l. j. §.j.ff. de effract. Et ideo diſtinguendum eſt inter cās æſtimabiles & inæſtimabiles, ſecundum eum, per l. procurator ad exhibendũ.uerſus ſi.ff.rem ra.ha. Et cum hoc dicto tranſit hic And. Sicu.aliud non ponens in hac materia. Et iſtam declarationem firmat etiam Butr. in d.c.cum ſpeciali. per text.hic. & idem But.in d.c.2. in 8.not.ĩ.eod.dicēs, quòd ſi iudex uult ſe offerre ultro ad informandum ſuperiorem, debet admitti,per text. ibi, & idem Arch. & Domi. in c.hoc etiam placuit. 2.q.6.Et dicit Bald.in rub.C.de pœ.iudi. qui malè iudi.in ſi. quòd iudex, à quo eſt appellatum, poteſt legitimè aſſiſtere pro defenſione ſententiæ.Allegat text.hic, & Arch. in d.c.hoc etiam. Non poteſt tamen aſſumere in ſe iudiciũ animo nouandi,quia non eſt propriè aduerſarius.Allegat l. Lucius.ff.de inſa.& quod not.Innoc. in c.j.in gloſſ.tamen.
8 de app.in 6. ¶ Quinta declaratio. Si † expedit, ut iudex ferat teſtimonium de his, quæ acta ſunt coram eo, uocandus eſt.Ang.in d.l.ſi uacantia.C.de bo.ua.lib.10.Alleg. Inn. in c.in noſtra.de procur.& text.in c.non ſine.de arb. Vel, ſecũdum eum, ut ex dictis ipſius inſtruatur iudex, iuxta c. cum dilecti.de accu. Et de hoc, an & quando iudex ſit teſtis idoneus de geſtis corā ſe,[a] uel à ſe, uide Scribentes in c. cum à nobis. de teſti. & ibi

> a Coram ſe] Adpoſui de Rot. deciſio. 92.iudex. in nouis.

poſui. ¶ Sexta & ultima declaratio. Vbi
9 † iudex citatur,non efficitur propriè contradictor, uel pars, quia citatio non eſt arctatoria, & dicitur contradictor uoluntarius,ſicut ille, qui citatur, ſi ſua putat intereſſe, qui ſponte opponere poteſt. Bald.in rub.C.de ſue.edic.in ſi. Alleg.not. per Innoc.in c.inter.de excep. Et iſta omnia, tanquam alibi non ordinata,bene not.quæ adde ad Aug.& Aug.in li.Male ſi.ſo.antepe.ubi etiam inuenies,an ſyndicus communis ſit citandus, poſt Bart.in l.j.ad ſi. ff. ad Turpil. cum concor.
10 ¶ Tene menti iſtum text.cum glo.j. quòd † non ſolum uitiatur reſcriptum tacendo id, quòd eſt factum, ſed etiam tacendo,quomodo & ex qua cauſa ſit factum. De quo exclamat Lud.conſil.126.In præſenti conſultatione. in ſi.dicēs, quod Old.facit de hoc feſtum in conſilijs, & eſt ratio, ſecundum Lud.quia ex ea generalitate, quæ obſcuritatem parit, poteſt princeps facilè circumueniri, l.ſi. ad ſi.ibi, falſo ſermone ſe iactat.C.de do.promiſ.facit c.cum olim.de re iudi. Et per iſtum text.dicit ſingulariſſimè Card.conſil.141.Sanctiſſimus dominus noſter. quod non ſufficit facere mentionem de literis gratioſis alteri conceſſis , niſi fiat mentio. de cauſa conceſſionis. Vnde cum in primis literis diceretur, quod propter ſcientiam ſacræ paginæ, quæ reſplendebat in impetrante, Papa fuit pro eo inclinatus, ſecundæ literæ derogatoriæ nedum debebant facere mentionem de primis, ſed de hac cauſa earum.Alleg.etiam gl.23.q.5.occidit.quæ dicit,quod cauſa facti magis eſt inquirenda, quàm factum, ut etiam glo.hic,de quo dicto nunquam ſis oblitus, quia ſi eſt uerum,multum importat. Reliqua circa expreſſiones facti & circunſtantiarum dicentur plenius ĩ.c. proxi. ¶ No.
11 regulam,quod † excommunicatus ſpoliatus non reſtituitur, glo.2.hic,& in c.j.in uerbo, in audientia.in ſi.23. diſtin.& in §.j.in glo.mag.in ſi. 13.q.j.& ibi.Archi.& glo.j.in ſi.ibi, in nullo.in §.uerum.3.q.7.Arc.18.q.2.Ab. ad ſi. Specul. de peti. & poſ. §.ſi.uerſi. 21.Lud. in l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de ac.poſ.But.in c.ſi. de ord.cog.Ab. in c.à nobis. de except.Rota de re iud.24.in antiquis, Inn.in c. paſtoralis.in ſi.de ap.& in c.cum noſtris.ad ſi.ibi, hoc ipſum tamē de conceſ.præben.Imol.in l.is, qui reus .ff.de pub.iud.uer. tu potes dicere.Allegat pro ſingulari gl. in c. ex inſinuatione.in uerbo,canonicũ. de procu.quam ſequuntur omnes ibi,& Abb.hic. ¶ Fallit primò in excommunicato excommunicatione minori.Archi.& Domi. in d.c.j.33.diſt. in ſi. Allegant. Vin. de offic.deleg. prudentiam. in ſi.ſicut etiam obiectus criminis non obſtat ſpoliato, c. item.de reſtit. ſpo. & quia ceſſat periculum communis Facit, quod no. Domi. poſt Lap.in c. j.ibi, quærit Lap. de reſcr.in 6. dicens, quod ille tex.non habet locum in excommunicato minori excõmunicatione. ¶ Fallit ſecundò, niſi conueniatur ab excommuni-

municatore, uel ab eo, qui ſecit eum excommunicari: quia poteſt in primis petere ut reſtituatur communioni hominum, ac iniuſtè ſibi interdictæ. Spe. in d. uerſi. 21. Butr. poſt Vio. in c. cùm inter. de excep. Arch. & Domi. in c. nullus. 10 2. 2. q. 2. Et ſic intelligit glo. ibi, dum dicit, communionẽ in primis reſtituendam. ¶ Fallit tertiò, ubi ſpoliatio impediret implementum actus permiſſi excommunicato, putà ire Romam pro abſolutione. Abb. poſt Vin. c. intelleximus. ibi, hoc dictum limito uerum. de iudic. ¶ Fallit quartò, niſi ſpoliator eſſet fugitiuus, uel res eſſet peritura. Abba. in d. c. cùm inter. Et per hanc rationem puto: quia eſt ſimilis reo, cum ſtimuletur ad agendum ex præiudicio imminenti, & poteſt dici quædam defenſio: & hoc eſt æquiſſimum, ſecundum eam: & facit, quod legitur & not. in l. ait prætor. §. ſi debitorem. ff. de his, quæ in fran. cred. & in l. nullus. C. de iud. Sed ſecus, ſi ceſſaret periculum: quia poteſt facere ſe abſolui. Allegat Hoſt. eo. tit. ſignificauerunt. ¶ Fallit quintò, ſi eſt ſpoliatus uxore ſua, glo. in c. quoniã. in uerbo, uxores. 31. q. 3. de reſti. ſpoliat. §. quãdo facienda. uer. ſed quid ſi uir. quia cum ipſa permittitur communio, d. c. quoniam. Sed Bur. poſt. Cal. inter. c. ſi. de or. cog. & ibi Abb. dicunt, quòd non obtineret per uiam actionis, ſed officio iudicis, ut ibi per eos. ¶ Fallit ſextò, & ultimò, quando excommunicatus non uenit propriè, ut actor, ſed ut reus, putà, quia paſſus eſt miſſionem ex primo decreto, propter contumaciam, & uſic petijt ſe reſtitui ad poſſeſſionem, offerendo cautionem de ſtando iuri. Iſte enim debet audiri. Ab. in d. c. ex inſinuatione. Allegat Spec. de contuma. §. ſi. ff. de oper. noui. nun. Sed uult allegare in l. de pupillo. §. ſi procurator. eo. titu. Tamen iſtud indigeret altiori examine, ſed omitto, quia Alexan. ibi ponit opportunè, & dixi aliàs de iudic. intelleximus. tenen-
12 do hanc fallentiam. ¶ Et iſtis adde, quòd † excommunicatus non petit reſtitutionem uſurarum, ſed officio iudicis deponentur in ædem ſacram, glo. 2. in ſi. in regula, pactum. lib. 6. Lau. de Rodul. in tractatu uſurarum, q. 92. Et adde, quòd hæretico non datur reſtitutio, gl. 2. prope medium, in c. quo iure. 8. diſt. & in d. §. j. 14. q. j. quia excommunicatus eſt, ĩ. de hæret. excommunicamus. ¶ Vltimò, dum tangit glo. ſi. hic de impetratione reſcript. facta per excommunicatum, uide, quæ plenè ſcribit Domi. poſt alios in c. j. de reſcri. in 6. & quæ dixi in c. ſi. de except. ubi poſui ad illud. c. j. plures ampliationes, & etiam plures lectiones, ideo more ſuo ulterius non replico. ¶ Sed ultra ibi dicta nota quædam. Et primò nota, quòd excommunicatus non poteſt impetrare reſcriptum ſuper nullitate ſententiæ, à qua non appellauit. Abba. in cap. quòd ad conſultationem. [a] ad ſi. de re iudi. quia hoc caſu eſt actor. Et adde, quòd etiamſi pars conſentiret, non ualet impetratio in caſu d. c. j. ut no. Imo. poſt Bur. ĩ. eo. & c. ult. & alij, quos allegaui in d. c. ſi. Et ubi tantũ unus ex impetrantibus eſt excommunicatus, ualet impetratio, ſed non prodeſt impetratio excommunicato, quo ad impetratiões. Ioan. And. in regula, in utili. in Mercu. Imol. in c. prudentiã. §. ſi. de offic. deleg. quem adde ad ea, quæ dixi in d. c. ſi. allegando Ludo. in duobus locis. Item adde, quòd ubi excommunicato permittitur, quòd poſſit impetrare, non eſt opus, quòd faciat mentionem de excommunicatione. Bald. in c. dilectæ. per illum text. de excep. de quo etiam per Domi. in d. c. j. ibi, quid ſi impetraret. Item dum tetigi in d. c. ſi. de illo, qui fuit excommunicatus in fraudem, ne impetrare poſſet, quòd ualeat impetratio, adde Au. Si. ĩ. eo. in rub. ubi intelligit hoc, quando ignoraret ſe excommunicatum, ſed ſi hoc ſciret, puta impetrationem non ualere, quicqd dicat Domi. poſt Spe. in d. c. j. Mouetur, quia ille text. loquitur indiſtinctè, & quia excommunicatio etiam iniuſta ualet, 11. q. 3. c. j. etſi eſt notoriè iniuſta. Allegat Arch. in d. c. uenerabilibus. Sed certe etiam in non occulto procederet prædicta lectio, quia propter hanc notoriam iniuſtitiam ſententia excommunicationis redditur nulla, ut per Abba. in c. inter cæteras. de re iudi. ut ibi dixi. Item dum dixi in d. c. ſi. quòd d. c. pen. fallit in impetratione commiſſionis factæ auditoribus Rotæ, quia illa non confert iuriſdictionem nouam, ſed eſt quædam diſtributio, ut per Domi. in c. j. adde Rotam idem tenentem de iudi. 5. in nouit, de offi. deleg. 11. in eiſdem. Facit dictum Rotæ de app. 60. & 61. in nouis, quod commiſſio facta auditori Rotæ ad inſtantiam falſi procuratoris, ualet.
13 Item dum tangit Domi. latè in d. c. j. an † excõicatus poſſit impetrare pro alio, adde Rotam de reſcrip. 9. in antiquior. quæ tenet, quod poteſt, ſi non opponitur ſibi, quando impetrat, de quo etiam per gloſſ. & Doc. in c. ſin. de procur.

[a] *c. quod ad conſultationem*]. *Vide Hoſt. ibi, qui tenet contra.*

SVMMARIVM.

1 *Vicariorum quot ſunt genera.*
2 *Spurius ſi fuerit legitimatus, non expreſſis qualitatibus ſpurietatis, non ualet legitimatio.*
3 *Vnio facta per reſcriptum ſurreptitium, an ſit irrita, uel irritãda.*
4 *Præbenda uenit appellatione beneficij, large ſumpto uocabulo beneficij.*
5 *Impetrans beneficium an debeat facere mentionem de patrimonio, quod habet.*
6 *Clericus quando licite uiuat de ſuo beneficio. licet habeat patrimonium.*
7 *Clericus poſſidens beneficium, & non dicens officium, tenetur ad reſtitutionem fructuum beneficij.*
8 *Clericus pauper impetrans in forma communi, non tenetur facere mentionem de penſione, quam habet à laico, etiamſi in titulum beneficij ſit ſibi aſſignata, &c.*
9 *Diſpenſatus ad duo incompatibilia, non intelligitur diſpenſatus in eadem eccleſia.*
10 *Diſpenſatus ſuper pluralitate beneficiorum, an etiam intelligatur diſpenſatus ſuper reſidentia.*
11 *Diſpenſatus ut poſſit habere præbendam habentem ſacrum ordinem annexum, an uideatur diſpenſatus, ut habeat uocem in capitulo.*
12 *Diſpenſandi habens largam poteſtatem, an poſſit diſpenſare contra ius diuinum.*
13 *Diſpenſandi facultas non cenſetur ei conceſſa, cui datur omnimoda plenitudo poteſtatis.*
14 *Mentio debet fieri in reſcripto de poſſeſſione illicita.*
15 *Confirmatio facta à ſuperiore de intruſo, non tenet, ſi concedens reſcriptum ignorauerit de intruſione in beneficio, niſi princeps promouiſſet talem ſcienter. & num. 16.*

CAPITVLVM XXVII.

POSTVLASTI. ¶ Per literas iuſtitiæ non tenetur epiſcopus prouidere habenti perpetuam uicariã, uel ſufficiens patrimonium, nec ualent literæ gratiæ ad beneficium obtinendũ, ſi impetrans tacuit perpetuam uicariam. H. D. Et eſt repetita iſta decre. ſolennis per Domi. & do. Maria. de Soci. Sed eorum dicta erunt pro maiori parte tandem collocata locis congruis per hunc titulum.
1 ¶ In † quantum Abb. pulchrè ponit multiplicem naturam uicariorum, adde eundem in rep. c. extirpandæ. §. qui uerò. de præb. ubi etiam ponit de uicarijs, qui deputantur per Papam ad certam prouinciam regendam, de quorum poteſtate ſtandum eſt uerbis priuilegiorum, per c. porro. de priuil. & per c. de cætero. eo. tit. ſecundum eum. & ponit de uicario Papæ in urbe & diœceſi Romana. c. ſua. de offic. uicar. ¶ Item de multiplici uicario uide Car. in cle. j. in 3. q. de off. uica. Et adde, quòd etiam uocantur uicarij eccleſiæ illi, quã in temporalibus deputantur ad regimen terrarum eccleſiæ, de quibus per Lud. conſil. 59. Et ibi, an habeat poteſtatem gladij? & concludit, quòd ſic, loquẽdo de uicario Arimini, de quo etiam per Moder. in li. Maleſi. fol. 187. & allegat pulchrè in l. j. ff. de officio eius, cui man. eſt iur. & de poteſtatu iſtorum, uide quæ dixi in titu. præcedenti, c. quæ in eccleſiarum. ibi, ſed cogitabam. Et no. quod licet Florentini habeãt conuentionem cum Aretinis de non derogandu iuriſdictione poteſtatis Aretij, tamen ſi ponunt uicarium ad omne caſtrum ſubiectum ciuitati Aretij, non debet fieri noua conuentio. Ita do. Mar. de Lau. in tractatu confœderationum, uerſi. eſt conuentio. dicens eximium Doct. ita conſuluiſſe, C. de re mili. lib. 12. & ille conſulens fuit Ludo. Ro. ſecundum Baptiſtam, in l. omnes populi. fol. 31. de inſtit. & iure. Et no. quòd licet prioratus habeat ſub ſe curam animarum, & ad ipſas deputet uicarium perpetuum, non tamen reſtat, quin prioratus dicitur curatus ſaltem habitu. Thom. Faſto. dubio 25. Quinimo Rota. de of. uic. 2. in antiqs, ſimpliciter firmat, quòd ipſe prior dicitur habere curam, & non uicarius. Et ad hanc dicit eſſe communem * opin. & uideri tex.

in cle. ne in agro.§.cæterum.de ſtatu mo.qui,text.profectò hoc ideo probat: ponit enim in prioratu conuentuali curato unam differentiam, an prior exerceat per ſe, an per alium curam. quia in primo caſu requiritur ætas 25. annorum, & ſecundo 20. & ſic non uidetur ita curatus ille, qui habet uicarium, ut etiam per Card.in 2. op. Tamen non negat ille tex.quin talis poſſit dici curam habere. Patet dum requirit promotionem ad ſacerdotium. Sed Ab.in d.§.qui uerò. ibi, quæro, penes quem licet prædicta non adducat, diſtinguit tamen, utrùm rector habeat certam portionem in eccleſia cæteris fructibus committendis in uſum uicarij, & tunc cura & rei uendicatio ſpectat ad uicarium. Aut perceptio fructuum ſpectat ad rectorem certa portione uicario relicta, & tunc de iure communi cura & rei uendicatio ſpectat ad rectorem: ſed exercitium curæ ad uicarium. Sic intelligit glo. 3.in fi.de præbē.expoſuiſti. & fuit diſtinctio Laudini in cle. una.de offic.uica.quam ſequitur ibi Card.q. 9.& Imol.ibi, quæro, quis habet. Et eſt utilis iſta diſtinctio in tractans, q̃s habeat agere pro iuribus curæ, & pro relictis, & alijs emolumentis concernentibus curam, & in nullo iſtorum caſuū includitur tale beneficium ſub diſpoſitione extrauag. execrabilis.ut ibi habetur ad fi. Licet hoc non aperiat clarè Ab. tamen ipſe uicarius dicitur habere curam, & includitur in d.extrauag.ut ſentiunt iſti, & Car.loco ſtatim allegando. Et uide Card.in conſil.33.In hac dubia cauſa, &c. ubi probat, quòd beneficium habens ſub ſe uicarium perpetuum ad curam, quamuis non dicitur curatum, quo ad cauſam, c. de multa.de præb.& d.extrau.tamē quo ad hoc, ut deberet fieri mentio in impetratione de ipſo, ut de curato, bene dicitur curatum, per d.extrauag.à contrario ſenſu, ibi, quantum ad modificationem præfatam. Dicit enim, quod quo ad pœnas illius extrauag.non uenit beneficium habens rectorem principaliter, qui deſeruit per uicarium perpetuum. Ergo quo ad alias diſpoſitiones, ſecus, quod expreſsè tenet Zenze.ibi, & in cle.j.ſuper uer.imminet.de præben. De tali ergo cura eſt mentio facienda, ſecundum Card. in d. conſil. dicentem idem determinari per literas cancellariæ. Et hoc uidetur certum, quando titulus prælaturæ eſt immediatus ad curam, ut tunc cura ſit apud principalem, etiamſi per uicarium perpetuum deſeruiat in cura. Si enim cura competeret ratione beneficij curati annexi, in quo annexo alius eſſet uicarius perpetuus, tunc eſſet penes uicarium. Ad hæc cle.unica, de offic.uic.& c.ſuper eo.de præb.in 6. q̃ ſic intelligitur, ſecundum Card.in d.conſi.Ad q. ultimum uide latè Pe.de Anc. & Dom.in d.c.ſuper eo.& Pe.de Anc.in regula, acceſſorium. Ex iſto conſi.Card.habes, quod licet cura non ſit in exercitio penes rectorem, tamen de ea eſt ficoda mentio, quia negari non poteſt, quin ipſe habeat beneficium curatum, licet ſeruiat per alium, ſi uero ipſa eccleſia haberet curam habitu, tamen non eſſet in exercitio apud aliquē, utrum tunc de ipſa cura deberet fieri mentio? Sentit Car. quod non. Eſt ſubtractabile per ea quæ habentur in d. c. de multa. ubi communiter cōcluditur, quòd talia beneficia regulantur in omnibus, ut ſimplicia, ſecundum quam opin. aliter conſului. Non enim retraheretur à concedendo, etiāſi exprimeretur, quod habitu tantum eſt curatum, ſecus, ubi eſt curatum actu, licet impetrans exerceat curam per aliū, non quantum, quo ad ipſum inhæreat curæ, quo ad habitū, tamen ipſa eccleſia, in qua eſt intitulatus, dicitur curata, & conſequētur ipſe uidetur dici curatus, ut etiam firmat Imo. in cle.j.de præb. Quæ no.tanquam noua. ¶ Scias etiam circa prædicta, quòd uicarius quem ponit epiſcopus in capella monachorum ad eorum præſentationē, dicitur perpetuus, & ideo uicariatus eſt impetrabilis, tanquā uacans, licet ipſa capella, uel eccleſia non unita monaſterio reſpectu monaſterij, ueluti principalis capitis, propterea non uacet. Aegi. Bel. de ciſ.162.& Rota de præben.53.in nouis. Et no. quòd uicaria perpetua poteſt uniri monaſterio, & efficitur temporalis, & beneficium non ualet. Rota de exceſ. præla.2.in nouis. Et ad de quod uicaria epiſcopalis non impedit alterius beneficij detentionem, ſecus, ſi eſt perpetua, gloſ.final.& ibi Doct.de præben.in 6.& Card.de reſcr.conſil. 9. quod licet de uicaria epiſcopali non oporteat facere mentionem, ut hic, non tamen ſequitur, quod de beneficio manuali non debet fieri mentio, quia uicaria epiſcopalis non confertur in titulum. Patet ex cum ex eo.de elect.in 6.& in c.peruenit.de app. Secus

ue.

in uicaria perpetua, & in beneficio manuali, ubi confertur titulus, de quo patet in d.c.qui uerò. & in c. G. perpetuus. de fid.inſtr. De manuali patet in clem.j.cum ibi no.de ſup. neglig. præl.ſecundum Domi. in addi.per d.conſil. Et dixit Ab.de præb.cum non ignorent.de mente Iun.ibi, quod uicarius epiſcopi, uel alterius prælati, non cenſetur habere dignitatem, aut curam, quo ad mandatum, c.de multa. quia poteſt ad libitum remoueri, ut not.glo.in cle.s.uer.elect.de reſcr.quem etiam ſequitur Abba.ſ.c.edoceri. & in c.ſi quis contra clericum.de for.compe.& in c.licet de ſuſcepto.in j. no.co.tit.& hic, licet hic alleget gl.in cle.ſi.de procu.quam reperi. Et iſtud omnino tene menti. ¶ Item in principio, dū dicit Abb.quòd aliud eſt dicere commodè, & aliud abſque penuria, poſt glo.in c.j.in uerſi.abſque penuria. de ſta. reg. in 6. Adde Abb.idem tenentem in c.j.de inſti.ubi ita declarat in tex.in uer.abſque penuria. Et adde Car.in cle.j.§.ſanè in 5.not.de iure patr.ubi exponit illum text.in uerſic. ſatiſdatione ſufficienti & congrua. ut intelligatur de ſuſtentatione congrua in uictu, non de tali, per quam non periret fame. Et quando dicitur poſſe aliquid commodè fieri uide gloſſ.in clemen. j.in uerſic.commodè. de pœn.& text. cum gloſſ.in c.faciat.22.q.2.& inuenies alle.l.nepos.ff.de uerb. ſigni. ¶ Dum declarat Abb. naturam literarum, quæ dicuntur in forma communi, uel de iuſtitia, adde, quòd ſortiuntur naturam literarum contentioſarum tribus modis. Primo, quia literæ gratioſæ bullantur cum chordula ſerici, ſed contentioſæ cum canabo. Et ita etiam literæ in forma pauperum. Ioan.Andr.in addi.Spe.ſub rub. de conceſ.præb. Et aduerte ſecundò, quod ſicut taciturnitas exceptionis peremptoriæ non poteſt opponi cōtra literas contentioſas in uim dilatoriæ, c.j.de lit.conteſ.in 6.ſic etiam contra iſtos in forma pauperum non poteſt opponi in uim dilatoriæ, ut not. hic Ioan.Andr.ſuper gloſſ. Non ſic eſt in literis mere gratioſis, quia contra ipſas opponi poſſunt exceptiones in uim dilatoriæ, & in uim peremptoriæ, ut fuit dictum ſ.c.cum ordinem.de quo latius per Ioan.And. & Domi.d.c.j.& 3.de reſcrip. & merè gratioſis, quia ſi in literis gratioſis mandatur prouideri de beneficio ciuitatis, uel diœceſis, nō includitur eccleſia cathedralis, c.quamuis. in 6. Sed bene in literis in forma pauperū, quia fuit de iuſtitia, & proprius epiſcopus arctabatur ad prouidendum, & in ſua cathedrali diœceſi, d.gloſſ.in d.c.quamuis.& in c.accepimus.de ætat.& quali. ¶ Poſſunt etiam dici iſtæ in forma pauperum gratioſæ duobus modis. Primo, quia cum papa ſit ſolutus lege, c.propoſuit.de conceſ. præb.patet, quòd concedendo alias literas, ad quas de iure non aſtringitur, dicitur eſſe gratia, & facit text.j̄.c.proat.in prin.& quod ibi Ab.j.no. Vel poſſunt dici gratioſæ, in quantum cōceduntur magis uni, quàm alteri, iuxta gloſ.in c.relatum.de præben. Ita Zenzel. in extrauag. Ioannis XXII. ſuſcepti.ſuper uerbo, gratioſæ. Secundo, in alio poſſent dici gratioſæ, & aſſumunt naturam gratioſarum, quia ſicut in executoribus datis ſuper literas merè gratioſas non requiruntur qualitates, c.ſtatutū. de reſcri. in 6.quod loquitur in literis datis ad cauſas, ita in executoribus datis in forma pauperum non habet locum d.c. ſtatutum. quia hæc gratia principaliter conceditur, & eſt quoddam apparatorium ad inquirendum de idoneitate perſonæ. Vel dicit, quòd aut iſtæ in forma pauperum conceduntur contra illum, qui alias de iure communi erat aſtrictus ad prouidendum pauperi, iuxta formam c.cum ſecundum.de præb.& tunc tales literę reputantur gratioſæ, & non habet locum d.cap. ſtatutum. Aut conceduntur contra alios non aſtrictos de iure communi, & tunc æquiparantur literis cōtentioſis. Vnde ſi contra iſtos dantur executores, habet locum d.c.ſtatutum. Rota de reſcrip.7. in antiquior.in fin.& ſequitur Domi.hic in repe.colligēs ex prædictis, quod iſtæ literæ in forma pauperum habent naturam mixtam, quia in parte annectuntur ad naturam contentioſarum, in parte ad naturam gratioſarum. Adde etiam Rotam de conceſſio. præbē.j.in antiquis, quod forma dignū arbitramur, dicitur eſſe, quando Papa facit gratiam alicui de beneficio uacāte, uel uacaturo, committendo alicui, quod ſi repertus fuerit idoneus, &c.iuxta cle.unicam, de conceſ. præbē. Per iſtum tex.in uerbo, de leui non ſcribimus. Exclamat hic Ab. q̃ ſi cauſa impulſiua reſcripti deficit, corruit etiam reſcriptum beneficiale, licet non ceſſet finalis, & regulariter eſt ſecus,

ut

ut hic per eum. Adde Imol. de renun. poſt trãſlationem ſ ſ, col. cum 2. ſeq. ubi inuenies ampliſſimè, quæ dicatur cauſa impulſiua, & quæ finalis, [a] & quando ceſſante finali ceſſet effectus. de quo etiam in locis per eum allegatis. Bona gl. in c. cupientes. in princ. in uerbo, periculoſis. de elect. in 6. & l. j. §. ſexum. ff. de poſtu. per Specul. de diſpu. & allega. §. poſt hæc. ibi, uel illud. ubi dicit, quòd cauſa finalis dicitur, cùm conſtitutio in fauorem alicuius edita eſt, ut in fauorem cõdemnati ſtatutum eſt, quod poſſit à grauamine appellare, & ſic ceſſante ratione grauaminis ceſſat lex, ſed ubi lex eſt condita odio alicuius, illa dicitur eſſe cauſa impulſiua, d. §. ſexum. ſicut etiam propter ſugitiuos & criminoſos ſtatutũ eſt, ne clerici ſine literis dimiſſorijs recipiantur, 98. diſt. §. j. & c. Aphros. & tamen ubi ceſſaret cauſa iſta, non ceſſat lex.

a *Et quæ finalis*] *Adde, quæ dixi in apoſtilla. ſupr. eo. in c. ſi quando.*

¶ Per iſtum text. in eiſdem uerbis quotidie impugnantur reſcripta, quando tacitum eſt id, quo expreſſo Papa non de leui conceſſiſſet, circa quod dixi plura, §. cæterum. ſ. eodem. quo ad mentionem reſcripti reuocati. Alia dixi ſ. eod. ſuper literis. datis decem regulis, quo ad mẽtionem opportunam in reſcripto ad lites. Alia dicetur j. eodem. in noſtra. quo ad mentionem in beneficialibus. Hic autem not. generaliter certas notabiles doctrinas nullibi reductas. Et in primis limita iſtum tex. niſi taciturnitas procedat ab ignorantia, per text. in c. gratia. de reſcri. in 6. inducendo, ut per Ab. ſ. eod. ſuper literis. & ibi dixi in uer. limita ſecũdò. ubi uide. Item declara ex uerbis Lapi alleg. 9. ubi dicit, quòd taciturnitas eorum, quibus Papa non derogat, nec ea tollit, ſed remanent in ſuo ſtatu integro, [b] non uitiat, puta, tacere, quòd impetrãs iurare debet ſe ſeruaturũ conſtitutiones. ¶ Declara etiã notabiliter ex dictis Aegi. Bello. deciſ. Rotæ 698. incip. concluſio extra Rotam. ubi dicit, quòd non omnia tacita, quorum expreſſio potuiſſet mouere principem ad denegandum uitiãt gratiam, ſed ea ſolum, de quibus reperitur iure expreſſum, quod eis expreſſis gratiã non conceſſiſſet, & ideo ſi dixiſſet in ſupplicatione, ſe eſſe criminoſum, Papa uerìſimiliter fuiſſet difficilior in concedendo, & tamen tacere hoc nocet, quia ualet collatio facta criminoſo, niſi ſit crimen inducens inhabilitatem ipſo iure, ut latè dixi in c. j. ſ. eodem. & in cap. querelam. de iureiu. & ita etiam declarat Rota de reſcrip. 3. in nouis, ad fi. Circa quod uide doctrinam Domi. hic in repe. quam retuli ſ. eo. ad aures. 9. concluſione, & ſ. eodem. ſuper literis. uerſic. prima concluſio, ſicut in literis ad lites.

b *Non uitiat*] *ad quam materiam adde do. Soci. conſi. 169. incip. Circa primum conſultationis articulum. uer. ſecunda ratio eſt, poſito. cum uerſ. ſeq. in ij. parte.*

¶ Et per iſtum tex. poteſt inſerti ad id, quod no. Gul. de Cu, in l. 3. per iſtum text. C. de epiſc. audi. quòd qui ſemel habuit gratiam de uno homicidio, quod commiſerat, deinde obtinuit ſecundam gratiam pro ſecundo homicidio, non ualet ſecunda, quia tacuit de prima, per illum text. & quòd ibi Bartol. propter quem dicit Andr. Sicu. ſ. eod. ſuper literis. ſe uidiſſe Bononiæ decapitari quendam nõ obſtante gratia, quam habuerat, tacito de primo homicidio. Facit, ſecundum eum c. præcedens, ubi requiritur narratio facti. Et licet reſcripta & libellus ſæpe æquiparentur, per Innocen. ſ. eod. ſuper literis. tamen hoc caſu differunt, quia in libello, maximè in realibus & perſonalibus, ſufficit ſimplex narratio facti abſque expreſſione modi, ut not. in c. 2. de lib. ob. & in l. 1. ff. de eden. ſecundum Andr. Sicu. ubi ſ. Pro quo poteſt adduci ratio differentiæ, quia ex actis poterit iudici cõſtare de circunſtantijs facti, quæ clarificent generalitatem libelli, ut per Ioan. in c. 2. de iudi. cog. Sed in reſcripto ſecus, in quo princeps non informatur aliunde, quam ex ſupplicatione. Adde etiam bonum text. in c. ſuper eod. de cohabi. cle. ubi non ualent literæ non continentes ſeriem facti. Et ideo dicit Bald. in l. præſcriptione. ibi, redeo ad primum. C. ſi contra ius, uel uti. publ. quòd condemnatus in mille pro homicidio, ſi ſupplicauit domino pro compoſitione, & tacuit cauſam condemnationis, compoſitio obtenta non ualet. Allegat d. c. ſuper eod. Similiter Bald. in l. nec damnoſa. ibi, ſecundum exemplũ. C. de preci. impe. offe. quod ſi quis impetrat à Papa aliquam compoſitionem ſuper pœna iam exacta per fiſcum, non facta mentione de exactione, reſcriptum eſt nullum, quia obreptitium & fiſco damnoſum.

¶ Seruit etiam ad hæc propoſita ſolenne dictum Bald. in l. eam quam. ibi, ſed pone, quidã erat filius. C. de fideic. dũ dicit, quòd ſi † filius [c] ex adulterio & inceſtu natus, fuit legitimatus, tanquam ſpurius, tñ nõ fuerunt expreſſæ qualitates ſpurietatis, non ualet legitimatio, ſicut quãdo quis excõmunicatus eſt pluribus excõmunicationib. & ſupprimit cauſas excommunicationis, ut in c. ex parte. de uſ. or. Ita dicit conſuluiſſe Ol. & limitat, niſi ex clauſulis aliud appareret, ut ſi eſſet ibi clauſula, non obſtante l. qui contra. C. de inceſt. nup. ¶ Cæterum ut de iſto dicto Bal. ſatis trito ſcias loqui pleno & inſolito ſtylo, corrobora eum authoritatibus, deinde declara nouiſſimè quinque modis. Vide Old. conſil. 247. Factum tale eſt, quidam tex. ubi latè conſuluit, non ualere legitimationem factam de eo, qui narrauit ſe ſpurium, & non dixit, quod erat ſpurius ex adulterio geminato, putà ex coniugato & coniugata. Quod conſilium reaſſumit Ioan. Andr. in addi. Spec. ſuper rubric. qui filij ſint legi. & Ludou. in l. ſi uerò. §. de uiro. ſ. ſol. ſolut. mat. & conſil. 326. ad fi. ibi, quartò probatur. Et do. Abb. in c. per uenerabilẽ. ibi, his præſuppoſitis. qui filij ſint legi. & Ant. de Roſellis de Aretio in aureo tractatu legitimationis, fol. 47. uerſic. modò uideamus de cauſa formali. dicens, bene facere c. dilectus. ſ. eod. & d. c. ſuper eod. & dictum Bald. in d. l. præſcriptione. de illo, qui tacuit cauſam condemnationis. Et iſtud cõſilium Old. extollit latè Alex. conſil. mihi 66. & etiam 335. Nobilis uir Philippus. inducens etiam c. ſi motu. de præbẽ. in 6. & l. ſi adulterium. cum inceſtu. in princ. ff. de adul. & quod not. Bal. in l. j. uer. ubi ſcias etiam. C. de ſurt. dum dicit, quòd ubi ſunt plura obſtacula, nõ ſufficit clauſula generalis, Non obſtante, ſed neceſſaria eſt mentio ſingulorum defectuum. Et dicit Angel. in l. ſed ſi hac. §. patronum. per illum text. ff. de in ius uoc. quòd reſcriptum principis non extendit ſe ad defectus tacitos & ſuppreſſos. Et dicit Bal. in l. Barbarius. ibi, & ſi dicamt. ff. de offic. præto. quòd princeps in ſua diſpenſatione nõ præſumitur uelle promouere odioſos, & multipliciter criminoſos. Cũ iſtis concordat Bald. in l. præſcriptione. uerſic. uerbi gratia, quidam à principe. C. ſi contra ius, uel uti. publi. dicens, quòd qui petijt ſe legitimari, & dicit ſe natum ex ſoluto & ſoluta, cum natus eſſet ex adulterio, non tenet legitimatio. Et ideo dixit Petr. de Anch. conſil. mihi 418. Circa primum quæſitum. in princ. quòd ſpecies illegitimitatis eſt exprimenda. Et idem Butri. in d. c. per uenerabilem. uer. nunc deſcẽdo. dicens, quod difficilius diſpenſatur cum ſpurio, uel inceſtuoſo, quàm cum alio.

c *Filius*] *Adde ea, quæ ſunt qualitates ſpurietatis, et quis propriè dicatur ſpurius & Adde, quod inter quas perſonas prohibetur matrimonium ſecundũ iura Canonica, ex illis naſcitur ſpurius. Tex. eſt in c. tum pridẽ. §. perſona. de renũ. Itẽ inter quas perſonas prohibetur concubinatus, licet non prohibetur matrimoniũ, ſi quis naſcitur ex illis, ſpurius eſt. exẽplum de clerico in minorib. ordinib. conſtituto. qui poteſt habere uxorem, non tamen concubinam. Item exemplum de fratre conuerſo tertij ordinis ſancti Franciſci, qui poteſt contrahere matrimonium, & non poteſt tenere concubinam, ut eleganter uerũ quæ diſputando ſeruauit Richard. Malum. quem refert & ſequitur Bartol. in l. in concubinatu. ff. de concu. & Bald. in l. qui ſemper. ff. de in ius uoc. in lec. noua. Item adde, quod natus ex publica meretrice, uel publica fœmina, quæ palam ſe proſtituit, ſpurius eſt, ut in d. l. qui ſemper. Et ibi Doct. Bart. & Bald. in l. fi. ff. de his, quib. ut indig. & Bald. in l. ſi qua illuſtris. C. ad Orfic.*

¶ Adde etiam Ioan. And. in c. fi. de fil. presb. ubi dicit, quòd non ualet diſpenſatio facta per Papam cum nato ex coniugato nobili, & ſoluta nobili, niſi de nobilitate maternæ fiat mentio, per authent. ſi qua illuſtris, C. ad Orfician. ubi filius ſpurius non ſuccedit matri illuſtri extantibus legitimis, licet aliàs naturalis ſuccedat matri, niſi ſit natus ex coitu, qui poſſit accuſari, ut latius per Scribentes in d. authent. & per Imol. in c. niſi cum pridem. de renun. & Mat. Matheſ. in tractatu De ſucceſ. ab inteſt. De nobilitate autem ſolius patris, uel quòd eſſet baro, uel magnus princeps, nõ eſt opus facere mentionem, ſecundum Hoſt. Ioan. Andr. & Butri. in d. c. fi. dicentes, quòd ſtylus curiæ nõ habet, quòd nomina, uel

uel circumſtantiæ parentum exprimantur, ſed ſufficit generalis mentio, licet iſta uerba aliter referat Alex. in d. conſil. Nobilis uir. & uide eundem conſil. 37. In cauſa mota per Angel. Simonis. ubi impugnat legitimationem, in qua non fuit dictum, quòd pater erat in ſacris: quia cum taliter nato difficilè diſpenſat Papa. Allegat Ioan. And. in d. c. fi. & Bald. in d. l. eam, quam & alia plura. Cogita, utrùm Ioan. Andr. uelit hoc in d. c. fi. ¶ Declara prædicta primò, ut habeant locum, quando una qualitas illegitimitatis fuit expreſſa, & aliæ ſuppreſſæ: ſecus, ſi princeps fuit uſus uerbis etiam generalibus: putà, qualitercunque & ex quocunque coitu natus. quia etiamſi princeps ignoraſſet defectum, talis legitimatio purgat omnem defectum. Sufficit enim, quod uoluit omnes defectus tollere: argum. l. qui iure militari. ff. de mili. teſt. Et idem, ſi conſtaret aliter de certa ſcientia principis. Ita declarat Nic. de Vbaldis in tractatu De ſuc. ab inteſta. fol. 17. ad fi. ibi, requiritur ſecundò principaliter. dicens; ita diſtinxiſſe Paul. de Caſt. conſulendo, & eſt conſilium, licet ipſe non dicat, 219. In Chriſti, &c. ſuper puncto iſto plura ſubtiliter. in fi. ubi ita intellige dictum conſilium Old. Sic etiam intelligit dictum Bal. in d. authen. ſi qua illuſtris. ibi; quòd quando imperator, dum dixit, quòd ſi in legitimatione eſt clauſula, Non obſtante, §. fi. in authen. qui. mo. na. effi. ſui, non oportet, quod aliter ſit expreſſum, qualiter ſit natus, puta, ex monacha, uel inceſtu. Sic etiam intelligit dictum Bald. in c. naturales. in prin. ſi de feu. ſuc. controuer. inter do. & agna. ubi dicit, quòd in legitimatione non eſt neceſſe, quòd exprimat qualitas illegitimitatis, ſufficit enim, ſi ſit ſpurius, quòd exprimatur ſpurietas, licet non exprimatur eius qualitas. Alle. Ioan. And. in d. c. fi. quem etiam extollit Bal. in l. Paulus. primo commento. in fi. ff. de ſta. ho. Sed dicit Iac. de Alua. in d. c. naturales. quòd in hoc meliùs ſcripſit Bal. in d. l. eam, quam. & Io. And. in d. rub. qui fil. ſint leg. Sed tu concorda, ut eſt dictum: facit, quod ſcribit Ioan. de Ana. conſil. 95. In nomine, &c. uiſis & ponderatis. Et pro primo membro dictæ diſtinctionis uide in terminis Capitam conſilio 157. Etſi de pluribus. uer. & primò. quia licet aliàs incipit conſilium, Fuit diſpenſatum per Papam Martinum: ubi potiſſimè declarat illud de certa ſcientia. ¶ Secunda declaratio. Quando idem effectus reſultaret ex qualitate expreſſa, qui etiam reſultat ex non expreſſa, tunc tacere aliam qualitatem non nocet. Angel. conſilio. mihi 201. Quidam Bartholomæus. in primo dubio, dicens, quòd ſi dicitur aliquem fuiſſe natum ex ligato & ſoluta, cum tamen ipſa etiã fuerit ligata, non nocet tacuiſſe hoc, quia ſatis conſtat eum eſſe adulterinum, poſtquam dixit ſe natum ex ligato. Sed certè iſtud uidetur de directo contra Oldr. in d. conſil. & ſequaces, cum ſit dupliciter adulterinus. ¶ Tertia declaratio. Illa qualitas debet exprimi, quæ alterat naturam concubitus, uel illegitimitatis, ſed non oportet exprimere illam, quæ aggrauat uitiũ parentũ. Rota eleganter de fil. presby. 4. in antiquis, & qui fil. ſint leg. 1. in antiquiorib. dicentes; ſatis eſſe, ꝙ qui dixerit ſe filium ſacerdotis & mulieris ſolutæ, licet non dixerit, quòd mater habuerit ſacramenta à ſacerdote, & ſic fuerit quodammodo inceſtus, quia iſta qualitas ſolum aggrauat uitium parentum. Et hoc bene nota ad multa. Et idem dicit Rota de fil. presby. 2. in antiquis, dicens, quòd non nocet tacere, quòd mater erat filia ſpiritualis ſacerdotis. Quod limitant, dum modò ſpiritualitas non eſſet perpetua, ut quia adminiſtrauerat ei ſacramenta, uel audiuerat in confeſſione, ſecus, ſi ſpiritualitas erat irreuocabilis, ut ſi leuauerat cognitam de ſacro fonte, & ſic erat inductus nouus gradus affinitatis. Et idem puto eadẽ ratione, ſi presbyter habuiſſet filium ex commatre, id eſt, non ex perſona leuata, ſed eius matre, ut ſæpius accidit. ¶ Quarta declaratio. Legitimatio ſpurij non exprimẽs qualitates ſpurietatis, non ualet, per prædicta, ſed ſecus eſt in legitimatione naturali tantum, in qua nõ eſt opus dicere qualitatẽ illegitimitatis, puta quòd ſit natus ex ſerua, uel quid ſimile, Ludo. conſil. 194. quia iure non cauetur, quod in legitimatione oporteat exprimere aliud, quam naturalitatem eorum. Patet in authen. qui. mo. na. effi. legi. §. ſi quis non habens. De quo dubito propter Rotam, ubi ſ. quia natus inceſtus. & tamen debet fieri mentio. Item ſatis eſt de iure cautum, quòd taciturnitas eorum, quæ difficultarent conceſſionem, reddit gratiam nullam, ut eſt text. hic. Præterea poſſet mater nobilis fuiſſe ſoluta, & tunc tacere eius nobilitatem, nocet, ut ſ. Et ideo cogita, quia pro Lud. poſſet facere 3. declaratio, in quantum loquitur de qualitate ſolum aggrauante uitium parentum. Item poſſes negare, quòd oporteat dicere, patrem fuiſſe in ſacris, quod iure non cauetur, licet Alex. aliter conſuluerit. Et ad illud de commatre poſſes dicere, quòd ibi eſt inceſtus propter affinitatem ſpiritualem. ¶ Quinta & ultima declaratio. Procedunt prædicta, quando quis expreſſit ſpeciem illegitimitatis, & aliam ſpeciem tacuit, ſed ſi dixiſſet, ſe eſſe ſpurium, etiamſi non dixiſſet qualitatem ſpurietatis, quãtumcunque illa eſſet odibilis, ualet diſpenſatio. Ita firmat quidam Modernus magnæ authoritatis in loco aliàs allegando, primò, per id, quod uol. Bald. in d. §. naturales. in princ. dum dicit, quòd ſi Papa diſpenſat ſimpliciter cum ſpurio, ualet diſpenſatio, etiamſi ita taceatur qualitas ſpurietatis. Secundo allegat tex. in l. ſpurij. in princ. ff. de decu. ubi tex. arguit ſic, ſpurij poſſunt eſſe decuriones, ergo & inceſtuoſi. Tertiò alleg. Bart. in l. fi. in princ. ff. de his, qui. ut indig. ubi dicit, ꝙ nomen ſpurij eſt nomen generis, quòd continet in ſe omnes ſpecies quantuncũque odibiles. ¶ Sed de iſta opinione dubito, primò propter multa ã. allegata, de quibus ille doctor nihil dixit, maximè propter uerba Bald. in d. l. eam, quam. cum concor. ubi formaliter præſupponit, quod ille expreſſit ſe ſpurium, & tamen nõ ualet legitimatio, quia tacuit qualitatem. Secundò conſidero, quòd Bal. in d. c. naturales. & etiam in d. l. Paulus. reputatur contrarius his, quæ dixit in d. l. eam, quam. & fundat ſe in uerbis Ioan. An. in c. fi. de fil. presby. Sed profectò non dixit Ioan. And. quòd qualitas aggrauans ſpurietatem non debeat exprimi. Imò uult, quòd exprimatur nobilitas materna. Sed bene ſentit, quòd ſi mater non eſt nobilis, non eſt opus eius qualitates exprimere. Tamen per hoc non ſequitur, quin qualitas ſpurietatis ſit exprimenda, ut uult Rota, Oldr. Bald. & alij præallegati, fundantes ſe in ratione efficaci, quia difficilius princeps legitimaret ſpurium ſpurietate odioſiori, uel qualificata, quam ſimplici. Tertio conſidero, quòd d. lex, ſpurij. non habuit ſimpliciter reſpectum ad uerbum Spurij, ſed ad rationem, per quam ſpurius permittitur eſſe decurio, ſcilicet, quia non eſt ab illa dignitate repellẽdus, qui non deliquit, quæ ratio includit omnem ſpurium. Quartò, ſi iſta conſequentia eſſet uera, Diſpenſatum eſt cum ſpurio, ergo ſublata eſt omnis ſpurietas, quamuis odibilis, profectò eſſet uera etiam iſta. Eſt diſpenſatum cum uno, non obſtante, quòd ſit illegitimus, ergo illegitimitas eſt ſublata, quia ſi ſufficit exprimere genus comprehẽdens qualemcunque ſpeciem, ſufficiet tota expreſſio, q̃a ſub iſto termino illegitimus, ueniũt oẽs, ut per Hoſt. q fi. ſint legi. §. quot ſunt genera. Et tñ iſta ſecunda cõſequentia non eſt concedẽda, q̃a nimis repugnant authoritates præallegatæ. Ergo nec prima fundata eodem argumento. Et ideo magis placet opinio Pau. de Caſt. & Nic. de Vbaldis, de qua in prima declaratione. ¶ Et ſi diceretur, quare eſt, ꝙ iſta indefinita locutio, Non obſtante illegitimitate, uel ſpurietate, non æquipollet iſti uniuerſali, uidelicet quacũque illegitimitate, uel ſpurietate, reſpõdetur, ꝙ quando aliquod accidens eſt annexum rei, propter ꝙ non eſt eadem rõ omnium comprehenſorũ, imò aliqua alteratio, tunc indefinita non æquipollet uniuerſali. Vnde ſi lego lanam, non uenit lana tincta: ſecus, ſi diceretur, lego omnem lanam, l. ſi cui. in princ. ff. de leg. 3. gloſſ. in c. ut circa. in uerbo, aliorum. de elec. in 6. & ibi late Domi. in fi. prin. poſt Bart. in l. ſi pluribus. de leg. 2. cum concor. quia qualitas, quæ alterat ſimplex, mutat eius naturam, c. ſtatutum. de elec. in 6. iuncto. c. licet. eo. tit. qualitas ſpurietatis odioſioris alterat ipſum genus. ¶ Et ſi diceretur, quòd pro dicta opinione impugnata facit optima deciſio Bal. de elec. innotuit. ad fi. ibi, dictat priuilegium. dum dicit, quòd priuilegiatus, ut poſſit legitimare ſpurios, poteſt legitimare etiam inceſtuoſos, quia nõ eſt aliqua ratio, per quam debeat priuilegium reſtringi magis ad unam ſpeciem, quam ad alteram, ſecus, ſi in priuilegio eſſet ſpecies reſtrictiua, puta, quòd poſſit legitimare inceſtuoſos, nam in hoc non continentur aliæ ſpecies ſpuriorum, quia nõ cogitabatur de alia ſpecie, ſecundum eũ, reſpõderetur, quòd Bal. non loquitur in diſpenſatione, quæ ſtrictè interpretatur, c. j. de fil. presby. in 6. ſed loquitur in facultate legitimandi, uel diſpenſandi, in qua ſit lata interpretatio, ſecundum Ioã. And. in c. fin.

ſin. de ſimo. & dicetur ad fi. huius cap. ibi, limita quartò. Et ideo conſidera, quòd ſi in caſu dicti priuilegij diceretur de illegitimis, uideretur idem, cum illegitimitas ſit genus includens omnem ſpeciem. Ex quibus remanet ſuſtentabilis opinio communis, non obſtante iſta opinione noua, ſuper qua adhuc cogitabimus, quia in diſputando non reputaretur primo aſpectu de facili impugnabilis. Et prædicta oīa bene no. quia non poſſent eſſe utiliora. ¶ Vlterius per eundem text. in uerbo, de leui. poteſt inferri admirabile dictum Pet. de Anch. conſil. mihi 236. Ex tenore priuilegij Apoſtolici. dum dicit, quòd ubi gratia fundatur in aliqua qualitate, & illa uerè non ſubeſt, dicitur ſurreptitia, putà, ſi fundatur ſuper moribus & alijs meritis impetrantis, & ipſe ſit infans. ¶ Poteſt etiam inferri ad dubium, quod non reperi
3 diſcuſſum, utrum † unio facta per reſcriptum ſurreptitium ſit nulla, uel irritanda? In quo dicit Card. conſil. 99. Redam ptotis, &c. uetſi. unio præmiſſa. quòd literæ unionis dicuntur ſurreptitiæ, ſi cauſa aſſerta ad iuſtificandam unionem eſt falſa, putà, paupertas eccleſiarum. Sed Cal. de re. eccleſ. non alie. cōſil. 13. dicit, quòd unio facta per Papam de beneficio reſeruato, non facta mentione reſeruationis, eſt nulla, ſicut dicitur de impetratione & diſpenſatione propter eius odioſitatem. Similiter dicit do. Abba. conſi. 101. q. quæ uertitur, ſeu uerti ſperatur. ibi, nec obſtat, ſi dicatur. quòd ſurreptio uitiat ipſo iure unionem, putà, ſi eſt tacitum aliquid, quo expreſſo Papa non conceſſiſſet, uel non ita facilè. Alle. iſtum text. etiamſi reſeruabat motu proprio, quia motus proprius non præiudicat tertio. Dixi ī. eodē. cæterum. & c. ad aures. Similiter Rota de reb. eccle. non alie. 12. in antiquis, firmat, quòd unio obtenta à Papa, non ualet, quando epiſcopus, qui obtinuit fieri unionem eccleſiæ cathedrali, non fecit mentionem de alijs eccleſijs prius unitis. Sed Rota de reb. eccl. 2. in antiquior. poſt elegantem diſputationem concludit, quod imò falſa cauſa non uitiet ipſo iure unionē: quia regulariter ſurreptio non reddit reſcriptum nullum ipſo iure, ut traditur j. ad audientiam. Et ſic uult Rota, quòd literæ unionis non dicūtur propriè literæ ad beneficia, & quòd in hoc æquiparantur contentioſis. Idem etiam Roc. de exceſ. præla. 1. in nouis, dicens, talem unionem poſſe annullari, ſed non ipſo iure inualidam, & propter authoritatem Rotæ iſta opinio præualeret, licet poſſet teſificari in dubium illud, quòd dicunt, uidelicet iſtas literas non eſſe beneficiales, quia profectò per actū unionis acquiritur nouum ius in beneficio. Et de iſto paſſu nihil tangit Pet. de Peru. in tractatu De unione. ¶ Circa gloſſ. a. not. tres concluſiones pluribus dictis de nouo inſerit. ¶ Prima con-
4 cluſio. Appellatione † beneficij uenit præbēda, [a] largè ſumpto uocabulo. Abb. hic. facit cle. auditor. de reſcri. & c. quamuis. lo a. de præb. in 6. & in c. quicunque. de hære. en. lib. No. Rota de conceſ. præbē. 8. in nouis, per c. tua. de uerb. ſig. & allegāt Arc. & Ioan. An. in c. gratia. de reſcri. in 6. & adde text. j. c. in noſtra. qui loquitur de recepto in canonicum nondum habente præbendam, & licèt nondum ſit eccleſiaſticum beneficium aſſecutus. Et ideo dicit Rota de præben. 25. in nouis, quòd legatus habens cōferre perſonis idoneis obtinētibus duntaxat unum beneficium, poteſt conferre habenti actu unū, & habenti canonicatum ſub expectatione præbendæ, quia non dicitur beneficiatus. ¶ Secunda concluſio. In materia ſtricta, prout in caſu huius decis. appellatione beneficij nō uenit præbenda. Ab. hic poſt Innoc. & alios in c. ſi de præb. ubi cōmuniter ° tenetur, quod per mandatum de prouidendo in aliqua eccleſia, non ueniunt præbendæ. Et hinc eſt, ꝙ licet epiſcopus poſſit diſpenſare cum illegitimo ſuper beneficio ſimplici, non tamen ſuper canonicatu & præbenda. Io. Mo. in c. j. de fil. presby. in 6. cuius opinionem ſeruat curia, ſecundum Rotam, de fi. presby. 2. in nouis, & de offic. or. 4. in antiquis, & ibi dicunt, quod ſimplex diſpenſatio Papæ cum illegitimo, ut poſſit promoueri ad beneficia, non habilitat ad canonicatus, niſi diceret, Ad quæcunque beneficia. Et dicit Rota de fil. presbyt. j. in antiquis, quod in ſimplici diſpenſatione non ueniunt beneficia cathedralia. Et dicit Rota de proba. 2. in antiquis, quod licet epiſcopus poſſit diſpenſare cum illiterato in beneficio ſimplici, ut per Inno. in c. cum in cunctis. in fi. de elect. & Hoſt. in c. 2. de iuſti. non tamen in canonicatu, quia ibi requiritur induſtria & conſilium. Quæ uerbá no. ad multa. Eſt uerum, ꝙ Old. conſ. 215. Puncta breuia. & Cal de fil. presbyt. conſil. j. & But. in e. fi. in 2. col. de fil. de presbyt. & Domi. in d. c. j. tenent opi. Arch. in d. c. j. quòd eṗs poſſit cum illegitimo diſpenſare ad canonicatum, per illum text. permittentem ſimpliciter, quòd diſpenſet in non curato. Sed dato, ꝙ iſta opinio eſſet uerior, per hoc non deſtruitur dicta concluſio, quia iſta dicta non loquuntur in materia ſtricta, nam facultas diſpenſandi recipit largam interpretationem, ut dicetur in fi. huius c. uer. limita quartò. ¶ Fallit primò iſta concluſio, ubi in eccleſia, in qua ſcribitur, non ſunt alia beneficia, niſi præbēdæ, quia ne gratia ſit fruſtratoria, ueniunt præbendæ. Abba. hic, & in d. c. ſi. poſt alios ibi, & Arch. in c. alienatione. ſuper uerbo, beneficia. 12. q. 2. ¶ Fallit ſecundò, niſi literæ dicant de beneficio competente, quia competens intelligitur ſecundum qualitatem perſonæ. Vnde ſi meretur canonicatum, poterit de eo prouideri, licet in eccleſia ſint alia beneficia, ſecūdum Arch. in d. c. alienationes. & But. & Ab. poſt alios in d. c. fin. ſic intelligentes text. in c. pro illorum. de præbend. Quod autem dicatur competens, ſtatur arbitrio ſuperioris. But. in c. cum dilectus. ibi, ſi uerò ꝓmiſit. de iure pa. ¶ Fallit tertiò, ubi ſcribitur in eccleſia collegiata non cathedrali, in qua ſunt præbendæ, quia etiamſi ſint electiuæ, poteſt prouideri de eis. Rot. de conceſ. præben. 8. in nouis, & de reſcrip. 56. No. quod illi. in antiquis, pro quibus facit, quia ceſſant rationes, quas prædicti conſiderant, maximè Rot. de fil. presby. 2. in nouis, & tex. in c. quamuis. lo j. de præb. in 6. ſcilicet præeminēna & magnus honor, quem habent canonici eccleſiæ cathedralis, adeo quod, ſecundum Domi. illi præcedunt abbates in proceſſionibus. Quinimo dixit Cald. de præb. conſil. 31. quod quoties literæ faciunt mentionem de eccleſia cathedrali, uenit canonicatus, ibi, uacaturi. etiāſi de eis non dicatur. Et ita dicit tenere glo. & Doct. in d. c. ſi. de præbē. prouideri contra prædicta. Sed fortè uoluit Cal. hoc, quod licet ſcribendo ſimpliciter nunquam ueniunt beneficia eccleſię cathedralis, d. c. quamuis. tamen ſi nominatur cathedralis, ueniunt canonicatus in ea uacantes, non ſemper, ſed quando in ea non ſunt alia beneficia, iuxta primam fallentiam. Dixit etiam Rota præallegata de conceſ. præb. 8. in nouis; quod impetrans ſpectans ad collationem epiſcopi in forma ſpeciali poteſt acceptare præbendam in eccleſia cathedrali ſpectantem ad collationem epiſcopi, quia, ſecundum eos, tex. in d. c. quamuis. debet intelligi in termini ſuit, ſcilicet, quando illa uerba poſita in c. quamuis. uidelicet de aliqua eccleſiarum ciuitatis, uel diœceſis, inſeruntur in gratia, aliàs non Allegant Ioan. Andr. ibi, ſed caue, quia Ioan. Andr. retractauit illam opi. in addi. Spec. in loco allegato, & extenſo per Domi. in d. c. quamuis. Ideo dic. ut ibi. Vide. j. c. in noſtra. corollario 39 ¶ Fallit quartò, & ultimò in caſu c. tua. de uerb. ſign. quia, ſecundum Ab. ibi, licet ponat materiam præiudicialem tertio tamen quia continet cām honeſtam & fauorabilem eṗi debitis onerati, includit oīa beneficia, & ſic præbendas, ſecus, ubi illa indulgentia fieret tertio, per id, ꝙ not. Io. Mo. in c. ſi propter. de reſcri. in 6. Facit etiam d. c. tua. in uerbo, hoc caſu. Ad ꝙ etiam uide Pe. de Anc. in d. c. ſi propter. & ibi Domi. uolentem poſt Io. Mo. & Arch. quòd illa indulgētia dicatur fauorabilis. ¶ Tertia concluſio. Appellatione præbendæ ueniunt omnia beneficia. Aegi. conclu. 657. ſi expectans, &c. dicens, quòd ſi expectans beneficium cum cura, uel ſine, acceptat parochiam uacantem, & executor prouidet ſibi de præbenda parochiæ, ualet prouiſio, quia appellatione præbendæ poteſt comprehēdi omne beneficium, quia præbet. Dixit tamen Gul. in cle. ſi iuſta. de præb. & Rota, de reſcr. pe. in nouis, non à præbendo rectè præbenda uocatur, ſed magis à pretio, cuius amore datur. Et intellige concluſionē large ſumendo, nam propriè differt præbēda à beneficio, ut latè per Arc. in d. c. alienationes. ubi dicit, quòd præbenda eſt ius percipiendi prouentus in eccleſia per unum, tanquam de collegio. Ad quam diffinitionem uide, quæ ponit Car. in cle. ſi. 10. q. cum duab. ſeq. de præb. & quòd dixi ti. præcedenti, cum M. Et ibi dictis adde Rotam de conſue. 6. in nouis, ubi inuenies de multiplici natura canonicatuum & præbendarum. Et uide Car. in cle. 2. 6. no. de iudi. ubi ponit differentiam inter beneficium & cano-

a Præbenda] *Adde Car. in cle. a j. in princ. & Pe. de Peru. et in cle. 3. q. 8. de cauſa poſſ. & propri. & Lud. in conſil. 247.*

canonicatum, quia differunt ut genus & ſpecies. Et ibi etiã in 5.q.ponit, quòd appellatione canonicatus uenit etiã canonicatus regularis, propter gl. ibi in uerbo, beneficijs. quã facit ſingularem. Et diffinitionem beneficij ponit etiã Pet. de Anc. in regula j. de reg. iur. in 6. & cõueniunt multa, quæ

5 ipſe ponit in repe. d. c. ſi propter. ¶ Circa † faciendam mentionem de patrimonio, conclude, ſecundum Domi. hic in repet. quòd aliquando patrimonium eſt aſsignatum in beneficium, ut de cætero tale patrimoniũ cenſeatur beneficiũ eccleſiaſticum, & tũc ſiue in forma gratiæ, ſiue iuſtitiæ, ſemper de hoc eſt facienda mentio, quia ex quo eſt beneficium eccleſiaſticum, de tali eſt facienda mentio, ut hic. Quòd ita poſſit aſſignari in beneficio, not. Ioan. And. in c. ſi pauper. ſuper glo. 2. de hære. in 6. per c. tuã nos. de ſimo. Aliquando patrimonium non eſt effectum beneficium, & ſi impetrat in forma gratiæ, planum eſt, quòd non tenetur facere mentionem, quia in hac materia iura ponderant beneficium eccleſiaſticum. Aliquando fuit expreſsè ordinatus ad titulum ſui patrimonij, & tunc credit, quòd etiam in literis gratioſis de illa debet facere mentionem, quia ceſſat cauſa, quare fit iſta conceſſio, tacuit enim tale, quo expreſſo, &c. Obſtat deciſio Rotæ, de præben. 11. in antiquioribus, quæ uult, quòd de titulo non eccleſiaſtico non eſt neceſſaria mentio. Reſpondet hic. Domi. quòd Rota loquitur in gratioſis, non in literis de iuſtitia. Et ſic uidetur Domi. renotare, quod proximè dixit, & uelle, quod imò in gratioſis non ſit unquam neceſſaria mentio patrimonij, etiamſi ad ipſum eſt intitulatus.

¶ Subdit Ioan. Andr. hic, quem omnes ſequuntur, quod talis taciturnitas patrimonij non uitiat literas in uim dilatoriæ, quia cum iura non arctent ab expreſſione huius qualitatis, ut hic, patet, quod nulla fuit ſurreptio, & ideo literæ ualebunt, & ratio poteſt eſſe, quia iſtæ literæ de iuſtitia uidentur utplurimum ſequi naturam contentioſarum, ut dixi in princip. Sed taciturnitas peremptoriæ in contentioſis non uitiat eas, quo ad proceſſum, ca. j. de lit. conteſta. in 6. Modò ſic eſt, quod talis taciturnitas eſt peremptoria, quia in forma pauperum non prouideret Papa diuiti. Ergo procedit dictum Ioan. And. Hoc intelligit uerum Dominic. in literis directis contra ordinatorem, quia ueniunt executiuè ad iuris debitum & obligationem contractam cum ipſo ordinante, & ſic ſunt ſimiles contentioſis. Sed ſi diriguntur contra non obligatum, uidentur annecti ad naturam gratioſarum. Et ideo putat, quod talis taciturnitas poterit opponi in uim dilatoriæ, tanquam literæ ſint ipſo iure nullæ.

¶ Sed aduerte, quia inter dicta Domi. hic in lectura, & ea, quæ dicit in repet. uidetur eſſe repugnantia, nam, ut uides, uult in lectura, ꝙ dicta deciſio Rotæ, nolens non eſſe neceſſariam mentionem redituum non eccleſiaſticorum, habeat locum in gratioſis, modò uult in repetitione, ꝙ ſi habens literas iuſtitiæ ad tertium, id eſt, nõ ordinatorem, tacuit de patrimonio, literæ non ualeant, quia, ſecundũ eum, æquiparantur gratioſis. Ergo uult, quod in gratioſis fiat mentio patrimonij, quòd eſt contra primum dictum. Poſſet intelligi primum dictum in gratioſis merè, & non habentib. uerba iuſtitiæ, puta, cum ſecundum, &c. quia in illis non eſt uerisimile, quòd princeps retraheretur propter reditus non eccleſiaſticos, cum paupertas non dederit eis cauſam. Sed illæ, quæ diriguntur tertio in forma iuſtitiæ, in quantum dirigũtur ad non obligatum, bene ſapiunt naturam gratioſarum, ſed in quantum fundantur ſuper iuſtitia, ſunt de iuſtitia, de qua in c. cum ſecundum. Et ideo in iſta duplici qualitate & mixtura denominantur ab eo, ad quòd principalius tendũt, ſ. à iuſtitia, non ab eo, quòd ſecundariò ſapiunt, ſ. à gratia, quam ſapiunt reſpectu mandatarij, & conſequenter uitiantur taciturnitate patrimonij, ſicut aliæ merè de iuſtitia. Facit l. nec cauſam. cum ſi. ff. ſi cer. pe. Et hoc modo ſaluabitur utrunque dictum Domi. An autem ſit uerum, quod propoſita iſta exceptione peremptoria contra literas de iuſtitia repellatur impetrans, putat Domi. quòd ſic, quia obligatio erat extincta, ex quo ordinauit ad titulum patrimonij, unde literæ effectualiter non ualebunt. Et iſtud fortè uoluit tex. hic. in uerbo, commodum reportare non debet. q. d. ſcilicet effectualiter propoſita exceptione peremptoria. Et idem dicit, ſi fuit ſimpliciter ordinatus, tenendo communem * opinionem, de qua in c. ſi pauper. de præb. in 6. quòd tacitè uidetur quis ordinari ad patrimonium, quod habet, etiam ſi non dicatur, ſecundum Dominic. hic. Et iſta teneas omiſſo multiloquio And. Si. hic, qui fortè illud mutaſſet, ſi uidiſſet

6 Domi. in dictis locis. ¶ Quomodo † clericus licita conſciẽtia uiuit de beneficio, licet habeat patrimonium, uide plenè Ab. in diſpu. Titius. de qua facis mentionem hic. Sed And. Sic. in c. in tantum. de ſimo. & hic inducit contra cõmunẽ, & pro communi de uerbo ad uerbum dictam diſputationẽ Ab. ſubdens tandem uidiſſe, & pòſt, dictam diſputationem, qua non obſtante tenet contra communem per aliqua, quibus reſpondetur unico uerbo, quòd procedunt iuxta illud ſm tp̃s, de quo loquit̃ Ab. in dictis locis. Et conſiderã, utrũ ſit uerisimile, ꝙ An. Sic. componendo illa motiua, nondum uidiſſet Ab. ſed ſolum eis compoſitis, ut ipſe dicit, attento, ꝙ eodem ordine & ſtylo tranſcribis, cum quib. loquitur Ab. Ex quo infero, ꝙ tempore huius uiri non erat tam difficile committere multa furta de dictis aliorum, ſicut hodie multiplicatis impreſsionibus. Et ultra iſtos adde Innocen. in c. quoniam. in fi. ne prælati uices ſuas. ubi dicit, quod de iure eſt, quòd ſiue clericus ſit diues, ſiue pauper, qui altari ſeruit, licite uiuit de altari. Reſpondet ad c. clericos, hic allegatum in gloſſ. quòd non loquitur de clericis ſeruiẽtibus eccleſijs, ſed de alijs abundantibus clericis, qui nolebant uiuere de bonis eccleſiarum, in quib. non deſeruiebant. Et idem tenet Arch. late in c. illi, qui 12. q. 2. & Ab. in c. epiſcopus. de præb. reaſſumens dictam diſputationẽ, prout hic. & beatus Thomas 2. ſecundæ, q. 185. artic. 7. firmans, quòd epiſcopus poteſt de proprijs bonis ad libitum diſponere, uiuendo de bonis beneficij eccleſiæ, licet taciturnitas poſſeſſionis illicitè uitiet impetrationem beneficij eccleſiæ. Et probat etiam, ꝙ bona eccleſiarum non ſunt omnia diſtribuenda inter pauperes, ſed etiam in alios laudabiles uſus. Et ideo, ſi de eo, ꝙ uſui epiſcopi, uel alicuius clerici eſt deputatum, ſtatuit aliquis ſibi ſubtrahere, & conſanguineis, uel alijs dare, non peccat, dum modò illud faciat moderatè, ideſt ut non indigeant, non autem, ut ditiores fiant. Et inducit Ambro. in li. de Offic. & alia, de quibus per eum. Et pro hoc, quòd liceat clerico de reditib. eccleſiæ iuuare propinquos inopes, uide text. glo. Arch. & Domi. in c. omnino. 31. diſt. & text. in c. 3. J. de aibi. & ibi Abba. in 2. not. & Ana. in c. qualiter. lo 2. in princ. ibi, item prælatus. de accuſ. & But. in c. cum haberet. per illum text. de eo, qui duxit in matri. quam polluit, &c. Abb. in c. coniugatur. ad fi. de conuer. coniug. & in c. conſiſnius. de reli. do. & Arc. in c. non liceat. 12. q. 2. cum multis alijs. ¶ Et ſcias, quod ſi clericus conſumit reditus beneficij uoluptuosè, tenetur ad eorum reſtitutio-

a nem, [a] quaſi fur, cum diſtrahat rem ad uſum nõ proprium, ſed alienum ab ipſa re. Latè Arch. in §. j. ſuper uerbo, permittitur. 42. diſt. per illum text. & alia plura. Et ſequitur ibi Domi. colligens enim ex quodam dicto Raymũdi, de quo ibi, per

7 Arch. quòd ſi † clericus [b] percipit fructus

b beneficij, non dicit officium, ex ſua negligentia tenetur ad reſtitutionem fructuũ. Pro quo facit optimè, ſecundum Domi. ibi, tex. in c. ſi canonici. §. ſciturũ. de offic. ordin. in 6. ubi ceſſantes à diuinis officijs ſine cauſa iuſta, tenẽtur ad reſtitutionem fructuum. Et ibi idem reperie Domi. in princ. allegans etiam Cald. in c. j. de cele. miſ. quem etiam ipſe allegat, & ſequitus in c. ſi. in princ. de reſcrip. in 6. per illum text. Et idem ſentit Alber. de Placentia in tractatu De horis canonicis, q. 5. in fin. Sed contrarium firmat Ab. poſt Car. in c. j. ad fi. de cele. miſ. bonis rationibus, quas per te uidere poteris. Sed non reſpondent ad d. §. ſciturũ. niſi dicas, quòd illa pœna fuit ibi introducta ſpecialiter in odium iniuſtæ ceſſationis: nam poſsibile eſt, ꝙ illi priuatè dicant horas, & ſic non ſint digni priuari fructibus ratione ſimplicis ceſſationis: ſed quia illa ceſſatio dehoneſtabat deuotionem cultus diuini, meritò in pœnam huius qualitatis alterantis ceſſationem, imponitur dicta priuatio fru-

a *Reſtitutionem*] *Adde do. So. conſ. 32. incipien. Ex his, quæ ſuperius. uerſ. circa ſecundam q. circa prin. in j. parte, ubi dicit etiam, quod de bonis eccleſiæ illud eſt clericorum duntaxat, quod probabili ratione conſumitur, & quatenus neceſsitas urget. Alleg. Apoſtolum dicentem, uictu & tegumento, his contenti ſimus.*

b *Si clericus*] *Adde tu, ꝙ iſtud idem tenet Bal. in l. 1. in princ. C. de his, qui. ut indi. Bald. in l. Neſennius. ff. de exc. uſ. tu. & in l. fin. ubi Ange. C. ubi pup. educ. Et ſic contra do. Abb. in d. c. j. de celeb. miſ. Unde*

de reſpondendo ei, in quantum adduxit pro ſua opin. text. in c. diaconi. 94. diſt. & c. 2. de præb. quia licet illi text. probent, quod dentur redditus, ut uiuat, non debet intelligi ita ſimpliciter, ſed ut uiuat ſecundum cultum Dei. Et pro iſta opi. uidetur eſſe text. in c. clericus uictũ. 91. diſtin. Et hoc uidetur eſſe uerũ, maxime in clericis, qui non dicũt officium ſuum, ut uoluptatibus uacent. Et ideo iſto caſu teneo, quod tenentur ad reſtitutionẽ fructuũ. Et hoc modo limitabis Card. & do. Abb. in d. c. 1. de cel. miſ. qui conatur deſtruere opi. Cal. Et hæc eſt mea noua opi.

ctuum. Et de hac negligentia circa horas canonicas, uide etiam per Nicol. de Auſino in addi. Summæ Piſanæ, in uerbo, clericus. lo j. in §. ſi. & per Archid. Flor. in 2. parte ſuæ Summæ, c. de accidia. uerſic. de negligentia circa horas. & in 3. parte ſuæ Summæ, in rubr. de clericis ſecularibus, tab. 8. c. 5. ſub rubricella, de fructibus beneficiorum. Facit etiam pro opin. communi, quod habuimus ſ. eodem. cum adeo. ad ſi. tractando, quod in eccleſia, maximè onerata debitis, præfertur clericus diues pauperi, iuxta glo. in c. conſtitutis. de ap. & alia, de quibus ibi dixi. ¶ Circa textum hic in uerbo, niſi de uicaria, & c. latiſſimè inſiſtunt hic Cal. & Dominic. & Maria. in ſaluando mẽtem iſtorum uerborum, quæ prima facie innuunt, quod ualeant literæ pauperum, ſi faciant mentionem de uicaria perpetua, quod uidetur abſurdum, attenta natura ipſarum literarum, quæ præſupponunt paupertatem impetrantis. Et licet iſti accuratè inſiſtant, ut in uoce retuli, tamen in effectu uult Domin. quòd hic nõ arguatur à contrario, ne ſequatur dictum abſurdum, iuxta glo. de for. compet. ſignificaſti. cũ concor. quas ibi poſui. Sed profectò, niſi ita arguatur, iſta uerba nihil operantur. Neque dicas, quod ratione dicti abſurdi debeat ceſſare hoc argumentum, quia imò procedit, quando aliàs uerba nihil operantur, l. nulla. in ſin. C. de epiſcop. & cler. & ibi gloſſ. iuncta authen. diaconiſſa. ibi poſita, de quo facit teſtum ibi Fulgo. & Ludo. in l. ſi cùm dotem. in princip. ff. ſolu. matrimo. cum concordan. quæ dixi in d. c. ſignificaſti. poſt Alexan. in authen. ex teſtamento. in princ. C. de collat. ¶ Et ideo magis placet ultima conſideratio, quam facit hic Maria. in reper. conſiderando duos caſus. Primus, quando facta eſt talis mentio, per quam Papa certam habet ſcientiam, q̃ illa uicaria, uel aliud beneficium non eſt ſufficiens impetranti, fortè expreſſis prouentibus: & tunc literæ ualent, quia Papa illas conceſſit, putans iſtum non habere, unde commodè uiuat: & ſic dictio Niſi, ſtat propriè: & arguitur ſic à contrario, uidelicet, ergo ſi ſit mentio, quod non habet ſufficiens beneficium, ualent literæ de iuſtitia. ¶ Secundus caſus, quando ſit talis mentio, per quam apparet, quod beneficium eſt ſufficiens: & tunc debemus dicere alterum de duobus, uel, quòd Papa non habuit illud pro ſufficienti, uel, quòd tales literæ tranſeunt in forma gratiæ, argu. l. ubi ita donatur. ff. de do. cauſa mor. Et ſic etiam hoc caſu dictio Niſi, ſtat propriè, & ſumitur arg. à contrario, reſpectu ualiditatis, i. ergo ſi ſit mentio, ualent iſtæ, & erunt de gratia. Et iſtum ſenſum approbat his Imol. dicens poſt Cald. quòd uerbum huiuſmodi facit regulam de literis beneficialibus, nõ in ſpecie, ſed in genere. Et iſta perpetuò no. quia ſunt quotidiana, ſecundum Maria. ¶ Extra gl. poſuit hic Hoſti. quædam notanda uerba, ſuper quibus inſiſtunt Ioan. And. Butr. Imol. & Domi. hic, & Abb. ſ. eo. ad aures. ¶ Et licet neque ibi, neq; hic de iſtis dictis tãgat An. Sic. tñ quia quotidianæ ſunt, reduco ad quatuor quæſtiones. Prima erit, utrum in diſpenſationibus debeant exprimi qualitates priorum beneficiorum, & de iſta fuit dictum in d. c. ad aures. Secunda quæſtio, qualis mentio debeat fieri de præſtimonijs. Tertia, utrũ in diſpenſationibus poſſit argui à fortiori. Quarta & ultima, utrum ſit facienda mentio in literis de beneficio priùs malè obtento. ¶ Circa ſecundam cõmuniter * dicitur, quòd ſi præſtimonium habetur in ſtipendium, non eſt opus de eo facere mentionem, ſecus, ſi habetur in titulum, ſecundum prædictos hic, quibus. adde Domi. poſt Lapum in c. ſi motu proprio. de præb. in 6. & Domi. poſt Io. An. in c. non poteſt. in prin. de præbẽ. in 6. & Car. in cle. 2. 9. q. de offic. ord. & ibi ſubdit in 10. q. quòd de hoſpitali non ſolito conferri in titulum, non eſt opus facere mentionem, & ſubdit in q. 11. quòd de præſtimonijs non eſt neceſſaria mẽtio, niſi dentur, a tanquam emolumẽtum ſurgens ex titulo beneficij. Et dicit Car. in cle. 2. §. ſi uerò. in prima op. de uſ. & ho. cle. quòd de uictualibus, quæ præſtat ordinans ordinato, non eſt opus facere mentionem, & remittit ad no. ĩ. eod. ad audientiam. ¶ Et ſuper iſtis nota ſex declarationes. Prima eſt, quòd ſicut neceſſe eſt facere mentionem de beneficio uirtute primarũ literarum obtento, ita de penſione uigore earum obtenta. Goſ. Hoſt. Imol. & Ab. ĩ. eo. ad audientiam. quia poterat impetrans aſſequi beneficium per primas literas. Ergo ſi eis renunciauit, ut haberet annuam penſionem, uidetur ſtetiſſe per eum, quo minus aſſequeretur beneficium, & ſic perinde eſt, ac ſi fuiſſet aſſecutus, regula, cum ſtat. lib. 6. Secundum hoc intellige text. ĩ. eod. in noſtra. dum probat à contrario, quòd de beneficio temporali non eſt neceſſaria mentio. ¶ Secunda declaratio. In literis beneficialibus appellatione beneficij non comprehenduntur penſiones. Dominic. in c. quamuis. el j. in prin. de præb. in 6. per illum text. per quem dicit, quòd uerbum Beneficij, in talibus literis poſitum, cõprehẽdit beneficium eccleſiaſticum, quod datur in titulum habens ius ſpirituale, non autẽ illud, quod conſiſtit in ſola temporalitate. Et ſequitur Ana. in cap. non ſatis. de ſimon.

8 ¶ Tertia declaratio. Pauper † clericus impetrans in forma communi, non tenetur facere mentionem de penſione, quã habet à laico, poſito quòd ſit ſibi aſſignata in titulum beneficij, quia ex quo nõ eſt beneficium, ſed eſt talis penſio, quæ moritur cum perſona, de tali non tenetur pauper clericus in forma communi facere mentionem, poſito quòd authoritate epiſcopi ſit inſtituta, ſecus, ſi eſſet conſtituta loco beneficij, adeo quòd transferatur de perſona in perſonam, quia impediret & annullaret gratiam pauperis, poſito quòd non eſſet beneficium, & poſito, quòd non conſtitueretur ab eccleſia. Ita dicit Rota de reſer. 33. in antiquis, & idem Rota de præben. 55. in antiquioribus, dicentes, quòd talis penſio non eſt beneficium eccleſiaſticum, præſertim ex quo poſt eius obitum non eſt alteri conferenda. & ita dicunt plaries fuiſſe obtentum. Subdunt tamen, quòd Arch. tenet contrarium, j. q. 2. clericos. Sed per diſtinctionem Ioan. And. hic patet, quòd opinio palatij eſt uerior, ſecundum eos. Sed Domi. hic ad ſi. referens hanc ſecundam deciſionem, intelligit eã in literis gratioſis, ſed in literis iuſtitiæ Papa intendit ſolum ſubuenire paupertati clerici. Vnde ex quo habet, unde uiuat, ſatis ẽ prouiſum paupertati, ſicut ſi eſt ſibi aſſignatũ patrimonium pro titulo. Vnde ceſſat ratio, quare gratia in forma pauperũ eſt introducta, ideo ſi expreſſiſſet ſe habere patrimonium, uel nullo modo habuiſſet literas, uel ſaltẽ nõ in forma pauperũ. Et idem, ſi expreſſiſſet de tali præſtimonio, ſm eum. Et illud fortè uerius, quamuis Rota in dictis locis loquat expreſsè in literis iuſtitiæ. ¶ Quarta declaratio, ubi dicitur, Vel aliud quodcunq; beneficium, cõprehenditur præſtimoniũ & penſio: gl. in cle. 2. in uerbo, quodcunq; de uita & ho. cle. Si aũt non eſt illa dictio uniuerſalis, uide do. Ab. conſ. 142. Illud de iure quæritur. ubi etiã conſuluit, q̃ expectanti beneficiũ non debetur præſtimoniũ, quia maximè de cõi uſu loquendi iſta differunt. ¶ Quinta declaratio. Habẽs plura præſtimonia, debet de ſingulis mentionẽ facere, ſicut de plurib. bñficijs, niſi plura habeantur ab eadẽ eccleſia, quia magis ſunt cenſenda unum, q̃ plura. Ol. conclu. 160. in eccl. & c. arg. l. ſi gemina. ff. arbo. ſur. cæſa. & magis eſt cõmodum, ſiue ſtipendiũ canonico deputatũ, & cum in iſtis ſm conſuetudinem multitudo non ſit canonib. inimica, non eſt in eis eadem rõ, quæ in beneficijs, ſm eum. Et ſubdit, q̃ cõiter nõ conferuntur, niſi beneficiato in eccleſia, à qua cõferuntur, & nullũ requirunt ſeruitiũ perſonale, nec reſidentiã, imò fructus eorũ dant abſentibus, ac ſi in eis perſonaliter reſiderẽt. ¶ Sexta & ultima declaratio. In illis caſibus, in quib. debet fieri mentio de præſtimonio, uel patrimonio, fortè non debet exprimi ualor eorum, quia de iure cõi de ualore redituũ, quos quis habet, non eſt neceſſaria mentio. Glo. in cle. j. de præb. dixi ſ. eo. ad aures. in prima concluſione. Non obſtat ſtylus curiæ, ſm quẽ per conſtitutionem Vrbani &ᵃ ſucceſſorũ debet fieri mẽtio ualoris, ut ibi dixi, quia loquitur de ualore beneficiorum. Et ideo talis conſtitutio à iure exorbitans, non uidetur extendenda extra caſũ ſuũ: quia caſus omiſſus remanet in diſpoſitione iuris, a l. cõmodiſſimæ. ff. de li. & poſth. cũ ſi. Tñ hoc nõ affirmo: tũ,

a Iuris] Adde dominũ Soci. conſil. 9. incip. proſequendo ordinem. uerſi. & etiã probatur. cum uerſi. ſeq. in j. parte.

Felin. j. pars. Y quia

quia non reperio tactum, tum, quia uidetur eadem ratio in
iſtis, ſcilicet ut Papa reddatur magis informatus de reditibus
ſupplicantis. Et ideo uidetur poſſe fieri extēſio propter
omnimodam rationem, ut per gloſſ.in c.1.in uer.Italiæ. de
temp.or. in 6. Et ideo cogitabit. Reliqua de penſionibus, di
cent ut.ĵ.eod.ad audientiam. ¶ Circa tertiam q.uidelicet de
extenſione diſpenſationis, nota regulam cum ſex limitatio-
nibus nouo ſtylo ordinatis, ex quibus ornabis tuas lectu-
ras in c.quia in tantum.de præb. ¶ Regula eſt, quòd in di-
ſpenſationibus non fit extenſio etiam ad caſum minorem,
& habentem in ſe maiorem rationem, quàm habeat caſus
conceſſus. Ita ſingulariter dixit Hoſt.hic, quem ſequuntur
prædicti, & Abb.in d.c. ad aures.& Nic. Myl.in uerbo, di-
ſpenſatio. ad fi. Ratio eſt, quia diſpenſatio cenſetur odioſa,
c.1.in fi.de fil.presby.in 6. ¶ Vnde dicit glo.in c.ordinarij,
in uerbo, diſpenſationē.de offic.ord.in 6. quòd iſte eſt unus
caſus, in quo beneficiū principis ſtrictè interpretatur, etiam
ſi neminem lædat, niſi ius commune. Et ideo dixit Ioan.
Andr.in regula, quæ à iure.in Mercu. quòd licet epiſcopus
diſpenſet cum monacho ad curatum, non tamen dicitur di
ſpenſare cum eo ad beneficium ſimpliciter. Similiter dicit
Ana.poſt Abb.in c.2.de cler.pug.in duello. quòd ſi diſpen-
ſatur ſuper beneficio, intelligitur de ſimplici. Intellige, niſi
diſpenſatio dicat, Ad quæcunque beneficia. Ioan. Andr.in
Specul.ſuper rub.de fil.presby.& Roſa eod.titul.2.in uutiſ
9 quis: & Nicol. Myl.ubi ſ.§.3. Similiter † dicunt Ioan. And.
But. Abb.& Imol.poſt Aegi.in c.de multa.de præben. quòd
diſpenſatus ad duo incompatibilia, non intelligitur diſpē-
ſatus in eadem eccleſia, ut fiat ſtricta interpretatio. Simili-
ter gloſſ.in c.literas.in uerbo, ordinarij.de fil.presbyt.quòd
diſpenſatio ſuper ordinibus intelligitur de minoribus. Bo-
nus text.in ca.fi.de tranſla. præla. ubi diſpenſatio, ut quis
poſſit tranſire ad archiepiſcopatum, non extenditur ad epi-
ſcopatum, tamen ibi non eſt eadem ratio in epiſcopatu,
imò minor, ut exprimit text. Et adde Pet.de Anch.conſilio
mihi 56. Dominus noſter. ad fin. ubi ſequitur hoc dictum
Hoſt. Et dicit Domi.in c.quamuis.§.j.de præben.in 6.quòd
in iſtis literis beneficialibus ceſſat argumentum à pari, &
à minori ad maius, per not.hic.& in c. cum de non.de præb.
in 6. Et dixit Fede.conſilio. 14. Monachus Peruſinus. quòd
indulgentia data à canone prælatis regularibus de abſol-
uendis ſubditos excommunicatis in caſu c. ſi quis ſuaden-
te.17.q.4.de qua in c.cum illorum.de ſentent. excom. non
habet locum in caſibus ſimilibus, per not.hic. Et caue, quia
iſtud non deſtruitur propter quartam limitationem, de qua
ĵ.quia illa loquitur de uerbis interpretandis, ſed Fed. loqui
tur de uerbis extendendis ad alium caſum, quod non licet,
& hic uidetur, quòd diſpenſatus, ut poſſit promoueri ad di-
gnitatem maiorem, non uidetur diſpenſatus ad minorem,
licet contrarium dicas ibi in ca, ex parte. el 3. in princip. de
deci. ¶ Limita primò, niſi caſus diſpenſatus habeat ratio-
nem expreſſam, quia ubi erit eadem ratio, non eſt extenſio.
Abb.in c.at ſi clerici.§.de adulterijs.ibi, & aduerte.de iudi.
propter glo.in d.c.j.in uerbo, Italiæ. quod uerbum multum
importat. Sed non credo eſſe uerum, quia ſi non fit extenſio
à maioritate rationis, multo minus ab identitate. Nec ſe-
quitur, eſt eadem ratio, ergo non eſt extenſio, ut latius per
Doct.in c.j.& per Imol.in cle.j.de elect. ¶ Limita ſecūdo,
dum modò agatur de diſpenſatione multum odioſa, ſecus,
ſi eſſet diſpenſatio nō multum odioſa, ſed potius gratioſa.
Abb.in d.§.de adulterijs.ā.en. ad aures.in fi.ita intelligens
c.per uenerabilem poſt princi. ibi, uideretur.qui fi.ſint leg.
Et ita dicit ſenſore Ioan.And.in addi. Spec. de legato.§.fin.
uerſicul.quid ſi diſpenſatum. in additione, hoc intellige.
¶ Nam dicit ibi Ioan.Andr.quòd qui opponeret contra di-
ctum Hoſt.hic de tex.in d.c.per uenerabilem.ita poſſet op-
ponere de regula, cui licet. lib.6. Sed Hoſt. noluit dare ca-
ſum exceptum à regula, ſcilicet diſpenſationes; quæ fiunt
contra ius, quaſi dicat, quòd in c.per uenerabilem. non agi-
tur de diſpenſatione, quæ fiat contra ius. Et quod diſpen-
ſatio dicatur odioſa, & legitimatio fauorabilis, uide Domi.
poſt Lap.in c.j.§.j.de fil. presbyt.in 6.& Pet.de Anch.conſ.
mihi 419. Circa primum quæſitum ſunt ſatis expedienda.
¶ Conſidera duo, primò, quod diſpenſatio contra ius, com-
muniter offendit ſolum ius commune, faciendo de inhabili
habilem, ſed legitimatio offendit ius commune, & plerunque
iura tertij, qui ſucceſſiſſet, non data legitimatione. Er-
go legitimatio uidetur odioſior, quam ſimplex diſpenſatio.
¶ Secundò conſidera, quod text.in d.cap. per uenerabilem.
ſm opi.multorum, continet allegationem partis, quia non
eſt uerum, quòd legitimatus ad ſpiritualia, ſit legitimatus
ad temporalia, ſecundum opinionem multorum, quam la-
tè proſequitur Nicol. de Vbald. de ſuc. ab inteſta. fol. 16.
uer.ſecundum partem primi articuli. Tamen quia commu-
niter Doc.in d.c.per uenerabilem.tenēt, quòd non ſit alle-
gatio partis, ideo tranſeundum eſt cum uerbis Ioan. Andr.
in d.uer.quid ſi diſpenſatum. In quo poteſt etiam conſidera
ri, quod diſpenſatio proprie ſumpta, differt à legitimatio-
ne, ut per Paul.de Caſt.& Alexand.in l.pactum, quod dota-
li.C.de colla.& But.in d.c.per uenerabilem. & Anto.de Ro
ſel.in tract.legitimationis, fol. 39.uerſic.ulterius eſt uiden-
dum, quid de legibus. & Alexan. conſil.mihi 513. Iuxta ea,
quæ alias conſulendo ſcripſi, &c. & Benedictum de Peru-
ſio conſil. 157. Fuit diſpenſatum per Papam Martinum.dum
dicunt, quòd quis non poteſt eſſe pro parte legitimatus, &
pro parte non, ſed bene poteſt cum illegitimo diſpenſari.
8 quo ad aliquem effectum, remouendo defectum natalium,
& dicetur diſpenſatio, ſed non legitimatio. Et dicit Benedi-
ctus de Peruſio latè conſilio j. quòd ſi eſt diſpenſatum, ut fi-
lius monialis poſſit ſuccedere matri ex teſtamento, non
ſequitur, quòd mater poſſit ſuccedere ei, iuxta l. nam & ſi
parentibus.ff.de inoffic. teſt. quia cum ſit diſpenſatio odio-
ſa, reſtringitur, nec arguitur à correlatiuis propter odioſio-
rem qualitatem matris. ¶ Adde etiam pro iſta limitatione
text.in c.ex parte.el 3.de decimis.ubi priuilegium fauorabi-
le de decimis, extenditur ad nonalia. Tamen, ut dicit do-
mi.Abb.in 2.not. illa non eſt extenſio, ſed potius reſtrictio
ad proprium ſignificatum. Dicitur autem cauſa fauorabi-
lis in diſpenſatione, quando uertitur fauor publicus, uel fa-
uor religionis, ſicut etiam in materia exorbitanti fit exten-
ſio legis in iſtis duobus caſibus, ut de primo not. Bartol. in
l.2.§.exercitus.per illum text.ff.de inſa. & Bartol.in l.ſi con
ſtante.in conſi. quæſt.primæ partis. ff.ſolu.ma. de ſecundo
gloſſ.in l.illud.& in l.fin.C.de ſacr. ſanct. eccleſi. Et idem ſi
fauore animarum, per id, quòd not. Ioan. Andr. & alij in c.
ex tenore.qui fi.ſint leg.cum concor. Non tamen eſt inferen
dum, quòd in omnibus caſibus, in quibus aliàs extendi-
tur lex, extendatur diſpenſatio non inſerta in iure. Patet ex
c. quòd dilectio.de conſang. & affi. ubi quamuis agatur de
fauore matrimonij, fit tamen in diſpenſatione ſtrictu inter-
pretatio, & non larga. ſecundum quendam doctorem ali-
bi. Sed conſidera, quòd fortè hoc non probatur ibi, ut dice-
tur paulo pòſt. Tamen iſtud dictum iuuari poteſt ex eo,
quòd dicetur infrà, in 5.limitatione. ¶ Hanc ſecundam li-
mitationem declara notabiliter, ut procedat in diſpenſatio-
ne facta ſuper lege ab eo, qui poteſt legem tollere, quia cum
dicatur quædam lex priuata, meritò extenditur, attenta po
teſtate diſpenſantis, & materia ſubiecta. Videtur enim qua-
ſi concedere l.priuatam, & conſequenter aptam recipere ex-
tenſionem, ſicut lex ſua communis, iuxta l.non poſſunt ff.
de legi. licet non omnimodam extenſionem propter eius
naturalem odioſitatem. Sed ſi diſpenſatio fit ab inferiore,
qui ex permiſſione l. uel hominis poſſet diſpenſare contra
legem, cui aliàs ipſe ſubeſt, tunc talis diſpenſatio, etiam in
materia fauorabili, non uidetur poſſe extendi. Ita ſingula-
riter ſcribit alibi quidam Modernus magnæ authoritatis,
per text. in d.cap.quod dilectio.ubi diſpenſatio in materia
fauorabili facta per legatum de latere, ſtrictè interpretatur.
¶ Optimè facit ultra ipſum deciſio Innocent.in c.dudum,
el 2. ad fin. ibi, item ſi Papa mandat. & eſt additio in qui-
buſdam libris, ĵ. de elect. de quo dicto fiet mentio ĵ. in 4.
limitatione, uerſic.quartus caſus. ¶ Conſidera in hoc dili-
genter duo. Primo, quòd tex.in d.c.quòd dilectio. non fun
dat ſe ex eo, quia diſpenſatio ſit ſtrictè interpretanda, ſed ne
induceretur nouitas inductiua diſſenſionis & ſcandali, ut
apertè exprimit ibi tex.in fi. Et ideo dicunt ibi omnes Doc.
quòd ſi non fuiſſet illa conſuetudo, diſpenſatio legati operu
batur etiam in coniuncto citra ſextum gradum, quando
alius extitiſſet in ſexto, uel in ſeptimo, per c.fi.de conſan.
& affi. Vnde per illum text. uidetur reſtringenda iſta limita
c tio, uidelicet niſi lata interpretatio gratioſæ diſpenſationis
eſſet inductiua ſcandali, quia tunc omittitur illa interpre-
tatio,

tatio, & corroborari poſſet ex multis, quæ adduxi in ſimili de effectibus ſcandali in ca. cum in ſcandalo. de præſcript. Sed ubi non ſubeſt ſcandalum, & materia ſubiecta inducit latam interpretationem diſpenſationis, non crederem eſſe differentiam inter diſpenſationem principis & inferioris, quo ad uim comprehenſiuam, & extenſiuam ipſius diſpenſationis, licet quo ad poteſtatem diſpenſandi differãt reſpectu cauſæ inductiuæ diſpenſationis, ut per Innocen. in dicto c. dudam. ¶ Conſidera ſecundò, quòd in caſu dicti cap. quòd dilectio. non fuiſſet facta illa declaratio, ſi non repugnaſſet conſuetudo, nam diſputatio, quæ fit ibi ſuper materia diſpenſationis, non eſt ſuper hoc, utrum ſcilicet ipſa diſpenſatio extenderetur, ſed eſt de directo ſuper poteſtate diſpenſantis, quo caſu, ut dicetur in 4. limitatione, ipſa facultas diſpenſandi eſt late interpretanda. Unde propriè in illis terminis dixit Cald. de conſang. & affi. concluſio. j. quòd legatus habens poteſtatem diſpenſandi cum coniunctis in tertio gradu, poteſt diſpenſare cum eo, qui ſit coniunctus ex utraque linea: tum, quia facultas diſpenſandi non eſt odioſa, tum, quia illud uinculum erat unicum, & non ſunt duæ conſanguinitates, ſed una, & iden licet aliàs diſpenſatio debeat ſtrictè interpretari, tamen uerba in diſpenſatione appoſita non amittunt proprium ſignificatũ uerborum, ſecundum eum. Præterea quòd in caſu d. c. quòd dilectio. fiat interpretatio contra naturam uerborum ratione ſcandali, facit extrauagans clemen. Sexti, nuper propoſito coram nobis, & c. declarans, quòd ualeat diſpenſatio, in qua dicitur, quòd impetrantes diſtabant quarto gradu, licet unus diſtaret quarto, & alius tertio, quia ex taciturnitate tertij gradus non debet dici gratia ſurreptitia. Et damnatur opin. contraria, & fundatur iſta extrauagans ſuper text. in dicto c. quòd dilectio. & in c. fi. eodem titulo. cum ibi nota. ut etiam per Cald. in d. concluſ. Et ad intellectum d. c. quod dilectio. uide etiam, quod dicam j. in fi. huius articuli de diſpenſatione. ¶ Ultimo in hac ſecunda limitatione conſidera, quòd aut diſpenſatio præiudicat tertio, & tunc indubitanter reſtringitur, aut ſolũ uulnerat ius commune, & tunc uidetur importare iſta limitatio Abbatis, quod aut materia eſt gratioſa, & fiat extenſio, aut odioſa, & non fiat. Sed pro certo uidetur ſemper, quòd in iſto ſecundo caſu aut erit gratioſa ſemper, aut odioſa ſemper, attento uno eius effectu, quẽ operatus, uidelicet uulneratione iuris communis. Et eſt uerum, quòd aliquando ius commune poſſet ſtrictius loqui uno caſu, quàm alio, ſed tamen attenta regula c. j. in fin. de fil. presbyt. in 6. uidetur odioſitas diſpenſationis fundata ſolum in hoc, uidelicet quia inducit exorbitantiam à iure communi. Quapropter non uideo caſum, in quo poſſit dici gratioſa. Non obſtat d. c. per uenerabilem. quia aut defectus natalium tollitur pro parte, & tunc eſt diſpenſatio, & reſtringitur, ut dicunt Doct. in conſilijs præallegatis, aut defectus natalium tollitur per uiam propriæ legitimationis, uidelicet quòd appareat principem uelle abolere maculam natalium penitus, & tunc iſta non eſt diſpenſatio, ſed legitimatio, quæ regulariter fauore prolis latè interpretatur, non attento ſecundario præiudicio aliorum, iuxta glo. & Bart. in l. quæ exceptionem. ff. de condi. inde. cum concord. Et ideo non mirum, ſi legitimatio loquens de ſpiritualibus operetur in temporalibus, quia hoc non eſt ui interpretationis, neq; ui extenſionis, ſed propriæ uirtutis & operationis inclusæ in ipſa legitimatione, ꝓſuppoſito ꝙ appareat principẽ uelle omnino legitimare, ꝙ patebit ex proœmio, licet poſtea dicatur de ſpiritualibus, ſecus, ubi ſpecialiter reſtringit ſe ad ſpiritualia, qa eſt diſpenſatio, & tunc non extenderet. Et iſta nota, tanquam nouiſſima, ad intellectum huius limitationis, & dicti c. per uenerabilem. tenendo, quòd illa non ſit allegatio partis, nam ſi illud teneres, non eſſet opus reſponſione prædicta, licet eam habeam pro ueriſſima. Cogitabis, quia nunc occurrit. ¶ Limita tertiò, niſi ſit illud minus, quia tunc diſpenſatio ſuper eo, quòd eſt plus, comprehendit ipſum minus. Petrus de Anchara. in clemen. unica, ibi, quintò opponitur. de conceſſ. præben. Unde ſi eſt conceſſum illegitimo, quòd poſſit habere epiſcopatum, eſt etiam conceſſum, quòd poſſit presbyterari, quia ſine ſacerdotio non poſſet eſſe epiſcopus, c. ex literis. de exceſsibus præla. Bene facit, quòd not. Ioan. Andr. in regula, acceſſorium. in Merc. ubi dicit, quòd diſpenſatus, ut non teneatur diſputare, eſt etiam diſpenſatus, ut non teneatur dare concluſiones bidello ex forma ſtatuti. ¶ Ad idem gloſſa prima ibi, per conſequens in omnibus acceſſorijs. in c. quia in tãtum. de præben. de qua facit feſtum Abbas ibi poſt alios, adducens gloſſ. in c. ſi quis in clero. ſexta quæſt. prima, quæ dicit, quòd ex

10 † quo diſpenſatur cum aliquo ſuper pluralitate beneficiorum, uidetur etiam diſpenſatum ſuper reſidentia. Et notat Archidiac. ibi, & gloſſa in c. non poteſt. de præben. in ſexto. Non tamen eſt diſpenſatus à reſidentia utriuſque, ut per Cardi. in clemen. prima. ad fin. princip. ibi, nonò quæro. de præbend. Similiter dicit Abba. poſt alios in dicto c. quia tantum. quòd diſpenſatus, ut poſſit promoueri ad curatũ, uidetur etiam diſpenſatus, ut non teneatur ad obſeruantiam c. licet canon. de elect. in 6. de quo uide latè Dominic. poſt Archid. & Ioan. Andr. in c. cùm ex eo. §. fin. de elect. in 6. Et ibi dicunt, quòd habens ætatem imperfectam, quo ad ſacerdotium, licet ſit diſpenſatus ad curatũ, non eſt diſpenſatus, ut poſſit ordinari ad ſacerdotium, quia diſpenſatio cum ſit ſtricti iuris, tantum operatur, quantum exprimitur, tamen operatur, ut dixi, euitationem pœnæ, c. licet canõ. quia aliàs diſpenſatio eſſet eluſoria, ut ibi latius per eum. Et ponit aliquid etiam Nic. Myl. in reperto. fol. 41. ante fi. Et iſtam limitationem ponit etiam Butri. in ca. cum in cunctis. de elect. ibi, non obſtat, quòd diſpenſatio. & Nic. Myl. d. fol. 41. & fol. 43. ad fi. ¶ Hanc limitationem intellige, dum modò illud conſecutiuum acceſſorium, ad quod extenditur diſpenſatio, ſit tale, ſine quo ipſa diſpenſatio ſtare non poſſet, ut in dictis exemplis, ſecus, ſi ſtare poteſt, quia tunc non trahitur ad conſequentia ſeparabilia, ſecundum prædictos, pro quibus facit l. fi. §. Lucius. ff. de condi. inde. ubi reſtitutio in integrum conceſſa minori fauore ætatis ſuper contractu reſcindendo, non extenditur ad acceſſorium, ſcilicet ad uſuras ſolutas. Ad idem, quod no. Dominic. poſt Ioan. Andr. in cap. j. in fin. princ. de fil. presbyt. in 6. & Oldr. conſil. 200. Puncta breuia. quòd ſit diſpenſatus ad curatum. Nec obſt. licet ipſi contradicant, c. accepimus. de æta. & quali. quia non loquitur de curato, ſed de ſimili, ut in ſimplici. Ad illum text. reſpondet Ioan. Andr. in addi. Specul. ſuper rubric. de iur. patr. quem retuli in c. cum uenerabilis. prope fi. de excep. ¶ Ad idem, quòd nota. gloſſ. in uerbo, annexis in fin. in clement. 2. de æta. & quali. & ibi Imol. poſt Paul.

11 † quòd diſpenſatus, ut poſſit habere præbendam etiam habentem ſacrum ordinem annexum, non eſt diſpenſatus, ut habeat uocem in capitulo, quia diſpenſatio operari poteſt ſine illo acceſſorio, cum operetur ſuper canonicatu. Sic etiam gloſſ. in ca. ſtatutum. in princip. in uerbo, canonicis. de reſcript. in 6. quòd maior ſeptennio, & minor uicennio, diſpenſatus ſuper canonicatu, non eſt diſpenſatus, ut poſſit eſſe delegatus. Sic etiam gloſſ. in clement. 2. in uerſicul. conſtitutus. ibi, & ætate legitima. de ætat. & quali. ſentit, quòd diſpenſatus, ut celebret ante ætatem, non eſt diſpenſatus ad curatum. Facit gloſſ. in capitulo, cum nostro, in uerbo, congruam. de ætat. & qualit. quòd factus per diſpenſationem capax alicuius actus, non eſt factus capax ad alios actus competentes maioribus. Ad quòd etiam uide gloſſ. penul. & ibi Doct. in c. ei, cui. de præben. in 6. Facit etiam, quòd not. Bartol. in l. in quæſtionibus. ff. ad l. Iul. maieſt. quòd lex diſpenſans, ut in probatione criminis admittantur teſtes aliàs inhabiles, non intelligitur eos habilitare ad probandum adminicula criminis, per c. per tuas. de ſimo. Quod dicit perpetuò menti tenendum. Et ſequitur Bald. in authen. ſi dicatur. C. de teſti. Tamen Angel. in d. l. in quæſtionibus. limitat, niſi adminicula eſſent de ſubſtantia ad fundamentum accuſationis. Sed de hoc alias. Et prædicta ſeruiunt ad conſiliũ. Paul. 219. dum ponit, an diſpenſatus, ut non obſtante defectu natalium ſuccedat patri, dicatur etiam diſpenſatus ut excludat ſubſtitutum, & deciſio ſua pendet à prædictis, quæ ipſe non conſiderat in uidendo naturam illius conſecutiui. ¶ Iſta & his ſimilia intellige ſanè, ubi diſpenſatus eſt etiam inhabilis in illo conſecutiuo, ad quod quis uult extendere diſpenſationem, ſed ſi non eſt aliàs ad illud inhabilis, & per diſpenſationem habilitatus ad unum principale, certè uirtute huius diſpenſationis põt exercere principale, & acceſſorium, & ſeparabile, in quo nõ erat inhabilis, tanq̃ ipſa diſpenſatio habilitet ad illud acceſſorium, ſed tanquã remoueat obſtaculum, per quod

illud acceſſorium exerceri non poterat, Ita declarat Domi. in c.nos conſuetudinem.12.diſtinct. inducens glo. in c.ſtatutum.§.j.in uerbo, dignitate.in ſi.de reſcri.in 6. ubi ſi maior 20.annis, & minor 25.eſt diſpenſatus ad dignitatem, poterit eſſe delegatus, quia habilis erat reſpectu ætatis, ſed inhabilis propter carẽtiam dignitatis, ad quam etiam erat inhabilis. Vnde ſublato defectu acquiſita dignitate eſt ſublatum obſtaculum, quòd impediebat eum eſſe delegatum. ¶ Ad idem inducit gloſ.in d.c.quia in tantum.dum probat, quòd diſpenſatus, ut in diuerſis eccleſijs poſſit retinere præbendas, uidetur per conſequens diſpẽſatus ad actus capitulares, & alios congruentes canonicis, quia ea quò eſt habilis ad uocem, diſpenſatio ſuper canonicatu extenditur etiã ad iſta conſecutiua. Et quũ aliàs conſului, quòd ſi in caſu cle.2.& 3.de æta.& quali.aliquis diſpenſatur, ut poſſit ordinari ad ſacros ante ætatem, poterit etiam dare uocem in c. quia ad ipſam non erat inhabilis, niſi propter defectum ſacri ordinis. Eo igitur ſublato, poteſt eam dare. Et ſic uides caſum, in quo diſpenſatio operatur plura, & non poteſt dici, quòd ſufficit, ut uelut odioſa operari poſſit in alio, nam iſta reſtrictio ſit, quando agitur de extendendo eam ad plures effectus, ad quos omnes quis erat priùs inhabilis, ſed ſecus, ſi non erat ad omnes inhabilis. ¶ Non obſt.alia gl. præallegata in d. cle.2. quia ibi defectus ſacri ordinis faciebat eum inhabilem ad præbendam & ad uocem. Vnde diſpenſatus ad præbendam, remanet adhuc inhabilis ad uocem, ſed hic collato ſibi ordine nõ eſt inhabilis ad uocem. Omnia ſigna, tanquam antea incognita. ¶ Limita quartò dictam regulã, niſi agatur de conſideranda poteſtate diſpenſationis, prout conſiſtit in perſona eius, cui datur poteſtas diſpẽſandi, quia tunc ſit larga interpretatio, & etiam extenſio ad conſecutiua etiam ſeparabilia, propter identitatem, uel maioritatem rationis. Domi.in d.c.nos conſuetudinem. propter glo.fin. in c.hi, qui.15.q.ultima, qui dicit, quòd ſi Papa dat poteſtatem epiſcopo diſpenſandi ſuper crimine cum clericis depoſitis, ut promoueantur ad dignitatem, per conſequens uidetur dediſſe poteſtatem, ut tales reſtituat. Tamen adde Io. Andr.in c.ſi.ſuper uerbo, abbatis. in ſin. de ſimo. ubi dicit, quòd ideo in caſu illo materia diſpenſationis loquens de monachis, extenditur ad abbatem, quia poteſtas diſpenſandi erat beneficium datum diſpenſanti, non delinquentibus. Quòd patet, quia illorum non fiebat mentio, ideo fit larga interpretatio. Et facit eſi cui.de præb.in 6.ſecundum eum, quem ſequuntur omnes Scribentes in d.c. ſin.& Ana.in c. j.de maledic. ¶ Ad idem, quòd not. Bartol.in l.2.in priu. de uerb. obli. dicens, quòd in poteſtate legitimandi ſit largiſſima interpretatio, ſicut in beneficijs, ut l. ſi. ff. de conſtit. princip.licet in terminis, in quibus loquitur Bartol.late inſiſtant ibi Imol.Roma.& Alexan.& Abb. in c.at ſi clerici.§. de adulterijs.de iudic.ubi dicit. Tamen Ludo.in d.l.2.ſuſtinet opi.Bartol.per hanc limitationem, & per d.c.quòd dilectio. de quo aliquid j. propè in uer.ſecundus caſus. Adde etiam Domi.in c. 1.de filijs presbyt. in 6. ubi ſequitur hanc limitationem, & facit, quòd ipſe not. poſt Ioan. Andr. in c. ſin.ibi, quæro, quæ beneficia. de uerb.ſigniſi.in 6. Ad idem elegans conſi.Cald.de conſang.& affi.conclu.j. quòd retuli in præcedenti limitatione, uerſi.conſidera ſecundò.& facit, quòd ſtatim dicetur poſt Rotam in uerſic. ſecundus caſus. Et quòd diſpenſationes nemini nocentes latius interpretentur, not. Arch.in d.c.nos conſuetudinẽ.in ſi.& in c.quoniam.in gloſſ. quaſi dicat. 59. diſtinct. ¶ Non tamen intelligas, quòd ſiat extenſio ad non comprehenſa, niſi in iſtis limitationibus. Adde etiam Butr.in d.c.per uenerabilem.ibi, nunquid autem habens.ubi dicit, quòd poteſtas legitimandi fauorabilis eſt. Ad idem conſi.Cald.de regularib.19.& de conſti.16.ubi dicit, quòd habens facultatem abſoluendi monachos excommunicatos à canonibus, poteſt abſoluere excommunicatos propter cõſtitutiones ſui ordinis, quia talia uerba largè interpretantur contra concedentem. ¶ Nec puto obſtare huic dicto conſil. Fede. 14. Monachus Peruſinus, allegatum in regula, quia non loquitur in conſecutiuis, neque in his, qui poſſunt uirtute uerborum, ſeu canonis poteſtate largè intelligi de omni materia dãte regulam, per c.canon.3.diſt. Adde etiam gloſſ.in clemen.una.in uerbo, ſacerdotum.de offic.iudic.quæ dicit, quòd facultas diſpenſandi data epiſcopis per c.cum ex eodem. de elect.in 6. extenditur ad habentes uicariam perpetuam: & debet illa gloſ.adaptari ſub iſta limitatione, non autem ponderat generaliter, prout eam ponderat ibi Abba. quia non probat, quòd diſpenſatio extendat, ſed facultas. Poteſt etiam intelligi illa gloſſ. de diſpenſatione clauſa in corpore iuris, quæ latè interpretatur, ut j. 5. limitatione. ¶ Adde etiam iſtis, quod no. Ana.in c.ſi.ibi, tu conſidera.de cle. pug.in duello. ubi dicit contra Abba. ibi, quòd ſi eſt conceſſa epiſcopo facultas diſpenſandi circa beneficium, intelligitur etiam de curato, per d.c.ſin.de ſimo. Melius facit gloſſ.3.& quod ibi firmius ſcribunt Paul.& Lap.in d.c.dudum.de præbẽ.in 6. quòd facultas conferendi beneficia includit etiam curata: quod tandem ſequitur ibi Domi. niſi agatur de præiudicio tertij, ut dicetur j. propè. Adde etiam Oldr. conſilio.152. Factum tale eſt. dominus Clemens. in princip. ubi dicit, quòd conſtitutio, execrabilis. non tollit poteſtatem diſpenſandi: quia illa eſt fauorabilis, & non ambitioſa. ¶ Quatuor tamẽ caſibus reſtringenda eſt iſta limitatio. Primus eſt, niſi conſuetudo introduxerit certam interpretationem materiæ, quia non eſt recedendum ab interpretatione cõſuetudinis, etiamſi per ipſam ſequatur reſtrictio facultatis diſpenſandi, quæ non deberet de iure ſequi. Caſus eſt notabilis in d. ca. quòd dilectio. quem notant Doct.ibi, & Lud.in l.2.in prin. de uerb.oblig. ¶ Secundus caſus eſt, quando iſta lata interpretatio non eſt ſolum contra concedentem iuxta c.cum dilectus.de dona. ſed etiam contra tertium, quia tunc ſtrictè interpretatur. Ita Butr.in d.c.per uenerabilem. ubi concordans cõtrarietates, quæ ſunt in illa quæſtione, utrum habens ſimpliciter facultatem legitimandi ſpurios & inceſtuoſos, poſſit legitimare ſpurios & inceſtuoſos. Similiter concludit, quod quando iſta legitimatio præiudicaret tertio, procedit opin. Cald. qui diſputando dixit, quod non poteſt legitimare. Si autem nemini præiudicatur, procedit opinio Bar.& ſequacium in d.l. Et hanc concordiam ſoleo ſequi in d.§.de adulterijs.poſt do. meum de Aretio.ibi, bene facit deciſio.quam tandem firmat Dom.in d.c.dudũ.ubi declarans gloſſ.3. ibi, ſuper qua eſt multiplex difficultas. concludit, quòd facultas conferendi beneficia, quam Papa dat alicui, intelligitur etiam de curatis, interpretando ipſam latè, quãdo nemini præiudicatur, niſi concedenti, puta reſeruatis, quia tunc ceſſat ambitio, quæ aliàs conſideratur in iſto ca. quamuis, el j.de præben.in 6.ſecus, ſi præiudicatur tertio. ¶ Facit etiam deciſ. Rotæ de offic.uicar.7.in antiquis, & 2. in antiquioribus, quòd uicarius habens poteſtatem conferendi beneficia, poteſt conferre curata & etiam dignitates, & ſequitur Dominic.in c.ſi.in ſi.de offic. uicar. in 6. dicens pro hoc facere dictum Ioan.Andr. de præbend. accedens.& Paul.in clem.1.de concel.præben.quod in procuratorio dato ad acceptandum beneficium, includitur poteſtas acceptandi etiam dignitates. Scias tamen, quod ubi à iure profertur hoc uerbum Beneficium, etiamſi materia ſit ſtricta, ueniunt curata, & etiam dignitates, ut probat gloſ.in c.ſi gratioſe.in uerbo, beneficia. de reſcrip.in 6. Et ibi notat eam Domi. dicens eſſe ſimilem in clemen. auditor. de reſcrip.& regula j. de regu.iur.in 6. & eſt alia in clemen. 1. in uerbo, beneficia. de rer.permut. Et iſtis adde Rotam de conceſſio. præben.48.in ſin.in antiquis, quòd gratia facta epiſcopo in præiudicium concedentis, non eſt ambitioſa, ſed extendenda. Allegant c.cum.de uerb.ſign.& gloſſ.& Ioan.Andr.in d.c.

12 [a] dudum. ¶ Tertius caſus, quando † per largam interpretationem facultatis diſpẽſandi uellet quis diſponere in prohibitis à iure diuino, uel naturali, quia non poteſt, etiamſi uerba facultatis ſint prægnantia. Bal. Angel.& Imol.in l.ſilius à patre.§.ſi.ff.de libe. & poſthu.dicentes, quòd habens poteſtatem à Papa diſpenſandi cum quibuſcunque in qualicũque ſtatu, non tamen poterit diſpenſare in prohibitis à iure diuino, uel naturali ſed tantùm in prohibitis à iure poſitiuo. Quod dicunt bene notandum. Et tranſit ibi Alexand. Bene facit deciſio Specul. de legato. §. nunc oſtendendum. uerſicul.19.& Hoſtienſ.in c.1. de tranſact.& ſequuntur ibi omnes, quòd clauſula, Supplentes defectum, &c. referatur duntaxat ad ſolennitates iuris poſitiui,

[a] nõ aũt ſupplet defectus iuris naturalis. Et ſequitur Arch.& Domi.in c.Cenomanenſem.96.diſtinct. & Card.conſil.85.& Bal.in rub.j.de conſue.ad ſi.& Abb.in c.

[a] *Iuris poſitiui*] *Adde do. Alexã. de Imol. in ſuo conſil. 79. prima parte.*

parte, & uide nota. & plene per domi. Soci. conſil. 264. incip. Viſa bulla Bonifacij. uerſi. ſecundo, ex parte partis. circa fi. ibi, nec obſtat. in 2. parte.

ea, quæ in fi. de re iudic. & in c. inter dilectos. de fid. inſtru. & But. in c. illa. de elec. cum concor. Eſt bonus tex. in cle. paſtorales. ad fin. de re iudic. Et, ut iſte caſus aliquid importet, intelligo, etiamſi ageretur de defectu inducto à iure diuino, uel naturali, in quo poſſet Papa aliquando diſpenſare ex magna cauſa, iuxta no. titul. præced. quæ in eccleſiarum. & per Innoc. & alios de homici. ad audientiam. dum tractant de homicida, cuius irregularitas communiter dicitur eſſe de iure diuino, quia cum iſtis & ſimilibus inferior habens dictam facultatem plenam, nunquam poterit diſpẽſare, & bene facit caſus ſequẽs. ¶ Quartus caſus eſt, quãdo

13 † per largam interpretationem uideretur quis uti omnimoda plenitudine poteſtatis, quam habet concedens, quia in dubio non præſumitur facultas diſpenſandi concesſa cum illa plenitudine, ut probat aurea deciſio Inn. in d. c. dudum. el 2. ad fin. ibi, Item ſi Papa. de elect. ubi dicit, quod licet de diſpenſatione principis contra ius commune non ſit diſputandum, an ſit iuſta, uel non, propter plenitudinem poteſtatis, quam habet, tamen ſi inferior à Papa concedit poteſtatem diſpenſandi, non ualet diſpenſatio, niſi fiat cum cauſa, & ſi diſpenſaret ſuper beneficijs incompatibilibus cum eo, qui non eſſet ſublimis, ut literata perſona, non ualeret diſpenſatio. Et ſequitur ibi But. ad fi. Et idem no. Innoc. in c. cum ad monaſterium. ibi, item licet conditioni. de ſtatu mo. & in c. ueniens. in j. gloſ. de fil. presby. Not. Abba. in d. §. de adulterijs. & in c. præterea. de teſti. cog. & Bal. in l. teſtamentum. poſt prin. C. de teſta. & Fede. conſil. 204. Reuerende pater. cum multis alijs concordantibus, in quib. dicitur diſpenſationem inferioris ſemper debere eſſe ex cauſa legitima. Sed illud, quòd dicit Innocen. in dictis locis, non exprimitur ita clare ab alio, uidelicet quòd etiamſi quis diſpenſat, tanquam gerens uices ſibi commiſſas à Papa in diſpenſando, non poteſt diſpenſare ſine cauſa, licet ipſe Papa poſſet. Quòd perpetuò nota in foro contentioſo ad infringendas mille diſpenſationes, quas faciunt legati ſuper incompatibilib. cum perſonis indignis. Intellige, niſi in iſta facultate diſpenſandi exprimerentur nomina eorum, cum quib. habet diſpenſari, ſecundum Nic. Myl. poſt Spe. in ſuo repertorio, in uerbo, diſpenſatio. in fi. De hoc tamen, an Papa ſine cauſa poſſit diſpẽſare indiſtincte circa ius poſitiuum, nõ pono nunc aliquid pro firmo, ſed remitto ad beatum Tho. in prima 2. q. 96. quem ad literam ſequitur Archi. eo non nominato, in c. conſequens. 1 1. diſt. & Io. Andr. eum allegans, in c. de multa. de præb. ubi uide Senbentes, Domi. in d. c. cõſequens. & Abb. in d. c. per uenerabilem. in prin. dixi aliquid tit. præcedenti, c. j. 4. fallentia, & latius j. eo. ad audientiam. ¶ Limita quintò dictam regulam, niſi diſpenſatio ſit clauſa in corpore iuris. Oldr. concluſione noua, uolens, quod ſiue curia Romana ſit citra, uel ultra montes, habeat locum diſpoſitio c. nihil. ad fi. de elect. dum modò electus multum diſtet à curia, & ſequitur gloſſ. fin. quæ eſt Franci. Pau. in extrauag. iniunctæ. & Domi. in d. cap. nos conſuetudinem. addens glo. in uerbo, corporali. in ca. ut circa. de elect. in 6. quæ probat, quod de priuilegio clauſo in corpore iuris iudicatur, ut de iure. Vnde dicit Abb. in c. fi. ibi, nec obſtat, ꝙ priuilegium. de iura. calumn. quod talia priuilegia facilius extenduntur. Dixi ſ. c. j. uerſic. fallit tertiò. poſt Domi. in c. ignorantia. 38. diſt. Ex his ſuſtinetur, quod dixi ſ. in 1. limitatione, quòd diſpenſatio non inſerta, non recipit omnem extenſionem, quam recipit lex. ¶ Limita ſextò, niſi diſpenſatio fiat motu proprio, & propter publicam utilitatem, quia tunc extenditur ad conſecutiua, etiam ſine quibus diſpenſatio imprimeret ſuum effectum. Ioan. And. poſt Hoſt. in c. cum in cunctis. j. de elec. & aliquid poſuit Ioã. Andr. in c. ſi gratioſe. ſuper glo. 1. de reſcri. in 6. & ſequitur Rota de tẽp. ord. j. in antiquis, & Dominic. in d. c. nos. uolentes, quod ſi diſpenſatus cum epiſcopo motu proprio Papæ, & propter utilitatem publicam, ut non teneatur promoueri intra tempus de conſecrandis epiſcopis, iſta diſpenſatio extenditur ad priora beneficia retinenda. De quo exclamat But. in d. c. cum in cunctis. inferens, quod diſpenſatio non eſt ſtricti iuris, quando fundatur ſuper utilitate publica, & eſt facta motu proprio. Aduerte tamen, dum uult Ioan. Andr. ubi ſ.

quod ſi iſta diſpenſatio non ſit motu proprio, non operabitur hanc retentionem beneficiorum, ſed ſolum euitationẽ pœnæ aliàs appoſitæ epiſcopo nõ conſecrato intra tempus. ſcilicet priuationis, ut per gl. Nam Abb. ibi uult contrariũ, quia uacatio beneficiorum uenit conſequenter ad conſecrationem, diſpenſatio autem extenditur ad conſecutiua, ut ſ. in 3. limitatione. Sed huic rationi reſpondet Domi. in d. c. cum in cunctis. nõ uiſo Abbate, quod diſpenſatio trahitur ad conſecutiua omnino connexa rei, ſuper qua ſit diſpenſatio: ſed hic cõſecutiuum eſt ſeparabile à principali. Tamẽ ſequenda eſt opinio Abbatis, quòd etiamſi non ſit facta motu proprio, neque ad publicam utilitatem, operabitur dictã retentionem, per rationem Butri. ibi tenentis contra Ioan. And. quia beneficia uacant aut ex conſecratione, aut ex lapſu temporis de conſecrãdis epiſcopis propter negligentiã, quæ concluditur ex ipſo lapſu. Sed ex quo eſt diſpenſatum, nulla eſt negligentia. Ergo nulla pœna. Et ſic non dicemus, prout dixit But. quòd diſpenſatio extendatur, ſed quòd priuatio beneficiorum non cadit, ubi ceſſat cauſa priuationis, ſcilicet negligentia. Hoc modo in caſu Ioan. An. non requiruntur neceſſariò dictæ qualitates motus proprij, & boni publici, & tamen Bu. & Abb. ibi approbant hanc limitationem generaliter, pro qua poſſent adduci multa ſimilia, in quibus operatur fauor publicæ utilitatis, de quibus aliqua ponit Lud. in l. ſi uerò. §. de uiro. 10. ſol. ſolut. matr. & multò plura dixi j. eod. nonnulli. Et adde, quòd ubi ratio publicæ utilitatis inducit diſpenſationem in re ardua, non extendit ad minus arduam. Text. aureus in c. fi. ad fi. de trãſla. præla. Et iſta omnia tene menti, quia non reperi ab aliquo declarata, niſi omnibus, etiã moderniſſimis, & mirificè ſeruiẽt. ¶ Adde etiam ſeptimam limitationem, in qua diſpenſatio extenditur, uidelicet in diſpenſatione facta in materia matrimoniali, quia debet intelligi largè in fauorẽ matrimonij, niſi ex larga interpretatione ſequeretur ſcandalum, ut latè probat Nic. Myl. in reperto. in ultima diſpenſatione, in §. j. & inducit c. quod dilectio. de conſan. & affi. Et extrauag. Clementis VI. nuper. De quibus iuribus feci mentionem plenam ſuprà in ſecunda limitatione, nam in dicta extrauaganti diſpenſatio facta ſuper ſimplici, trahitur ad mixtũ quia diſpenſatio facta ſimpliciter in quarto gradu, trahitur ad caſum, ubi tertius gradus eſt cum quarto mixtus, quod non fieret, ſi dicta diſpenſatio eſſet odioſa, quia tunc diſpenſatio ſuper ſimplici, non trahitur ad mixtum. Bart. in l. 2. in princ. ff. de uerb. oblig. Plus probat extrauagans, ſecundum Nicol. quòd trahitur ibi, diſpenſatus ad caſum mixtum, etiamſi id, quòd miſcetur, de per ſe ſumptũ, ſit difficilioris diſpenſationis eo, ſuper quo expreſſè diſpenſatus, quia ibi in tertio gradu difficilius diſpenſatus, quàm in quarto. Et pro iſta limitatione facit etiam, quod notat Gul. de Monte Laud. in Sacramentali ſuo, ad finem, ubi dicit, quòd ualet diſpenſatio facta ſuper impedimento affinitatis, & in 6. eius poteſt diſpenſatus matrimonium contrahere, licet in diſpenſatione nulla fiat mentio de impedimento publicæ honeſtatis iuſtitiæ prius orto ex ſponſalibus, uel matrimonio. Et ſequitur latè Nic. Mylus in ultima diſpenſatione, §. 55. incip. diſpenſatio facta ſuper impedimento. ſeptem bans Ioan. Andr. in arbore affinitatis. ¶ Limita octauò, ut regula procedat, quando in diuerſis generibus arguitur in diſpenſatione de maiori ad minus, ſecus ſi argueretur in eo. genere, ſcilicet de beneficio curato ad canonicatum, uel perſonatum. Nam in diſpenſatione habente uerba prægnãtia licitè fit talis extenſio. Ita propriè limitat Hoſtienſ. hic, Oldr. concluſione 215. Puncta breuia. uerſic. & quod dicunt Doctores. ubi uide. Et hæc omnia poteris frequenter allegare, tanquam alibi non reducta. ¶ Circa quartum & ultimum, dum dicit hic Ioan. Andr. & clarus in c. dudum. §. j.

14 de elect. & tranſit hic Imo. & And. Sicul. quod † non ualet impetratio, in qua quis tacuit, quod prius malè tenuit beneficium. Adde text. aureum in l. authoritatem. C. unde ui. ubi per reſcriptum principis poſſeſſio uiolenta non confirmatur. Et dicit ibi Bar. quod conceſſio ſuperioris facta ſpoliatori, qui tacuit ſe ſpoliaſſe, nihil nocet ſpoliato. Vnde inquit Bal. ibi, ꝙ confirmationes iniuſtarum poſſeſſionũ non ualent. Quod ampliat ibi Sali. nedum qñ res ſpectat ad tertium, ſed etiã ad ipſum principẽ hoc ignorãtem. Vnde dicit fuiſſe conſultum, ꝙ licet Papa inueſtiuerit quendam nobilẽ,

tanquam uicarium, in certis terris eccleſiæ, non ualuit, quia Papa neſciuit, quòd prius occupauerat eas per uiolentiam. Et dicit eſſe gl. ſingularem & peregrinam in l. 2. in uer. poſſeſſio. C. de fundis & ſaltibus rei dominicæ. lib. 11. Et conſidera, quòd illa gl. ſimpliciter dicit argumentum contra eos, qui occupauerunt terras comitis Vgolini, & impetrauerunt reſcripta per obreptionem. Non aperit, utrum reſcripta fuerunt conceſſa ab ipſo comite, uel ab imperatore. ¶ Et per illam gloſ. dixit Bal. in l. j. in prin. C. de Carb. edi. quòd qui eſt in poſſeſſione hæreditatis, & petit ſe tueri in poſſeſſione ex edicto diui Adri. non auditur, ſi fuit inuaſor. Allegat etiam d. l. authoritatem. Et illam gloſ. ſequitur etiam Pet. de Anc. in cap. ſi propter. ibi, quid ergo dicendum. de reſcrip. in 6. & Ang. in l. Paulus. §. qui pignora. ff. quib. mo. pig. uel hyp. ſol. & Bald. in tractatu ſchiſmatis, quem poſuit in rubri. C. ſi quis aliquem teſt. prohib. & illam gloſſ. ſequitur etiam Bal. in l. j. ibi, & ideo non ualuit impetratio caſtrorum. ff. de conſtit. prin. & Salic. & Flo. in l. uniuerſis. C. de preci. impe. offe. Per illam gloſſ. dicit etiam Bald. in l. decernimus. C. de ſac. ſan. eccle. quòd inuadentibus caſtra pertinentia ad aliquos dominos, non poſſunt illa caſtra concedi per principem, ſalua iuſtitia, ſiue iſti inuadentes ſint ſingulares perſonæ ſiue communitates. Per illam gloſſ. dicit Bald. in l. 2. ibi, octauò quæro. C. de ſerui. quòd ſi Papa dedit in feudum caſtrum alicuius nobilis, credens eſſe eccleſiæ, non ualet infeodatio. Tamen poſſeſſio taliter quæſita poſſet inducere iuſtam cauſam præſcribendi, ſi ſit cum bona fide, ut ibi per eum. Per illam gloſſ. dicit Bald. in l. fi. C. de cond. ob tur. cauſ. quòd occupantes caſtra aliena, & nolentes reſtituere, niſi accepta pecunia, tenentur ad eius reſtitutionem, quia turpitudo eſt ſolius accipientis. Imò iſte contractus non roboratur per capitula pacis, quia turpis eſt, ſecundum eum. Per illam gloſſ. dixit Bald. in c. 2. per quos fiat inueſt. quòd ea, quæ ſunt contraria iuri, nunquam intelliguntur confirmata, ſed obreptitia. Ad quòd uide etiam gloſſ. & Ludo. & Ales. in l. quòd ſeruus. ff. de acquir. poſ. Per dictam gloſſ. dixit Bald. in l. 2. in 3. not. C. de legi. quòd obreptitia impetratio caſtri eſt ipſo iure nulla, & eſt text. in d. l. 2. C. de legi. ſecundum eum. Et refert ibi Raph. loquens de Florentinis, qui multa loca occupata fecerunt ſibi confirmari, confirmatio eſt obreptitia, ſecundum eum. Per dictam gloſſ. dixit etiam Bald. in c. 4. ad fin. de natura feudi. quòd princeps inuadenti caſtrum alienum, non poteſt illud caſtrum confirmare. Allegat etiam d. l. authoritatem. Per illam gloſſ. dixit Bartol. in l. 2. C. ne rei dominicæ, uel templorum. quòd occupantes poſſeſſiones alienas emphyteuticas, ſi faciunt ſibi renouari, non ualet renouatio. Et ſequitur ibi Salic. Per dictam gloſſ. dixit Bald.
15 in c. in literis. ad fin. de reſtitutione ſpoliatorum, quòd † confirmatio facta à ſuperiore de intruſo, non ualet, ſi ignorauerit de intruſione in beneficio, quia non interuenit aliquid confirmabile, ſicut etiam in rebus profanis. Allegat etiam dictam l. authoritatem. ¶ Per illam legem, authoritatem dixit Io. And. in c. eum, qui. 2. reſponſo, de præbend. in 6. & refert ibi Domi. quòd impetrans beneficium aliàs iniuſtè poſſeſſum, debet facere mentionem de ſua iniuſta poſſeſſione. Et cum iſtis apoſtillantibus gloſſam in d. l. 2. & d. l. authoritatem. tranſeo. ¶ Limita prædicta, niſi princeps ſciat de inuaſione & occupatione: quia uidetur illam iniuriam remittere. Sali. in d. l. authoritatem. argumen. l. j. C. de reuo. donat. Et in dubio, ſi multum tempus tranſiuit, ita quòd uerisimiliter & faciliter ſcire potuit factum tam arduum & contra eum geſtum, præſumitur ſciuiſſe. Et tamen dicit fuiſſe conſultum, quod bene no. licet Bald. in c. ubi l. in 2. not. de præſcrip. dicat, quod Papa non uidetur poſſe expreſsè concedere res eccleſiæ inuaſori, per d. l. authoritatem. & per gl. in d. l. 2. ubi re uera non probatur, quòd non poſſit, ſed quòd non præſumitur. Et pro iſta limitatione Salic. uide omnino Bartol. in tractatu De tyranno, ibi, decimò quarto. ubi probat, quòd ſi Papa, uel imperator ſciens aliquem eſſe tyrannum in terris eccleſiæ, uel imperij, confirmat eum, efficitur iuſtus uicarius confirmantis. Et oſtendit multas cauſas; ex quibus talis confirmatio plerunque eſt laudabilis. Si tamen adhuc exercent opera tyrannica, non deſinunt eſſe tyranni, quia ea, quæ ſunt delicta, non ueniunt in generali confirmatione, l. ſi procurator. ff. de condi. inde. Facit etiam pro iſta limitatione, quòd not. Angel. in d. §. qui pignora. allegando Innocent. in c. conſtitutus. de fil. presby. Voluit allegare in c. accidentes. eodem. tit. dum loquitur de eo, quem princeps promouet, ſciens eum inhabilem. ¶ Et iſta limitatio procedit etiam in beneficialibus: quia ſi ſit mentio de poſſeſſione illicita, uel appareat de certa ſcientia principis, ualet prouiſio facta de beneficio occupatori, ſecundum Dominic. poſt Imol. in d. c. eum, qui. ¶ Et circa iſta beneficialia dixit ſimpliciter Abba. in c. præterea. in ult. not. de iure pat. quod debet fieri mentio de intruſione, quam fecit quis de ſeipſo in beneficio. Et replicat Abba. in ca. cùm iamdudum. de præben. & in c. quiſquis. in princip. de elect. & in c. qualiter. in fi. eodem. titul. ubi exclamat contra iſtos, qui per poteſtatem ſecularem ingerunt ſe adminiſtrationi, etiam electione præcedente, quia efficiuntur ineligibiles, per d. c. quiſquis. Et putat firmiter, quod promotio facta per Papam de tali, eſt ſurreptitia, nec confert titulum, quia requiritur diſpenſatio, ut promoueatur, d. c. quiſquis. quam Papa non facit expreſsè, nec tacitè, ex quo ignorat uitium ſurreptionis. Sed ſi ſcienter Papa eum promouet, bene uidetur diſpenſare, ut expreſsè firmat Abb. in d. c. quiſquis. Ad quod uide eundem in c. per inquiſitionem. eodem. tit. ubi firmat, quod ſurreptitia eſt prouiſio Papæ facta intruſo, quia fuit tacitum id, quo expreſſo ſaltem non ita faciliè, & c. per text.
16 hic. ¶ Limita, niſi † princeps promouiſſet talem ſcienter, & contra intruſum à rege, qui dedit claues eccleſiæ. Vide Oldra. conſil. 209. In cauſa hoſpitalis ſancti Aegidij. & dicit Oldr. conſil. j. quod ſpoliatus beneficio non reſtituitur, quando probat poſſeſſionem habitam authoritate regia. Et adde Abba. ī. eodem. ad aures. ubi dicit, quod non ualet diſpenſatio ſuper pluralitate beneficiorum, ſi fuit tacitum, quod illa prius tenebat illicitè recipiendo inde fructus. Allegat Ioan. Andr. poſt Compoſt. in d. c. dudum. el j. in fi. ubi dicit, quòd ſi tempore electionis, uel collationis patiebatur electus defectum ordinum, uel ætatis, poſtea Papa cum illo diſpenſat, non ualet electio, uel collatio, niſi Papa faciat mentionem de electione, uel collatione prius facta, ſupplendo defectum ipſius. Et iſta uera, quia non habui ab alio, licet quædam ex prædictis ponat Andr. Sicul. in repet. rubricæ de teſtamen. & Alexand. in quodam conſilio, allegantes Bald. in certis locis prædictis. ¶ Sed aduerte, quia domi. Card. poſt Petr. de Anch. in clemen. ſi Romanus. in fi. de præben. firmat, quòd etiamſi impetrans ſciente tacuit, quod fuit intruſus, non uitiatur impetratio, niſi eſſet taliter intruſus, quòd factus eſſet inhabilis ad beneficium, ſicut in c. quiſquis. de elect. niſi ſi acceperit ex electione poteſtatis ſecularis, propter quod eſt effectus ineligibilis, ut ibi dicitur. Tacere autem de alia intruſione, non nocet. Mouetur, quia ex quo facit mentionem de primo beneficio, ſatisfactum eſt tuti, c. ſi motu. de præbend. in 6. Ex quo uidetur, quod etiamſi dixiſſet ſe canonicè inſtitutum, adhuc ualeret impetratio, cum tale mendacium ſit omnino extrinſecum à gratia, ſecundum eum. Et ſequitur Nicol. Mylus in uer. gratia. §. 14. incip. gratiam beneficialem. Et re uera iſtud repugnat deciſioni Abbatis in multis locis præallegatis, nam licet aliquando loquatur de intruſione per laicum, & ſic de ineligibili, tamen frequentius ſimpliciter loquitur de qualibet intruſione. ¶ Mihi tenere opinionem Petr. de Anc. etiam Card. Nec obſtat deciſio Ioan. Andr. in d. c. dudum. quia loquitur de intruſo, ſed dicit, quòd diſpenſatio ſuper defectu perſonæ non reddit ualidam electionem prius factam, ſi eſt nulla ex illo defectu; ſed nos præſupponimus, quòd impetratio fiat, ut ea ipſa quæratur ius. Vnde ſi in beneficio non ſe intruſit authoritate laicali, non uidetur neceſſaria notitia intruſionis ad ualiditatem huius noui & legitimi tituli, & ſi impetraret aliud beneficium, ſufficit mētio de primo, ſecundum iſtos. Pro quibus conſidero, quod eſt dictum in principio huius ca. non eſſe neceſſariò faciendam mentionem de crimine impetrantis. Et ſi diceres, ergo fructus antea percepti remanebunt ſui, licet iniuſtè acquiſiti, iſtud negatur, quia noua impetratio operatur, ut ex nunc, ſed non purgat uitia præteritæ occupationis. Et ſi diceres, ergo ſi impetrat aliud beneficium, non facta mentione de occupatione primi, ſed ſolum de primo, poterit remanere, & in primo negatur conſequentia, quia faciendo mentionem inducitur uitium ſurreptionis, ſed non diſpenſatio ſuper beneficio male acquiſito, c. non poteſt. de præbē. in 6.

Facit.

Facit c. ſi gratioſæ.' de reſcri.eodem.lib. Multi etiam ſequentur prædicta' indiſtinctè contra Petr. de Ancha.& Card. negando argumenta eorum, uidelicet quòd ſit ſatisfactum iuri facta ſolum mentione de primo beneficio, quia imò ultra expreſſionem beneficij iura requirunt expreſſionẽ multarum circunſtantiarum, ut dicetur ĩ.eo.in noſtra. Nec uidetur, quod talis taciturnitas intruſionis ſit circa extrinſeca à gratia, imò eſt qualitas, quæ aggrauat materiam, & conſequenter gratiam, ex quibus uides punctum eſſe difficilẽ. ¶ Cogitabam, ſi dari poſſet noua concordia diſtinguendo duos caſus. Primus eſt, quando quis habet beneficium, in quo eſt intruſus, & ipſum illicitè tenet, & percepit fructus, & impetrat de nouo aliud beneficium, & tunc, ſi facit mentionem de primo, licet non dicat de intruſione & illicita perceptione fructuum, uidetur ualere impetratio, & non eſt intelligibilis, putà, quia laicus non intruſit eum. Et ita propriè loquitur Petr. de Anch. & Card. ubi ſ. Et dicitur tunc ſatisfacere iuri, etiamſi dicat, ſe canonicè inſtitutum, & non ſit, quia hoc non attinet ad ſubſtantiam nouæ gratiæ, quæ nihil proderit ad purgationem dictæ intruſionis, & ſatis eſt facere mentionem de primo. ¶ Secundus caſus eſt, quando dictus intruſus etiam aliter, quàm per potentiam laicalem, uult purgare intruſionem, & ingredi per oſtium, impetrãdo beneficium, & tunc dicta Abb. & aliorum procedant, quia exprimeret, quod iſtudmet beneficium illicitè tenuit, difficilius obtinebit. Ratio differẽtiæ inter hos caſus eſt in promptu, quia primo caſu noua impetratio non habet cooperire illam intruſionem, de qua quoties agitabitur, iudicium poterit amoueri, non obſtante impetratione alterius beneficij, etiamſi eſſet motu proprio conceſſum, d.c.non poteſt. Et ſic non eſt tacitum aliquid, quod retraxiſſet Papam, quia Papa uidendo, quod ſua collatio non iuuabat primam intruſionem, non ſtetiſſet, quin prouidiſſet de ſecundo. Sed in ſecũdo caſu, licet de fructibus malè perceptis omnino poſſit ordinarius contra iſtum inquirere, ſi de ipſis gratia non loquitur, uel ſi non compoſuit cum camera Apoſtolica, tamẽ de ſua temeritate & uitioſo ingreſſu omnibus iuribus exoſo non poſſet amplius inquiri, quia reformatio integri tituli facit iſtum non poſſe moleſtari. Vnde ſi Papa ſciuiſſet, quod ſua conceſſio ſuper eodem titul. habeat prodeſſe huic temerario occupatori eiuſdem beneficij, profectò difficilius conceſſiſſet gratiam, ut oſtenderet alijs committentibus talia, quod per oſtium ingrediendum eſt, non per poſticum, cap. zelatum. de iure patr. Et tunc procedat dictum Ioan. And. hic cum concordãtijs. Cogitabis, quia iſta nouiſſima ſunt, nec pro Canoniſtis poſſent eſſe utiliora. Et adde omnino, quæ dixi ĩ.eo.in noſtra, in ſecundo corollario.

SVMMARIVM.

1 *Locus remotus in caſu huius c. quis dicatur.*

2 *Lex canonica, uel ciuilis, ubi habet clauſulã derogatoriam ad reſcripta, reſcriptum nõ ualet, niſi faciat mentionem de illa l. ſpecialiter, uel ad minus per uerba æquipollentia.*

3 *Epiſcopus, an poſſit diſpenſare, uel cõſtituere contra conſtitutiones conciliorum. Concilium, ſeu conſtitutiones concilij, an habeant clauſulam derogatoriam tacite. Vide poſt nu. 3. uerſic. ſed non uidetur.*

4 *Priuilegiũ aliquod ut tollatur per aliud priuilegium, requiritur ſpecialis mentio prioris priuilegij.*

5 *Teſtamentum ſecundum faciens mentionem de primo habente clauſulam derogatoriam, nõ ualet. Hæc regula habet ampliationes, fallentias & limitationes.*

6 *Clauſula huiuſmodi poſita in reſcripto, uidelicet. Non obſtante l. in contrarium faciente, etiamſi de ipſa oporteret facere ſpecialem mentionem, habet uim ſpecialis derogationis.*

7 *Fallit in regula cancellariæ 45.& 6.*

8 *Clauſula De plenitudine poteſtatis, habet uim clauſulæ derogatoriæ ad omnem legem contrariam habentem clauſulam derogatoriam.*

9 *Reſcriptum contra legem etiam non habentem clauſulam derogatoriam, non ualet.*

10 *Literæ Papæ, in quibus conceduntur beneficia, poſſunt tollere conſuetudinem & ſtatuta, ſufficitq; apponere clauſulam generalẽ, licet non opponatur tenor ſtatutorum.*

11 *Clauſula, Non obſtante, non eſt neceſſaria in reſcripto, quãdo princeps reſcribit per uiam priuilegij.*

12 *priuilegium ſi nõ tollit ius commune tantum, ſed etiam ius tertij, non ualet, ſi non habet clauſulam, Non obſtante, aut æquipollentem. Reſcriptum quando emanat ex certa ſcientia principis, an æquipolleat clauſulæ, Non obſtante. Poſt. nu. 12. uer. fallit quarto. Promotio principis an habilitet inhabilem. Poſt. n. 15. uer. confirmatur.*

13 *Papa quando reſcribit in beneficialibus in præiudicium alicuius, ualet reſcriptum ſine aliqua clauſula, Non obſtante. Rationem annecte.*

14 *Reſcriptum quando eſt geminatum per ſecundam iuſsionem, talis ſecunda iuſsio habet uim clauſulæ, Non obſtante.*

15 *Reſcriptum quando emanat in fauorem reipublicæ, licet ſit contra ius, non requiritur clauſula, Non obſtante.*

16 *Similiter in reſcripto emanante in fauorem eccleſiæ.*

17 *Clauſula, Non obſtante, non eſt neceſſaria in reſcripto, quando aliquid conceditur, non in totum derogando, ſed in aliquo detrahendo, uel differendo.*

18 *Clauſula, Appellatione remota, quid operari uideatur.*

19 *Clauſula, Non obſtante aliquo priuilegio, non tollit priuilegia indulta cauſa miſerationis, niſi expreſſa fiat de eis mentio.*

20 *Teſtamenti obſeruantia nõ debet tolli per reſcriptum temerariũ.*

21 *Clauſula, Non obſtante aliquo, non tollit determinationem legis antiquæ.*

22 *Princeps quando derogat ſtatutis laicorum, ſufficit apponere clauſulam generalem, licet non apponat tenorem ſtatutorum.*

23 *Clauſula, Non obſtantibus, conſueta poni in gratijs, licet deroget ſtatutis generalibus reſpicientibus omnia beneficia eccleſiaſtica, tamen non derogat alicui ſtatuto ſingulari, niſi de illo fiat expreſſa mentio.*

24 *Clauſula, Non obſtantibus ſtatutis, non derogat iuri communi.*

25 *Clauſula, Non obſtantibus in contrarium facientibus, tollit tranſactionem etiam pœnalem.*

26 *Clauſula, Non obſtantibus priuilegijs, nõ derogat priuilegijs clauſis in corpore iuris.*

27 *Clauſulam, Non obſtantibus, nullus inferior à principe poteſt apponere.*

28 *Reus ſi ſuccubuit in cauſa principali, & appellat, an in impetratione habebitur reſpectus ad diœceſim ſuam.*

29 *Mentio ſi fiat de hac conſtitutione in reſcripto, an reus poſſit trahi extra ſuam diœceſim.*

30 *Caſus 11. ſunt, in quibus non habet locũ exceptio de duabus dietis.*

31 *Reus quando conuenitur in loco, ubi res ſita eſt, an habeat locum exceptio de duabus dietis.*

32 *Delegatus ſi eſt deputatus ad totum territorium, uel prouinciam, poteſt trahere ultra unam dietam.*

33 *Cauſa ſi delegatur in curia, non habet locũ exceptio de una dieta.*

34 *Exceptio, ne quis trahatur ultra unam dietam, non habet locum executoribus gratiarum. Statutum, uel lex, ceſſat, ubi uerba ſtatuti, uel legis non adaptantur ad caſum occurrentem. Poſt. nu. 34. uer. ubi uerba.*

35 *Reus an poſſit hodie trahi extra ſuam prouinciam ultra unam dietam.*

CAPITVLVM XXVIII.

NONNVLLI. ¶ Per literas Apoſtolicas de hac conſtitutione mentionem non facientes, nõ poteſt quis trahi ultra duas dietas extra ſuã diœceſim, niſi de conſenſu partium literæ fuerint impetratæ. H. D. uſque ad §. ſunt & alij. ¶ Hodie iſtud de duabus dietis reductũ eſt ad unam, c. ſtatutũ. §. cum uero. de reſcript. in 6. Omiſſis notabilibus, de quibus hic per Docto. tene menti notabile uerbum Pet. de Anch. hic, qui dixit per iſtum text. in uerbo. laboribus & expenſis. quòd licet ordinarius poſſit reddere ius in qualibet parte ſuæ diœceſis, c. cum epiſcopus. de offi. ord. in 6. tamen ſi cauſa eſt parua, & uelit cognoſcere in loco nimis remoto à domicilio partium, poſſunt partes petere, ut deleget, ut cognoſcatur in loco propinquo: & ſi hoc denegat, appellare, ut per text. in l. cum poſt. C. de ap. Et ita limitat dictum Doc. hic, dum dicunt iſtum tex. non habere locum in ordinario, uidelicet niſi partes grauarentur ex delegatione remota, uel cognitione ipſius ordinarij nimis à lõge trahẽtis reũ, & hoc dicit eſſe æquũ & uerum. Idem tenet Pet. de Anc. in c. cum te. de off. dele. dicens, ſe reſpondiſſe in facto, quòd à iudice denegãte hmõi delegationẽ põt appellari. Et ipſe idẽ repetit in c. ſi. in 3. not. de dolo & contu. & in c.

Papã, quã omitto, cum ſit impertinens in hoc loco. Tamen quia trita eſt adeo ut ex multis ſuper ea ſcriptis dici poſſit de ea illud Iuuenalis, *Scriptus & in tergo necdum finitus Oreſtes*, unde ad ſaturitatem Abb. in diſputationa, Epiſcopus & cuiuſdam rector, quaſi per totam diſt. & ibi, an liceat appellare à Papa ad concilium. De quo acutiſſimè etiam per Arch. Flor. in 2. parte tertiæ partis ſuæ Summæ, tit. 24. incip. Non abſcõdi miſericordiã. Et ibi et multa de concilio, & de eius inferioritate ad Papã, ut in uer. no. Ab. & in concilio facto ultimo loco Baſileæ trãslato poſtea Ferrariã, deinde Florẽtiã, em fierunt uaria ſcripta Doctorum illuſtrium, tam pro cõcilio, quã pro Papa, nã Ab. Sic. & Lud. Ro. amplexi ſũt partes cõcilij. Patet in tribus ultimis cõſilijs Lud. & in d. diſp. Ab. & plenius & audacius per ipſum in ſermone habito Baſileæ, incip. Maximum. In quibus locis etiam uoluerunt, quòd Papa non hæreticus, ſed ſcandalizans eccleſiam, poſſit deponi à concilio, ſecuti glo. tritam in c. ſi Papa. 40. diſt. Sed pro maioritate Papæ ad concilium, & contra dictam opi. ſcripſit mirificè Petr. de Monte epiſcopus Brix. in libello De poteſtate Papæ & concilii. & Arch. Flor. in 2. parte ſuæ Summæ, tit. 3. c. 11. dum ponit de ſchimate, ubi multum inſiſtit pro Eugenio contra concilium Baſilienſe. Et poſt ipſum ſcripſit etiam And. Sicu. in cle. ne Romani. fo. 17. de elect. ubi pro Papa facit 87. argumenta. Et refert Platina in lib. de uita Pontificum, c. de Ioanne 23. fuiſſe decisũm in concilio Conſtantienſi, quòd concilium generale legitimè congregatum hãbet ſtatim poteſtatem à Chriſto, quo fundamento conceſſo, dicebant ipſum pontificem ei ſubijci. Et etiam ad materiam conſi. Lud. 380. dum conſuluit contra collationem Papæ factam contra ſtatuta concilij Baſilienſis. Plenè etiam ſcripſit Lud. conſi. 523. ſecutus latè gl. in d. c. ſi Papa. Et hæc ſuccincta commemoratio tot ampliſſimorum locorũ ſufficiet ad plenam informationem. ¶ Modò dicta regula eſt ampliãda ſex modis. Amplia primò iſtam primam regulam, ut non ſolum ſequatur mẽtio iuris communis habentis clauſulam derogatoriam, dicendo, Non obſtante lege contraria, ſed imo oportet, ut fiat ſpecialis mentio ipſius l. uel ſaltem per uerba æquipollentia, putà, Non obſtante conſtitutione concilii, quæ de duabus dietis loquitur, ſecundum Abb. hic. In derogatione autem aliarum conſtitutionum non requiritur tanta ſpecificatio, ut dicetur in 3. fallentia ſequentis regulæ. Quid autem, ſi dicatur, non obſtante aliqua l. etiam de qua deberet fieri mentio ſpecialis? Dicetur in 2. fallentia huius primæ regulæ. Per iſtam ampliationem infertur ad id, quod notat Petr. de Anch. conſ. mihi 236. ex tenore in priu. quòd in legitimatione, quæ fit de ſpurio ex coitu illicito, & in quo non potuiſſet eſſet matrimonium, requiritur ſpecialis mentio derogans iuri Authenticorum, de quo in authẽ. quibus mo. na. effi. legi. in princ. & circa fin. Ad quod uide omnino Old. cõſ. 247. Factũ tale eſt, quidã res. prope. fin. & omnino Benedic. Capram conſil. 157. Fuit diſpenſatum. ubi in hoc de legitimatione loquitur meliùs omnibus. Similiter dicit idem, ubi reſcribitur dando immunitatem a publicis factionibus, nam iura de talibus oneribus loquentia, habent clauſulam derogatoriam ad reſcripta in contrarium, & ideo requiritur ſpecialis mentio, ut latè per Petr. de Anch. conſ. mihi 255. In quæſtione, quæ uertitur inter nobilem uirum. Et pulchrè Abbas poſt Ioan. in c. 2. ibi, ſecundò not. quòd priuilegium. de immu. eccleſ. allegando etiam Bart. in l. uacuasis. C. de decu. lib. 10. & notat latè Pet. de Ancha. conſ. mihi 382. Viſis diligenter iuribus. cum concor. de quibus aliàs. 4 Et ſunt plerique alii caſus, in quibus non ſufficit, quòd reſcriptum dicat, Non obſtante l. in contrarium faciente, ſed debet fieri mentio ſpecialis. Et unum etiam ponit Bal. in l. i. uer. adde, quòd ſi princeps. C. quãdo imperator inter pupillum & uiduam. uidelicet quãdo impetraretur contra perſonam miſerabilem, ut poſſit trahi extra prouinciam: quia non ſufficeret clauſula, Non obſtante lege, niſi de qualitate perſonarum fiat expreſſa mentio. Allegat cap. ſignificantibus. de offi. deleg ¶ Alius caſus eſt, quando reſcribitur contra priuilegium conceſſum ad pias cauſas, putà fabricæ, quia non ſufficit clauſula generalis, Non obſtante, ſed debet de ipſo fieri ſpecialis mentio. Ita probat tex. in c. ſi propter. de reſcr. in 6. de quo facit ſeſtũ Lud. Rom. in l. ſi uerò. §. de uiro. 24. fallẽ. ff. ſolut. mat. dicens facere etiam tex. & quod ibi Bar. in l. libertis. la ij. §. poſthumis. ff. de ali. & cib. leg. ubi generalis derogatio beneficiorum alteri conceſſorum non extenditur ad conceſſa fauore alimẽtorum, quaſi ſint ad piam cauſam, & facium etiam, quæ dicent ut infra de uiribus clauſulæ, Non obſtante. ¶ Amplia ſecundò hanc primam regulam, ut procedat etiam in priuilegijs [a] habẽtibus clauſulam derogatoriam ad alia priuilegia; quia ad hoc, ut tollantur per priuilegium contrarium, non ſufficit generalis clauſula, Non obſtantibus priuilegiis. Cald. de priuileg. conſi. 2. Cateponsi. 59. Dominus Gregorius Papa. & in cle. j. de ſepul. Fed. conſi. 239. Caſus talis eſt monaſteriũ cuiuſdam ordinis. Pau. de Caſt. conſ. 53. Faſſus iſte dubitabilis uidetur. & conſi. 312. Quoniam adiectione. Car. conſi. 137. Factum ſic ſe habet, uacantibus, &c. Matth. in tractatu de uiſitationibus, fol. 25. uerſ. ſed circa hoc quæro. Abb. in c. cum inſtãtia. de cenſi. Lud. conſi. 327. Iſtæ ſunt rationes. & conſi. 406. Quod indultum Petri. In quibus locis inuenies, quòd ſi in priuilegio dicitur, quòd non intelligatur ſublatum, niſi de ipſo fiat ſpecialis mentio de uerbo ad uerbum, non ſufficit, quòd in alio priuilegio ſit iſta clauſula, uidelicet etiamſi de ipſo oporteret facere mentionem de uerbo ad uerbum, imo oportet, quòd hat. licet in hoc aliqui aliter dicant, ut inuenies diſſenſum in dictis conſilius, de quibus extenſius memini in ca. accedentes. de præſcr. reſpondendo breuiter ad facientia in oppoſitum. ¶ Aliquid ponit etiam Ioan. de Ana. conſi. 56. Imol. in l. licitatio. §. earum. de publica. Bald. in c. cum dilecta. ad fi. ſupra eo. Card. conſi. 504. licet Abb. in d. c. cum inſtãtia. uideatur ſequi Fed. conſi. 47. & non bene, ut in uenies in dictis locis. ¶ Eſt uerum, quòd ſi fieret reuocatio priuilegiorum per uim l. non eſſet neceſſaria dicta expreſſio, ut dicetur in prima fallentia huius regulæ. Item non eſt neceſſaria, quando ſtylus curiæ firmiter haberet, quod ſufficeret prædicta mentio implicita, per id, quod not. But. conſilio allegando infra in 2. fall. huius regulæ. Similiter, ubi priuilegium ſecundum eſſet conceſſum motu proprio, non eſſet neceſſaria dicta mentio explicita, ſecundum Lud. pulchrè d. conſil. 327. Et iſta nota. ¶ Amplia tertiò etiam in ultimis uolũtatibus, in quib. non ualeat [b] ſecundum teſtamentum, non faciens mentionem de primo habente clauſulam derogatoriam, per l. ſi quis in principio teſtamenti. de leg. iii. Et ideo ſi in primo dicitur, quòd ſecundum non ualeat, niſi in eo ſit hoc uerbum kyrie eleiſon, deinde in ſecundo diceretur, Non obſtante primo teſtamento ſub quacunque uerborũ forma concepto, non ſufficeret, ut latiſſimè per Alex. conſil. 491. & eſt etiam 518. incipiens, Franciſcus, de anno, etc. ubi atteſtatur hanc eſſe communem opi. per authoritates, de quibus per eum, quas etiã breuiùs ipſe commemorat in l. ſi mihi & tibi. §. in legatis. de leg. i. ¶ Tamen hic nõ eſt aliquid firmãdum, quia multi tenent

a *In priuilegijs] Adde tu ad iſta hic tacta per Fel. ut ueritas magis dilucidetur, quòd declarandum eſt, quot ſunt ſpecies priuilegiorum, & primò fac regulã, quòd priuilegium ſecundum non tollit primum habẽs clauſulam derogatoriam, niſi de ea fiat mentio in ſecundo expreſſa, et ei derogetur. Ita Pau. de Caſt. in cõſi. ſuo 316. incip. quoniam adiectione non indiget. Secunda ſpecies priuilegiorũ eſt, quãdo ſecũdum priuilegium habet clauſulã, ſubmotis alijs priuilegijs ſub quacunque forma loquentibus, etiãſi ſint talia priuilegia, quòd de eis ſit fienda mentio de uerbo ad uerbũ quæ uoluit pro expreſſis habere. An tale priuilegiũ tollat primũ habens clauſulam derogatoriam? Vide Pau. de Caſt. in d. conſ. 316. inci. Quoniã qui tenet, quòd non. Adde quòd domi. Abb. in c. cum inſtantia. de cenſib. tenuit, quod ſic. Tertia ſpecies priuilegiorũ eſt, quã de priuilegiũ eſt ſpeciale, quia derogat generali, ſiue ſit primum, ſiue ſit ſecundũ, licet nulla ſit facta mentio de primo. Io. And. & alij in c. nouit. de præſcrip. Scribentes in c. dudum. & c. quduis. de præb. in 6. ue. in regula, generi. de reg. iur. in 6. Adde tamen, niſi per generale priuilegiũ eſſet acquiſitum ius alteri. Ita Barba. in d. c. nemens. de præſcrip. in uerſ. aduerte, hic ſunt. Vide per Docto. in c. i. de conceſſ. præben. in 6. et in ca. i. de exceſ. prælato. in 6.*

b *Non ualet] Adde tu, quid ſi in ſecundo teſtamento eſſet clauſula, quòd ad ſenſum ſapientis teſtamentũ poſſit extendi, an ſapiens poterit addere clauſulam derogatoriam primi? Vide Barto. in l. illa inſtitutio. in fi. ff. de hered. inſtitu. Adde, quòd etiam*

etiam ſecundũ teſtamentum tollit primum, & hoc ſi quando per ſecundum poteſt adiri hæreditas de iure ciuili. Ita Bart. in l. ſi quis cum. §. ſi cum ſua. in uer. iuxta legi noſtram ff. de uul. & pup. Adde, an teſtamẽtum ſecundum tollat primum iuratum? pone, teſtator facit teſtamentum, & iurauit nõ facere aliud, poſtea fecit ſecundũ, utrũ tollatur primum iuratũ? Bar. tangit hanc q. in l. ſi quis in principio teſtamenti. ff. de leg. 3. uer. quæro, quid ſi teſtator. & in l. cum duobus. ff. pro ſocio. ubi tenet, ꝙ ualet ſecundũ. Idẽ tenet glo. in c. ultima uoluntas. 13. q. 2. Idẽ tenet Cy. in l. ſi. C. de ſacro. ſanct. eccle. Paul. de Caſt. in conſil. ſuo 57. incip. Dixo, non obſtante. Bald. in authent. hoc inter liberos. uer. quæro, quid ſi pater. C. de teſta. Ande. ꝙ Old. in cõſi. ſuo 127. incip. Viſo inſtrumento pacti. dicit, quod ſecundum teſtamẽtum ualet de iure ciuili, ſed primũ de iure Canonico. Idẽ uidetur tenere Ioan. An. in regula, qui ſemel. de reg. iur. lib. 6. dicens, quòd periurus eſt, qui facit teſtamentum ſecundum, quando iurauit non facere. Sed Bar. in loco præal. tenet, ꝙ non ſit periurus, & ualet ſecundum teſtamentum, etiã ſi ſit iuratum non facere aliud, per rationes, quas ponit ibi, ſecundum eum. Adde Arch. in d. c. ultima uoluntas. 13. q. 2. qui etiam uidetur inclinare in partem Old. & Ioan. Andr. Cogitabis, quia uarij fuere.

quòd ſufficiat mentio primi teſtamenti; licet non fiat ſingularis mentio de clauſula derogatoria, & ſuie opin. Bart. in d. l. ſi quis. in prin. quam ſequitur Car. in cle. j. in 52. q. de ſepultu. & elegantiſſimè ultra omnes Benedic. Capra conſi. 51. Punctus quædam domina Magdalena. De quo etiam profundiſſimè per And. Sicu. in ca. cum eſſes. de teſta. ubi refert, ſe ſæpe conſuluiſſe pro hac ſecunda parte, licet ibi in lectura teneat primam partem, quòd requiratur mentio ſpecialiſſima clauſulæ derogatoriæ. Et pro hac ſecunda parte uidetur conſuluiſſe Alex. conſi. 134. Præuiſo themate ante poſito. Vide ad ſatietatem plenam Mata. conſi. mihi 22. Domina Angela Baldi de Nannia. ubi multa inuenies pro & cõtra: & ibi conſuluit pro iſta ampliatione. Cæterum quia non eſt materia noſtra, ſufficiant hæc loca, per quæ inuenies, quicquid deſiderabis. ¶ Amplia quartò, etiamſi reſcribatur contra tale ius per uiam priuilegij, ut dicetur in ſecunda fallentia ſequentis regulæ. ¶ Amplia quintò, etiamſi reſcriptum habeat clauſulam, Ex certa ſcientia, ut dicetur in quarta fallentia ſequentis regulæ. ¶ Amplia ſextò, nedum in Papa, qui fecit l. habentem clauſulam derogatoriam, ſed etiam in ſucceſſore, ut per But. in c. j. ibi, hæc uera ſupra eo. & Imol. hic, & Domi. in c. j. ibi, ego credo, de conſtit. in 6. ubi reſpõdet pulchrè & clarè ad rationem Io. Mo. qui tenuit contrarium in d. c. j. per ca. innotuit. de elect. ubi par in parem, &c. Et cum eo tranſiuit Bal. in c. j. qui feud. dare poſ. & in l. ij. poſt medium, C. de ſentent. ex bre. recitan. Non enim negatur poteſtas. Et ita procedat gloſſ. not. in cle. j. uerbo, priuilegio. de regula. & ibi pulchrè Abba. in fi. & Domi. poſt Io. Mona. in c. 2. de præben. in 6. Sed negàdit coluntar: quia præſumitur, quòd in ſucceſſore duret eadem intentio, quam habuit prædeceſſor, ex quo legem non reuocat, alias multa iura eſſent hodie eluſoria, quo ad clauſulas derogatorias. ¶ Fallit autem prædicta regula quatuor modis. Primo, niſi princeps diſponat, non per uiam reſcripti, ſed per uiam nouæ conſtitutionis: quia ualet conſtitutio, facta generali mentione alterius conſtitutionis, ut ſi dicatur, non obſtante quacunque conſtitutione in contrarium faciente. Abb. hic poſt Bald. in l. humanum. C. de legi. neſ. ſed dominus Cy. in illa q. ubi dicit, quòd in legibus cõdendis ſufficit derogatio generalis legũ contrariarum. Allegat l. omnes. §. j. C. de præſcrip. 30. annu. Eidem dicit ſentire gl. j. in l. imperialia. C. de nupt. Et dicis facere cle. eos. de ſepul. Sed Abb. hic allegat cle. dudum. ad fin. eo. tit. Tamen illa iura non ponunt derogationem ad alia iura, ſed ad priuilegia. Bene probant, quòd ubi per l. derogatur priuilegijs, ſufficit ſemper generalis derogatio, & ſic facit c. fina. ad fi. de ſent. excom. in 6. ibi, ſub quauis forma, uel expreſſione uerborũ. & quod dicetur in ſequenti fal. Et multa iura derogantia priuilegijs, accumulat Io. And. in rub. infra de priuileg. Et iſtam fallentiam tenet etiam Domi. in c. ut officium. §. denique. 2. not. de hære. in 6. & Imo. in clemen. j. ult. notabili, de ſepul. Et habet locum etiam in ſtatutis, in quibus ſufficiunt uerba generalia ad derogandum ſpeciali ſtatuto, ſecundum Bal. in d. l. humanum. licet in hoc fuerint uariæ opiniones, ut ibi latè per eum. Sed Bartol. in extraua. ad reprimendum. in uerbo, non obſtantibus. firmata primò iſta fallentia, ſentit poſtea expreſſè, quòd aliud ſit in conſtitutione principis, aliud in conſtitutione inferioris. Nam dicit, ꝙ quicquid ſit in principe, alia ratio eſt in populo. Nam ſicut priuatus præmittit illam clauſulam derogatoriam, timẽs, ne inſtigatione, uel deceptione aliquorũ aliud ſeducatur: ita populus, uel uniuerſitas uidetur timere, cũ æquiparatur pupillo: quæ ratio ceſſat in principe condente ius commune. Et quòd ſecundum ſtatutum debeat facere mentionem de primo habente clauſulam derogatoriam, uide Bart. in l. omnes populi. uer. circa ſecundum, quãdo præcedens. ff. de iuſt. & iur. & Domi. in c. j. de conſtitut. in 6. & quod notat Bar. Bria. in uer. quinquaginta. uer. l. ſequens, Tñ dũ alleg. Pau. de Caſt. in l. j. in prin. ff. ad l. Falc. nõ bene allegat: quia ſolùm dicit idẽ, quod tex. in c. j. de conſti. in 6. ¶ Limita hoc de ſtatuto, niſi appareat ſecundum ſtatutum emanaſſe ex aliqua iuſta & rationabili cauſa mouẽte ſtatuẽtes, quibus uiſum fuit primum ſtatutum inutile: quia tunc generalis clauſula, Nõ obſtante, ſufficit, quamuis in primo ſit clauſula derogatoria. Ita eſt de mẽte Bal. in d. c. 1. in quibuſdam ſuis ſcriptis. Allegat l. ſi cùm Cornelius. ff. de ſolu. & l. ſi hominem. ff. mandati. & tex. in auth. hæc conſtitutio innouat. in rubro & nigro. Et hoc dictum à me non uiſum ſequitur Baptiſta de ſancto Seuerino in d. l. omnes populi. Et de hac materia uide etiam, quod not. Bal. in l. j. ibi, item ualet reſcriptum: C. qui bo. cedere poſ. ¶ Et aduerte: quia licet Bal. in d. l. humanum. & Abb. hic, uelint, quòd ſit opus ſaltem clauſula generali, quando ſit ſecunda lex contraria primæ habenti clauſulam derogatoriam. Tamen Barto. fortè ſentit contrariũ in d. uerbo, non obſtantibus. ibi, & ideo ſi imperator. & ibi, nec eſt dubium. & fortè iſtud uerius: quia princeps præſumitur ſcire legem, & eo ipſo, quòd facit l. cõtrariam, uidetur primam uelle tollere: & in condenda lege procedit motu proprio, & maturius, quã in dando reſcripto. Quæ rationes ita procedunt, quando ſtatuit contra l. habentem clauſulam derogatoriam, ſicut quando contra non habentem. Tamen cogitabis: quia poſſet quis dicere, ꝙ licet Bar. in d. uer. nec eſt dubium. dicat, ꝙ princeps poſſit tollere. l. etiam habentem clauſulam derogatoriam: tamẽ nõ apparet, utrùm tunc requiratur clauſula generalis. Non obſtãte. Sed attentis uerbis præcedentibus ſentit, quòd non: & pro opi. Bal. & Ab. uide But. in c. quæ in eccleſiarum. ibi, uenio ad tertium ſuprà ti. prox. ubi dicit, ꝙ ſi lex prior habet clauſulam derogatoriam ſolennitatis, illa tollitur per l. nouam, non facta mentione de clauſula: ſecus, ſi prima l. habet clauſulam derogatoriam uoluntatis: quia tũc non præſumitur tolli per l. nouam, niſi conſtet de certa ſcientia principis. Allegat Ioan. And. in d. c. 1. de conſti. in 6.

Scriptores in iſta materia.

6 FALLIT SECVNDO, Niſi† in reſcripto ſit dicta clauſula, Non obſtante l. in contrarium faciente, etiam ſi de ipſa oporteret facere ſpecialem mentionem, quia iſta uerba ſufficiunt in reſcripto ad derogandum l.

a contrariæ[a] habenti clauſulam derogatoriam ad reſcripta, licet non ſit nominata in indiuiduo, ſecundũ Butr. in ca. 1. ſupra eo. Bar. in l. ſi quis in princi. teſtamẽti. de leg. iij. Et iſtud dictum ſequitur do. meus de Aret. in d. c. i. in quodam ſpeciali commento illius c. de quo fiet mentio in iſta materia, quoties opus erit. Et pro hoc dicit eſſe caſum ſingularem in c. fi. de ſentẽtia excõ. in 6. ubi probatur notabiliter, ſecundum eum, quòd ſufficit dicere, Nõ obſtantibus quibuſcunque ſtatutis ſub quauis forma uerborum conceſſis. Ad idem allegat cle. dudum. uerſus fi. de ſepu. & quod no. do. Abb. in c. cum inſtantia. de cenſi. ubi uidetur ſequi Fed. in illo conſi. in quo uoluit, quòd ſufficiat dicere, Non obſtante aliquo priuilegio, etiam de quo oporteret facere mentionem de uerbo ad uerbum, de quo tetigi ſupra in ij. ampliatione. Obſtat text. in l. licet. ff. in qui. cau. pig. tacitè contra. ubi quamuis inuecta & illata in domum quæ ſunt tacitè hypothecata, habeantur perinde, ac ſi eſſẽt expreſſè

a l. contrariæ] Adde Bart. in extraua. ad reprimen. uer. nõ obſt. & Paul. de Caſt. conſili. 55. Paſſus iſte, &c. & do. Alexã. de Imol. in conſi. 103. 4. par. te.

expreſſè obligata, tamen quo ad impediendam libertatem non procedit iſta pariſicatio, quia diſpoſitio l. de qua ibi in gl. 2. prohibens ſeruum manumitti, quando eſt expreſſè pignoratus, non uidetur eſſe fauorabilis, cum ſit contra libertatem. Reſpondet præfatus Doctor, quòd in his, quæ ſunt facti, oportet neceſſario, quòd lex diſponat per fictionē. Vnde ſtat regula, quod in materia ſtricti iuris diſpoſitio facta in caſu uero non trahitur ad fictum[a], lege iij. §. hæc uerba. & ibi Bar. ff. de neg. geſt. Et iſta eſt. quare illa paritificatio non extenditur ad caſum non fauorabilem. Sed in terminis noſtris ad tollendam l. præcedentē non eſt opus inducere aliquam fictionem, quia cum princeps non potuerit ſibi l. imponere, à qua non liceret recedere, ſi uellet, ſatis eſt, quòd ſimus certi de uoluntate principis, quòd uelit derogare priori legi, ex quo uult omnes ll. haberi pro ſpecialiter expreſſis. Vnde licet circa actum expreſſionis introducatur quædam fictio, hæc tamen fictio nō eſt cauſa immediata tollendi legem ſed uoluntas principis, quæ declaratur per eam. ¶ Obſtat ſecundò c. 2. ad fi. de dolo & contu. ubi debet fieri ſpecifica mētio de contentis in primis literis, & non ſufficit mentio inuoluta, & facit ad idem c. qui ad agendum. de procur. in 6. ubi licet quis uelit habere exigentia ſpeciale mandatum pro expreſſis, tamen illa clauſula nihil operatur, quantum ad illa, quæ requirunt ſpeciale mandatum. Reſpondet Aret. ubi ſupra quòd ille tex. loquitur in diſpoſitione hominis, qui non poteſt fingere, ſeu fictionem inducere. Probatur in l. & ſi fortè. & ibi Bart. ff. de caſt. pec. Præterea in iſta clauſula erat ita obſcura & incerta expreſſio facta per partem, quòd non bene certificabat reſcribēs de facto, ſuper quo reſcribebat. Vnde uidetur decipere ſuperiorē. Quæ ratio ceſſat in caſu noſtro. Et ita reſidet præfatus doctor. Cuius uerba in hac ultima reſponſione puto eſſe male tranſcripta, tum, quia etiā prædicta loquuntur in diſpoſitione Papæ, & ſic hominis, tum, quia ad c. 2. præallegatum eſt aliter reſpondendum, ut infra patebit. Vnde iſta fallentia priùs eſt confirmanda, poſtea tripliciter declaranda, reducendo in ſimul plura per alios non conſiderata. ¶ Addas primò Bur. conſi. 55. alias conſil. 2. in impreſſis, & incipit, Viſis literis legitimationis. ubi dixit eleganter, quòd ſi gratia Papæ ſignatur hoc modo, Fiat, ut petitur, & in ſupplicatione petebatur, quòd certa conceſſio, quæ debebat exprimi, haberetur pro expreſſa, certè ex tali ſignatura perinde eſt, ac ſi fuiſſet expreſſa & ſpecificata. Poteſt enim Papa ad ualiditatem actus à ſe geſti fingere expreſſum, quod expreſſum non eſt. Allegat c. j. de tranſact. & c. illa. de elect. & cle. paſtoralis. de re iudi. & c. ſi motu. de præb. in 6. Et ita dicit ſe habere ſtylum curiæ, quia in confirmationibus apponuntur iſtæ clauſulæ, uel ſimiles, uidelicet quorum tenorē haberi uolumus pro expreſſo. Nam id, ad quod fit relatio, perinde habetur, ac ſi expreſſum foret ſpecificè in ſcriptura, quæ ad aliam refertur, l. ait prætor. §. j. ff. de re iud. ibi, accipiendum eſt quaſi quantitatem nominauerit. Item ex quo uult haberi pro expreſſo, fingitur expreſſum, licet expreſſum non ſit, cle. j. de proba. Et hoc comprobat per aliū ſtylum curiæ in appoſitione clauſulæ, Non obſtantibus priuilegiis, etiamſi eſſent talia, de quibus deberet fieri mentio de uerbo ad uerbum: quia iſta uerba æquipollent expreſſioni de uerbo ad uerbum, ſecundum eum, de quo tamen ultimo dic, ut ſupra in prima ampliatione. Similiter dicit Ange. conſi. mihi 270. Boniſacius epiſcopus. aliàs incipit, Non eſt dubium, quòd dictus electus. in 2. conclu. quòd ſi Papa commemorat quandam ſuam conceſſionem, & dicit ſub dicta forma, aut quauis alia forma ſub quacunque conceptione uerborum per iſta uerba, perinde eſt, ac ſi ſigillatim eſſet expreſſum in literis, quicquid continetur in alia conceſſione, arg. l. ſi ita ſcripſero. ff. de cōd. & demon. & l. aſſe toto. ff. de hære. inſtit. Similiter Rota de reſcrip. 20. Item ſi cauſa cōmittatur in nouis, quòd licet in commiſſione, per quam reuocatur commiſſio alteri facta, ſit fienda mentio de proceſſu primi iudicis, per c. inter. de re iud. & dixi ſatis ſupra eo. ceterum. tamen fallit, ſi in commiſſione petebatur certā cauſam committi alteri auditori, dicendo quod prius fuerat alteri commiſſa, & ſubdendo clauſulam conſuetam, uidelicet Cuius cauſæ ſtatum dignemini habere pro expreſſo, quia tunc committendo alteri, uidetur Papa ex certa ſcientia cō‑mittere, & habere ſtatum cauſæ pro expreſſo. Et ita finaliter remanſerunt omnes auditores, ſecundum Rotam, & ſequitur Nico. Myl. in ſuo reper. fol. 159. Et ex hoc habes reſponſum clarum ad c. 2. de do. & contu. de quo ſupra quia uerum eſt, quòd debet fieri expreſſa mentio proceſſus, niſi in ſupplicatione petatur, & concedatur quòd habeatur pro expreſſo. Similiter dixit Bald. in cap. ſuper literis. in uer. quid ſi papa ſupra eo. quòd ſi Papa dicit, quòd uult haberi aliqua pro ſpecificatis[b], uidetur reſcriptum ualere, ac ſi oīa eſſent ſpecificata, arg. l. qui iure militari. ff. de mili. teſt. Tamen non ſirmat quia iſta clauſula eſt captioſa & iuri contraria, per l. reſcripta. C. de preci. impe. offer. ¶ Addatis etiam glo. in extraua. execrabilis. in uerbo, perſonatus. in fi. quæ dicit, quòd ſi Papa in collatione dignitatis dicat. Non obſtante, quòd talia beneficia teneas, qualiacunqua ſint, certè poteſt tenere prima, qualiacunque ſint, etiam ſi eſſent electiua, per clemen. ſi Romanus. de præben. Et ideo iſta uerba operantur duo. Primò: quia tollunt omnem ſurreptionem, quæcunque & qualiacunque ſint prima beneficia. Item quòd inſimul obtineri ualent, quæcunque & quot ſint: quia tantum ualet genus in generali, quantum ſpecies in ſpeciali, arg. c. ſoluæ. de maio. & obe. & cap. ſi ſacerdot. de offi. ord. ſecundum dictam glo. ¶ Sed dubito; quòd d. glo. ſit incorrecta in duobus: primò, dum dicit, Talia beneficia, fortè debet dicere, Alia beneficia: quia ſi diceret talia, non uideretur, quòd comprehenderetur quotcunque. Ex quo enim præceſſit ſpecialis nominatio, genus ſequens intelligitur de nominatis, uel ſimilibus, arg. c. ſedes. ſupra eo. & facit etiam, quod ſtatim dicetur. ¶ Secundò uidetur incorrecta in illis uerbis bullæ, quæ ponit ad hoc, ut poſſit tenere priorā beneficia, quotcunque eſſent: quia uidetur, quòd deberet eſſe hoc uerbum. Quotcunque, quod uerbum glo. non ponit, inſerendo uerba bullæ, ſed ſolum ponendo effectum bullæ. Si enim diceret ſolum illud uniuerſale Qualiacunque, uideretur referri ad qualitatem, non autem ad numerum, niſi addat Quotcunque. Et per hoc etiam apparet, quòd glo. non debuit dicere Talia: quia dicendo Talia, & dicendo Quotcunque, non uidetur ſermo congruus, & uidetur ſuperfluere illud Talia. Et ideo credo, quòd gl. uoluit dicere, Non obſtante, quòd alia beneficia teneas, quotcunque & qualiacunque ſint, ut communiter dicunt literæ Apoſtolicæ. ¶ Addatis etiā tex. in l. omnes. C. de præſcrip. 30. anno. ibi, tanquam per hanc l. ſpecialiter & nominatim fuiſſent annumeratæ. Quem tex. dicit ibi Ang. eſſe meliorem de corpore iuris, ad hoc, quòd princeps poteſt uelle, quòd exprimenda habeantur pro expreſſis. Idem not. Bald. de pace Conſtan. in uerbo, non obſtante. & Ang. in l. diuus. §. licet. ff. de iure codi. & in l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. in fi. ff. ſi quis caut. ubi dicit, quòd in reſcriptis & gratijs, quæ conceduntur motu proprio, ſufficit iſta clauſula Pro expreſſis habētes. Secus forſitā dicit eſſe, ſi cōceduntur ad poſtulationem partis. Sed ex prædictis uidetur, quòd idem ſit, ſi ad poſtulationem partis. Cum iſtis concordat etiam Imol. in clemen. j. ad fin. de ſepul. dicens poſt Paulum, quòd in priuilegijs, reſcriptis & conſtitutionibus ſufficit conſtare de uoluntate principis derogantis alteri diſpoſitioni, licet non fiat mentio indiuidua. Idem no. Bald. in prooemio feu. uerſ. item dicit And. de Iſernia.

[a] *Ad fictū] Adde quod adde do. Socinus conſi. 241. inci. Circa primam difficultatem. uerſic. ſecunda ratio eſt, quia. in ij. parte.*

[b] *Pro ſpecificatis] Adde do. Alexand. in d. l. ſed ſi quis. §. quæſitum alle. in tex. ſi quis cau. qui dicit, quòd hæc clauſula in cōtractib. & renunciationibus nihil operatur: ſecus autem in ſtatuto & reſcripto, ſecundum eum. Et quam importantia ſit hæc clauſula, uide nos. per do. Socin. conſili. cclxvi. inci. Cauſa, quæ uertitur. uerſic. ultrò Nicolaus. in ij. parte.*

HAEC, Et ſimilia recipiunt tres declarationes, quas non reperio per Modernos reductas. ¶ Prima eſt, ut habeant locum iſta in diſpoſitione l. uel principis, ſed in diſpoſitione inferioris, ubi lex requirit aliquid eſſe expreſſum, non ſufficit clauſula Pro expreſſis habentes, uel ſimilis, ſecundum Ang. in d. §. quæſitum. per illū tex. in uerbo, ſpecialiter. ubi ſi partes dicerent, quòd uolunt haberi pro expreſſis & ſpecificatis omnes caſus fortuitos, qui occurrere poſſent, iſtud non ſufficit. Pro quo dicit ibi Alex. eſſe bonū tex. in d. c. qui

ad

ad agendum. in prin. de procur. in 6. Hoc modo eſt reſponſum ad illum tex. clarius, quam ſupra. Benefacit, quod not. Ang. in l. iij. §. hæc uerba. ff. de neg. geſt. ubi dicit, quòd licet de iure communi paria ſint, aliquid eſſe expreſſum, uel haberi pro expreſſo, ut ibi in uer. pro adiecto. tamẽ, quia iſtud eſt ex interpretatione, non habet locum in ſtatutis. Ideo infert, quòd ſtante ſtatuto Florentino, quòd per inſtrumentũ guarentigiæ, in quo expreſſus eſt certus terminus, capiatur debitor ad uoluntatem creditoris, non uendicabit ſibi locũ ſi terminus non eſt expreſſus, licet pro expreſſo debeat haberi. Et ita dicit ſe conſuluiſſe de facto. ¶ Secunda declaratio. prædicta procedunt, ubi princeps per legem nouam, uel reſcribendo, derogat legi habenti clauſulam derogatoriã: quia ſufficit dicta clauſula, Pro expreſſis habentes, & reſcribendo contra l. nemini præiudicat. Ideo ſufficit, quòd deroget implicitè, licet non explicitè, & præſumitur de ea recordatus, apponendo illa uerba. Sed ubi agitur de derogatione priuilegij, uel gratiæ habentis clauſulam derogatoriam dãtem ſpecialem formam diſpoſitioni contrariæ, tunc eſt diſtinguendũ hoc modo, Aut illi derogatur per uiam l. & tũc ſufficit derogare cum iſta clauſula. Non obſtantibus quibuſcunque ſub quacunque forma uerborum cõceſſis, uel ſimili. Ita loquitur cle. j. & cle. dudum. ad fi. de ſepul. & cap. fi. de ſen. excom. in 6, quia ibi non præſumitur ſurreptio, & ſumus certi, quòd princeps nedum hoc potuit, ſed quòd noluit, quia à ſe fuit motus, & cum maturitate, ut in j. fallẽ. & not. Pau. conſi. 53. in prin. Aut diſponit per uiam reſcripti, quocũque reſcribat, & tunc oportet facere talem mentionẽ qualem requirit priuilegium, cui derogatur, nec ſufficeret habere obſtantia pro expreſſis. Iſtud probatur tenendo opi. communiorem, de qua dixi ſupra in, prima ampliatione, &, ut patet ex multiloquio, de quo in locis ibi allegatis, iſta eſt communis* opi. Tamen ſi ſtylus curiæ ſe haberet in contrarium, prout teſtatur Bue. in d. conſi. 55. tunc non procederet iſta declaratio, ſed indiſtinctè diceremus, ut ipſe dicit quòd in omni diſpoſitiõe principis ſufficeret clauſula, Pro expreſſis habentes, ſiue deroget legi, ſiue priuilegio. ¶ Tertia decla-
7 ratio eſt, ut † iſta fallentia ſecunda non procedat in caſu quẽ ponit quædam regula cancellariæ Apoſtolicæ mihi 45. incipiens, Item uoluit, quòd ſi petatur, quæ uult quòd ſi impetrator aliquod beneficium uacans per modum in cancellaria exprimeodum, talis impetratio non ualet, neque ſuper ea poſſunt expediri literæ. Et ſic habes unum caſum, in quo nõ ualet ſignaturu habens aliquid pro expreſſo. Similis prouiſio eſt in alia regula mihi 36. incip. Item ſtatuit & ordinauit, uolens, quòd ſi ſit commiſſio de cauſa, in qua iam corã alio erat concluſum in cauſa. non ualet commiſſio, niſi in conceſſione commiſſionis derogetur expreſſè concluſioni, nec ſufficit quòd de ipſa ſit facta mẽtio explicitè, uel implicitè. Similis prouiſio eſt in alia regula mihi 58. incipient. Item uoluit quòd literæ. dicens, quòd non ualeãt literæ ſuper indulgentijs ad inſtar, niſi ſpecificentur. Et ſic eſt caſus, in quo non ſufficit ſe referre ad aliud, & non habetur perinde, ac ſi illud exprimeretur, licet in alijs caſibus ualeant literæ ad inſtar, ut per Bald. in l. ſi priuilegia. C. de epiſcop. & cler. & Abb. in cap. ſuper Spec. ne clerici, uel mo. de priuilegio conceſſo ad inſtar alterius. Et ſic ſunt expeditæ tres declarationes ſecundæ fallentiæ huius primæ regulæ de reſcriptis contra diſpoſitiones habentes clauſulas derogatorias.

¶ Fallit tertiò iſta prima regula in diſpoſitione habente clauſulam derogatoriam non expreſſam, ſed tacitam, quia non impedit ſecundam diſpoſitionem contrariam non facientem mentionem de prima, ſecundũ Bart. in l. fi. in prin. per illum tex. ff. de lega. ubi uoluntas teſtatoris elicicbatur tacitè a contrario ſenſu. Et dicit Bal. in l. humanum. C. de legi. uer. aduertatis. quòd ubi clauſula derogatoria non eſt expreſſa, ſed tacita. tunc tacitè derogatur ei propter factum cõtrarium, & ſi ualet reformatio ſtatuti habentis tacitam clauſulam derogatoriam, non facta de ea mẽtione. Allegat tex. in dict. l. fin. quem dicit eſſe notabilem. Et dicit Bartol. in l. ſi quis in principio teſtamenti. ff. de lega. i. quòd in caſu dictæ l. fi. clauſula derogatoria non erat tacita, neq; expreſſa, quia fuerunt uerba ad augmentum, ut inducatur fideicommiſſum. Ideo non inducunt diminutionem, l. legata inutiliter. ff. de leg. j. Et adde Bal. in l. filium. ibi, ſecundò oppono. C. fa. erc. ubi dicit, quòd in tacita donatione facilius præſumitur donatio uoluntantis, quã in donatione expreſſa per dict. l. fina. in princ. quam dicit ad hoc eſſe notabilem.

¶ Fallit quartò & ultimò dict. regula,
8 quando † in reſcripto [a] eſt clauſula, De plenitudine poteſtatis, quia habet uim clauſulæ derogatoriæ ad omnem l. contrariam, & habentem clauſulam derogatoriam. Ita inferunt aliqui ex uerbis Bal. ſupra in procemio Decretalium, uer. Gregorius. ibi, dicit collectarius. dum dicit poſt collectarium ſupra eo. cum dilecta, quòd quando Papa ſcribit de plenitudine poteſtatis, nihil poteſt opponi, quod annihilet gratiam, niſi reſcribatur contra ius gentium, cuius tranſgreſſio crimẽ inducat. Sed puto contrarium eſſe de mente do. Abb. hic, dum dicit, quod ubi in iure eſt clauſula derogatoria, ſeruanda eſt forma tradita, & certum eſt, quòd forma non ſeruatur per æquipollens, ut dixi ſupra eod. cum dilecta. Idem ſentit Abb. hic in alio loco, loquendo de reſcripto contra l. non habentem clauſulam derogatoriam, & facit mentionem de clauſula Ex certa ſcientia, & tamen de illa nihil dicit in iſto membro, propter quod uidetur abſolutè, quod ſit neceſſaria mẽtio maximè cum inter iſtam clauſulam De plenitudine, & clauſulam Ex certa ſcientia, non uideatur in hac materia differentia, ut dicetur in 4. fall. ſequentis regulæ. Item cõtra hanc fallentiam uidentur uerba Petr. de Anch. conſ. mihi 305. incip. Tres domini magnifici. ad fi. uer. non obſt. quòd Papa dum dicit quòd quando Papa diſponit in materia, in qua habet pleniſſimam poteſtatem, ſi lex habet clauſulam derogatoriam, non præſumitur uelle uti illa poteſtate, niſi faciat mẽtionem de illa lege. Et dicit Sal. in conſi. ſchiſmatis, quod fecit pro Vrbano 6. & incipit, Cogimur tandẽ. quòd quando Papa dat literas ad præbendam certi hominis non uacantem, requiritur clauſula De plenitudine poteſtatis, uel, Non obſtante concilio Lateranenſi, per tex. in c. 2. de conceſ. præb. Quod dictum non facit pro hac fal. quia in d. c. 2. non eſt clauſula derogatoria. ¶ Secunda
9 regula in hac materia eſt, quòd † reſcriptũ contra l. etiam non habentem clauſulam derogatorium, non ualet. Ita pro regula præſupponit Io. And. Pet. de Anc. & Domi. in c. unico, de exceſ. præla. in 6. & Ab. hic, & omnes * allegati & allegãdi in hac materia, & eſt bona gloſſ. in c. 1. in uerb. naſcatur. de conſti. in 6. dicens, ꝙ prima facie præſumitꝰ obtentum per importunitatem. Vnde debet expectari ſecunda iuſſio. Et no. Bar. in l. j. C. de peti. bo. ſub. lib. x. & Auge. de Are. in l. ſi conſtat. ff. de ap. Bene facit dictum Iono. & aliorum in ca. dudum. infra de deci. dum dicunt, ꝙ confirmatio non refertur in dubio ad actum, qui eſt contra ius, & retuli de excep. cum inter. facit, quod no. do. Alb. in cap. examinata. ante fi. de confir. uti. uel inut. ubi dicit, quòd uerbum Confirmamus, importat in dubio rei confirmationẽ, niſi actus ſit contra ius. Et ad iſtam regulam uide copioſè. Old. conſi. 326. inci. quòd artien li. poſt prin. cum pluribus conſilijs ibi ſequentibus quaſi uſq; ad fi. libri, & Spe. de

a *Quando in reſcripta] Adde, ꝙ tenet iſtam opin. quicquid dicas hic Fel. & male, & idem teneo, ubi eſt clauſula, Ex certa ſcientia, quia ſufficit ad tollendam l. quæ habet clauſulam derogatoriam ad reſcripta, ut in iſto tex. & in tex. c. ſtatutum. eo. tit. lib. 6. dummodò de certa ſcientia principis per uerba reſcripti poſſet apparere, quòd præſumatur, etiãſi expreſſè non dicatur. Et iſtud tenuit Goff. & Io. And. hic, ut per demi. Abb. in glo. in uer. mentionem. & Gem. in c. ſtatutum. eo. tit. in 6. in uerſ. ſecũdo ac. Et idem ſentit ipſemet Felin. hic inferius ĩ uerſ. fi. fal. licet argumentum ſtringat. & in uerſ. limita primò hanc 4. fallentiam, ubi dicit, quòd dictũ Geffr. & Ioan. An. ſeruaretur in practica. Et ipſe Felin. not. ibi hoc, quare conſulendo, & iudicando non recederem à Speca. Goff. & Io. And. Adde, quod per iſta limitatur glo. in cle. 2. e. ti. quæ dicit, quod princeps facit ex certa ſcientia, quando in reſcripto illud expreſſè dicit. Sufficit ergo, ut appareat, etiãſi expreſſè non dicatur. Adde, quòd iſtud habet locum non ſolum in certa ſcientia, ſed etiã in motu proprio, quia ſi apparet, ꝙ princeps fecerit aliquid motu proprio, etiamſi non exprimatur, præſumitur motus proprius. Ratio eſt, quia tantum ualet, ꝙ princeps dicat, Ex certa ſcientia, quantum ſi diceret, Motu proprio. Nam iſta duo æquiparãtur, ut per Scribentes in cap. ad hoc. ſupra eodem.*

reſcrip.

O 2

reſcrip. præſenta. §. fi. uer. item quòd eſt contra ius. & glo. ſecundam in l. beneficium. ff. de conſti. prin. & gl. in l. acta. §. de amplianda. ff. de re iud. & gl. fi. in l. cauſas, uel lites. C. de tranſact. & Cal. in tit. de reſcrip. conſi. 8. poſt priu. & Dom. in c. quoniam. 18. diſ. & ſeruiunt, quæ dixi in c. i. uer. recipiat autem hæc 4. fal. ſupra ti. proxi. probando multipliciter quòd in dubio Papa non præſumitur uelle derogare iuri cõmuni. ¶ Non obſt. c. j. de conſti. in 6. ubi condendo ius nouum derogatur iuri antiquo, nõ facta eius mentione: quia ubi condit ius, præſumitur recordari Papa de iure cõtrario & uelle ei derogare: ſed in reſcriptis non præſumitur habere ſcientiam iuris ita promptam propter multitudinem reſcriptorum, quæ concedit, ſecundum Domi. poſt Ioann. de Fan. in d. c. j. dicentem poſt Imo. ad hoc facere c. cum olim. de re iud. ¶ Nec obſt. quòd præſumitur ignorantia in proprijs reſcriptis, iuxta no. infra eo. ab excommunicato. quia iſtud operatur multitudo factorum, ſuper quibus reſcripta conceduntur, quæ inducit probabilem ignorantiam, ut probat tex. in procemio Cle. & factis intricans. uel multiplicibus præſumitur ignorantia, ut no. in d. c. ab excommunicato. ſecundum eum. ¶ Amplia primò hanc regulam, etiam in priuilegijs clauſis in corpore iuris: quia de ipſis eſt faciẽda mentio, ſicut de iure communi: nec ſufficeret in reſcriptis dicere. Non obſtantibus priuilegijs, niſi dicatur etiam iuri communi inſertis, ut no. gl. in authen. qua in prouincia. in uer. illi. in fi. & ibi Bart. & Bal. C. ubi de cri. agi opor. & glo. in l. ii. § omnes. in uerbo, compelluntur & ibi Bal. & in l. hæres abſens. in priu. in uerbo, excuſatur. & ibi Bar. ff. de iud. cum concor. quas dixi in c. j. ſupra eo. in uer. fallit tertio. Et faciunt quæ dixi in ca. cum ordinem ſupra eo. probando quòd multipliciter iſta priuilegia æquiparantur iuri communi.

¶ Et iſta ampliatio procedit, ut dixi, etiã, quando in reſcripto eſt clauſula, Non obſtantibus priuilegijs, quia non includit priuilegia inſerta licet aliàs quando Papa non dat reſcriptum, ſed priuilegium non ſit neceſſaria mentio iuris cõmunis meri & non priuilegiarij ut infra in 2. ſal. ¶ Et ſi diceret, ſi debet fieri mentio de inſertis in iure, quando datur priuilegium contra ius. reſponderetur, quòd licet in reſcripto ſit facienda mentio de iure communi, & etiam de priuilegio in eo inſerto, quando ei derogatur, tamẽ in priuilegio non eſt neceſſaria mentio iuris communis, nec priuilegij inſerti in iure, ſi non habet clauſulam derogatoriam ad priuilegia. Sed ſimpliciter clauſula, Non obſtantibus priuilegijs, poſita in priuilegio, non operatur contra inſerta in iure, non quia non præſumantur nota Papæ, ſicut ius, ſed quia derogando ſimpliciter priuilegijs, non præſumitur cogitare de eis, ſed de non inſertis, quaſi nõ inſerta appellentur propriè priuilegia, ſed inſerta dicantur ius commune, ut fuit dictum ſubtiliter in d. c. j. vbi vide pleniùs. ¶ Amplia ſecundò, nedum ſi reſcribitur contra ius commune, ſed etiam ſi contra ſtatuta inferiorum: quia in dubio non præſumitur princeps uelle eis derogare, per c. j. de conſti. in 6. Et ad hoc uide late Ioan. And. in c. ei, cui. de præb. in 6. dum oſtendit, quòd per literas Papæ nunquam derogatur ſtatutis requirẽtibus certas qualitates in promouendo, & eſt ſolennis deci. Rotæ de præb. j. in nouis, loquens de ſtatutis & ordinationibus factis per fundatores beneficiorum: de quo etiam latè per Domi. in d. c. ei, cui. cum ſeq. & omnino per Alb. in j. parte ſtatu. q. 147. incip. ſtatuto alicuius eccleſiæ. vbi accuratè inſiſtit ſuper dictis Ioan. And. in d. ca. ei, cui. quem refert fuiſſe reprehenſum de incuria, per quendam Card. tenentẽ contra ea, quæ dixi. ¶ Sed no. quatuor dicta pro nũc. Primò,
10 quòd† literæ Papales, in quibus conceduntur beneficia, poſſunt tollere conſuetudines, & ſtatuta: & ſufficit apponere clauſulam generalem, licet non apponatur tenor ſtatutorũ ſecundum Bald. in auth. omnes peregrini. C. communia de ſucce. Et idem ſentit Bal. in auth. nauigia. in j. no. C. de furt. & dicit hoc eſſe no. dignum. ¶ No. ſecundò, quòd clauſula, Non obſtantibus ſtatutis talis eccleſiæ, non tollit ſtatuta illius eccleſiæ condita per Papam, ſecundum Lud. Ro. plenè conſi. 327. quia difficilius tollit Papa conſtitutiones prædeceſſoris, quam ſtatuta inferiorum, ut ibi latius per eum. Et ſi diceres, imo facilius tollitur ius Papæ, quam ſtatutum inferioris: quia ubi conditur lex noua contraria legi priori, cẽſetur illi derogatum, etiamſi non dicatur: & tamen ſecus in ſtatutis contrarijs, d. c. j. de conſt. in 6. reſpondetur, licet Lu. hoc non tangat, negando aſſumptum, quia non probatur in d. c. j. quòd difficiliùs tollat ſtatuta, ſed bene probatur, quòd non præſumitur ſcire ſtatuta: & ex iſta præſumpta ignorantia inducitur præſumptio, quòd in dubio non uelit ea tollere. Non autem hoc præſumitur, quia ſint fortiora, ſed cũ præſumatur ſcire legem, præſumitur eam tollere faciendo legem contrariam. ¶ No. tertiò, quòd ſi ſtatutum impedit totaliter effectum gratiæ, cenſetur ſublatum per d. clauſulam, Non obſtantibus ſtatutis. Sed ſi non tollit, ſed differt, tunc non cenſetur ſublatum per d. clauſulam, ſecundum Domi. in c. ſi propter tua debita. de reſcrip. in 6. propter gluſ. ibi, in uerbo Impediri. Oportet ergo, ut dicatur, Non obſtantibus ſtatutis, per quæ noſtra conceſſio impediri, uel differri poſſet. Quod bene not. ad multas diſpoſitiones derogantes obſtaculis impeditiuis: quia non derogant dilatiuis: & ſic tollunt exceptiones, peremptorias non dilatorias. ¶ No. quartò. quòd ſi dicitur, Non obſtantib. ſtatutis, non intelligitur de iuratis, uel per Papam confirmatis, niſi exprimatur a. Et iſtud latè habuimus ſupra eo. cõſtitutus. Quædam alia circa prædicta uidebimus expeditis ſequentibus fal. ¶ Fallit nouem modis iſta ſecunda regula. Primò niſi dicatur in reſcripto. Non obſtante quacunque l. quæ in contrariũ loqueretur. ſecundum Ioan. And. in d. ca. unico. de exceſ. præla. in 6. & Abb. hic, & alios de hac materia loquentes. Et nõ ſufficeret dicere, Nõ obſt. quacunque l. quia iſtud eſt generaliter loqui. Nec oportet dicere, Non obſtante tali lege, nominando eam in indiuiduo, quia iſtud eſſet ſingulariter loqui, ſecundum Bart. ita concordãtem multas gl. in l. fi. C. ſi contra ius, uel uti. pu. & ibi Bal. & Abb. hic, & idem no. Bar. in extraua. ad reprimendũ. ſuper uerbo, Non obſtantibus. in princ. & Petr. de Anch. in repe. c. ſi propter. uer. do. Bart. de reſcr. in 6. & Imo. poſt But. in c. quæ in eccleſiarum ſupra. tit. proxi. Et ſic intellige Arch. 25. q. 2. in Summa, in fi.

a *Niſi exprimatur*] *Adde Ludo. ponentem ſingul. in l. ſi uero. §. de uiro. 23. fallentia ſo. ma. & do. Alexan. de Imol. in cõſil. 103. 4. part. Et ad materiam iſtius cle. nõ obſtantibus ſtatutis. uide, & adde, quod per eum habetur in l. ſi ſtipulatus. §. cum ſtipulamur. de verb. obliga. & quod habetur per Andr. Barba. in conſ. quod eſt poſt cõſi. 103. ſupra al leg. Alex. 4. part.*

¶ Super quibus uerbis eſt aduertendum quatuor modis, & primo aduerte, dum Bar. ponit hanc doctrinam in d. uer. non obſtãtibus quia uidetur loqui ẽt, quã procedunt iura derogatoria, & ſic uidetur uelle, quòd tunc non ſit opus alia mentione magis ſpeciali. Sed contrarium eſt uerius, ut tenet hic Abb. dũ dicit, quòd cõtra talia iura opus eſt mentione ſpeciali, uel per uerba æquipollentia, puta, Non obſtante conſtitutione, quæ de duabus dietis loquitur, licet expreſſè non dicat, quæ incip. nonnulli & idem Domi. in d. c. j. de conſti. in 6. Sed quando reſcribitur contra legem non habentem clauſulam derogatoriam, ſufficit dicere, Non obſtante lege in contrarium faciente. Poſſes fortè dicere, quòd Bart. in d. uerbo, Non obſtantibus. loquitur in l. habente clauſulam derogatoriam ad reſcripta per uiam regulæ, ſecus in l. ſpeciali, quæ derogat reſcripto, quo caſu requiritur ſpecialis mentio ut etiam dicetur poſt Bal. paulò infra in uer. aduerte quartò. ¶ Aduerte ſecundò, quia dicit Pau. de Caſt. in d. l. fi. ſe non comprehendere differentiam, quam facit Bar. inter hãc clauſulam, Non obſtante quacunque l. & illam, Non obſtante quacunque l. contrarium diſponente: nam etiamſi ſolum dicatur, Non obſtante quacunque l. tacitè ſubintelligitur, ſcilicet contrarium diſponente: non enim intendit tollere non contrariantem, ſed ſolum contrarium diſponentem. Vnde non plus operatur expreſſio, quàm ſi facta non eſſet, poſtquam ſubintelligitur, ſecundum ipſum. ¶ Hunc motiuo reſpondet do. Bap. de Sancto Seuerino, inter primarios aduocatos conſiſtoriales nunc celeberrimus, in repe. l. omnes populi. ff. de iuſt. & iu. quòd ſicut expreſſa derogatoria poſita in primo ſtatuto à populo operatur idem, quod tacita ſubintellecta, ut in 3. fallen. præcedentis regulæ, eo quòd non derogatoria ſequentis ſtatuti expreſſè concepta à populo operatur idem, quod tacita, aut ſubintellecta: quia quãto expreſſius excipitur, tanto ualidius operatur. ¶ Hanc reſponſionem nõ capio, quia negatur, quòd iſta non ſit derogatoria expreſſa dicere, Non obſtante quacunque l. nam imo uidetur derogare. Et ſi iſta eſſet derogatoria tacita, prout uult iſte, profectò

ctò eſſet etiam tacita cum illa cauda, uidelicet in contrariũ faciente: quia per illud uerbum nulla lex nominatur, niſi contrarians, & illa nominatur implicitè, & non explicitè, & ita etiam ſit, quando non eſt illa cauda: quia, ut dicit Pa. de Caſt. non intelliguntur illa uerba de l. non contrariante, ſed de contrariante. Ergo illa adiectio uidetur ſuperflua. Vnde placet opi. Paul. quòd ſufficiat dicere, Non obſtante quacunque l. ¶ Aduerte tertiò, quia dominus meus de Aretio in dicto ſpeciali commento c. 1. ſupra eod. dicit, quòd dicta forma, ſ. Non obſtante l. in contrariam faciente, non uidetur eſſe ſufficiens, quia iſta uerba poſſunt ſe conferre ad contrariam l. diſpoſitionem, & non ad clauſulam derogatoriam ſibi annexam, & hoc uidetur ſonare prima facie. Vnde idem Bar. in d. uerbo, Non obſtantibus: poſuit meliorem doctrinam, ſecundum eum, uidelicet ut dicatur, Non obſtante aliqua l. quæ id fieri, uel concedi prohiberet: nã reſpectu diſpoſitionis legis præcedẽtis nõ eſt neceſſaria clauſula, Nõ obſtãte, ſed reſpectu clauſulæ derogatoriæ, ſibi adiũctæ, quã prima forma non tollit, ſed ſecunda ſic, & cum hoc tranſit præfatus Doct. in d. c. j. ¶ Sed cogitabis ſuper iſta conſideratione. Si enim nos loquimur, quando reſcribitur contra l. habentem clauſulam derogatoriam, clarum eſt, quòd debet fieri mentio ſpecialis, uel de æquipollentia, ut hic per Abb. & dixi ſupra. Si loquimur, quando ſcribitur contra l. non habentem clauſulam derogatoriam, ſed ſimpliciter prohibẽtem aliquid fieri, tunc, ſicut in ſimili dictum eſt ſupra, poſt Pau. de Caſt. non uidentur differre iſtæ formæ ſcribendi, uel quòd dicatur, Non obſtante quacunque l. uel, Non obſtante l. id fieri prohibente: quia loquendo primo modo clarum eſt, quòd intelligitur de l. contraria, quatenus obſtat, non quatenus non obſtat, & ideo ſuperfluè uidetur dici, quæ ſic ei prohiberet. Præterea Bart. in d. uer. Non obſtantibus, non uidetur dare formam certam, ſub qua debeat fieri iſta derogatio: quia dicit ſic ad literam, puto, quòd ſufficiat, ſi dicatur, Non obſtante aliqua l. derogatoria, uel quæ hoc fieri prohibeat, & ſimilia. Ecce, quòd nihil firmat: ſed ſolũ uult, ꝙ ſufficiant talia uerba, per quæ derogetur l. contrariæ, & ideo dicendo, Non obſtante quacunque l. uidetur mihi, ꝙ ſufficiat, quia perinde eſt, ac ſi diceretur, ſi aliqua lex obſtat, intelligatur ei pro hac uice derogatum, attenta mente Pau. de Caſt. ubi ſupra. ¶ Aduerte quartò, ſecundum Bald. in d. l. ſi. C. ſi contra ius. quia quando lex ſtatuit prohibendo aliquid concedi in ſpecie, tunc requiritur ſpecialis clauſula. Exemplum in l. ratas. C. de reſcis. uen. ubi ſpecialiter prohibetur concedi militibus facultas reſcindendi perfectas uenditiones. Sed ſi lex prohibet concedi in genere per uiam regulæ, tunc ſufficit generalis clauſula, Non obſtante, ut in caſu l. nec damnoſa. C. de preci. impe. offe. ubi nec damnoſa fiſco, nec iuri contraria poſtulare oportet, & ſic generalis clauſula derogatoria derogabit generi, & ſpecies ſpeciei, nõ autem genus ſpeciei, arg. l. legatorum. §. qui plures. ff. de lega. 1. Et iſtud dictum eſt ſatis rationabile, ſecundũ dominũ meum in d. c. 1. Pro quo dicit eſſe glo. or. in authen. qui mo. na. effi. ſui. §. ſi. in glo. mag. circa medium, & gl. 1. in authen. hoc inter liberos. C. de teſta. licet Bar. ſentiat oppoſitam in d. l. fin. dum reprobat glo. in d. authen. hoc inter. Et pro hoc facit, ſecundum eum, quia quando duo ſunt ſpecialia, illud derogat alteri, quod eſt ſpecialius, arg. l. in ſacris. in §. & quod ibi Bar. circa medium. C. de præpoſ. ſac. ſcri. lib. 12. & expreſſè no. Bar. in d. extraua. ad reprimen. in uerbo, non obſtantibus. ad ſi. & Bal. in l. j. §. ubi autem. C. de cadac. toll. Vnde ſi præcedit diſpoſitio l. particularis habentis clauſulã derogatoriam in indiuiduo, probabile uidetur, quòd generalis clauſula, Non obſtante, non ſufficiat. Et hanc opin. dicit ſentire Bal. in l. eam, quam, uer. ſed pone: quidam. C. de fideicom. & clarè tenet Bal. in præludijs feudorum, uer. idẽ dicit And. de Iſer. dicens, quòd ſufficeret dicere, Non obſtãte aliqua l. quæ in contrarium loqueretur, etiamſi de ea deberet fieri mentio ſpecialis, & ita remanet præfatus doct. in d. c. 1. non tangens plura, quo ad propoſitũ noſtrum. ¶ Pro intelligentia huius puncti multum importantis, conſidera ſeparatim tres caſus. Primus eſt, quando lex derogans reſcriptis dat eis formam, declarando qualia debent eſſe, ut obſtent legi, quod rarò ſit. Et iſtud eſt clarum. Tunc enim ſeruabitur illa forma, per illum tex. cum ſimil. ¶ Secundus caſus eſt, quando lex prohibet reſcripta concedi, & eis derogat, non tamen dat modum, uel formam, qua illi legi derogari poſſit, & iſto modo loquitur lex, ratas. cum ſi. & importabit iſta quarta aduertentia multum notabiliter, quòd tũc requiritur mentio ſpecialis æquiualens. Et ita poteſt intelligi Arc. 25. q. 2. in ſum. in ſi. Et iſtud poſſumus ſequi, per prædicta, quamuis Imo. hic, uerſi. ſed tu potes. reprobet expreſſè Bal. dicens, quòd opinio Bart. procedit etiam, quando cõſtitutio ſimpliciter derogat reſcripto, ſeu impetrationi, per no. in l. ſi quis in principio teſtamẽti. ff. de leg. iij. ¶ Tertius caſus eſt, quando lex prohibet aliquid fieri in certo caſu per uiam generalis regulæ, tamen non dicit, quòd non ualeat reſcriptum in contrarium, nec ei derogat. Et iſto caſo clarũ eſt quòd reſcriptum derogans huic legi debet habere clauſulam, Non obſtante, ut ſupra in hac regula. Sed non percipio ex locis proximè allegatis, utrum ſufficiat clauſula generalis, Non obſtãte, & uideretur, quòd nõ attentis uerbis Bal. in d. l. ſi. dum dicit, quòd ubi lex prohibet per uiam regulæ, ſufficit generalis clauſula, Nõ obſtante. Ergo ſecus, ubi ſpecialiter prohibet, ut ipſe uidetur firmare. ¶ Sed puto contrarium, quia nõ loquitur Bal. in prohibitione l. generalis, uel ſpecialis, ſed derogatione, quæ ſit ad reſcripta, per l. ſpecialẽ uel regularem, quo caſu ſi ſit derogatio per l. ſpecialẽ, debet fieri mentio ſpecialis, ut in ſecundo caſu. Sed iſta ſtãt ſimul quòd lex non deroget reſcriptis, nec regulariter nec ſpecialiter, & tamen prohibeat aliquid fieri ſpecialiter, & tunc puto eſſe de mente omnium, ꝙ etiam contra illam ſpecialem prohibitionẽ, quæ de reſcriptis nihil dicit, ſufficiat clauſula Non obſtante quacunque l. Eſſet enim iſta concluſio nimis ardua, & noua, ꝙ nunquam ſufficiat ſimplex clauſula, Non obſtante, quando reſcribitur contra legem ſpecialiter prohibentẽ aliquid fieri, ſed ſolũ, quando contra generaliter prohibentem. Sed dicemus, ꝙ illa generalis clauſula non ſufficit quãdo lex nedum prohibet aliquid ſpecialiter fieri, ſed aliquid concedi, uel impetrari, & tunc requiratur ſpecialis clauſula, Non obſtante l. de tali materia loquente, uel etiã, ſi eſſet talis, de qua oporteret facere ſpecialem mentionem. Et iſta diligenter not. tanquam ſubtilia & nouiſſima. ¶ Fallit ſecun- a

11 dò prædicta regula, quando † princeps ſcribit per uiam priuilegij, quia non eſt neceſſaria clauſula, Non obſtante, ſecundum Hoſt. in ſua ſumma. in iſto tit. §. quas uires. uer. ſed poteſt diſtingui. quia priuilegium eſt lex priuata. 3. diſt. priuilegium. Et ſic de ſua natura derogat legi, & debet aliquid operari ultra ius commune, etiamſi non exprimat. Et ſequitur Io. And. & Domi. in d. cap. unico, de exceſ. præla. in 6. & Imol. hic, & Bu. in d. cap. 1. ſupra eo. & Nic. Mylas in reper. in uerbo, priuilegium. Adde Bal. in l. lapilli. uer. ego dico. ff. de reb. dub. ubi dicit, quòd eo ipſo, quòd princeps uocat ipſum priuilegium, & bullatur bulla priuilegiorum non eſt neceſſaria alia clauſula quia ſatis apparet, ꝙ tunc ipſo facto uult infringere ius commune. Allegat l. quidam conſulebant. ff. de re iudic. In legibus autem non eſt neceſſaria clauſula, Non obſtante, per c. 1. de conſti. in 6. ſecundum eum. Et iſtud dictum Bald. ſequitur Martinus Laudẽſis in tractatu De priuilegio, §. 39. addens, quòd licet reſcripta debeant intelligi ſecundum ius commune, tamen priuilegia principis debent intelligi contra ros. Allegat glo. ſupra eo. cauſam. & no. in l. i. ff. de conſt. princ. Et iſtam fall. tenet etiam Car. poſt Lap. in cle. j. in 3. q. de cenſib. dicens ualere priuilegium contra illam cle. nõ facta mentione ipſius. ¶ Limita primò hanc fallentiam niſi ius commune habeat clauſulam derogatoriam & ad priuilegia, prout habet c. unicum, de exceſ. præl. in 6. quia tunc non ualet priuilegium niſi faciat mentionem illius iuris, ſecundum Card. in d. cle. j. An autẽ, & quando ſit facienda mentio de priuilegio inſerto in iure communi, uide dicta ſupra eo. eam ordinem. Et quid de priuilegio contrario, quando ſit facienda eius mentio, dixi ſupra eo. c. j. Et ibi etiam, quid, ſi priuilegium cõtrarium contineat idem, quod ius commune. ¶ Limita ſecundò

12 hanc fallentiam, niſi † priuilegium tendat ad præiudicium tertij, quia requiritur clauſula, Non obſtante, ut dicetur infra in ſecunda limitatione 4. fallen. ¶ Sed contra iſtam fallẽtiam tenet ſolus do. Abb. hic per c. ex parte. de c. mon. ubi non ualet confirmatio facta religioſo de prioratu clauſtrali, non facta mentione de iure communi contrario: nam ſæpe talia priuilegia emanãt contra ius ex nimia importunitate petentium: & ideo, niſi fiat mentio de iure, ſaltem in genere

non

non præſumitur princeps uelle concedere priuilegium contra ius. Et hoc dicit ſentire Bart. in d. extrauag. ad reprimen. in fi. & in d. l. fi. C. ſi contra ius. Et facit gl. in auth. qui. mod. na. effic. ſui. §. fi. quæ dicit, quòd debet fieri mentio de illo iure. Et facit gl. in l. quoties. ff. ne quid in flumine pu. & in auth. hoc inter liberos. C. de teſta. ſecundum ipſum. ¶ Pro iſta noua opinione adduxi alias publicè conferendo certas conſiderationes nouas: quarum aliqua refero non bene tunc diſſolutas. Tamen quia in qualibet ponetur ſua ſolutio, & patebit reſponſio ad motiua. Abb. ideo tandem remanebimus cum opi. communi, ſequendo banc ſallentiam licet non inuenerim aliquem Mod. diſcutientem hanc opi. d. Abb. cum quo tranſit hic And. Sic. ¶ Primò pro iſta parte uideor urgere d. c. ex parte. inducendo ſubtiliùs in uerbo, non credimus. iuncto cap. 2. de ſta. mo. in quo ſe fundat d. c. ex parte. nam in ca. 2. non eſt aliqua clauſula derogatoria ad reſcripta, & tamen dicitur in c. ex parte. non ualere literas non facientes mentionem de dicta conſtitutione. ¶ Et ſi diceretur, ca. ex parte. habet clauſulam derogatoriã ad priuilegia, dum dicit, Nolumus tenere literas in contrarium, reſponderetur, quòd loquitur de literis concedendis poſt illam decretalem, ſed illis iam conceſſis, de quibus ibi fit mẽtio, non præceſſerat lex habens clauſulam derogatoriam. Quod uerbum pondera, tanquam nouum. Si diceres, præceſſerat cõſtitutio concilij, quæ præſumitur habere in ſe clauſulam derogatoriã, rñderetur, quòd iſtud eſt falſum, ut fuit cõcluſum in prin. primæ regulæ. Si diceres, Cõceſſio, de qua in c. ex parte. nõ fuit in forma priuilegij, quia tex. ibi nõ aperit hoc, ſed ſolum dicit conceſſum fuiſſe per literas Apoſtolicas, reſponderetur fatendo, quòd tex. ibi non aperit, ſed in dubio talia præſumuntur prædicata, qualia ſunt ſubiecta [a], l. hæredes palam. ff. de teſta. Facit gl. fi. de decimis. dudum. Et diſpoſitio cenſetur talis, qualem exigit materia ſubiecta, l. plenum. §. equitij. cum ſimi. ff. de uſu & habi. Et ideo cum ſcriberetur ibi contra ius, non eſt ueriſimile, quòd fuerit ſcriptum in alia forma, quàm priuilegij, de cuius natura propriè eſt diſpenſare contra ius, ut eſt dictum. Super hoc ego diu cogitaui. ¶ Pro reſponſione uera ad dictũ c. ex parte. puto ſequenda eſſe uerba Inn. ibi, de quib. ſupra in principio primæ regulæ, uidelicet quòd non dicit ibi Papa, quòd eſt facienda mentio de concilio, ſed quòd credit illas literas eſſe per ſubreptionem obtẽtas, & tamẽ hoc ipſum non ponit pro conſtanti, imo ſub conditione mãdat, ut ſi ita eſt, literæ non ualeant. Sentit ergo Innoc. quòd ibi impugnarentur literæ, quia concernebant rem iuri non conſonam per ſubreptionem obtẽtam. Tamen monuit Inn. & tenet ibi, quòd ſi conſtaret eas non eſſe ſubreptitias, ualerent. ¶ Conſidera etiam, quòd in d. c. ex parte. nõ dicitur id, ad quod ipſum alleg. hic Abb. uidelicet quòd fuerit ibi facta confirmatio prioratus manualis, ſed dicitur fuiſſe conceſſum, quòd in prioratu poſſent monachi manere ſoli, contra d. c. 2. de ſtat. mona. Nec uerum, quòd ubi fieret confirmatio prioratus manualis, requiratur mentio iuris communis contrarij, quando conſtat de certa ſcientia. Patet in c. ad noſtram. & in c. porrecta. de confir. uti. uel inu. ubi in talibus confirmationibus non dicitur, quod ſit ſemper opus facere mentionem de iure contrario, de quo in c. cum ad monaſterium. §. tales. de ſta. mo. Sed quòd tales literæ ſunt cõtra ſtylum ſolitum curiæ, & præſumuntur quandoque ſubreptitiæ, quandoque falſæ, niſi appareat de certa ſcientia Papæ illis modis, quos latè declarant Ioan. And. Bu. Abb. & Imol. in d. c. præterea. dicentes inter alia, quòd ſi fieret mentio de illa decretali, & ei derogaretur, diceretur conſtare de certa ſcientia, ſed non dicunt propter hoc, quòd in illa materia ſemper ſit neceſſaria mẽtio iuris communis, imo dant alios modos, quibus conſtare poteſt de certa ſcientia abſque mentione iuris communis, putà per ſecundam iuſſionem, ut ibi per eos, nec eſt mirum. quia certa ſcientia habet uim clauſulæ, Non obſtante, ut dicetur in 4. fallen. huius regulæ. ¶ Sed pro iſta ſingulari opi. Abb. facit text. in c. reſcripta. cõtra ius elicita debẽt refutari à iudicibus, & eſt lex, reſcripta. C. de preci. imp. off. & Arch. exponit, i. priuilegia. Et hoc modo eſſet ibi caſus, quòd non ualet priuilegium contra ius. ¶ Poteſt reſponderi, quòd imo non loquitur in priuilegio, ſed in reſcripto, & ſic facit pro regula, de qua ſupra & ita illum text. uidentur intelligere. Doc. in d. l. reſcripta ſummãdo & declarando ipſum, & certè ſi expoſitio Arch. eſſet uera nunquam ualeret aliquod priuilegium, quia omne priuilegium eſt contra ius, 3. diſt. priuilegium. ¶ Tertiò facit l. fi. C. ſi contra ius, uel uti. pu. ubi reprobatur omne genus reſcripti, item omnis ſacra annotatio, quæ ſit contraria generali iuri, uel utilitati publicæ, & ſic per illam alternatiuam uidetur, quòd non ualeat aliquod genus literarum contra ius commune. Poteſt reſponderi, quòd non loquitur in priuilegio, de cuius natura eſt propriè derogare iuri communi. ¶ Quartò facit l. iij. C. de ſarac. & paganis. ibi huiuſmodi chartæ ex eorum manibus ereptæ ad noſtram ſcientiam referantur. Sed ad illum tex. reſponde, ut per Ioa. An. in d. cap. unico, de exceſ. præla. in 6. ¶ Quintò facit, quia princeps reſcribendo contra ius, utitur plenitudine poteſtatis, capit. propoſuit. de cõceſ. præb. Sed in dubio non præſumitur uti ea, niſi appareat, ſecundum Inn. in c. innotuit. de ele. & facit cle. fi. de ſent. excom. Ergo in dubio non præſumitur dare priuilegium contra ius, niſi appareat. Sed reſponde ex uerbis Bal. in d. l. lapilli. quòd eo ipſo, quòd dat priuilegium, apparet, quòd uult uti hac plenitudine poteſtatis, nec eſt opus quòd exprimatur hoc uerbum. De plenitudine, ut dixi in c. cum inter. de excepti. ¶ Sic etiam reſpondetur ad rationem Abb. hic, quia ſicut clauſula, Non obſtante, ſufficit, quòd non dicatur aliquod obtentum per importunitatem; ita etiam, ſi conſtat, quòd princeps ſciebat ſe dare priuilegium, quia neceſſariò ſequitur, quòd ſciebat ſe reſcribere contra ius. ¶ Sextò facit, quod latè ſcribit Cy. in authen. quas actiones prope fi. C. de ſa. ſan. eccle. & ibi Bar. uer. ideo dicunt Doct. Mod. & ibi latius Bal. uer. ſed iſta glo. & uer. quid ergo eſt dicendum. ubi dicunt, quòd non ualet priuilegium, quòd nulla præſcriptio currat contra priuilegiatum, niſi habeat clauſulam, Non obſtante. Sol. Præſcriptio concernit bonũ publicum, l. j. & ibi Bar. ff. de uſucap. Latè Bar. & alij in l. nemo poteſt. de leg. j. dixi in rub. de præſcrip. Et quia omne reſcriptum, uel priuilegium contra ius publicum, habet clauſulam derogatoriam à iure communi, d. l. fi. C. ſi contra ius. meritò requiritur clauſula, Non obſtante, ut ſupra in j. limita. huius 2. fallen. Et quòd in iſta materia præſcriptionis lex habeat clauſulam derogatoriam, expreſſè firmat Cy. ubi ſupra. & Bal. ibi allegans l. præſcriptio. in uerbo, ſed nec reſcripta. C. de ope. pub. ¶ Per prædicta igitur uidetur hanc 2. fall. poſſe procedere, quicquid dicat hic do. Abba. Nec obſtant gloſſ. per eum allegatæ, quia non loquuntur, ubi conceditur priuilegium, ſed reſcriptum, nec eas ſequitur Bar. in d. l. fi. C. ſi contra ius. Similiter non obſtat glo. j. in l. ſi non ſpeciale. C. de teſta. quia, ſecundum Lud. & Raph. ibi intelligitur de reſer. Licet tex. & glo. ibi utuntur hoc uerbo Priuilegio, tamen ipſi non aduertunt ad prædicta. Et ſic etiam poteſt intelligi glo. in l. ſi maritus. §. j. in uerbo, cognitionem. ff. de adul. Si autem priuilegium non ſolum tollit ius commune, ſed etiam ius tertij [b], non ualet, ſi non habet clauſulam Non obſt. uel æquipollentem, ſecundum Bar. in d. l. fin. C. ſi contra ius. quem ad hoc no. Nic. Myl. in reper. in uerbo, priuilegium. §. 14. in fin. Pro quo uide do. Abb. in c. pen. de ele. nõ reſi. ubi colligit ex glo. quòd priuilegium lædens enormiter eccleſiam, non ualet, non facta mentione de hac læſione, ob quod poteris infringere multa priuilegia quæ quotidie emanant à curia ſecũdum eum, & facit c. ſuper eo. de offi. dele. cum concord. quæ ibi dixi, & quod dixi de reſtrictione talium priuilegiorũ, ſupra eo. cauſam. ¶ Fallit tertiò d. regula, quando reſcriptum contra ius emanat motu proprio: quia ualet, licet non habeat clauſulam, Non obſtante, ſecundum Ioã. And. in d. c. unico, de exceſ. præla. in 6. ubi etiam pro hoc allegat cle. ſi Romanus. de præben. & gl. fi. ad fi. in c. 2. de mo. peti. Et idẽ not. Bal. in l. oẽs. uer. ſaluo, niſi imperator. C. de quadr. præſc. ¶ Sed de hoc dubitat hic do. Ab. & meritò, quia motus proprius ſolum excludit ſubreptionem, non autem ampliat gratiam ultra intentionem concedentis, ſecundũ Io.

a *Subiecta] Ad quod adde do. Soc. conſ. 33. inci. Circa prædictam conſultationem. verſ. ſextò probatur. in 2. parte, & conſ. 165. inci. Viſis inueſt. iuris. verſ. quartò confirmatur: nam in ſecunda parte.*

b *Priuilegium nõ ſolum tollit ius cõmune, ſed etiã ius tertij] Adde Bar. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſthu. & Bart. in l. impuberi. in i. no. ff. de admi. tu.*

Io. And. in c. ſi motu. de præbē. in 6. & dixi ſatis ſ. eo. ad aures. Sed de mente principis non eſt concedere aliquid cōtra ius, non facta mentione de iure, ut in iuribus alle. in regula. Ergo, &c. Dictum tamen Io. An. fortè ſeruaretur in practica, ſecundum eum. Pro hoc, ꝙ clauſula Motu proprio, nō tollat obſtacula iuris communis, uide Dom. poſt Imo. in c. j. in princip. de ſi. presb. in 6. & Dom. poſt Lap. in ca. ei, cui. uer. uel poteſt dici. de præben. in 6. dom. Abb. poſt But. in c. cum noſtris. uer. & hanc opin. de conceſ. præb. & Dominic. in c. ſi propter tua. de reſcrip. in 6. & multum ſeruiunt, quæ dixi in d. c. ad aures. Non obſtat deciſio Dom. in c. ſi eo tempore. uerſi. ego credo. de reſcri. in 6. dum dicit, quòd ille tex. non habet locum in literis datis motu proprio: quia nō infertur ex illo dicto, ꝙ motus proprius habilitet inhabilem, ſed tollit ſubreptionem, & cum tempore uacatiōis ſit habilis, non dicitur inducta habilitas ex reſcripto, ſed ex tempore, ut patet ex uerbis ſuis. ¶ Et no. ꝙ aliquando eſt prohibita impetratio, & tunc clauſula, Motu proprio, facit ualere impetrationē. Aliquando dicit lex, non ualeat conceſſio, & tunc ſufficit dicere, Non obſtante. Ita declarat Bal. in l. fi. ad fi. ibi, ulteriùs oppono. C. ſen. reſcin. nō poſ. Quæ uerba nō faciunt pro hac fallentia, quia nos loquimur in ſecundo caſu, ſ. ubi nō ualet conceſſio, in quo Bal. nō aperit, an ſufficeret Motu proprio, ſicut ſufficit in primo caſu. Tamen fortè ſenſit ibi Bal. ꝙ fortior ſit clauſula, Motu proprio, quā clauſula, Non obſtante, quod tamen in propoſito non uidetur procedere, per prædicta. Scias tamen, ꝙ licet clauſula, Motu proprio, non habeat uim clauſulæ, Non obſtante, per prædicta, tamen iſtud non conuertitur, quia clauſula, Non obſtāte, bene habet uim clauſulæ, Motu proprio, ſecundum Ab. in c. 2. uer. ſecundò no. de immu. eccleſ. Cui uidetur obſtare dictum c. ſi motu proprio. in fi. de quo ipſe non facit mētionem, ſed poteſt reſponderi ex his, quæ reduxi in c. ſi quādo. ad fi. ſ. eo. ¶ Fallit quartò prædicta regula, quando reſcriptū contra l. emanat ex certa ſcientia principis, quia ualet, licet non ſit in eo clauſula, Non obſtante, ſecundum do. Abb. hic poſt Ioā. Andr. in d. c. unico, quia ſi apparet de certa ſcientia principis, non eſt dubitandum de ſubreptione, ſed credendum, ꝙ uoluit derogare iuri. Et ita etiam no. gl. in c. j. in uerbo, noſcatur. de conſti. in 6. & Paul. de Caſt. conſi. 213. in fi. allegando gl. in c. ad hæc. ſ. eo. tex. in l. idem Vlpianus. ff. de excuſ. tut. Et idem no. Nic. Myl. in reper. uer. priuilegium. §. 34. & dicitur conſtare, quòd reſcriptum emanauit de curia, puta, ſi reperitur regiſtratum in regiſtro Apoſtolico, ſecundum eum. ¶ Pro intellectu huius fallentiæ, quæ maxima eſt & quotidiana, tangenda ſunt tria. Primò eſt confirmanda, ſecundò eſt reſpondendum tribus nouis oppoſitionibus: tertiò eſt limitanda duobus modis. Et erunt adaptata multa per neminem tacta, nec conſiderata, in quibus fuit opus longa cogitatione & ocio. ¶ Pro iſta fallen. uide gloſſ. in l. tutas. in gloſſ. mag. in fi. C. de reſcin. uen. & gloſſ. 1. in l. uniuerſis. C. de preci. impe. offe. & Bartol. Bald. & Nic. de Nea. in l. idem Vlpianus. §. ſunt & alij. ff. de excuſ. tu. qui text. ad hunc allegantur per multos Docto. ſecundum Bald. ibi, intelligendo, quòd illa conceſſio eſſet contra ius, cùm regulariter tutor cogatur adminiſtrare tutelam ſemel ſuſceptam, l. j. in prin. ff. de admi. tu. Cum iſtis concordat Bald. in l. fin. poſt prin. uerſi. ultimò dic, quòd tria ſunt. C. ſen. reſcin. non poſ. & in cap. naturales. uerſic. ſed ego quæro, ſi de feu. fue. contro. inter dominum & uaſ. Et ibi dicit, quòd nō eſt neceſſe, quòd princeps apponat clauſulam, Non obſtante, quando ſcribit ex certa ſciētia [a]. Cum iſtis concordat Nic. Myl. in uerbo, ſcientia certa. allegando tex. & Bal. in d. l. idem Vlpianus. & quod no. gloſſ. j. in c. ex parte. in 2. de offi. deleg. Idem no. Ang. de Are. in l. ſi conſtat. ff. de appel. & Spec. de inſtr. edi. §. nunc autem. uerſi. item oppon. in fi. & in alio loco ibi no. in addi. & Bal. in l. fi. uer. oppono ꝙ iſtud reſcriptum. C. de fruc. & lit. expenſ. & Io. de Ana. cōſi. 71. inci. Viſo inſtrumento adherentiæ. in fi. & Pau. de Caſ. in l. iij. in § ſi is, ꝓ quo. ff. quod quiſque iuris. & pulchrè Bene. de Peruſ. conſil. 157. incip. Fuit diſpenſatum per Papam Martinum. & Arc. Spalatenſis conſil. 81. Martinus epiſcopus. Et dicit Pet. de Anch. conſi. mihi 288. incipien. Vltra alia ſolenniter allegata, quòd ubi princeps ſcienter diſponit, licet aliàs illa diſpoſitio ſit contra ius, tamen intelligitur diſpenſare, remoto iuris obſtaculo. Et quòd narratio principis tantum operatur, quantum clauſula, Ex certa ſcientia, allegat d. l. idem Vlpianus. Adde etiam do. Ant. de But. in ca. j. ſupra eo. uer. aut reſcriptum emanat. ubi dicit, ꝙ ſi conſtat reſcriptum emanaſſe à curia, ita quòd ceſſat præſumptio falſitatis, non exigitur aliqua clauſula, & iſto caſu non eſt uera opinio Legiſtarum, quòd in iure ſit ſemper clauſula derogatoria ad reſcripta, quando reſcribitur contra l. Et pro hoc facit, ſecundum eum, quod no. Hoſtien. in cap. cum olim eſſemus. ſuper gloſſ. 4. in fin. de priui. & in cap. ut debitus. de appel. ubi dicit, quòd in delegatione poteſtatis delegatæ nō eſt neceſſaria mentio ordinariæ. Et iſta uerba ſequitur Domi. in dict. capitu. dicens, quòd de iure canonico reſcripta non habent clauſulam derogatoriam à iure reſpectu uoluntatis Papæ, dū tamen conſtet de mente ſcribentis, licet ſecus ſit de iure ciuili, quia Legiſtæ tenent, quòd ius habeat clauſulam derogatoriam ad reſcripta. Vnde non ualent contra ius, de quo mentionem non faciunt, per l. quoties. C. de preci. impe. offe. Sed, ſecundum Butr. & Domi. in dict. capi. primo. illa opinio poteſt ſaluari in his, in quibus princeps non habet adminiſtrationem liberam, ut fuit no. ſupra titu. proxim. quæ in eccleſiarum. Propter hæc Ioan. de Imol. hic uidetur facere differentiam inter ll. & canones, ut de iure ciuili non ualeat reſcriptum contra ius, licet ex certa ſcientia emanauerit. Allegat Bar. in d. extrauag. ad repri. in uerb. non obſtantibus. per d. l. ſi quis in principio teſtamenti. ff. de leg. j. ¶ Sed ad illam l. dantur inter alias duæ reſponſiones. Vnam ponit Io. And. in c. 1. de conſti. in 6. ad fin. uer. in 6. gloſſ. &c. quòd per uerba illius legis non imponebat teſtator ſibi legem, ſed uoluntatem ſuam diſponebat, & adimebat legata, & hoc poteſt. Aliam reſponſionem dat Io. An. in d. c. unico, poſt Pet. de Bellaper. quod d. l. ſi quis. loquitur in teſtatore, qui cum diſponebat ad uoluntatem ſuam, imputet ſibi, ſi uoluntatem clarius non expreſſit, hic uerò loquimur de principe, qui nō ad ſuā, ſed ſubditorum utilitatē diſponit. Vnde nihil de negotio imputādū, ſi non loquatur apertius. Ad hoc l. ueteribus. ff. de pac. ſecūdū eū, ad literā.

CONFIRMATVR Iſta quarta fallentia per ea, quæ ſcribit But. poſt Abb. antiquum in c. uenerabilis. in fi. de confir. utili. uel inuti. ubi dicit, quòd quando Papa ponit totum tenorem rei confirmatæ in literis confirmatoriis, tunc dicitur cōfirmare ex certa ſcientia, quod procedit, etiamſi in literis cōfirmatoriis ſit adiecta illa clauſula, Sicut ſine prauitate, &c. per illum tex. quem ad hoc no. ibi Abb. in c. nos. Et illa uerba non ſtant conditionaliter, ſed cauſaliter, ut eſt caſus. in c. examinata. eod. ti. quem extollit ibi Abb. in fi. uolens apertè, quòd etiamſi confirmatur actus, qui eſt contra ius, ſufficit certa ſcientia modo prædicto, ſ. per inſertionem tenoris rei confirmatæ, & ſic apertè uult, quòd certa ſcientia æquipolleat clauſulæ, Nō obſtāte. ¶ Ad idem optimè facit, quòd promouere eum, qui de iure eſt inhabilis, eſt facere actum contra ius, c. innotuit. cum ſim. de elec. & tamen ſi princeps promouet ex certa ſcientia inhabilem, ualet promotio abſque alia clauſula, non obſt. l. quidam conſulebant. ff. de re iudic. l. Barbarius. in fi. ff. de offi. præto. c. præterea. & ibi poſt. de teſtib. cog. Et ſic certa ſcientia operatur diſpenſationem. Et no. gloſſ. in l. uniuerſa. C. de preci. impe. offe. Ad idem, quod no. Rota. in titul. de offic. ord. concluſione terna, in antiquis, ubi dicunt, quòd ſi ſuperior unit beneficiū ſeculare uni monaſterio, tacitè uidetur diſpenſare, ut monachus poſſit ibi eſſe, per d. l. idem Vlpianus. dixi aliquid ſupra eo. cum te. & c. poſtulaſti. Et ſufficit, ꝙ princeps ſciuerit de inhabilitate, abſque eo quòd concurrat cauſæ cognitio ſuper diſpenſatione, ut no. Bar. in procem. Decretal. uer. dic, quòd ſi Papa profert. quamuis aliud dicat Vitalis in libr. de clauſulis, fol. 6. in princ. Sed eius dicta procedere poſſunt, quando Papa ſimpliciter ſcribit, non proferendo aliqua uerba, propter quæ inhabilitas demonſtretur: tunc enim uerum eſt, quòd etiamſi ex certa ſcientia ſcribat alio non apparente, non intelligere diſpenſaretur, ut per Butr. in dict. proce. Et pro hoc, quòd ſcientia ſufficiat, quando princeps promouet inhabilem, facit quia agitur ſolum de materia concernente intereſſe publicum, quo caſu non requiritur clauſula, Non obſtante, ut infrà in 7. fallen. Et aſſumptio, quæ ſit de aliquo ad officium cum adminiſtratio-

[a] *Ex certa ſcientia*] *Vide Bart. in authent. hoc inter liberos. C. de teſtamen.*

ne, præſumitur fieri cauſa cognita. Probat in l.j. C.qui,& aduerſus quos. ubi pro electo ad officium eſt præſumptio, q fuerit approbatus pro habili: facit tex. in l.ſi patronus in prin.& quod ibi Bar.ff.de confir.tut. ubi dicitur, quòd eligens præſumitur in dubio habere notam qualitatem electi. Tamen hoc ultimum procedit in ordinario. Sed in Papa non præſumitur notitia eorum, quos promouet, propter multitudinem occupationum, ut latè per Card. in cle.2.de offi.or.¶ Confirmatur etiam iſta quarta fall. quia ex quo Papa dicit ſe facere ex certa ſcientia, ſtandum eſt illi aſſertioni tanquam de facto proprio, cle. j. de proba.& ſic denotatur, quòd non fuit circumuentus per alienam ſuggeſtionem. Vnde ceſſat ratio importunitatis, uel occupationis, ſuper qua eſt fundata prædicta ſecunda regula: & multò magis, quando diceret ſe præmiſiſſe opportunam rei formationē.

¶ Obſtant huic fallentiæ tria motiua. Et primò tex.in d.ca. porrecta.de conſti.uti.uel inuti. ubi illi impetrantes priorat⁹ perpetuos faciebant mentionem, quòd erant religioſi: & ſic habebat Papa certam ſcientiam, & tamē non ualet impetratio derogans iuri. Ad iſtud reſponderi poteſt negādo, quòd per ſolam expreſſionem, quòd eſſent religioſi, induceretur certa ſcientia, ut patet ex dictis Ioann. Andr. & aliorū ibi, qui ponunt modos, per quos diceretur in illa materia conſtare de certa ſcientia, ut ibi per Abb.in 2. no.& in fi.

¶ Conſidera etiam, utrùm attentari poſſet, quòd fortè in caſu illius c.non ſufficeret certa ſcientia, ſed requiritur clauſula, Non obſtante: quia habet clauſulam derogatoriam ad reſcripta. Vnde ſuccedit, quod dicetur in j.limita. huius 4. fallen. Et idem puto eſſe in caſu c.ex parte. de cap.mo.& uidetur eſſe de mente illius tex. quòd ad ualiditatem priuilegij, de quo ibi, hodie non ſufficiat certa ſcientia. Et ideo cùm habeat clauſulam derogatoriam ad reſcripta, requiritur ſpecialis mētio. Patet manifeſtè ex iſto tex. iuncto prin. cum fine: nam in princ. ponitur tenor reſcriptorum, uel priuilegiorum, per quem apparet, quòd Papa ſciebat qualitatem materiæ ſubiectæ: & tamen in fi.dicitur, quòd non ualeant literæ non facta mentione concilij. Ergo eſt ibi caſus apertus, quòd ubi lex habet clauſulam derogatoriam ad reſcripta, certa ſcientia elicita ex reſcripto nō æquipollet clauſulæ, Non obſtante. Quod diligenter not. quia eſt inductio noua.¶ Secundò contra iſtam quartam fallē. opponi poteſt ſic: ubi princeps cōcedit reſcriptum, uel priuilegium, quod in uerbis ſuis eſt directò contra ius, & materia non concernit factum, ſed ius negari non poteſt, quin ibi concernat certa ſcientia principis, per l.omnem. C.de teſta.& cap.j.de conſtit.in 6.& tamen, quando concedit priuilegium, quòd contra priuilegiatum non currat aliqua præſcripto, non ualet, niſi habeat clauſulam, Non obſtante, ſecundum Cy. Bartol.& Bal.in authen.quas actiones. C.de ſa.ſan. eccl. Ergo ſcientia principis non operatur tantum, quātum clauſula, Non obſtante. S o l. Negatur, quòd in priuilegio ſit neceſſaria clauſula, Non obſtante. Patet ex dictis ſuprà in 1. fall. huius regulæ. Non obſtant proximè adducta: quia loquuntur in priuilegio contra l. habentē clauſulam derogatoriam ad priuilegia, uel reſcripta, ut dicunt Doct. prærallegati, allegando l.præſcripto. in uerb. nec reſcripta. C. de ope.pub.& dixi in d. 1.fal.uer.tertiò facit. Modò dicet quiſpiam: Ergo ſemper ualebit reſcriptum contra ius abſque aliqua clauſula inductiua derogationis iuris: arguēdo ſic,& fortiter, ubi eſt clauſula, Non obſtante, uel illi æquipollens, ualet reſcriptum contra ius,& certa ſcientia æquipollet clauſulæ, Nō obſtante. Iſta patet per prædicta. Modò ſic eſt, quòd ſufficit certam ſcientiam elici ex narratis, ut hic per Abb.& eſt cōmunis opinio, de qua ſatis dixi in c.cùm inter. de exce. Et reſcribendo contra ius, conſtat, q Papa ſcit ſe tollere ius, & ſic apparet de certa ſcientia abſque alia expreſſione. Ergo à primo ad ultimum nulla clauſula derogatoria neceſſaria eſt. S o l. Licet argumentum ſtringat, neq; reperiam tactū, neque ſolutum, tamen uideamus, ſi poteſt euadi, conſiderādo duos caſus. Aliquando narratur factum, in quo requiritur diſpenſatio ſuper iure illi contrario, & tamen iſta narratio facti inducit certam ſcientiam circa neceſſariam diſpēſationem iuris, & illa ſufficit ut fuit dictū in d.c.cum inter. Aliquando nō narrat aliqđ factum, ſed ſimpliciter ſcribitur cōtra ius,& tūc non ſufficit certa ſciētia ſubintellecta, quia ſemper ualeret reſcriptum, per prædicta: ſed debet exprimi, q ſit ex certa ſcientia. ſecundum Bal. in l.ſi. uerſi.uel dic, q tria. C.de fru.& lit.expen. Pro quo bene facit gl. fi. in d.c. porrecta. de conſti.uti. uel inut. quæ uult, q non ſufficit, q Papa ſimpliciter ſcribat in materia iuris illi derogando, niſi conſtet de certa ſcientia. Sic etiam procedat gl. in c.ſtatutum. in prin. in uer.literarum. in fi.de reſcri. in 6. Et intellige, dummodò illud ſit contra ius in totum: ſecus, ſi in parte, per id, quod dicetur infra in 8. fal. ¶ Ratio differentiæ inter iſtos duos caſus poteſt eſſe, quia ubi narratur factum, non præſumitur Papa malè informatus, nec per ſubreptionem inclinatus, quia ubi non eſt error, ibi eſt certa ſcientia, ut Bar. in l. ſi.§. pe. ff.de condi.indeb.& in l. ſed & ſi quis.§.fin. ff.ſi quis cau.cum ſim. Et ideo cum conſtet eum non deceptum in facto, meritò ſequitur ſuper facto effectus iuris, & dicitur fieri diſpoſitio ex certa ſcientia. Sed ubi ſimpliciter diſponit contra ius, non ſequitur, habet iura in pectore, ergo non decipitur, quia multitudo reſcriptorum, quæ ipſe concedit, inducit potius circumuentionem, quàm deliberatum animum, ut expreſſè dicit Domi. in c. 1.de conſt.in 6. quem retuli ſupra in regula, attento q reſcripta de ſui natura non ſunt regulariter contra ius, ſed ſecundum ius, & ideo ſi aliquando continet aliquid contra ius, potius præſumitur inductum ex importunitate, quam ex certa ſcientia, ut per gl.in d.c.1. Secus, ut dixi, ubi plena narratio facti infert nō defeciſſe certam ſcientiam Papæ. Ex iſta procedunt, ubi conceditur reſcriptum contra ius. Si enim datur priuilegium, non eſt regulariter opus expreſſione certæ ſcientiæ, quia eſt de natura priuilegij ſit diſponere contra ius, conſtat clarè de ſcientia principis ſemota ab omni errore. Ex quo ibi non cadit æquiuocatio, an ſit contra ius, uel non, quæ cadit in reſcripto, in quo attenta eius natura & origine, poſſet princeps plerunque concedere reſcriptum contra ius, credens, q eſſet ſecundum ius, quæ æquiuocatio inducitur partim ex agendorum multitudine, partim ex communi natura, & ſtylo reſcriptorum, quæ nō ſolent deuiare à iure. Et ad iſtud de priuilegio ſatis dictum fuit ſupra. in 1.fal. huius regulæ. Et ſuper prædictis bene cogita, quia non reperi per alios tacta, licet præmiſerim longam indaginem.

Tertiò. Contra iſtam quartam fallen. uidetur poſſe adduci tex. in clemen. ſi ſummus. in fin. de ſenten. excom. ubi dicitur, quòd ſi ex certa ſcientia Papa nominet, uel tractet aliquem ſub titulo alicuius dignitatis, per hoc nihil noui iuris ei tribuit. Ergo uidetur, quòd non poſſit tantum certa ſcientia, quantum clauſula, Non obſtante, quia ſi diceret, q uellet eum haberi pro tali, non obſtante aliqua l. induceretur promotio,& titulus, per no. in l. quidam conſulebant. ff.de re iudi. & tamen non inducit per certam ſcientiā. S o l. Ibi non agitur de aliquo actu inductiuo nouæ promotiōis tacitè, uel expreſſè: ſed de ſimplici denominatione, in qua certa ſcientia non eſt apta inferre promotionem, neque in actu nominandi poſſet cadere clauſula, Non obſtante, quæ ſolum apponitur, ubi diſpoſitiuè aliquid dicitur, non enunciatiuè. Meritò igitur nō poteſt dici, q ibi certa ſcientia ſubrogetur loco clauſulæ, Non obſtante, quæ ibi cadere nō poteſt. Sed ubi princeps diceret, Volumus ex certa ſcientia te eſſe comitem, & haberi pro comite, uel pro alio ſimili, bene diceretur tunc, q certa ſcientia operetur idem, ac ſi diceret, Volumus te eſſe comitem nō obſtante aliqua l. ſuppla, quæ tibi reſiſteret, quò minus eſſe poſſis, quia iſta ſunt uerba diſpoſitiua, in quibus cadit iſta æquipollentia clauſularū, non ſic in enunciatiuis. Et ex his eſt confirmata & defenſata nobis modis iſta quarta fallen. ¶ Modò eſt dupliciter limitanda. Limita primò hanc quartam fallentiam, niſi princeps ſcribat contra l. habentem clauſulam derogatoriam, quia non ſufficit certa ſcientia, ſed neceſſaria eſt mentio illius iuris, ut latè firmat hic do. Abb. Nec alibi reperi ita clarè. Et inducit uerba Bu.hic,& Ioan. And.in d.ca.unico, de exceſ. præla.in 6. Facit, quod dixi in 4. fal. præcedentis regulæ, q non ſufficit clauſula De plenitudine poteſtatis, quando ſcribitur contra l. habentem clauſulam derogatoriam. Et dicit hic But. & Domi. q non ualet reſcriptum contra hanc decretalem, ſi non derogat ei expreſſè, etiam ſi Papa exprimeret ſe certificatum de diſtantia loci: quia debet ſeruari forma huius capituli habentis clauſulam derogatoriam ad reſcripta. licet Goſ.& Ioan. And. hic aliud dicant, quorum opi. ſeruaretur in practica, ſecundum eos. Quod uerbum no. ¶ Et

pro

pro iſta limitatione Ab. ponderat ſubtiliter gl. in l. j. in uerbo, relinquatur. ibi, niſi ex certa ſcientia. dicendo, Non obſtante l. noſtra, C. de pe. bo. ſubla. lib. 10. uã tex. ibi ponit clauſulam derogatoriam ad reſcripta, dum dicit, quod non relinquatur locus reſcripto aduerſus illam l. & gl. Non dicit ſimpliciter, quod requiratur certa ſcientia, ut derogetur illi legi, ſed ultrà procedit declarando, qualiter dicetur tunc certa ſcientia, uidelicet dicendo, Non obſtante tali l. Ad idem uide gl. in l. omnes. in uerbo, uſurpationem. C. de aquæ ductu. lib. 11. iuncta l. fi. ſi contra ius, uel uti. pub. ubi reſcripta contra remp. habens clauſulam derogatoriam. Et iſtas duas gl. no. Alex. in l. iij. §. ſi is, pro quo. ff. quod quiſque iu. ¶ Et fortè de iſta limi. eſt caſus in d. c. porrecta. de confir. uti. uel inuti. & in d. c. ex parte. de cap. mo. Et intellige hanc limit. in l. habente clauſulam derogatoriam, ſecus in ſtatuto, quia in reſcripto principis illi contrario ſemper ſufficit certa ſciẽtia, ſecũdum Bald. pulchrè in l. fi. in fi. C. ſen. reſc. non poſ. & in l. j. qui bo. ced. poſ. ¶ Limita ſecundò hanc 4. fall. dummodò princeps concedat reſcriptum, uel priuilegium contra l. tantum, uel contra reſpub. quæ ipſius ſunt, uel aliam gratiam faciat, abſque eo quod aliquid ius alicui auferat, uel notabile præiudicium inferat. Sed ſi reſcribit contra uim l. & ius ſingularium perſonarum, non ualet conceſſio etiam ex certa ſcientia, quia imperator non uult eam ualere, niſi apponat clauſulam, Non obſtante. Ita declarat Bal. in proœ. feu. uer. item dicit And. de Iſer. alleg. no. in §. fin. in authen. quibus mo. na. effi. ſui. & quia merè fauorabilia, licet legitimos iuris tramites rumpant, tamen facilius diſpenſationẽ recipiunt, quàm merè odioſa. Allegat l. cum quidam. ff. de lib. & poſthu. Idem tenet Sal. latè in d. l. fi. C. ſi contra ius. allegans etiam glo. j. in fi. in l. iij. §. ſi is, pro quo. ff. quod quiſque iuris. quæ dicit, quòd ubi reſcriptum tollens exceptionem emanauit ex certa ſciẽtia, ubi appoſuit imperator clauſulam, Non obſtante, & ſic non ſufficiebat certa ſcientia, per illam glo. Et idem tenet Bu. in d. c. quæ in eccleſiarum. ibi, aut totaliter. & Alexan. in d. l. iij. §. ſi is, pro quo. propter derogationem talium reſcriptorum, quam facit l. in d. l. quotiens. C. de preci. impe. of. Ideo oportet, quòd per clauſulam, Non obſtante, derogetur illi legi, arg. l. ſi quis in principio teſtamenti. de leg. 3. ſecundum eum. Et idẽ tenet Nic. Myl. in reper. in uer. priuilegium. §. priuilegiũ contra ius. in fi. & Bald. in authen. hoc inter liberos. ad fi. ibi, ſi autem uergit. C. de teſta. & Marti. Laud. in tracta. De reſcriptis & priuileg. §. 3. Bene faciũt pulchra uerba Pau. de Caſt. conſi. 157. inci. Quæſtio illa uertitur. ad fi. ubi dicit quòd clauſula, Ex certa ſcientia, nunquam operatur in præiudicium tertij[a], de quo nõ apparet principem fuiſſe informatum, etiamſi princeps dicat, ſe ex certa ſcientia confirmare actum inualidum. Et dicit Bald. in l. impetrata. C. ſen. reſcin. non poſ. quòd operatur certa ſcientia principis ſolum in his, quæ ſunt iuris, de quibus princeps præſumitur habere notitiam, non autem operatur in his, quæ ſunt ſtatuta conſuetudines. Quod dicit eſſe bene not. Et ſic intellige Bart. conſi. 186. incipien. Ciuitati Camerini. ibi, præterea dicta conceſſio. ¶ Excipiuntur † ab iſta limitatione duo caſus. Primus eſt, quando Papa reſcribit in beneficialibus in præiudicium alicuius. quia cũ in illis habeat poteſtatem pleniſſimam, capit. 2. de præben. in 6. clemen. j. in fi. ut ii. pen. ualet reſcriptum[b] ſine aliqua clauſula, Non obſtante, ſi aliàs conſtat de eius intentione, ſecundum Butr. in ca. quæ in eccleſiarum. & ibi Imo. uer. ſi autem reſcribit. ſupra ut. proxi. Pro quibus faciunt, quæ reduxi ibi. ¶ Secundus caſus eſt, quando agitur de modico præiudicio tertij, quia ſufficit certa ſcientia, per d. l. idẽ Vlpianus. in fi. Quã ita intelligit Alex. in d. §. ſi is, pro quo. Et hoc ẽt uoluit Bar. in d. extrauag. ad reprimendũ. & ſequitur Ab. hic, dũ dicũt, quod ille tex. loquitur in beneficio, appellãt enim beneficium eſſe priuilegium conceſſum contra ius, dum modò non ad præiudicium alterius. ¶ Et licet ibi præiudicetur aliqualiter pupillo, in quantum abſoluitur tutor à tutela tamen illud præiudicium non eſt conſiderabile, tum, quia uenit in conſequentiam ad beneficium conceſſum: tum quia non affert præiudicium diminutiuum patrimonij. Poteſt enim dari alius tutor illo remoto, ut dicit Bar. in d. uer. non obſtantibus. Sic ẽt intelligitur tex. in c. pe. de confir. uti. uel inuti. Ibi enim princeps diſponebat contra ius, ratificando actum de uoluntate partium. Vnde ſola contradictio iuris debet ibi conſiderari, & non partis præiudicium. Ex quibus remanet diſcuſſa clarè iſta 4. fal. ¶ Reliqua de clauſula, Ex certa ſcientia, uide per Nic. Myl. in reper. in uerbo, ſcientia certa. & in locis allegatis, & in alijs repe. Quibus adde, quæ dixi de excep. cùm tex. ubi etiam poſui latè quæſtionem difficilem, quando dicatur conſtare de certa ſcientia principis. Et faciunt, quæ dixi in c. cùm olim. de re iudic. declarando, quando princeps præſumatur circumuentus. ¶ Fallit quintò prædicta regula, ubi in reſcripto eſt clauſula, De plenitudine poteſtatis: quia per illam apparet, quòd princeps uult diſponere ſupra ius, & ideo æquipollet clauſulæ, Ex certa ſcientia, & clauſulæ, Non obſtante, ut ſentit do. Abb. in ea. ad hæc. uer. ex his infertur ſuprà eo. dum expreſſè innuit, potentiorem eſſe clauſulam. De plenitudine poteſtatis, clauſula Ex certa ſcientia[c]. Et iſtam fal. notat Vitalis in libro 2. de clauſulis, fol. 6. Pro quo uide etiam Bald. in ca. cùm acceſſiſſent. in uerſi. item ipſe ſolus ſupra ea. prox. & Baldus in l. eos. in prin. C. de app. & Ioan. de Ana. conſi. 81. & Lud. Rom. in ſing. 464. incip. Dicit aliàs, quòd nunquam. & Bal. in l. ſi. poſt prin. uerſi. uel dic, aut princeps. C. ſentẽ. reſcin. non poſ. Et idem ſentit Bal. in l. ſi teſtamentum. C. de teſta. dum dicit, quòd princeps nunquam uidetur uti plenitudine poteſtatis contra ius, niſi apponat clauſulam, Non obſtante, ita clarè, quòd appareat de eius mente, quòd intendit uti ſupremo iure poteſtatis ſupremæ. Et non dicas, quòd imo Bald. in iſtis uerbis uidetur uelle, quòd clauſula, De plenitudine, non æquipollet clauſulæ, Non obſtante, quia imo uult, quod ſi clarè apparet, quod uult uti ſuprema poteſtate, tunc uidetur dicere, Non obſtante, per ipſa uerba Bal. tacitè intellecta. Poteſt tamen etiam aliter conſtare, quod utatur plenitudine poteſtatis, ut per Pau. de Caſt. in locis, quæ allegaui in d. c. cum inter. de exce. Iſtam fal. ſenſit etiam Ab. in c. inter dilectos. uer. item dico. de fi. inſtr. dum dicit, quòd ubi eſt clauſula, De plenitudine poteſtatis, ibi non poteſt opponi defectus iuris poſitiui, quia tunc uidetur princeps diſponere ſupra ius. Ergo ſequitur, quòd perinde eſt, ac ſi diceret, Non obſtante. Et iſta no. quia iſtam fal. non reperio ſpecialiter tactam, niſi quantum colligitur ex uerbis prædictarum authoritatum.
14 ¶ Fallit ſextò hæc regula, quando † reſcriptum eſt geminatum per ſecundam iuſſionem, quia tunc talis ſecunda iuſſio habet uim clauſulæ, Non obſtante. Ita decidit Io. And. in c. porrecta. de confir. uti. uel inuti. & ſequuntur ibi omnes, * dũ dicit Io. And. quod ſi emanat ſecunda iuſſio, dicitur Papa ſcribere ex certa ſcientia. Allegat text. in authen. de manda. prin. §. deinde. & in §. & hoc uerò iubemus. in auth. ut nulli iudic. & ſequitur Alex. in l. iij. in prin. ff. quod quiſque iuris. ¶ Et ſic no. quod ſuſpicio ſubreptionis, uel falſitatis, quæ eſt in primo reſcripto non habente clauſulam, Non obſtante, uel æquipollentem, purgatur per ſuperuenientiam ſecundi reſcripti. Et quod ſecunda iuſſio habeat uim clauſulæ, Non obſtante, tenet Bu. in c. t. uer. ſaluari poteſt dictum Legiſtarum. ſ. eo. quæ in eccleſiarum. uerſ. quandoque eſt dubiũ de conſti. ubi æquiparat iſta duo, uel quod ponatur in reſcripto clauſula non obſtante, uel quòd emanet ſecunda iuſſio. Idẽ no. Ni. My. in repe. in uerbo, priuilegium. §. priuilegium cõtra ius in fi. Ad idem glo. in c. j. in uerbo, noſcatur. de conſti. in 6. & glo. j. in c. reſcripta. 25. q. 2. & glo. j. in l. nec damnoſa. C. de preci. impe. offe. quæ dicunt, quòd vbi non conſtat de certa ſcientia, debet expectari ſecunda iuſſio, ergo ſecunda iuſſio habet uim clauſulæ, ex certa ſcientia. Bene facit tex. in c. ſi quã. ſ. eo. & ibi de hoc dixi ad fi. uerſi. an ſit uerũ, quod geminatio reſcripti habeat uim clauſulæ, Motu proprio, prout voluit Bald. in d. l. nec damnoſa. Imo dixerunt aliqui, ut refert Cy. in l. fi. in 3. q. C. ſi contra ius, uel utilit. pub. quòd ſemper debet expectari ſecunda iuſſio, quia dato, quòd dicatur in primis literis, Non obſtante, l. nihilominus præſen-

a *In præiudicium tertij.*] Ad quod uide no. per dom. Soc. conſ. 271. in ca. Non proſequẽdo. uer. præterea hoc ſolũ. in 2. parte, ibi uide etiã de clauſula, Non obſtante, an præiudicet iuri tertij.

b *Valet reſcriptum*] Adde do. Abb. in c. ex, quæ de re iudi. in uer. ex quibus omnibus. ut Bar. in l. cõ ſtitutur. in prin. ff. de iure codic.

c *Ex certa ſcientia*] Vide And. Bar. in conſ. quod eſt poſt conſ. 103. Alex. 4. parte.

-ptum contra ius præſumitur falſum, quia falſator reſcripti, ſicut alia poſuit, ita potuit apponere clauſulam, Non obſtante. Tamen iſta opi. communiter non tenetur, ut dicit etiam Butri. in c.j. ē.eo. ¶ Pro quo conſidera, quia, ſecundum iſtā rationem, ſequeretur aliud non concedendum, uidelicet quòd nec ſecunda iuſſio ſufficeret quia ſicut præſumitur falſaſſe, ſecundum iſtos, primum reſcriptum, in quo non eſt clauſula, Non obſtante, ita potuit falſaſſe eorū: Secundum hoc autem non conſideratur per iura prædicta. Ergo iſta ratio non procedit. ¶ pro iſta fallentia facit quia actus geminatus eſt longè fortior, & magis operatur, quàm actus ſemel tantū factus, ut patet ex dictis per Lu. Ro. in l. ſi uerò. §. de uiro. ſo. ma. ff. ſol. ma. ubi poſuit 19. potentias geminationis actus, quas poſtea multi uſurparunt. Et reperitur longa apoſtilla. Alex. in l. cùm ſimus. C. de agric. & cenſi. lib. 11. & ultra Lu. & Alex. dixi aliqua in c. ſi cautio. de fi. inſtr. & plura dicētur alias. Quo ad propoſitum facit, quia non uidetur uerſimiliter cadere error in actu reiterato, ergo præſumitur certa ſcientia. Ad hoc facit gl. in ca. ex literis. in uer. admonita. de diuor. quæ dicit, quòd in confeſſione deliberata non præſumitur error, de qua tamen diſputat Alexā. in l. j. C. de erro. cal. Et ubi actus reiteratur, ibi præſumitur deliberatio, c. ſi quis iratus. 2. quæſt. j. Vnde dicit Bald. in tractatu, De ſchiſmate, quem poſuit in rub. C. ſi quis aliquem teſta. prohib. uer. reſpondeo ſæpe in matrimonio, &c. quòd ubi interuenit ſecunda conſideratio, ibi præſumitur plena deliberatio, per tex. cum gl. in d. §. hoc uerò iubemus. Per quem dicit, quòd qui facit actum bis, non uidetur contra illum poſſe opponere. Facit etiam, ſecundum eum, text. in l. j. §. ſuprà dictis. C. de emen. Iuſtin. cod. ibi, quem repetita prælectio probabit. & facit c. olim ſupra eod. in uerbo, ſemel & iterum, ſecundum eum.

15 ¶ Fallit ſeptimò dicta regula, quando † reſcriptum emanat in fauorem reipublicæ, quia licet ſit contra ius, non requiritur in eo clauſula, Non obſtante, ſecundum Abba. hic latè poſt Bart. in extrauag. ad repri. in uerb. non obſtantibus. per l. quidam conſulebant. ff. de re iudica. in ſi. nam quando reſcribitur ad utilitatem publicam, nulla præcedit clauſula derogatoria, quia lex, reſcripta & l. nec damnoſa. ſæpe allegatæ habent in ſe clauſulam derogatoriam ſolum ad reſcripta ad utilitatem priuatam conceſſa, ſecundum eum. ¶ Conſidera tria. Primò, quid dicendum in omni reſcripto, quod non concederetur ad utilitatem priuatam, nec etiam ad publicam, nam ex iſtis uerbis Bart. uidetur directè inferre, quòd tunc non requiratur clauſula, Nō obſtante, neque æquipollens, non enim fundat ſe Bart. in fauore reipub. ſed in ceſſante ratione l. derogantis reſcriptis. Et multa exēpla dari poſſent, putà, ſi diceretur in reſcripto conceſſo inter clericos, quòd inſtantia litis mouendæ finiret tue triennio, non enim dicitur tollere ius aduerſæ partis, nec ei præiudicare, &, etiam non concernit remp. Vndo uidetur ualere, licet non habeat clauſulam, Non obſtante, & ſit contra ius, de quo in c. uenerabilis. de iudic. Tamen hoc exemplum non affirmo, quia ex peremptione inſtantiæ pereūt acta in præiudicium partis. Aliud exemplum dari poſſet, ſi in reſcripto diceretur, quòd iudex poſſet ferre diffinitiuam ſtando, hoc enim nemini præiudicat, & eſt cōtra ius, de quo in c. ſi. de re iudic. in 6. Nec obſt. quæ dixi in quarta fall. uer. modò dicet quiſpiam. quia, quod ibi dixi, intelligitur, quando reſcribitur contra ius in præiudicium partis, hic uero ſimpliciter contra ius. ¶ Conſidera ſecundò, quòd

16 † omne reſcriptum emanans ad utilitatem eccleſiæ, licet ſit contra ius, & non habeat clauſulam, Non obſtante, ualebit, dum modò non præiudicet tertio. Ita uidetur inferre iſta fal. attento, quòd idem fauor debetur eccleſiæ, qui debetur reip. & maior, ut in c. quid ergo. 23. q. 4. Et ibi dicit gl. & Arch. q̄ ius eccleſiæ dicitur ius publicum, per l. j. §. ius publicum. ff. de inſt. & iur. & j. diſt. ius publicum. & facit glo. in c. j. in uerbo, uictoris. de teſt. in ante. Tamen ſtante prima cōſideratione, iſtud de repub. & de eccleſia non uidetur multùm importare, quia aut reſcriptum alicui præiudicat, & tūc etiam ſi prodeſſet reipublicæ, uel eccleſiæ non ualebit, ſecūdum dicta Bar. & Abb. de quibus ſupra. Aut nemini præiudicat, & tunc nihil ſpeciale in iſtis: quia ualebit pro quolibet etiam contra ius, ut in d. 1. conſideratione. Et hoc modo haberemus maximam limitationem ad totam hanc materiam. ¶ Conſidera tertiò ſubtilius: quod ſi prædicta eſſent uera, nunquam eſſet utilis in hac materia clauſula, Ex certa ſcientia. Probatur ſic: aut reſcriptum eſt ſolum contra legem, & non contra tertium, & tunc etiam abſque clauſula, Ex certa ſcientia, ualebit, per prædicta: quia iura non derogant reſcriptis contra ius, niſi præiudicent tertio. Aut eſt in præiudicium tertij: & tunc non ſufficiet certa ſcientia expreſſa, uel tacita: ſed requiritur clauſula, Non obſtante, ut fuit latè concluſum ſupra in 2. limitatione 4. fal. Et ſic clauſula, Ex certa ſcientia, nunquam aliquid operaretur. Et iſta non reperio ab alijs tacta.

AD SCITANDOS iſtos nouos ſcrupulos cogitabā, ſi poſſemus dicere, q̄ iſta fal. procedat ſolum, prout loquuntur Barto. & Abb. uidelicet quando reſcriptum contra l. reſpicit utilitatem publicā, & non procedit, quando eſt contra l. & non fauet iuri publico, licet noceat priuato. Et dicamus, q̄ ratio propter quam non ualent regulariter reſcripta contra ius, non eſt illa ſola: quia lex ciuilis, de qua in d. l. quoties. & in d. l. nec damnoſa. deroget reſcriptis præiudicantibus tertio, prout iſti dicunt; ſed alia generalis, quam conſiderat gl. in c. j. in uerbo, noſcatur. de conſti. in 6. q̄ princeps in dubio nō quam præſumitur uelle ſubuertere iura, c. eccleſia. lo ultim. de electio. Idem ſentit Innocen. in d. cap. dudum. de deci. dicens, quòd cōfirmatio in dubio non refertur ad actum, qui eſt contra ius, & non diſtinguit, an noceat tertio, uel non: nec etiam iſtud conſiderant allegati in regula. Et loquendo iſto modo non poterimus inferre prædicta, quæ eſſent abſurda. Non enim erit uerum, quòd reſcriptum contra ius nemini præiudicans non exigat clauſulam, Non obſtan. uel æquipollentem, nec erit uerum, quòd clauſula, Ex certa ſcientia, reddatur inutilis. ¶ Et ſi diceres, ergo iſta fallent. non habet fundamentum, quia eſſet contra reſcripta, quæ ſunt pro republica, obſtat dicta ratio de præſumpta uoluntate principis, ad hoc reſponderetur, quòd propter authoritatem Bartol. quam non reperio in hoc damnatam, ſtabit iſta fallentia, & erit hoc ſpeciale fauore reipub. & etiam fauore eccleſiarum propter ſecundam conſiderationem. Et iſtis caſibus non præſumemus principem motum importunitate petentium, ſed intuitu talis materiæ à iure priuilegiatæ. Et ad hoc induci poſſent in ſimili multi alij not. fauores, quos reperio ſparſim in iure deſcriptos in fauorem reipublicæ. Et 14. fauores poſuit Lud. Roma. in l. ſi uerò. §. de uiro. in 2. fallen. ff. ſol. matr. Et facitur, quæ de fauoribus fiſci ponit Bald. in l. j. ad fin. C. de hæredi. uel ac. uen. ¶ Et ultra iſtos uidemus, quòd priuilegium generaliter indultum non includit caſum publicæ utilitatis contrarium, ſecundum Bald. in l. iubemus. la j. in ſecund. not. per illum text. C. de ſacroſanct. eccle. & includere non ualeret, ut ibi, & ſequitur ibi do. Floria. & Lud. Rom. plura allegās, conſil. 434. Idem ſentit Bald. in l. quod ad prætorem. in fin. C. de munic. lib. 11. dicens, q̄ in uerbis generalibus ſtatuti intelligitur excepta utilitas. Vnde ſi conductores ualeat teneri ad certam quantitatem piſtrinum pro quolibet die, & ſuperueniat magna multitudo foreſtium, poſſunt cogi, ut maiorem quantitatem uenalem exponant pro publico honore & commodo: Multa etiam pulchra inuenies per Alex. in l. ſi ex toto. ad fin. ff. de leg. j. dum corroborat opin. Dyn. & communem[a] ibi, quòd generalis conceſſio immunitatis abunctibus non extenditur ad caſum ſuperuenientem nouæ neceſſitatis propter guerram fauore reipub. Vide ibi omnino. Et fauore publicæ utilitatis multa colligi poſſent ab alijs non collecta. Et not. illud, q̄ quando agitur de fauore publico, fit extenſio ex identitate rōnis de ſi milibus ad ſimilia, & in exorbitātibus[a] iure, ſecundum Bartol. in l. ſi conſtante. in princ. in 9. opp. primæ partis, ff. ſol. ma. & gloſſ. in l. illud. in uer. alia cauſa. C. de ſacroſanct. eccleſ. & eſt tex. in l. certa. §. ſed & ſi quis. ff. de leg. j. & ibi Imo. No. Bart. in l. ij. §. exercitus. ff. de infam. per illum text. quem etiam allegat Domi. in c. ſtatutum ante ſi. de elect. in 6. & Dyn. in regula, odia. uer. ſed contra regulam. de reg. iur. in 6. Similiter dixit Bar. in l. quemadmodum. uer. ex hoc ergo patet. C. de agricol. & cenſi. libro 11. quòd ſit extenſio ſtatuti fauore reip. ſicut extenditur lex fauorabilis. Et ideo pena

a In exorbitātib.] Adde Ale. in l. ius ... offi. ... in l. quod Roma. §. Chryſogonus. de uerbo. obli. Et adde, quòd de hoc habetur per Vin. Paleo. in ſuo conſ. quod eſt ante cō ſ. 47. Alex. de l. ... 4. part.

na ſtatuti punientis facientes maleficium, punietur etiam fieri facientes, ſecundum eum: de quo exultat Lod. Ro. conſil. 13. quòd ſtatutum concernens publicam utilitatem dicitur fauorabile & pium. Et dicit Bar. in d. extraua. ad reprimendum: quòd dicitur conſtitutio ſpecialis illa, quæ fauet reip. Et ſequitur Alexand. in l. Neſennius. ad fi. prin. ff. ad l. Falc. Et ſi ſi ſunt duo ſtatuta & dubitatur, quod ſit magis ſpeciale, illud, per quod magis fauet reipublicæ, cēſetur ſpecialius, per tex. no. in l. properandum. §. fi. C. de iudic. iuncta l. fi. C. in quibus cau. in integ. reſ. non eſt neceſ. Ibi enim dicitur, quòd nulla præſcriptio currit minoribus, & ſic in materia præſcriptionum ſatis eſt hoc ſpeciale. Deinde dictus. §. fi. uult, ꝙ inſtantia currit minori, per d. l. properandum. dicitur magis ſpecialis fauore publico dirimendarum litiū. Et iſtam doctrinam pro no. ſequitur etiam Bald. in l. j. in 3. q. ff. de offi. conſo. & Imo. in l. Gallus. §. ille caſus. in fi. ff. de lib. & poſthu. & Pe. de Anch. in rep. ca. canonum. in 2. q. ſuprà tit. proxi. & Paul. de Caſt. in l. non eſt nouum. ff. de legi. & Alex. poſt Bal. & Ang. in l. Titiæ textores. ff. de leg. j. ubi plura ad hoc inuenies. Poſſent prædicta confirmari per tex. in l. ad beſtias. ff. de pœ. ubi licet non appelletur ab executore, l. ab executione. C. quo. app. non reci. tamen ſi damnatus eſt aliquis utilis reipub. debet ſuperſederi executioni, & conſulendus eſt princeps. Similiter dicit Inn. in c. licet. in fi. j. de regula. ꝙ diſpoſitio illius decre. circa petitionem licentiæ, licet non obtentæ, habet locum in omnibus alijs caſibus, in quibus uerſatur publica utilitas: de quo dic, ut exclamat dominus Petr. de Mon. in ſuo tracta. De poteſtate Papæ & concilij, licet non alleget Inno. in d. c. licet. ſed in c. cùm ad monaſterium. de ſtatu mo. ubi hoc non dicit. Et ex hoc infert do. Petr. quòd ſi Cardinales & prælati, qui ſunt ſub obedientia Papæ, petant licentiam eundi ad concilium, & ipſe eam deneget, poſſunt ire ea non obtenta, quando ex hoc imminet publica utilitas eccleſiæ uniuerſalis, fortè ad ſedandum ſchiſma inter duos de Papatu contendentes. Quod bene no. ad multa ſimilia. Et adde bonum textum l. ita uulneratus. ad fi. ff. ad l. Aquil. ubi, multa in iure ciuili contra rationem diſputandi pro utilitate communi recepta eſſe, innumerabilibus rebus probari poteſt. Et habemus ſimiliter text. in capitul. abbate. prope fi. de regular. in 6. Et dicit dominus Abba. in cap. Apoſtolicæ. infra de except. quòd propter utilitatem publicam iudex abſoluit ex officio ab excommunicatione non petentem, per illum tex. quem dicit eſſe bene no. Similiter dicit Inno. in c. cùm iam dudū. ad fi. infra de præben. quòd propter publicam utilitatem eccleſiæ uniuerſalis uiri literati ſunt extollendi ad pluralitatem beneficiorum. Facit c. cum et eo. de elect. in 6. & cap. de multa. in fin. de præben. & c. ſuper Specula. de magiſt. ubi tales uiri uocantur ſtellæ eccleſiæ. Similiter Ludo. Rom. in ſingu. 312. dicit, quòd officiales ſtatutarum poſſunt propria authoritate facere, ut deſtruatur domus alius priuati, ut ciuitas ſit pulchrior, per l. ædificia. C. de ædific. priua. Vult dicere pro operibus publicis. Facit etiam not. dictum Bal. in l. ſi traditio. in prin. C. de act. emp. ubi dicit, quòd fauore publicæ utilitatis poteſt quis compelli ad factum, per not. in l. ſtipulatio. ff. de ope. no. nun. Facit etiam, quod not. Barto. in l. ij. C. de delatoribus. li. x. dicens, quòd quando una cauſa pertinens ad utilitatem publicam, eſt cœpta per unum delatorem, & ille moritur, uel ſe abſentat, poteſt iudex præcipere uni, ut proſequatur dictam cauſam ab alio cœptam, per illum tex. Facit etiam tex. in cap. fin. de tranſlat. ubi diſpoſitio extenditur propter publicam utilitatem. Et dixi in capitu. præcedenti, in 6. limita. Facit etiam, quod not. Bald. poſt Iacob. de Are. in l. ij. C. ad ſenatus ea ſun facto. ubi dicit, quòd ſtatutum nunquam interpretatur contra rempub. in eo, quod poteſt tangere alios: quod dicit menti tenendum. Facit etiam, quod not. Bal. in l. milites. in fin. C. de teſtam. mil. dicens, quòd reſpubl. nunquam præſumitur concedere aliquibus officialibus arbitrium contra bonum publicum, etiamſi det eis plenum, liberum & generale arbitrium. Dixit tamen Bald. in l. ſi mater. in fin. C. ne de ſta. def. quòd reſpubl. ligatur ſtatuto. Facit etiam, quod not. Card. conſilio 141. incipit. Sanctiſſimus dominus noſter. dicens, quòd ſi reſcriptum principis repugnat utilitati publicæ, etiamſi nō ſit contra aliud reſcriptum tamen non eſt ei parendum, per text. in §. deinde competens. in authen. de man. prin. ubi dicitur, expectandam eſſe ſecundam iuſſionem. Facit etiam, quod no. Ioan. And. in addi. Spec. ſuper rubr. de execu. ſen. in fi. probans, quòd ſi princeps non habet locum, in quo poſſit erigere furcas ad terrorem malorum, poteſt compellere habentem locum commodum, ut ipſum ei uendat, & ibi erigantur. Et eſt dictum Old. conſil. 161. ad fin. No. Paul. de Caſt. in l. ſciendum. ff. de ope. no. nun. Facit text. in l. itē ſi uerberatum. & ibi Bald. ff. de rei uend. & text. in l. uenditor. §. conſtat. ff. communia prædi. ubi fauore reipubli. poteſt auferri fundus alteri: de quo ſatis dixi in capit. quæ in eccleſiarum. uerſi. cauſa autem legitima. ſupra titu. proxi. An autem & quando utilitas publica præferatur priuatæ, uide omnino in l. j. ff. ſol. mat. & omnino domi. Abb. poſt alios in cap. fi. de nouis. ubi inuenies duas fal. in quibus præfertur utilitas priuata. Et iſta cōfirmant hanc ſeptimam fallen. & alibi non reperies reducta, ut clarè percipies, permiſſa omnium copioſè ſcribentium indagine, niſi quis fortè poſthac eadem alibi tranſlatauerit. ¶ Fallit octauò dicta re-
17 gula, quando † aliquid conceditur contra ius, non in totum derogando, ſed in aliquo detrahendo, uel differendo: quia tunc non eſt neceſſaria clauſula, Non obſtante, ſecundum Butr. in d. cap. j. uer. aut non habet. ſupra eod. per illum tex. Nam in reſcripto habente clauſulam App. re. non eſt neceſſe, quòd fiat mentio de iure. Ad hoc etiam text. in l. quoties C. de preci. impe. offe. ſecundum eum. Et ſequitur ibi ſimpliciter Domin. & in capi. quoniam. 18. diſt. nam in l. quoties. derogatur reſcriptis, ex quibus tollitur cognitio totius negotij: ſed ubi inducitur dilatio ſolutionis, panditur aditus ſupplicanti. Vult dicere Butr. ut puto, quòd clauſula, Appellatione remota, non eſt contra ius in totum: quia non tollit omnino facultatem appellandi [a]: ſed oportet, quòd appelletur ex cauſa, de qua ſit in iure expreſſum, quòd inducat legitimam appellationem, & ſic nō derogat in totum iuri communi, ſed in aliquo ei detrahit: quia ſine illa clauſula potuiſſet appellare & ex cauſa in iure non expreſſa. Item non tollit, quin per uiam querelæ poſſit recurri ad ſuperiorē etiam ex cauſa iure non expreſſa, licet iudex a primo non teneatur deferre appellationi, ut latius ſcribitur in c. paſtoralis. de appel. ponendo de effectibus dictæ
18 clauſulæ. ¶ Præterea † clauſula App. re. non uidetur derogare ſolum uni parti, & prodeſſe alteri. Quandoque enim operatur etiam pro impetrante, & etiam contra ipſum, ſi fortè reconueniatur, cap. 2. de mutu. peti. Et prædicta poſſunt trahi ad multa: uerbi gratia, quare eſt, quòd ubi committitur cauſa ſummariè ſine ſtrepitu, &c. non apponitur clauſula, Non obſtante, & tamen tollere ordinem iudiciarium, eſt reſcribere contra ius? Patet ex glo. in cap. ſi. de hære. in 6. cum ſuis concord. quia poteſt dici, ſecundum prædicta, ꝙ non abrogatur in totum, quo ad illam cauſam: ſed ei derogatur in parte, ſicut eſt dictum de clauſula, Appellatione remota. ¶ Fallit nonò & ultimò dicta regula, quando princeps reſcribit in his, in quibus habet adminiſtrationem liberam, ut Papa in beneficialibus: quo caſu licet reſcribat contra ius, tamen ualet reſcriptum etiam abſque illa clauſula, Non obſtante, ſecundum But. in d. cap. quæ in eccleſiarum. per cap. 2. de præb. in 6. & clem. j. ut lit. pen. Dicit tamen ſe non credere Papam reſcribendo uelle derogare iuri alicuius, etiam in talibus materijs, per cap. ſuper eo. cum ibi no. de offic. deleg. Et ſequitur ſimpliciter Imo. in d. c. quæ in eccleſiarum. Idem tenet Butr. in c. j. ſupra eo. dicēs, quòd opi. Legiſtarum, qui dicunt, quòd lex habet clauſulam derogatoriam ad omnia reſcripta, quæ ſunt contra ius, non eſt uera in his, in quibus princeps habet poteſtatem liberam. Et hinc eſt, quòd licet delegando cauſam faciat contra ius loquens de poteſtate ordinaria, non tamen facit mentionem de hoc. Alleg. Hoſt. in cap. cum olim. in j. ſuper glo. 4. de priuileg. Et iſta dicta ſequitur Ni. My. in ſuo reper. in uerbo, clauſula. §. 20. & ſic tranſiui in dict. capit. quæ in eccleſiarum. ¶ Sed certè iſta dicta non uidentur bene fundata: quia licet dicta iura probent pleniſſimam poteſtatem Papæ in beneficialibus, ut latius deduxi in d. cap. quæ in eccleſiarum. non tamen ſequitur, quòd eo ipſo, quòd in talibus ſcribit contra ius, uideatur uti plena poteſtate; & ideo

a Facultatem appellandi] Adde Bald. in additio. ad Specul. in titul. de appellat. uerſiculo clauſula, Appellatione remota.

& ideo attentis iuribus & rationibus allegatis in regula, uidetur quòd etiam in iſtis debemus præſumere, quòd etiam ubi nemini præiudicat, non intendat in dubio derogare iuri communi, per d. c. eccleſia. de elec. ¶ Præterea conſidera, quòd ubi agitur de derogando iuri poſitiuo circumſcripto præiudicio tertij, ipſe habet pleniſſimam poteſtatem, adeo quòd multi tenent, quòd ex ſola uoluntate poſſit derogare iuri poſitiuo, ut per Inno. in cap. cùm ad monaſterium. de ſtatu. mo. dixi ſupra. ti. proxi. ca. 1. in prima ampliatione 4. fal. & infra eo. ad audientiam. uer. nihilominus. Attende bene. Ergo ſequeretur, quòd quaſi ſemper reſcriptum offendens totaliter ſolùm ius commune, ualeret, licet nõ haberet clauſulam, Non obſtante. Et tamen hoc nemo concederet: quia etiam ubi non agitur de præiudicio alterius, præſumitur reſcriptum falſum, quando eſt directè cõtra ius commune, niſi habeat clauſulam, Non obſtante, ut dixi ſupra in 4. fall. uerſic. modò diceret quiſpiam. Et ideo uidetur, quòd fundamentum huius fal. reſpiciens plenam poteſtatem Papæ in beneficialibus, non probet ipſam. ¶ Modò circa omnes iſtas fallentias uidetur dari notabilis reſtrictio, uidelicet quòd ubicunque dictum eſt ualere reſcriptum contra ius commune, & ſine clauſula, Non obſtante, debet intelligi, quando illud ius commune eſt notorium & vulgare, ſecus, ſi eſt ſingulare. nam tunc cùm de iure non appareret caſus expreſſus, uel eſt dubium de intellectu iuris, uel conſtitutio eſt extrauagans, quibus caſibus non ualet indiſtinctè reſcriptum ſine clauſula, Non obſtante. Ita no. Butr. in quadam repetitione c. j. uer. oppo. quintò. cum gloſſ. de conſti. in 6. & ſequitur Ni. Myl. in reper. in uerbo priuilegium. §. 14. ¶ Pro quibus adduci poſſet no. in c. paſtoralis. de ſi. uill. & per omnes in l. cum prolatis. ff. de re iud. Ex quibus patet, quòd difficilius eſt recordari & habere notitiã de talibus iuribus, quã de alijs. Et hinc eſt, quòd licet nõ admittatur poſitio iuris, quia ius certum eſt, ut per Bart. in l. ornamentorum. ff. de auro & ar. leg. tamen non poteſt fieri poſitio iuris, in quo cadere poſſit uiſimilis ignorantia, vt eſt conſtitutio iuris extrauag. nõ ſatis notæ. ſecundum Bart. ibi per d. l. cùm prolatis. ubi ſcribentes declarant illud de famoſa, vel valde no. Similiter dicitur quòd ualet ſententia lata contra extrauagantem, ut plenè traditur in d. l. cùm prolatis. & ſcripſi opportunè in ca. j. in 4. limitatione, de re iud. Et de lege obſcura, uel habente uarios intellectus, quando excuſat eius ignorantia, dixi in proœmio Decretalium, in princ. Cæterum ubi extrauagans eſſet nota, non putarem procedere hanc reſtrictionem, quia præſumitur Papa de ea recordari, ſicut de conſtitutionibus in uniuerſis, vt etiam dicitur de iudice, qui ſi ferat ſententiam contra talem extrauagantem, non valet, ut per omnes in dict. l. cum prolatis. & dixi in d. cap. j. uerſi. ſecundus caſus. ¶ Sed cogitabam, quomodo poſſit procedere iſta reſtrictio. Nam aut iſti ſentiunt, quòd ſolũ in iſtis caſibus ſit neceſſaria clauſula, Nõ obſtante, & non in alijs. Et iſtud difficilè ſuſtineretur per ea, quę dicta sũt ſupra. Ex quibus patet, quòd in omni reſcripto contra ius requiritur regulariter clauſula, Non obſtante, uel æquipollens. Aut ſentiunt, quòd etiam in caſibus, in quibus non requiritur clauſula, Non obſtante, quos ſupra enumeraui, debeat dari iſta reſtrictio, uidelicet niſi reſcribatur contra ius ſingulare, & c. ut dixi ſupra. & tunc non uidetur, quòd iſta reſtrictio ſit admittenda: quia fundatur in una conſequentia non concedenda. Concluduntur enim ſic, Princeps ueriſimiliter non recordatur de iure ſingulari & extraordinario, uel de extrauaganti, ergo nunquam præſumitur illi derogare niſi explicaretur, quia regulariter nulla diſpoſitio trahitur ad incogitata & incognita, l. tres fratres. ff. de pac. c. 2. de renun. cum ſi. Nam certè iſtud eſt negandum, quoniam poſſibile eſt, quòd princeps non habeat explicitam notitiam alicuius iuris, & tamen etiam non facta ſpeciali mentione illius iuris intendat illi derogare, putà quando ſumus in fallentijs ſupra ſignatis, in quibus eſt concluſum, quòd non requiritur alia illa clauſula, Non obſtante, etiam quando ſit liberandum priuilegium, uel ex certa ſcientia, uel in fauorem reip. In alijs caſibus concluſum eſt ſupra quòd perinde eſt ac ſi apponeretur clauſula, Non obſtante. Et idem ſi ſic eſt, nõ ſequitur, ignorat aliquid ius, ergo illi non derogat, quia ſufficit, quòd in reſcribendo cogitauerit in genere de omni iure contrario, & quòd intendat contra illud diſponere, etiam ſi ignoret illud

ius, per text. in ſimili bene, ſeruientem in l. qui iure militari. ff. de mili. teſ. ubi ſufficit militem cogitaſſe filium exhæredare in genere, ſi contingeret ipſum habere filium, licet in ſpecie ignoret ſe habere filium. De quo etiam ad ſimilia ſit ſolennis mentio, ut per Angel. ibi, & in l. ſi certi. C. de teſtamen. mili. & in l. tres fratres. ff. de pact. & in authen. res, quæ. C. communia de lega. & in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de uerbo. obliga. & Inno. in cap. ſi. de dona. & Pau. de Caſt. conſil. 2 1 9. Super puncto, in fin. & multum ſimilis. ¶ Præterea ſi eſſet uera iſta conſequentia, princeps non recordatur ueriſimiliter de tali iure, ergo non intendat ei derogare, poſſet multoties ſequi, quòd etiam extra caſus ab iſtis exceptuatos generaliter clauſula, Non obſtante, non ſufficeret, quia multi ſunt caſus in iure, quos princeps ignorat, uel propter iuris ignorantiam, uel propter defectum memoriæ. Quamuis enim dicatur, habere omnia iura in ſcrinio pectoris, capitul. j. de conſti. in 6. illud eſt uerum, quo ad interpretationem, gloſſ. in cap. præterea. 19. diſtinct. quam ſequitur Bald. in l. præſcriptione. C. ſi contra ius, uel uti. pu. & domi. Abb. in cap. ex parte. in 3. de off. dele. Multoties enim fallit cum obliuio in iure, ut in uerbis allegatis per gloſſ. in cap. ſi quando. de reſcript. & per gloſſ. 19. & ibi Docto. in d. cap. j. Vnde dicit Bald. in cap. j. in fin. de conſti., quòd licet Papa ſit doctor utriuſque iuris, ex ipſo quòd eſt Papa, tamen eſt doctor authoritate, non ſcientia. Magis tamen placet præcedens conſideratio, quoniam nam contra eam replicari poſſet, quòd ipſi aſſeſſores Romano Pontifici, & per eorum manus tranſeunt ſignaturæ, reſcripta & legum promulgationes, præſumuntur ſcire iura ordinaria, & ignorare extraordinaria. Et ſic intelligatur cap. j. de conſti. in 6. Diceret modo quiſpiam, ergo quando reſcribitur contra legem, habentem clauſulam derogatoriam, ſufficit dicere, Non obſtante l. abſque ſpeciali nominatione, quia reſcribens cogitat de omni l. obſtante, quod non eſt concedendum, per ea, quæ dixi ſupra in prima regu. §. e. ta. illud procedit propter formam datam a lege, quæ non poteſt ſeruari per æquipollens, ut dixi ſupra. etiam cum delicto. Et ubi requiritur ſpecialis mentio, non ſufficit generalis, cap. qui ad agendum. de procu. in 6. Et licet poſſet princeps omittere ſpecialem nominationem, tamen non præſumitur uelle hoc facere, ne reddat fruſtratoriam uoluntatem prædeceſſoris, qui appoſuit clauſulam derogatoriam. Sed in caſibus prædictis non habemus iure cautum, quòd lex ſolitaria, uel ſingularis, aut peregrina, prout eſt extrauagans indigeat ſpeciali mentione. Ergo ſtabimus fallentijs ſupra poſitis, ut quatenus in ipſis eſt firmatum, quòd non requiritur alia clauſula, Non obſtante, intelligatur, quando reſcribitur contra ius, qualecunque ſit, dummodò non habeat clauſulam derogatoriam. Et iſta no. tanquã nouiſſima, & ab alijs non diſcuſſa.

RESTANT Enumeranda quædam ſingularia circa naturam iſtius clauſulæ, Non obſtante, ordinando 18. concluſiones, ex quibus habebis plura, quàm ponant Mod. dicti-
19 narij in ſuis reper. ¶ Prima concluſio. Clauſula, Non obſtante, aliquo priuilegio, non tollit priuilegia indulta miſerationis cauſa, niſi de ipſis fiat expreſſa mentio, ſecundum. Cyn. in lege j. C. quando imper. inter pupill. & uid. De quo exclamat Marti. Lau. in tract. De priuilegio q. 4. xxxix. dicens eſſe notandum pro pauperibus hoſpitalibus, quibus conceduntur priuilegia immunitatum. Et altera ratio facit, quia dicta clauſula non tollit priuilegia conceſſa fauore piæ cauſæ, putà ad fabricam, uel reparationẽ locorũ piorum, ut eſt text. bene notan. in c. ſi propter. uer. intentionis noſtræ. de reſcrip. in 6. quem extollit Lu. Rom. in l. ſi uerò. §. de uiro. in 24. fal. ſoluto ma. & Vital. in lib. de clauſulis, fol. 6. in prin. addens text. in l. liberti. §. poſthumis. ff. de ali. & ci. le. ubi derogatio beneficiorum ab aliquo collatorũ nõ intelligitur derogare beneficijs, quæ ob cauſam alimentorum relicta ſunt. ¶ Secunda concluſio. Licet expreſſè prohibeatur, quòd reſcriptum principis conceſſum ſuper tali negotio ex certa ſcientia regulariter non ualeat, tamen ſi princeps reſcribit, & in reſcripto dicat, Non obſtante tali lege, ualet reſcriptum, ſecundum Bartol. in l. omnea. C. de aqua ductu. libr. 11. Quod not. pro his, quæ dixi ſupra in 6. ampliatione primæ regulæ, & aliquid dicetur in concluſio. 17.

¶ Tertia.

20 ¶ Tertia concluſio. Obſeruantia † teſtamenti non debet tolli per temeritatem reſcripti a, ſecundum Bal. in l. teſtamentum. in fi. C. de teſta. licet clauſula, Non obſtante, appoſita per principem, deroget teſtamento. Et quamuis eius factum reprehendi non poſſit, l. ij. C. de cri. ſac. tamen iniuſtè agit in ſemetipſum, ſecundum eum. ¶ Quarta con21 cluſio. Clauſula †, Non obſtante aliquo, non tollit determinationem legis antiquæ, ſecundum glo. 2. in authen. de hære. quæ ab inteſt. in prin. & Bar. pulchrè in l. ſciendum. in prin. ff. qui ſatiſ. cog. ubi dicit, quòd per dictam clauſulam non impeditur determinatio, quæ aliàs debet fieri per ſtatutum antiquum. Nam cum text. in d. authen. dicat, Vacantibus prioribus legibus pro hac cauſa poſitis, gloſ. ſupplet, ſ. quæ contra hanc l. facerent. Nec enim aliàs corrigit, quæ ſaluari poſſunt, & ſic lex antiqua, per quam non deſtruitur noua, ſed determinatur, non erit correcta. Vnde dixit Bald. in l. iij. §. quæſitum. uer. decimò fallit. ff. ſi quis cautio. quòd clauſula generalis poſita in fine ſtatuti, uidelicet, Non obſtantibus quibuſcunque ſtatutis, non derogat ſtatutis ſpecialibus. Allegat dictā glo. & tex. in l. ita pudor. C. de adul. ¶ Limita primò, niſi in l. noua dictum eſſet, Non obſtante aliqua l. quæ in contrarium generaliter, uel ſpecialiter loqueretur, ſecundum Bar. in extrauag. ad reprimendum. uerb. non obſtantibus. ad fi. Et ſic non habebit tunc locum l. nam & poſteriores. ff. de legi. quia leges antiquæ non limitabunt, nec diſtinguent legem nouam, ſecundum Bar. quem extollit domi. Abb. in c. ut debitus. neſi. ſecundò notat. de appell. & ibi Philip. decii. quarta ratio. & Baptiſ. in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur. & Paul. in d. l. ſciendum. & ibi Alex. allegans etiam Pe. de Ancha. in repet. cap. 1. de conſtit. ¶ Limita ſecundò, niſi appareat de mente l. nouæ, quod uelit corrigere antiquam, etiā per uerba generalia, quia corriget eam, quamuis ſpecialiter loquentem, ſecundum Imo. in l. ſi uerò. §. de uiro. ff. ſol. ma. Allegat gloſſ. fin. in cap. contra Chriſtianos. de hæret. in 6. & ſequitur Alexan. in authen. ex teſtamento. C. de colla. & in d. §. quæſitum. Pro quo uide Bald. in l. in eum. C. de fur. ubi dicit, quòd licet lex imponat pœnam nouam pro delicto, non tamen per hoc tollitur pœna legis antiquæ, quia plures leges pœnales poſſunt ſuper eodem facto diſponere niſi appareat aliud ex mente legiſlatoris, ut quia certum eſt quòd pœnam antiquam uult aggrauare, uel minorare, nam tunc receſſum uidetur à pœna ueteri, per l. qui cum uno. §. qui poſt. in uer. receſſum. ff. de re mil. ¶ Quinta concluſio. Vbi ſunt plura obſtantia, non ſufficit clauſula generalis, ſed de ſingulis defectibus debet fieri mentio, ſecundū Bal. in l. j. C. de fur. quia qui remouet obſtaculum, inducit effectum. Facit, quod no. in l. ſi quando. in prin. C. de inoffi. teſta. cum concordan. de quibus per eum. Et eſt ſimile, quod dicit Bal. in l. eam, quam. C. de fideicommiſ. de clauſula, Nō obſtante, quæ ponitur in legitimatione circa expreſſionem defectuū, de quo memini latius ſ. eo. c. proxim. ¶ Sexta con22 cluſio. Vbi † princeps derogat ſtatutis laicorum, ſufficit apponere generalem clauſulam, licet non apponat tenorem ſtatutorum b, ſecundum Bald. in auth. omnes peregrini, ante fin. C. communia de ſucceſ. Et hoc eſt no. dignum pro literis Papalibus, ſecundum eum. Et idem ipſe ponit in authen. nauigia. in 1. not. C. de fur. Et non dicas, quòd per hoc limitetur præcedens notabile, ut non habeat locum in reſcripto principis, & quod in eo nō ſit opus nominare plura obſtacula, quia ſecūdum hoc, præcedens dictum nihil importaret, cum inferior à principe nō apponat clauſulam, Non obſtante, ut infra in concluſ. 14. ſed præcedens dictum limitabitur, ut nō habeat locum, ubi remouentur ſtatuta. Et dicit Bal. in ti. de pa. Conſtan. in uer. libellariæ. quòd ubi reſcribitur contra reſcriptum, ſufficit generaliter dicere, Non obſtante, reſcripto, ſed ubi reſcribitur contra l. oportet dicere, Non obſtante tali l. Quod ultimum declara ex dictis ſ. in j. fall. 2. regulæ. Adde etiam Bald. in l. quia autem. ff. ſi quis omiſ. cauſa teſta. ubi dicit, quòd clauſulæ, Non obſtantibus, quæ ponuntur in literis Papæ ad grauandum & firmandum gratiam, nunquam operantur diminutionem, ſeu reſtrictionem, per illum text. ¶ Septima concluſio. Vbi l. prohibet impetrare ſub pœna, & prohibet iudicem, ne admittat impetrationem, ad hoc ut proſit reſcriptum obtentum in contrarium, non ſufficit, quòd in eo ſit clauſula, Non obſtante tali l. quæ prohibet impetrari: ſed oportet, quòd diſpenſet, ut iudex poſſit admittere, aliàs iudex rectè diceret, fateor priuilegium ualere, & te excuſatū eſſe à pœna impetrandi, ſed non poſſum reſcriptum admittere propter prohibitionem l. Ita dixit Barto. in l. neminem. C. de canone frumen. urbis Romæ. lib. 11. Quod no. quia prima facie uideretur oppoſitum, cum enim ſit ſublatū principale, ſ. prohibitio impetrādi, uideretur tacitè ſublatum ſecundum, ſcilicet impotentia iudicis in admittendo, ex quo ſine hoc ſecundo principale ſtare non poteſt. Sed poteſt fortè dici, quòd ex quo ſunt duæ prohibitiones, & ſic duo obſtacula, debent omnia remoueri, ut dictū eſt ſupra in v. concluſione. Et illud de acceſſorio & principali intelligatur, quando diſponens de principali ſcit de acceſſorio, quia tunc præſumitur circa ipſam prouidere, iuxta ea, quæ de extenſione diſpenſationis diximus in cap. præcedenti. Sed ubi non eſt expreſſum per partem de alio impedimento, quamuis acceſſorio, principalis diſpoſitio non operabitur circa acceſſoria, & imputabitur impetranti nō exprimenti omnia oportunè, & licet princeps præſumatur ſcire obſtaculum iuris, tamen in reſcriptis præſumitur catenus cogitare de obſtaculis, quatenus eſt expreſſum, ut patet per plura prædicta. ¶ Nihilominus cogitabitis: quia iſtud dictum Bart. habet ſolum ipſius authoritatem, non autem uidetur probari in d. l. neminem. & non caret ſcrupulo per prædicta. Nam contra ſolu. poſſet inſtari ex his, quæ dixi in d. c. præcedenti, probando, quòd diſpenſatus ſuper uno, uidetur diſpenſatus ſuper alio, ſine quo principale ſtare non poteſt. Ibi enim concurrunt termini ſimiles iſtis, quoniam materia eſt odioſa, & adſunt plura obſtacula, & tamen remoto principali ſunt remota alia, ſine quibus illud eſſe non poteſt. ¶ Si diceres: ergo in omni impetratione ſufficit exponere concernentia actum principalem, & aliorum taciturnitas non nocebit, quando ſunt talia, ſine quibus principale non operatur, negaretur hoc, ſed eſt diſtinguendū, aut illa acceſſoria ſunt facti, & tunc eorum taciturnitas uitiat impetrationem: quia neque implicitè poteſt dici principē cogitaſſe de ipſis: aut ſunt acceſſoria, quæ ueniunt ex iuris uiſceribus: & tūc ſi princeps concedit principale, præſumitur cogitaſſe de remotione eorum, quæ acceſſoriè poſſent impedire conceſſionem ſuam, ut in multis exemplis datis circa diſpenſationes præcedentes, uerſ. limita tertiò. Et ideo cum in propoſito intendat derogare. l. prohibenti impetrationē, profectò uidetur ſublata eadem lex, quatenus prohibet iudicem acceptare reſcriptum, ne conceſſio ſit eluſoria: ſicut ſi diſpenſat ad ſacerdotium, uidetur diſpenſare ad diaconatum, ſine quo diſpenſatio nihil operaretur. Sed poſſes replicare ſaluando Bartol. quòd aut principale, ſuper quo diſpenſatur, comprehendat acceſſorium ex intrinſeca ui uerborum, & tunc procedant dicta in cap. præcedenti. Facit l. quidam conſulebant. ff. de re iudic. Conceſſio enim de promouendo ad ſacerdotium, uel de præficiendo ad iudicandum non habentem ætatem, habet de ſui natura incluſam tacitam conceſſionem diaconatus: & ſic etiam tacitam remotionē obſtaculi ætatis. Et ideo ſicut alibi dicitur, quòd ſolemnitas intrinſeca præſumitur interueniſſe ex ui uocabuli, l. ſciendum. ff. de uerbor. obligat. ita tacita conceſſio præſumitur interueniſſe ex ui cōceſſionis principalis includētis in ſe acceſſorium. ¶ Si uero principale non includit acceſſorium ex natura intrinſeca uerborum, tunc quāuis princeps concedat principale, tamen non uidetur concedere acceſſoriam, ētſi eſt tale, ſine quo principale ſtare non poteſt, ut poſſet mille modis exemplificari. Si enim conceditur reſcriptum contra Titium, non eſt conceſſum, ut impetrans poſſit uti reſcripto, ſi eſt excommunicatus, dato quòd iſtud ſit acceſſorium, ſine quo impetratio non ualet, quia de ipſo princeps non cogitauit, nec uenit neceſſario ex ſimplici conceſſione reſcripti: ſicut etiam in caſu Barto. facultas

a Obſeruantia teſtamenti non debet tolli per temeritatem reſcripti] Adde tu, quid ſi cauſa ſubeſt, & hæres defuncti conſentiret, ut teſtamentum alteraretur: putà, ad alium uſum, quàm ad deſtinatum per teſtatorē, an iſto caſu legatus Papæ, uel epiſcopus poſſit diſpēſare? Vide Card. & alios in cle. ij. de relig. domib. in uer. quartò quæro.

b Tenorem ſtatutorum] Adde do. Alex. de Imol. in conſ. 215. 2. par. ubi plenè, & cōſ. 103. 4. parte.

cultas admittendi reſcriptum nō uenit ex ui uerborū, & intrinſecus ex ipſa cōceſſione reſcripti. Et licet iſtud nō ſit q̄d facti, ſicut illud de excommunicato, ſed iuris, tamen non præſumitur princeps cogitare de iſto iure communi, ubi agitur de conceſſione reſcriptorum, ut fuit probatum in ſecūda regula, niſi ipſum ius commune ueniat ex ui intrinſeca conceſſionis: quia inducit certam ſcientiam, quod non ſit in caſu Bar. ut eſt dictum. Et ideo poſſumus tranſire cū Bar. ut ſic ſublata l. habente clauſulam derogatoriam ad reſcripta, non ſit ſublata eadem l. in quantum impedit iudicem admittere reſcriptum quia rememorando principi primum, non eſt rememoratum ſecundum: non ſic, ubi ex intrinſeca ui materiæ eſt rememoratum utrunque ſ. principale & acceſſorium inſeparabiliter annexum, ut in exemplo de ſacerdotio & diaconatu. Et iſta not. tanquam ſubtilia

23 & per omnia nouiſſima. ¶ Octaua concluſio. Licet † per clauſulā, Non obſtantibus, conſuetā poni hodie in gratijs, derogetur ſtatutis generalibus uia beneficia eccleſiaſtica reſpicientibus, tamen nō derogatur per eam alicui ſtatuto ſingulari, niſi de illo expreſſa fiat mētio. Ita dicit gl. aurea Gui. de monte Laudino in extrauag. ſedes Apoſtolica. in uerbo mutare. de qua exclamat Rota. in ti. de præb. concluſ. j. in nouis, dicens, ita fuiſſe obtentum & ſententiatum in Rota. Et iſtud limitat ibi Rota, dummodo ſit ſtatutum laicorū appoſitum in fundatione, iuxta not. per gl. in c. cū dilectus. ĵ. tit. proa. ſecus ſi eſſet ſtatutum clerici fundatum ex beneficio ſuo, quia talibus ſtatutis patronorum eccleſiaſticorum præiudicatur per clauſulas generales, Non obſtātibus, per no. in c. cum dilectus. de iure pa. Et ita dicunt fuiſſe obtentum. Sed contra hoc ultimum uidetur eſſe conſi. Pet. de Ancha. 16. incip. Dominus noſter Papa & reaſſumitur etiā numero mihi 358. inci. Quæſtio talis eſt, dominus noſter, &c. quod propriè loquitur in fundatore eccleſiaſtico, & uult, q̄ clauſulæ generales, Non obſtantibus, non operentur cōtra tale ſtatutum. Et de iſto conſi. meminit Vitalis in li. de clauſulis, fol. 5. niſi intelligas ipſum, q̄ ibi patronus clericus fundauit de bonis patrimonij ſui, & ſic regulabitur ius patronatus, tanquā laicale. Sed hoc eſt diuinare. Ideo dic, q̄ loquitur, ubi clerici non proceſſerunt ſtatuendo, uel apponendo in fundatione modos & conditiones: quia talibus modis non appoſitis per uiam ſtatuti non derogat clauſula generalis, Non obſtantibus ſtatutis. Et quòd iſta ſit intentio Pet. de Anch. patet in uerbis ſuis in uerbo, opinio ergo Io. And. &c. ubi intelligit dicta Ioan. And. in c. ei, cui. de præb. in 6. de quibus in ſequenti concluſione in clauſula concernente conſuetudinem & ſtatuta eccleſiaſtica. Sed ipſe dicit ſe loqui in pactis & modis appoſitis fundatione beneficij, de quibus non fiebat mentio. Et pro iſta concluſione facit, quod alleg. Imol. poſt Butr. in c. irreſtagabili. §. exceſſus. de offi. ordin. ubi infert ex illo tex. quòd ſi Papa mādat aliquid fieri non obſtante conſuetudine, intelligitur ſublata conſuetudo, quæ reſpicit omnes non autem conſuetudo ſpecifica

24 dās alteri priuilegium. ¶ Nona concluſio. Per † clauſulam, Non obſtantibus ſtatutis, non intelligitur derogatum iuri communi, ſecundum Rotam in d. deciſ. j. de præb. in nouis Allegat Ioan. Mo. in c. cum aliquibus. de reſcr. in 6. & illā ſequitur Nic. Mylus in repertorio, in uerbo, clauſula. in §. j. licet putem, quòd ipſe fortè per errorem dicat. Idem, ſi dicitur, Non obſtantibus iuribus & ſtatutis: nam ſi diceret iuribus, non uideo, quomodo iſtud dictum eſſet uerum. Neq; ſic loquitur Rota in loco præallegato, quæ aliàs eſt num. 3. ut ipſe allegat, & eam reaſſumit Dom. in c. ſi pro clericis. de præben. in 6. ¶ Ex hoc infert Rota, ubi ſuprà, quòd ſi ſtatuto eccleſiæ eſt ordinatum, ut promouendus ad certam capellam debeat eſſe in ſacerdotio, habens literas ad uacaturam in illa eccleſia cum derogatione ſtatutorum, poterit illā habere, licet non ſit in ſacerdotio: ſed cum iſto moderamine, uidelicet quòd infra annum poſſit promoueri, & promoueatur ad ſacerdotium: & ſic differtur ſtatutum, & nō tollitur. Sed ſi non haberet ætatem, adeo q̄ intra annum nō poſſet promoueri, illa clauſula non prodeſt: quia licet tollat impedimenta gratiam, non tamen tollit defectum perſonæ, qui eſt inductus à iure communi diſponente, quòd beneficium ſacerdotale non debet conferri patienti defectum ætatis, capitul. ei, cui. de præben. in 6. & per clauſulam, Non obſtantibus ſtatutis, non derogatur iuri communi, ut eſt dictum.

Et per hoc reprobatur gloſſ. j. & ibi Ioan. Andr. in d. cap. ei, cui. Et prædicta fuit opin. Arch, ubi ſuprà. in qua latè inſiſtit ibi Domi. poſt Lap. & Ioan. de Fant. concludentes contra gloſſ. Quibus adde etiam omnium Alb. in j. parte ſtatutorum, quæſtio, 147. incipien. Statutum alicuius eccleſiæ. in 3. colum. cum ſequen. ubi latiſſimè impugnat Ioan. And. ſubdens, quòd cum Ioan. Andr. exiſtens Romæ fuiſſet de opinione ſua reprehenſus ab uno Cardinali, dixit ſe in ſcholis publicè reuocaſſe opi. dictæ ſuæ glo. Et dicit Alb. quòd poſt ea alia uice fuit à multis obtentum & iudicatum Romæ cōtra Ioan. Andr. Et adde Rotam de præben. concluſio. 38. in antiquis, ubi dicunt, quòd clauſulæ derogatoriæ ſtatutorum, non derogant particularibus ſtatutis requirentibus ſacerdotium in promouendo: ſed differunt. Vnde operantur & ſufficit in proximis temporibus, quòd ſit aptus ordinari, & ordinetur. Et Adde Rotam in tit. de conſtit. concluſione. 3. in antiquis, ubi dicunt, quòd ſtatutum priuilegium & cōſuetudo non tolluntur per generales clauſulas, Non obſtantibus literis Apoſtolicis, niſi de eis fiat expreſſa mentio. Et ad prædicta uide Domi. poſt Lap. in c. ſi propter. de reſcript. in 6. ubi etiam ſubtiliter ponit, quando clauſula, Non obſtantibus, tollat impedimenta: de quo etiam per Old. conſilio. 350. incip. In eccleſia Valentina. ¶ Decima concluſio.

25 † Clauſula, Non obſtantibus in contrarium facientibus, tollit tranſactionem etiam pœnalem, ſecundum Card. conſilio 27. incip. In Dei, &c. in cauſa & q. excellentiſſimi legum Doct. ad fi. per text. in cap. cum aliquibus. de reſcript. in 6, iuncta glo. in uerbo, firmitate. ibi puta uinculo pœnæ. Et iſta generalitas ſufficit ad tollendum, quicquid obſtat, ſecundum eum remittentem ad Bartol. in extrauag. ad reprimendum. in uerbo, non obſtantibus. & Ioan. And. in d. cap. unico, de exceſ. prælat. in 6. Et hoc, quando uenit iſta clauſula ad certum factum firmandum, iuxta l. omnes. C. de præſcriptio. 30. anno. Non autem ſufficit ad inducendam nouam obligationem, puta quòd quis teneatur de caſibus fortuitis. Et ita loquitur l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. ff. ſi quis cau. ſecundum eum: allegat Ioan. Mo. in d. cap. cum aliquibus. Dicit tamen Card. unum, quod non placet, uidelicet quòd etiamſi tranſactio eſſet iurata, ſufficit generalis clauſula, Non obſtantibus quibuſcunque in contrarium facientibus: nam iſtud eſt contra ea, quæ latè diximus in capit. conſtitutus. per illum tex. ſuprà. eo. & no. Lud. conſilio. 393. Et ibi dictis adda elegans conſil. Alexand. mihi deuij. incipi. Viſo puncto & accurate penſato. ¶ Vndecima concluſio. Clauſula tollens obſtacula impedientia effectum, nō includit obſtacula inducentia dilationem, ſecundum Domi. pulchrè in c. ſi propter tua debita. de reſcri. in 6. propter glo. ibi in uerbo, impedit. quam dicit eſſe notabilem pro reſcriptis & priuilegijs, in quibus ponitur clauſula, Non obſtantibus, &c. Et idem not. Cald. in iſto tit. conſi. j. & puto allegaſſe Domi. ſupra. ¶ Duodecima concluſio. Clauſula

26 † Non obſtantibus priuilegijs, non dero-

a gat priuilegijs clauſis in corpore iuris [a] : ut dixi in c. j. uer. fallit tertiò. ſupra eo. & ſupra in iſto c. in j. regula. Adde Bu. idem tenentem in c. fi. uer. ſed eſt dubium. de fo. comp. & Lud. conſi. 298. ubi etiam ponit certos alios caſus, in quibus clauſulæ derogatoriæ non derogant priuilegijs: puta quando ſunt conceſſæ gratia publicæ utilitatis. Tex. per l. decurionibus. C. de ſilēti. lib. 12. quem not. Bal. in locis, de quibus per eum. Alius eſt, quando agitur de priuilegio, cui non eſt uerisimile, q̄ princeps fuiſſet derogaturus in ſpecie, per no. per Ioan. And in c. ei, cui. de præbend. in 6. ut latius per eum. Et hic adde, quòd ſi dicitur, Non obſtantibus omnibus in cōtrarium facientibus, non intelligitur derogatum priuilegiis continentibus liberalitatem principis: ut pulchrè per Oldra. conſilio 300. Factum tale eſt, magiſter militiæ. poſt princip. uer. ex iſtis ergo. ¶ Tertiadecima concluſio. Clauſula, Non obſtantibus, non eſt neceſſaria, quando per id, quod diſponitur, redit ad

a Priuilegijs i[n] corpore iuris clauſis] Adde in Bart. qui id tenet in l. ij. §. legatus. ff. de iud. ubi dicit, q̄ talis clauſula intelligitur de priuilegio ſpeciali non corpore iuris clauſo. Idē tenet Pau. de Ca. in l. i. ff. de legi. Bar. in extrauag. ad reprimendum, in uerſ. non obſtante. Vide etiam per Scribentes in auth. qua in prouincia. C. ubi de cri. agi oportet. Adde ad iſta ea, quæ poſui ſ. in iſto tex. in materia priuilegiorū.

ius

ius commune. Ita dicit domi. Maria. in repe. c. qualiter & q. 5. art. 55. de accuſ. Allegat Bal. in l. ſi quis per calumniam. in fin. in aliquibus lecturis, C. de epiſc. & cler. Tamen hoc non dicit in lectura mea. Et confirmat domi. Maria. à ſimili, per id, quod not. gl. in c. j. in uerbo, numerandum. de præb. in 6. per quam probatur, ſecundum eum, quòd in materia correctoria poteſt fieri extenſio & larga interpretatio, quando per ipſam reuertimur ad ius commune. Et ad hoc alia ſimilia poſſunt adduci, quæ ſatis plenè poſui in c. cum acceſſiſſent, ſ. tit. prox. ¶ Conſidera, quòd ſi hoc dictum eſſet uerum, ſequeretur, quòd ubi reſcribitur contra priuilegia, uel ſtatuta iuri contraria, non eſſet opus clauſula, Non obſtante: quia per talia reſcripta reuerteremur ad ius cõmune. Et hoc non eſt concedendum. Præterea ſequeretur, quod ſi ſcribitur contra ius commune nouum, & correctoriũ iuris antiqui, non eſſet neceſſaria clauſula, Non obſtante, quia reuertimur ad ius commune antiquum, quod eſſet abſurdum, quoniam lex abrogata & correcta non habetur in conſideratione, ut per glo. in c. j. ſ. tit. proxi. & in c. nouit. de iudic. cum ſimilibus. Et illud ius nouum, eſt ius commune tradienm obſeruantiæ, & ideo ipſius mentio eſt neceſſaria. Præterea ſi per reſcriptum reducimur ad ius commune, clarum eſt, quod non eſt opus clauſula, Non obſtante, quia ipſum ius non obſtat. Et ideo cogitabimus, quando iſtud dictum
27 poſſit uerificari. ¶ Quartadecima concluſio, Nullus † inferior à principe poteſt apponere clauſulam, Non obſtante iure communi, ſecundum Bald. in l. reſcripta. uer. clauſula, Non obſtante. C. de preci. impe. offer. & l. cunctos populos. in lect. uer. tertiò probatur. C. de ſum. tri. Facit glo. in c. ſi. de hære. in 6. de qua per Angel. & Imol. in l. nemo poteſt. ff. de leg. j. Dixi ſatis ſ. eod. c. j. quòd legatus non tollit ordinem iudiciarium, & facit, quod eſt dictũ ſ. in j. regula, in prima declaratione ſecundæ fallentiæ, probando, quòd inferior à principe non apponit cauſulam, Pro expreſſis habentes. ¶ Quintadecima concluſio. Licet per clauſulam, Non obſtante, non augeatur gratia, cle. j. de præb. tamen declaratur intentio circa conceſſum. Ita dicit formaliter Bal. in l. cum, quam. uerſ. ſed pone. C. de fideicom. Quod no. ad illam cle. de qua feci longam mentionem reductis in ſimul pleriſque dictis aureis & non tritis, in c. licet. de offic. ordin. ¶ Sextadecima concluſio. Clauſula derogatoria ſpecialis debet habere poſt ſe generalem, putà, Non obſtante tali l. uel quacũque alia, ſecundum Bald. in l. unica, §. ſi. ad fin. C. de Lati. liber. tol. per illum text. in uerbo, taceat lex Iulia. & ſi qua alia obſtat. Nec reperitur alibi melius iſtud formularium, ſecundum Bald. ibi, qui etiam reputat illum text. ualde notabilem, dum dicit, quantum in ea parte, quia probat, quòd clauſula reuocatoria legis, uel ſtatuti contrarij, reuocat eatenus, quatenus repugnantia reperitur, & non in alio, & ſic lex, uel ſtatutum poteſt pro parte ualere, & pro parte non; per illum text. cum gl. quam dicit eſſe ſingularem & menti tenendam. Quod etiam pulchrè ponit Lud. conſil. 57. In cõnertente. & facit optimè, quod ipſe not. conſil. 522. In caſu propoſito. uer. his tamen non refragantibus. ¶ Decimaſeptima concluſio. Vbi princeps approbat factum damnatum, requiritur clauſula, Non obſtante. Idem, ſi factum non eſt damnatũ, ſed eſt ei data forma, ut requiratur hæc clauſula. Ita dicit Bal. in extrauag. de pa. Conſtã. in uerbo, libellariæ. uer. illud etiam. ¶ Decimaoctaua & ultima concluſio. Quæcunque dicta ſunt de præſumpta uoluntate Papæ in derogando iuri, puto habere locum etiam in reſcripto Papæ, quod eſſet ſolum contra ius ciuile, & non contra ius Canonicũ, per c. j. de ope. no. nun. cum multis alijs, quæ adduxi repetẽdo c. eccleſia. ſ. tit. proxi. in j. q. in princ. Per quæ apparet, quod non minus afficitur Papa conſeruatione iuris ciuilis, quam Canonici. Et hoc intellige, niſi lex ciuilis explicite, uel implicitè eſſet contraria iuri cannnico, uel diuino, quia de tali l. non curat Papa, imo eam reprobat, ut fuit dictum in d. c. eccleſia. ¶ Et ex prædictis habes ordinatam & diſcuſſam iſtam materiã de clauſula, Non obſtante, a longe opulentius, quàm per alios Scribẽtes hic, uel alibi, de qua uide etiam aliquid per Imol. in cle. dudum. §. huiuſmodi. in fin. de ſepult. poſt Gul. de monte Laudino: cuius uerba dicit ibi Imol. eſſe modicæ utilitatis, ideo non refero. ¶ Scias etiam, quòd ſi eſt narratum, quòd aduerſarius gaudet beneficio certi priuilegij, & certi ſtatuti, & petitum eſt cauſam cõmitti non obſtantibus prædictis, ſimplex ſignatura dicens, talis audiat & iuſticiam faciat, non derogat illis. Ita reperio ſcriptum in apoſt. Alex. in l. ſi. C. ſi contra ius, uel utili. pub. Alleg. Rotam deciſ. 376. quam non reperio. Nec puto iſtud dictum procedere, per ea, quæ dixi in c. ſuper literis. in quarta regula, ſ. eo.

a *De clauſula, Non obſtante*] *De qua etiam uide do. Alexan. de Imol. in ſuo conſil. 27. j. parte, & do. Soci. conſilio 86. incipien. In cauſa communitatis Caſtri. uer. ſecundo probatur dicta cõcluſio. in j. part.*

28 VLTERIVS Tangunt hic Io. And. & alij, quid † ſi reus ſuccubuit in cauſa principali, & appellat, nunquid in impetratione habebitur reſpectus ad diœceſim ſuam? in quo uide, quæ, ſcribit hic Abb. & dic, ut per eum. Et faciunt, quæ ipſe ponit in c. dilecti. de except. Et conſidera, quid ſi reus appellans impetrat reſcriptum appellationis in loco diſtante etiam à ſua diœceſi ultra duas dietas? certè per dicta Ab. hic uidetur, quòd reſcriptum ualeat: quia non poteſt dici, quòd reus originaliter trahatur, ex quo ſponte ſeipſum elongat, nec originalis actor poteſt conqueri, ex quo proprie nõ eſt reus. Et ſic licet Abb. dicat, quòd poteſt impetrare ultra duas dietas à loco non remoto à ſua diœceſi, tamen eiſdem rationibus uidetur, quòd idem, ſi locus eſſet remotus ultra duas dietas. Et pro dicto Ioan. Andr. & opin. communi uide Cal. in diſputatione, quæ incip. Statuto ciuitatis.

29 TANGVNT Etiam hic Doc. quid ſi † in reſcripto ſit mentio de hac cõſtitutione, nũquid reus poſſit indifferenter trahi extra ſuam diœceſim? Ioan. Andr. poſt antiquos dicit, quòd non, ſed ſolum per b quatuor dietas: b arg. c. ſedes. ſ. eod. Fatetur But. quòd in practica ſeruaretur hæc opin. ſed in iure dubitat, ex quo enim derogatur huic conſtitutioni, ſumus in terminis Iuris communis, ſecundum quos licebat priùs indifferenter trahere. Reſpõdet ad c. 2. 5. q. 2. ubi ſecundus terminus non debet eſſe maior primo, & ſic locus aditus non debet eſſe maioris diſtantiæ, quàm ibi dicitur, quòd ſic debet fieri, ſed ſi non fiat. nec determinetur, nihil dicit. Reſpondet etiã ad d. c. ſedes. quòd illud procedit, quia ſic ibi determinatum eſt, aliàs dictio Alius, bene comprehendit maiora, ut ibi no. Vel ibi illa enumeratio reſtringit genus, ſed hic determinatio rumpitur per reſcriptum. Reſpondet etiam ad cap. 2. de deci. in 6. ubi ſecunda conceſſio ſuper decimis debet eſſe ſimilis primæ, quia loquitur, quando expreſsè ad inſtar petitionis antiquæ fuit facta conceſſio. Et iſtam opin. ſequitur Domi. hic, referens Cald. hic dicere, quòd Bononiæ fuit obtentum contra Ioan. And. licet opi. eius habeat æquitatem. Sed opin. Ioan. Andr. ſequitur hic Pet. de Anch. per d. c. ſedes. arguẽdo de perſonis ad loca, iuxta l. unum. ff. ſi cer. pe. Et idem Imol. hic. Et iſtam opi. Ioan. And. approbat hic do. Abb. quando ſit commiſſio in loco ueriſimiliter Papæ ignorato; quia non eſt credendum, quòd per uerba generalia uoluerit reum poſſe trahi ad loca remota, argu. c. 2. de reſcript. in 6. Sed ſi commiſſio fieret in loco ſatis noto, tunc ſequitur opin. Butri. Quia ex quo facit mentionem iſtius conſtitutionis, & commiſit in loco ſatis noto, uidetur uoluiſſe indifferenter, ut poſſit ibi conueniri, argum. l. idem Vlpianus. ff. de excuſ. tut. Et iſtam partem ſequitur hic Andr. Sic. dummodò cauſa ſit modica: quia tunc non trahetur ultra quatuor dietas, per text. in l. cùm poſt. C. de ſen. de quo fuit dictum in principio huius c. Si uerò cauſa eſt magna, ſtabitur arbitrio iudicis, ut conſideret remotionem loci, ad quem trahitur reus extra diœceſim, arg. gloſſ. in d. c. ſedes. quæ dicit ſtari arbitrio iudicis, quæ cauſa ſit grauior. ¶ Conſidera, quod uerior uidetur opi. Ioan. And. cum limitatione domini Ab. per d. l. idem Vlpianus. quam etiam in ſimili ponderat Ab. conſil. 55. Et facit, quod no. Ioan. And. in regula, qui tacet. in fi. de reg. iur. in 6. in Mercur. & do. Abb. in diſputa. incip. Augerio. uer. ampliando terminos, &c. Et conueniunt doc. plenè in l. quidã conſulebant. ff. de re iudic. & in c. ueniens. de fil. presbyt. & quæ dicta ſunt ſ. in 3. fal. de certa ſcientia Ex quibus probatur latè dicta concluſio, quod ex quo Papa ſcribit dando iudicem in loco, quem ſcit diſtare ultra plures dietas, & derogat huic cõſtitutioni, uidetur uelle, quod iſte text. non obeſſet. Et ſic ſtat motiuum Butri. Et conſidera, quod

b *Quatuor dietas*] *Quomodo autem intelligantur dictæ dietæ, de quibus ſit mentio hic, uide in Spec. de cita. §. j. circa prin.*

But.

But.hic in lect.mea uidetur poſuiſſe opi. quam ponit Abb. dum in fi. huius articuli dicit Butri. ꝙ ſi locus eſt expreſſus in reſcripto, procedit opi.ſus, ꝙ tunc non habeamus conſiderare numerum dietarum, poſtquam locus eſt expreſſus. Sed ſi locus non eſt expreſſus, tunc procedat opinio Ioan. And.ſecundum eum, licet Ab. & etiam Imol. hic non referant eum hoc modo. Et dicit Imol.ꝙ opi.Ioan.An. ſeruaretur in practica. Et pro limitatione dn. Ab. facit etiam optimè, ꝙ dictum eſt ſ. in princ. de commiſſione facta delegato notoriè reſidenti in certo loco diſtante à ſua diœceſi, dum fuit dictum de epiſcopo in tali loco morante, quia cenſetur derogatum omni exceptioni dietarum. Ad idem, quod not. Bal.hic, dicens, ꝙ ſi Papa committat cauſam Peruſinorum epiſcopo Florentino, ualet commiſſio tanquam facta ex certa ſcientia, quia aliter non poteſt intelligi propter diſtantiã loci. Et iſtud fuit dictum Ioan. And.hic, & loquitur, quãdo Papa exprimit in reſcripto diſtantiam loci, ſeu ipſa loca. Sed non placet Bu.quia hic datur forma particularib.reſcriptis, à qua nõ præſumitur Papam uelle recedere, niſi ponatur clauſula derogatoria, per ea, quæ dicta ſunt ſ. in j.regula, ſed proximè dicta loquuntur, quando expreſſè derogat huic conſtitutioni, & exprimit loca, ſciens eorum diſtantiam. ¶ Et ultra ea, quæ dicuntur hic circa computationem dietæ, tanguntur aliqua dubia, per Doct.in c.olim.j. de exceptio. ubi inuenies, utrum citatus teneatur uenire ad allegandum ſe diſtare ultra unam dietam, & quæ uia attendatur in computatione dietæ, & quædam alia, de quibus ibi, ubi de his opportunè ſcripſi.

30 Colligo Etiam † ultra Scribentes hic 11.caſus, in quibus non habet locum iſta exceptio de duabus dietis, præſuppoñdo, quòd hodie ſint redactæ iſtæ dietæ ad unicam, per c.ſtatutum.§.cum uerò.de reſcrip.in 6. ¶ Primus caſus eſt, quando iudex poteſt ſe appropinquare non exeundo locum commiſſionis, quia tunc non attenditur, ꝙ à loco rei uſque ad ſolitum locũ iudicis ſit una dieta, ut hic per Abb. Et de hoc dictum eſt ſ. in prin. ¶ Secundus caſus eſt, quãdo ſcribitur alicui delegato exprimendo locum moræ, adeo ꝙ colligitur, Papam non curaſſe de diſtantia loci. Et de hoc dictum eſt ſ. ante prædictas regulas. ¶ Tertius & quartus caſus ponuntur in text. uidelicet ubi de communi conſenſu partium, & ubi derogatur huic conſtitutioni. Circa ſecundum ſatis eſt dictum ſ. De primo, ſcilicet de conſenſu, dicunt hic Doct.ꝙ gl.hic olim dixit uerum, ſed hodie, ſi impetrantur ab una parte ultra dietam, non poſſunt literæ approbari ab alia parte, per c.ſtatutum.in fi.eo.tit.in 6.de quo dixi in d.c.olim.de except. Qualiter autem partes conſentiant etiam in actu impetrationis, & quis eſt ſtylus curiæ, dic, ut hic per Hoſ.& Io.An.quib.nihil adderem, & eos ſimpliciter referunt Butr. Imol. & Domi.hic. Et dicit notanter Arch.in c.ſtatutum.§. cum uero.in uerbo, à fine.de reſcript.in 6. quòd actor remotiſſimus poteſt reconueniri à reo per ſuas literas ab ipſo actore impetratas, quia cum iſta conſtitutio ſit introducta fauore rei, poteſt ei renunciari. ¶ Conſidera bene ſuper hoc dicto Arch. quòd alij non referunt ibi, nam ſi reſcriptum trahit reum ultra dietam, non poteſt etiam de eius conſenſu effici ualidum, ut dixi. Si autem trahit infra dietam, uel derogat conſtitutioni, cap.ſtatutum tunc poteſt iſtud dictum importare, quòd actor in illo loco poteſt reconueniri, & ſic erit dare caſum, in quo ille, qui fingitur actor, prout eſt reus in actu reconuentionis, trahit quem ultra dietam, uel cogit ibi reſpondere. Et pro hoc facit æqualitas, quæ ſeruatur in materia reconuentionis, in qua actor recipit contra ſe, quod prius uoluit pro ſe, c.2. de mu.peti.3.q.8.cuius in agendo. ¶ Quintus caſus eſt, quan-

31 do † quis conuenitur in loco, ubi ſita eſt res, de qua litigatur, ut habetur per domi.Abb.in c.ex parte B.de for.compe. quia iura indiſtinctè dicunt, quem poſſe conueniri, ubi res eſt ſita, l.fi.C.ubi in rem act.c.fi.de for. compe. ſicut etiã ratione contractus, c.dilecti. eo. tit. Et allegat Innocen. in illo c.dilecti.qui hoc confirmat in reo conuento coram delegato. Ponit etiam Abb.in d.c.ex parte. ſi reus conuenitur extra locum, ſeu diœceſim, ubi res eſt ſita, utrum computatio dietarum poſſit fieri à loco rei ſitæ? Et concludit, quòd non, niſi concurrat aliud, uidelicet quòd reus habet domicilium, licet non principale in loco, ubi res eſt ſita, quia iſtis duobus concurrentibus, illud uidetur ſuum domicilium principale, quo ad cauſam ſubiectam, per illum tex. Et iſta dicta domi.Abb. ualde commendat ibi Maria.& Andr. Sic.& dn.meus de Aret. Ad iſtum caſum adde, quæ dicentur poſt Imol.& Abb.j.c.prox. ¶ Sextus caſus eſt, quando quis promiſit ſoluere, ubicunque requireretur, ſecundum Inno.in c.dilecti.de foro compe.& ibi refert do.Abb.quia ſicut iſte poteſt conueniri coram quocunque ordinario, ita coram delegato Papæ, cum Papa ſit ordinarius in quolibet loco, 9.q.3.cuncta per mundum. Et ſic nulla iniuria ſit conuẽto, cum contrahendo tacitè ſe obligauerit. ¶ Septimus ca-

32 ſus eſt quando † delegatus non eſt deputatus ſpecialiter ad cauſam, ſed ad totum unum territorium, uel prouinciam, quia poteſt trahere ultra unam dietam, ſecundum Domi. in c.ut officium.§.fin.de hære.in 6.propter dictum Arc.ibi, ꝙ dicit ſe allegaſſe in facto, cum Papa commiſiſſet Archiepiſcopo Florentino & alteri, ut inquirerent contra intruſos in toto dominio Florentinorum, ut poſſet ultra unam dietam, uel extra ciuitatem Florentinam trahere, ea quia erant deputati ad totum territorium Florentinum. Et facit, quod dicetur j.in 11.caſu. ¶ Octauus caſus eſt, quando inſpecto tempore impetrationis nõ erat diſtantia duarum dietarum inter diœceſim rei, & locũ impetrationis, quia licet ea poſt diuidatur una diœceſis in duas, adeo ꝙ fines reſtringuntur, tamen iſta reſtrictio & præſens ſtatus nõ attenditur in propoſito, per text.in extrauag.Ioan.22.quæ incipit, ſedes Apoſtolica.§.fi.de qua fit mentio per Ioan.Andr.& Domi.in c.ſtatutum.§. cum uerò. de reſcript.in 6. ¶ Nonus caſus eſt,

33 quando † cauſa delegatur in curia, quia de ſtylo curiæ non habet ibi locum hæc decre. ſecundum Compoſt.Ioan. And. But.& Imol.hic, limitantes, niſi aliquis eſſet priuilegiatus, ꝙ non poſſet trahi ultra duas dietas, non facta mentione de priuilegio, nam ſi Papa ſciuiſſet iſtud priuilegium, uериſimiliter uoluiſſet ipſum ſeruare, aut ſaltem difficilius reſcripſiſſet, quæ ratio ceſſat, ubi dat reſcriptum in curia contra non priuilegiatũ. Et ita dicit Compoſt.ſe obtinuiſſe. ¶ Decimus

34 caſus eſt † in executoribus gratiarum, in quibus non habet locum iſte text.ut uidetur uelle Arc.in d.c.ſtatutum.§. cum uerò. Et idem Bal.hic per iſtum text.in uerbo, ad iudicium. attento, ꝙ coram talibus non eſt propriè iudicium in figura, licet aliquando fit per cognitionem ſummariam. Sed Bu.& Imol.hic, allegando Rotã, intelligunt hoc eſſe uerũ, niſi in reſcripto eẽt clauſ. Vocatis uocandis. [a] Et idem uidetur dicendum, ſi executores uellent aſſumere uiam iudicialẽ, prout poſſunt, iuxta not.in cle.j. de offic. dele.& per Innocen.in c.fi. j.de præſum. quia iſtis caſibus habet locum iſte text. etiam in executoribus. Et ita dicit Bu.hic ſe cõſuluiſſe. Et idem ſentit Bal.hic. ¶ Adde Rotam in iſto ti. concluſione 30.in nouis, quæ incipit, Ex hoc apparet.& in tit. iſto deci.16.in antiquis, quæ incipit, No. ex hoc. ubi firmat iſtud, quòd executores dati cum clauſula Vocatis uocandis, nõ trahunt partem ultra unam dietam. Et ui de Old. conſ.295. Orta materia quæſtionis.ubi ponit utrunque dictum, uidelicet quòd in executore mero non habet locũ iſte text. ſecus in mixto. ¶ An autem in iſtis habeat locum diſpoſitio c.ſtatutum. in princ.eod.tit.in 6.uide Rotam eod.tit. deciſ.31.in nouis, & eod.titu.deciſ.25.in antiquis, & lattiſſimè de reſcrip.deciſ.7.in antiquior. ex quibus ſua poteſt colligi in hoc pulchra diſtinctio, ſecundũ Domi. in repe.c.poſtulaſti. ſ.eo. Et per prædicta refert hic do.Cal.q.facti, in quo Papa commiſerat archiepiſcopo Rauennatenſi, ut faceret poni in loco ſecuro quẽdam nouitium fratrum Prædicatorum ueſtitum ab eis Florentiæ, quem parentes repetebant tanquam ueſtitum inuitum, & cõmittebatur, ut requireretur de eius uoluntate, ꝙ talis commiſſio ualuit, non obſtante locorum diſtantia, quia coram tali non trahebatur quis inuitus. Sed erat commiſſum nudum factum, ſicut dicitur de executoribus gratiarum, ſecundum eum dicentẽ ita fuiſſe obtentum. Et licet And. Sic.hic impugnet hoc dictum, quia etiam hoc caſu cõcurrit rõ iſtius tex. ſcilicet laborum & expenſarum, tamen

[a] *Vocandis*] *Quid autem operatur iſta clauſula Vocatis uocandis, uide in Spec. de alleg.& diſputat. §. poſt hoc. uerſic. not. & ibi Bal.in addi.uerſ. de clauſula.in medio, & in addi.ad Spec.in tit. de reſcript. præſenta. uer.ille,cui.& in Margarit. uerſic. clauſula. uerſi.3. Et adde Rot.in de ciſ.372. ſi in forma.in no.ubi uide omnino, et ſ deciſ. 386.in antiq.*

tamen poteſt reſpondere, quòd ex quo nõ dicitur, Vocatis uocandis, ſed ſolum habet uocari ipſe nouitius, & exquiri eius animus, non uidetur agi, de laboribus & expenſis partium eo modo, quo fit in exercitio actus diſcutiẽdi uocatis ambabus partibus. Et ad hoc facit ſequens caſus. ¶ Vndecimus & ultimus caſus eſt in inquiſitore dato per literas Apoſtolicas: quia poteſt trahere ultra duas dietas, ita dicit hic Guil. Nauo, & Aegi. quos ſequitur Ioan. Andr. & Imol. per iſtum tex. in uerbo, ſi ei cedere. Et ſic loquitur, ubi quis poteſt cedere: hic quod non poteſt fieri in caſu prædicto. Et facit, ſecundum eos, c. ad petitionem. de accuſ. Et intelligo, ubi committitur inquiſitio, non ad inſtantiam partis: quia ſi ad inſtantiam partis, dicitur delegatus, cap. ſtatuimus. de offic. deleg. in 6. Et in eo habet locum iſte text. ſecundum Io. de Lig. hic. ¶ Ex uerbis Doct. in iſto ult. caſu corroboratur illa uulgata doctrina, qua quotidie utimur, uidelicet, VBI VERBA Legis, uel ſtatuti, non adaptantur ad caſũ occurrentem, tunc ceſſat diſpoſitio legis, uel ſtatuti. Quam doctrinam ſæpe repetit And. Sic. maximè in c. ſignificante. ſen. Sed ultra eius dicta, & ultra ea, quæ ponit egregiè Alex. poſt alios in l. 4. §. prætor. ff. de damn. infect. addas Bartol. conſil. 16. incip. Miniſter fratrũ de potentia: dum ponit, quod ſtatutum loquens de pœna imponenda, non habenti pacem ab offenſo, non habet locum, ubi non eſt offenſus, à quo pax haberi poſſit. Et tractat, utrum blaſphemans Deum ſit talis? Et ipſum ſequitur Hieron. de ſancto Petro, in l. 1. C. de ſer. ecod. & Ioan. de Ana. in c. 1. de maledic. addens, quod not. Bartol. in d. §. prætor. in uerſ. toties, ubi dixit, quod ſi ſtatuto cauetur, quod de quolibet contractu ſoluatur tantum pro libra, non habet locum ſtatutum, quando fit contractus ſuper re inaſtimabili. Ad idẽ inducit Ana. l. hos accuſare. §. omnibus. ff. de accuſ. & tex. in c. ex parte. de conceſ. præben. & text. in c. ſi. in ſin. & ibi Bar. de ſta. mo. & text. quem dicit optimum, & meliorem de corpore iuris, in c. indemnitatibus. ad ſi. §. ſed etiam. de elect. in 6. ubi Domi. & quòd no. Bart. in c. ſi. de obl. ad rat. & quòd not. Bal. in l. ſi furioſi. C. de nup. ubi dicit per aliũ tex. quòd ubi ſtatutum non loquitur, ceſſat eius diſpoſitio. Tamen quo ad terminos, de quibus loquitur Bar. in d. conſ. ſciat, quòd Lod. Rom. in rep. l. 1. C. de here. inſtit. impugnat lateſſimè dicta uerba Bartol. ultra Ana. Pro prædicta doctrina adde Bar. in leg. ſi cereris. in ſi. principij, ff. de aqua plu. arc. ubi dicit, quòd ſtatutum loquens de uicinis non capientibus maleſactorem, non procedit, ubi non ſunt ad hoc habiles, ut quia infantes, furioſi, uel ſurdi. Similiter Lapus alleg. 82. incipi. In cauſa matrimoniali. probat dictam doctrinam per duo ſimilia. Primò, quia licet de ſubſtãtialib. electionis ſit, quòd canonici procedentes ad electionem per formam ſcrutinij, debeant aſſumere tres de collegio, qui uota inquirant, cap. quia propter. de elect. Si tamen non ſunt, niſi duo, non requiritur illa ſolennitas propter defectum numeri, ut ibi no. Sic etiam, licet deficiens in probatione obiectorum in perſonam electi ſit ſuſpẽſus triennio à beneficijs eccleſiaſticis, tamen ſi obijciens non habet beneficium, non eſt ſuſpenſus. Allegat no. in c. 1. de elect. in 6. Ad quod exemplum uide glo. Ioan. Mo. in loco allegando in uerſi. ſed contra iſtam. Facit etiam gl. 2. in c. cum non deceat. de elect. in 6. & in c. ſi poſtquam. §. 1. in uerbo, curia, de elect. in 6. Quas allegat Ioan. And. in regula, acceſſorium. in primis arg. in Mercur. Hanc doctrinam tenet etiam Bart. in l. ita autẽ. ff. de admi. tut. replicans illud, quod dixit in d. §. prætor. de ſtatuto exigente tantum pro libra. Et ſequitur Paul. de Caſt. in l. benignius. ff. de legib. & ſequuntur Modes. in libr. Maleſ. fol. 197. Et dicit Angel. in d. §. prætor. uer. toties. quòd ſi ſtatutum diſponit, quòd uerum ſit remanſura cicatrix, ſtetur iudicio medicorum. Si notorium eſt, quòd cicatrix eſt remanſura, non oportebit adhibere medicos. Ad quod uide Alex. in l. 4. uerſi. & ex his inferens. C. ut quæ deſ. aduoc. Similiter dicit Imola in d. uer. toties. quòd ſi ſtatutum diſponit, quòd reus teneatur reſpondere poſitionibus, non tenebitur reſpõdere poſitionibus impertinentibus, quia non conueniunt uerba ſtatuti, quæ intelliguntur de poſitionibus ualidis. Similiter dicit Lud. Rom. conſil. 201. quòd uerba ſtatuti inducentis præſcriptionem contra non petentem rem ſibi debitam, nõ habent locum in non petente rem ſuam, quia iſta propriè differunt, ut per glo. inſtit. de act. circa princip. & Bald. in l. cum neceſſitate. C. de fideicom. Facit dictum Ioan. Andr. in c. 1. de homi. in 6. de interficiente Iudæum, ut non comprehendatur ſub diſpoſitione illius literæ, quæ loquitur de occidente Chriſtianum, & quod ipſe no. in cap. quanquam. in uerbo, receperunt. de uſur. in 6. cum pluribus alijs, quæ dixi in c. in præſentia. de proba. Similiter per dictam doctrinam pulchrè induxit Alexan. conſil. mihi 17. incip. Requiſitus in cauſa. quòd ſtante ſtatuto, ut nullus tertius opponat ſe executioni ſententiæ, ſed ſit ſaluum ei ius ſuum, tamen audietur tertius, cuius ius poſſet pati præiudicium irreparabile facta executione, quia non conueniunt in eo uerba ſtatuti, ex quo ius ſuum non poteſt eſſe ſaluum, conſequenter nec conuenit ipſum ſtatutum, per dicta aut. in princip. & c. ad noſtram. 10. 3. de iuſt. & iur. & 10. d. l. iodemnitatibus. Similiter dixit Old. conſil. 275. Quæſtio eſt, ſi appelletur, quòd diſpoſitio c. 1. de elect. in 6. non habet locum, ſi appellatur in caſu reuocationis ad primum beneficium, de qua in c. ſi beneficia. de præb. in 6. quia cap. 1. loquitur, quando datur obiectus. Et in caſu illo non ſit obiectus, propter uerbum Liberè, ibi poſitum. Ergo non conuenit diſpoſitio d. c. 1.

AMPLIA ISTA. Multum notanter, etiamſi uerba conſtitutionis conuenirent per omnia caſui occurrenti, ſed eius pœna non conueniret, ut eſt glo. ſing. & trita in l. mancipia. in uerbo, uocandum. C. de ſer. fug. quæ dicit, quòd non habet locum illa lex, ſi quis ſolicitat, uel aduocat ſeruum alienum, & conatus caret effectu, quia ex quo tex. ibi dicit, Reſtituat, nõ poteſt uerificari illa pœna, niſi actus perficiatur, & ſic non concurrente pœna ceſſat diſpoſitio. De qua gl. facit ſeſtum Lud. Ro. in ſuis ſing. in uerbo, delictum. alias eſt numero 503. inferens, quòd ſtatutum, uel l. puniens unum delictum, & præſupponens aliud, non includit illud, in quo nõ uerificatur delictum præſuppoſitum, propter dictam gl. ex qua ipſe decidit, quòd ſtante ſtatuto, quòd turbãs aliquẽ in poſſeſſione puniatur pœnã centum, & ablata reſtituat, ſi quis turbat, & nihil abſtulit, non incurrit pœnam ſtatuti in centum, quia uerificari non poteſt per omnia, uidelicet quo ad illud caput reſtitutionis. Similiter dicit ſe determinaſſe, quòd ſi ſtatuta epiſcopi puniantur executores non exequẽtes teſtamenta, imponendo pœnam excommunicationis, & quòd reſignant epiſcopo res, quæ ſunt penes eos, quòd ſi aliquis executor nihil habuit in manibus de bonis teſtatoris, non poteſt excommunicari ex negligentia exequendi, quia non uerificatur in eo id, quod ſtatutum præſupponit. Et ita dicit ſe conſuluiſſe. Et primum dictum de ablatorum reſtitutione, quæ debet concurrere in actu, firmant etiã Iac. Butr. Raph. & Fulg. in d. l. mancipia, quod eſt ualde ſingulare, ſecundum Paul. de Caſt. ibi, & Maria. cõſil. mihi 25. incip. Viſa & intellecta. Et dicit Firm. in reperto. in uerbo, ſtatuta. de maleſ. quod ita conſuluit, & multi ſubſcripſerũt, & fuit obtentum, licet Bal. aliter dicat in d. l. mancipia. contra quem ipſe allegat gl. in cle. 1. ne pleriſque. in uerbo, monaſterij. de elect. quæ dicit, quòd illa cle. non habet locum in clericis ſecularibus, ex quo in eis non cadit pœna, de qua ibi, reſpiciens monaſterium. Et caue: quia ibi probatur fortius ultra eum, quòd hæc habeant locum, etiamſi lex loquens de illis, in quibus cadit pœna, utatur dictione Præſertim, nihilo minùs non includet, niſi illos, & ſic dictio Præſertim, ſtabit pro Tantum: quia tex. in d. cle. ne pleriſque. dicit, & præſertim religioſos, quaſi includens etiam alios, & tamen non includit, ut per gloſ. ibi, quod diligenter not. Sic etiam aliàs dictio Præſertim, ſtat ſæpè pro Tantum, ut per gloſ. in c. per tuas. de ſimo. cum concord. de quibus in repertor. in uerbo, præſertim. Et prædicta bene nota, quia ſæpe inſeruient.

SED CONTRA Iſtã ampliationem fortiter & nouiſſimè induco gl. Io. Mo. in extrauag. Ioan. 22. quæ incipit, execrabilis. in uerbo, ſuſpenſi. ubi dicit, quòd licet pœna illius extrauag. quæ ſuſpendit cõtrafacientes beneficijs, non habeat locum in regularibus, cum non habeant beneficia diſtincta, ſed ſolùm neceſſaria uitæ, tamẽ illa extrauag. militabit in eis, & loco illius pœnæ ſubrogabitur alia, uidelicet arctando uictus, donec gratiam Apoſtolicæ ſedis promeruerint. Et mouetur ex eo, quòd dicit ſe uidiſſe fieri per Papam erga quendam regularẽ, qui cum obieciſſet defectum ſcientiæ cõtra electum, & defeciſſet, nec potuiſſet puniri pœna c. 1. de elec. in 6. Papa decreuit, cum non poſſet ſibi denegari uictus,

tictus, ne eſſet in eccleſia ſua ultimus in choro, & capitulo, & refectorio, nunquam ad dignitatem in eccleſia ſua promouendus. Mouetur etiam gloſ. quia aliàs inutatur pœna, cùm ordinaria per l. locum habere non poteſt; l. ſi quis id, quod. §. in ſeruos. ff. de iuriſ. om. iud. c. ſi reus. 14. q. 6. l. ſi. ff. de in ius uoc. Et ſic habemus alibi gloſſ. non tutam contra apoſtillationem ſ. poſitam. Et ſia pro Bald. in d. l. mancipia. Cogita pro concordia. ¶ Et conſidera, an fortaſſis poſſent hæc adaptari per diſtinctionem duorum caſuum. Aliquando enim pœna declarat mentem conſtitutionis, ita quòd ex ipſa apparet, quod noluit comprehendere certum caſum qualificatum: & tunc, ſi non habet locum pœna, non habet locum conſtitutio: quia ceſſat qualitas ei adiecta. Sic loquitur tex. & glo. in d. l. mancipia. & exemplum Lud. in d. ſing. ubi pœna præſupponit certam qualitatem in delicto, uidelicet delictum cum perceptione rerum. Et quod defectus qualitatis adiectæ uitiet diſpoſitionẽ, facit c. licet cauſam. de proba. cum concor. quas dixi in c. 2. ſ. eo. Aliquando pœna non uenit, ut qualificet diſpoſitionem: & diſpoſitio põt operari ſine pœna, & tunc diſpoſitio habet locum. Hinc eſt, quòd imo d. cle. in pleriſque habet locum, etiam in non religioſis, propter dictionem Præſerom, de qua ibi, ut firmat ibi Innoc. poſt Guil. nec. quæro, an cle. & ibi Card. in 14. q. & erit electio nulla, ex quo iſta nullitas cadit in eis, licet nõ incurrant alias pœnas, de quibus ibi. Nec dicit gl. in d. cle. quòd ille tex. non habeat locum in non religioſis, ſed quòd ipſa pœna non habet locum in eis, non enim præſupponit ibi illa pœna aliquam qualitatem in conuenienti illi cõſtitutioni. Et pro iſto ſecundo caſu facit tex. in c. j. de ſepul. in 6. iuncta gl. in uerbo, apud quos. & gl. pe. quæ probant, quòd ſufficit legem poſſe operari nullitatem actus, licet nõ poſſit propriè operari pœnam in ea poſitam, nam quando quis eligit cum iuramento ſepulturam in illa eccleſia, cui iura debentur, tenetur ad reſtituenda funeralia eccleſiæ, in qua aliàs habet ſepulturam. Sed ſi iuraſſet pro ipſa eccleſia, in qua aliàs habet ſepulturam, tunc illa pœna non poteſt habere locum. Tamen habet locum illa conſtitutio irritans promiſſionem, qua fiebat immutabilis ſepultura, aliàs mutabilis. Et illam gl. ſequitur ſimpliciter ibi Domin. poſt alios in §. j. dicens, quòd tunc punietur pœna arbitraria. Et de illis meminit etiam Domi. in c. ad audientiam. ſ. eo. ¶ Et in iſto ſecundo caſu loquitur gl. in d. extrauag. iniunctæ. quia adiectio pœnæ non præſupponit qualitatem in delicto, de quo ibi. Sed in quantum gl. d. cle. probat, quòd ubi non poteſt proportionari pœna expreſſa, ſurrogatur alia poſſibilis, & apta cadere in delinquentem. Conſiderabis, quòd iſta eſt notabilis limitatio ad prædicta. Sed intelligerem eſſe uerũ, quãdo delictum non remaneret aliquo modo impunitum, ſi non fieret iſta ſurrogatio, uel æquipollentia reſpectũ pœnæ, prout eſſet in caſibus illius gl. Sed ubi poteſt incurri alia pœna, licet non totaliter incurratur expreſſa, nec ſurrogata, tunc fortè non eſt locus alteri pœnæ, per id, quod ſubdit Imol. in d. cle. in pleriſque. dicens, quòd in pœna non fit extenſio illius cle. Nec dicas, quòd delictum erit impunitum, quia ex quo electio erit nulla, ut ibi deciditur, non caret actus pœna, per c. ſi religioſus. de elect. in 6. ubi irritatio electionis eſt pœna. Dixi in c. 2. de conſtit. Et quod iudex poſſit ſurrogare unam pœnam loco alterius non cadentis in delinquentem, uide domi. Abb. in c. 3. ad fin. de delic. puer. quem ſequitur ibi Io. de Ana. & tetigi in c. niſi ſpecialis. in uer. quinta declaratio. de offic. leg. & per Bal. in l. quid ergo. §. pœna. ff. de his, qui no. infam. & per omnes in l. ſi quis id, quod. ff. de iuriſ. om. iudi. & in d. l. ſi. C. de in ius uoc. Et iſta omnia bene guſta, quia facient honorem, tanquam nouiſſima & inaudita.

ULTIMO Dubitatur, utrum per iſtum tex. ſit hodie correcta diſpoſitio c. neminem. 3. q. 6. adeo quòd poſſit hodie
35 reus trahi extra prouinciam, dum † modò non ultra duas dietas, & hodie ultra unam, iuxta c. ſtatutum. eod. tit. in 6. Hoſt. tenet hic, quòd non, per id, quod ipſe no. in Summa, de reſcript. §. quæ poſſunt. uerſi. centeſimo. ubi primò dicit, quòd ſi trahitur extra duas dietas, ſed infrà prouinciam, habet locum iſte text. & non priuilegium antiquum illius c. neminem. ubi conceditur poſſe trahi infrà prouinciam. Sed ſi trahitur ultra prouinciam, ſed citra duas dietas, non ualet reſcriptum, niſi fiat fides, quòd Papa certus de facto ita reſcripſit. Quod in dubio non præſumitur, cum præſumatur ignorare limites prouinciarum ſecundum eum. Hanc opi. ſequitur Imol. hic, dicens, quòd ex quo erat prohibitum, ne quis traheretur extra prouinciam, & ſuperuenit alia prohibitio, ne quis trahatur ultra duas dietas, & hodie ultra unam, uidetur, quòd utraque prohibitio debet habere ſuum effectum, per id, quòd habetur de priui. paſtoralis. Reſpondet ad c. ſi. de iudi. quòd ibi apparebat de ſcientia certa Papæ ex tenore literarum, uel ibi non fuit exceptum, aliàs eſſet ſecus, ſi exciperetur, & non appareat de certa ſcientia Papæ. Idem tenet Imol. in c. ſtatutum. §. cum autem. de reſc. in 6. quia ius antiquum debet remanere incorrectum in eo caſu, in quo ius nouum nihil diſponit, argu. c. cum expediat. de electio. in 6. Vnde cum iura antiqua prohibentia de tracto extra prouinciam non ſint correcta, per iſtum text. nec per d. §. cùm uerò. ibi, ſolùm additur de dieta. meritò uidetur, quòd unum ius ſuppleatur per aliud. Et dicit ſiu Imol. quòd Butr. hic uidetur reſidere cum hac opi. Sed certè in lib. meo reſidet in opi. contraria. ¶ Et hanc opi. Hoſt. uidetur tenere Arch. ſi bene legatur, in d. c. neminem. ubi, relato dicto Hoſt. in d. uerſ. centeſim. reſpondet ad text. in c. olim. de iniur. ubi quæſtio Tuſciæ committitur primò Mutinenſi, ſecundo Bononienſi epiſcopo, & tamen ſunt diuerſarum prouinciarum. Ad idem c. ſi. de iud. præalleg. Nam ad iſta iura reſpõdet, prout proximè reſponſũ eſt poſt Imol. ad dictum c. ſi. ¶ Poſtea ſubdit Arc. declarando uerba Bart. Brix. de quibus ibi in ſi. gl. quod bene ſtatur huic conſtitutioni, quo ad hoc, ut non poſſit fieri citatio etiam intra prouinciam ultra duas dietas, quod olim fieri poterat, per d. c. neminem. dum tamen non fiat extra prouinciam; quia citatio, quæ fit extra prouinciam, a & intra duas dietas, non eſt legitima, ut probatur ibi, & in c. cum olim. de dolo & contum. ubi de hoc, ſecundum ipſum. Et cum hoc tranſit ibi Domin. in d. Et ſic uidetur Arch. tenere hanc partẽ. ¶ Nec obſt. quod dicit ſtandum hodie d. c. ſtatutum. quia puto, quod intelligat reſpectu harum dietarum, quæ hodie redactæ ſunt ibi ad unam. Tamen do. Abb. in d. c. ſi. aliter intelligit iſta uerba Arch. Et ſic etiam uidetur fuiſſe mens Arc. pro opi. Compoſt. de qua paulo pòſt, ut ea uerbis Arch. in c. ſtatutum. §. cum uerò. de reſcrip. in 6. Et iſtam partem pro opi. Hoſt. tenet etiam Spe. de cita. §. j. uer. item quod fit extra prouinciam. & Cal. in c. ſi. de iudic. licet dicat de conſuetudine hoc non ſeruari, & idem tenent gl. Guil. de Mon. Laud. in extrana. execrabilis. in uer. regnorum. ſed dicit, quod curia Romana ſeruat contrarium, allegando Bartholom. Brixi. in d. cap. neminem.

a *Extra prouinciam*] *ad hãc materiã adde ea, quæ habẽtur per Ang. in q. Bononienſis ciuitatis. & per Alex. in l. j. §. i. ff. de requi. re. et per Bal. in l. teſtamenta. de teſta.*

¶ Contrariam partem, uidelicet quod hodie non attendatur tractus extra prouinciam, ſed ſolum ultra dietam, tenet Compoſt. Ioan. An. But. & Domi. hic. Et dicit hic Ioan. An. quod hoc procedit etiam in pupillo & uidua, & aliàs priuilegiato à iure, quod extra prouinciam non trahatur, iuxta tex. in c. non liceat. §. reuerentiam. 3. q. 6. Illud enim priuilegium eſt etiam alijs commune, ut ea. q. per totum, ſecundũ eum. Tamen in d. §. reuerentiam. non uidetur dici aliquid de dictis perſonis. Et iſtam partem uidetur tenere Ioan. An. in d. c. ſi. de iudi. in prin. allegando Gof. in quæſtionibus, q. 25. & text. in c. olim. de iniur. Idem But. in d. c. ſi. in j. notabili, & ibi Card. dicens, quòd d. c. neminem. non prohibet cauſam delegari extra prouinciam, licet faciat in argumentum. Et ſubdit, quod Bar. Brix. tenuit iſtam partem. in d. c. neminem. in addi. Idem tenet do. Ab. in d. c. ſi. in primo notabili, dicens poſt But. quod d. c. neminem. loquitur in inferioribus, qui non poſſunt trahere extra prouinciam, ſecus in Papa, cuius reſpectu totus mundus eſt una prouincia, 9. q. 3. cuncta per mundum. Tamen etiam inferior non poteſt committere cauſam ultra duas dietas, ſecundum Abb. per notata in c. ſanè. de for. compet. Et ſic iſta pars remanebit limitata in inferioribus, ut non poſſint delegare extra prouinciam, licet intra duas dietas, & facit c. litigantes. de off. ord. in 6. Facit etiam pro iſta parte, quod not. do. Abb. in c. nouit. in 3. notabili, de offi. leg. ubi dicit, quod legatus habens ſub ſe plures prouincias, non poteſt coram ſe trahere hominem unius prouinciæ in alia prouincia. Allegat d. c. nemi-

neminem. Et ſic uidetur, quòd etiam per reſcriptum nõ poſſit. ¶ Nec mirum, quia legatus non tollit ius commune, ut per gloſſ.c.ſi.de hære.in 6. de qua diſi ſatis in c.j. ſ.eod. Hanc partem tenet etiam Io.de Fan. in d. c. neminem. per tex.io c.ſtatutum.§.cum uero. de reſcript.in 6.ibi libere impetrare ualeat. Non enim eſſet impetratio libera, ſi non poſſet impetrare citra unam dietam, quando impetratio eſſet extra prouinciam. Et iſta fuit ratio Zenzelini idem tenentis in d.§.cum autem. Et idem tenet ibi Domi. quia iura antiqua, ſi bene inſpiciantur, loquuntur de iudice ordinario; uidelicet ut quis non trahatur extra ſuam prouinciam, cum ibi non ſit ſuus iudex: ſed potius intra prouinciam, cum actor debeat ſequi forum rei. Non autem prohibent, quin trahatur, ſi detur delegatus extra prouinciam. Et iſtam partem ſequitur etiam Pe.de Anch. in d.c.ſtatutum.§.cum autem. & ſequitur And. Sicul.in d.c.ſi.de iudic. qui in iſto paſſu uult fortius, quod etiam inferior à Papa poſſit committere cauſam extra prouinciam citra unam dietam. Et ad hoc probandum utitur rationibus, quæ non concludunt hoc, ſed probant communem opi. reſpectu Papæ. Et ideo non puto tenendam ſuam opi. per prædicta, maximè per dictam Abb. in d.c. omit. quod ipſe non allegat. Etiam cum prædictis tráſeo, quicquid aliàs ſcripſerim in d.c.fin. Ex quibus cum laude Dei eſt finis huic ſcholaſticæ repetitioni in iſto ſolẽni principio huius decret.

SVMMARIVM.

1 *Literæ ad lites non ualent ſine ſpeciali domini mandato, niſi impetrentur per coniunctam perſonam. (Eſt autem notandum per commentum totum huius §. an impetratio facta ſine ſpeciali mandato ualeat.)*

2 *Idque, etiamſi procurator habeat plenum mandatum ad agendum. & num. 3.*

4 *Item, etiamſi in mandato eſſent enumerati aliqui caſus requirentes ſpeciale mandatum cum clauſula generali.*

5 *Ratificatio non cadit in proceſſu habito a iudice incompetente.*

6 *Item hic non habet locum cautio de rato.*

7 *Reſcriptum ubi apparet ſimpliciter impetratum, nec conſtare poteſt, an principalis impetrauerit per ſe, an per procuratorẽ, tunc dicens ipſum impetratum per non habentem poteſtatem, debet hoc probare.*

7 *Ratificatio regulariter ualidat geſta per procuratorem carentem mandato, etiam in requirentibus ſpeciale mandatum.*

9 *Impetrato reſcripto nomine alterius abſque eius mandato, non ſolũ non ualet reſcriptum, ſed etiam impetrans tenetur ad expenſas aduerſario, & etiam de falſo.*

10 *Impetrans literas ad beneficia pro alio, non habet neceſſe habere mandatum ſpeciale.*

11 *Et licet non requiratur ſpeciale mandatum ad impetrandum beneficia, requiritur tamen in acceptando.*

12 *Ratione [illegible] ualeat, an inducant nullitatem ipſo iure.*

13 *Procurator impetrans reſcriptum, per quod petit committi cauſam alicui auditori, non indiget ſpeciali mandato.*

14 *Impetrans literas bona fide, non animo faciendi mercimonium, nõ eſt opus mandato ſpeciali.*

15 *Princeps ſi concedit alicui mandatum pro alio ex certa ſcientia, nõ habenti ſpeciale mandatum, ualet reſcriptum.*

16 *Perſona coniuncta poteſt impetrare reſcriptum abſque mandato, Dum modo coniunctus, pro quo fit impetratio, habeat eiuſ impetrationem, ut poſt num. 16. uerſic. hanc fallentiam. Item limita prædicta, niſi coniuncta perſona peteret, tanquam procurator, quia allegando mandatum facit ſe alienam a legis prouidentia, ut poſt num. 16. uerſic. limita ſecundo.*

17 *Perſona coniuncta coniunctione ſpirituali, non poteſt impetrare reſcriptum ſine ſpeciali mandato.*

18 *Spurius nõ dicitur eſſe coniuncta perſona, ita ut poſſit impetrare reſcriptum ſine ſpeciali mandato.*

19 *Baſtardus, ſi uult impetrare pro illis, quibus ſuccedere poteſt.*

20 *Filius naturalis an poſſit agere, uel impetrare reſcriptũ pro patre naturali.*

21 *Coniuncta perſona ut poſſit agere, uel impetrare reſcriptum pro perſona coniuncta, debet eſſe coniunctus tali gradu, quod ſecundum conſuetudinem patriæ appelletur coniunctus.*

22 *Coniuncti qui dicantur ultra quartum gradum, eſt arbitrarium, ſed uſque ad quartum gradum admittuntur indiſtinctè. Qui ueniant generali appellatione coniunctorum, uel ſuorum, poſt num. 22. uerſ. generaliter.*

23 *Exceptio excommunicationis an poteſt opponi contra impetrantem per tertium, etiamſi pro ipſo eſſet lata excommunicatio.*

24 *Et quid in iudicio, an ſcilicet exceptio excommunicationis poſſit opponi per tertium contra excommunicatum agere uolentem.*

1 §. SVNT ET ALII. ¶ Non † ualent literæ ad lites impetratæ ſine ſpeciali domini mandato, niſi impetrentur per coniunctam perſonam. Et iſtud ſummarium ponamus pro una regula iſtius tex. ad cuius intelligentiam concludendo ordinatiſſimè omnia, quæ ſcribuntur per Doc. hic, & alibi, erunt primò notandæ ad regulam ſeptẽ ampliationes, deinde octo fallentiæ, quarum ultima limitabitur ſex modis. Et erunt omnia adaptata ſtylo nouo, longè clarius, quàm per alios. Et attento, quod aliquæ ampliationes & aliquæ fallentiæ non ſuſtinentur, ideo poteſt dici, quod quantum ad effectum, conuertentur tunc ampliationes in fallentias, & econtra. ¶ Amplia primò, etiamſi 2 † procurator habeat plenum mandatum ad agendum & defendendum contra aliquem in certa cauſa, quia non poterit illa impetrare, ſi appareat legitimus contradictor, ſecundum Compoſt. hic dicentem, ſe ita obtinuiſſe. Et ſequitur Spe.de reſcrip. præſent. §.ratione autem impetrantis. uerſic. ſed nunquid procurator. & Ioan. Andr. But. Imol. & Domi. hic. Secus dicunt omnes iſti, ſi cauſa exiſtente in curia procurator habens mandatum ad dictam cauſam uellet impetrare ſuper pertinentibus ad litem cœptam. De quo etiam j. in 2. fallen. Et cum iſtis tranſit hic And. Sic. De quo in poſterum fiet mẽtio, quoties aliquid boni ponis, & non aliàs, ſicut hactenus factum fuit. ¶ Conſidera ultra iſtos, quod 3 † licet dictum ſit uerum in ſe, tamen dum ponunt illud uerbum Plenum, dubito de hoc dicto, quia tantum eſt habere mandatum plenum, quantum habere mandatum cum libera. Bar. & omnes in l. ſi procurator. C. de proc. Bar. & Ang. in l. procurator, cui libera. ff. eo. Bar. in l. creditor. §. Lucius. ff. man. & in l. inter bonorum. ff. de admi. tut. Et tantum eſt habere liberam, quantum habere ſpeciale mandatum, c. qui ad agendum. de procur. in 6. Pulchrè Bal. in l. illud §. j. ad ſi. ff. de mino. Ale. in d. l. ſi procurator. Ergo a habens plenum mãdatum, [a] debet poſſe impetrare, quia poteſt requiri etiam ſpeciale mandatum. Præterea quod habens generale mandatum & liberam adminiſtrationem poſſit impetrare reſcriptum, eſt gloſ. in c. ex parte. in uerbo, mandato: ad hi. j. eo. quam ibi approbat Imol. Abb. & Domi. Ideo Spe. iſti d. uer. ſed nunquid. referens Compoſt. hic, non ſine cã omiſit illud uerbum Plenum. Et intellige, quod iſta libera poteſtas concernat cauſam, nõ autem inſtantiam, per tex. in d. c. qui ad agendum. in uerbo, cauſæ. Quomodo autem cognoſcatur, quando libera concernat cauſam & inſtantiam, uide Bar. in l. qui Romæ. §. Callimachus. ff. de uerb. oblig. & Matt. de Matthe. not. 28. incip. not. quòd licet procurator. Et intellige iſtam ampliationem, dum modò talis procurator impetret in perſonam domini, ſecus, ſi in propriam perſonam, ut dicetur in 2. fallentia. ¶ Amplia ſecundo, etiamſi 4 † in mãdato eſſent enumerati aliqui caſus requirẽtes ſpeciale mandatum cum clauſula generali, quia non comprehenditur facultas impetrandi, ſecundum But. hic, quia ubi exigitur notabilis ſpecificatio, uel propter excludendam fraudem, uel propter magnitudinem & pondus materiæ, prædicta clauſula non ſufficit, nec habet locum d. c. qui ad agẽdum. in 2. reſpõſo. Alleg. gl. in c. procurator. in uerbo, mãdato. de elec. in 6. & in c. ſi. in uerbo, ſpeciale. de procur. eo. lib. Et enim hoc dicto tranſit hic Abb. & And. Sic. Et ſequitur expreſsè Imol. hic, addens gl. in uerbo, non

a Habens plenũ mãdatum.] Adde quod habens plenum mandatum, uel cũ libera poſſe donaret. Vide Abb. in c. petitio. de procu. in uer. j. gl. j. Adde, procurator conſtituitur ſub hac forma, ut faciat omnia quæque ipſe cõſtituens in propria perſona potuiſſet facere, an uideatur habere poteſtatem explicandi exigendi ſpeciale mandatum? De quo uide Bartol. in l. ſi procurator. C. de procur. in uerb. idem forte. & do. Abb. in c. ſi. de dila. in ſi. Adde ad iſta, pone, quod procurator eſſet conſtitutus ad certa negotia, et poſtea ſubijcitur clauſula, promittens ipſe cõſtituens habere ratum, quicquid procurator ſuus fecerit, an uideatur ex hoc

hoc conceſſa libera? Vide Bar. et alios in l. j. ff. de of. procura. Caſa. & Bar. in l. procurator, cui libera. ff. de procurat.

expreſſos. & in d. c. qui ad agẽdum. Et dicit hoc eſſe menti tenendũ. Et idem tenet Bu. in c. ex parte. j. eod. in uer. nunquid. autem. ¶ Contrarium tenet hic Domi. quòd dictæ. gl. bene uolunt, quòd grauiora & ponderoſiora expreſſis, requirẽtia ſpeciale mandatum, nõ includantur in illa clauſula, ut probat tex. in cle. non poteſt. de procur. & fuit dictum ſ. eodem ſedes. Sed negat Domi. quod iſte actus impetrationis ſit de tam grauibus, quod non includatur in tali clauſula, nam ſi procurator tali modo datus poteſt tractare cauſam requirentem ſpeciale mandatum, fortius debet poſſe impetrare reſcriptum in tali cauſa, cum plus ſit totã cauſam tractare, quàm ſimpliciter reſcriptum illius cauſæ impetrare. Si ergo poteſt, quod eſt plus, debat poſſe, quod eſt minus, regula, qui poteſt lib. 6. Credit tamen Domi. dictum But. procedere, quando uellet impetrare reſcriptum ſuper cauſa, quæ requireret ſpeciale mandatum, & non includeretur in regula contenta in mandato, & tunc procedant gl. per ipſum allegatæ. Iſtam ampliationem impugnat etiam Ab. in d. c. ex parte. in ſ. j. eod. negans etiam id, quod negat Domi. quia hic ſolum requiritur ſpeciale mandatum. Et ubi eſt prædicta clauſula, ibi eſt ſpeciale mandatum, d. c. qui ad agendum. Pro hoc etiam adducit, quia coniuncta perſona minorem poteſtatem habet, quàm procuratores prædicti. Hinc eſt, quod pro coniũcta perſona non poteſt requiri etiam ſpeciale mandatum, l. illud. & l. patri. ff. de mino. Et tamen coniuncta perſona põt impetrare ſine mandato, ut hic. Ergo fortius ille habens ſpeciale mandatum. Item hic agitur de modico præiudicio, & ſic ſumus extra caſum dictæ clem. non poteſt. Imò uidetur mirandum, quod procurator generalis nõ admittatur, cum latiorem habeat poteſtatem, quàm coniuncta perſona, ut patet ex notatis in l. uero procuratori. ff. de ſolu. ſecundum eum. Et hanc partem tenet etiam Imo. in d. c. ex parte. quia ſi uerum eſt, quod hoc caſu ſufficit mandatum generale cũ libera, ut ibi per gl. quam, ſecundum eum, approbant Doc. eadem ratione ſufficere debet, quando datur mãdatum ſpecificatis aliquibus requirentibus ſpeciale mandatum cum clauſula generali. Et hanc partem ſequitur in effectu And. Sic. in d. c. ex parte. ſed eam reſtringit, dum modò procurator impetret procuratorio nomine, ſecus, ſi nõ expreſſo procuratorio nomine. Mouetur ad hãc differentiã, quia primo caſu non poteſt cadere fraus & mercimonium, de quibus in text. ex quo impetrat procuratorio nomine domini. Sed quando impetrat in perſonam domini, poteſt cadere poſtea, mercimonium, & fraus, de quibus in tex. Et ideo tunc non ſufficit generale cum libera, neque expreſſio aliquorum caſuum ſpecialium cum clauſula generali, quia in talibus mãdatis non uenit poteſtas delinquendi, l. 3. ſ. ſi procurator. cum ſimilibus. ff. quod quiſque iur. dixi plenè in c. 2. ne lite non conteſtat. ¶ Conſidera primò ea, quæ dicentur in ſecũda fallentia, poſtea cogita quòd iſtud dictum uidetur de indubitabili: nec aliter ſenſerunt prædicti Doc. Si enim impetrat non procuratorio nomine, ibi uires mandati nullum habent effectum: quia impetrat, ut penitus extraneus. Ergo indubitatum eſt, quòd mandatum, qualecunque ſit, nihil operatur, etiamſi eſſet ſpecialiter ad impetrandum, quia ſi poteſt agere, ut procurator, & agit ut non procurator, quod potuit, noluit, & c. c. cũ ſuper. de offi. dele. Et faciens actum ſimpliciter, non intelligitur agere procuratorio nomine, ut plene per Bar. & alios in l. j. ſ. nunciatio. ff. de ope. no. nun. & Ludo. Ro. in l. poſt dotem. ff. ſol. mat. cum concor. ¶ Neque cadit hic illa conſideratio, quòd in mandato, quamuis pleno, non uenit poteſtas delinquendi, quia ſicut per mandatum ſpecialiter datum ad impetrandum purgatur omnis fraus conſiderata in iſto tex. ita etiam, quando mandatum habet tales clauſulas, quòd æquipolleat mandato ſpecialiter dato ad impetrandum. Et ideo cum per rationes Ab. & Domi. de quibus ſ. cognoſcatur mens conſtituentis procuratorem per d. clauſulam, adeo quod perinde eſt, ac ſi ſpecialiter committeret facultatem impetrandi, profectò non ſumus in ratione, per quam iſte text. prohibuit huiuſmodi mercimonia: & ſic euacuantur multæ ambages, quas extollit And. Sic. ubi ſ. ¶ Amplia tertiò, etiamſi ille, cuius nomine ille impetrauit, uellet ratificare impetrationem: quia nõ poteſt, ſecundum gl. & communiter omnes* hic, & Inno. ſ. eo. ex parte. & ſequitur Imol. in c. cùm conſuetudinis. j. tit. proxi. Aſſignant quinque rationes ſpeciales. Prima, in deteſtationem falſitatis commiſſæ coram principe, ſecundum Bal. in l. falſus. C. de fur. uer. ſecundò præmitte. Ex quo colligitur ſolennis limitatio ad iura, quæ dicũt, quòd geſta per falſum procuratorem poſſunt rata haberi, ut non procedãt in geſtis à falſo procuratore coram principe.[a] Allegat etiam per hoc Bald. in l. fi. de his, qui à non domino manumit. in uerb. conſcientiam principis fefellit. Et iſtud dictum Bald. ſequitur hic And. Sic. per c. cùm dilecta. in uerbo, præter conſcientiam noſtram. ſ. eo. & per tex. quem pro hoc dicto multum extollit in l. ſi quis obrepſerit. ff. de fal. ubi ſi qs obrepſerit præſidi, factum à præſide eſt nullum. Si ergo actus eſt nullus, non cadit ibi ratificatio l. obſeruare. ſ. fi. de offi. pro conſ. Facit etiam, ſecundum eum, l. ſed & ſi milites. ſ. ignominiæ cauſa. ff. de excu. tu. ubi infames excluduntur à palatio, & urbe, in qua princeps habitat. Quinimo reprehendit Bal. dum dicit hoc eſſe ſpeciale in mentiente principi: nam per d. l. ſi quis obrepſerit. uidetur idem in mentiente inferiori. Reſpondet ad l. licet. ff. de iudi. & l. 3. ſ. falſus. ff. rem ratam hab. quod ſi ibi procurator non obrepſit doloſè iudici, aſſerendo ſe falſum procuratorem, meritò poſſunt ratificari geſta per eum, ſecus, ſi doloſè obrepſiſſet iudici, quia tunc actus nullo modo ratificari potuiſſet, per d. l. ſi quis obrepſerit. ſecundum eum. Et ex hit limitat etiam iſtam gl. & cõmunem opi. ut non habeat locum in falſo procuratore impetrante à principe, qui doloſè non aſſeruit ſe eſſe procuratorem, ſed bona fide, putans ſe procuratorem ex aliqua iuſta credulitate, impetrauit ad bonum finem, non gratia uenalitatis, nam iſta impetratio poterit ratificari. ſi in ea ceſſat dicta ratio Bal. ſcilicet doloſi mendacij coram principe adhibiti, ſecundum eum. Pro quo in iſta differentia, an dixerit ſe eſſe procuratorem, cum non eſſet, an uerò nihil dixerit, facit, quod ſcribit Bar. in l. uniuerſis. C. de preci. impe. offer. Sed tamen illa dicta non placent, per ea, quæ ſcribit Bal. in l. 3. C. eo. tit. dum melius declarat dictam l. uniuerſis. ut etiã dicetur j. in 6. fallen. ¶ Sed aduerte, quia dictum Bal. in d. l. falſus. communiter non tenetur, & eo impugnato prædicta etiã non procederent. Refert enim do. Car. hic ſe dixiſſe in quodam examine, quod dictum Bal. eſt contra text. in d. ſ. falſus. & in d. l. licet. quæ iura generaliter dicunt, iudicium cum falſo procuratore ualidum eſſe, ſecuta ratihabitione. Et ideo aſſignat hic Car. ſecundam rationem iſtius ampliationis, dicẽs quòd ratio, quare hic non poteſt actus reconualeſcere per ratihabitionẽ, fuit, quia actus eſt reprobatus à lege, ut hic, & in c. fin. de poſtul. Item talis impetratio non dependet à partibus, ſed à Papa, ideo non poteſt conualidari de conſenſu partium. Si enim literæ poſſent ratificari, fruſtraretur de facili diſpoſitio huius text. in eo, quòd diſponit literas non ualere, quia actor emendo eas quodam modo ratificaret impetrationem. Et iſta dicta Car. ſequitur hic Imol. ¶ Idem tenet hic do. Abb. non facta mentione Card. dicens, quòd d. ſ. falſus. & d. lex, licet. non uidentur admittere hanc reſtrictionem. Et ideo dat tertiam rationem ad iſtam ampliationem, quòd ideo non cadit hic ratificatio, quia hoc non fuit inductum in fauorem actorum, ſed in fauorẽ conueniendi, & reipublicæ, ut ſatis colligitur ex text. Ideo non poteſt actor ſupplere ex poſt facto id, quod nõ dependet à ſuo conſenſu, argu. c. contingit. lo. j. de ſen. excom. & c. ſi diligenti. de fo. compe. Pro hoc etiam allegat dictum Innoc. in c. prudentiam. de offi. deleg. ubi dicit, quòd non omnia geſta nomine meo poſſum habere rata. Vnde ſi unus iudex nomine alterius iudicis iudicaret inter ſubditos illius, non poteſt proprius iudex illud iudicium ratum habere, ſecundum eũ: quia corruit ex defectu ſolennitatis. Supplere autem defectum ſolennitatis ſubſtantialis non dependet à facultate iudicis. Ideo non poteſt ratificare. Ita dicendum in propoſito. Et cum iſtis tranſit hic But. dicens hoc eſſe ſpeciale in odiũ litium, ſicut & alij caſus ſpeciales dantur in regula, rata. de reg. iur. in 6. ¶ Pro iſta † ratione domi. Ab. uide, quæ ſcribit Bald. in l. licet. ad fi. ff. de iudi. dum tractat, quod in proceſſu agitato a iudice incompetente, non cadit ratificatio, allegãdo Inn. in d. c. prudentiam. Ratio differentiæ inter ratificationem,

a Coram principe] Adde Ioã. de Pra. ſ. l. Plautius. ff. de procur.

tionem, de qua in d.l.licet, & iſtud eſt, quia quando negotium peccat in conſenſu, poteſt per conſenſum ratificari & confirmari: ſed quando in ſubſtantialibus & eſſentialibus, tunc non poteſt per conſenſum confirmari. Vnde quando aliquis agit à principio ſine mandato, negotium peccat in conſenſu, quantum ad dominum, quia non tenetur, niſi habeat ratum. Sed in iudice peccat in ſubſtantialibus, quia in iudicio requiruntur tres perſonæ, c.forus. de uerb. ſig. Et ſi deeſt aliqua iſtarum, dicitur peccare in ſubſtãtialibus. Ideo non poteſt per conſenſum ratificari, arg. d.l.obſeruare.§.ſi. ſecundum eum. Et ex dicto Butr. de quo ſ. habes quartam ratione huius ampliationis, ſcilicet odium litium. ¶ Quintam rationem ponunt hic Buc.Imol. & Domi. quia quando conſenſus requiritur à prin. certo & determinato tempore pro forma actus, ratihabitio poſtea ſuperueniens non ratificat actum, per c.auditis.de elec.& ita erat hic, ubi requirebat à principio ſpeciale mandatum, ſecundum eos. ¶ Pro iſta quinta ratione ultra Modernos bene faciunt uerba Bal.
6 hic, de quibus j. in 6. ampliatione, dum dicit, quod † hic non habet locum cautio rati. Et dicit Bald. in c.ex parte. j. eod. quòd cum hic debeat eſſe proprie factum, & non factam, dominus non poteſt ratificare, quia in ratificatione requiritur medium per quod fiat tranſitus. Allegat Cy. in l. multum.C. ſi quis alt.uel ſibi. Faciunt pulchra uerba Bald. in l.ſi uxorem.uerſic.5.& ult. C.de condi.inſer. dum oſtendit, quòd licet geſta falſi procuratoris poſſint ratificari, tamen ſi ſtatutum dicit, quod proceſſus procuratoris ſine mãdato non ualeat, ratihabitio non ſufficiet, per l.ſi uero.§. poſt creditam. ff. man. Et ponit rationem diuerſitatis, de qua ibi per eum. Ad idem, quòd not. Bald. in l.executorem. uerſic.ſed quid ſi notarius. C.de exec.rei.iudi.dicens, quòd licet regulariter ratihabitio æquipareiur mandato, tamen fallit, ubicunque lex requirit mandatum pro forma. Facit, quod not. per Bartol.in l.ſi quis mihi bona.§.iuſſum.ff.de acqui.hære.& in l. ſi autem plures. ff. de aqua plu. arc. Et ex his habetur multiplex ratio iſtius ampliationis, & gloſſ. hic, & habes limitatam regulam rati. ¶ Sequendo igitur dicta Doc.hic, de quibus ſ.contra Bald.in d.l.falſus.poteſt reſponderi ad ea, quæ pro ipſo adduxit Andr. Sic. uidelicet ad l.ſi quis obrepſerit. quod ibi non dicitur, quod actus ſit nullus, & conſequenter non excluditur ratificatio. Et iſtud patet ex dictis Bartol ibi, in prin.dum remittit ſe ad l. diuus.& quæ ibi dixit,ff.de re iud. Datur enim reſtitutio in integrum, quæ præſupponit ſententiam ualere. Præterea d. l.ſi quis. non loquitur in mentiente ſe procuratorem: ſed in eo, qui obtinuit ſententiam ex falſis probationibus. Nec qua uidetur recta reſponſio ad d.l.licet.& ad §. falſus. quod ibi procurator falſus non ſurripuit doloſè, aſſerendo ſe falſum procuratorem, uam imo comparendo & reſpondendo nomine procuratorio mẽtitur facto, & etiam uocibus, ſe eſſe procuratorem, & falſitas non committitur ſine dolo, l. uel exemplum.cum glo.C.de ſal. Ergo uidentur illa iura manifeſtè loqui in ſurripiente & aſſerente doloſè ſe falſum procuratorem. Neque uidetur uerum, quòd poſſit ratificari impetratio facta per procuratorem, qui bona fide impetrauit, non gratia uenalitatis. Nam etiam impetratio iſtius eſt nulla, ſicut ſi impetraret gratia uenalitatis, ut dicetur in 7.fallẽ. Ergo non poteſt ratificari, per prædicta. ¶ Poſtea quàm iſta ſcripſi, reperi Bald.in l.Iulianus.uer.ſed ego dico, quòd iſta ratio.ff.qui ſatiſd. cog. ubi dicit, ſe audiuiſſe Bart.dicentem ad intellectum l. licet. ff.de iudi.quòd aut aliquis falsò allegauit mandatum in iudicio, & tunc non poteſt ratificari propter uitium obreptionis. arg. d.l. ſi quis obrepſerit. in uerbo, nihil agitur. Aut non allegauit mandatum, uel allegauit bona fide, credens ſe eſſe procuratorem, cùm non eẽt, & obtinuit in cauſa, & tũc dominus poteſt bene ratificare, per regulam generalem d.l.licet. ¶ Ex quibus uerbis Bald. uidentur multùm confirmari dicta Andr. Sic. de quibus ſ. licet ipſe eum non alleget, imo dicat, quòd ſunt dicta noua & inaudita uſque ad hæc ſecula. Et ſic uidetur, quòd non poſſint ratificari geſta per falſum procuratorem, qui doloſè mẽtitus eſt, ſe eſſe procuratorem, ſiue coram principe, ſiue coram inferiore. Tamen, ut uidetis, contrarium tenent hic Car.Imol.& Ab.uolentes, quod regula d. l.licet. non patiatur hãc reſtrictionem. Et fortè eorum opinio ſuſtineretur, & reſponderetur ad d.l.ſi quis obrepſerit. quòd actus ibi nõ eſt nullus, ut eſt dictum. Poſſet etiam reſponderi ad d. l. ſi quis obrepſerit. quòd loquitur in obreptione circa ſubſtantialia & deciſiua, non autem circa accidentalia & narratiua, ut dicit Bartol.in l.ſi ut proponis.la 2. in ſi. C.quomodo & quando iudex. Et intelligit, quòd illa lex loquitur in accidentalibus uel narratiuis, dum dicit de illo, qui per obreptionem ſuaſit iudici, quod aduerſarius erat contentus, ut certo loco iudicium expediretur, & non erat uerum. Et ita uidetur etiam in propoſito, quod allegare ſe procuratorem, non concernat ſubſtantialia & deciſiua, ſed accidentalia. Ad idem, quod no. Bald.in l.quicunque.prope fin. C.de ſer. ſugi.ubi dicit, quòd d.l.ſi quis. debet intelligi in obreptiõe probatoria, non in narratoria. Vnde producens falſam narrationem, non tenetur pœna illius l. ſed alia pœna, de qua per eum, ſed bene producens falſam probationem. Et ideo falſus accuſator non tenetur in aliquo capite l.Corneliæ de fal. ſed pæna tituli de calumniatoribus, ſed falſa probatio ſic, ſecundum eum, quem uide. Et ſequuntur Moderni in li. maleſi.a.ſolio 28. Et ſic uidetur in propoſito, quòd narrans falsò ſe eſſe procuratorem, non producit probationem concernentẽ ſubſtantialia, uel deciſiua. Ad idem uide Bald.in l. debitores. C.de inſa.ubi dicit, ꝙ d.l.ſi quis. loquitur in eo, q obripit prætori faciendo aliquid, ꝙ eſt prohibitũ l.Cornelia de falſis, putà, producendo falſos teſtes, uel falſa inſtrumenta, uel corrumpendo acta, ſecus, ſi aliter obrepſerit. ¶ Scias tamen circa omnia prædicta, quòd licet ratificatio ſuperueniens non ualidet impetrationem, tamen ſi ſuperuenit mandatum, dum iſte eſt in expeditione impetrationis, quæ iam eſt cœpta, & nondum completa, tunc licet à principio cœperit ſine mandato, tamen iſtud mandatum trahitur retro, & ualet actus. Ita probatur in d.l.Iulianus.ff.qui ſatiſ.cog. ſecundum inductionem Aug.ibi in 2.col.ubi dicit, quòd ille eſt caſus ſingularis, & quòd non recordatur ſe alibi legiſſe ita clare, quòd licet mandatum non trahatur retro, ſicut ratihabitio, ut ipſe ibi pulchrè probat, tamen illud eſt uerũ, niſi ſuperuenit in actu nondum conſummato, licet cœpto: quia tũc trahitur retro. Et ita in propoſito. Et ſequitur multum Alexand.ibi, & Aod. Sic.j.eod.ex parte.¶ Amplia quarto, etiamſi in reſcripto diceretur per uerba narratiua Papæ, talem procuratorem impetraſſe, quia ſi aliud non apparet de mandato, non dicitur per hoc reſcriptum impetratum à procuratore habente ſpeciale mandatum, ſecundum Ioan. Andr.But.& Domi.hic, per c.ſi Papa.de priui.in 6. & cle. ſi ſummus.de ſent.excom. Contrarium tenet gloſſ.magna hic ad ſin. ibi, ad hoc dicit Io.quam ſequitur Imol.hic, & in c. ex parte.j.eod.quia uerba narratiua, ex quibus fundatur intentio Papæ, licet ſint ex facto alieno, uidentur tamen probare, donec contrarium probetur.ut in cle.unica, de proba. Idem tenet do. Abb. hic, quia ubi agitur de modico præiudicio, uerba narratiua, ſeu enũciatiua plenè probant, [a] maximè cum alia præſumptio non ſit in contrarium. De hoc dicit eſſe gloſſ.no. in c.cùm olim. iuncto text. de eſſi. Et maxime procedit hoc, ubi narratum eſt de ſubſtantia actus, arg.l.optimam. C. de contrahen. & commit. ſtip. Pro hoc inducit dicta Ioan. And.in regula, non licet actori. in Mercu. dum ponit uetitũm per literas beneficiales, in quibus narratur, quòd impetrans eſt clericus, probetur clericatus. Idem tenet etiam Andr. Sicul.hic per c.cum pridem. de pact.ibi, cuius uicem gerere ſe dicebat. Vnde ſi ſtatur ibi uerbis enunciatiuis, ita ut præſũptiuè probent mandatum, fortius uerba enũciatiua Papæ inducent hanc præſumptionem, quæ inductio nihil urget, ut facilè patet uidendo ibi glo. in uerbo, dicebat. ¶ Ad idem adducit, quia ueriſimile, eſt, quòd Papa ſciuerit de mandato, ex quo ſic de ipſo loquitur, argu. eius, quod dicit Bart.in l. iuriſiurandi. C.de teſt. dicens, quòd ſi notarius ſcribat, qualiter talis teſtis iuratus depoſuit, præſumitur, quòd iurauit, ex quo iuramentum potuit tunc interueniſſe. Et notant. Butr.& Ab.in c.tuis.de teſti. ¶ Addatur pro iſta parte, quam ſequor, notabile dictũ Paul.

a *Verba narratiua, ſeu enunciatiua plene probãt*] *Adde tu, nũquid uerba narratiua Papæ inducãt diſpoſitionem? Vide duas gl. Prima in c.3.de rer.permu. in 6. Secũda in c. 2.de do.& contu. eo.li. Adde aliam in l.1. C. quando non pet.par. Quæ dicunt, quod non. Adde ꝙ Barba.in rub.C.qui admit. dicit, quod fallit hoc in uerbis narratiuis Clemẽtis. Quod not.*

Paul.de Leaza.in cle.j.de proba.ubi dicit, quòd ſi Papa narrat in literis renunciationem coram ſe factam per procuratorem, iſta uerba probant renunciationem factam fuiſſe à procuratore. Tamen poterit probari contrarium, putà, probando eum tunc fuiſſe reuocatum, & certificatum de reuocatione. Et ſequitur Butr.in d.cle.j.& ibi Imol.& Vitalis in lib.de clauſulis, fol.60.uerſi. ſi uerò uerba enunciatiua. Ad idem faciunt uerba Lapi allegatione 7. quæ incipit, diſputat, an literæ. ubi uolens probare, quòd ſi Papa ſcribit pro aliquo, tanquam plebano, illæ literæ probant præſumptiuè eum plebanum. Vtitur inter alias hac ratione: quia uerisimile eſt, quod Papa examinauit, aut examinari fecit illum, ad cuius petitionem ſcriberet, an eſſet plebanus, an non, quia non eſt credendum, quòd ad petitionem ignoti aliquid mādaret. Inducit etiam dicta Ioan.And.in d.regula, non licet. dum dicit, quod accuſatus coram iudice ſeculari probat ſe clericum, producendo literam, in qua Papa confert ſibi beneficium, tanquam clerico. Adducit etiam, quia cum non agatur de alicuius præiudicio, ſufficiunt argumenta. Allegat c.ex inſinuatione.de proc. & c.cum à nobis.in ſi.cum ſua gl.de teſti.& ibi Ioan.Andr.& inducit conſilium Feder. optimè ſeruiens in propoſito,107.incipiens, Caſus talis eſt, Ioannes impetrauit.quem etiam ſequuntur hic But. Imol. & Domin.in quo dicitur, quod ſi Papa narrat in reſcripto, qualiter Titius aliquid ſibi ſignificauit,& dat ſibi iudicem, poſtea præſentato reſcripto negatur Titium fuiſſe in curia, literæ probant eum fuiſſe in curia: imo non admittitur probatio in cōtrarium: quia Papa narrat factum proprium, nec uerbum Significauit, infert eum fuiſſe præſentem tempore impetrationis. Potuit enim aliàs perſonaliter, uel nunc per nuncium inſtetiſſe. Reſpondet Lap.ad dictam clem.ſi ſummus, quod loquitur de ſimplici nominatione facta per Papam, nominando, ſed non aſſerēdo, nec ſuper tali dignitate ſe fundando, ut ſi ſcribat epiſcopo Florentino, ſe aliquid feciſſe præſente archipresbytero Piſano: uel ſcribat epiſcopo Florentino, narrando, quod mittat ad eum Per.exactorem diaconum Peruſinum: quia iſta uerba non probant illum eſſe archipresbyterum, nec iſtum eſſe exactorem. Secus, quando nominat ad inſinuādum ſuam intentionem: putà, quando narrat, quod uult, quod tali plebano Peruſino reſtituatur talis res dictæ plebis: & tunc talis nominatio & narratio eſt facta principaliter ſuper hoc, ut ſibi tanquam plebano aliquid fiat: quod non, niſi plebano, fieri deberet, ſecundum eum. ¶ Per prædicta remanet à fortiori uerum illud, quod dicunt hic Ioan.And.But.& Imol.do.Ab. quod ſi Papa affirmatiuè aſſerat talem fuiſſe procuratorem, per tales literas probatur illum eſſe procuratorem. Et uidētur eſſe uerba aſſertiua, ſecundum Imol.hic, ſi dicatur, conqueſtus eſt nobis talis procurator, de cuius mandato conſtitit nobis. Verba autem narratiua eſſent, quando non additur illud, de cuius mandato, &c. ¶ Et iſtud dictum Ioan.And.eſt bene notandum, ſecundum Butr.hic: quia facit, quod ſi in aliqua ſcriptura affirmatiuè diceretur tale negocium geſtū per procuratorem, uidetur, quod illa ſcriptura probaret illū a procuratorem etiam in caſu, in quo requireretur ſpeciale mandatum: quod eſt bene notandum, ſecundum ipſum, cum quo tranſit hic Domi.& etiam Andr.Sic. ¶ Conſidera bene, quod dictum iſtorum eſt ualde generale, non enim loquitur hic.Ioan.And.ita generaliter, ſed ſolùm in aſſertiōe, quæ fit in literis Papæ. Pro qua facit ſpecialis ratio, de qua in d.cle.j.& patet ex prædictis. Et ideo in aſſertione, quæ fit in ſcriptura aliorum, ſi quæritur, an probet contra illum, qui dixit ſe procuratorem: uidetur, quod ſic, per l.optimā. C.de contrah.& com.ſtip. ¶ An autem probet, quo ad alios, uidetur magis dubium. Primò per id, quod ſcribit Bald. in rub.C.de fid.inſtru.in uerſic.uerbi gratia. ubi dicit, quòd ſi notarius ſcripſit in inſtrumento, Talis procurator talis contraxit: quia iſtud inſtrumentum ad aliud confectum, non probat mandatum procurationis: quia iſtud uerbum Procurator, eſt uerbum narratiuum. Et quæ ſunt geſta alio tēpore, non probantur per inſtrumentum, cùm inſtrumentum, quo ad ea, non habeat diem, neque conſulem, ut per Inno. in c.quoniam.de proba.& in c. cùm in iure.de offic. deleg. ſecundum eum. Et bene faciunt dicta Innoc. in illis locis, nam in c.quoniam.in gloſſ. per hoc ſatis patet. Ponit illam theoricam, quā latè ornaui. ibi in 5.concluſ. quòd uerba notarij poſita in inſtrumento, non probant, niſi id, de quo notarius fuit tunc rogatus. Et in d.c. cùm in iure. dixit in propoſito, quod ſi in ſententia dicitur, quem eſſe procuratorem, per hoc non probat: & ſequitur Ang.in auth. ut ſponſalitia largitas. §. & hoc inſuper. in uer. ſed tunc quæro. ¶ Secundò ad idem adduco, quod ſcribit do. Car. in c.ſi.ad ſi.in uer.quæro ultimò pone, quod tabellio.j. de fid.inſtru. ubi refert, quod procurator dederat ſubſtitutum, & inſtrumentum ſubſtitutionis: dicebat notarius, talis procurator talis, ut conſtat tali inſtrumento manu talis notarij à me uiſo & lecto. Nam dicit Card.ſe dixiſſe in facto, quòd per iſta uerba non erat probatum de mandato procuratoris: quia eſt teſtimonium reddere, non autem mandatum authenticare. Et ideo cum in illa redditione teſtimonij notarius nō uideatur ſcribere, ut notarius, ſed ut teſtis, nō probat, cum ſit ſingularis. Mouetur per dictum Inn.ibi, ubi dixit, quòd ad hoc, ut exemplum ſolenniter tranſumptum habeat eandem uim cum originalibus, oportet quod totus tenor tranſcribatur per notarium exemplantem. Vnde ſi dicat inſtrumentum ſententiam latam, prout conſtat per inſtrumentū à tali confectum, hoc non probat ipſam ſententiam. Et dicit do.Car.no.hic: quia ſæpe uidebis de facto. Et illud dictum Inn.ſequitur Rota, de fide inſtr.deciſ.2.in antiquis, dicens hoc procedere in extraiudicialibus: ſed in iudicialibus non eſt neceſſe quod procuratoriū inſeratur in actis, nec totus tenor inſtrumētorum, ſed narratio habet uim probationis. Allegat Inno.in d.c. quoniam. Intellige etiam illud dictum Ino.quo ad extraneos: nam inter partes rogātes notarium, bene probatur de illo mandato ſic enunciato, ſecundum Car.in d.c.ſi. Et ita intelligit dictum Spe.in ti.de fid.inſt.§. reſtat.uer.pe.de quo uiſus eſt ualde mirari Paul.de Caſt. in authen.ſi quis in aliquo.C.de eden. ut ibi per Alex.in ſi. Et de dicto.Inn.in d.c.ſi. faciunt mentionem alij, quos ibi reduxi. Et prædicta procedunt, ubi de mandato procuratoris ſit mētio ab alio, quàm ab ipſo conſtituente. Sed ſi ipſe, qui conſtituit eum procuratorem, appellat eum procuratorem in alia diſpoſitione, iſtud probat eum eſſe procuratorem, ut probat text.no.in l.ne ſatiſdatio.ff.rem ra.ha.ubi probatur, quòd ex narratione ſupplicātis, quæ dicit ſe aliquem feciſſe procuratorem ſuum, probatur illum eſſe procuratorem, ita ut releuetur ab onere ſatiſdandi. Et illum text. facit ſing. Ludo.Rom. in ſing.343.incip.Reuerendus do.Card.ſancti Marcelli. Et in uerbo, procurator.§.j.& in conſ.63.inci.In Chriſti,&c.ſolum eſt uidere.intelligens hoc procedere non ſolùm, ut confeſſio iſta enunciatiua probet contra confitentem in fauorem eius, cum quo contrahit, ſed etiam in fauorem tertij, per d.l.ne ſatiſdatio. Non tamen probat in fauorem conſtituentis, ut per Specul.in loco per eum allegato.

7 ¶ Demum in hac ampliatione nota tria. Primò, quòd † ubi reſcriptum apparet ſimpliciter impetratum, nec poteſt conſtare, an principalis impetrauerit per ſe, an per procuratorem, tunc dicens ipſum impetratum per nō habentem poteſtatem, habet probare, a ſecundum Butri.& Domi. hic: quia per oſtenſionem literarum iſte habet fundatam intentionem ſuam, arg. glo.in cle.ſi. de reſcri. ¶ Secundò no. quòd ſi tempore impetrationis reſcripti opponitur iſta exceptio contra procuratorem impetrantē, uidelicet, Tu non habes mādatum, tenetur ipſe procurator probare mandatum, ſecūdum prædictos poſt Goſ. hic per iſtū text. Sed ſi opponitur hæc exceptio, poſtquam literæ ſunt impetratæ, tunc dicēs, quòd ille non habeat mandatum, habet hoc probare: & poterit probare etiam per confeſſionem aduerſarij, uel probando inhibitionem factam procuratori, uel reuocationem procuratoris: quia ex quo in reſcripto dicitur iſtum fuiſſe procuratorem, eſt præſumptio pro reſcripto per prædicta. ¶ Tertiò no. quòd ſi in reſcripto nō dicitur iſtum procuratorem eſſe procuratorem domini, ſed uerba ſunt relata in perſonam domini, tunc prima fronte præſumendum eſt dominum impetraſſe: quia nō præſumitur ſubmiſſa perſona, arg. l.ita ſtipulatus.§.Chryſogonus.ff.de uerb. oblig. Aut probatur alium

a Habet probare] Addo, quod probatio incumbit impetrāti, quādo excipitur de qualitate falſa expreſſa in literis ad beneficia, ſecus, ſi excipiatur de uero tacito, ſecundū do. Soci. conſilio 364. incipi. Viſa bulla Bonifacij uer. confirmātur etiam præmiſſa. cir.med.in 3.parte.

alium impetraſſe illas literas, & tunc putat Ab. hic, ꝙ de iure etiam ex poſt facto deberet admitti exceptio defectus mandati, & onus probandi, incũberet domino, quia cum in reſcripto nihil dicatur, ꝙ ille habuerit mandatum, & mandatum ſit quædam ſolẽnitas extrinſeca, non præſumitur, niſi probetur, l. quicũq;. §. fi. ff. de Pub. in rem acti. ſecũdum eũ. ¶ Cõſidera diligẽter tria, quæ uidẽtur obſtare huic ultimo dicto. Primò id, quod eſt dictum proxime in j. nu. uidelicet ꝙ per oſtẽſionem literarum producens reſcriptũ habet fundatam intentionẽ ſuam, arg. gl. in cle. fi. de reſcri. Ergo ſicut per iſtã rationem præſumitur ipſe impetraſſe, & non alius, ut ibi eſt dictum, ita per eandem uidetur eſſe præſumendũ, ꝙ iſte alius, qui impetrauit, præſumatur habuiſſe mandatũ ſufficiens. ¶ Ad iſtud põt dici negando paritatem rationis: quia in primo caſu, ex quo non apparet, quis impetrauerit, præſumitur ꝙ in dubio actus fuerit factus ab eo, ad quem ſpectabat ipſum facere: tum, quia non præſumitur ſubmiſſa perſona, ut eſt dictum: tum, quia actus, qui fit cum expẽſa, præſumitur in dubio factus ab eo, cui imminet onus expenſæ, l. fi. C. de ali. pup. præſta. & ibi Bal. & no. Bar. & oẽs in l. cùm ſeruus. ff. de uerb. obl. Sed in ſecundo caſu, quando cõſtat alium impetraſſe literas, ex quo nihil dicitur de mandato, non præſumitur, cùm ſit ſolennitas extrinſeca, ut eſt dictum. ¶ Secundò uidetur obſtare: quia etiam qñ probatur alium impetraſſe, uideretur præſumendum, ꝙ habuerit ſufficiens mandatum: q. a præſumendo, ꝙ tertius impetrauerit ſine mandato, eſt præſumere in eo delictum reprobatum in iſto tex. Et iſta præſumptio non capit. ubi põt alia capi, arg. l. meritò. ff. pro ſocio. & plenè no. Bart. in l. non ſolùm. §. ſed ut probari. ff. de ope. no. nun. ¶ Ad iſtud põt reſponderi, ꝙ arg. procedit, qñ ille, qui dicit eſſe præſumendum pro actu ſuo, probat, ꝙ in actu interuenit cã, quæ potuit facere actũ licitum, ut patet in d. l. meritò. ubi erat dñs partis rei, quã uendebatur. Et iſta qualitas facit præſumi, ꝙ uellet potiùs uti re ſua, ꝗ̃ forte conſilium iuire. Sic etiam in caſu Bart. in d. §. ſed ut probari. interuenit probatio tpis, in quo poterat licitè bannitus occidi. Vnde præſumitur, ꝙ in illa parte tpis commiſſum fuerit homicidium, licet poſſẽt uerba probationis trahi etiam ad tempus non permiſſum, & ſic ad actum illicitum: ſed ubi cã, quæ põt reddere actum licitum, non eſt clarè, neq; dubiè probata, tunc actus ſonãs in delictum præſumitur in delictum, licet aliquando poſſet eſſe non delictum, ut eſt caſus in c. cùm dilecti. de accuſ. & ibi Io. ã. de Ana. poſt Pe. de Anc. & pulchrè Alex. in d. §. ſed ut probari. ad fi. Et ita eſt in propoſito: nam ex hoc ſolo, ꝙ apparet aliũ impetraſſe, non eſt deducta cã aliqua, quæ poſſit facere, ꝙ iſte potuerit pro alio impetrare. Et ideo cum materia de directo ſonet in actum prohibitum, non præſumitur actus licito modo factus, per l. ſi non conuicij. C. de iniur. & in c. j. de præſum. & l. j. C. de fic. & per Bart. in l. Aurelius. §. idem quæſijt. ff. de lib. leg. ubi præſumitur contra delinquentem, quòd careat excuſatione, niſi eam probet. ¶ Tertiò uidetur obſtare, quia licet ſolennitas extrinſeca non præſumatur, ut eſt dictum, tamen fallit, ubi actus fit cum expenſa, quia ſi reperitur actus ſimpliciter factus, præſumitur factus ab eo, cui incumbit onus expeditionis, ut fuit dictum paulò antè. Modò cum impetratione interueniat expenſa, præſumẽdum eſt, quòd expenſa fuerit facta ab eo, qui debuit actum facere, non ab alio, & per conſequens à procuratore habente ſufficiens mandatum, ſine quo impetratio non ualet, ut ſic præſumatur non iactaſſe expenſam. Facit, quod not. Bal. in l. j. uerſic. ſed quid in dubio. C. de eden. dicens, quod ſi mercator ſcribit rationem ad me pertinẽtem, in dubio præſumitur feciſſe me requirente & mandante. Per quæ infert do. meus de Aretio in c. j. de iudic. quòd citatio præſumitur in dubio facta ad poſtulationem partis, quia cum ille actus non ſoleat fieri ſine aliqua impenſa partis, iuxta not. in l. 1. C. de ſportu. non habet iſto caſu locum, quod dicitur ſolennitatem extrinſecam non præſumi, per d. l. cum ſeruus. & quod ibi Bart. Ita in propoſito uidetur dicendum, quòd ſi apparet alium impetraſſe pro me, præſumatur in dubio habuiſſe à me mandatum. ¶ Ad iſtud poteſt reſponderi, ꝙ licet impetratio fiat cum expenſa, tamen expenſa, quam facit impetrans, non facit præſumi, ꝙ impetrauerit, ut procurator alterius, quia talis expenſa non eſt ſibi damnoſa, ſi facit eam nomine proprio, cum ex ipſo poſtea faciat mercimonium, de quo hic in text. uendendo reſcriptum. Sed in caſibus prædictis præſumitur expenſa facta nomine illius, quẽ res tangit, quia non eſt uériſimile, ꝙ alius expenderet de ſuo pro alio ſine mandato, ſed potius uériſimile eſt, ꝙ ille expendit, ad quem onus expenſæ pertinebat, per l. fin. C. de alim. pup. præſtan. Nec eſt uerum dictum Bal. in d. l. j. C. de eden. ut ibi per Alex. per ea quæ notant Bart. & alij in l. ſciẽdum. ff. de uer. ob. dum dicunt, ꝙ notarius in dubio nõ præſumitur rogatus, quia mandatum eſt quid extrinſecum. Ergo non præſumendũ, d. l. quæcunque. §. fi. ff. de Publ. in rem act. Et per hæc poteſt defenſari dicta opi. Abb. de obiectis, licet ſuper ipſis ſit bene cogitandum, tum, quia non reperitur tacta, tum, quia Bald. in c. ex parte. ante fin. j. eo. uidetur decidere punctualiter contra do. Abb. hic, dum dicit, ꝙ literæ præſumuntur impetratæ de mandato domini, niſi contrarium appareat, quia literæ non exeunt de cancellaria, niſi purgatæ, & omnia præſumuntur ſolenniter acta, ex quo literæ emanant de cancellaria. Et cum appareat literas ad eum pertinere, præſumitur eum emendaſſe, arg. l. ſi quis ex argentarijs. §. pertinere. ff. de eden. Et cùm cancellaria non det literas ſine cauſa, præſumitur cauſa, arg. l. j. C. de præda. cur. lib. 10. ſecundum eum, propter quæ uerba redditur adhuc magis dubia opinio ſ. defenſata. Tamen plus operatur iſta autoritas Bald. quam eius rationes, quæ uidentur perſuaſiuæ, non demonſtratiuæ. Et quod non præſumatur mãdatum in hac materia, firmat ipſe Bal. in l. j. ad fi. C. de preci. impe. offe. per text. hic, & j. eod. ex parte. Generaliter autem, quando negatur mandatum procuratoris, cui incumbat onus probandi, uide ordinatè Bart. & omnes Scribentes in l. licet. C. de procur. & domi. Abb. in c. quoniam. de proba. cum concord. ibi alleg. & Bald. in ſua Marg. Innoc. in uerbo, exceptio. in 24. q. & Butr. in c. cum M. de conſti. cum ſi. ¶ Amplia quintò regulam huius literæ, etiamſi iſte impetrans ſine ſpeciali mandato offerret cautionem rati, quia non ſufficit, etiam coniuncta perſona, ſecundum Bal. hic per l. quod ſi de ſpeciali. & l. patri pro filio. ff. de minn. & quia ratihabitio non trahitur retro, ubi requiritur mandatum ab initio, quia præpoſteratur ordo, ut hic, & l. quid ergo, ff. de infam. & l. ſi uerò non remunerandi. §. inter creditam. ff. man. & l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. ff. de acqui. hære. Secus, ſi requiritur ſimplex conſenſus, l. fin. C. ad Maced. ſecundum eum. Et quod hic nõ habeat locum cautio rati, dictum eſt ſ. in 3. ampliatione. Sed caue, quia licet rationes Bald. prædictæ ſint generales, tamen uidetur, quod ſit ſpecialis in caſu iſto, per rationes dictas in dicta ampliatione, maximè, quia eſſet eluſoria diſpoſitio huius decretalis, attento, quod emens reſcriptum ſemper diceret ſe ratificare. ¶ Regulariter [a] au-
8 tem † ratificatio ualidat geſta per procuratorem carentem mandato, etiam in requirentibus ſpeciale mandatum, ſecundum Bal. & Sal. in l. ſi maritus. C. man. & Bal. in l. multum. C. ſi quis alte. uel ſibi. & ibi Sali. per d. l. ꝙ ſi de ſpeciali. Idem probat apertè in c. 1. de homi. l. 6. ubi homicidium factum noĩe meo, ratum habetur; & tñ non poteram obligari circa ſpeciale mandatum ſuperueniens actu nondum conſumato, l. Iulianus. ff. qui ſatiſd. cog. Et ita per d. c. j. no. Ang. in l. licet. in prin. ff. de iudic. pro quo uide etiam text. optima facientem in c. ſi. de iureiur. in 6. & in c. cum ꝗs de ſen. exc. in 6. inducendo, ut induxi in d. c. j. Et idẽ no. Old. conſ. 198. in 2. Pro fundamento. ad ſi. ¶ Amplia ſexto, etiã ſi impetrantur literæ in cauſa inquiſitionis, q. a in impetratiõe requiritur ſpeciale mandatum, ſm Bal. in c. ex parte. prope fi. j. eo. Reſpondet ad l. j. C. de preci. impe. offe. ꝙ ibi cõſtabat de certa ſalis preſcipis. Poteſt etiam reſponderi, ut per ipſũ Bald. in d. l. j. ad fi. ꝙ ibi fuit ſpecialis caſus propter laudabilia uitæ exemplum, & criminis enormitatẽ. ¶ Amplia ſeptimò & ulti-
9 mò, ut † non ſolum reſcriptum nõ ualeat, ſed etiam tenetur impetrans in expenſis,

a *Regulariter*] *Adde tu, quod iſte eſt ſubtilis paſſus, et difficilis, in quo gl. fuerunt contrariæ, et etiam Bar. fuit uarius. Et primo intendo, quod gl. in l. ſi tutor. C. in quib. cau. in in teg. reſt. nõ eſt uera. tenuit, quod geſta p falſum procuratorẽ poſſunt ratificari, quando eſt in fauorem minoris. Et quod hoc modo intelligida eſt l. nõ eo minus. C. de pro. ubi uidetur, ꝙ ſententia, quæ fuit lata per falſum procuratorẽ, poſtea fuit ratificata, dicit gl. ĩ d. l. ſi tutor. hoc uerum eſt. Sed ratio fuit, quia lata in fauorẽ minoris, et*

iure ſingulari minore ratum habere hoc ſatis factũ. Et poſtea ſubdit, quod l.non eo minus. C.de procur.& l.licet.ff.de iudi.et l.3.§.falſus.ff.rẽ ratã hab. hoc modo ſunt intelligenda, & ideo nõ ualuit ratificatio in d.l.ſi tutor. quia fuit lata contra minorẽ.In eo aũt, quod dicitur, quod dominus poteſt habere ratã ſententiã latã cum falſa procuratore, debet intelligi, quando eſt cõtra dominũ lata, quod uult habere ratã in ſuũ præiudiciũ. Sed ſi eſſet lata pro domino, tunc non poſſet habere ratã a domino maiore, ſed nec minore ſic. Et in iſta opin.uidetur, quod Bar.inclinet in d.l.ſi tutor. C. in quib.cau.in in integ.reſt.non eſt neceſſ. Adde, quod Bart. in d.l.licet. ff.de iudi. uidetur ibi dubitare de opi. gl.in d.l.ſi tutor. quãuis ibi fuerit eam ſecutus laudã de opi.Vltramõtanorum. Adde, quod inuenio poſtea Bar. in l.ſi maior.§.hoc iure. ff.de excep. rei iud. quod ibi expreſſe tenet, quod dominus maior poteſt ratificare geſta per falſum procuratorẽ, ſiue ſententia ſit lata pro ipſo domino, ſiue cõtra ipſum dominum. Adde tu, quod ap.Bar. in d.l.ſi maior §.hoc iure. eſt cõmunis, et magis cõmuniter tenetur, uidelicet, quod ratificatio domini ualidet geſta per falſum procuratorem, etiam quod ſit maior, etiã quod ſe tentia ſit lata pro ſe, etiãſi ſit talis caſus, qui requirat ſpeciale mandatum. Quã ap.ſequit gl.in c. experientes. in uer. prepoſita.§.quod ſi per 20. de elec.

in quib. fatigauit aduerſarium, & etiam tenetur pœna falſi, ſm Rot.in ti.de proc. concluſ. 12.in antiquis, per iſtum tex. Et in hac condemnatione expenſarum eſt iudex competens ipſe impetratus in tali reſcripto, ſm Rot.& eſt bonus tex.in cle. j.de reſcrip.& gl. fi.in c.fi.j.eo. & ibi erit dicendum. Et pro hoc, quod dicit Rota de falſitate, facit tex.in c.tam literis.in fi.de teſti. ubi mittens ad Papam literas, tanquam confectas noĩe capituli, cùm non conſenſerit maior pars capituli, ſuſpenditur ab officio & beneficio. Facit c.quinto. de his, quæ fi.à præla.ubi punitur pœna falſi, qui ſcribit, Canonicos conſenſiſſe, ſi non conſenſerunt. Ad idem Alex.in l.qui ueluti. C.de falſ. ubi tenetur pœna falſi, qui ſcribit aliquid factum præſente abſente. Dicit tamen hic Io.And.poſt Aegid. quod iſte non punitur pœna falſi, de qua tradit in c.ad falſariorum.de cri. fal.ſed tanquã impetrans per falſi ſuggeſtionem, per c. ſuper literis.ſ.eo. Et ſequitur Bal. But.& Imol. hic. Et ideo non punitur pœna l. Corneliæ de ſicar. quia non tam acriter delinquit, ſm Bal. hic inferẽtem pulchrè ex hoc dicto Aegidij, quod ſi ſtatutum diſponit, ut aliquis puniatur, tanquã falſarius, non intelligitur de pœna l. Corneliæ, ſed de pœna arbitraria. Quod tene menti, ſecundum eum. Et dicit hic do. Abb. quod iſte comparatur falſario generaliter, ad hoc ut puniatur, ſed non in quantitate pœnæ: nam is, qui obrepnit principi, debet puniri, l.& ſi legib.C.ſi contra ius, uel uti. pub. Facit l.ſi quis obrepſerit.ff.de fal. ſecundum eum. Veniendo mõ ad caſus exceptuatos à regula huius decretalis notã

10 dæ ſunt octo fallentiæ. Fallit † primò in impetrante literas beneficiales, quia licet impetrans non habeat ſpeciale mandatũ ab eo, pro quo impetrat, ualent, ſecundũ gl.magnam hic in fi. per rõnem in ea aſſignatam. Idem tenet gl.j. in c. ad aures.ſ. eo. quas gl.multum extollit do. Ab.ibi in fi.& hic in prin. tãquam ualde notabiles & ſingulares. Et dicit hic Hoſ. quod ſic tenet cõſuetudo. Et ſic dicit Io. An. d.ſuum terminaſſe in ſua diſputatione, licet diceret cuiuam tenere contrariũ. Et dñt hic But. Imo.& Domi. quod hodie iſta gl.ſeruatur de facto & de coniuncto, quod poſſit impetrare in beneficialib. pro cõiuncto ſine aliquo mãdato. Eſt tex.in c.ex ore.de his, quæ ſi. à ma.par.c.ſm eos. Et prædictas gl. ſequitur etiam do. Abb.in d. c. ex ore.in j. no. ¶ Etſi diceretur, in iſtis beneficialib. literis ſtrictius proceditur, quam in literis ad lites. Patet ex no.in c. ad audientiam.j.eo. ergo ſi in literis ad lites requiritur ſpeciale mandatum, ut hic fortius in iſtis, reſpõdetur ultra omnes Doc. quod in literis ad beneficia, non poſſunt concurrere illa duo inconuenientia propter quæ factus eſt iſte tex. Primum eſt, quod ſuſcitabantur lites de nouo. Alterum, quod fiebat de iſtis reſcriptis mercimonium. Nam primum nõ cadit in literis ad beneficia. Circa ſecũdum aũt eſt prouiſum per alia iura, quæ prohibent mercimonium in beneficialib. ut.j. de ſimo. per totum. Et ideo ceſſante ratione iſtius tex.ceſſat etiam prouiſio. Et per cõſequẽs, procurator generaliter conſtitutus poteſt impetrare literas ad titulum beneficij. Et facit, quod dicitur j. in 6.fal. ¶ Et procedit iſta fallẽtia etiam in impetratione pri-

uilegiorum & immunitatum, ſecundum Lu. Ro.in ſing.in uerbo, reſcriptum. §.2. qui fortè cogitauit, quod in illis eſt eadem ratio, uel ſumit largè uerbum Beneficium, de quo hic in gl.prout in l.beneficium ff. de conſti.prin. Bene facit gl.in c.quam ſit. in uerbo, petere.ibi, ſcilicet pone, quod amicus.de elec.in 6. quę dicit, quod amicus põt nomine electi petere confirmationem ſine mãdato, dum modò electus ratum habear. Et ſequit ibi Domi. Facit etiam tex. cum.gl.in c.accedens. j.de præben.& ibi

11 Doc. ¶ Scias tamen circa prædicta, quod † licet non requiratur ſpeciale mandatum ad impetrandum beneficiũ, requiritur tamen ad acceptandũ, ſm Rotã in iſto ti.deci.62.inci. No. Paulus.in antiquis, ubi dicunt, quod nec procurator generalis, nec coniuncta perſona, põt acceptare, niſi ſuper hoc habeat mandatum. Sed habẽs mãdatum ad acceptandum beneficium, bene põt acceptare dignitatem. Et ad iſta dicta allegant Pau.in cle. unica, ſuper uerbo, acceptandum. de conceſ. præb. ubi idem ſentit gl.in uerbo, præſentium. Imò dicit Rota in tit.de procu. concluſ. 22.inci. An procurator in antiquis, quod procurator cõam cũ libera, non tamen habens ſpeciale mandatum ad acceptandum, non põt acceptare. Et idem Rota de proc. deci.ult.in antiquioribus, licet per errorem ſit aliter ſummata. Sufficit tamen, quod mandatum dicat generaliter Ad acceptandum beneficium, licet non dicat De tali beneficio, ſecundum Ab. in d.c.accedens.& ibi etiam Imol. & Imol. poſt Paul. in d. clem.unica, uerſic.non autem requiratur. Et ibi etiam latè, quòd poteſt ad hoc conſtitui procurator. Et eadem notat ibi Card.in uerſi.quem etiam.uerſus fin. Et iſtis adde, quod cõiuncta perſona nullum habens mandatum, põt purificare gratiam in caſu dictæ cle. unicæ, ſm Rotã in tit.de cõceſ. præbẽ. deciſ. 9.incip. Item quod purificatio in nouis. Et dictam deciſ. Rotæ de mandato ſpeciali ad acceptandum, ſequitur etiam Ab.in c.accedẽs.de præb.& ibi latius Imol. Ex quib. habes, quod eſt differentia inter poteſtatem impetrãdi & acceptãdi. Acquiritur tamen tale ius ex impetratione ſimplici, quod conferens uariare non poteſt, c.ſi tibi.de præben.in 6. & ibi glo.3. Domi.in uerſi.glo.tertia.ubi etiam ponit, quòd ante acceptationem non acquiritur effectualiter beneficium. Et hoc etiam ponit Bart. in l. qui mihi donatum. in princ. ff.de donat.allegando Innoc. in c.accedens.de præben. Ad quod ultimum uide, quæ remiſſiuè dixi in c.2.ibi, tertiò limita, ſ.tit.prox. Ponunt etiam Ab.& Imo.in d.c.accedens. poſt gl.in c.quam ſit.in uerbo, petere. de elect.in 6. An poſſint in talib.ratificari geſta per negociorũ geſtorem. De quo etiam per Dom.in d.c.ſi tibi. An aũt ad recipiendam poſſeſſionem beneficij requirat̃ ſpeciale mãdatum? diſtingue, ut per Rotam de proc.21.in nouis, quam ſequit̃ Imo.poſt.Bu. in d.c.accedens. Tamen Domi.poſt Gaſ.Cald.in d.c.ſi tibi. uult indiſtinctè, reprobando Rotam, quod requiratur ſpeciale mandatum. Et dum Rota allegat gloſ. in cle.j.ut li.pend.in uerbo, collato.ibi, ſed ubi amicus, quòd apprehenſio poſſeſſionis beneficij facta non per procuratorem, ſed per negociorum geſtorem, uel amicũ fingitur facta in loco, ubi erat dñs eam ratam habens. Vide ibi Car.q.28. ubi firmat contrarium poſt Pe.de Anc.dubitãtem de hoc. Sed Imo. & Ab. tranſeunt ibi cum gl. Sed Pet.de Anch.in regula, rati. dicit, quod non dicatur actus fieri, ubi erat dominus in caſu ratificationis, contra dictam gl. Sicut enim quando dedit mandatum procuratori, non inſpicitur locus mandati, ſed locus, ubi mandatũ impletur, ut uult d.gl. & originaliter Arch.in c. 2.de præb.in 6.ut ibi per Domi.poſt alios, & per eundem in c.fin. circa med.de homic.in 6. ita cum ratihabitio ſit ſimilis mandato, d.regula, rati, uidetur utroque caſu inſpiciendus locus, in quem effectus rei dirigitur, ut ibi per eum inducentem, quæ dicantur in ſimili de mandante delictum fieri, quòd nõ dicitur deliquiſſe in loco, in quo erat ipſe mãdator, ut per Bar.in l.non ſolùm.§.ſi mandato.ff.de iniu.& ũ concor.de quibus per Alex.in l.ſi ut proponis.ff. de fideiuſ. & Dom.latè poſt Rob.de Fronazia, in d.c.fi.per Mod. Ang. & Auguſt.in lib.Maleſ.fol.46.& fol.72.& dixi poſt Butr.& Abb.in c. fi.de foro compet. ponendo alia in ſimili. Et ideo ſtãte hac æquiparatione mandati & ratificationis, uerior eſt

in 6. Tenent cõ. Scribentes in d.l.ſi maior.§.hoc iure.ff.de excep.rei iud. Ang.in l.1.C.quibus res iudi.non noc. Bal.in d.l.licet.in uer.ul terius quæro. C.de procur.& gl.in d.l.ſi maior.§.hoc iure.ff.de excep.rei iud.

op.

opi. Car. in d. cle. 1. ¶ Fallit ſecundò, quando generalis procurator impetret in cauſa, quam poteſt proſequi ex generali mandato, & non impetrat in perſonam domini, ſed in propriam, tanquam procurator illius cauſæ, quia tunc pôt impetrare abſque alio mandato, ſecundum do. Abb. hic ultra alios. Mouetur, quia ſicut ex generali mandato poteſt agere, c. qui generaliter. de proc. in 6. ita impetrare: nam Papa e ordinarius cunctorum. Ergo procurator poteſt cām proſequi coram eo, uel coram delegato dato ab eo. Item hoc caſu ceſſat rō huius c. cum ipſe has literas non poſſit alteri tradere, cùm impetrauerit in perſonam propriam, tanquam procuratur. Ad hoc bonus tex. in c. cùm olim. de cā poſſeſ. cum ibi not. Item iſte caſus poteſt comprehendi in fi. text. per quem patet, quòd lex loquitur de penitus extraneo, ſm eum. Et iſte non eſt penitus extraneus. Hoc mō intelligunt dicta Compoſt. hic, & Spe. de quibus fuit facta mentio in j. ampliatione, dum dicunt, ꝙ procurator non poteſt impetrare in cā, in qua habet mandatum: quia intelligunt, quando impetrat nomine dñi, ſecundum do. Ab. hic, & ſequitur hic Ao. Sic. dicēs idem uoluiſſe hic alios Scribentes. Tamen alio mō loquuntur, quam Ab. ut dixi. Sed aduertat quia prædicti Doct. ſubdunt aliud uerbum, ꝙ non refert domi. Ab. & ponunt caſum, in quo fatentur procuratorem prædictum poſſe impetrare non obſtante iſto tex. ſententes expreſſè, ꝙ etiamſi impetrat noīe domini, ualet impetratio, uidelicet quando cā uentilatur in curia, & ipſe procurator uult impetrare ſuper pertinentibus ad litem cœptam, puta ſuper receptione teſtium & ſimilibus: quia poteſt. Ita dicit hic Compoſt. & ſequuntur Doct. hic, excepto do. Abb. qui non tangit. Et idem Specul. de reſcrip. præſen. §. rōne autem impetrantis. uerſi. ſed nunquid procurator. ſubdens, ꝙ procurator habens mādatum ad proſequendum appellationē, poteſt impetrare, quia impetrando dicitur pſequi. Et idem in hoc ultimo dicit Bal. hic in fine poſt Collectarium, ſubdens, ꝙ ſi non haberet mandatum ad proſequendam appellationem, non poſſet impetrare, per l. inuitus. C de procur. Et licet uideatur in extraordinarium iudicem conſentire, in quo uidebatur requiri ſpeciale mandatum, tñ poteſt procedere dicta opinio ſecundum eum: quia cùm unum conceditur, uidetur concedi omne id, per quod peruenitur ad illud,[a] l. ſeruitutes. §. ſi domo. ff. de ſeru. urb. præd. Et pro hac opin. dicit facere l. qui procuratorem dat. ff. de proc. Non tamen poſſet compromittere ſine ſpeciali mandato, ut hic per eum: ex eo, quod dictū eſt de impetratione ſuper pertinentibus ad litē. Dicit hic Imol. eſſe bene notandum, ꝙ mandatum extēditur ad executiua, uel incidentia etiam exigentia ſpeciale mandatum: & facit ſm eum, c. ſuſcitata. de teſti. in integ. ubi eſt etiam bona gl. in uerbo, poſtulauit. & ibi Scribentes. Et pro hoc adde Paul. de Caſt. conſil. 27. ubi dicit, ꝙ procurator pôt oīa dependentia, incidentia & connexa, etiam quæ exigūt ſpeciale mandatum, ut eſt petitio reſti. in integ. per d. c. ſuſcitata. cum gl. Et ad confirmandum hoc uide, quæ reduxi in c. cùm. de re iud. probando per longum diſcurſum, ꝙ iſta contigua, uel connexa mandato dicuntur incluſa tacitè in ipſo mandato. ¶ Videntur ergo ex prædictis diſtinguendi duo caſus. Primus eſt, quando procurator eſt datus ad cām, in qua nondum eſt datus iudex: & tunc non poteſt ipſe impetrare ſine ſpeciali mandato, ſecundum oēs. Fallit, niſi impetret nomine proprio, ut procurator, & non in perſona domini, ſecundum do. Ab. ¶ Secundus caſus eſt, quando impetratio eſt legitimè facta, & occurrit impetrare ſuper incidentibus & tunc procurator datus generaliter ad illam cauſam, poteſt ſuper incidentibus impetrare, ſm prædictos. ¶ Conſidere bene hanc fallentiam: quia non uidetur carere ſcrupulo. Nam ſecūdus caſus, de quo proximè dictum eſt, bene uidetur poſſe procedere: quia ex quo eſt procurator ad cauſam, debet poſſe iſta connexa incidentia: dato, ꝙ requirant ſpeciale mandatum, per prædicta. Sed in primo caſu non capio differentiam do. Ab. uidelicet ut diſtinguamus, an procurator concipiet uerba ſupplicationis in perſonam domini, an in perſonam ipſius procuratoris. Si enim, quando concipit in perſonam domini, non ualet impetratio, licet habeat generale mandatum ad cauſam, profectò idem uidetur, ſi concipit uerba in perſonam ipſius procuratoris: dicendo tamē ſe facere procuratorio nomine domini. Nam nullo caſu facit, ut ipſe, ſed ſemper uice domini. Et quando nominat officium procurationis, nunquam uidetur facere, ut ipſe, ut per Bar. in l. j. §. nunciatio. ff. de ope. noui. nunciatione concord. Si ergo dicit ſe impetrare, ut procuratorem Titij, ad hoc non habet mandatum, quia habet mandatum ad cauſam, in qua nondum eſt impetratus iudex, non autē ad impetrandum. Et ex quo ad impetrandum requiritur ſpeciale mandatum, non ſufficit illud generale ad cauſam. Nō obſtat motiuum do. Ab. quod ex quo poteſt agere, poteſt in eadem cauſa impetrare: quia iſtud non uidetur uerum, ut firmant hic Scribentes oēs, dicentes, quod per ipſam commiſſionem ſuper cā principali non poteſt impetrare: ſecus in incidentibus per prædicta. Et quando dicitur, poteſt impetrare procuratorio nomine, certè nō uidetur, quod poſſit allegare officium procuratoris ad id, ad quod mandatum ſe non extendit. Et qua ratione non poteſt dirigere uerba impetrationis in dominum, eadem ratione uidetur, quod non poſſit ea formare in ſeipſo, tanquam eius procuratore: quia dicendo ſe procuratorem, uidetur nomine domini facere, & actum conſequenter in eum dirigere per uerba ſaltem indirectè & effectualiter. Non obſtat, quod non poteſt alteri tradere literas, quando impetrauit in propria perſona, ut procurator: quia idem eſſet quando impetrauit concipiendo uerba in perſonam domini. Non enim poteſt tradere alteri, quam domino. Et ſic etiam, quando impetrauit, ut procurator ſuus. Non obſtat quod iſte non eſt ex toto extraneus: quia ſi iſta ratio ſuſtentat impetrationem factam procuratorio nomine, pariformiter ſuſtentare deberet etiam impetrationem factam directis uerbis in dominum. Et ſicut poteſt uendere iſtam impetrationem domino, cuius nomen eſt in reſcripto, ita quando dixit ſe impetrare, ut eius procuratorem, ex quo habuit mandatum ad cauſam. Et ideo ſi ſuper iſtis bene cogitabis, fortè concludemus, ꝙ indiſtinctè procedat prima ampliatio, de qua ſ. uidelicet ꝙ iſte tex. procedat etiam in procuratore dato ad cauſam, quia nō apparet, quomodo poſſit fundare ualiditatem impetrationis in iſto generali mandato, ex quo de impetratione nihil dicit. Et ideo non poteſt iudicem impetrare ſuper illa cauſa, ut uoluit hic omnes indiſtinctè. Sed quando eſt inchoata, poterit impetrare ſuper incidentibus, ut eſt dictum, quia ex quo cā eſt commiſſa, iſtæ impetrationes ſuper iſtis incidentibus ueniunt iure acceſſorij. Quæ ſigna, ut noua ¶ Fallit tertiò, ſi pars non excipit contra literas: quia ualebit proceſſus, cū non ſint ipſo iure nullæ, ſed annullandæ per exceptionē, ut tenet gl. magis. hic in uer. ſed nunquid. licet reſpectu primi caſus huius c. hodie ſit ſecus, per c. ſtatutū. in fi. de reſcript. in 6. Et iſtā gl. ſequitur hic Ab. quæ text. hic loquitur per uerba futuri tpis, & non præſentis, ut patet ibi, non ualeant. Ergo nō ſunt nullæ ipſo iure, iuxta theoricam gl. in regula, in pœnis. de reg. iuris. in 6. Ad idem inducit tex. optimum iuncta gl. & Bart. in l. uniuerſa. C. de prec. imper. offe. ubi per uerba, Non ualeat, non inducit nullitas ipſo facto. Et ad hoc tenebis ſemper menti iſtam gl. iuncto tex. ſm ipſum. Idem tenet hic Andr. Sic. quia iſta conſtitutio emanauit in fauorem rei conueniendi: & uult, ꝙ literæ non ualeant. Ergo ſequitur, ꝙ ſi ad fauorem rei cedant, ualent, ſi non opponitur: argu. l. ꝙ fauore. C. de legi. cum ſi. Et oportet de neceſſitate intelligere iſtum text, quod dominus ſciuit extraneum impetrare literas nomine ſuo. & non contradixit, & propter hoc dicitur in gl. quòd literæ ualeant reo non cōtradicente, ſecundum eum. ¶ Contrariam partem firmat But. hic. uidelicet ꝙ iſtæ literæ. ſint nullæ ipſo iure: quia uitiantur ex defectu poteſtatis impetrantis, qui defectus cōmuniter inficit ex toto ipſo iure. Alle. l. licet. ff. de iudic. Et idem tenet Car. hic, ut refert do. Ab. quia non poſſunt ratificari, ut eſt dictū in 2. ampliatione. Ergo ſunt nullæ. Et idem Imol. hic, licet referas Car. pro opin. glo. ſed pro opin. Butr. q̄ putat ueriorem, facit ſm eum, ꝙ habetur in l. licet. C. de proc. & in c. ex parte j. eo. & in c. in noſtra. de proc. Idem tenet Bald. hic exponens iſtum tex. in uerbo, non ualeant, ſcilicet ipſo iure: quia eſt falſus procurator: ex quo colligit, ꝙ qui habet generale mandatū, ubi requiritur ſpeciale, dicitur falſus procurator. Idem tenet Domi. hic per rationem Butr. pro qua adducit: quia per iſta uerba prolata à iure, uidelicet actus non ualeat, eſt inde

a Ad illud] Adde a do. Soc. conſ. 180. inc. Diligenter pū ſis narratione. uer. j. quod quādocunque. cum ſeq. in j. parte.

cta nullitas ipſo iure, ut patet in c. quia propter. ȷ. de electi. Et no. glo. in c. diſpendia. in uerbo proceſſus. de reſcript. in 6. ſecundum eum. Nam in illis iuribus ita exponitur hoc uerbum, Non ualeat. ¶ Conſidera duo pro iſta parte. Primò, quòd quando aliquis eſt funditùs inhabilis ratione perſonæ, tunc geſta per ipſum ſunt omnino nulla, ut per Bartol. in l. licet C. de procur. per l. 2. §. 1. cum gloſſ. ff. qui ſatiſdat. cogan. ¶ Secundo conſidera, quòd tota uis huius articuli
32 conſiſtit in hoc utrum † iſtud uerbum, Non ualeat, importet nullitatem ipſo iure? in quo ſunt uarietates, de quibus ſ. non adaptatæ per Mod. Et pro iſta parte, quòd importet ipſo iure, eſt deciſio Inn. Compo. & communiter * omnium in d. c. quia propter. ubi dicunt, quòd omiſſio ſolennitatũ, de quibus ibi, inducit nullitatem ipſo iure, per illum text. in uerbo, Non ualeat. Ex quibus dictis infert ibi do. Ab. in uer. uel ſaltem. quòd iſta uerba, Non ualeant, inducunt nullitatem ipſo iure: & facit mentionem de tex. & gloſſ. in d. l. uniuerſa. & quod ibi Bart. quem ipſe ſequitur hic: & uide Domi. in d. c. quia propter. in 6. uer. uenio ad uerſ. uel ſaltẽ. ubi colligitur argu. ꝙ dicta uerba inducunt nullitatem ipſo iure, quando in diſpoſitione ponuntur aliqua concernẽtia formam introductionis actus, ꝙ defectus formæ inducit a nullitatem ipſo iure, c. cùm dilectus. ſ. eod. ¶ Sed pro opin. Bar. in d. l. uniuerſa. ꝙ dictum uerbum, Non ualeat, importet tps futurum, uide Io. An. in Spe. de fid. inſtr. §. compendioſè. uer. item uide, ſi eſt ibi clauſula ſuper uerbo, Non ualeat. Idem tenet Bar. in c. cùm ordinem. uerſ. item ex prædictis habes. ſ. eod. ubi dicit, ꝙ quando in iure reperitur hoc uerbum, Non ualeat, & nihil ultrà intelligitur, ſ. per ſententiam. Allegat d. l. uniuerſa. Idem ſentit Tho. Faſtoli dubio Rotæ 32. incip. Secundò dubitat. Idem dicit Bernar. dum allegat l. diuus. §. licet. ff. de iu. eod. Poſſunt opi. concordari b ex doctrina Bar. in l. 2. C. de canone ſiu. ur. Ro. lib. 11. ubi dicit, ꝙ aliquando lex ſimpliciter dicit, Non ualeat actus, & tunc intelligitur ipſo iure, ut ibi, & l. nõ dubium. C. de legi. Quandoq; dicit, Non ualeat, ſi per te aliquid factum fuerit, uel omiſſum: & tunc intelligitur ope exceptionis, d. l. uniuerſa. Vnde ſi ſtatutũ dicit, ꝙ ſi contrahentes non ſoluant gabellam intra octo dies, contractus nõ ualeat, intelligitur exceptionis ope. Et remittit Bar. ad ſeipſum in l. ſi ita qs. §. ea lege. ff. de uerb. obl. ubi hoc poſuit, & etiam ĩ d. l. uniuerſa. & in alijs locis, de quib. dixi poſt Abba. in c. 2. de teſti. & plenius in c. qm. in prin. ut lit. non cõteſ. ¶ Mõ cum in tex. noſtro ſimpliciter dicatur, ꝙ reſcriptum ab iſto impetratum non ualeat, uidetur importare per hanc doctrinam, ꝙ non ualeat ipſo iure, & eſt reſponſum ad d. l. uniuerſa. per q̃ ſe monet Ab. hic, ꝙ ibi non dicitur ſimpliciter, ꝙ non ualeat, ſed non ualeat reſcriptum, niſi dederit ille fideiuſſorem, & ideo cum poſſit dari ex pòſt, ſm Gui. ibi, nõ annullatur ipſo iure actus: ſed per ſuiam: ſecus, ſi ſolennitas exigeretur tpe actus: quia tunc, ſi non obſeruatur, contractus eſt nullus, per d. l. non dubium. C. de legi. & pulchrè Bar. in d. §. ea l. & dixi in c. cum dilecta. uer. ſextum ſignum. ſ. eo. per ꝙ etiam apparet, quod cum mandatum exigatur hic in actu, & non ſufficiat ex pòſt, quia non ſufficit ratihabitio, ut ſ. ſequitur, quod impetratio eſt ipſo iure nulla. ¶ Nec obſtat rõ adducta per Au. Sic. pro opi. do. Ab. hic de l. quod fauore. C. de legi. quia ſicut partes non pñt renunciare ſolennitatibus, c. ſtatutum. de reſcr. in 6. propter finẽ illius c. & quia eſt inductũ ad cõem utilitatem, & exercitationem litium, ita in caſu huius c. ubi concurrit eadem rõ, non poteſt pars aduerſa approbare expreſſè, uel tacitè hanc impetrationem. Nõ enim uideretur principaliter inductum hoc fauore reorum, ſed etiam odio facientium talia mercimonia. Ideo hic cadit renunciatio, ſicut dicitur, quod ſi teſtis repellitur à lege non principaliter fauore partis, ſed odio ipſius teſtis, non eſt in poteſtate partis approbare eum, ut per Bal. & Sal. in l. ſi quis teſti. ad fi. C. de teſti. cum ſi. ¶ Præterea ſicut clauſula decreti impedit conſenſum partis, ut per gl. in uerbo committãtur. in d. c. ſtatutum. & dixi in c. cum acceſſiſſent. ita nullitas inducta hic ipſo iure impedit approbationẽ partis. Et facit tex. in c. j. de reſcr. in 6. iunctis. no. per Io. An. in add. Spe. de rec. præſen. §. nũc quoq; impetrantes. ad fi. in addi. magna, quæ incipit, de grauato etiam in iudicio. quẽ ſequitur Butr. in c. cæterum. ſ. eod. dum dicunt in materia d. c. j. quod ubi lex irritat ipſo facto reſcriptum, non poteſt per conſenſum partis approbari. Et un. gl. in d. c. diſpendia. in uerbo, proceſſus. loquẽs de hac clauſula, Non ualeat, ut ſ. eam allegauit Domi. & dicit But. in d. c. cæterum quod ubi reſcriptum eſt funditus nullum, ſilentium partis in non opponendo non ualidat ipſum. Et per hæc redditur ſuperfluum, quod ſubdit hic do. Abb. poſt prædicta, dicens, quòd ſi reus ignorauerit procuratorem non habuiſſe ſufficiens mandatum, poteſt ſacere retractare proceſſum, quaſi iſtæ literæ ſint dolo obtentæ, & per obreptionem impetrantis, iuxta ea, quæ dicit Innocent. ſ. eod. cum dilecta. & quod not. in l. ſi prætor. §. Marcellus. ff. de iudic. Sed poſito, quòd eſſet uera opinio Abbatis hic, quæ paulò antè fuit impugnata, adhuc fortè iſtud remaneret dubium. Nam aliud eſt, quod pars allegando aliquid falſum obtineat ſententiam contra abſentem, & tunc bene procedunt no. in d. §. Marcellus. Aliud eſt, ꝙ taceat, puta nihil dicendo de exceptione peremptoria, uel dilatoria competente abſenti, & tunc ſiue tacuerit dolo, ſiue non, non retractabitur ſententia, ut ſentit. not. Bartol. in l. j. C. de ſatiſd. & Innoc. in c. præterea. in fin. de dila. & Io. And. in c. ſi duobus. de ap. quia melius eſt tacere, quam male & minus diligenter loqui, a ut dicit gloſſ. in cle. conſtitutionem. de elect. Et ita declarat Matthe. de Mattheſ. not. 19. & dicit in d. c. ſi duobus. ad fin. de ap. Et ideo ſi procurator tacuit exceptionem defectus mandati, per quam poterat opponi contra reſcriptum, non uidetur per hoc proceſſus nullus, quia non tenetur dicere exceptionem aduerſario competentem, c. 1. de proba. nam tacere ueritatem æquipollet falſitati ſolum in teſte, b non in alijs, b ſecundum gloſſ. magnam ad fin. in c. ne quis arbitretur. 22. q. 2. Si ergo uerbum, Nõ ualeat, importaret nullitatem ipſo iure, iſte proceſſus non uidetur amplius retractabilis. Sed poteſt alia uia ſuſtineri opin. do. Abb. uidelicet ꝙ ratione ignorantiæ excuſetur, qui non oppoſuit hanc exceptionem dilatoriam, & audiatur quandocunque poſt litem cont. facta fide de ignorantia, iuxta c. paſtoralis. de exc. Non tamen credo, ꝙ audiatur poſt ſententiam, quia cum iſta exceptio non reddat iudicium retro nullum ipſo iure, ſecundum opin. Abb. non ſumus in caſu c. in noſtra. de proc. Sed tenendo, ut teneo, ꝙ dicta uerba importent ipſo iure, poterit opponi quandocunque, & iſtud eſt uerius. Vnde in prædictis aliter non eſt inſiſtẽdum, poſtquam cõmunis * opi. eſt, ꝙ impetratio ſit ipſo
33 iure nulla. ¶ Fallit † quartò regula huius literæ in impetratione reſcripti, per quã cauſa cõmittitur alicui auditori Rotæ, quia non requiritur ꝙ procurator eam impetrans habeat ſpeciale mandatum, imo ualet, licet ſit obtenta ad inſtantiam falſi & nullius procuratoris, ſecũdum Ro. in nouis, ti. de ap. dec. 60. in ti. Item ſi in cauſa beneficiali. & deci. ſequ. incip. item fuit dubitatum. quæ ſunt per numerum 428. & ſeq. quia auditores habent iuriſdictionem habitu, licet non actu: at in ſimili dicitur ſ. eo. paſtoralis. Et ideo commiſſiones, quæ fiunt eis, non ſunt niſi diſtributiones, per quas datur eis ſolum exercitium iuriſdictionis, in quo attenditur plus factum Papæ, quã partis, præſertim quando de ſpeciali mandato aliqua cã committitur. Tunc enim uidetur de certa ſciã & proprio motu cõmitti, & per talem commiſſionẽ dicitur excitare exercitium ſuæ iuriſdictionis, iuxta not. in ſimili in c. licet. de offi. or. Et illi auditores habent ordinariã in audiendo & cognoſcendo, ut no. in cle. auditor. de reſcri. Et poteſt Papa habitum prædictũ iuriſdictionis eorum deducere ad actum etiam nullo petente: nam ipſe aliquando motu proprio dat iudicem, c. inter ſollicitudines. de pur. ca. Ex quibus latè concludunt, ꝙ appellatus poſſet uti commiſſione taliter obtenta pro appellante, etiamſi appellans non haberet eam ratam. Facit, quod not. Rot. in nouis, de offic. deleg. concluſione 13. inci. Item ſi cauſa committatur, quæ eſt numero 362. ubi etiã dicitur quòd dicti auditores habent iuriſdictionem habitu, & cẽſentur quaſi ordinarij, ita quod commiſſiones, quæ eis fiunt, non ſunt niſi diſtributiones. Vnde inferunt quod diſpoſitio cap. j. de reſcript. in 6. non habet locum in auditoribus in curia impetratis, quia

a Loqui] Adde ſtat. in c. 1. 4. q. 4. & Alexã. de Imo. in l. ſi prætor. ff. de iud.

b Non in alijs] Vide de hoc per Bart. in l. ea quæ ſunt. de ac. em. & in l. presbyteri. & ibi not. C. de epiſc. & cler. ubi Bal. uerſ. ex prædictis etiam apparet. Et adde Ang. in aut. de teſt. in prin. & Bald. in Margari. tertia.

quia tale reſcriptum non confert nouam iuriſdictionem. Et idem repetit Rota, de re iudi. concluſione 5. incip. Item quod ualet cõmiſſio. in nouis, quæ eſt numero 185. de quo tetigi ſ. eod. dilectus. ad fi. Et iſtam deciſionem ſequitur Dom. hic in fin. Et quod tales commiſſiones dicãtur diſtributiones, not. etiam Aeg. Bellemera, deciſio. Rotæ 730. incip. Commiſſio impetrata. ad finem. ¶ Limita hanc fallentiam, dum modò literæ ſint poſtea approbatæ, expreſſæ, uel tacitæ per illum, cuius nomine fuerunt impetratæ ſecundum Aegi. deciſ. Rot. 783. incip. Licet uſus palatij, quia talis cõceſſio iudicis facta abſenti non ualet, quo uſque ipſe ſciuerit, uel acceptauerit. Allegat no. per Inn. in c. quia cunctis. de conceſ. præb. Ex quo infertur, ſecundum ipſum in duabus concluſionib. ibi ſequentibus, quod etiam ſi aduerſarius proceſſerit coram auditore, tamen ſi ille, pro quo eſt impetratum, non improbauit, imo approbauit impetrationem factam de alio auditore, ualet ſecunda commiſſio, & non prima, neq; proceſſus ſecutus ex prima. Et iſtam limitationem no. quia Rota præallegata de app. 60. in nouis, uidetur uelle contrarium, dicendo, quod ille nunquàm ratificauit commiſſionem nomine ſuo impetratam. ¶ Aduerte etiam in eo, quod dicit Rota in dictis locis, auditores Rotæ habere ordinariam: quia illud eſt uerum in cognoſcendo, ſed in decidendo habent delegatã, quando eis committitur deciſio. Et ideo ſi excommunicatus impetrat commiſſionem ad auditorem, ut cognoſcat, uel audiat [a] ſimpliciter, iuxta c. ſuper queſtionum. §. uerum. de offi. dele. benè ualet impetratio, ut per Rotam in dictis locis. Sed ſi impetrat, ut audiat, & iuſtitiã faciat, ualebit proceſſus uſque ad ſententiam non obſtante excõmunicatione impetrantis, ſed ſententia non ualebit tanquàm lata ab eo, qui in iudicando non habebat iuriſdictionem, niſi ex reſcripto, & reſcriptum non ualet, per uo. in clemen. auditor. de reſcript. ubi dicitur, quod in decidendo auditores habent delegatã. Ita declarat Domi. in d. c. j. de reſcri. in 6. oſtendens, non eſſe mirũ, quod reſcripta pro parte ualeant, & pro parte non, ubi capitula ſunt diuiſa ab illo, c. ſi eo tpe. de reſcrip. in 6. & dixi ſ. eo. ſedes. ¶ Pro iſta opinione Domi. quod auditores curiæ habent ordinariam in audiendo, ſed non in decidendo, uide Specul. de offic. ord. §. j. uer. quid de auditoribus. & ſequitur Butr. in c. fin. poſt princ. de re iudic. & hoc modo intellige Archid. in c. experientiæ. 11. q. 1. qui refert glo. j. in fin. in d. cle. auditor. & ibi Car. dicens, quod iſta conſiſtunt plus in facto, quam in iure. Tamen in iure ſequitur gloſſ. ibi, de qua etiam ibi per Imol. Sic etiam intellige Bart. in l. præcipimus. §. j. de ap. dum dicit, quod iſti habent ordinariam. Et ſentit Bald. in l. quoties. ad fin. C. ubi ſena. uel clariſ. dicens, quod auditores domini legati ſunt ordinarij. Sic etiam intellige, quod de iſtis no. gloſſ. in c. j. in uerbo, iudicio. in fi. de re iud. in 6. Et iſta multùm importat, quia per hæc dicti auditores ſuas diffinitiuas ſententias non poſſunt emendare, ſicut nec delegate, per c. in literis. de off. del. Et ita firmat Ro. de re iu. concl. 16. alias numero 341. inci. Item dubitatur, utrum auditor. in nouis, licet aliud ſcribat Car. poſt Landinum in cle. j. uer. undecimò quæro. de re iudic. Similiter per prædicta excuſantur dicti auditores participantes ſalaria cum notarijs, quia uõ licet hoc delegatis, c. ſtatutum. §. notarium. de reſcript. in 6. Sed ex quo in cognoſcendo habent ordinariam, excuſantur, ſecundum Domi. in d. §. notarium. Et iſta non reperies alibi. Ideo memento huc recurrere. Et poſtquam hæc edidi, reperi de iſtis tactum pulchrè per Franc. Pauinum in tract. de De ſede uacante, fol. 10. uer. nos autem auditores ADDITIO. ¶ Fallit quintò regula huius

14 literæ in † eo, qui impetrat bona fide, non animo faciendi mercimonium: quia licet non habeat mandatum ſpeciale; ualet impetratio. Ita dixerunt quidam antiqui, ſm Io. And. hic ſuper uerbo, non ualeant, quaſi uenalitas ſit finalis cã huius conſtitutionis. Et iſtam opin. uidetur ſequi hic And. Sic. ut retuli ſ. in 3. ampliatione: & eam extollit. Sed iſtam opin. reprobant hic Hoſt. Io. An. But. & Domi. quia imo uenalitas fuit cã impulſiua huius conſtitutionis, ſicut illius. ff. de poſtul. l. j. §. ſextũ. Et hoc innuit text. ibi, cùm aũt, &c. aliàs nulla eſſet prouiſio huius decre. cum talis fraus de facili probaretur. Item, ſm hoc, coniunctæ perſonæ impetrare poſſent in fraudem & uenalitatis cã, quod eſt abſurdum, quod poſſet repelli, ſicut alius procurator, ſecundum prædictos. ¶ Pro iſta opin. facit gl. in c. cupientes. io prin. in uerbo, periculoſis. de elect. in 6. & gloſ. in c. duæ ſunt. in uerbo, commendatitijs. in fi. 19. q. 3. Quæ gl. dicũt in ſimili, quod ceſſante cauſa legis impulſiua, non ceſſat lex. Circa quod uide latè Imo. in c. poſt trãſlationem. in 12. col. cũ pluribus ſeq. de renunc. ubi præmiſſis multis remiſſionibus, latè extendit hanc materiam, & aliquid per eundẽ poſt Bar. in l. 2. §. ſi. ff. de donat. ubi eſt gl. quod cauſa in dubio cenſetur impulſiua. Vide de materia etiam per Salic. in l. generaliter. C. de epiſco. & cler. & per Ab. & Phil. in c. cùm ceſſante. de ap. cũ concor. de quib. dicitur aliàs. Conſiderabam unum, poſito quod impetratio facta bona fide non teneat, an ſaltem excuſetur talis, ut non puniatur, tanquam falſarius? & uidetur, quod ſic, ponderando uerbum Præſumpſerit. per quod denotatur dolus & temeritas, ſecundum Car. in cle. j. q. 39. de priuileg. Et iſte, qui præſupponitur impetrare bona fide, caret dolo. Ergo uidetur excuſandus à pœna præſumptuoſitati impoſita. Et de hoc uerbo Præſumere, dixi plura in c. Iudæi. de teſtibus. ubi uide. Tamen uidetur, quod quis dicatur præſumptuosè facere eo ipſo, quod facit contra hanc conſtitutionem, ut etiam dicit Car. in d. cle. j. Pro quo facit regula, qui contra iura. de regu. iur. in 6. ubi non præſumitur habere bonam fidem, qui contra iura mercatur. Sic etiam iſte impetrans contra iura, non præſumitur bonam fidem habere. Et iſte error iuris communis, ex quo non eſt probabilis, non excuſat à dolo, ut per Ang. in l. ſed ſi l. §. ſcire. ff. de pet. hæred. Secus, quando aliàs eſt probabilis, ut ibi per eum. Et dicetur in c. cùm uenerabilis. j. tit. proxim. propter glo. ibi in uer. migraſſe. ¶ Fallit ſextò regula huius literæ, quãdo impetratio non tendit ad alterius præiudicium, quia tunc non curatur, a quo fiat, & ſuſſicit, quod ſit facta, ſecundum Bal. in l. j. uer. ſed in dic. C. de preci. impe. offe. per l. uniuerſi. eod. tit. Vnde ſi Titius impetrat, quod Seius reſtituatur ad famam, non quæritur de habilitate impetrantis, ſecundum eum. Et facit, quod eſt dictum ſ. in j. fal. Et iſte uidetur bonus intellectus, ad. d. l. uniuerſas. licet Bar. ibi intelligat eam, quod impetrans non dixit falſum: quia non eſt mentitus ſe eſſe procuratorem, ſed ſimpliciter impetrauit, nam certè impetrando pro alio ſine mãdato, ſatis dicitur mentiri. Ideo impetratio eius, uidetur nõ ualere, per iſtum text. dicentem indiſtincte, quod defectus mandati uitiat impetrationem. Et non diſtinguit, an dixerit ſe procuratorem, cum non eſſet, an tacuerit. Vnde placet, ut dixi, intellectus Bal. in d. l. j. Et faciũt quæ tetigi ſ. in 3. ampliatione.

15 ¶ Fallit ſeptimò, ubi † princeps ex certa ſcientia concedit reſcriptum non habenti mandatum ſpeciale pro alio. Ita expreſsè ſentit Bald. in c. ex parte. ad fin. uerſic. ſed nunquid literæ. j. eod. Et ita intelligit l. j. C. de preci. impera. offe. Et de hoc facit ſeſtum Andr. Sic. in d. c. ex parte. in fi. Et ratio poteſt eſſe, quia uidetur tunc diſpenſare cõtra ius, attento quòd certa ſcientia æquipollet clauſulæ, Non obſtãte, ut dixi in prin. huius c. uerſ. fallit quartò. Et ubi facit ex certa ſcientia, tollit omne obſtaculum Iuris, ſm Bar. conſi. 196. incip. Ciuitati Camerini. Et non poteſt reuocari in dubium diſpoſitum à principe ex certa ſcientia, ſecundum Bar. in l. conficiuntur. in prin. ff. de iure codicil. Et conueniunt alia, quæ dixi in c. cùm inter. de except. ¶ Fallit octauò & ul-

16 timò in † reſcripto impetrato à perſona coniuncta, quia ualet, licet non habuerit mandatum ad impetrandum, per text. hic. Et dicit hic domi. Abba. in. 3. nota. quòd iſte eſt [b] unus caſus, in quo perſona coniuncta poteſt ea, quæ requirunt ſpeciale mandatum, nam regulariter contra, quia ad hoc, ut coniuncta [c] perſona poſſit agere pro coniuncta, oportet, quòd caueat de rato, & quòd caſus non requirat ſpeciale mandatum, ut probatur in l. ſed & hæc. ff. de procu. iuncta l. Pomponius. in fi. ff. eo. tit. & l. illud. & l. patri. ff. de minor. Hinc dicit Spec. tit. de coniuncta perſona, quòd perſona coniuncta non admittitur in cauſis ſpiritualibus. De quo remittit hic Abb. ad dicenda in c. coram. de offi. dele. Adde do. Car. in cle. unica, uer. quem etiam. prope.

a *Vel audiat*] *Vide de Ro. dec. 362. petitio eſt, & in dec. 80. ſi petatur. Inn. & Ang. in auth. de defen. ciui. §. audiens. in fine.*

b *Iſte eſt*] *Adde quod idem tenet Bar. in l. patri pro filio. in fi. ff. de minor.*

c *Coniuncta*] *Adde tu, quod iſta regula fallit in caſibus hic notatis, & primo coniuncta perſona admittitur ad agendũ pro coniũcta, etiam in caſibus requirẽtibus ſpeciale mandatum*

datũ, & hoc quãdo agis pro minore & prodigo ſimul, ſecus ſi minor tãtum, uel prodigus tantum. Ita Bar. in l. patri pro filio. ff. de mino. in uerſi. ultimo not. Itẽ admittitur cõiũcta perſona pro coniuncta ſine mãdato in caſibus requirẽtibus ſpeciale mandatum, & hoc quando agis pro ſuo intereſſe, iſta coniuncta perſona. Bart. in d. l. patri pro filio. in 1. no. & etiam eo inuito. Ita Bar. in d. l. patri pro filio. Adde do. Abb. in c. communia. de aſſi. dele. Adde ad iſta do. Alexan. do Imo. in l. exigẽdo. C. de procu. in 3. not. ubi per eum plenius.

ſi. de conceſ. præb. ubi dicit poſt Paulum, quod iſte text. ponit caſum ſpecialem contra regulam, quæ dicit, quod in requirentibus ſpeciale mandatum non admittitur coniunctus pro coniuncto, ut in iurib. alleg. per eum: & not. oẽs in l. exigendo. C. de proc. per d. l. patri. coniuncta l. illud. §. j. ff. de mino. Et pro iſta dicta facit, quia geſta per coniunctum nunquam nocent, niſi ſequatur ratihabitio, l. j. C. qb. res iud. non noc. quia l. permittit tales perſonas agere ſine mandato: non tamen facit eos procuratores. Text. not. in l. 3. §. j. ff. iud. ſol. Not. do. Ab. in c. pen. de re iu. Et ratio iſtius fallentiæ eſt, quia hic agitur de modico præiudicio, ſm Io. An. in c. conſtitutus. de reſt. in inte. & ſequitur ibi do. Ab. dicẽs per iſta uerba haberi limitationem magnam ad d. l. patri. ut ubicunque agitur de modico præiudicio, admittatur cõiunctus in requirentibus ſpeciale mandatum. Alia priuilegia coniunctæ perſonæ ponit Lud. Rom. in l. j. ff. in ius uo. ut exnt. ¶ Hanc fallentia limita ſex modis. Primò, dummodò coniunctus, pro quo fit impetratio, habeat ratam impetrationem: quia ſi nõ ratificat, non ualet, ſm Hoſt. in c. ex parte. j. eo. Sequitur ibi Io. An. ſuper uerbo, illis perſonis. dicens, quod hæ literæ tunc ualent, ſi dominus ratũ habet: quia licet tales perſonas lex permittat agere, non tamen, &c. Allegat d. §. j. & ſequitur Imol. in d. c. ex parte. ¶ Contrarium tenet hic An. Sic. quia iſte text. ponit regulam, quod impetratio ſine ſpeciali mandato non ualet, poſtea ponit exceptionem, niſi fiat à cõiuncta perſona. Ergo ut exceptio ſit propriè de regula, ſequitur, quod impetratio coniuncti ualet abſq; ratificatione, per l. nam quod liquide. §. fin. ff. de penu leg. Et eſt motiuum coloratum. ¶ Sed ad iſtud poteſt reſponderi, quod lex noua nõ præſumitur in dubio uelle corrigere ueterem, c. cùm expediat. de elect. in 6. cum ſi. Et cùm hic ſimpliciter admittãtur illæ perſonæ, à quibus de iure non exigitur mandatum, uidetur canon in ſpecie approbare illa iura: & per conſequẽs ea extendere ad hũc caſum cum ſuis qualitatib. id eſt, prout declarantur per alia iura ciuilia, ſ. dum modò ſequatur ratificatio, per text. in d. §. j. dicentem, quod iſti non efficiuntur à lege procuratores, licet admittãtur ſine mandato, ſed requiritur ratihabitio: & maximè ne inducanẽ hic duo ſpecialia, contra l. j. C. de du. prom. Vnum, quod coniunctus admittaẽ in caſu requirente ſpeciale mandatum contra dictas regulas iuris. Aliud, quod nõ ſit opus ratihabitione contra aliã regulã. ¶ Nõ obſtat ponderatio dictionis Niſi, importãtis exceptionem à regula: qa natura exceptionis non facit includi in diſpoſitione id, quod alias ſm naturam diſpoſitionis non includebatur, ut eſt tex. in l. Paulus. alias incipit, mora. in §. j. ff. de uſur. inducendo, ut ibi per dominum Florianum, qui dicit eum eſſe ſingularẽ, & facere ad multa. Et ultra ipſum idem no. Bar. in l. generali. §. uxori. per illum text. ff. de uſu. leg. & Bart. & Angel. in l. Lucius. §. pluribus. ff. ad Trebel. Et ibi Imo. dicens illum text. eſſe ſingularem, & Bar. & Aug. in l. j. ff. de reg. iur. & Bar. & Bald. & Paul. de Caſt. in l. in his. ff. de legi. cum concor. quas dixi in c. quoniam. in princ. ut lite non conteſt. ¶ Limita ſecundo hanc ultimam fallentiam, niſi coniuncta [a] perſona peteret tanquam procurator, ſecundum Bald. hic, quia allegando mandatũ, facit ſe alienum à legis prouidentia, l. maritus. C. de proc. ſecundum eum, reſpondentem per iſta uerba ad l. 3. ff. de mili. teſt. Et iſtud dictum ſequitur hic An. Sic. pro quo adducit, quia ubi in reſcripto interuenit pro parte falſitas, & pro parte ueritas, uitiatur in totum, c. ſedes. ſ. eo. & ibi fuit dictum poſt Abb. declarando c. ſi eo tempore. de reſcrip. in 6. Item, quia attenditur cauſa nocens, ut per Bar. in l. cum uir. ff. de donat. Et ita reſidet. ¶ Addatis Bald. in c. ex parte dacani. j. eo. ubi idem tenet, dicens, quod ſi coniuncta

a *Coniuncta*] *Ad hoc uide Bar. qui idẽ tenet in l. ſanciimus. de ſacroſanctis eccl. in uer. nõ eſt aduertendum.*

perſona aſſerat ſe procuratorem, & non erat, non ualidatur reſcriptũ: quia in appellatione eſt diuerſitas, & diuerſitatis effectiua, & ideo adiectiua nomina dicũtur cõgruere actib. qui aguntur. Facit l. filius. ff. qui ſatiſd. cog. ſm eum. Ad idẽ uide Bal. in l. j. C. de proc. ubi dicit, quod licet perſona coniuncta legitimetur per cautionem rati, quando uenit coniunctorio noĩe, tamen ſecus ſi uenit tanquam procurator: quia niſi fiat dubium de mandato, non legitimatur per cautionẽ rati. Vnde eſt diſtinguẽdum, ſub quo noĩe compareat: arg. d. l. filius. ff. qui ſatiſ. cog. Et ideo licet lex admittat coniunctam perſonam, non tamen facit eum procuratorem, licet concedat quandam facultatem experiendi, d. l. 3. §. j. Nam ſi lex daret ſibi mandatum, non eſſet neceſſaria cautio ratĩ: quia de mãdato l. conſtaret. Item actus coniunctæ perſonæ præiudicaret dño, cùm tamen non præiudicet, niſi habeat ratum, ut d. §. j. qui eſt ad hoc notabilis, ſm eum: & ſequitur Sal. in d. l. j. & Alex. in l. exigendo. uer. ultimò fallit. eo. titul. per gloſſ. ſi. ibi. uel hic patet in d. l. filius. ff. qui ſatiſd. cog. ¶ Ad idem, quod not. Lud. Ro. conſil. 446. incip. Primus propoſitæ conſultationis articulus. ubi licet de prædictis nihil adducat, conſuluit, quod ſi maritus egit tanquã procurator uxoris, deinde repertum fuit eum non habere mandatum, non ualet iudicium, tanquam agitatum de coniuncta perſona: per regulam, quæ traditur in l. multum. C. ſi quis alteri, uel ſibi. & in c. cùm ſuper. de offic. deleg. ubi dicitur, quod potuit, noluit, &c. & per l. ſi is, ad quem. ff. de acq. hæred. ubi aditio a hæreditatis facta ex capite incongruo, non poteſt ſuſtentari ex capite congruo, ex quo fieri potuiſſet, ſi hæres uoluiſſet. Et inter alia inducit pro caſu l. antepe. ff. de eo, qui pro tutore authore. & l. 3. §. ſed & ſi quidam tutor. ff. iudic. ſol. ubi ſtipulatio iudi. ſol. facta per eum, qui uerè eſt tutor, non tñ ut tutorem, ſed ut negotiorum geſtorem, uel aliter, non ualet. Et reſpondet ad facientia in oppoſitum, maximè ad dicta Bar. in l. j. §. ſi quis ita. ff. de uerb. obl. dum tractat, quando defectus in cauſa efficiente faciat, quod ſi actus non ualet ut agitur, &c. de quo etiam per Doct. noſtros in d. c. cum ſuper. Et ea his: quæ alias ibi reduxi; poſſet iſta limitatio multipliciter diſcuti. Et iſtud conſilium Lud. approbat ſimpliciter ſolennis doct. Ant. de Alexan. in d. l. j. C. de procur. Cui adde Bal. in locis ſ. allegatis. Eſt uerum, quod And. Sic. in d. c. ex parte. j. eodem prædictis non adductis, reprobat dictum Bald. ibi, & conſequenter hanc limitationem, per id quod ſcribit Angel. in l. diſpenſatorem. ff. de ſolu. ubi in effectu uult, quòd licet reuocauerim aliquem ut procuratorem, & ſic non poſſim approbare geſta ab eo, ut à procuratore, ut per Inno. & alios in d. c. ex parte. tamẽ poſſum approbare geſta per ipſum, tanquam à coniuncta perſona. Ad idẽ inducit l. Claudius. ff. de acqui. hære. & l. qui habebat. ff. de inſti. & quod per illa iura no. Bar. in diſputatio. incipiente, Aduenantia generalis. uolens, quod ſi procurator habet mandatum habile ex uno capite, & ex alio inhabile, ſi contrahit ex capite inhabili, ſubſtentatur per habile. Facit etiam dictum Innoc. in c. cum ex officio. de præſcript. ſecundum eum. Nihilominus ſequenda eſt iſta limitatio per prædicta. Et ad dicta Bar. in dicta diſputatione, & ad iura prædicta reſpondet Ludo. in d. conſil. licet Andr. Sicul. ipſum non alleget. Ad dictum Angel. in d. l. diſpenſatorem. poteſt reſponderi, quòd Ang. præſupponit illum habuiſſe mandatum, & etiam fuiſſe coniunctam perſonam. Sed in caſu Bald. in dictis locis aſſeruit ſe habere mandatum, cùm non haberet: inter quos caſus eſt differẽtia. Nam in primo caſu concurrente duplici poteſtate in procuratore, ſi dñs reuocat ſolum unam, non uidetur ſibiipſi tollere facultatem approbandi aliã: & in illa ratificatione non uenit ex capite reprobato. Sed in ſecundo caſu actus procuratoris eſt ipſo iure nullus: qa non intendebat agere, ut coniunctus, ſed ut procurator: & ideo cum nõ eẽt procurator, nõ tenuit actus. Vnde ſicut in impetratione facta à nõ habẽte mandatũ, nõ cadit in propoſito ratificatio, ut ſ. in tertia ampliatione, ita nec caderet, quando in impetrante, qui potuit impetrare, ut coniunctus, non fuit animus impetrandi illo modo, ſed procuratorio noĩe. Non enim cadit ratificatio in actu geſto à coniuncto, niſi geſſerit ut coniunctus, ut in prima limitatione huius fallent. ut ſic ratificatio habeat debita extrema, ſecundum not. per Bar. in l. bonorũ. ff. rem rat. hab. Crederem tamen, quòd ſi caſus, in quo loquitur Angel. occurreret in hac materia, non procederet in ter-

minia

minis huius decre. putà, ſi coniunctus habuiſſet mandatũ ſpeciale ad impetrandum, & impetraſſet ut procurator, cum tamen eſſet reuocatus, & hoc ſciret, quia non uidetur poſſe ratificari impetratio ab eo facta, tanquam ſi eſſet facta coniunctorio nomine, per ea, quæ dicta ſunt ſ. in hac limitatione. Si enim non tenet impetratio propter regulam, quòd potuit, noluit, non poteſt etiam ratificari. Aut enim ratificatio uenit ad purgandum defectum mandati, & non poteſt, propter tertiam ampliationem, de qua ſ. ubi in impetratione iſta non cadit ratificatio. Aut uenit ad integrãdum actum, tanquam geſtum à coniuncto, iuxta ea quæ dixi in s. limitatione huius fallen. & adhuc non poteſt, quia non egit, ut coniunctus. Et ſi hic caderet ratificatio, nunquã haberet locum iſta limitatio, quia clarum eſt, quòd quoties cõiunctus aliquid facit, ut cõiunctus, oportet, quod ſequatur ratihabitio, ut in prima limitatione huius fal. Et iſta benè nota, tanquam nouiter diſcuſſa. ¶ Limita tertiò hanc ulti-
17 mam fallentiam in † perſonis coniunctis coniunctione ſpirituali: quia illa non ſufficit in caſu huius decre. ſecundum Spe. in tit. de reſcr. præſenta. §. ratione autem impetrantis. uer. ſed nunquid canonicus. ubi dicit, quod canonicus non poteſt impetrare pro eccleſia, nec pro canonico ſine mandato, licet inter eos ſit ſpiritualis quædam proximitas, & uinculum fraternitatis. Et ſequitur hic Ioan. Andr. poſt Hoſt. propter uerba huius concilij, quod eſt fauorabile, & fuit originaliter dictum Hoſt. in ſumma huius tit. §. quæ poſſunt. uer. nunquid canonicus. & uide gl. fi. in fi. in c. fi. ĩ. de proc. ſecundum Ioan. An. & Domi. hic, qui ex iſto dicto dicit eſſe colligendum notabiliter, quod iura, quæ dicunt, ꝙ coniunctus admittitur ſine mandato, debet intelligi de cõiunctione ratione ſanguinis. ¶ Adde Arc. in c. ſtatutum. §. cum aũt. de reſcr. in 6. ubi dicit, de conſuetudine curiæ nullũ admitti ad impetrandum, uel contradicendũ pro alio ſine ſpeciali mandato, niſi ſit perſona coniuncta proximitate carnali, ut intellexerunt Gof. & Hoſt. Et iſta uerba Arch. ſequitur Ioã. And. in d. c. fin. in fi. de proc. reprobando glo. fi. ibi in fi. quæ ſenit contra prædicta, licet Archid. in libro meo non dicat hæc. Et iſta etiam ſequitur But. Imo. & Ab. in d. c. fi. in fi. allegando etiam Hoſt. ubi ſ. Et ad hæc uide, quæ opportunè ſcripſi in c. cùm M. ſ. tit. proxi. probando, quod ad agendũ, & ſimilia, quoties fit mentio de coniuncto, non uenit coniunctus coniunctione ſpirituali. ¶ Sed conſidera ultra ibi dicta, quod ſi nos paruificamus in hac materia poteſtatem agendi & impetrandi in coniunctis, prout uidentur æquiparari per iſtum text. reſtringenda eſt iſta limitatio ualde notabiliter, ut licet alij coniuncti coniunctione ſpirituali non poſſint impetrare ſine mandato, tamẽ fallit in epiſcopo impetrante pro capitulo, & in capitulo impetrante pro epiſcopo, per id, quod ſingulariter uoluit Ba. in c. edoceri. uerſic. alter autem pro altero. ſ. eo. ubi dicit, quod inter iſtos coniunctio ſpiritualis ẽ maior, quàm inter alios, per c. præterea requiſiſti. de teſta. adeo quod unus poteſt agere pro alio ſine mandato cum debitis cautionibus. Et ſequitur ibi Domin. ut ibi retuli in j. decla. Vnde ſi illud eſt uerum, & ſi eſt uera iſta æquiparatio facultatis agendi & impetrandi, procedet iſta reſtrictio, quam in hac materia non reperio ab aliquo conſideratam. ¶ Sed nunc credo, quod in contrarium ſit deciſio Hoſt. in terminis in d. uerſic. ſed nunquid canonicus. ibi, quia epiſcopus ſaus etiam. dum dicit, quod non fuit auditus in curia, dum contradiceret impetrationi factæ contra capitulum ſuum, à quo non habebat mandatum. Et uidetur uelle, quod coniunctio ſpiritualis non operetur plus, quo ad epiſcopum & capitulum, quàm inter alios ſpiritualiter coniunctos, reſpectu huius materiæ. Et iſtud puto uerius: quia dum dicunt Doct. coniunctionem ſpiritualẽ non ſufficere in hac materia, loquuntur indiſtinctè, ut patet ex locis, quæ retuli in d. c. cùm M. Adde etiam iſtis, quod canonicus poteſt impetrare abſolutionem ab excõmunicatione nomine ſui concanonici ſine mandato, ſecundum Inn. in c. Romana. de ſen. excom. in 6. & ſequitur Ro. in titul. de proc. dec. 36. inci. item ſi dicamus. in nouis, ubi hoc limitatur, niſi petat abſolutionem ad cautelam. ¶ Limita quartò, niſi cõiũctus uelit opponere impetrationi per alium factæ, quia non admittitur ex eo, quia ſit coniunctus, ſecundum Ioan. Andr. & Butri. in c. j. in fi. de proc. dicentes, ꝙ Arch. ita limitat iſtum text. in d. c. ſtatutum. §. cum autem. Et ſic ad contraueniendum non admittitur ſine ſpeciali mandato, cum talis actus ſit potiùs quoddam contradicere, quam defendere. Et ita dicunt declarari hanc decretal. Tamen Hoſt. uidetur ſentire contra hanc limitationem in d. uer. ſed nunquid canonicus. dum dicit poſt Gof. ꝙ nullus admittitur ad impetrandum, uel contradicendum ſine ſpeciali mandato, niſi ſit coniuncta perſona. Et ſic uult, ꝙ coniuncta perſona poſſit contradicere. Vnde propter iſtam uarietatem uidetur ſtandum ſtylo curiæ, quo non apparente fortè opin. Hoſti. eſt uerior, quia qua ratione conceditur iſta facultas impetrandi in iſto text. eadem ratione uidetur conceſſa facultas con-
18 tradicendi. ¶ Limita † quintò iſtam ultimam fallentiam, niſi [a] coniunctus ſit a ſpurius, ſeu natus ex damnato coitu, ſecundum Innocen. hic per l. uulgo. ff. de ſtat. ho. & l. quia ſemper. ff. de in ius uo. & §. uulgo. Inſt. de ſuc. cog. ubi tales non ſuccedunt, & ſic non uidentur propriè coniuncti. Et ſequuntur hic Hoſt. Ioan. Andr. Butri. Imol. & domi. Bald. & expreſſius Angel. in l. ſed & hæ. in princip. ff. de proc. & Bald. in l. cum acutiſſimi. C. de fideicõ. Et intelligit hoc Bald. hic, ſiue ſint aſcendentes, ſiue deſcendentes, ſiue collaterales, per l. lege Iulia. §. nec diſtinguit. ff. de ritu nup. licet in materia merè naturali, ut in pœna l. Pompeiæ de parricidijs, cõtineantur ſpurij, quia natura communis eſt. Allegat Cyn. in d. §. nec diſtinguitur. in addit. per l. hos accuſare. §. omnibus. ff. de accuſ. Facit, quòd no. Dyn. conſil. 14. inc. In Chriſti nomine diligenter conſiderata. ubi dicit, quòd ſpurius non uidetur habere cognationem, uel coniunctionem ex parte patris. Allegat §. fin. in aut. qui. mo. nat. effi. ſui. Et hoc conſilium Dy. allegat Bal. in d. l. id, quòd pauperibus. C. de epiſc. & cler. dicens, quòd ſpurij non ueniunt appellatione coniunctorum. Et adde quòd ubi repellitur ſpurius, tanquã non cõiunctus, ibi etiam repellitur filius ſpurij, quamuis legitimus, quia non habet plus coniunctionis, quam habet pater, ſecundum Paulum de Caſt. conſil. 181. In cauſa, quæ uertitur coram uicario.

Niſi] *Adde tu, ꝙ ſpurius & natus ex dãnato coitu nõ dicũtur propriè coniuncti, & ideo non poſſunt agere pro coniuncto, quia non ueniunt appellatione coniunctorum, & tales coniuncti nõ admittũtur in caſu iſtius tex. Ita Bald. in l. id, quod pauperib. in uerſu illud conſtat. C. de epiſco. & cler. & glo. in cle. 1. de bo. poſſ. in uer. liberi. Bar. i l. 2. ff. de ac cuſ. in uer. quæro, quid de filio naturali. Adde, qui admittatur ad impetrãdum reſcriptũ abſq; ſpeciali mandato? Vide per Angel. in l. j. in fi. ff. de minor. nã ibi eos numerat.*

Excipiuntur ab iſta limitatione duo caſus. Pri-
19 mus eſt, quando † ſpurius uellet impetrare pro illis, quibus poſſet ſuccedere, ſecundum Hoſt. hic, quem prædicti ſequũtur, & remittit ad no. in c. Raynutius. ſuper uerbo, abſq; liberis. de teſta. Et an, & b quando [b] poſſint ſpurij ſuccedere, remittit hic Imol. ad text. & gloſſ. cum ibi not. in l. ſi qua illuſtris. C. ad Orſi. & in l. ſi ſpurius. & in l. hac parte. ff. unde cog. Et ideo dicit hic Abb. quòd iſti admittuntur ad impetrandum pro coniunctis per lineam fœmininam, quia ad inuicem ſunt cognati, & ſibi ſuccedũt, d. §. uulgo. Similiter uidetur, ꝙ frater naturalis admitteretur pro fratre, qui eſſet ex eadem matre, quia ex latere materno habent proximitatem & agnationem, ut eſt de mente glo. 2. in l. hac parte. ff. unde cogn. Gui. de Ca. in l. parentes. ff. de in ius uocan. Et quando illegitimi ſuccedant, uide latè Angel. in §. fin. in auth. qui. mod. natur. effic. ſui. & concluſiue Imol. in c. niſi cũ pridẽ de renũ. & Marhe. de Matthel. in tract. de ſucc. ab inteſt. cũ concor. ¶ Secundus caſus eſt in naturali tantũ, quia iſte põt impetrare, ut coniunctus, ſecundum Inn. hic, quia multis priuilegijs gaudet. in auth. qui. mod. natur. eff. legit. §. a. & fin. & ſequuntur omnes prædicti hic, cum talis certo caſu admittatur ad ſucceſſionẽ, auth. licet C. de natu. lib. & notatur in c. tanta. qui fil. ſint legit. & uidetur probari, ſecundum Abba. hic, in l. parentes naturales. ff. de in ius uoc. ¶ Sed contra hoc dictum Innocen. tenet Ioan. de Imol. in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ff. ad Treb. uolens, quòd ſicut ſpurij non dicuntur cõiuncti, ita nec naturales: quia quod quis admittatur pro alio ſine mandato, eſt conſtitutio iuris ciuilis, & exorbitãs à iure, l. non ſolùm. §. qui alieno. cum

An & quando] *Adde Bar. in l. fi. uer. quæro, an ſuccedat. ff. de his quibus ut indign.*

gl.ff.de neg.geſt.Ergo non uidetur admittendus naturalis, ne fiat extenſio. Pro hoc etiam allegat:quia naturalis non reputatur coniunctus alteri fratri.quoad ſucceſſionem.Allegat gl.s.in d.l.hac parte. Dicit tamen quòd propter authoritatem Innoc. opinio eius fortè ſeruaretur in practica. Sed huic motiuo Io.de Imo.reſpondebitur paulò pòſt in princ. uer.reſpondet etiam. ¶ Eſt uerum, quòd do.Ab.hic credit, quod indiſtinctè omnes illegitimi dicantur coniuncti: & hoc inſpecta naturali æquitate:nam ſecundum naturā ſunt conſanguinei, & in eis cadit affectio naturalis: hoc eſt, quoad matrimonium impediendum dicuntur conſanguinei, c.per tuas.de probat.cap.diſcretionem.de eo, qui cog. conſang.uxo.ſuæ. Et hanc opinionem ſentit Bartol.in l.2. ff. de accuſ. Et hæc not. quia faciunt ad multa, ſecundum eum.Et hoc modo non ſolùm in caſibus d.authen.ex complexu. ſed indiſtinctè remaneret falſa iſta 5. limitatio. Sed iſtis motiuis reſpondet Alexan.tenens opinionem communem, in d. §. ſi quis rogatus. quòd imo diſtinguendum eſt inter naturalem & ſpurium,ut ſ.dixi:quia in dubio non intelligitur de tali ſpurio, per auth.ex complexu.C.de inceſt. nupt.præter quàm ubi tractatur de matrimonio impediendo, quia ibi ſumma honeſtas & maximus pudor attenditur c.t.de ſpōſ.in 6.l.nihil.& l.adoptiuus.ff.de ritu nupt. Nec obſtant not.per Bartol.in d.l.1. & 2.ff.de accuſ.quia illa dicta non procedunt abſolute, nam etiam, quo ad accuſandum, non admittitur ſpurius ſub appellatione ſuorum, ut per Bartol.in l.negaada.in fi. C.qui accuſ.non poſ. quia ſumus in materia ciuili. Ergo uerba ſunt ciuiliter intelligenda, l.Iulianus,uerſi.hoc capite.ff.de rit.nupt. Si tamen uellet admitti, ut quilibet de populo, tunc admittitur, imo præfertur alijs, argu.l.quamuis adulteri. C. de adul.& l.amiciſſimos.§.Lucius. ff.de excuſ.tut. Et ita uult Imol. in d. §. ſi quis rogatus.ut ibi per Alexand.& Ang.Aret.in lib.Malefi. in uerbo,nec non ad querelam.uer.quæſiuit etiam Bar. Reſpondet etiam Alexā.ad rationem Ioan.de Imol. relatam ſ. proximè,uerſi.ſecundus caſus.dum uoluit,quod naturalis non dicatur coniuncta perſona,nam imo uidetur, quod iſte text. ſit fundatus in ratione naturali. Patet in l.ſed hæc. in princip.ff.de proc.ubi libertus poteſt agere pro patrono, & hoc quia propter beneficium libertatis ſuſceptum dictat ratio eum habere affectionem maximam ad patronum, argu. l.ſed ſi l.§.conſuluit.ff.de pe.hæ. Ergo cùm affectio iſta naturali ratione habeatur inter filium & patrem naturalem, & pari ratione ad fratrem naturalem, debemus dicere, quod iura uolētia perſonas poſſe agere ſine mandato, habeant locum etiam in naturalibus, per l.parentes.cùm ibi not. ff.de in ius uoc.l.adoptiuus.§.j.ff.de rit.nupti.& l.hos accuſare. §.omnibus. ff.de accu. ſecundum eum. Et differentia inter naturales & ſpurios, ut primi ueniant appellatione ſuorum, non alij, uide omnino Bal.in l.j.ibi, quoad ſecundum articulum.C.qui accu.& in l.quiſquis.C.ad l.Iul. maieſt.& ibi etiam aliquid per Sal.in l.filium.in 3.q.

6 Praedictis obstant duo. Primò uidetur quòd un†imo filius naturalis non poſſit agere, neque impetrare pro patre,ſequendo Imo.in d.§.ex facto.quia ſequeretur hoc inconueniens, quòd pater ex uitio ſuo lucraretur.Nam lex poſitiua uoluit, quòd non poſſit relinquere filio naturali,quā cum uellet, & hoc ad refrænandum uitium parentum.l.fin. C.de nat.lib. Vt ergo refrænetur uitium patrum dicemus filium naturalem tantum,non poſſe agere,aut impetrare pro patre. Et ita per hanc rationem tenet hic And.Sic.dicens ſe undacter per hoc reprobare Innocen.& ſequaces. Sed certe iſta ratio non concludit, quia text.hic in fin. non habilitat coniunctos, ut inducat lucrum pro coniuncto, quo ſit impetratio, ſed quia, ſicut lex ciuilis præſumit, quod coniunctus fideliter & cum affectione cauſam agitet pro coniuncto, & quod uerisimiliter coniunctus ratum habebit, ita præſumitur, quod cōiunctus impetrabit ſine fraude & ſine animo mercandi ex ipſo reſcripto cum coniuncto. Quæ ratio habet locum in naturalibus,in quibus uiget pietas erga patrem,auth.ē.licet.in fi. C.de nat.lib. Et cum iſti ueniunt [a] appellatione coniunctorum, & in his præſumatur dicta affectio,tenenda eſt opinio non habita conſideratione ad dictam refrænationem uitij parentum, quæ fit in eo, quod prohibentur relinquere in totum filijs.

a *Iſti uenient*] *Ad de eo, quod naturales dicuntur cō iuncti. Bar. in l. 2.ff.de accuſ.*

¶ Obſtat ſecūdò prædictis, in quantū dictum eſt,quod ſpurius accuſare pōt de morte patris, ut extraneus, & quilibet de populo, imo præfertur cæteris,ut per Bal.in d.l.negāda. & Imol.in d. §. ſi quis rogatus. Nam contra hoc arguitur ſic, actio competens cuilibet de populo, debet intentari per eum, qui eſt integræ opinionis, l. popularis actio. ff.de pop. act.l.criminis.in uerbo,ſi ubi integra æſtimatio.C.qui acc. Sed ſpurij & nati ex damnato coitu ſunt infames, [b] & non integræ æſtimationis, aut.ex complexu. C.de inceſt.nupt. Notant Bald. & Salic. in l.fi. C.de uerb. ſig. & Cy.in l.quiſquis.C.ad leg. Iul.ma. Ergo ſpurius, ut quilibet de populo, non poteſt accuſare occiſores patris. Et per hanc rationem tenendum eſt intrepidè contra Bartol. Bald. & Imo.ubi ſ.tā quam peſſimè locutos, ſecundum And. Sic. hic.huic rationi reſpōdent Moder.in lib.Malefic.in d.uerbo,nec nō ad querelam.uer.tu autem in hac materia. Adde quòd Bartol. dicit, quòd ille, qui aliàs repellitur ab accuſatione, non repellitur, quando proſequitur ſuam, uel ſuorum iniuriam. Allegat Spe.in ti.de recu.§.j.ad fi.uer.ſumma.per c.omnibus 4. q.6.& c.prohibentur.2.q.1.in uerbo,mortem propinquorū defendant. ¶ Sed contra iſtam reſponſionem facit, quia ſi iſto caſu admittantur, tanquam ueniant appellatione ſuorum, ergo non ſolùm tanquam quilibet de populo, ſed etiā pro intereſſe particulari uidentur admittendi proſequentes ſuorum iniuriam.Et ſic eſſet uera opi. Bar.in d.l.2. ff.de accuſ.quam reprobant in hoc Bal.Imo.& Alex.in dictis locis, niſi dicamus, quòd licet per prædicta non ueniant appellatione ſuorum, uel Coniunctorum, capiendo ſuos eo modo, quo capiuntur in d.l.negāda.& in d.c.omnibus.cum ſimilibus tamen non ſunt omnino ſimiles extraneis, & ratione ſanguinis poſſunt dici largo modo ſui, adeo quod ſaltem, tanquam quilibet de populo, admittantur proſequentes iniuriam ſuorum, & ex hoc iure ſanguinis præferantur alijs, tanquā propenſiori dolore moti, d.l. quamuis adulterij.in uerbo uerus dolor ad accuſationē impellit.d.l.amiciſſimos. in fi.in uerbo,naturales ſtimulos.& l.s.§.fi. ff.de adult. ubi præfertur in accuſatione, qui propenſiore iure & maiori dolore mouetur. Et multis modis patere poteſt, quòd in concernentibus ſanguinem, & ubi lex utitur uerbis naturalibus, longè differunt naturales ab extraneis, ut inuenies diſcurrendo totam repetitionē Alex.in d.§.ſi quis rogatus.& quæ abbreuiaui in c. in præſentia.poſt Abb.de proba. Et ab iſtis non eſt diſcedendum, quæ ſunt cōcluſiones approbatæ magis communiter, licet opin.do.Abb.hic, & Bartol. in d.l. 2. de accuſa.ſemper fuerit uiſa mihi æqua, ut appellatione cōiunctorum ueniant omnes illegitimi, inſpectis benè rationibus Bar.Et eum ſequitur Bal.in c.de cætero.in fi. de teſti. & in d.l.j.C.qui accuſ.Sequendo opin. eorum ceſſarent difficultates, de quibus ſ.Et idē tenet Bar.in l.hos accuſare.§. omnibus.ff.de uec. dicens illum text.optimè facere ad hoc. Et idem not.Bart.in l.cum ſimus.ad fin. C.de agri.& cenſi. lib.11.& Ang.in l.uxorem. C.qui accuſare non poſſ. ¶ Limita ſextū & ultimò prædictam ultimā

b *Infames*] *Adde Alex.de Imol. in conſil. 80. 2. parte.*

21 fallentiam, dum † modò [c] impetrans tanquam coniunctus,ſit in tali gradu, quod ſecundum conſuetudinem patriç appellatur cōiunctus.Si enim eſt in tali gradu, quod licet ſit conſanguineus, tamen de ſtylo patriæ non reputatur coniunctus, non habet locum iſte tex. ſecundum do. Ab.hic dicentem idem, quo ad caſum d. l. ſed & hæc. quia lex non conſiderat niſi affectionem, & ideo cōcludit, quod ultra perſonas ibi expreſſas eſt arbitrarium,inſpecta affectione & moribus patriæ, qui coniuncti debeant admitti. Et adducit theoricam Doctorum in c. poſtremo. de app.ſic adaptās opi. Inn.Compo.& Hoſt. hic,qui inter ſe uariant in decidendo, quos dicant cōiunctos, ut per eū. Et iſta fuit opi.do.Car.hic, qui dixit,quòd ubi de cōſuetudine curiæ apparet, & illi ſtandum eſt, & procedat opinio Compoſt.hic dicentis, quod de conſuetudine admittitur filius fratris,& ſororis, fratris, patris & matris, conſobrinus, & fi-

c *Dum modo*] *Adde tu,quod appellatione coniunctorum ueniant etiā affines, l. ſed & hæc.in princ ff. de proc. Vide Scribētes in l.reprehendēda.C. de inſtit. & ſubſtis.& in l. cum maritum. & ibi Bal.C.de ſol.et in l. manifeſtiſſimi.§.fi.C. de fur.*

& filius conſobrini, & omnes conſanguinei uſqua ad tertium gradum incluſiuè: ultra non. De affinibus autem admittitur ſocer, & proſocer, & de deſcendentibus gener, & progener. Et dicit Papam oretenus determinaſſe, quòd affinis collateralis, ut ſororius non admittatur. Aut non conſtat de conſuetudine curiæ, & tunc cēſentur coniuncti uſq; ad quartum gradum: ſed ultra illum eſt arbitrarium, uſque ad quē gradum dicantur coniuncti, nec ne. Allegat not. in d. c. poſtremo. Facit gl. 2. in l. ut uim. ff. de iuſt. & iur. dum dicit affectionem conſiderari. Et eam allegat Bal. in d. c. poſtremo. & facit tex. in l. eū allegaui. C. de caſt. pe. li. 12. in uerbo, affectioni fraternæ. quem allegat Bal. in l. j. uer. ſuper tertio. C. qui accu. ¶ Nec eſt loquēdum pari modo in hoc de poteſtate agendi & impetrandi, quia actus agendi eſt maioris pō deris. Hinc eſt, q conuentus monachorum, poteſt impetrare ſine conſenſu abbatis, nō tamen agere, quia agere eſt ſpecies alienationis. Vnde qui prohibetur alienare, prohibetur rem in iudicium deducere, l. ait prætor. §. j. ff. de iure delib. Non ſic in impetratione literarum ad lites, quia nihil perire poteſt abſenti per impetrationem. Et hanc differentiam conſiderat hic And. Sic. dicens, q nullus hoc animaduertit, & ideo totus mundus in iſta materia fuit hactenus in errore dicendo, q in quo gradu quis poteſt impetrare, in eodē poteſt agere, ſecundum eum concludentem ſingulariter, quòd ad agendum admittantur coniuncti uſq; ad quartum gradum, incluſiuè, ad impetrandum uerò uſq; ad ſeptimū. Et eſt concordia noua ſecundum eum. Sed certè Hoſt. Io. And. But. Imo. Abb. & Domi. hic expreſſè aduertunt hoc dicentes, quòd ad agendum admittuntur uſq; ad quartum gradum incluſiuè, & non ultrà, quia in agēdo poſſet parari præiudicium abſenti, non ſic in impetrando. Et ideo admittitur ultra quartum gradum, ſecundum Hoſt. & prædictos, licet Abb. aliter referat Hoſt. ¶ Conſidera bene, quòd quantum ad terminos huius decretalis[a], uidetur tenenda opin. Bar. & do. Abb. intelligendo, ut exprimit Car. clarius, quàm Abb. q [a] ultra † quar-
22 tum gradum ſit arbitrarium, qui dicantur coniuncti in hac materia: ſed uſque ad quartum gradum admittantur indiſtinctè, ſaluo in omnibus ſtylo curiæ. Sed huic opinioni obſtat, q dicit Bald. in d. c. poſtremo, & in l. j. qui acc. uidelicet, quòd ubicunque tractatur de ſignificatione uocabuli, nunquam eſt ad arbitrium iudicis recurrendum. Et dicit de hoc eſſe tex. notabilem in l. item in legato. §. parui. ff. de leg. 3. Poteſt reſponderi, quòd ſi conſuetudo eſt in loco, quòd appellentur coniūcti illi, qui ſunt conſortes, ſeu de ſtirpe, aut de caſſata, ſeu de tali domo, iudex arbitrabitur tales eſſe coniunctos. Et idem ſi conſuetudo non arbitraretur coniunctos, niſi in certo gradu. Et ſi iudex hoc arbitratur, non eſt arbitrari propriam ſignificationem uocabuli, quia cum iam ſit arbitrata, & declarata per conſuetudinem, ipſe dicitur eam imitari, & nihil de nouo facere, ſed exequi interpretationem cauſatam à communi uſu loquendi. Si uerò de hoc non ſit certa conſuetudo, tunc fortè dicentur coniuncti in propoſito omnes, qui ſunt ſucceſſibiles ab inteſtato. De affinibus autem ſtarem cum dicto Compo. ex quo dicit, per Papam fuiſſe ita determinatum. Et prædicta ſunt de mente Io. de Imo. & do. Ab. in terminis multum ſimilibus in d. cap. poſtremo, ubi uide Phi. ¶ Generaliter autem, cum quæritur, qui ueniant appellatione coniunctorum, uel appellatione ſuorum, reperiuntur uariæ opi. quas puto introductas ſecundum uarietates ſubiectæ materiæ. Et de iſtis, ne uidear tranſcribere alibi ſcripta remitto ad ea, quæ allegantur in repertorijs Brix. & Firmiani in uerbo, Coniuncta perſona. & per Alex. in l. exigendi. uer. quæ autem dicantur coniunctæ perſonæ. C. de proc. Et de iſta materia, qui dicantur coniuncti uide etiam And. Sic. in repe. l. cum acutiſſimi. fol. 4. 65. & 68. C. de fideic. & Mod. in lib. Malef. fo. 18. ad fi. & longam apoſtillam Alexā. in d. l. ij. ff. de uerb. & Car. in cle. cūm. §. uerum. in 1. q. de elect. Et qui ueniant appellatione ſuorum, uide melius, quam alibi, per Marianum in c. cum P. Manconella. in 7. col. cum trib. col. ſeq. de accu. Et cum iſtis paucis locis inuenies loca plura. Et adde, q in caſu huius decretalis, & de eſſentia legis, ſed & hæc. non uenit coniunctus magna amicitia, ut per do. Ab. & in c. coram. de offi. dele. & latè & coploſè p Alex. in d. l. exigendi. & in l. ſæpe. ff. de re iudi. & per eundem in l. j. §. lege Falcidia. ff. ad l. Falcid. quicquid ſcribat And. Sicu. in d. l. cum acutiſſimi. c. cum M. Ferrarienſis. in 4. colu. ſuper ti. proa. Si enim non uenit ſpurius appellatione coniunctorum, ut ſ. multo minus amicus.

a Quod] Adde tamen, quòd Vltramontani dicunt, quod coniuncta perſona dicitur uſq; ad 4. gradum. & hoc in agnatione: uſq; ad ſeptimum in cognatione. Adde tamen, quòd Franc. Tigri. Bar. Sal. et Ful ſequuntur gl. in l. cum alienā. § fi. C. de leg. q ſit in arbitrio iudicis, qui dicatur coniunctus. et ibi uide Bart. qui ponit rationem, & adducit opin. Vltramontanorum.

EXPADITIS Ampliationibus & fallentiis ad iſtum tex. in quibus concluſa ſunt omnia dicta Doctorum hic, & alibi, neceſſaria ad materiam, reſtant ſolum duo. ¶ Primum eſt
23 notabile dictum Compoſt. dicentis hic, q † contra impetrantem reſcriptum non admittitur tertius opponens excōmunicationem ad impediendam impetrationem, etiamſi p ipſo eſt lata excommunicatio, quia ex quo contra eum non agit, ceſſat exceptio, quæ eſt actionis excluſio, l. j. ff. de exceptio. Et ſi poſſet eum tangere, non admittitur ad conuenientiam iudicum, ſed datur cautio, quòd per illud reſcriptum non conueniet eum, ne ſibi præiudicetur. Et ita dicit fuiſſe obtentum in curia. Et ſequuntur hic Io. And. But. Imol. & Domi. & And. Sic. remittentes etiam ad Spec. de reſcr. præſen. §. ratione formæ. uer. ſed pone, tu es excommunicatus. & uer. ſeq. ubi idem tenet. Et ut intelligas illa uerba, Ad cōuenientiam iudicum, uide Dom. poſt Ioan. And. in c. j. uer. an reus excommunicatus. de reſcript. in 6. ¶ Obſtat notabilis deciſio Car. in c. p. exceptionem. in 6. q. de except. ubi dicit, quòd contra excommunicatum agentem in iudiciū tertius poteſt opponere exceptionem excommunicationis, ut repellat eum a iudicio, quia ex quo iudex poteſt hoc ex officio, ſequitur, quòd eſt publicum intereſſe, ut repellatur. Igitur quilibet audiendus eſt. Et dicit, quòd fortè iſtud eſt uerius, licet contrarium teneat Arch. in c. j. de reſcr. in 6. conſiderās, quòd non intereſt tertij. Et pro iſto dicto Car. facit, quod no. Bar. in l. ubi pactum. uer. & ideo iam de facto dixi C. de tranſact. Et ſequuntur ibi cōmuniter ★ Scribentes, dū dicunt, quòd quando inquiritur contra homicidam, poteſt tertius comparere & allegare, quòd occiſus erat bannitus; qui poterat impunè offendi ex forma ſtatuti. Et per hanc allegationem factam à tertio debebit iudex ſuperſedere inquiſitioni. Et confirma, ut ibi per Alex. uerſi. item per iſtam gl.
24 ¶ Poteſt † fortè reſponderi iſtis dictis ab alio in iſto propoſito non conſideratis, & negari æquiparatio inter opponentē ut repellat à iudicio, & inter opponentem, ut repellat ab impetrando, nam in primo caſu bene uerſatur intereſſe publicum propter periculum communionis, ſed non ſic in actu impetrationis, quia quo ad illum actum, non uidetur eſſe inceptum periculum communionis, ſed fieri præparatorium ad futuram communionem, & quando ad illam deuenτum erit tunc audietur tertius pro publico intereſſe. Sed non ſic in actu impetrationis. ¶ Cogita tamen, quia intentio Card. in d. c. exceptionem fuit reprobare Arch. in d. c. j. de reſcr. in 6. & Arch. ibi poſt medi. & ante fi. in uer. ſed pone, quòd tu eras de. dicit formaliter idem quòd Doctores hic poſt Compo. ſ. quòd tertius non auditur ad opponendam excommunicationem impetratori, licet alij non referant Arch. in dic. cap. j. Vnde uidetur Car. per conſequens uelle reprobare id, quod tenent Docto. hic. Sed, ut dixi, poteſt dari differentia inter repulſionem ab impetratione, & repulſionem a iudicio, per rationem prædictam, niſi replicares, dicendo, quòd qua ratione in principio iudicij tertius poteſt opponere excommunicationem uolenti agere, ut repellat eum à limine iudicij propter imminens periculum proximæ communionis, eadem ratione poſſet opponere actui ſuæ impetrationis, ut impediatur periculum communionis, quod poſſet uerſari in impetratione, & quod ueriſimiliter uerſabitur in uſu ipſius impetrationis, quia non præſumitur impetrare animo non utendi. Neque enim minus fauendum eſt uolenti impedire periculum futurum, quàm exiſtens, ne poſt uulneratam cauſam, & c. l. fin. C. in qui. cau. in integ. reſtit. non eſt neceſ. Et iſtud non inuenies alibi diſcuſſum. ¶ Vltimò reſtat aliud, quòd ponit hic Dom. poſt Rotam in tit. de iud. dec. v. in nouis, aliàs nu. 185. incip. Item quòd ualet cōmiſſio. uidelicet quòd filiusfamilias in patria poteſtate conſtitutus, poteſt impetrare in Romana curia commiſſionem
ſiendam

ſiendam uni auditori. Et ad probandam hanc concluſionē mittit Rota duplici uia, ſ. ſpeciali & generali. Specialis eſt iſta, de qua dixi ſupra in 4.fal. quòd commiſſiones, quæ fiūt auditoribus ſacri palatij, ſunt potius diſtributiones. Generalis uia eſt, per quam expreſſè uoluit, quòd etiam in curia ualeret eius impetratio. Et hoc probant: quia filiusfa. ſecundum aliquos non eſt inhabilis per ſe ratione patriæ poteſtatis ad impetrandum, quia non ſimpliciter prohibetur impetrare uel agere: imò in multis caſibus agere poteſt, l. filiusf. §. ſed ipſe. ff. de proc. c. non iniuſtè infra de proc. & c. qui generaliter. de proc. in 6. Item quia reſcripti impetratio non eſt actus iudicialis, ſed extraiudicialis, ut probat Inn. in c. quoniam contra. de proba. Et facit tex. hic, & in cap. fi. infra eo. Item per ſolam impetrationem non debet excludi filiusfa. quia poteſt eſſe, quòd impetrabit in caſtrenſi, uel quaſi, in quo agere poteſt: & ſic non apparet inhabilis à prin. Et licet in alijs requiratur conſenſus, poteſt tamen interuenire ante quàm agat. Ideo ſola impetratio non concludit eū adhuc agere, iuxta no. per Inn. in c. ex conqueſtione. de reſti. ſpo. Et cum iſta deciſione tranſit hic Domi. ¶ Adde Aegi. Belle. dec. Rotæ 71 n. inci. commiſſio impetrata. ubi idē formaliter tenet ſubtilioribus rationibus, & reputat fortiſſimum illud argumentum, quod ultimò eſt factum: quia ſufficit, ꝙ in iudicio interueniat iſte conſenſus. Ergo non requiritur, quòd præcedat ante impetrationem cōmiſſionis. Et pulchrè deducit, quo iure, & in quibus prohibeatur filiusfa. agere. Vide latius per eū. ¶ Et ex his cum laude Dei eſt finitum commentum iſtius ſolennis decretalis. ¶ Vltimò quia in 7. ampliatione feci mentionem de pœna falſantium literas Papæ, adde quæ dixi in d. c. 2. uer. præſumitur cōtra reſcriptum. ſupra eo.

SVMMARIVM.

1 *Clericus ubi ſortiatur domicilium.*

2 *Clericus ſecularis habens beneficium requirens reſidentiam, ſortitur ibi domicilium.*

3 *Clericus habens plura beneficia requirentia reſidentiam, dicitur habere plura domicilia.*

4 *Clericus habens unum beneficium, in quo tenetur reſidere, licet ibi non reſidet, nec ſit diſpenſatus ſuper non reſidentia, tamen dicitur ibi habere domicilium.*

5 *Clericus licet dicatur habere domicilium in loco beneficij requirentis reſidentiam, non tamen per hoc deſinit habere domicilium in alijs locis, in quibus alias de iure habet domicilium.*

6 *Clericus licet alibi, quam in loco beneficij dicatur habere domiciliū tamen domicilium principale dicitur eſſe in loco beneficij.*

7 *Clericus quandocunque non reperitur in loco beneficij, in quo tenetur reſidere, præſumitur iniuſta & malitioſa abſentatio.*

8 *Prælati religioſi ſortiuntur domicilium in loco prælaturæ.*

9 *Iudex competens, quis ſit ubi agitur de materia concernente ipſum beneficium.*

Decretum interponendum ſuper alienatione rei eccleſiaſticæ, debet interponi in loco, ubi eſt eccleſia, de cuius prædij alienatione agitur poſt nu. 9. uer. ſeptimo facit.

10 *Actor an habeat electionem, an uelit conuenire reum clericum in loco beneficij, an alibi, ubi etiam habet domicilium. uidelicet quando agitur de materia beneficij.*

11 *Domicilium ut quis ſortiatur, quot requiruntur.*

Conuerſatio aſſidua an cauſet domicilium. Poſt nu. 11. uerſi. conſideranda bene.

12 *Scholaris, uel mercator, quando, uel ubi ſortitur domicilium.*

Scholaris qualiter in loco ſtudij ſortiatur domicilium. Poſt nu. 12. uer. ſecundo limita.

13 *Dietæ ad aliquem conueniendum, à quo loco debent computari.*

14 *Iudex appellationis quando poteſt inhibere iudici a quo.*

15 *Exceptio, quod quis non trahatur ultra duas dietas, an poſſit opponi poſt litem conteſtatam.*

CAPITVLVM XXIX.

DILECTVS filius. 12. ¶ Si occaſione duorum reſcriptorū, unius ſcilicet in cauſa principali, alterius in cauſa appellationis, contēditur, non iudex ſuper principali, ſed deputatus ſuper appellatione, cognoſcere debet de ualiditate appellationis. H. D. ſecundum do. Abb. & uenit ad limitationem c. paſtoralis. ſupra eo. tan

gam ſolùm ea quibus eſt aliquid addendum ultra Modernos ſcribentes: reliqua, quæ principaliter non cadunt, hic, ſeruanda ſunt ad loca propria, ad quæ etiam remittūt hic Doct. ¶ Et primò habebimus, an & quando in loco beneficij dicatur clericus habere domicilium. ¶ Secundò, an ex ſolo commorari ſortiatur quis domicilium. ¶ Tertiò, quis locus attendatur in computatione dietarum. ¶ Quartò, quando iudex ad quem, inhibeat iudici à quo. ¶ Vltimò remiſſiuè, utrum dilatoria quotidie grauans, poſſit opponi quandocunque.

DE DOMICILIO Clerici, nota hic gl. quòd clericus non ſortiatur domicilium in loco beneficij, ſeu eccleſiæ, uel præbendæ. Et pro intellectu huius materiæ, collectis dictis Doctorum hic & alibi, ordinaui nouiter nouē cōcluſiones.

1 ¶ Prima concluſio. Clericus † ſecularis habens beneficium non requirens reſidentiam, non cenſetur ibi habere domicilium, ſecundum Inno. in c. ex ore. de priuileg. ad fi. uerſ. alij autem ſeculares. & ſequitur ibi Butr. dicens illam gl. Inno. eſſe ueram, & menti tenendam. Et ſequitur etiam ibi dom. Abb. remittens ad ſeipſum in c. poſtulaſti. de foro compe. Et Ro. in tit. de appel. deciſ. 9. incip. Item quòd in cauſa beneficiali. in nouis, & Butr. Imo. & Dom. hic, niſi ibi habeat larē aut habitet, ſecundum Bar. & Imo. hic. Et dicuntur non requirere reſidentiam beneficia ſimplicia ſecundum generalē conſuetudinem eccleſiæ, niſi aliud ſit inductum de iure ſpeciali, ſecundum Car. & Imo. in c. fi. de cler. non reſi. Eſt uerū, quòd Inn. Ioan. And. Bar. & Abb. ibi uidentur firmare, ꝙ de iure communi omnia beneficia requirant reſidentiam, niſi appareat contrarium uigore conſuetudinis, uel ſtatuti, uel priuilegij: uel, niſi eſſent parui ualoris, ut uiginti ſolidorum uel penſiones. Sed eorum opinio procedit ſecundum primitiuam eccleſiam, ut latius per dom. Matth. in repe. c. ex tuæ. uer. octauò quæro. de cle. non reſi. ¶ Secunda concluſio.

2 Clericus † ſecularis habens beneficium requirens reſidentiam, ſortitur ibi domicilium, ſecundū omnes * prædictos hic, & in d. c. ex ore. Et ad idem allegat hic Butri. Inn. in c. poſtulaſti. de ſo. compe. & gl. & Doct. in ca. cùm nullus. de temp. ord. in 6. & Io. And. in c. ſtatutum. §. cum autem. de reſcrip. in 6. & Arch. 3. q. 6. in ſum. & 11. q. 1. ſi clericus & gloſſ. 3. in c. quia in tantum. de præben. Item tenet Bal. firmans etiam concluſionem præcedentem in l. ſenatores. ff. de ſena. & ibi dicit, quòd ubi beneficium requirit reſidentiam, ibi clericus ſortitur forum, tanquam neceſſarius incola: nam in culpa eſt, ſi ſe alio transfert, argum. l. prætor. §. pen. ff. de eden. Cum iſtis concordat Domi. in d. c. ſtatutum. §. cum uerò. & pulchrè Bar. in l. 1. uer. item quæro de rectore. ff. ad muni. dicens, ꝙ rector [a] cuiuſlibet eccleſiæ efficitur ciuis loci, ubi eſt eccleſia, per d. c. cum nullus. ſicut miles poſitus in aliquo loco ad exercendam militiā, efficitur ciuis illius loci, l. municeps. §. fi. ff. ad mu. Sicut etiam uir trahit ad ſe uxorem ſuam, ut efficiatur ciuis illius ciuitatis, unde eſt uir [b], l. fin. §. item reſcripſerunt. ff. ad mu. Et intelligenda ſunt dicta Bar. ſecundum primam concluſionē, de qua ſupra. Et iſta ſunt de mente Bar. in l. hæres abſens. §. proinde. in fi. ff. de iudic. & no. do. Abb. in cap. fi. de paroch. dicens idem in abbatibus, & alijs præpoſitis eccleſiarum. Et de his etiam per Bald. in l. ut perfectius. C. de annu. excep. & Ang. conſi. 23. dictum ſtatutum. in fin. Et ibi dicit, quòd ciuilitas adepta ex beneficio, finitur eo dimiſſo. Et dicit Domi. in cap. fin. in prin. de offic. deleg. in 6. quòd uulnerans monachum, punitur, ut uulnerans ciuem. Et dicit Ludo. Rom. conſi. 361. quòd clericus Romanus poteſt habere domicilium in Alemania ratione beneficij, & ſubijci etiam epiſcopo Germano. Et dicit Bal. in l. ab eo. circa fi. C. quomodo & quando iud. quòd domicilium inuentum ratione eccleſiæ, eſt inuentum à iure, ſicut domicilium uxoris in domo uiri. Et dicit Bal. in l. omnes, in princ. C. de epiſ. & cler. quòd lares & domicilia

a *Rector*] Adde, quòd ſiue clerici, uel beneficiati in aliqua ciuitate, ueniūt appellatione ciuium. Bar. in l. 1. ff. ad municipa. Facit multum tex. in c. 3. de tem. por. ord. in 6.

b *Vnde eſt uir*] Ad quod adde do. Soc. conſi. 12. inc. Quoniam in præſentiarum. uo. & non ſolùm clericus, circa med. 1. par. te, & conſ. 36. in ca. Recto ac mature. uerſi. cum ergo. circa fi. in d. parte, & conſ. 157. incip. Præſens cōſultatio pulchra uerſic. quibus ſuppoſitis. in fine, in 2. parte.

lia clericorum ſunt in eccleſia, in qua debent reſidere, per illum tex. ibi, ſanctis altaribus obſecundent ſuis laboribus, & domicilia conſtruant. Et dicit Rota in ne. de reſcrip. deciſ. 70. incip. ſi aliquis eſt oriundus. in antiquis, quòd ſi impetrans narrat ſe clericum talis diœceſis, & in illa ſit ſolū beneficiatus, ſufficit, licet de alibi ſit oriundus: quia ſatis dicitur de illa diœceſi, ex quo habet ibi domicilium occaſione be-
3 neficij, per not. hic. ¶ Tertia concluſio. Habens † plura beneficia requirentia reſidentiam, dicitur habere plura domicilia, ſecundum glo. in cap. priuatus. 71. diſtin. & in c. quoniam. 21. q. 2. & in c. quia in tantum. infra de præben. Intellige, ubi utrique deſeruit, nunc uni, nunc alteri, ita quòd quaſi æqualiter in utroque reſidet, iuxta glo. in cap. non poteſt. de præbend. in 6. facit l. aſſumptio. §. iuriſprudentibus. ff. ad muni. & c. 2. de ſepul. in 6. Secus, ſi uni ſeruit ipſe, alteri uicarius eius, iuxta c. extirpādæ. §. qui uerò. de præb. Tūc n. habet domicilium tantum, ubi reſidet: q̄a ſola reſidētia, ſeu reſidēdi neceſſitas eſt illa, quæ facit ſortiri domiciliū, ut ſatis ꝓbatūs hic, & not. Inn. in d. c. ex ore. Et qui habet uicarium, uidetur diſpenſatus ſuper reſidentia. Ita declarat iſta do. Abb. in c. poſtulaſti. de fo. comper. quem referunt & ſequūtur ibi Maria. & An. Sic. Et ſecundum hæc intellige obſcura uerba Arch. 3. q. 6. in ſumma. in fi. quem ſimpliciter re-
4 fert ibi Domi. ¶ Quarta concluſio. Habens † unum beneficium, in quo teneatur reſidere, licet ibi non reſideat, nec ſit diſpenſatus ſuper non reſidentia, nihilominus dicitur ibi habere domicilium, ſecundum Butr. in d. ca. poſtulaſti. quia cum de iure nequeant alibi habitare, quàm in beneficio, nō uidetur ibi eſſe animo perpetuæ habitationis, ſed momentaneæ: argumen. l. ex facto. ff. de hæred. inſtit. ſecundum eum. Ad idem uide But. in cap. fi. uerſ. unum non omitto. de fo. compet. ubi dicitur, quòd habitatio contra ius non imprimit domicilium. Vnde reſidens in alia diœceſi, quàm ubi habet beneficium, in quo reſidere teneretur, non ſortitur ibi domicilium: quia non uidetur ibi eſſe cauſa perpetui uſus. Sic etiam in uxore non reſidente cum uiro, ſecundum eū. ¶ Limita, niſi aliquis ſtaret ultra decennium[a]: quia uidetur ibi conſtituiſſe domicilium, argumen. l. ij. C. de incol. libr. x. Et ſic conſideratus potius, quod fit, quàm quod fieri debet, ſecundum Abb. in d. ca. poſtulaſti. ¶ Conſidera in hoc ultimo, q̄ quatenus eſſet utile ipſi non reſidenti habere domicilium in loco debitæ reſidentiç, poſſet procedere iſta declaratio Abb. q̄ imputetur ſibi, ex quo alibi uidetur conſtituiſſe domicilium. Sed quatenus eſſet damnoſum & præiudiciale, non habere domicilium in dicto loco, tunc fortè dicemus, q̄ fingatur odio ipſius habere ibi domiciliū, ne ex contumacia ſua reportet commodū, contra c. contingit. de do. & contu. Facit, quod in ſimili ſcribit Bar. in l. unica. C. de infa. li. x. dicens, q̄ eo caſu, quo ex delicto aliquis deſinit eſſe nobilis, intelligitur, quatenus nobilitas eſſet ei utilis: ſed quatenus eſſet oneroſa, ſecus. Facit gl. pe. in fi. in c. 1. de confeſ. in 6. dicens, q̄ ſi ficta confeſſio, de qua ibi, eſſet utilis illi contumaci, non haberetur pro cōfeſſo. Facit, quod no. Bal. in l. cum proponas la 2. C. de pact. dicens, quòd clauſula, Rato manente pacto, non prodeſt frangenti fidem[b]. Facit, quod no. Car. in clē. 3. in 7. oppoſ. de regula. dicens, quòd priuatus loco & capitulo non eſt priuatus loco oneris, ſicut in his, quæ ſunt diſciplinæ, arg. c. reprehenſibilis de appe. in uerbo, capituli diſciplina. Dat ſimile in excommunicato, qui non eligit, & tamen ab honore nō repellitur. Facit gl. pe. in c. pro illorum. infra de præb. dicens, quòd ea quæ facit excommunicatus, in ſuum præiudicium ualent. Facit gl. in l. ij. §. nemo. ff. de capi. dimi. dicens, quòd bannitus deſinit eſſe ciuis, niſi in oneribus. Quod intellige tē, niſi ageretur de honore, in quo requireretur in homine fides erga patriam: quia cum hæc qualitas non ſit in bannito, uidetur debere excuſari, iuxta id, quòd ſcribit Bal. in ca. dilectus. el 3. ad fi. ſuprà eo. dicens, quòd banniti non tenentur ire in exercitum, quia non licet eis ingredi ciuitatē, nec in publico comparere, ſecundum eum. Pro quo etiam facit ratio, quam dixi. Cùm enim ſit hoſtis patriæ, non eſt in exercitu neceſſarius: imo eſſet ſuſpectus. Facit etiam tex. in l. actione. §. item ſi ſocietatem. ff. pro ſocio. ubi renuncians ante tempus ſocietati, deſinit eſſe ſocius, niſi quoad incommoda. Facit quod no. Imo. in l. ſi quis ſolidum. in fi. ff. de hæred. inſtit. dicens ita in ſimili poſt Angel. & Bal. ibi, maximè q̄ excluſi ab officio odio eorum, non intelligitur de officijs oneroſis. Facit gl. in l. ij. §. nemo. ff. de ca. di. & quod no. Bart. in diſputatiōe, ſtatuto Lucanæ ciuitatis cū ſim. & hoc dictū Doct. in d. l. ſi quis ſolidum. extollit And. Sic in repet. rubr. de reb. eccleſ. non alien. allegans etiam duo ex dictis præallegatis, cum quibus per caſum conuerſum conuenit lex, quod fauore, C. de ll. cum conco. quæ dicam infra propè fi. octauæ concluſionis. Pro prædictis facit etiam quod no. Pe. de Anch. in c. intelleximus. de iud. dicens, quòd pœna aut. hoc amplius. C. de fideic. non procedit, ubi eſt damnoſum hæredi, q̄ ſit hæres, & ſequitur Alex. in d. aut. hoc amplius in apoſtillis, & exclamat And. Sic. ubi ſupra. Facit conſilium Bal. 66. prout allegat Baptiſta de ſancto Seuerino, in repet. l. omnes populi. ff. de iuſtit. & iur. dicens, quòd ſi ſtatutum uult mercatorem uſurarium non haberi pro mercatore, nō intelligitur, quoad onera quæ ſubire debent mercatores. Iſta dicta ſeruiēt ad multa, nec inueni ea allegata per Modernos. Ex quibus in propoſito fortè inferri poteſt, quòd clericus de facto non reſidens in loco beneficij requirentis reſidentiam, fingitur in oneroſis habere ibi domicilium, & ſic poteſt ibi citari, & non comparens cōſtitui in contumacia. Et uidemus econuerſò, quòd poſſet quis habere domiciliū alibi, quoad commoda, nō quoad incommoda, ut tenet do. Abb. loquens de regularibus in d. c. poſtulaſti. uerſi. hoc limito & reſtringo. Tamen iſtam conſiderationem non affirmo, quia nullus eam ponit. Imò Abba. ſentit contrarium, quando alibi reſidet ultra decennium, ut ſuprà retuli. Ideo
5 cogitabis. ¶ Quinta concluſio. Quamuis † clericus dicatur habere domicilium in loco beneficij requirentis reſidentiā, non tamen per hoc deſinit habere domicilium in alijs locis in quibus aliàs de iure habet domicilium, puta, ſi alibi patrimonium haberet, uel alibi de facto reſideret, ſecundum Io. And. in d. c. ex ore. licet fortè uerba Inno. ibi aliud innuant, ſecundum But. in d. c. poſtulaſti. ubi latè exemplificat, quot modis poſſit dici alibi domicilium, & ſequitur ibi Dom. Et benè facit tex. in c. cum nullus. de temp. ord. in 6. loquēs de
6 domicilio originis & beneficij. ¶ Sexta concluſio. Licet † alibi, quam in loco beneficij poſſit clericus habere domiciliū, ſummē principale domicilium dicitur eſſe in loco beneficij, ſecundum Inn. in d. c. ex ore. & Butr. & Abb. in d. c. poſtulaſti. Idem But. poſt Ioan. And. in c. fi. uer. unum non omitto. eo. tit. niſi ageretur de ipſo patrimonio, uel de delicto alibi cōmiſſo, quia in ſimilibus caſibus inſpiciuntur domicilia, & loca ſubijcientia ſubiectam materiam, ſecundū eos. Ad hoc l. ſi fideicommiſſum. §. fi. ff. de iud. ſecundum But. & facit, q̄ dicetur infra in no. conclu. In alijs autem habentibus plura domicilia, attenditur, ubi principalius quis habitet, ſecūdum Inn. in c. omnes. de maio. & obe. & ſequitur Bar. in l. aſſumptio. §. iuriſprudentibus. ff. ad muni. Et dicit Ioan. And. in addi. Spe. de compe. iudi. addi. §. i. uer. 42. quòd domiciliū originis mutari non poteſt[c], per l. filij. §. pe. cum l. ſeq. ff. ad muni. niſi ciuitas originis capite fuerit diminuta, ut Troia. Et ſequitur Butr. in c. accedens. lo 2. ut lit. nō conteſt. Et quomodo multis modis poteſt quis dici eſſe iudex clerici, ponit etiā do. Abb. in c. fi. de for. compe. ¶ Septima con-
7 cluſio. Quandocunque † clericus non reperitur in beneficio, in quo obligatur reſidere ſēper præſumitur iniuſta & malitioſa abſentatio, & ideo ſi alibi eſſet ſine iuſta cauſa, ſufficit citationem fieri ad domum, & procedetur contra eum lite non conteſt. ſecundum Inn. in c. fi. poſt princ. & ante medium, de eo qui mit. in poſſ. ¶ Limita tamen hoc, dummodò ipſa eccleſia agat contra clericum, puta, propter nō reſidentiam, ſecus, ſi alius ageret actione reali, uel perſonali, uel pararetur inquiſitio cōtra eum quia non ſufficeret citatio ad domum. Nam reſpectu extraneæ perſonæ non præſumitur iſta malitia, cum eius reſpectu non teneatur adeſſe

a *Vltra decennium*] *Adde dom. Alexan. de Imol. in l. lex Cornelia. §. ſi quis tamen. ff. de iniuriis.*

b *Frangenti fidē*] *Ad quod adde do. Alex. de Imo. in l. quod ſi dem. ubi a-tui planè per Bar. uer. quæro, quid ſi hoc caſu. ff. de iuriſ. facti.*

c *Nō poteſt*] *Ad quod adde no. do. Soc. conſil. 35. incip. Circa prædictam conſultationē, per tertiò probatur. cum uerſi. ſe quē. in prima par. Et adde, quæ etiā per eum habentur in conſil. 288. incip. Circa primam quæſtionem. uerſi. primò, quia. in 2. parte.*

eſſe in loco, ſecundum eum. Et latius eum reaſſumit Ioan. And. But. Car. Imo. & Abb. ibi, licet in eo, quòd dicit de marito reſpectu uxoris æquiparando eum beneficiato, Car. & Imo. ibi, & Car. in c. 2. qui matr. acc. poſſ. aliter dicunt, per cap. quoniam. §. ſi autem. ut lit. non conteſt. de quo etiam per Car. in cle. 1. in 2. q. de iudic. Tamen ipſum etiam ſequitur Abb. quoad illud de marito, in cap. perlatum. & in cap. 2. in ſi. qui matr. accuſ. poſſunt. Et cum iſtis dictis Inn. tranſit etiam Ange. in l. ut perfectius. C. de anna. except. & But. in c. unico, de ſyndico, & Rota in tit. de app. deciſ. 9. in nouis inferens, quòd ſufficit, ſi appellans intimat appellationē in cauſa beneficiali interpoſitam ſuper ipſa eccleſia parochiali, de qua litigatur: quia non tenetur appellans quærere alibi rectorem. Et cum Inno. uide etiam Imo. in cle. cauſam. uer. tertiò præſumitur. de elect. & do. Maria. in repet. cap. ex ſuæ. de cle. non reſi. ¶ Eſt uerùm, quòd And. Sic. in cap. conſultationibus. de offic. deleg. prædictis non adductis reprobat ſimpliciter Inno. in d. cap. fin. etiam in eo, quod dicit de clerico non reperto, per tex. in cap. quoniam. §. porro. ut lit. non conteſt. ubi probatur ſecundum eum, quod contra reū in cauſa matrimoniali & ſpirituali poteſt ad ſententiam diffinitiuam lite non conteſtata procedi, dummodo reus ſit cōtumax uerus, quia citatus malitioſè uenire contemnit, uel, quia malitioſè ſe occultat, & ſic latitat: quia impedit, ne poſſit citari. Ergo probatur ibi, quòd non præſumitur latitare. Et ſubdit, quòd qui ſemel fuit in iudicio, præſumitur abeſſe ex iuſta cauſa. per tex. elegantem in l. ſi cum §. hæc autem uerba. ff. de fideicom. lib. ¶ Nihilominus ſequenda eſt opi. Innoc. communiter approbata, quia tex. in §. porro. nō loquitur de matrimonio ſpirituali, uel carnali completo, ſed inchoato, ut per electionem & ſponſalia, quo caſu non dicitur adhuc ſtrictè electus, uel ſponſus ad reſidētiam, ſed ubi matrimonium ſpirituale, uel carnale eſt completum, tūc in ſpirituali procedit, quod eſt dictum Innoc. & non ſeruatur tex. in d. §. porro. ſed in §. ſi uerò. per quem dicit Imo. in d. c. ſi. poſſe ſaluari opi. Innoc. in matrimonio ſpirituali, in carnali uerò fortè non eſt uerum, quòd contra contumacē poſſit procedi ad diffinitiuam per tex. in §. ſi autem de carnali. in d. c. quoniam. ubi expreſsè dicitur, quòd alter, cùm iuſtè eſt abſens ex propria uoluntate, niſi appareat, quòd malitiosè ſit abſens, non poteſt procedi ad diffinitiuam, de quo latius per Abb. & Moder. in d. c. perlatum, & in d. c. 2. Vel dic ad §. porro. quòd licet loquatur etiam de matrimonio carnali, uel ſpirituali completo, non negat, quando in dubio præſumatur abeſſe prælatus ex malitia, ſed in marito ſecus, per d. §. ſi autem. Et iſtis adde, quòd ubi clericus ſe abſentauit à beneficio ex cauſa legitima, tunc non ſufficit eum citare ad domum, ſecundum Innoc. in d. cap. ſi. & ſequuntur ibi alij,
8 & Do. in capitu. olim. ad fin. eo. ¶ Octaua concluſio. Quæ † dicta ſunt de clericis ſecularibus, procedūt in prælatis regularibus, quia ſortiuntur domicilium loci prælaturæ [a] ſuæ, ſecundū Bald. in d. l. j. ff. ad muni. Et idem dicit in monacho. Sed tale domicilium durat, donec perſeuerat in monaſterio alicuius ciuitatis, & finitur, cum transfertur per ſuum capitulum ad aliud monaſterium, ſecūdum eum, de quo meminit do. Abb. in cap. ſi. in 1. not. de for. competen. & Ange. in l. hæres abſens. §. 1. in ſi. ff. de iudic. Ecidem in hoc ultimo, puto in ipſis prælatis regularib. per eandem rationem, licet Bar. loquatus ſolum de monacho. ¶ Differunt tamē iſti à clericis ſecularibus in uno, quia abbas extra ſuum monaſterium non poteſt dici habere domicilium, quia plus aſtringitur monaſterio eccleſiæ, cum ex ui profeſſionis teneatur ad ſtabilitatem ſui monaſterij. 16. q. 1. placuit. 2. q. 2. non dicatis. & c. nolo. Ita dicit Butr. in d. cap. poſtulaſti. allegans Innoc. in d. cap. ex ore. Quod reputat ibi ſingulare do. Ab. circa medium. ¶ Sed hoc intellige, ſecundum Abba. in d. cap. poſtulaſti. quo ad incommoda & onera, nam quoad commoda, iſti non perdūt domicilium originis, uel ciuitatem pro-

a Domiciliū loci prælaturæ. Et idē in monacho, ſed tale domicilium durat, donec perſeuerat in monaſterio. Adde, quod idem eſt in milite, ubi meretur ſtipendium, nam ibi poteſt conueniri. Idē eſt in doctore, ſi ibi legit, uel habeat aliquod ſtipēdium, ibi poterit conueniri. Ita dicit Abb. in c. ſi. de fo. compe. in 1. no. Adde Spec. in ti. de compe. iudi. adi. §. 1. ubi ponit quīquaginta duos modos ſortiēdi forum.

priæ patriæ, ſicut in ſimili de uxore no. in l. cum quædam. ff. de iur. om. iud. ut latius per eum, quem uide. ¶ Confirmat iſtam ſuam declarationem quatuor modis. Primò ex uerbis Pe. de Ancha. ca. ſi. uer. ego addo. de offi. dele. in 6. ubi dicit, quod per monachationem non deſinit quis eſſe ciuis ſuæ ciuitatis, per l. ordine. §. ſi. ff. ad muni. Nec perdit iura ciuilia, per l. Deo nobis. C. de epiſ. & cler. quia qui monachatur, dicitur aſcendere ad ſtatum maiorem, aut. de monach. in princ. Et per dignitatem ſuperuenientem prima ciuilitas non tollitur, l. ſi. ff. de ſena. ¶ Secundò pro dicta declaratione do. Abba. facit, quod no. Bal. in l. Deo nobis. C. de epiſ. & cleric. & Paul. de Caſtr. in l. ſub conditione. ff. de liber. & poſthu. ubi dicunt, quòd per ingreſſum religionis filius liberatur à patria poteſtate, quatenus ipſa poteſtas eſſet ei ad incommodum, ſed non quatenus prodeſſet ei, uel monaſterio ex perſona ipſius, putà, quoad ſucceſſionem. ¶ Tertiò facit l. quod fauore. C. de ll. per quam ſæpiſſimè ſcriptum comperio inducta fauore alicuius ita demum operari, ſi commoditatis per legem data ſibi placuerit, alias non ſicut inquit Ioan. Andr. de teſta. ſeries. obſtare publicationem in cauſa matrimoniali quando agitur de eius fauore, licet in hoc non acceptetur eius opinio per Doctores ibi propter paritatē periculi, quod imminere poſſet ex non diſſolutione matrimonij. Sic & Pe. de Anch. conſil. mihi 135. ſuper prædicto dubio, quod ſi ex forma contractus inducitur geſtorum nullitas, ſi ſecuta fuerit contrauentio, ita demum procedit, ſi alteri, qui non contrauenit, ea annullatio placuerit, aliàs non. Sic & Abb. de iureiur. quemadmodum, inquit, quod ius diſponens de expulſione uxoris adulteræ, ita demum ſeruabitur, ſi maritus eo iure uti conſultius putauerit, alias non. Sic etiam gl. maior in ſi. in c. ſi. de conin. ſer. quòd annullatio matrimonij cum ſeruo cōtracti à canone inducta ita demum ſeruabitur ſi id alteri coniugi placuerit, alias nō. Idem de ſeparatione mariti frigidi, inquit gl. in c. ſi quis acceperit. 33. q. 2. Sic etiam gl. in l. eleganter. in prin. de dolo. & Ab. cōditionaliter de empt. & uendit. dixit contractū dolo initum tenere, ſi ita maluerit qui dolum paſſus eſſet. Similiter Lud. conſi. 453. Viſa principali conſtitutione. & conſi. 316. Circa propoſitum. dixit iura irritantia contractum minoris non ſolennem, ita demū procedere, ſi ad eius diſpendium tendat contractus, aliàs nō induci l. non eo minus. C. de procur. & alia, pro quibus latiùs Iaſo de iudi. cauſam. Similiter dicit gl. in l. ij. C. de teſti. quod uolente parte ceſſant iura repellentia domeſticum à teſtimonio. Similiter Ab. poſt Ioan. And. in c. ſi. de iud. uer. tertia lectura. quod ſi noceret eccleſiæ, quod in cauſa ſua feriæ non obſtēt, obſtabunt no. Rap. in l. j. §. nūciatio. ff. de oper. no. nun. dicēs idem de fiſco. Sic intelligitur l. publicas. C. de ſer. Sic etiam Card. in c. ſi. de teſti. dixit, quòd ſi mihi diſplicet, quod aduerſarius remittat iuramentum teſti à me producto, non remittet. Similiter Ang. in l. b. ff. de app. reci. dixit, quod priuilegium datum ibi militibus, ut à ſententia ſuper annona militari non appelletur, non impedit appellare, quando eſt lata contra præſtationē annonæ. Sic ēt gl. 2. in ſi. l. ſi uerò. ff. qui. & à qui. dixit, quòd iura inducta in fauorē libertatis nō debent operari contra libertatem. Sic etiam Pau. de Caſt. conſ. 211. Sic dicta pignora in prin. quòd ſolennitas debita à ſtatuto circa pignora inducta fauore debitorum, non nocet debitori, ſi omittatur, & ſit ei utilius. Allegat gl. in d. l. eleganter. ut ibi pulchrè. ſuper quibus & ſimilibus inſiſte ex dictis Bal. & aliorum in d. l. quod fauore. ¶ Quartò facit deciſio Bar. in l. iij. §. ſi emancipatus. ff. de contra tab. & Bal. & alij in l. ſi Ruſinus. C. de teſta. mili. dum dicunt, quod priuilegiū ciuitatis conceſſum ex priuilegio ſcholaribus, non facit eos ciues, quoad onera, uel detrimenta ſubeunda, ſed ſolū quoad fauores. Ad cuius dicti intellectum cum hic pertinenter non cadat, uide Alex. & plenius Phil. in d. l. ſi Ruſinus. & aliquid per Alex. in l. 1. ff. de leg. j. & ultra eos Ludo. Ro. conſi. 216. incip. Electio domini capitanei. & Mod. in lib. Maleſ. fo. 58. & Paul. de Caſt. in l. ſi uerò. ff. de acquir. hæred. & omnino Bapt. in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur. Et cū iſtis
9 inuenies alias quotas. ¶ Nona concluſio. Solus † diœceſanus loci, in quo ſitum eſt beneficium, dicitur iudex competens, quando agitur de materia concernente ipſum beneficium, etiamſi non requirat reſidentiam, & etiamſi clericus alibi habeat domicilium, putà, ſi diſputatur de titulo. ¶ Iſta nona concluſio probatur octo modis. Primò per id, quod not. glo.

gl. in c. cum ex eo. in uerbo ſubiectas. de elec. in 6. per quã dicit ibi Dom. quòd epiſcopus originis, uel domicilii, non utitur iuriſdictione uoluntaria in concernentibus beneficium alibi ſitum. Et exemplũ habes ibi in diſpenſatione. ¶ Secundò ad idem glo. in c. ordinarij. in uerbo, ordinariorum. & quod ibi no. Ioan. And. & Com. de offi. ord. in 6. ubi traditur, ꝙ de titulo beneficij cognoſcit epĩs, in cuius diœceſi eſt beneficiũ, niſi indirectè cõtingat eũ inquirere de titulo beneficij alibi ſiti, nõ ut principaliter de illo cognoſcat, ſed ut ex hoc cognoſcat, an licitè teneat beneficiũ ſuũ in ſua diœceſi, uidendo titulum utriuſque beneficij. ¶ Tertiò ad idẽ facit, quòd no. Inn. in c. cum iam dudum. poſt prin. de præben. ubi dicit, quod ſi clericus habet domicilium in plurib. locis, fortè quia habet plures eccleſias, tamen ſi agitur contra eum ſuper una eccleſia, debet cõueniri coram eo, qui eſt ſuperior ſuus, reſpectu illius eccleſiæ. Ex quo dicto infert do. Abb. in d. c. poſtulaſti. quòd tenetur reſpondere coram illo epiſcopo, & ei reuerentiam exhibere, etiamſi beneficium requirat reſidentiam. ¶ Quartò facit gl. j. in c. quia in tantũ de præb. dicens idem, quòd proximè eſt dictum poſt Inn. quod coram uno epiſcopo conuenietur tãtum de illis, quæ ad illam eccleſiam pertinent. Et dicit ibi do. Abb. in fi. quòd habens domicilium alibi, debet conueniri in loco domicilij, niſi in ſpectantibus ad beneficium, quod habet alibi, & quando non requirit reſidentiam. Et idem in hoc ultimo firmat Bal. in l. ſenatores. in fi. ff. de ſena. dicens, quòd ſi beneficium non requirit reſidentiam, clericus non ſortitur ibi domicilium, nec poteſt ibi conueniri, niſi ratione ipſius beneficij. Allegat iſtum text. ¶ Quintò facit dictum Butr. poſt Ioan. And. in d. c. ſi. uer. unum non omitto. de fo. comp. dum dicit, quòd ſi clericus habet domicilium in loco beneficii, & in loco patrimonij, inſpicitur in eo conueniendo regulariter locus beneficii, niſi in concernentibus patrimoniũ uel delictum. Et ſic ſenſit, quòd in concernentibus beneficium debet conueniri in loco beneficii. ¶ Sextò facit, quod in terminis ſcribit do. Mart. in c. ſanè. de fo. comp. dicens, quòd etiamſi diſputatur de beneficio, in quo quis iure, uel ex diſpenſatione non tenetur reſidere, etiam ſi ibi non habet domicilium, debet cauſa agitari in loco beneficii. ¶ Septimò facit dictum Innoc. in c. paſtoralis. ad fi. de priuil. ubi dicit, ꝙ ad interpoſitionem decreti ſuper alienatione rei eccleſiaſticæ non attenditur locus, ubi ſitum eſt prædium ſed ubi ſita eſt eccleſia, quæ uult prædium alienare, & illius epiſcopus requirendus eſt, & ſequitur Arc. in c. in uenditionib. circa med. 17. q. 4. & Bal. in auth. hoc ius porrectum. uerſi. quæro igitur, quis. C. de ſac. ſan. eccl. & Im. in cle. 1. in 7. col. uer. ſed qd ſi eccleſia ſita. de reb. eccl. non ali. Hoſt. Io. de Lig. Bu. & Abb. in d. c. quanto. & Cal. in tit. de re. ec. non alie. conſil. 2. & Ro. in tit. de iud. dec. 6. in nouis: & Pe. de Per. in tract. De unione beneficiorum, c. 2. Lu. Ro. in l. 1. in prin. uer. 11. ff. de uerb. obl. & Car. in cle. 1. §. ſanè. in ult. q. de iur. pa. Eſt gl. 7. q. 2. in c. hoc ius. uer. quòd ſi neceſſitas. in uerb. duos. & notant multi alij, de quib. alias. ¶ Octauo, facit, quòd no. do. Abb. in c. cum capella. in fi. de priuil. ubi dicit, ꝙ ſi illi capellani delinquunt extra capellam, de qua ibi, poſſunt per ordinarium puniri, ſi alias ſunt ſubiecti ordinario, ſed ſi delinquunt in capella, uel eſt contentio de iurib. illius capellæ, non poteſt ordinarius cognoſcere, quia quoad illam, habent ſpecialem iudicem, ſ. Papam, uigore exemptionis, de qua ibi, & ſic in ſpectantibus ad rem alteri ſpecialiter ſubditam, non inſpicitur, ꝙ quis habeat alibi domicilium, propter quod ex aliis cauſis poſſit ibi conueniri. Et prædicta nõ minores ab aliis reducta.

ORIEBATVR Pridie Lucæ noua dubitatio in facto ſuper præmiſſis, utrum † quando diſputatur de materia ſpectante ad certum beneficium detur optio actori, an uelit cõuenire reum in loco domicilij, quòd fortè habet alibi? an in loco beneficij? Et uidetur, quòd ſic: quia regulariter etiã, ubi eſt agendum actione reali, datur optio actori, an uelit agere in loco rei ſitæ, uel in alio loco domicilij ipſius rei conueniẽdi, ut no. gl. pe. in c. dilecti. de for. comp. & ibi do. Ab. poſt alios communiter, & gl. in c. ſtatutum. §. cum uerò. in uerbo recuſetur. de reſcri. in 6. & Ino. & Io. And. hic, dicens ita cõmuniter * tenere Legiſtas: & ſequitur Dom. hic. idẽ Goſ. in c. ſanè. de for. compe. & ibi do. Abb. dicens hanc eſſe cõmunem opi. Idem Spe. de compe. iud. adit. §. j. uer. ſed quid ſi debitor. & Ioan. And. poſt Hoſt. in c. quanto. de offi. ordi. cum multis alijs contra. niſi in caſu auth. habita. C. ne fil. pro pa. ubi datur optio reo: & latè declarat do. Maria. in c. ſi. uerſi. ulterius, de fo. compe. ¶ In contrarium facit: quia Doc. allegati in iſta concluſione uidentur ſentire, quòd iudex beneficij adeo ſit iudex in materia ipſius beneficij, quòd alius eſſe non poſſit, etiã nolente actore. Et fortè idem etiamſi reus uellet, niſi accedat licentia epiſcopi, iuxta c. ſignificaſti. de fo. compe. & non ſine cauſa. Gl. in d. c. quia in tantum. dicit quòd clericus habet domicilium in loco beneficij in ſpectãtibus tantum ad ipſum beneficium. Vnde ſi illa glo. & Inn. in c. cùm iam dudum. de præb. uellent, quòd etiam iudex domicilij cognoſceret de ſpectantibus ad beneficium, nõ ſpecificaſſent, quòd illa cognitio reſpiciens beneficium ſpectat ad iudicem beneficii. ¶ Sed ad iſtud reſponderi poſſet, quòd non noluerũt dicere, quòd poteſtas iudicis beneficii ueniat priuatiuè ad poteſtatem aliorum iudicum ipſius rei reſpectu beneficii, ſed cumulatiuè. Et dixerunt ſpecialiter ad denotandum diminutionem & limitationem poteſtatis ipſius iudicis beneficii: quaſi dicant, quòd ipſe ſolùm cognoſcere 21
poſſit de ſpectantibus ad ipſum beneficium, & non de alia materia concernente ipſum beneficiatum. Et non dicunt ꝙ ipſe ſolus de materia beneficii cognoſcere poſſit, ſed ſolum id eſt, quòd ipſe aliud non cognoſcit. Tamen adhuc pro iſta parte, quòd non detur optio actori: conſiderabam ſic: nã dicta iura loquentia de optione, ut l. ij. C. ubi in rem actio. & d. c. dilecti. loquuntur ubi agitur reali, & de rebus profanis; quo caſu, ꝙ reus magis conueniatur in loco rei, quã in loco domicilij concernit ſolùm commoditatem & intereſſe partium. & ideo in poteſtate actoris eſt dicta electio. Sed nõ ſic, ubi agitur de materia ipſius beneficij; quia agitur de cõcernẽtibus officium ipſius epiſcopi, qui eſt ſuperior ipſi beneficio: puta, ſi diſputatur de titulo ipſius beneficiati: quo caſu an ſit intruſus, uel non, uidetur cognoſcendum per ipſum ſuperiorem beneficij, cuius intereſt ſcire de canonica inſtitutione in eccleſiis ſibi ſubiectis, c. ordinarij. de of. or. in 6. Idem ſi diſputatur de iuribus ipſius eccleſiæ: quia protectio & cura de dotibus eccleſiarum conſeruandis uidetur ſpectare ad ipſum epiſcopum præſidentem illi loco, per no. in ca. j. de relig. do. Et ſicut eccleſia eſt ſubiecta, 16. q. 7. omnes baſilicæ. ita etiam bona & iura ipſarum eccleſiarum. Vnde inconueniens uidetur, ꝙ ex hoc ſolo, ꝙ clericus alibi habebat domicilium, alienus epiſcopus poſſit cognoſcere de iuribus eccleſiæ ſitæ in aliena diœceſi. ¶ Nec obſtat c. poſtulaſti. de for. compe. ubi alienus epiſcopus iudicat clericum non ſibi ſubditum: quia efficitur ſibi ſubditus. Nam illud eſt ratione delicti alibi commiſſi. Quo caſu cum offendat alium iudicem, debet ab eo puniri, auth. qua in prouincia. C. ubi de cri. agi opor. ſed hoc domicilium, ꝙ habet alibi clericus, non uidetur cauſa potens ad faciendum illum competẽtem circa beneficium alibi ſitum. Et pro hoc facit: quia ipſe non dicitur ſuperior ſuus, reſpectu illius beneficij. Patet, quia in eius manibus renunciare non poſſet: nam, ut dicit glo. in cle. 1. de renun. debet renunciatio fieri in manibus illius, qui poſſet à beneficio deſtituere, & ipſe non poſſet deſtituere, niſi delictum eſſet commiſſum in ſua diœceſi, & tunc executio ſolæ ſpectaret ad epm de beneficio, d. c. poſtulaſti. Sed ſola intruſio, quæ allegatur hic de beneficio alibi ſito, non facit, ꝙ agatur criminaliter de delicto. Et hæc teneo menti, tanquam noua, ſcdm quæ conſului & obtinui.

22 AD Domicilium ſortiendum duo † copulatiuè requiruntur, ſcilicet ꝙ quis in loco maiorem partem rerum ſuarum poſſideat, & aſſiduè in loco illo conuerſetur. Gloſſ. hic. Nec etiam ſufficit, ꝙ ſolum ibi conuerſetur: ſed Inn. hic tenet, ꝙ ſufficit ſola conuerſatio, per l. ſenatores. allegatam in gloſſ. quæ, ſecundum eum, loquitur alternatiuè, dicendo. Vel aſſiduè conuerſatur, & ita alternatiuè. Allegat & Inn. illam l. in c. ex parte B. in prin. de fo. comp. & glo. fin. in l. ij. C. ubi de cri. agi opor. Si uerò eſt litera copulatiua, tunc requiritur ex abundanti, ꝙ ibi aſſiduè conuerſetur, & ſufficit, ꝙ in loco illo habeat maiorem partem fortunarum ſuarum, ad hoc ut ibi ſortiatur domicilium, ſecundum Ino. hic per l. ciues. C. de incol. lib. 10. ¶ Ex iſtis infertur, ꝙ ratione aſſiduæ conuerſationis ſortitur quis forum [a] in loco, ubi ſtudet, & ſimiliter in loco, ubi quis uerſatur aſſiduè ratione mercantiæ.

a *Forum*] *Adde Sicu. in c. quod clericis de fo. compe.*

[20 in margin beside "per præmiſſis"]

mercantiæ. Ita ſentit Inn. in d.c. ex parte B. & glo. loquens de ſcholari, in d.l.ij. C. ubi ſenator. & Bart. in l.ij. C. ubi de cri. agi opor. dicens, quod licet tales non habeant ibi domicilium, tamen ex aſſidua conuerſatione ſortiuntur ibi forum, & poſſunt ibi conueniri. ¶ Conſidera bene, quia prædicti expreſſè dicunt, quòd aſſidua conuerſatio non inducit domicilium, ſed quod facit quem ſortiri forum. Ita Bar. ubi ſ. & Bo. hic, ita intelligentes Inn. hic, & in dictis locis. Sed poteſt dici, quod ſcholaris, & mercator, & ſimiles aſſiduè conuerſantes dicuntur contrahere ſaltem quaſi domicilium, ut dicit do. Abb. in d.c. quod clerici. in ultī. notabili, de fo. compe. dicit Domi. poſt Bu. in c. quæ contra. ad fi. 8. diſt. quod ſcholares ligantur ſtatutis loci, contra glo. ibi, quia ex quo ibi habitāt, ſortiuntur forum, licet perpetuò non ſint ibi permanſuri, tamen domicilium ibi non habent ex ſolo commorari. Allegat not. in d.c. quod clericis. contra Hoſt. ibi. ¶ Pro pleniori declaratione prædictorum nota duas declarationes cum certis limitationibus nouiter ordinatis. Prima declaratio. Scho
11 laris, uel † mercator non ſortitur forum ex aſſidua conuerſatione, quo ad contractus alibi initos, ſed ſolum, quo ad cōtractus initos in loco conuerſationis. Ita ſentit gl. & Bar. in l. hæres abſens. §. perinde. ff. de iudi. licet aliud dicat Bot. hic ſequendo Bar. in l.ij. C. ubi de cri. agi opor. & malè, ſecūdum Imo. hic. Et ſi diceretur, ergo fruſtra uidetur requiri aſſidua conuerſatio, quo ad contractus, quia ipſe ſolus contractus facit quem ſortiri forum, c. fi. de fo. compe. reſpondet hic Imo. quod imo etiam quo ad aliqua alia, ſortitur iſte forum ex aſſidua conuerſatione; quem non ſortiretur aliàs ex ſolo contractu; nam ſi mercator uendit equum in loco, in quo aſſiduè conuerſatur, nedum poterit ibi conueniri, ſed etiam; ſi equus ſit traditus, & poſtea euictus, poterit ratione euictionis adhuc ibi conueniri mercator, quod non poſſet, ſi ſolum in loco contraxiſſet, ex quo erat aduena, ſi non interueniret cōuerſatio, ut not. Bar. in d §. perinde. ſecundū eum. Et puto, quod uelit inducere uerba Bart. ibi, in uerſ. quid ergo dicemus. ¶ Sed contra iſtam declarationem tenet copioſè do. Abb. in d.c. quod clericis. per rationes, & authoritates, de quibus per eum, cum quo tranſeo, maximè per illam rationem, quia abſurdum eſſet; quod ibi moraretur, & nollet ibi reſpondere de contractibus alibi initis. Præterea parum operaretur ſortiri forum ex conuerſatione, ut proximè tactum eſt. Nec huic rationi uidetur colligi dictū reſponſum ex dictis Bar. in d.l. hæres abſent. Idem etiam ſentit Ang. cō ſi. 27. incip. quidam Victor. de quo tamē uide etiam aliquid per do. meum de Are. in d.c. quod clericis. ¶ Secunda declaratio. Ad hoc, ut ſola conuerſatio faciat quem ſortiri forum, requiritur, quòd ſit conuerſatio decem annorum ſecundum Cyn. in d.l. ſenatores. C. ubi ſena. uel cla. Alleg. l. ciues. C. de incol. libr. 10. & ſequitur latè Angel. in conſilio proximè allegato, allegando glo. in d.l. ciues. Et dicit cautū debere eſſe eum, qui fundat ſe in aſſidua conuerſatione, ut deducat dictum tempus. Idem tenet Bald. in l.i. uer. quartò quæro. C. ubi de cri. agi opor. dicens poſt Iac. Butr. quod ſcholaris non efficitur incola alienius loci ante decennium, quia quotidie uidetur eſſe in uia, donec eſt in ſtudio. Et ideo de contractibus, uel delictis commiſſis alibi non poteſt cōueniri in loco ſtudij, & reprobat gl. ſ. allegatas aliter ſentientes. ¶ Sed aduerte, quia multi tenent ſufficere conuerſationem aſſiduam, etiam non decennalem. Ita Inn. in d.c. dilecti. & glo. ſ. alleg. & Sal. in d.l. ſenatores. & in l.ij. C. ubi de cri. agi opor. & do. Card. in c. ex parte B. de fo. compe. dummodo ex coniecturis non appareat eum de loco receſſurū. Idem tenet ibi latè do. Abb. dum modo habeat etiam certā partem fortunarum ſuarum in illo loco, per illum tex. Videtur tamen Abba. requirere hoc, ad finem ut quis dicatur ſortiri ibi domicilium, ſed ad finem ut poſſit ibi conueniri, uidetur uelle, quòd ſufficiat aſſidua conuerſatio. Et pro iſta parte uide lariſſimè ultra omnes Doc. Maria. in c. fi. de foro comp. ubi ultra alios conſiderat, quòd nō reperitur tex. qui dicat, quòd requiratur habitatio decennalis. Nec obſtat l. ij. C. de incol. lib. 10. quia reſpondebitur ĩ. in uerſi. tertius caſus. Imò iura loquentia de habitatione dicunt ſimpliciter; quod per eam quis efficitur incola, d.l.ij. C. ubi ſenatores. not. Inn. in d.c. ex parte. ¶ Et licet do. Maria. multa ſcribat, tamē ordina dicta eius breuiter per conſiderationem trium caſuum. Primus caſus, eſt quando ſola habitatio non habeat aliam cauſam, aut actum adiunctum ſignificatiuum aſſumpti, uel non aſſumpti domicilij, & hoc caſu ſit arbitrarium, ut arbitretur iudex ipſam habitationem & moram, & ſi fortè nulla alia cauſa adeſt conſtituti domicilij, non debebit arbitrari domicilium conſtitutum minori tempore decennij, per tex. iuncta gl. in l. eſt uerum. C. de inco. lib. 10. Et facit quod de decennio no. gl. in l.ij. C. de ſer. fug. Et ita dicit ſenſiſſe do. Abb. in c. fi. de paroch. dum dicit, quod ſi habitans nō emit ibi poſſeſſionem, ſed ſtat ibi in ſuſpenſo, tempus erit arbitrarium. ¶ Secundus caſus eſt, quando habitatio habet admixta aliqua ſigna ſignificatiua domicilij, ut quia in loco, ubi prius habebat domicilium, uendidit domum & poſſeſſiones, & contulit ſe ad alium locum; in quo emit domū & poſſeſſiones; & dicetur ibi conſtituiſſe domicilium, ut per Hoſt. & do. Abb. in d.c. fi. Et hoc modo intelligatur l.ij. C. ubi ſena. cum alijs præalleg. Et concludit latè Maria. contra Abb. in d.c. ex parte. quod habitus totius patrimonii, uel maioris partis, non conſtituit domicilium, quia requiritur animus, qui cognoſcitur per habitationem. Et dicit do. Abba. in d.c. fi. per illum tex. quod ubi immediatè quis declarat animum ſuum, quod uult ibi habere domicilium, dicetur tunc habere ſine alia expectatione tēporis. ¶ Tertius caſus eſt, quādo quis habitauit decennio, quia uidetur habere animum perpetuò ſtandi, & præſumitur ibi conſtituiſſe domicilium, etiamſi prius non oſtenderit alia ſigna domicilij acquirēdi, putà, ſi ſteterit ſimpliciter conducendo domum. Et ita loquitur tex. cū gl. in l.ij. C. de incol. li. x. Et ita intelligatur, quod no. Io. And. in proœ. Decre. per l. cum de in rem uerſo. ff. de uſur. & no. Hoſt. in d.c. quod clericis. & gl. Bar. & Ang. in l. lex Cornelia. §. domū. ff. de iniur. & Spe. de compe. iud. adit. §. i. uerſi. 45. & uer. 51. ¶ Limita dupliciter hunc tertium caſum ſecundum do. Maria. ubi ſ. Primò, dummodo decenniū ſit continuatum, ſecus, ſi interpolatum. Allegat Ang. in d. §. domum. ¶ Secundò limita, niſi ſit præſumptio, quod etiam habitans decennio non intendat ibi contrahere domicilium, ſecundum ipſum. Exemplificat in ſcholari, qui ſteterit in ſtudio decennio, & fortè ſtuduit primo in una facultate, & modo in alia, uel fortè detentus alia extrinſeca occupatione; non potuit ſtudium complere, & continuè cogitat de repatriando, quia iſte non ſortitur domicilium per decennium. Et idem poſſet exemplificari in quocunque alio oſtendente per exteriora ſigna, quod nō intendit domicilium ſortiri. Et facit tex. cum glo. in l. eius. la 2. §. 1. ff. ad muni. Et ideo dicit Bar. poſt Dyn. in d.l. lex Cornelia. §. ſi tamen. quod quando eſt certum, quod ſcholaris ſtat in loco cauſa addiſcendi, nunquā ſortitur ibi domicilium, etiamſi ibi ſtaret per mille annos, per l. quæſitum. in prin. ff. de leg. iij. & l. nihil. ff. de capti. Et idem dicunt Bar. & Ang. in d.l. hæres. §. 1. & Bar. in l. quæſitum. & Bal. in l. eſt uerum. C. de incolis. dicens per illū text. quod qui ad tempus determinatum eſt de loco diſceſſurus, nō efficitur incola etiam ultra decennium, & per tex. in l. ex facto. ff. de hære. inſti. Et hoc etiam tenet Ang. in d.l. hæres abſens. §. 1. Vbi autem certum eſt, quod ſcholaris figit ſedem ſuā; nec habet animum recedendi, tunc ſine dubio conſtituit ibi domicilium, per l. domicilium. ff. ad muni. Quando autem ſumus in dubio, an habeat animum recedendi, tunc ex curſu decem annorum præſumitur, quod inde noluerit recedere. Secus, quando eſt certum, quod habet animum recedēdi, quia tunc, ut eſt dictum, nullo tempore ſortitur domicilium. Ita declarat Bar. in d. §. ſi tamē. cum quo ſimpliciter tranſit Bu. in proœ. Decre. uer. item quod ex cōmorari in loco. & plenius in c. quod clericis. de fo. comp. & do. Abb. in d. proœmio, §. Gregorius. dicens, quod ſi ſcholaris moratur ultra decennium in ſtudio, uidetur, quod nō principaliter cauſa ſtudij ibi moretur. Tamen aliæ præſumptiones fortiores de animo ſcholaris, poſſent elidere hanc præſumptionem, ſecundum eum. De quo etiam ponunt Moderni in d.c. quod clericis. uidelicet An. Sic. ĩ. Et ibi etiam do. meus de Are. qui in aliquibus mordet dicta Bur. ibi. & dicit Dom. in c. eos. de temp. or. in 6. quod non poteſt ſcholaris ordinari ab epiſcopo ſtudij, quaſi ibi habeat domicilium, niſi poſt. x. annos. Quod ultimum intellige ſecundum prædicta, & uide Spe. & Io. And. in d. uer. 45. ubi dicunt, quod ſcholaris ſortitur domicilium per decennium. Et ibi Io. And. refert Goſ. in d.c. quod clericis. referentē de multis ſcholaribus factis ciuibus Bononiæ, & qui ibi ad ætatem, decrepitam uidelicet, deuenerūt. Et ſecundū præ-

prædicta intellige glo. 2. in l. ſcire oportet. ff. ad muni. Et uide gl. in §. item ſi quis. de prouincia. 13. q. 2. quæ dicit ꝙ ſola habitatio non facit quem eſſe de iuriſdictione alicuius, niſi ibi habitauerit decem annis, tamen ibi reſpondebit de ibi geſtis, per d. l. hæres abſens. Et iſta ultima dicta intellige ſecundum prædicta.

13 CONVENIANTVR dictæ In † reſcripto diœceſis, ubi eſt res, de qua quis conuenitur. Gl. hic no. Ergo ꝙ licet in actione perſonali in computanda dieta attendatur locus domicilij habitationis, ut ſubdit iſta gl. communiter approbata, tamẽ in actione reali computatio fit à fine diœceſis, ubi res eſt ſita. ¶ Sed gl. magiſtra in c. ſtatutum. §. cum uerò. in uerbo, unam dietam. de reſ. in 6. tenet, ꝙ hodie etiam in reali fiat computatio à loco domicilij habitationis, quia illud c. ſimpliciter conſiderat tractationem, & quis propriè dicitur trahi à diœceſi domicilij, ubi facit reſidentiam. Ad idem tex. ſ. c. proxi. Facit c. cum quis. de ſepul. in 6. ubi in ſimili inſpicitur domicilium habitationis. Ad idem etiam l. fi. C. de præſcr. long. temp. ubi licet res præſcripta ſit extra prouinciam, tamen ſi præſcribens, & ille contra quem præſcribitur ſunt in eadem prouincia, currit præſcriptio. Sed opi. gl. hic tenet Guil. in cle. 1. de reſcr. & Io. de Lig. Bu. & Iñã. de Imo. hic per iſtum tex. qui approbat exceptionem, ꝙ non poterat iſte reus trahi ultra duas dietas à fine diœceſis, ubi res erat ſita. Et quia iſta iura non ſunt in hoc hodie correcta, per d. c. ſtatutũ. & licet tex. ibi ponderet tractum, & propriè dicatur quis trahi à diœceſi domicilij habitationis, tamen in hac materia uerbum Trahi, uerificatur etiã in illo, qui trahitur de diœceſi, ubi res eſt ſita. Patet ex c. præcedenti, ubi fit mentio de iſta tractatione, & tamen iſte tex. interpretatur illud, quando agitur actione perſonali de diœceſi, ubi res eſt ſita. Ergo eodem modo debet intelligi tex. in d. § cum uerò. quia l. noua ſuperueniens debet intelligi ſecundum terminos antiquos, ut in §. fi. in auth. de filiis ante dot. inſtru. na. & gl. in cle. ſtatutum. in uerbo, conſue. de elec. Et bene facit & quod no. in ſimili in auth. offeratur. C. de lit. conteſt. & in l. ſed & poſteriores. ff. de legi. ¶ Nec obſt. c. cum quis. de ſepul. in 6. quia loquitur, quoad aliam materiam, ſ. quoad percipiendam quartam, quæ debetur rectori parochiæ domicilij habitationis, qui ſuſtinuit onera ſacramentorũ. Nec obſtat l. fi. C. de præſc. longi tẽp. quia loquitur in alia materia, ſ. præſcriptionis. ex quibus impugnari uidetur gl. in d. c. ſtatutũ. licet in practica foret difficile obtinere contra eã, ſecũdũ Imo. hic. Et hãc partẽ tenet et. Io. de Lig. & Zenze. in d. §. cũ uerò. ut ibi refert Do. adducẽtes alia, de quib. p eũ. Et idẽ Io. Mon. poſt Car. in c. ex parte. B. ad fi. de fo. comp.

a Nihilominus] a fo. comp. Nihilominus[a] ſequenda eſt opi. gl. in d. uerbo, unam dietam. quam ſequitur Rota in tit. de reſcr. dec. 58. inc. Communiter tenet in antiquis, & Bal. in l. fin. uer. ſed hic quæritur. C. de edic. di. Adria. tol. & do. Ab. hic, & in c. ex parte B. de fo. comp. & Domi. hic, & in d. §. cum uerò. Nam, ſecundum ipſum, utrobique tota difficultas conſiſtit in hoc, quæ dicatur propriè ſua diœceſis: quia tex. ſ. c. proxi. & d. §. cum uerò. dicunt non trahi à ſua diœceſi. Et glo. in c. ſtatutum. dicit, quod propriè dicitur illa domicilij. & iſta opin. uidetur magis æqua: quia ex contraria opi. ſequeretur magna abſurditas. Pone enim, ꝙ Florentinus uult conuenire Bononienſem ſuper re, quæ eſt ſita in Anglia, ſecundum opinionem, quæ habet, computationem dietarum fieri à loco rei ſitæ, quilibet iſtorum compelleretur exire domicilium, & ire uerſus Angliam, quod eſt abſurdũ, & ſequeretur oppoſitũ eius, propter quod eſt facta reſtrictio dietarũ, quia nõ parceretur laboribus & expenſis partium, ut hic dicit tex. Vnde cum ratio reſtringens dietas ita concludat in reali, ſicut in perſonali, trahatur ad realia, etiãſi lex expreſſè loqueretur de perſonali, quia ista etiam exorbitans trahitur ad comprehenſa ſub ratione eius, licet in diſpoſitione ſtrictius loquatur, ut not. glo. in cle. j. in uerbo, eligatur. de elect. Ergo iſta opinio tenenda eſt, ſecundum eum. Idẽ Car. in cle. 1. de reſcr. ¶ Pro hoc, ſecundum do. Ab. hic, quia licet quis ſortiatur forum ratione rei ſitæ, uel ratione contractus, tamen illa non poteſt dici ſua diœceſis, ſicut alibi dicitur, ꝙ ratione contractus, uel rei ſitæ, uel delicti, quis non efficitur ſubditus illius iudicis, licet ibi ſortiatur forum, ut not. glo. in cle. 1. in uerbo, ſubditos. in fi. de fo. comp. & ſentit gl. in ca. à nobis. lo j. de ſen. ex com. Item, quia text. ſ. c. proa. ponderat in iſta tractatione laborem & ſumptus itinerum. Et iſta debẽt attendi habito reſpectu ad diœceſim, ubi perſona reſidet, & non, ubi eſt ſita. ¶ Hanc partem tenet etiam Imol. ſ. c. proxi. in prin. & in c. fi. j. eod. quia eſt eadem ratio in realibus, quę eſt in perſonalibus, ſcilicet fatigationis rei. Ergo idem ius, c. 2. de tranſ. præla. Et tenendo hanc partẽ, reſpondet hic Domi. ad iſtum tex. ꝙ ſi beneficium requirebat reſidẽtiam, tunc ibi habebat domicilium, ſi autem non requirebat, tunc replicatio iſtius non erat bona. Poteſt etiam dici, ꝙ licet hoc reuocaretur hic in dubium, non tamen deciditur, unde ſit faciẽda computatio, ſed pronunciatur ſuper alio articulo nõ pertinente ad iſtum. Et prædicta probant, ꝙ non ſolum de iure nouo, c. ſtatutum. ſed etiam de iure iſto fit computatio à loco domicilij. Ad idem facit d. c. ex parte B. non deſtruendo eum ſuppletione, dum requirit mãſionem. Item, quia ut eſt dictum, eadem ratio, ſ. ne quis incommodetur à negotiis, erat de mente c. præcedentis, ut etiam conſiderat do. meus de Are. in d. c. ex parte. ¶ Fallit iſta communis opinio in duobus caſibus. Primus, quando quis uult conuenire coram delegato reum ex cauſa, per quam poſſet etiam eum in eodem loco conuenire coram ordinario, puta ratione contractus, uel delicti. Nam tunc non eſt euitandum, ꝙ trahatur extra domicilium per plurimas dietas, quia nullum grauamẽ per impetrationem ſibi infertur, nam Papa eſt ordinarius cunctorum, 9. q. 3. in ca. cuncta. Sicut ergo ratione contractus, uel rei, poterat conueniri coram ordinario, ita coram delegato, ſecundum do. Ab. hic per tex. hic in c. dilecti. de fo. cõpe. Et hoc noluit Inn. ſi bene ponderetur, ſecũdum eum. Et pro hoc reprobat Ab. opi. Vinc. in c. ſanè. de fo. comp. ut ibi per eum. De quo ultimo dixi ſ. c. proximo, in prin. ¶ Fallit ſecundò, ubi quis habet plura domicilia, quorum unum eſt principalius, ſed cum non ita principali concurrit res litigioſa, ita ꝙ in domicilio non principaliori eſt ſita res litigioſa, & tũc cõputatio debet fieri ab iſto domicilio inferiori, propter concurſum rei litigioſæ, quia duo uincula rumpunt unum, c. i. de treu. & pa. Ita dicit do. Ab. hic per d. ca. ex parte B. cui per hoc dicit ſe dare nouum & ſingularẽ intellectũ. Et iſtas duas fallentias ponit etiam do. Abb. ibi. Et eum ſequuntur ibi communiter Moderni, & ſequitur etiam And. Sic. hic, dicent iſtum intellectum do. Abb. ad d. c. ex parte. fuiſſe Iuan. de Fan. in d. §. cum uerò. Et aliud noui nõ ponit in hac materia.

Adde tu, ꝙ iſta opi. gloſ. & ſequacium non placet: nã mihi uidetur quòd ſit contra caſum legis, in l. fi. C. ubi in rem act. nam ibi dicit tex. quòd reus poteſt conueniri, ubi res eſt indiſtinctè. Et iſtam opi. in terminis tenuit ipſemet Fel. ſibi cõtrarius in c. nonnulli. ſ. eod. in uer. quintus caſus. ubi dicit, & fortè melius, quòd ſi ſit cõmiſſio cauſæ in loco rei ſitæ, non eſt neceſſe, ut in reſcripto derogetur dietis: quia reus ſ diſtinctè ratione rei poteſt ibi trahi. iſtud idem tenuit do. Abb. in c. ex parte. de foro comp. Adde quòd idem tenet glo. in c. dilecti. de foro comp. in pe. gloſſ. quæ dicit, quod in actione reali datur optio actori, an uelit agere in loco rei ſitæ, an uero in loco principali domicilij rei conueniendi Quã glo. ibi omnes ſequuntur, & exclamant. Quare propter iſta teneo, quòd opinio Felini non ſit uera. Cogita: & adde Lud. de. pauentem in ſingu. uerſic. diœceſis. uerſi. ubi aliquis.

NON INHIBEAT Iudex ad quem, iudici à quo, ſecundum Inn. hic, ſed prius debet præmittere cognitionem, utrum 14 † appellatio ſit recipienda, & ſi eam recipit ueluti emiſſam ex probabili cauſa poterit poſtea inhibere iudici à quo ne procedat. Et pro hoc uide tex. in c. Romana. §. ꝙ ſi obiiciatur de ap. in 6, Et iſtud dictum ſequuntur Compoſ. & cõmuniter alii hic, uidelicet Io. And. But. Dom. & Abb. & per Bald. in addi. Spec. in tit. de ap. uer. per appel. ab interlo. Idẽ tenet Rota in nouis, concl. 418. Incip. Item ſi appelletur hodie. de app. 58. dicens, quòd non reuocantur attentata poſt inhibitionem non canonicè factam, per c. non ſolum. §. i. in uerbo, canonica. de ap. in 6. Et quòd ad hoc, ut inhibitio dicatur canonica, oportet, ꝙ ante quàm iudex inhibeat, incipiat cognoſcere, an ſit appellatio interpoſita ex cauſa legitima, uel non. Et dicit Rota. in tit. de ap. deci. 59. inci. Facta fide. in antiquis, ꝙ auditor datus in cauſa appellationis, debet uidere proceſſus iudicis, à quo eſt appellatum an fuerit

cauſa

cauſa legitima ad appellandum: & ſi fuerit, inhibeat, ſi petatur poſtea & aſſignetur terminus ad dandum libellum, & in cauſa procedendum. Ad idem Rota de ap. in 6. in antiquis. ¶ Limita primò, niſi Papa recipiat appellationem ex certa ſcientia, & hoc conſtet ex uerbis reſcripti: quia tunc delegatus ab eo datus ſuper illa appellatione, poterit illicò mittere inhibitoriam, ſecundum domi. Abba. hic: quia ex tali receptione ſtatim fuit ſuſpenſa iuriſdictio primi iudicis, c. paſtoralis. §. præterea. de offi. del. & no. Paul. de Caſt. conſi. 27. in prin. Et pro iſta ratione quod no. Rota in tit. de teſti. deciſi. 4. in nouis, dicens eo ipſo, quòd Papa remittit cauſam ad partes, adeo ſunt ligatæ manus auditoris, quòd licet articuli non includantur, & licet pars uellet, non poteſt amplius ſe impedire ſine noua commiſſione, etiamſi litera remiſſionis ſit ſolum bullata, & nondum tranſmiſſa, per no. in c. ut noſtrum. de ap. ubi inferior non intromittit ſe amodò de negotio, quando Papa manum apponit. ¶ Limita ſecundo, niſi Papa in commiſſione appellationis exprimat ipſum grauamen, quia etiamſi ſimpliciter cauſam committeret, uidetur approbaſſe grauamen, & ſic non eſt opus, quòd delegatus præmittat cognitionem ſuper habilitate cauſæ, ſed ſolùm ſuper ueritate, ſecundum do. Abb. hic dicentem ita ſenſiſſe Abba. & Io. And. in d. §. quòd ſi obijciatur. Et ita etiam ponit Domi. ibi ¶ Limita tertiò, niſi Papa committat cauſam in appellatione à diffinitiua, quia ſiue exprimatur cauſa, ſiue non, Papa eam committendo uidetur appellationem recepiſſe, ſecundum do. Abb. hic dicentem, ita ſenſiſſe Ioã. And. in d. §. quòd ſi obijciatur. ubi etiam uide Dom. Et idem tenet Io. And. & alij hic. Procedit autem regula ſupra poſita, quando Papa cõmittit appellationem ab interlocutoria non expreſſo grauamine, nec ex certa ſcientia, ſecundum eum. Item procedit regula in iudice appellationis inferiore à Papa, per d. §. quòd ſi obijciatur. Quia ante quam inhibeat, debet recipere appellationẽ ueluti emiſſã ex cã probabili, & dẽt cœpiſſe cognoſcere de ueritate ipſius, de quo latius per Dom. in d. §. quod ſi. & per Spec. in loco ibi allegato. ¶ Limita quartò, niſi Papa committat ſimpliciter cauſam appellationis alicui ex auditoribus in Romana curia, quia de ſtylo eſt, quòd ibi etiam committit cauſam principalem, & incontinenti auditor ſolet mittere inhibitoriam iudici à quo ſecundum do. Abba. hic remittentem ad Rotam deciſ. 15. cum duabus ſeq. Et eſt hodie poſita in ti. de ap. deciſ. 3. in nouis, §. ſed pone. ubi uideas, & ibi eſt longa additio ponens triplicem cognitionẽ, quam debet præmittere iudex, cui eſt commiſſa cauſa appellationis. Et ſecundum iſtas limitationes poteſt intelligi opinio illorum, quos recitat hic Compoſt. & ſequi uidetur do. Car. qui dicebant ſimpliciter, quòd d. §. quòd ſi obijciatur. loquitur, cum appellatur ad archiepiſcopum, ſecus ſi appellatur ad Papam, & mouebantur per d. §. præterea. Et de materia uide etiam per Aug. in l. per hanc. C. de temp. ap. ¶ Extra gl. iſta gnus hic Vincen. Io. And. & omnes alij, excepto Abb. uti ſit
15 † iſta exceptio, quòd quis non trahatur ultra duas dietas, poſſit opponi poſt litem conteſt. cõcludentes, quòd ſic, quia eſt grauamen quotidie grauans, ideo omni tempore poteſt opponi, ut ex nunc. Et eſt limitatio ualde famoſa ad iura, quæ dicunt, dilatoriam non poſſe opponi poſt litem conteſt. ut non habeant locum quando exceptio dilatoria habet cauſam ſucceſſiuam, ex qua quotidie oritur ius excipiendi. Et ſemper allegantur dicta Doct. hic ſuper quibus licet multa addi poſſent, tamen ex certa ſcientia omitto, tum, quia Philip. opportunè ſcripſit in c. ex parte. de appe. tum, quia ultra ipſum inſteri tam ſubtiliter, quàm copioſè, in c. exceptionẽ. uerſi. limita tertiò. de excep. & in c. accedens. 2. ut lite non conte. Ideo ibi uide, & inuenies, quòd de hac materia nõ eſt improuiſè loquendum propter periculum multiplicis æquiuocationis in ea latens.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum, hoc uerbum quid ſignificet, aut qualiter accipiatur.*
2 *Synodus, concilium, conuentus, & actus, quid ſunt. & qualiter conueniant, ſeu differant.*
3 *Congregatio clericorum ſecularium poteſt etiam appellari conuentus.*
4 *Simile nullum eſt idem cum ſuo ſimili.*
5 *Data literarum facit regulariter præferri literas, exceptis tribus caſibus. Negligentia primi impetrantis qualiter cognoſcatur.* *Poſt num. 5. uer. ſunt autem quatuor caſus.*
6 *Clauſula Anteferri, quid operetur.*
7 *Clauſula Anteferri, cum non obſtãtia ſibi iuncta, refert ſe tantum ad totaliter expectantes, quibus eſt à Papa collatus canonicatus. Et iunge uerſ. tertia concluſio.*
8 *Papa ſi conceſſit literas unionis, ut fiat cedente, uel decedente certo rectore, & unio ſit facta, non tamen ſortita effectum, impetratio interim facta cum clauſula Anteferri, non præiudicat illi unioni.*
9 *Fundare ſe quis non poteſt in eo, quod impugnauit. Hæc eſt regula li. 6. inci. ex eo. Qualiter autem regula illa limitetur octo modis, uide hic poſt numerum 9. uer. regula ex eo. lib. 6. & limitationes ſuas per ordinem. ut eo. nu. nono, 10. & 11.*
12 *Iudex in confeſſione iudiciali ſupplet abſentiam partis.*
13 *Actus meus impugnatus in iudicio, an mihi noceat.*
14 *Inſtrumentum & contentum in inſtrumento, qualiter differant.*
15 *Papa ſi faciat duas collationes de eodem beneficio una die, quæ præualeat.*
16 *Epiſcopus & ſuus uicarius ſi conferunt beneficium eadem die, præualet collatio epiſcopi.*
17 *Præmium ſi ſit propoſitum primo ingredienti caſtrum, et duo ſimul ingrediantur, quis debet habere præmium.*
18 *Item de duobus ad brauium pariter peruenientibus.*
19 *Item de duobus natis eodem tempore.*
20 *Duo ſi pacem pariter frangunt, quid iuris.*
21 *Sortes quando ſunt licitæ data perplexitate concurſuum.*

CAPITVLVM XXX.

CAPITVLVM. ¶ In pluribus reſcriptis impetratis in eadem eccleſia ſuper conſimili beneficio, ſtatur præſentationi, & non datæ, ſi prior in data fuit negligens in proſequendo ius ſuum. H. D. ¶ In tex. ibi, monſtrauit. Notant hic Doct. quòd iſtud uerbum Capitulum, poſitum in ſingulari numero poteſt iungi uerbo ſingularis numeri: quandoque iungitur uerbo pluralis numeri. Patet in c. ſignificauerunt. de except. & in c. in cauſis. de electio. Et uterque modus loquendi eſt congruus, ſecundum Ioan. An. hic. Et ſubdit do. Ab. quòd quo ad Latinitatem, iſtud procedere poteſt: ſed quo ad congruitatem ſenſus, dicendũ eſt, ut hic per Cal. quòd ſi uerbum Capitulum, iungitur cum uerbo ſonante ius, debemus uti uerbo ſingulari: ut, Capitulũ habet iuriſdictionem: ſed ſi iungitur cum uerbis ſonantibus actum, ſeu exercitium ipſius actus, debemus uti uerbo pluraliter, Capitulum dederunt uoces, uel appellauerũt quia actus ſunt ſingulorum, ius uerò penes ipſum corpus collegij, ut eſt de mente Inn. in c. irrefragabili. de offi. or. & in c. ſi. de iu. pa. ¶ Et in quantum Doc. hic ponunt de ſignificatiõ huius uerbi Capitulum, adde do. Car. in cle. j. in prin.
5 in 2. q. de regula. ubi latè declarat poſt Pau. an † & quando ſumatur pro loco, & quando pro perſonis collegij. Et uide Bal. in l. ſi. in princ. C. de impu. & alij ſubſti. ubi latè & pulchrè declarat, quæ dicantur nomina colle
a ctiua [a], & quomodo cognoſcantur. Et dicit illud eſſe collectiuum, quod in ſingulari numero multitudinem ſignificat, & quòd nomina collectiua ſunt ſingularia uoce, ſed pluralia intellectu: quia in ſingulari numero conueniunt pluribus ſimul, ut uerbi gratia hoc nomen populus: nã populus non eſt unus homo, ſed multi homines uno tantum intellectu comprehẽſi, l. ſicut in ſi. ff. quod cuiuſq; uni. no. Et dico, quòd omnis numerus facientium populum, ad unum & quaſi ſingularem intellectum refertur. Fit etiã collectio per uerba pluralis numeri, l. ciuibus ff. de re. dub. Vnde nomen Antianorum, uel priorum, eſt nomen collectiuum: quia exponuntur per nomen collectiuum ſingularis numeri, id eſt, per hoc nomen officium uel collegium, uel multitudo, uel uniuerſitas, d. l. ciuibus. Et de hoc nomine Conuentus & collegium, uide aliquid per Car. in cle. 2. in 4. q. de reſcri. Et conuentus nõ ſolum denotat fratrum congregationem, ſed aliquando generale concilium, ſecundum do. Abb. poſt Io. And. in c. j. in ſi. de teſti. dicentem de hoc, & quibuſdam alijs eſſe bonũ tex.
2 in c. j. 15. diſt. ubi habes, quid ſit † Synodus, Concilium, Cõuentus, & Cœtus, & uide tex. in c. innotuit. de elec. ubi uidetur,

a *Collectiua*] *Ad quod adde do. Soci, conſi. 249. inc. Materia præſentis cõſultationis. uer. ſecũdo ſimpliciter mouetur. circa prin. in 2. par.*

detur, ꝙ conuentus & capitulũ ſunt ſynonyma, nam id, qđ uocatur conuentus, poſtmodũ appellatur ibi capitulum. Tamẽ, ut dicit ibi. do. Ab. in j. no. eccleſia, de qua ibi, ſecundũ quoſdã, erat cathedralis regularis, ideo congregatio appellatur conuentus, nã ea conſuetudine cõgregatio religioſorũ ſolet appellari conuentus, d.c.i. prope.fi. 15.diſt. Et dicit hic Imo. poſt alios, ꝙ etſi conuentus propriè eſt religioſorũ, & capitulum propriè eſt clericorum ſecularium, tamen quandoque congregatio religioſorum appellatur capitulũ. Allegat c.contingit.de tranſac. & c.niſi eſſent.de præb. Et ꝙ capitulum reſpiciat eccleſias ſeculares, & cõuentus regulares, no. Io. Aud. & Dom. in c.quia ſæpe.in prin. de elec. in 6. & ibi bonus tex. referendo ſingula ſingulis. Et ſimili modo facit c.quamuis.de of.or.in 6. & tex. in c.a.53.diſt. per quem uo. ibi Dom. ꝙ congregatio regularium appellatur conuentus.

3 & non capitulum. Adde ꝙ † congregatio clericorum ſecularium poteſt etiam appellari conuentus, d.c.j.in fin. 15.diſt. & ibi Domi.in ulti.not. & c.quoniam. in uerbo, epiſcoporum conuentus. 18. diſt. & ibi Domi. in j.no. & c.cum eccleſia.de cauſa poſ. & propri. & ibi do. Ant. colligens, quòd eccleſiæ collegiatæ ſecularium comprehenduntur appellatione eccleſiarum conuentualium, & ſic nomen. Conuentus, conuenit etiam eccleſiæ ſeculari, & remittit ad notata hic, & in c.niſi.de præb. Adde etiam prædictis de uerbo Capitulum, & ſimilibus, Fran. Paul. latiſſimè in tractatu De poteſtate capituli ſede uacante, fol. 5. uerſic. præmitto quintò. Et ibi multa inculcauit de materia capituli, & quomodo conſtituantur, congregentur, citentur & puniantur talia corpora myſtica. De iſta remiſſione facies tibi ſæpe honorem.

4 NVLLVM ſimile Eſt † idem[a]. Quotidie ad hoc allegatur gl. ſecundam Imo. hic, dicentem bene facere l.quod Nerua. cum gloſ. 2. ff. de poſ. ubi gl. allegat Ariſtotelem, dicente, Nihil eſt idẽ, cui ad ipſum ſimile eſt. Et cum iſta gl. cõcordat glo. magna. poſt prin. in c.bona, fides. de depoſ. Idem no. glo. in §.tria. uer. ſi quis uerò iudex in glo. 2. poſt med. 3.q.7. & in l.1. in prin. in uerbo, quemadmodũ. ff. quod iuſſu. & Bal. in l.meminimus. in prin. C. de leg. hære. Et dicit Bal in l.qui liberis. in prin. ff. de uul. & pu. ꝙ illud dicitur ſimile, quod non eſt idem formaliter, ſed in effectu. Vnde non eſt per omnia idem, ſed idem in ratione, ꝓ tanto appellatur ſimile, & melius non habetur in iure, quã ibi, quid dicatur ſimile[b], ſecundum eũ. Et ideo dicunt ibi Ang. & Imo. ꝙ duplex eſt ſimilitudo, uno modo penes formam alio modo penes effectum, & ubi in oĩbus eſt conformitas, tunc ibi eſt identitas. Facit, quod no. Dy. in regula, ſine poſſeſſione. de reg. iur. in 6. ¶ Et dixit gl. in c.ſi ſacerdos. alias incipit, Deus, qui ſimilis tibi. de pœ. diſt. 1. ꝙ triplex eſt imago ſiue ſimilitudo. Prima identitatis, ſecundum quam tantum filius Dei eſt ſimilis patri. Alia eſt imitationis, ſecundum quam dicitur, ꝙ magna nauis eſt imago alicuius domus. Tertia ſimilitudinis expreſſæ ut ſigillum in cera. Et uide Io. And. c.non põt. in fi. de præb. in 6. ubi refert Boetiũ ſuper topica Tullij, lib. 4. ubi tractat de ſimilitudine, & dicit; ꝙ ſimilitudo eſt rerũ ſingularium, uel differentium comparatio. Vnde in illa non requiritur, ꝙ res tota ſit toti rei ſimilis, ſed in eo, ad quod cõfertur, ut ibi Et dicit gl. 4. in fi. Et idẽ no. Io. An. in c.cum, qui. de præb. in 6. & Bal. in l.curatoris. C. de neg. geſ. ibi, dicitur autẽ ſimile. Et pro hoc Io. And. in d.c.non poteſt. alleg. c.cum dilecta. & ibi ſeipſum, de confir. uti. uel inuti. & cap. per uenerabilem. poſt prin. uer. uerum. qui fi. ſint leg. & l.ſi pupillus alienum. §.fi. ff. de admi. tu. & l.recuſare. §.fi. ff. ad treb. Et remittit ad no. per ſe in c.tranſlato. ſuper ultima gl. de conſti. & in cap. 2. in gl. arguitur quòd. de tranſla. epiſcopi. Et quomodo una cauſa poteſt dici alteri ſimilis quatuor modis, uide Io. And. poſt Hoſt. in c.cauſam. in 2. in prin. de iudi. & Bal. in l.j. C. quæ ſit long. conſue. ubi dicit; ꝙ ſimilia ſunt, quorum qualitas eſt una. Et idem dicit Bald. in addi. Specu. de diſp. & alleg. §.ſimilia. & Bal. in l.j. in 2. no. C. de iure emphy. quòd non dicitur ſimilitudo, niſi illa, quæ eſt plena, & ubi plures inueniuntur differentiæ, quàm conſonantiæ, illa non ſunt ſimilia. Et idem dicit Bald. in l.humanitatis, C. de impu. & alijs ſubſti. Et dicit Bald. in l.j. uer. ſed iuxta prædicta. C. de furt. quòd ſimilitudo dicitur eadem, uel ſimilis qualitas in uniuerſis rebus. Et dicit Bald. in additio. Specu. ubi ſ. & Inno. in d. c. cauſam. in 2. glo. quòd ſtatur arbitrio iudicis, quod dicatur ſimile. Quando autem liceat arguere de ſimilibus ad ſimilia, dixi in cap. tranſlato. ſupra tit. proxim. Et dicit Bald. in d.l.curatoris. quòd dicitur ſimile id, quod in aliquo habet differentiam[c], tamen ſecundum plurimum habet conuenientiã. Et iſtis adde, quòd licet homo ſit factus ad ſimilitudinem Dei, tamen inter creatorem, & creaturam non poteſt tanta ſimilitudo notari, quin maior diſſimilitudo ſit notanda, c. damnamus. uerſ. fi. ſupra de ſum. tri. Quod uidetur contra iſtud dictum Bal. dum dicit, quòd ubi ſunt plures differentiæ, non eſt ſimilitudo. Sed poteſt dici, ꝙ Bal. uult, ꝙ non poſſunt dici omnino ſimilia, quando differunt in plurib. & tamen in his, in quib. conueniunt, dicãtur ſimilia. Et de nouem ſimilitudinibus animæ ad Deum, uide pulchrè per Archiepiſcopũ Florentinum in prima parte ſuæ Summæ, in princ. ¶ In glo. magna in fi. Tractant hic omnes Scribentes, utrum ſtetur datæ, uel præſentationi literarum ad beneficia? Et eſt materia diuerſa ab illa, quam tetigi ſupra eod. cam te. ad fi. Nam ibi uidimus, quando in conſideranda natura literarum inſpiciatur tempus datæ, uel tempus uacationis beneficij, hic autem tractatur, quando concurrunt plures literæ, & quæritur an in earum prælatione attendatur, quæ ſint prius datæ, an uerò quæ ſint prius præſentatæ? de quo ſupra alias ſubtiliter ſcribunt hic dom. Abb. & Domi. & etiam Domi. in c.tibi, qui. de reſcrip. in 6. Et licet ſit ad eos recurrendum pro informatione oportuna, tamen ex dictis eorum pluribus additis, poſſumus pro maiori claritate elicere regulam cum una ampliatione, & tribus fallentijs.

a *Eſt idem] Adde, quod no. per do. Soci. conſi. 9. inci. proſequendo ordinem . circa prin. in 2. parte.*

b *Simile] Vide etiam Bal. in l. nã que. ff. de legi.*

c *Habet differẽtiam] Adde dom. Alexan. in l. quod Nerua. ff. de poſſ.*

5 LITERAS Priores † in data regulariter præualẽt, per iſtũ text. ſecundum communem intellectum, exponendo uerbum Prius, nominaliter, ut ſic exponamus Prius mandatum, id eſt, primum mandatum. Ad idem c.ſi duobus. cum gloſſ. in uer. ſi non apparet. de reſcript. in 6. & c.tibi, qui. eo. titu. & lib. & tex. in capitu. cum, cui. de præbend. in 6. Et ibi gloſſ. fin. dicit per illum text. eſſe approbatam lecturam, quæ exponit iſtum tex. in uerbo Prius, nominaliter. Et iſtud tanquam regulare, præſupponunt omnes Docto. allegati ſupra. & in dict. cap. cam te. & ſtylus curiæ, qui percipitur ex pluribus regulis cancellariæ Apoſtolicæ. Et ſi diceres, ſecundæ literæ non deberent ualere non facientes mentionem de primis, per not. in capitu. cæterum. ſupra eodem. dic, quòd imo ualent, quia ſi per negligentiam primi impetrantis ſecundæ obtinent, ut ĩ. in j. fallentia, ergo à principio nõ ſunt nullæ, ut hic per Car. & Imo. ¶ Præterea, ut dicit Imo. in ca. mandatum. ĩ. eo. in ſecundo reſcripto ſubintelligitur clauſula, Si pro alio non ſcripſerimus, qui huiuſmodi gratiam proſequatur. Et ideo ſecunda gratia ſemper ualet, ſed conditionaliter. Vnde ſi primus proſequatur, non ualet ſecũda, quia deficiet conditio. Si autem non proſequatur, tunc ſecunda gratia ſortitur effectum, ex quo in effectu tunc uerificatur, & tacita conditio ſuſpendit, ſicut expreſſa. Alleg. gl. in l.item quia. ff. de pac. Et ideo dicit hic do. Ab. cõmunem opinionẽ[a] eſſe, ꝙ iſtæ ſecundæ literæ non peccant in ſubreptione: quia quælibet gratia ualet: & ſi capitulũ uellet, poſſet recipere utrunque: ſed non tenetur recipere, niſi unum, quia Papa non intendit grauare eandem eccleſiam de duobus, niſi exprimat, ut hic, & in d.c. mandatum. Vnde capitulum excludit alium uno recepto, non per uiam nullitatis, ſed per uiam exceptionis grauaminis. ¶ Ampliatur uno modo iſta regula, uidelicet etiamſi ſecundus impetrans prius præſentet, & prius recipiatur in canonicum, quàm primus, quia nihilominus prima uacans debetur primo impetranti, ut d.c.tibi, qui. & c.cum cui. de præb. in 6.

FALLIT Primò regula iſta, ubi primus deprehenditur in negligentia, ut hic in gloſſ. & eſt text. in dict. capitu. tibi, qui. in fin. Et licet ponantur certi modi conuincendi negligentiam in propoſito, de quibus ĩ. tamen iſte modo deprehendendi negligentiam eſt arbitrarium, nam iudex habet arbitrari, utrum fuerit negligens in non præſentando, uel non petendo, quia forte iſtẽ allegabit legitimam cauſam

dilectionis, & in hoc ſuccedit arbitrium iudicis. Et ſic ſaluatur opinio Ioan.And.hic, & in c.ſi clericus.in ſua gl.in uerbo, negligentia.de præb.in 6.& in cle.unica,in glo. pen.de præb.& ibi Car.in §.fi.in 3.q.ubi ſimpliciter dicitur eſſe arbitrarium,quando primus dicatur negligens.¶ Sunt autem quatuor caſus, quibus deprehenditur negligentia primi impetrantis. Primus eſt,quando primus fuit negligens in præſentando ſuas literas, & ſecundus prius præſentauit: nam ſecundus debet eſſe potior in aſſecutione præbendæ. Ita probatur ſecūdum unum modum intelligendi in d.c.tibi, qui. iuncto prin.cum ſi. Et uidetur ſatis probabilis intellectus, ſecundum Ab.hic.intelligentem hoc, dummodo concurrāt duo impetratores Apoſtolici: nam ſi concurrunt Apoſtolicus & capitularis ſimul, negligentia impetratoris Apoſtolici non conuincitur per capitularem.i.per receptum authoritate capituli, niſi per ſolam collationem. Pro hoc, ſecūdum eum, facit c.tibi, qui.& c.ſi clericus. de præb. in 6. Facit etiā ad materiam,ſecundum eū poſt Lap.tex.in c.ſi tibi.de præben.in 6.ubi is, cui facta fuit collatio beneficii, non conuincitur de negligentia irreuocabiliter, niſi per collationem alteri factam.¶ Secundus caſus eſt, quando lapſus eſt annus, quia, ſecundum quoſdam, dicitur tunc conſtare de negligētia primi, per c.plerunque.ſupra eo.quod non placet hic Io. An.quia illud c.loquitur in literis ad lites. Ideo non debet extendi ad beneficia, cum non ſint amarè interpretanda, argu.c.olim.de uerb.ſig.& l.ſi. ff. de conſti.princ. Et not.hoc uerbum, ex quo habet ſemper notare, ſecundum Ab.hic, ꝙ reſcripta ad lites ſunt ſtrictius interpretāda [a], quàm reſcripta ad beneficia: quod eſt ualde notandum per id, quod habetur in c.quamuis.de præb.in 6.ubi dicitur, ꝙ reſcripta ad beneficia, ſunt ſtrictè interpretanda. Tamē contra hoc facit: quia ſecundum But.in c.olim. in ſi. de uerb.ſig. ſtrictior interpretatio ſit in beneficialib. quàm in literis ad lites, per d.c.quamuis.

a Strictius interpretanda] *Adde do. Soc. conſi.96. inci. Viſo proceſſu circa medium 3. col.in prima parte, char.162.*

Sed, ut dixi ſupra eo. cauſam,poteſt dici,ꝙ dictum Io. And. hic probet, ꝙ literæ beneficiales difficilius expirent: non autem probat, ꝙ debeant ſtrictius interpretari. Nā per ea, quæ ibi adduxi, patet ꝙ ualde ſtrictè interpretantur: ſed rationabile eſt, ꝙ difficilius expirent, quia maius eſt præiudicium eas perdere, quàm reſcripta ad lites. Et licet difficilius expirent, tamen difficilior eſt earum impetratio, quia ſurreptio uitiat eas ipſo iure,& non ſic reſcripta ad lites, ut dicetur j. c.proxi. Et ſic inſpecta impetratione & expiratione, uidētur talia reſcripta ad lites & ad beneficia habere ſe, ut excedentia & exceſſa ſecundum ſubiectam materiam.¶ Tertius caſus eſt,quando executores ſecundi impetratoris,uel ordinarius monent primum, ut faciat ſibi prouideri, & ad hoc præfigunt ſibi tempus competens, intra quod iſtud faciat,quia eo elapſo conuincitur de negligentia, & poſſunt ipſi prouidere Secundò.ita no. Rota de conceſ. præb.j. in antiquioribus, dicens, ꝙ ita communiter practicatur, Aliàs autem, cū non ſit in propoſito ſtatutum tempus à iure, eſt in arbitrio iudicis arbitrari negligentiam attentis circunſtantijs attendendis,ſecundum Rotam. Et iſtum caſum intellige, niſi ſcriberetur pro primo expectante cum aſſignatione termini, iuxta clem. unicam, de conceſ. præben. quia tunc, ſi permittit labi menſem non acceptando, dicetur notabilis negligentia abſque alia termini aſſignatione, ut no. ibi glo. in uerb. intra menſem. & ſequitur Domi.in d.cap.tibi, qui.& Abb. hic.¶ Quartus caſus eſt iſte proximè dictus, quando in literis exprimitur tempus: quem caſum intellige, niſi ex impedimento, uel culpa executoris eueniſſet, quòd intra menſem non potuiſſet expectans acceptare, quia tunc lapſus mēſis non imputatur ei, ſecundum Rotam, de reſcrip.deci.29. & de conceſſio.præb.iiij.& xiij.in antiquis. Et donec durat menſis, non poteſt ab alio præueniri, adeo quòd ſi interim conferatur alteri per Papam cum clauſula, Si non eſt alteri ius quæſitum, collatio non ualet, quia ipſi expectanti eſt quæſitum ius, id eſt, facultas acceptandi, quæ adhuc pendet, cum nondum acceptauerit, ſecundum Rotam de conceſſio.præben.deciſio. 21. in antiquis. ¶ Item intellige iſtum quartum caſum, niſi eſſent duo expectantes cum aſſignatione mēſis; quia, quo ad ſecundum, non currit ei mēſis donec ſit finitus mēſis primi, ſecundū Pe.de Anc.in repe.d. cle.j.de conceſ. præb. De quo tamen uide latiſſimè Car.ib. in §.ſecus.in 6.q.& conſi.78.inci. Frater unice.ubi aliter tenet,de quo etiam per Rotam de reſcri.deciſ.62. in antiquis. ¶ Item intellige iſtum caſum, niſi alius diu poſſediſſet beneficium pacificè, quòd tamen uerè uacabat de iure, quia excuſatur impetrans a curſu menſis,ſecundum Aegid. Bellame.deciſ.dec.incip.in caſu concluſionis.niſi eſſet notoriū, quòd de iure uacat.ſecundum Old. conſi.282.inci. Caſus eſt talis, aliquis impetrauit.¶ Amplia fallentiam iſtam, etiā ſi impetrans non habeat compettratorem, quia ſi eſt negligens,poteſt ordinarius alteri conferre,& per collationem alteri factam erit extincta gratia iſtius, ſecundum do. Ab.hic per c.ſi clericus.de præb.in 6.Per quem tex.putat idem, etiā ſi cum authoritate Papæ eſſet receptus in canonicum,& negligeret petere præbendam uacantem. Et iſtud Ab. reputat nouum, ſecus dicens, ſi poſt collationem eſſet quis negligēs in petenda poſſeſſione, quia non perdit ius ſuum,niſi in caſu,de quo per glo.ſingularem in c. contigit.in gloſſ.fin.poſt prin.de do.& contu.ubi latius per eum, licet poſſit per ſuperiorem priuari.arg.c.ſi quis abbas. 18.q.2.& gl.in cap. ea, quæ.de offi.arch.ſecundum ipſum hic latioribus uerbis.¶ Intellige primò iſtam ampliationem, niſi talis impetrans fuiſſet ab initio effectus canonicus authoritate apoſtolica, quia licet fuerit negligens in petenda prima præbenda alteri collata, tamen poteſt aliam poſtea uacantem petere, ut eſt tex. in d.c.ſi clericus.in §.uerum.& facit, quod dicetur j.in 2.limitatione huius fallentiæ. Et illum text.inducit etiam Cal. in diſp. incip. A diffinitiua ſententia, ad illum, qui appellauit,& non petijt apoſtolos intra tridnum ſibi aſſignatum, quòd licet illam appellationem non poſſit proſequi, tamen aliam poteſt interponere durante decennio, & proſequi. Et illum tex.in §.uerum.limita, ut ibi per Domi.poſt Lapum, uerſi.quid ſi iſte.¶ Intellige ſecundò hanc ampliationem, niſi in gratia expectātis authoritate Apoſtolica eſſet clauſula, Ad præbendam, quam duxerit acceptandam, quia non poteſt ſibi imputari negligentia, adeo quòd per collationem alteri factam ſit extincta gratia ſua, quo minus poſſit aliā acceptare, ſecundum Rot.de præben.deciſio.4. in antiquis, dicentem non habere tunc locum dictum c.ſi clericus.& allegat Archi.ibi, & Innocen. infrà, eod.mandatum. Et idem dicit Rota, ſi habeat gratiam, quòd poſſit acceptare præbendā eccleſiæ cum præſtimonijs unius cedentis, uel decedentis, quia tunc poteſt ſimul, uel ſucceſſiuè acceptare præbendā, uel præſtimonium etiam ſeparatim. An autem iſte unicus expectans poſſit conuinci de negligentia per alium actum, quam per collationem alteri factam, dicetur paulo poſt, uerſi.limita ſecundò. Et ibi etiam dicetur, an iſta ſecunda intelligentia de clauſula, Quàm duxerit acceptandam, habeat locum, quando eſt adiectum tempus acceptationi.¶ Limita fallentiam hanc primò de negligentia duobus modis. Primo, niſi primus & ſecundus impetrauerint ad idem corpus beneficij, & appareat de prioritate temporis, quia tunc ſecundus impetrans nunquam poteſt aliquid obtinere uigore illarum literarum: quia fuerunt ſurrepititiæ non facientes mentionem de prioribus: & ſic nullæ: quia ſubreptio in beneficialib. uitiat ipſo facto, ut dicetur infrà cap. proximo. Vnde negligentia primi non poteſt ius conferre ſecundo. Et hoc caſu non habet locum diſpoſitio c.pen. de reſcri. in 6.ubi ſi non apparet, quis ſit prior in data, eſt locus præſentationi: nam quādo literæ ambæ referuntur ad idem ſubiectum, id eſt, ad certum corpus beneficij, mutuo ſe impediunt, recurrendum eſt ad ipſum concedentem. Ita notanter uoluit Ioan. And.in c.ſi à ſede. de præben. in 6. Et iſtam limitationem ita ponit ad literam Abbas hic. ¶ Adde Domi. in d.c.ſi à ſede.& quæ dixi ſuprà eo. paſtoralis. ad ſi. princ. ubi dixi, ꝙ ſi appareat de prioritate ratione unius horæ, & faciunt, quæ dicentur infrà ad ſi.huius c. uer.extra gl. Et hic adde Pe.de Ancha.& do.Abb. in c.2.de offi. dele.ubi dicunt, quòd cum confertur idem beneficium duobus ſub eadem data, neque apparet, cuius ſupplicatio prius fuerit ſignata, debet in hoc conſuli Papa, qui utramque gratiam fecit,& ſecundum eius reſponſum eſt procedendum. Allegāt Io.And.in d.c.ſi à ſede. Nec obſtat c.pe.de reſcri. in 6.quia loquitur, ubi agitur de prouiſione facienda, non de facta, quia in illa faciēda poteſt utraque gratia ualere per gratificationem eorū, quibus ſcribitur: ſed in facta ſecus, quia

flatum

ſtatim neutra ualet, uel pendent à diffinitione concedentis. Nec obſtat d.c. ſi à ſede. quia loquitur in collatione facta eodem tempore à diuerſis, quia ſi unus poſſidet, ille præferatur: ſed prædicta loquuntur in collatione facta ab eodem. Et an cæteris paribus præferatur ille, qui prius præſentat executori? dicit Rota, quòd ſic, deciſ. 2. incip. Itē ſi unus. in nouis, hodie de præben. ſ. Sed contrarium tenet additio ibi poſita: quia d.cap. pen. de reſcrip. in 6. loquitur in præſentatione facta illis, ad quos ſpectat canonicorum receptio. Et ita dicit latè conſuluiſſe contra Rotam Petr. de Anchar. & Fran. de Zabarel. id eſt, Cardinalem. Et ita etiam tenet Domi. eos referens in d.c. pen. dicens, ſe etiam idem conſuluiſſe, licet Rota noluerit inhærere opinioni Cas. & Pet. de Ancha. ¶ Limita ſecundò, niſi primus impetrans habuiſſet canonicatum à Papa uel fuiſſet receptus in canonicum authoritate Papæ: quia tunc non conuincitur negligentia ſua in aſſecutione præbendæ per actum circa collationem. Ita refert Lap. in d.c. tibi, qui. Ioan. And. ſibi reſpondiſſe, quaſi dicat, ſecundum Abb. hic, quòd donec præbenda conferatur alteri, ſemper illam petere poterit negligentia priori non obſtante, ſecus, ſi data negligentia fuit collata alteri, quaſi per collationem præmiſſa negligentia tollatur illud ius affectiuum ad præbendam, quod habet primus ex receptione in canonicum. Et hoc in membrum ſic declaratum uidetur probari in d.c. ſi clericus. in 2. parte, ſecundum do. Abb. hic. ¶ Sed contrarium firmat hic do. Abb. quòd imò etiam, ubi præceſſit collatio canonicatus, poteſt conuinci impetrans de negligentia ſua citra actum collationis, per tex. in d.c. tibi, qui. Nam in principio loquitur, quando primus & ſecundus fuerunt recepti, & præbenda uacabat de præſenti, & deciditur ibi, quòd debetur primo impetranti, licet ſecundò recepto. Vnde non refert ſe ad negligentiam commiſſam in actu præſentationis, ſed loquitur generaliter. Ergo uidetur, quòd ſi uacauerit præbenda, & primus impetrans, licet receptus, fuerit negligens diu in petendo, quòd ſecundus impetrans diligens debeat præferri. Nec obſtat c. ſi tibi abſenti. de præben. in 6. quia cum ibi beneficium fuerat collatum merito non excluditur, niſi per collationem alteri factam; quia non eſt dare actum circa collationem potentiorem primo. Sed in caſu noſtro præbenda non fuerat collata primo, ſed ſolum canonicatus, merito ergo ex quo uterque eſt canonicus receptus, debet negligentia in petendo obeſſe primo. A quanto autem tempore requiratur iſta negligentia, eſt arbitrarium, quia text. ibi non determinat, ſecundum Abb. hic. Idem tenet hic Ioan. de Imo. dicens receptum authoritate Apoſtolica poſſe præueniri per negligentiam inductam ex actu circa collationem, per dictum cap. tibi, qui. referendo finem ad omnia ſuperiora. Et in princ. text. poſuerat caſum, quando primus expectans fuit receptus in canonicum, & dicitur ſimpliciter in fine quòd per negligentiam poteſt præueniri. Idem tenet Lap. in d.c. tibi, qui. quem refert & ſequitur Domi. hic dicens, quòd conuincitur negligentia per actum ſaltus præſentationis. Et ad c. ſi clericus. de præb. in 6. reſpondet, quòd ibi uacat argumentum à contrario ſenſu. Et ad c. ſi tibi. reſpondet, ut ſuprà per do. Abb. ¶ Opinio, de qua ſcripſit Ioan. And. Lap. uolens, quòd factus canonicus non conuincitur de negligentia in petenda præbenda, niſi per collationem alteri factam, poteſt ſaluari, quando in eadem eccleſia non eſt alius impetrans, ut in ampliatione, de qua ſuprà, quia tunc licet fuerit in notabili negligentia, tamen ex quo non eſt deuentum ad collationem alterius, debet ille obtinere. Et ita procedit tex. in d.c. ſi clericus. à contrario ſenſu, & tex. in c. tibi, qui. non contradicit contrario ſenſui illius tex. quia cap. tibi. loquitur, quando eſt alius impetrans in eadem eccleſia, & tunc poteſt induci negligentia per præſentationem ſecundi, uel alium actū denotantem negligentiam primi. Ita ſaluauit Io. de Imo. in d.c. tibi, qui. ¶ Et iſtā ſaluationem ſequitur Domi. in d.c. tibi, qui. niſi in literis eſſet adiectum tempus reſeruationi & poteſtati executoris, ut ſi dicitur, conferas beneficium quod intra menſem duxerit acceptandum, quia lapſo menſe, etiā ſi non ſit ibi alius expectans, non poterit ſequi acceptatio, nec collatio. Et ſic procederet tunc opinio Lapi indiſtinctè quia inducitur negligentia etiam in unico expectante per ſolum lapſum dicti temporis; dummodò tempus ſit adiectū reſeruationi & poteſtati executoris, ut dixi, ſecus, ſi non eſſet adiectum tempus, nec reſeruationi nec poteſtati executoris, ut quando dicitur beneficium, quod in tali loco uacauerit, quod duxeris acceptandum tibi conferendum, noſtræ collationi reſeruauimus, inhibentes ne quis ſuper illo intra mēſem aliquid præſumat attentare, quia tunc licet fuerit in negligentia notabili, tamen ex quo nō eſt alteri collatum, nec eſt ſecundus impetrans, poterit ſibi conferri. Et procedit opi. Ioan. And. & ſaluatio Io. de Imo. ſecundū Domi. in d.c. tibi, qui. propter doctrinam glo. magiſtræ in dict. cle. j. in uerbo, intra menſem. de conceſ. præben. ex qua colligitur prædicta diſtinctio circa modum adiectionis temporis. Et eam ſequitur Petr. de Anch. conſil. mihi cclxxxi. incip. in Caſu præmiſſo eſſet ante omnia. de quo ēt per Rotam. de conceſſ. præben. deciſ. 20. & 30. in antiquis, ubi ponitur, quòd non ualet acceptatio facta poſt menſem re integra. ¶ Eſt uerum, quòd quicquid dicat Domi. ſaluatio Ioan. de Imol. uideretur prima facie poſſe procedere indiſtinctè; nam ipſe loquitur, quando ille, de cuius negligentia agitur, habuit canonicatum, prout loquitur iſta limitatio ſecunda, quo caſu, licet diſtinctio gloſſ. in d. clemen. j. procedat in eo, qui eſt canonicandus, tamen in eo, qui iam habuit canonicatum, lapſus temporis qualitercunque adiecti non uidetur inducere negligentiam; adeo quòd re integra expectans non poſſit adhuc purgata mora præbendam uacantē petere etiam à ſuo executore, ut uidetur concludere Io. in dicta clemen. prima, quam ſequitur ibi Imol. & etiam Abb. licet dicat paſſum eſſe ſatis dubium. Et ſequitur Rota in titu. de conceſſio. præb. deciſ. ſ. in nouis; olim. 528. incip. item quòd habens. in fin. & ibi Collector dicit hanc opinionem eſſe uerisſimam; quia tunc beneficium dicitur magis effectum, per d.c. ſi clericus. & c. ei, cui. & c. ſi poſtquam. eo. tit. & lib. Et ideo uidetur ex his concludendum, quòd opi. Lapi & do. Abb. Io. de Imo. & Domi. de qua ſupra ante uer. opinio, de qua. procedet, ubi ille, cui eſt collatus canonicatus, habet coimpetratorem; quia tunc indiſtinctè conuincitur eius negligentia per actum citeriorem collatione. Ideo procedat d.c. ſi clericus. Opinio autem Ioan. And. & ſaluatio Io. de Imo. de qua in d. uer. opinio, de qua. procedat, ubi ille, cui eſt collatus canonicatus non habet ſecundum expectātem poſt ſe: quia donec ſit deuentum ad illam collationem, non dicitur inducta in eo negligentia, quò minus poſſit petere eandem præbendam non petitam, etiamſi in eius gratia tempus ſit adiectum reſeruationi & acceptationi, ſecundum gloſſ. & Rotam in dictis locis. Sed ſi ei non eſt collatus canonicatus, & tempus ſit adiectum acceptationi & reſeruationi, bene inducetur negligentia per actum circa collationem, etiamſi ibi non eſſet ſecundus expectans, & procedet gloſſ. in d. clemen. j. in uerbo, intra menſem. in prima parte, & opi. Domi. in d. cap. tibi, qui. An autem ſit dare excuſationem aduerſus curſum dicti temporis, dixi aliquid ſ. in uer. quartus caſus. Nihilominus tutius eſt tenere contra glo. in d. cle. j. in uerbo, intra menſem. in fi. & Rotam, ubi ſ. ſequendo Lap. & Dom. in dictis locis, uidelicet quòd licet expectans ſit effectus canonicus, ſi labitur tempus adiectū in ſua gratia acceptationi præbendæ, non poteſt ſe impedire de tali præbenda, etiamſi non habet coimpetratorem, ut latè & ſubtiliter firmat do. Car. in d. cle. j. quia non eſt uerū quòd collatio canonicatus afficiat præbendam ſimpliciter, ſed eam ſolam, quam intra menſem acceptat. Eſt enim limitata collatio canonicatus reſpectu præbendæ, quam acceptabit intra menſem. Vnde ex quo illam non acceptauit intra menſem, perinde eſt, quo ad illam, ac ſi non fuiſſet canonicus. Quod autem illa præbenda non potuerit conferri per ordinarium, uel per ſecundum executorem intra menſem, non fuit ex eo, quòd erat affecta, ſed ex adiectione menſis, quæ hoc operatur; ut in d. clem. j. Et ita dicit ſe declaraſſe dictam gloſſ. uni doctori, qui de ipſa eum interrogauit per literas. Et iſta eſt reſponſio in ſuis conſiliis conſi. 61. incip. Caſus, ſuper quo iuris conſilium petitur, & primò forma impetrationis, &c. ubi oſtendit, quòd uerba gloſſ. in d. clemen. j. ſi bene ponderentur, non innuunt contrarium. ¶ Et ſuper iſtis latius inſiſtit do. Car. in d. clem. j. ſubdens, quòd ſi ibi non ſunt alii expectantes, bene debetur ei ſecunda præbenda, quæ poſtea uacabit. Et ita loquitur d. cap. ſi clericus ſecundo reſponſo, quia cum ſit canonicus, debetur ſibi præbenda nulli alii de iure debita. Primam autem, quam negle

xit, petere non poteſt, quia iam in illa quæſitum eſt ius ordinario conferendi eam, cui uult. Poſſet tamen ordinarius, ſi uellet, conferre eam expectanti. Sed quo ad ſecundam de iure debitam, obtinebit eam ab ordinario authoritate Apoſtolica, per d.c.ſi clericus. Sed in caſu præmiſſo ordinarius confert ſibi primam neglectam iure ordinario, ſicut eam poteſt conferre cuilibet extraneo. Nullo tamen iure eam petere poteſt, ſecundum eum. Et ſic concludit, quòd etiam in impetrante non habente coimpetratorem acceptatio facta poſt mẽſem nullius eſt effectus. Vnde ſaluatio Ioan. de Imo. in d.c. tibi, qui procedet, ubi non eſt adiectum tempus acceptationi, ſecus, ſi eſt adiectum. Et ſic erit uera diſtinctio Domi. de qua ibi, & ſuprà retuli, quamuis aliud dicat Rota. & gloſ. in d.cle.i. approbata per alios, quorum opinio multum ponderaretur in practica, propter quod merito dom. Abb. reputat paſſum dubium in d.cle.i. Et dum eſt dictum, quòd ordinarius poteſt conferre illam præbendam neglectam ipſi negligenti, ſi uelit, uide Domi. idem tenentem poſt Lap. in d.c.ſi clericus. §. uerum. Et an ſit dare excuſationem iuſtam aduerſus lapſum dicti temporis, dixi aliquid ſupra in 4. caſu 1ſtiua fallẽtiæ. Et iſta ſunt, quo ad primã fallentiam regulæ ſuprà poſitæ dicẽtis regulariter præferri primũ in data. Et prędicta non reperies alibi ita declarata, & quotidie inſeruient. ¶ Fallit ſecundò dicta regula, Vbi ſecundus in data habet ius ſuum à Papa, ſed anterior ab inferiore, quia iſte præcedet alios, per text. in cap. hi, qui. de præben. in 6. & not. gl. in regula, qui prior. in fin. de reg. iur. in 6. & Ioann. Andr. & Domi. in cap. ei, cui. de præben. in 6. dicentes regulam, de qua ſuprà, procedere, ubi concurrunt plures impetrantes à Papa, & ille, qui recipitur de mandato inferioris à Papa, qui ad fieri facit authoritate Papæ dicitur receptus authoritate Papæ dict. capitul. hi, qui. etiamſi eſſet legatus fungens authoritate Apoſtolica ſibi ſpecialiter in hac parte conceſſa, dicto capitulo hi, qui. Per quem text. in hoc decidit notabilem quæſtionem Calderin. in titu. de præben. conſil. 8. incip. Legatus uigore gratiæ. Et adde, quòd habentes gratiam à Papa cum clauſula, Non obſtantibus, &c. præferuntur illis, quos nominat archiepiſcopus habens priuilegium de aliquibus nominandis, etiamſi in ſuo priuilegio dicatur, quòd nominati ab eo præferantur Apoſtolicis, quia Papa, qui hoc conceſſit, non potuit ſucceſſorum manus claudere, ſecundum Rotam in titul. de conceſſ. præben. deciſion. 16. in antiquior. incipien. Vtrum ſi ſit conceſſum. quaſi ſentiat ſecus de his, quibus prouidet ipſe Papa, qui dedit priuilegium, ſed etiam in illis crederem idẽ quando eſt dicta clauſula, Non obſtantibus. ¶ Fallit tertiò & ultimò dicta regula, ubi ſecundus habet in literis clauſulam Anteferri, de qua habes in capitu. penult. de præben. in 6. quia dicitur, Non obſtante, quòd pro alijs ſcripſerimus, quibus nolumus te anteferri, quia tunc illi, qui ſunt primi in data, non præcedunt, ut patet ex uiribus ipſorum uerborum. & not. Ioan. Andr. & alij in capitul. mandatum. infrà, eodem. etiamſi illi primi eſſent recepti ad primarias preces impetratoris, ſecundum Rotam de præben. deciſio. 55. in antiquior. Et licet ibi non ſit hoc uerbum Anteferri, tamen eſt in meis antiquioribus per numerum concluſione ccccxxvij. incip. Vtrum illi, quos imperator. quia non ſunt melioris conditionis illi, quàm Apoſtolici impetrantes. ¶ De hac clauſula Anteferri, nota quinque concluſiones alibi non ordinatas. Prima concluſio.
6 Licet † habens dictam clauſulam præcedat primum habentem ius affectum, & proceſſum factum pro prima uacatura dict. ca. pen. tamen fallit, ubi primus acceptaſſet uacantem, licet prouiſio non eſſet ſecuta, ſecundum Rotam. de ter. per mu. deciſ. ult. Vtrũ Innocentianus in nouis, & de conceſ. præben. 5. in antiquis, ſi aliquis expectans. & eod. tit. deciſio. 13. in antiquioribus, quia non eſt ueriſimile, Papam uoluiſſe tollere ius primi ita appropriatum, ſicut appropriatur per acceptationem, niſi expreſſè de hoc fecerit mentionem. Pro hoc cap. ſi. de conceſ. præben. in 6. ubi per euocationem tollitur ius ad rem, quia de hoc ibi fiebat mentio, aliàs non tolleretur. Non obſtat, quòd in ſecundis literis dicatur, etiam ſi per primas literas quomodolibet eſſet proceſſum, quia intelligitur per executorem, non per partem, ut latius inuenies in dicta deciſio. utrum Innocentianus. Et hic non conſideratur, quòd acceptatio non datius, ſed collatio, maximè cùm dicta clauſula ſit reſtringenda, ut in dicta deciſ. ſi aliquis. Ad hæc facit concluſio ſequens. Fortè tamen iſta concluſio debet limitari, dummodo expectans fecerit proteſtationem, quòd ei fieret prouiſio per executorem, & ſic non ſufficeret ſola acceptatio. Moueor ex deciſione Rotæ de conceſ. præben. ult. in antiquis, quæ incipit, Dic, quòd reuocatoria. ubi dicitur Gregorium XI. ſtatuiſſe, quòd reuocatoria Papæ de gratijs expectantibus, non habet locum in his, qui acceptauerunt beneficium uacans intra tempus debitum, dato quòd prouiſio non fuerit ſecuta, dummodo fuerint proteſtati. Et ſic uidetur, quòd ſicut non curatur de iure eorum quæſito ex ſimplici acceptatione, quo ad illam reuocatoriam, ita nec in propoſito, ubi eſt minus præiudicium; quia non reuocatur, ſed differtur donec ſit prouiſum habenti clauſulam Anteferri. ¶ Secũ
7 da concluſio. Clauſula † Anteferri, cum non obſtantia ſibi iuncta, refert ſe tantum ad totaliter expectantes: non autẽ ad illos expectantes, quibus eſt à Papa collatus canonicatus, ſecundum Thomam Faſtoli dubio Rotæ 45. incip. ſecundò ergo præſuppoſito, per text. in capitu. ſi clericus. §. uerum. de præben. in 6. & quia clauſula Anteferri, uidetur exorbitans à iure communi, & ſic ultra terminos non debet extendi, regula, quæ à iure. de reg. iur. in 6. Et ita dicit tenuiſſe Aegid. & Franciſ. de Amilia: & faciunt, quæ dicta ſunt ſuprà in 2. limitatione primæ fallentiæ, & ſentit Oldra. conſilio 235. incipien. Credo de iure, &c. ¶ Ad idem eſt in terminis ſolenne conſilium Card. 137. incipiens, Factum ſic ſe habet, uacantibus, &c. ubi etiam multa inuenies de iſtis clauſulis antelationis, quam dicit eſſe materiam ſcrupuloſam, & in qua præclari docto. ſunt prò & contrà. Et etiam ponit, quando in gratia eſt clauſula, per quam quis debet anteferri etiam poſterioribus impetratoribus, non obſtantibus quibuſcunque clauſulis literarum ſuarum, & tangit de materia reſcripti habentis clauſulam derogatoriam ad reſcripta, de qua dixi ſuprà eod. nonnulli. Et ad materiam bene facit gloſſ. magna. in cap. ſi ſoli. de conceſſ. præben. in 6. & quæ ibi ſcribuntur de iſtis antelationibus. Et nota, quòd ubi in gratia conditionali dicitur, quòd purificata conditione perinde habeatur impetrans, ac ſi Papa contuliſſet ei à principio canonicatum, tunc iſta uerba retrotractiua faciunt. eum præferri purificata conditione alijs expectantibus non effectis canonicis, ſecundum Rotam pleuè, de conceſſio. præbend. deciſio. 12. in nouis, item ſi Papa. ¶ Tertia concluſio. Si dicitur, uolumus te anteferri omnibus, qui impetrauerint in tali loco, etiamſi per eorum literas ſit proceſſum ad inhibitionem, reſeruationem, uel quomodolibet, &c. illud ſubiunctiuum Impetrauerint, licet poſſit importare præteritum, & futurum, iuxta gloſſ. in capitu. ad hæc. in uerbo, elegerint. ſuprà, eo. & ibi dixi, tamen iſto caſu importat præteritas impetrationes, non futuras, ſecundum Oldrad. conſilio 198. incipien. Circa primum, quia iſta præſumuntur poni ad tollendam ſurreptionem, ne uideantur taceri primi impetrantes, contra capitu. mandatum. infrà, eodem. Sed ſurreptio non contingit ex eo, quòd taceantur illi, qui in poſterum impetrabunt, quia hoc eſſet arctare hominem ad impoſſibilem diuinationem. Item, quia illa uerba Quomodolibet proceſſum, adaptantur ſolum ad præteritas impetrationes. Item, quia iſta clauſula Anteferri, eſt odioſa, & iuri communi repugnans, ideo arctanda, quantum fieri poteſt, ut iura manifeſtè probant, & notant apertè Compoſt. in c. cauſam. ſuprà, eod. & Arch. in c. quoddam. de præb. in 6. Dummodo ergo poſſit in aliquo uerificari, arctabitur, & inducit alias
8 rationes, de quib. ibi. ¶ Quarta concluſio. Si † Papa conceſſit literas unionis, ut cedente, uel decedente certo rectore, &c. & unio ſit facta, & nondum ſortita effectum, quia non euenit ceſſio, uel deceſſus, impetratio interim facta cũ clauſula Anteferri, non præiudicat illi unioni, licet hodie eueniat uacatio per deceſſum, ſecundum Oldr. ſubtiliter & eleganter conſi. 223. incipien. Factum tale eſt, dominus Clemens Papa quia illa clauſula poſita in poteſtate uniendi, ſcilicet cedente, uel decedente, non denotat conditionem, ſed ex nunc habet effectum. Item illa clauſula Anteferri, habet locum, quo ad ſimiles expectantes, & non quo ad perſonam, quæ nunc eſt perſona in eccleſia. Adducit etiam c. conſultationibus. de dona. dicens illum text. ſufficere ad deciſionem

ſionem huius quæſtionis, niſi utamur nimia ſubtilitate, ut latius per Old. quem ſequitur Ioan. And. in addit. Specul. in rub. de præb. uer. proponitur quæſtio. ¶ Quinta & ultima concluſio. Clauſula Anteferri, nō tollit ius alteri quæſitum, ſecundum Compoſt. c. cauſam, quæ. ſuprà, eo. & Domi. poſt Ioan. And. in c. ſi. in princ. de conceſ. præben. in 6. Ita communiter dicitur in literis, in quibus apponitur dicta clauſula. Quando autem dicatur ius quæſitum, patet ex prædictis, & plenius dixi in d. c. cauſam. in fin. ubi uide. Et de iſta clauſula, Si non eſt alteri ius quæſitum, uide etiam quod dixi in c. ſuper literis. in quinta concluſione, ſuprà, eo. Et ad hanc concluſionem dixi etiam aliquid in d. c. cauſam. in fi. uer. etiam poſui, an d. clauſula tollat ius ad rem. Et iſtis etiam adde, quòd clauſulæ generales derogantes expectantibus, non derogant habentibus clauſulam Anteferri, niſi de ea fiat mentio, ut eſt ſtupendum conſi. Old. 324. Factum tale eſt: dominus noſter Papa. An autem & quando habeat aliquis beneficium antelationis, dato quòd in ſuis literis non ſit clauſula Anteferri, collige ex uarijs antelationibus, de quibus in ultima regula cancellariæ. Et de prælatione habentium eandem datam, dicetur infrà, & aliqua dicta fuerunt ſuprà, capitu. paſtoralis. ad fin. princ. in gloſſ. in uerb. relaxeris. in fin. In quantum dicit, quòd ſi cap. contra ſecundum appellauit, tenet appellatio ab eo, quia ei debet prouideri, qui primò impetrauerit, & uidetur contra iſtud facere: nam ex quo capitulum impugnabat gratiam primi impetrantis, non uidetur poſſe eam inducere contra
9 ſecundum ne † fundet ſe ex eo, quòd impugnat contra reg. ex eo. de regu. iu. in 6. & capitu. cum olim. de cenſib. propter hoc dantur, inter aliàs duæ reſponſiones per Docto. hic limitantes pulchrè dictam regulam ex eo. ¶ Regula, ex eod. libr. 6. primò limitatur ſic: quòd ex eo, quòd quis impugnat, poteſt ſe fundare pendente impugnatione: quia tum euentus litis ſit dubius, l. quod debetur. ff. de pecu. ſi non poſſet ſe ex materia impugnationis fundare, poſſet ſequi, quòd ſi ſuccumberet in impugnatione, grauaretur etiam pro ſecundo, ſecundum Compoſt. & ſequuntur hic omnes * Scribentes, & eſt limitatio magna ad dictam regulam, ſecundum Abba. hic. Optimè facit, ſecundum Ioan. And. hic, l. iiij. quæ incipit, diximus in 3. reſponſo. ff. de excu. tuto. ubi pendente appellatione ſuper excuſatione tertiæ tutelæ, ſi ille eligitur ad quartam, poteſt ſe excuſare ab illa, quam impugnat: quia ſi ſuccumberet in illa, remaneret poſtea oneratus quarta tutela, unde expectatur finis illius appellationis. Facit etiam, ſecundum Ioan. Andr. clemen. j. in uer. ſi uerò alter. ut lite penden. ubi etiam expectatur euentus litis. Et adde Pet. de Ancha. conſi. mihi. 13. Viſo proceſſu. in fi. ubi tenet hanc limitationem ad dictam regulam, ex eo. licet non alleget Docto. hic, ſed allegat d. l. diximus. Unde infert, quòd quis poteſt ſe fundare in certa pendentia litis, licet eam impugnauerit, quando pendet iudicium ſuper impugnatione. Et hanc limitationem tenet etiam Imo. in c. ex parte decani. infra, eo. ¶ Secunda limitatio eſt, ut licet ex facto, quod quis impugnat, non poſſit ſe iuuare contra eundem, tamen contra alium tertium bene poteſt ſe fundare: quia poteſt quis in diuerſis inſtantijs uti diuerſis uiijs etiam contrarijs, & iſta impugnatio non præiudicat, niſi inter illos, inter quos emanat, quæ habet uim confeſſionis. Ita not. hic dom. Ant. & ſequitur Imol. & Domi. hic. Ex quo infert Imo. quòd aliquando licitum eſt opponere de iure tertij, de quo remittit ad Legiſtas in l. cum ſeruum. C. de ſer. fugi. & Bart. in lag. ij. de excep. rei iudi. & ad not. infrà. eod. mandatum. Et nuls dicere dominus Ant. quòd ſicut confeſſio non præiudicat, niſi quo ad præſentem, l. certum. §. ſi quis abſente. ff. de confeſſ. ita iſta impugnatio non præiudicat impugnanti, quo ad aliud, & ita in iſto tex. ubi licet impugnaretur gratia Callimachi in iudicio contra eum moto, tamen poteſt allegari contra ſecundum impetratorem, uelut perſonam extraneam à primo iudicio. ¶ Hanc ſecundam limitationem pulchrè confirmat dominus Anto. in cap. cum olim. uerſic. quandoque reprobans inſtrumentum ſuccumbit. de cenſib. probans latiſſimè, quòd qui impugnauit inſtrumentum & ſuccubuit, licet non poſſit ſe fundare ex impugnatione in eadem inſtantia, uel cum eodem aduerſario, tamen poteſt ſe fundare ex eodem inſtrumento in alia inſtantia contra extraneum, quia cum ille eſſet abſens, iſta confeſſio oriens ex tacita renuntiatione, non operatur, quo ad illum. Allegat l. poſtquā liti. C. de pac. & l. non ſolum. la 2. §. liberationis uerbo. ff. de lib. leg. & quod not. in c. pridem. de pac. Quo ad eaſdem uero perſonas bene præiudicaret, & omnino non poſſet, quo ad eaſdem, uti illo inſtrumento in alia inſtātia. Nec obſtat, ſi dicas, quòd renunciatio fuit iudicialis, quæ debet prodeſſe & nocere etiam abſente parte, d. l. poſtquam liti. quia, ſecundum eum pulchrè, nocet abſente parte, ſeu præiudicat, quo ad partes, quæ debent eſſe in iudicio, quarum perſonas repreſentat iudex, licet abſentes, l. ſi ob cauſam. C. de euic. ſed non quo ad extraneos, quos non repreſentat, & pro quibus non ſedet. Et quòd intelligatur renunciare uſui illius inſtrumenti reſpectu illius inſtantiæ tantum, inducit dictum Innoc. in cap. cum ueniſſent. in fi. de teſtib. ubi dicit, quòd iſtæ tacitæ renunciationes, aut generales, nunquam referuntur ad aliam inſtantiam, ſed limitantur ad illam tantum: & ſic limitatur text. in dicto cap. cum olim. ſecundum eum. Et iſta procedunt, quando impugnatio fuit reprobata per ſententiam: quia tunc fundans ſe in eo, quod impugnauit, habet pro ſe authoritatem ſententiæ: ſicut in ſimili dicitur, in cap. mulieri. de iureiur. Idem, ſi ſententia fuit talis, ſecundum quam inſtrumentum, uel alia diſpoſitio non remanet impugnata, nec approbata per ſententiam, ut quia poterat decidi abſque approbatione, uel reprobatione inſtrumenti impugnati, ſecundum Bu. in d. c. cum olim. poſt Bar. in l. poſt legatū. ff. de his, qui ut indig. Idem ſi actus impugnationis pendet, ut ſ. in prima limitatione: ſed ſi ſuper impugnatione eſſet lata ſententia, & pronūciatum de nullitate actus quē quis impugnabat, tunc non poſſet amplius ſe fundare ſuper illo actu iudiciali ſententia annullato, niſi eſſet impugnata ſolēnitas actus, & non ipſa actus, eo modo, quo dicetur j. quia pōt actus allegari per ipſum impugnātē. Et quoniā ad iſta dicta ſæpe recurritur tanquā ualde limitantia dictam regulam, ex eo. ideo non extra propoſitū poſſumus breuiter notare certas alias limitationes ad dictam regulam, ex eo. ex dictis Bar. in d. l. poſt legatum. & Bu. in d. c. cū olim. & aliorum alibi reducendo aliqua ſub ſtylo nō uſitato in hac materia, per aliquem, quem uiderim & habebis multa ultra apoſtillantes Bar. & But. in dictis locis. ¶ Limita igitur tertiò d. regulam, ex eo. niſi impugnatio contineat in ſe manifeſtum iuris errorem: quia tunc poteſt quis ſe fundare in eo, quod impugnauit, ſecundum Barto. in dict. l. poſt legatum. & Butr. in dict. c. cum olim. uerſi. ſextus caſus. Facit, quod not. Bart. in l. ornamentorum. ff. de auro & argen. leg. dum dicit per illum text. quod
a confeſſio[a] habens in ſe manifeſtum iuris errorem, non nocet, puta ſi quis confitetur appellatione ornamentorum ueſtem contineri, contra illum tex. Et ideo contra confeſſionem quis uenire poteſt, quando fuit contra ius expreſſum, & ita etiam contra confeſſionem tacitam reſultantē ex impugnatione, quæ eſt manifeſtè contra ius. ¶ Limita quartò, niſi impugnans deſiſtat ab impugnatione ante ſententiā, quia tunc non prohibetur ſe fundare ex impugnatione, ſecundum Barto. & Butr. ubi ſuprà, per l. alia. C. de his, quibus ut indi. ubi delictū perſiſtentiæ purgatur per deſiſtentiam, & non dicitur perfectum, niſi per perſeuerantiam. Et ideo infert ibi Bartol. in prin. quòd qui dicit inſtrumentum falſum, poteſt pœnitere, & dicere ipſum uerum, & agere ex ipſo. Et dicit Rota de app. deciſ. lv. in antiquis, & Aegi. deciſio. 357. incipien. tertia Martij. quòd appellans, qui ſuam appellationem deſeruit, & impetrationem appellati impugnauit, poteſt ab impugnatione deſiſtere & inhærere impetrationi appellan. Pro iſta limitatione ēt eſt tex. in l. Papinianus §. meminiſſe. ff. de inoff. teſt. ubi deſiſtēs à querela inofficioſi teſtamenti non punitur in amiſſiōe eius, quod alias amitteret.

a *Confeſſio] Adde tu, quod hoc uerum eſt, quamuis Fel. nihil allegat. Adde, quòd Ant. de But. in c. fi. de confeſ. dicit, quòd confeſſio etiam iurata, et acceptata per partes, poteſt reuocari, ſi conſtat de errore probabili. Idem tenet Ludou. Ro. conſ. 291. & in l. ſi uero. §. de uiro. ff. ſolu. mat. Adde dom. Iaſ. de May. præceptorem meum in leg. error. C. de iuris & facti igno. Adde, quòd confeſſio continens expreſſum iuris errorem, non ualet. De quo uide dominum. Alexan. de Imo. in l. ſi conuenerit. in uer. confirmo iſtam. ff. de re iud.*

ob iniuſtam querelam. Idem etiam glo. in dicta regula, ex eo, dicens idem in eo, qui ſimpliciter proteſtatur: quia propter hoc non prohibetur ſe fundare in eo, ſuper quo proteſtatus eſt, per tex. in cap. præſentium, de teſti. Sed iſtud declara omnino, ut ibi per Abb. ad fi. Et iſtis adde Spec. in tit. de poſitio. §. 8. uerſic. primo, ubi dicit, quòd ex poſitione negata non poteſt quis ſe fundare, niſi doceat ſe errasse. Quid autem, ſi iam eſſet pronunciatum ſuper impugnatione, an poſſit tunc recedere ab ea, dicetur infrà in 6. limitatione. Et iſtis adde Imol. cap. ex parte S. uer. ſatis tamen uidetur, ſuprà, eo. ubi dicit limitando Spec. quòd licet appellatus, qui negauit appellatum fuiſſe, non poſſit petere reuocari attentata pendente appellatione, tamen ſi recedit ab illa contradictione, poteſt illud petere, per not. per Bald. in d. l. poſt legatum. Pro quo uide Rotam de appel. deciſ. 45. item ſi appellatus. in nouis, ubi dicitur, quòd qui ſpreta appellatione aduerſarij conatus fuit per proceſſum ſui executionem noſtri conſequi, poteſt ea uia fruſtratus appellationem illam proſequi. Similiter dicit latè Bar. in d. leg. poſt legatum. ad fin. quòd ſi negaui poſitionem tuam, poſſum reuocare negationem, & ex illa poſitione me fundare [a]. Et ſequitur Bald. in l. edita. in repe. Paduana, uerſi. ſæpe accidit. C. de eden. & ſic limitatur dictum Spe. in d. §. 8. dum dicit, quòd quis non poteſt ſe fundare ex poſitione aduerſarii, quam negauit [b]. Et ſequitur eum Bar. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. poſ. & in leg. non utique. ad fi. ff. de excep. Et ad hoc, an quod primò negaui, poſſim poſtea confiteri, uide ſubtiliter Bald. in l. unica, C. de confeſ. Et dicit Bal. in l. cum precum. ad fin. uerſi. extra quæro. C. de lib. cauſa. quòd licet producens inſtrumentum & atteſtationes, uideatur confiteri contenta in eis tamen poteſt errorem corrigere, per leg. 3. C. de fid. inſtrum. Ad quod uide etiam Bald. in l. ſi magnum. ad fi. C. qui accuſa. Et dicit Bald. in c. præſentium. uer. quæro, an poſſit. de teſti. quòd proteſtatus contra perſonas teſtium poteſt recedere ab illa proteſtatione. Et idem Abb. poſt alios ibi, ad fin. in quo uide, quod dicam infrà in fi. ſextæ limitationis ad dictam regulã, ex eo. ¶ Limita † quintò, niſi iudex ex officio uellet ſe fundare ſuper probatione impugnata etiam in fauorem impugnantis: quia poteſt, ſecundum Innoc. in d. ca. cum olim, poſt medium. uerſi. unde dico. ubi dicit, quòd ſi inſtrumentum, quod quis impugnat, continet, quòd debet mihi centum ſub conditione, non adiudicabit mihi illa centum purè, ſed ſub conditione: quia non debentur ante conditionem exiſtentem. Et hoc dictum extollit ibi dominus Abba. tanquam ſingulare, & ſequitur etiam Butr. in capitu. cum dilectus. uerſicu. uel ſecundò dic, ſecundum Goffre. de conſuetud. & ibi Imol. & Barto. in dict. l. poſt legatum. uer. ad unum tamen. & ſentit Paul. de Caſt. in l. Publia. §. Titius. ad fin. ff. depoſ. & dominus Abb. in dict. cap. præſentium. ad fin. & ibi latè Are. Ex quo dicto infert Bald. in l. unica, uerſi. ex hoc pone talem concluſionem. C. ut quæ def. aduoc. quòd ſi produco ſcripturas in parte, & partibus pro me facientibus, iudex poteſt inhærere ſcripturæ, quatenus facit pro aduerſario. Quod reputat ibi ſingulare Paul. de Caſtr. Sed recipit iſtud dictum plures aduertentias, quas collige ex not. per Alexã. in dict. l. Publia. uer. in quantum autem. Bald. poſt Rotam, de teſtib. deciſio. 3. in nouis, & Paul. dict. l. Publia. dicit plenius in capitu. cum uenerabilis. uerſic. limita ſecundò. de excep. Et pro iſta limitatione ſoleo ponderare tex. optimũ, & ad hoc non guſtatum, in cap. conſtitutus. de relig. domi. ubi contra epiſcopum impugnantem contractum fertur ſententia, adiudicata tamen ſibi penſione, quæ in contractu continetur. ¶ Recipit Butr. in d. capitu. cum olim. uerſic. in autem iudex. duos caſus de mente Innocen. ibi, in quibus iſta limitatio non procedit. Primus eſt, quando capitula inſtrumenti eſſent ſeparata, quia licet pro illo, contra quem impugnabatur inſtrumentum, iudex pronunciet ex uno capite inſtrumenti, non tamen pronunciabit pro impugnante ex alio capite ſeparato ab illo: & ſic intelligitur tex. in d. ca. cum olim. Secus, ſi eſt capitulum connexum, ut in exemplo, de quo ſuprà, de debito ſub conditione. Tamen, quo ad iſtum caſum, uide certas conſiderationes Are. in dicto cap. præſentium. ¶ Secundus caſus eſt, quando is, contra quem eſt impugnatum inſtrumentum, non eget adiutorio inſtrumenti ad uictoriam reportandam: quia alijs modis probauit plenè intentionem ſuam. Tunc enim non debet iudex pronunciare pro impugnante inſtrumentum, ex quo ille, pro quo ferenda eſt ſententia, non indiget inſtrumento, ſecus, quando eo indiget, quia tunc procedit limitatio, & conſequitus impugnans ex perſona alterius id, quod ex propria perſona conſequi non poteſt, iuxta l. pretende. C. de item. in antoreit. pe. ¶ Reſtringe iſtos duos caſus, niſi comprehenſa in inſtrumento tangerent utilitatem publicam, quia indiſtinctè poteſt iudex in eo ſe fundare etiam ad ſecundarium commodum impugnantis. In talibus enim iudex ex officio ſupplere poteſt, ſecundum But. in d. c. cum olim. per ea, quæ habentur in c. cum uenissent. per illum tex. de iudi. in c. cum nobis olim. de elec. & per gl. in c. licet canſam. in uerbo, aſſumpsit. de proba. & in ca. cupientes. §. cæterum. in uerbo, contumacia. de elec. in 6. & per tex. in clem. quiſquis uonem. in fi. & quod ibi Pau. de elec. & quia reprobans inſtrumentum non poteſt iuri publico derogare, c. ſi diligenti. de foro compe. ad hoc c. cum clamor. de teſtib. & ibi no. ¶ Limita ſexto dictam regulam, ex eo. niſi impugnans ſuccubuerit in impugnatione, quia tunc poteſt ſe fundare in eo, pro quo eſt lata ſententia, licet ad prius impugnauerit, ſecundum Bar. in d. l. poſt legatum. uerſi. certò ultimum dictum, arg. Anſelmus. §. fi. ff. de li. leg. Reſpõdet ad l. Papinianus. §. memini miſſe. ff. de inoff. teſt. quod eſt ſpeciale in inſtrumentis pertinentib. ad ultimas uoluntates, ut latius per eum, quem uide, & ſequitur Alex. in l. qui Romæ. §. Seia. ff. de uerb. obli. [illegible] ¶ Sed aduerte, quia But. quem ipſe non allegat in d. c. cum olim. uer. ſecrè dictum Bar. non eſt uerum. impugnat hoc dictum Barto. quia ſi ageremus de pœna indignitatis, ſeu de priuatione commodi inſtrumenti propter indignitatem, & ſic de pœna merè in odium impugnantis, tunc Bar. dicit uerum, quia tex. in d. §. meminiſſe. imponens aliam pœnam indignitatis, procedit ſolum in caſu ſuo. Sed hic non agitur cauſa priuandi, quàm cauſa commodi inſtrumenti: & agitur, non dum de odio impugnantis, ſed de commodo illius, contra quem eſt facta impugnatio, cuius reſpectu iſta impugnatio induxit tacitam renunciationem, ut eſt caſus in d. c. cum olim. Si ergo perſiſtit reprobando inſtrumentum uſque ad ſententiam, & ſuccubuit, uidetur renunciaſſe commodo inſtrumenti, quæ renunciatio etiam in diuerſa inſtantia debet ſibi nocere. Quapropter dicit poſſe dici primò, facit, quod ſi uaretur inſtantia inter alias perſonas, iſte poſſit uti hoc inſtrumento, ut dictum eſt ſuprà in ſecunda limitatione, quia renunciatio facta abſente parte non præiudicat. Et hoc caſu ſaluabitur dictum Bart. Sed quo ad eaſdem perſonas, bene præiudicat, adeo ut in alia inſtantia non poſſit inter eaſdẽ perſonas uti inſtrumento impugnato, per rationem prædictam quam ipſe deducit latioribus uerbis. ¶ Conſiderabam tria motiua ad probandum, quod opi. Bart. ſit indiſtinctè uera, : uidelicet quòd etiam inter eaſdem perſonas quis poſſit uti probatione impugnata, quando in ſua impugnatione fuit uictus per ſententiam. Primò conſiderabam uerba, quæ poſtea ſubdit Butr. in d. loco; uolens probare, quòd inter alias perſonas poſſit ſe in alia inſtãtia fundare, nam rationes ſuæ probant idem eſſe inter eaſdem perſonas, dum dicit in uer. & ſi dicas, quomodo hoc, etcæt. quòd iſte dicitur renunciaſſe uſui, reſpectu illius inſtantiæ, quia iſtæ tacitæ renunciationes, aut generales, nunquam referuntur ad aliam inſtantiam, ſed limitantur ad illam inſtantiam tantum. Hoc dicit eſſe notabiliter dictum Innocen. in cap. cum uenissent. in fin. de teſtib. Facit ultra ipſum gl. fi. in clem. ſæpe. de uerbo. ſign. quam extollit do. Abb. in c. quoniam contra. in ult. col. de proba. & in c. præſentium. in 4. col. de teſti. & in ca. ſi quis contra clericum. in 16. colum. de fo. compe. & Paul. de Caſtr. conſil. 25. in 5. col. oſtendentes per illam gloſ. quòd tacitus conſenſus iudicialis. in uno actu non extenditur ad

alios

a *Me fundare*] Adde Angel. in l. 6. uerſic. ubi ſtipulantes. & ibi dom. Alex. de Imol. de uerb. obli. ubi dominus Alexan. dicit uerum, niſi aduerſarius probauerit illam, quo caſu negatio non poteſt reuocari, per not. per Bart. in l. eum, qui. in prin. de iureiu. & per Ang. in conſ. 152. inc. q. uerſi. & c. & per Alex. in l. ſuus. C. de rep. hered. & in l. naturaliter. §. nihil commune. de acqui. poſſ.

b *Quam negauit*] Adde idem tenenti do. Soci. conſ. 158. incip. Viſo proceſſu, & ſententijs. uerſicu. nec obſtat, ſi dicatur. in 7. parte.

alios actus. Et licet iſtud primum motiuum non fiat per Butri. in dicto capitu. cum olim. ad probandum, quòd inter eaſdem perſonas poſſit iſte uti, imo ſolum inter alias, ut patet ex concluſiona, quam ſtatim facit in uer. & ſic ſtat concluſio. tamen uidetur, quòd probet idem eſſe inter eaſdem per-
11 ſonas. ¶ Secundò pro op. Bart. facit, quia† iſta tacita renunciatio, in qua ſe fundat Butr. non poteſt plus operari, quam una expreſſa confeſſio, & hoc negabit. Sed certè confeſſio expreſſa facta etiam parte præſente, non tamen acceptante, non nocet[a], ut probabitur. Ergo nec iſta, quæ nõ fuit ab aliquo acceptata, imo impugnata. Et quòd ultra præſentiam requiratur acceptatio, not. latè Salice. in l. generaliter. in 6. quæſt. C. de non nu. pe. ubi refert ſe ſæpius cõſuluiſſe & ita tenuiſſe dominũ ſuum Richa. de Sali. & probatur per l. fin. ff. de interro. act. Dicitur enim confeſſio, quaſi ſimul faſſio, à fari, uel fare, fatur, & dictio Cum, illi coniuncta, denotat ſimultatem locutionis, l. j. §. j. ff. de pact. l. conſenſu. in prin. ff. de ac. & ob. Idem Salice. in l. unica, in 15. oppo. C. de confeſſ. & in l. iubemus. C. de lib. cauſa. Et ibi dicit, quòd non ſufficit, quòd teſtes dicant cõfeſſionem fuiſſe factam parte præſente, niſi dicant, & ea inſtante, & petente, ſeu confeſſionẽ acceptante. Et iſta etiam ſunt de mente Bald. in l. iij. uerſic. ſecundò no. C. de repu. hære. per illum text. & Floria. in l. fi. ff. de interro. act. Nec obſtat capitu. fin. de ſucceſ. ab inteſta. ubi ponderatur ſola præſentia, & ibi do. Abb. in notabilibus, uidetur recedere à prædictis, licet ipſe non alleget, quia ad illum text. reſpondet quatuor modis. Salice. in alio propoſito in l. in bonæ fidei. in 16. colum. uerſi. ſextum exemplum. C. de reb. cred. Et inter alia dicit, quòd ibi confeſſio fuit facta ad inſtantiam abbatis, uel loquitur in confeſſione facta in extremis uitæ ob cauſam mortis ſperatam, ideo tunc maioris eſt efficaciæ, quia tunc non creditur ob aliam cauſam ſe fateri. Et iſta uidetur ſequi And. Sic. in dict. cap. fin. in 15. colum. licet parui faciat rationes Salice. in dicta leg. generaliter. & debi-
12 liter mouetur. ¶ Et ſi diceres, Iſta† procedunt in confeſſione extraiudiciali, ſed in iudiciali iudex ſupplet uicem partis abſentis, ut per Butr. in capitul. fin. in 8. col. uerſ. requiritur quintò. in titu. de confeſ. & ibi Abb. in 7. colum. poſt Ioan. And. in Spec. de confeſ. §. ſequitur. uer. 7. cum concu. reſponderetur, quòd illud eſt uerum, dummodo iudex oſtẽdat ſe eam recipere nomine abſentis, & ei acquirere, ut per Salice. in d. l. generaliter. in 6. q. quod non concurrit hic, ubi non eſt confeſſio aliqua expreſſa, ſed ſimplex impugnatio importans confeſſionem tacitam. Et forte ſi bene ponderentur uerba Salic. in d. l. generaliter. uerſic. ſed dominus & patronus meus, uidetur uelle, quòd etiam in confeſſione iudiciali requiratur præſentia & acceptatio partis, quia etiam tunc militant rationes, quas ipſe allegat. Idem etiam ipſe ſentit in d. l. iubemus. C. de lib. cauſa. dum dicit, cautelam eſſe, quòd quando quis confitetur parte præſente, & ſic uidetur loqui in iudiciali. Tamen quia Salice. in dict. l. generaliter. uiſus eſt primò uelle ponere aliquid ſpeciale in confeſſione iudiciali, ideo non credo, ꝙ referendo opin. Richar. uoluerit recedere ab illa ſpecialitate. Et ideo tranſeo cũ reſponſione, de qua ſ. ꝙ etiam in iudiciali requiritur acceptatio iudicis, quæ non interuenit in caſu huius limitationis. ¶ Tertiò pro opinione Bar. facit, quia iſta renunciatio reſultans ex impugnatione, in qua quis ſuccubuit, eſt actus, ſeu tacita confeſſio, quam aduerſarius non ſolum non acceptauit, imo impugnauit replicando ſuper ualiditate actus, quẽ quis impugnauerat, & ideo non poteſt ipſe[b] impugnans iſtum actum allegare[b] mihi impugnationem, ex quo eam nõ acceptauit, imo confutauit, & ſuper cõfutatione obtinuit. Et pro hoc faciunt confirmationes ſtatim adducendæ ad corroborationem huius ſextæ limitationis. Tamẽ huic motiuo poſſet ſubtiliter reſponderi, quòd licet aduerſarius confutauerit impugnationem meam, tamen non confutauit renunciationem meã ortam ex impugnatione: quia iſta ſtant ſimul, ſcilicet, quòd ipſe uelit actum à me impugnatum eſſe ualidum & inexpugnabilem, & tamen per hoc non reijciat uoluntatem meam, per quam tacitè uideor dicere nulle uti illo actu, & ei renunciare. Unde non apparet, quòd ipſe impugnando meã impugnationem impugnet renunciationem ex ea ortam, quæ eſt quid ſeparabile ab ipſa impugnatione, ſicut in ſimili dicitur, quòd poteſt aliquando reprobari per me inſtrumentum, & non ſtabit confeſſio tua de contentis in inſtrumento orta ex productione inſtrumenti, quando reprobatur inſtrumentum: non, quia falſum: ſed, quia ſolenne, ut per Innoc. in capitu. cum uenerabilis. de exceptio. cum concordan. quas ibi dilataui. Et ex his omnibus poteſt reddi dubia opinio. Butr. in capitu. cum olim. contra Barto. in dict. l. poſt legatum. licet in hac contrarietate non ſe interpoſuerit hactenus aliquis modernus, quem uiderim, & eſt materia ualdè quotidiana.

13 Confirmatur Iſta† ſexta limitatio utiliſſime pluriniorum teſtimonijs hactenus alibi non accumulatis. Primò per gloſſ. in capit. cum ueniſſent. in uer. corã de eo, qui mittitur in poſ. cauſa rei ſeruandæ. quæ probat, quòd actus geſtus per partem in iudicio nunquam nocet, ſi non fuit ab alia parte acceptatus, ſed impugnatur. Et per illam gloſſ. dicit ibi domi. Abb. haberi ſingularem & egregiam limitationem ad iura, quæ dicunt, quòd per actum contrarium quis renũciat appellationi, ut in capitu. gratum. cum ibi alleg. de offic. delega. & illam gloſſ. ſequuntur dom. Anto. Imo. Domi. & do. Abb. in d. cap. gratum. & Lud. in ſing. 155. incip. Appellans ab interlocutoria. & Rot. in tito. de ap. deciſi. 35. in fi. in antiquis, incip. utrum poſtquam ordinarius. Et per illam glo. dicit Abb. in conſi. 2. in fi. quòd pars faciens actũ tantum, uidetur actum ipſum approbare, quãtum alia pars uoluerit. Ad idem tex. optimus in c. mulieri. de iureiu. ubi non prohibetur mulier uenire contra propriam confeſſionẽ in iudicio factam etiam iuratam, quando per ſententiam illa confeſſio fuit reprobata. Et ibi dicit Imo. per illum text. ꝙ poſt ſententiam licitum eſt contra ſuam confeſſionem uenire. Et hoc repugnat ſingulariter doctrinæ Abb. ibi ad fi. aſſignantis rationem, quia ex quo iudex illam non recepit, neq; pars approbauit, non poteſt ſuper illa ſe fundare, & cogere partem ad obſeruantiam. Et ex illo tex. infert Bal. ibi, ꝙ licet quis fuerit confeſſus maleficium, tamen ſi abſolutus fuerit per diffinitiuam, ſublata eſt confeſſio, & infamia contracta ex ipſa, quod dicit eſſe notatu dignum & menti tenẽdum. Et de illo tex. & de dicto Imo. faciũt mentionẽ Ang. & Imo. in l. qui Romæ. §. Seia. ff. de uer. ob. Et ibi eſt bonus text. per quem dicitur ipſi poſt Bar. ꝙ ille, qui uenit contra trãſactionem, uel aliam conuentionem, ſi eſt uictus, poteſt redire ad illam. Et ibi etiam Alex. allegat ad hæc gl. fi. in fi. & ibi Bar. in authen. Item poſſeſſor. C. qui po. in pig. hab. & l. Aurelius §. li. & quod ibi Bar. ff. de lib. leg. & l. Papinianus. §. ſed nec impuberis. & ibi Bar. ff. de inoff. teſta. & Bal. I l. creditoribus in fi. C. de ſeruo pig. dato manumiſ. ubi ex hoc infert, quòd ubi actus fuit reprobatus, licitum eſt allegare turpitudinem ſuam. Similiter infert ex hoc inter alia Bald. in l. ſi quis teſtibus. C. de teſtibus. quòd recedens à confeſſione impugnata, non dicitur contrarius. Et eodem modo infert Bal. in authen. nouo iure. in fin. C. de pœna iud. qui malè iud. quòd ille, qui dixit ſe dediſſe pecuniam poteſtati, & conuenit eum in ſyndicatu, ſi non obtinuit coram ſyndicatoribus, non condemnabitur ex ſua confeſſione de barataria, quia confeſſio non fuit acceptata. Allegat Innoc. ubi ſupra. Ex cuius dicto infert etiam Bald. in l. j. in pen. col. C. de confeſſ. quòd nemo cogitur perſeuerare in confeſſione reprobata, & ex eius uariatione nulla macula oritur. Quod dicit eſſe not. dignum. Similiter infert Alexan. in l. ij. pen. col. C. de

a Confeſſio expreſſè facta & parte præſente, non tamen acceptante, non nocet] Adde tu, ꝙ aliquando confeſſio facta parte abſente, nec acceptante, nocet: & hoc quando actus cõfeſſatus dependet ſolum a uoluntate confitentis, ut puta additio, uel inhabitatio: ſecus ſi a uoluntate utriuſque partis: quia in hoc caſu non nocet confeſſio. Et hoc modo intelligas Felin. hic. Adde Bartol. ad iſta in l. certum. §. ſi quis. ff. de confeſſ. & Bal. in l. generaliter. C. de non nu. pe. in xi. q. & Bart. ibidem in ij. col. in uer. quæro, utrum confeſſio.

b Non põt ipſe impugnans iſtum actum allegare] Adde tu an quis põt ſe fundare ſuper eo, quod īpugnauit? et dic, quod ſic, uidelicet quando ad aliũ effectũ impugnat, quam reſpectu illius ſuper quo ſe fundat, quod intellige, quando nõ impugnat ipſum factum, ſed ſolennitatẽ facti. Quod bene nota. De quo uide dom. Abbat. in capitu. ex parte decani. infra e. in 5. not.

C. de eden. quòd confeſſio facta in uno iudicio, non nocet in alio [a], etiam inter eaſdem perſonas; ſi contra illam confeſſionem fuit in primo iudicio pronunciatum. Allegat gloſſ. in d. authen. item poſſeſſor. de cuius ueritate dubitauit Barto. ibi, per not. in d.l.ij. Sed ipſum melius declarauit in l. Papinianus. §. ſed nec impuberis. uer. oppono, quod iſta uariatio. ff. de inoffi. teſt. intelligendo ut eſt dictum. Eſt uerum; quòd Ang. in l.ij. C. de confeſ. intelligit aliter gl. in d. authen. itē poſſeſſor. uidelicet in confeſſione, quæ emanauit ad alium effectū; quia poteſt quis negare id, quod ſemel eſſet cōfeſſus ad alium effectum. Sed præcedens intellectus ad illam glo. eſt communior: imo dictum Angel. eſt falſum, ſecundum Alex. in l. magiſtratib. in 2. col. ff. de iuriſ. om. iudi. cum confeſſio facta in una cauſa, & ſic ad effectum illius cauſæ, nocet in alia, ſaltem quo ad præſumptionem & iudiciū. Alleg. gl. in l. & quia. §. fi. in uer. præiudicet. ff. de interro. act. & per Bar. in l. ti. ff. iud. ſo. Arch. in c. fi. de iureiur. in 6. & per ipſum Alex. in l. ij. C. de eden. Et hanc impugnationem Alex. an. ſequitur Auguſt. de Arimino in lib. Malefi. in uer. nec non ad denunciationem. in 19. col. uer. quæro, an cōfeſſio. licet de hoc dicto do. Alex. mētionē nō faciat. Similiter ad prædicta uide Bal. in l. ſi quis in hoc genus: anse. fi. uer. quæro, quidam. C. de epiſ. & cler. ubi dicit, quòd ſi aliquis eſt confeſſus maleficium ſponte, & iudex tamen ſpōte ipſum abſoluit de facto, non reſultat amodò ex iſta confeſſione aliquis effectus. Alle. Inn. in d.c. mulieri. Et dicit Bal. in auth. contra. in ult. col. C. de non num. pe. quod negans pōt permutare & emendare ſuam negationem, & poſt lit. cont. quia nō eſt ius quæſitū aduerſario ex negatione, cū aduerſarius in eā nō cōſēſerit nec eā acceptauerit. Alle. In. in c. mulieri. niſi ſtatutum aſſignet reis certum terminum ad reſpōdendum, habendo eos pro confeſſis, ſi in termino non reſpondeant: nam poſt terminum non poſſunt emendare reſponſum, ut ibi per eum. Et dicit Bal. in l. iij. in 2. not. C. de repu. hære. per illum tex. quod qui non acceptat uerba aduerſarij, non poteſt ſe ex eis fundare. Et idem, ſi diſſimulat, quod dicit eſſe notandum. Et illud dictum Inn. in d.c. mulieri. ſequitur etiam Lu. in l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis dolum. in 5. col. uerſi. 4. concluſio. ff. de uerb. ob. dicens, confeſſionem reprobatam non nocere. Similiter ex d.c. mulieri. infert Imo. poſt Car. in c. ex parte. ij. de reſcr. quod licet non audiatur appellans impugnando appellationem ſuam: quia allegaret ſuam turpitudinem, tamen fallit, ubi appellatus non approbauit appellationem. Similiter dicit Bal. in l. q. uer. ſed quid dices. C. de falſa cauſa adie. leg. teſtator confeſſus fuit recepiſſe à me mutuò centum, quæ mihi legauit: ego ex mutuo, & quia nō potui probare mutuum naturale, ſuccubui, poſſum agere ex legato. nec obſtat, quod primò fuerim uſus tacitè confiteri legatum non ualere agendo, quia licitum eſt mihi recedere ab illa confeſſione propter contrariam ſententiam. Allega. Inn. in d.c. mulieri. & tex. in d.l. Aurelius. §. fin. Facit etiam ad hoc dubium Tho. Faſtoli 18. quod incipit, demiſi per do. Fran. de quo memini ſupra eo. ſuper literis. in 8. concluſ. Ex quib. omnib. ſumenda eſt multiplex cautela, una pro gerente actum, ut faciat notari impugnationē aduerſarij, alia pro impugnante, ut ſi uideat impugnationem poſſe iuuare pro deſſe gerenti actum, deſiſtat ab impugnatione, iuxta quartam limitationem de qua ſ. Et fortè neceſſarium eſt, quod de deſiſtentia proteſtetur, quia in dubio non præſumitur mutatio uoluntatis, c. maiores. de bapti. Et prædicta non negligas, nam licet ad idem tendant, ſicut & multa, quæ ſæpe uobis in unum cumulum congrego, tamen cum quodlibet dictum unum caſum decidat, ex eis inſtruimini ad reſpondendum de iure, non per regulas generales uulgo notas, ſed deciſionibus rem indiuidualiter tangentibus, quo nil gratius habentibus iudicare.

Decimum In hac ſexta limitatione conſidera duo: Primò, quod licet iſta limitatio limitet dictam regulam, ut eo. tamen in aliquibus exemplis eſt fundata in ipſa regula, quia quòd non poſſis mihi obijcere de regula, ex eo. in caſibus prædictis, non eſt, niſi propter ipſam regulam; quæ ſicut faceret contra me, ſi tu non impugnaſſes meam impugnationem, ita facit contra te, quia impugnaſti, & ideo in actu meo nō potes te fundare per dictam regulam, quæ limitatur in hoc, quod impugnatio mea mihi non nocet, ex quo non fuit per te acceptata. ¶ Secundò conſidera, quod ſi quiſpiam diceret, ergo attentis præmiſſis nunquam habebit locum regula, ex eo, quia impugnatio mea quaſi ſemper impugnatur ab aduerſario. Ergo ſemper potero me fundare in eo, quod impugno. Ad iſtud eſt clarè reſpondendum concedendo conſequentiā quādo ego recedo ab impugnatione, & deſiſto motus ex impugnatione tua, quæ meam obtundit. Sed regula procedit, ubi ego perſiſtens in impugnatione, uolo me fundare in actu impugnato, quia non poſſum. Sis etiam aduertens, quod licet propter multa prædicta impugnans, qui non obtinuit, poſſit iuuari impugnato, tamen hoc eſt uerum, quando obſtabat ſibi ſola impugnatio, ſecus; ſi aliquis effectus oritur ex impugnatione; qui non perdit uim excludendi impugnantem propter impugnationem impugnationem. Facit ex dictis Abb. poſt alios in c. præſentium. in ult. col. de teſt. & ibi per Aret. in 8. col. dum dicunt per illum tex. quòd licet impugnans perſonas teſtium non obtineat, non tamen poteſt ſe fundare in dictis teſtium, quia licet impugnatio ſua fuerit confuſa, tamen per ipſam orta eſt ſuſpicio, ne teſtes contra illius attentatæ impugnationis mentiti ſint eius fauore. Item cum ipſe aſſeruerit eos falſos, non auditur fundare ſe in eis, ut ibi latius inuenies. Quod bene not. ¶ Limita ſeptimò dictam regulam, ut eo. niſi quis negaſſet factum, credens ipſum non fuiſſe factum, ut quia non impugnauit teſtamentum, ſed negauit ſimpliciter teſtamentum fuiſſe factum, nā iſta non prohibetur poſtea fundare ſe in teſtamento, ſecundum Bar. in d.l. poſt legatum. in ult. col. uer. quarto, quid ſi non impugnauit, per l. ſi quis inficiatus. ff. depo. nec dicitur iſte impugnaſſe iudicium defuncti, ſed ſimpliciter dicit teſtamentū nō eſſe factum. Et ſequitur Bu. in d.c. cum olim. uer. 2. caſu. Bene facit, quod not. Ang. conſi. mihi 153. incip. In quæſtione uertēte. ad fi. dicens, quod poſſum me fundare in poſitione tua, quam negaui, ſi eam poſtea probaſti. Et allegat Bar. qui etiam hoc uult in d.l. poſt legatum. ad fi. uerſic. quarto, ego negaui, per d.l. ſi quis inficiatus. Et hoc dictum Bar. allegat pro notabili Per. de Anch. conſi. mihi 204. incip. Index primò de iure iudicaturus. in pen. col. & de m. c. aid. conſi. 3 t. incip. Punctus quæſtionis eſt, Titius debitor. ¶ Limita octauo, niſi quis impugnauerit actum concludit, quo ad aliquem iuris effectum, non quo ad ſubſtantiā facti, nec quo ad omnes iuris effectus, quia poteſt ſe iuuare, etiā quo ad alium effectum iuris, quando cauſa inualidatiua primi actus allegata non concludit ad actum, de quo poſtea quæritur. Ita tex. in capitu. ex parte decani. infra, eo. quem ibi ponderant omnes Docto. & clarius cæteris Imol. quia ibi capitulum non impugnabat factum, ſed aliquem iuris effectum. Non enim dicebat reuocationem procuratoris non fuiſſe factam, ſed dicebat, quod in præiudicium capituli non poterat ex ea induci nullitas primæ impetrationis factæ per illum reuocatum, quia reuocatio carebat ſolennitate neceſſaria ad iſtum effectum, uidelicet quia non fuerat intimata aduerſariis, ſed ad impugnandam impetrationem ſecundarum literarum, quam fecit ille reuocatus, capitulum allegabat reuocationem, quia quo ad præiudicium domini, ſufficit, quòd oſtendatur eum reuocaſſe, ut geſta non teneant, & ſic reſpectu aſtius effectus non eſt opus conſiderare intimationem, & inde potuit capitulum ſe fundare ſuper facto impugnato, id eſt, ſuper facto reuocationis, quam partes ſunt confeſſæ, ex quo ille defectus, qui reſpectu ſolennitatis iuris allegabatur ad unum finem, non infert nullitatem alterius finis, ut per alia fortiora uerba not. ibi Imol. & etiam Abb. in uer. notabis, conſiderans, quod non impugnabatur factum, ſed ſolennitas facti. Idem tenet But. in d.c. cum olim. allegando tex. in d. cap. ex parte decani. per quem dicit, quòd quis poteſt ſe fundare ſuper eo, cuius ſolennitatem impugnauit, etiamſi ſuper impugnatione obtinuit, quando defectus ſolennitatis non inducit nullitatem eius, ſuper quo ſe fundat. Unde infert, quòd impugnans teſtamentum habens clauſulam illam, Si non ualet iure teſtamenti, &c. ſed impugnauit ex defectu ſolennitatis teſtamenti, id eſt, quia non habet ſeptem teſtes, tamen poteſt ſe eo fu-

a In alio] Facit quod habetur per do. Soci. in conſil. 8. incip. Viſis & diligenter inſpectis uerſ. quinimo. cum eo modum, in prima parte, char. 8. & uide do. Alex. de Imo. in l. ij. §. i. ff. ui bo. rapt. & plenè in d.l. ij. in ult. ſoli allega. in uers. & Spe. in ti. de actio. ſeu petit. §. ſuper petitionibus. uerſ. ſed quid ſi reus.

ſe fundare, tanquam in codicillo, in quo ſufficiunt quinque. Et alleg. contra Dy. in d. l. poſt legatum. & in d. regula, ex qui. Et facit, quod no. Bar. in d. l. poſt legatum. e contra. ſed quæro de ratione, dum ponderat, quod aliud eſt dicere teſtamentum non iure factum, aliud eſt dicere falſum, uel inofficioſum. ¶ Et pro iſtis facit optimè: quia ſeparabilia ſunt contenta in inſtrumento ab ipſo inſtrumento. Vnde dixit Bal. in l. Labeo. §. j. poſt med. uerſic. quæro, ſi redditur. ff. de pact. quod † renuncians[a] inſtrumento debito, non uidetur renunciare debito, ſed probationi ipſius inſtrumenti: & dicit eſſe caſum in l. 3. C. de fid. inſtru. Similiter dicit Bal. in l. planè. ff. quod fal. tu. author. quod lapſis 10. annis. poſt quos inſtrumentum ex forma ſtatuti non habet executionem, produci poteſt in eius probationis uia ordinaria; licet non in uim executiuam. Ad idem, quod no. Bar. in d. l. poſt legatum. in 2. col. uer. ſed reſpondeo. ubi dicit, quod ſi confeſſio eſt ſimpliciter facta, non reſpectu inſtrumenti, licet inſtrumentum appareat poſtea uitioſum, non per hoc à confeſſione receditur. Et eſt famoſa deciſio Inn. quem ipſe allegat in c. cùm uenerabilis. de excep. Et facit, quod not. oēs in c. dilecto. de præb. diuerſificantes contenta in ſtatuto ab ipſo ſtatuto. Et ad confirmationem iſtorum dictorum uide; quæ notant Imol. Paul. & Alex. in l. ſeruum. §. eum, qui. ff. de leg. 3. & quæ reduxi ſatis latè in d. c. cùm uenerabilis. Et inuenies multipliciter probatum; quod omnis actus concernens rem continentem, dicitur concernere contentam. Et ſic in propoſito impugnatio concernens defectum ſolennitatis, non concernit nullitatem facti, quo ad omnia, in quibus ſolennitas non requiritur. Optimè facit, quod not. Io. An. in c. ſi. de iureiur. in 6. ubi referens quæſtionem Gof. 13. dicit, quod aliud eſt dicere, reſcriptum eſſe falſum in bulla, aliud eſt dicere, ueritatem in illo ſuppreſſam. Vnde ſi actor impetrauit delegatum, dicēs, quod reus, qui partem certam debiti ſoluerat, reliquam ſoluere negabat, poteſt reus ex illo reſcripto ſe tueri etiam in alio iudicio de parte illa, quam actor ſolutam aſſeruit, etiamſi reus impugnaſſet illud reſcriptum, tanquam ſurreptitium, fortè propter taciturnitatē alterius reſcripti: nam teſtamento rupto & impugnato fides habetur, quo ad legata & fideicommiſſa, authen. ex cauſa. C. de lib. præte. Et iſtud dictum ſequitur ibi Pe. de Anc. & Domi. & do. Ab. in c. cùm uenerabilis. in 19. col. de excep. & in c. examinata. in 3. col. de iudic. & Ludo. in l. 3. §. ſi quis ſimpliciter. in 4. col. ff. de uer. ob. Si autem dixiſſet reſcriptum falſum, tūc poſſet ſe ex eo fundare, ſecundū Io. An. in d. c. ſi. Quod limitatem, niſi fuerit obiectum in iſto iudicio falſitatis, per ea; quæ dixi ſ. in 6. limitatione. Et facit, quod notat dominus Car. in d. c. cùm uenerabilis. ad fi. Et propter deciſio. Io. An. in d. c. ſi. infert Aegi. Bel. deciſ. Rotæ 624. incip. quanquam. de appel. quod ad probandum appellationem interpoſitam in forma & debito tempore, ſufficit producere impetrationem factam ab appellato ſuper commiſſione appellationis, & libellum appellati petentis eam iam appellationem expediri: quia ex hoc fateretur fuiſſe appellatum, & debito tempore. Ad hoc etiam uide Ab. conſil. 133. In quæſtione, quæ ad præſens. ubi dicit, non audiri negantem ſe habere curatam, ſi de eo fecit mentionem in reſcripto tanquam ſuo. ¶ Cætera ad dictam regulā, ex eo uide per Bar. in d. l. poſt legatū. But. in d. c. eum olim. & Io. An. in dicta regula, ex quo licet de dictis eorum pauca, totum nō comprehenſa ſint iſtis 8. limitationibus. Et uide Rotam de teſti. deciſ. 42. in antiquis, ubi dicitur, quod exponſionem negata, non poteſt negans ſe iuuare, intellige, niſi reuocet negationem, ut dixi in 4. limitatione, & uide Aegi. Bel. deciſ. Rotæ 654. incip. Se facta. ubi dicit, quod non poteſt quis opponere de ſurreptione reſcripti ex taciturnitate alicuius materiæ, quam ipſe impugnauit: de quo dixi in c. ſi.

[a] *Renuncians*] *Adde tu, quid ſi perdidit ſibi inſtrumentum, per quem erat obligatus ea & alens i Bar. in l. Labeo. uerſicu. quæro, quid. ff. de pac. dicit, quod de debito suo uideor facere liberationem; & contra aliam uideor ſibi donare actionem. Adde, quod iſtud dictum Bar. intelligitur, quādo expreſſe apparet, quod ſi animo donandi facta fuit reſtitutio inſtrumenti, aliàs in dubio præſumitur potius eū conſtituiſſe procuratorem. ad exigendum ab illo. Ita dicit Abb. in 2. pe. ut lite pen. & do. Alex. in d. l. Labeo. & non, quod ſi facta donatio actionis. Quod no. pro limitatione Bar. in d. l. Labeo. quæ indiſtinctè loquitur.*

Pr. literis. in 8. concluſione, ſ. eo. Et de illo, qui non impugnat totum, ſed partem cum proteſtatione, quod acceptat, quatenus in alio pro ſe facit, uide, quæ dilataui in c. cùm uenerabilis. in 6. col. uerſ. limite ſecundò. de excep. & quæ notat Domi. in c. ſi quid uerſ. 37. diſt.

De concurſu Duorum ſimul impetrantium inducitur ſæpè iſta decre. cum dictis Compoſt. & aliorum ad diuerſas quæſtiones ſuper correlationibus coimpetrantiū. In qua materia uide in primis aliqua, quæ reduxi ſ. eo. paſtoralis. in ſi. prin. tractando, quādo apparet de prioritate literarum ratione horæ, & quid, ſi de illa nō apparet? Et ibi poſui quinque doctrinas ad cognoſcendum, quādo unum inſtrumentum debeat præcedere, ſi non apparet de prioritate reſpectu alterius. Et ibi dictis adde Bald. in l. cùm in teſtamento. §. hæc uerba. ff. de hæredi. inſtitu. ubi dicit poſt Cy. quòd ubi duo actus reperientur facti eodem die, & non apparet, quis præceſſerit, præſumitur, quòd præceſſerit ille qui debebat eſſe præambulus ad alium. Vnde ſi reperitur eſſe facta per patrē donatio filio, & etiam emancipatio, præſumitur emancipationem præceſſiſſe. Et dicit Bald. in l. ſi duas. in princip. ff. de excuſ. tu. quod id, quod fit eodem die, [b] præſumitur ſimul fieri, niſi appareat, quòd ſit prius. Et dicit Bal. hic, quòd ſi duo impetrauerunt poteſtariam Bononiæ à Papa, neuter debet admitti ad ingreſſum officij. Sed ſi unus eſt in poſſeſſione, alter non, præſumitur pro poſſeſſore, quia eo ipſo, quòd poſſidet; plus iuris habet eo, qui non poſſidet. Allegat l. fin. ff. uti poſ. Idē dicit, ſi Papa concedit feudum diuerſis perſonis per diuerſas bullas, niſi conſtet de prioritate ratione horæ, uel puncti, quia idem operatur punctum, quod præuentio, ſecundum eum. Alleg. gloſ. quam dicit eſſe optimam, in l. ſi ea pluribus. in fin. ff. de ſol. Ad quod ultimum uide, quæ dixi in d. c. paſtoralis.

15 De duabus Collationibus † factis eodem die per Papam de eodem beneficio, uide quæ dixi ſ. in iſto c. uer. hāc primam fallentiam. & in d. c. paſtoralis. Et adde Bald. in l. j. in pen. col. uer. quæro, quid ſi duo. C. quan. prouo. non eſt ne. ubi loquens de duabus electionibus eodem die factis, dicit, quòd neutra ualet ſtante conflictu, & contrarietate probationum. Et ibi dicit idem de duabus ſententijs contrarijs eodem die latis. [c] Et dicit Bald. in l. j. uer. ſcias etiam. C. de fur. quòd ſi producuntur duo mandata diuerſa eodem die facta, neutrum ualet, niſi in uno contineatur maior bailia, quia in illa ambo concordant. Et uide do. Ab. in c. in noſtra. uerſ. primo caſu. infra, eod. ubi latè ponit, quando unus & idem impetrat diuerſas literas in eadem materia, ſub eadem data. Et uide Bald. in l. de tabu. C. de don. ante nup. ubi etiam ponit de duobus inſtrumentis eodem tempore factis, dicens, quòd ſi ſunt contraria, neutrum ualet. Et adde, quòd ſi procurator & dominus eodem die acceptant beneficium, præſumitur procuratorem prius acceptaſſe, ſecundum Ludo. conſil. 353. Et ſi Papa reſeruat beneficium, & eodem die expectans acceptauit, & executor contulit, præfertur expectans, ſecundū Aegi. Bel. deciſ. Rotæ 237. incip. In cauſa domi

16 ni Gui. quia † non probatur impedimentaliter reſeruationem præceſſiſſe. Et dicit Cal. de præben. conſil. 7. quòd ſi epiſcopus & ſuus uicarius conferūt eodem die, præfertur collatio epiſcopi. Et ibi etiā uult ad fin. quòd ſi cætera ſunt paria in duabus collationibus, illa præfertur, quæ prius fuit acceptata. Et quod cogitabam, quòd ſi in caſu c. ſi à ſede. de præben. in 6. prius acceptaſſet ille, cui facta eſt collatio ab ordinario, licet poſtea acceptans habeat prius poſſeſſionem, fortè præferetur prior acceptans, quod eſt notandum. Et

[b] *Eodem die*] *Facit, quod habetur per do. Soc. conſi. 171. incip. Dua præfatis anceps. uer. præterea fortius circa medium; in 2. par. char. 40.*

[c] *Idem de duabus ſententijs contrarijs eodem die latis* [*Adde tu, per Bar. in l. j. C. quā. de prouo. non eſt neceſſa. & in leg. nam & poſtea. §. ſed ſi damnetur. ff. de inoffi. teſt. tenet contrarium, quod ſint ualens ſententiæ contrariæ. Addit te, ubi ſententia ſecunda lata contra primam, ualeat? Dic, quod magis cōmunis opi. gl. & Doct. in d. l. j. C. quando prouo. non eſt neceſſ. & in c. inter monaſteriū. de re iudi. & in c. paſtoralis, per in de reſcrip. eſt contra Bar. quia ſi etiam ſecunda ſententia ſit lata in noua inſtantia; non ualebit. Quære uos mo de in locis prealle. Adde, quod hoc uerū eſt, exceptis tamen quibuſdam caſibus.*

caſibus, quos enumeras, dominus Alex. in d.l.uñ et poſtea.§.ſed ſi dñ. notar. in j. col.ff. de iureiur. Adde, quando ſententia contra ſententiam pŕs ualere? & in quib. caſibus? Vide per Bal. in l.2. ff. de iureiur. per Ant. de Bu. in c. ab excõicato. in 3.col. de reſcript. per Io. de Imol. in l.j.ff. de re iudic.

dicit Aegi. Bel. concluſione Rotæ 215. & plenius d. deciſ. 235. quod ſi eodem die Papa reſeruat ſibi beneficium, & expectans acceptauit, & executor ei contulit eodem die, præferetur expectans alia prioritate horæ non apparente. Et ita fuit bis iudicatũ in Rota tẽpore Sixti Papæ IIII. Et ad idẽ allegauit unus Hiſpanus auditor Rotæ, Aegi. Bel. in c. ſi à ſede. de præb. in 6. & in c. cum dilecti. in 8. q. ibi, pro primo. de emp. & uen. Et dicit ibi, quòd omnes auditores cõcordauerunt in hoc, duobus exceptis. Adducitur ratio, quia collatio Papæ habet tacitam conditionẽ; quam prouiſus ab eo nõ poteſt hoc caſu uerificare, uidelicet ſi non eſt alteri ius quæſitum. Et aduerte: quia ſi reſeruatio Papæ præceſſit acceptationẽ expectãtis, illa acceptatio eſt nulla, etſi Papa non contulit: quia expectatiuæ nõ operant in reſeruatis. Lud. conſ. 260. & eſt regula cãcellariæ: & idem uult ſolũ dicta deciſio, quòd in dubio reſeruatio non præſumitur præceſſiſſe, quando eodem die concurrit utrumque: de quo nunquã obliuiſcamini. Et idem expreſsè firmat Car. conſil. 62. Ceſus, ſuper quo iuris conſilium petitur. dicens ad ſi. quod reſeruatio Papæ non impedit collationem ordinarij, ex quo non conſtat, quòd præceſſerit. Dicit tamen, quòd ſi collatio Papæ & acceptatio expectantis concurrerent eadem die, imo etiamſi acceptatio præceſſiſſet, tamen collatio executoris, aut ordinarij ſecuta eſſet collationem Papæ, præualeret collatio Papæ. Allegat Io. An. in c. ſi poſtquam. de præben. in 6. Et hoc ultimum firmat etiam latius Car. in c. inter cætera. de præben. quem refert & ſequitur ibi Imol. in 4. col. Et ratio differentiæ inter acceptationem ſimplicem expectãtis, & collationem ei factam, ut primo caſu præiudicetur ei non obſtante clauſula, Si non eſt alteri ius quæſitum, in ſecundo non. Colligitur ex his, quæ utiliter poſui in c. cauſam. ult. col. ẽ. eo. Et adde, quòd clauſula, Non obſtante, quod pro alio ſcripſerimus, facit, quod ubi non eſt prouiſum, poteſt alteri prouideri, licet impetrauerint ſub eadem data, ſm Rotam in antiquis, in tit. de reſcrip. deci. 30. in ci. Nota, quòd ubi ſunt. ¶ Et iſta bene not. tanquam alibi non reducta: quæ etiam faciunt ad quæſtionem latiſſimam.

17 . De dvobvs castrvm Ingredientibus, ſi † ſit præconium, quod qui primò ingreſſus fuerit tale caſtrum, habeat tantum præmium: & duo pariter ingreſſi ſunt, an quilibet debeat habere præmium in ſolidum? De quo uide Bar. & Imol. in l. hoc articulo. ff. de hære. inſti. & Bald. in princ. ff. §. ſed cum nos. & Imol. poſt Dy. in l. qui filiabus. §. j. ff. de leg. j. & ibi ſolẽniter Alex. Et ultra allegata per ipſum, uide etiam latè Alber. de Roſa. in prima parte ſtatutorum, q. 106. incip. Quarto etiam. & Imol. poſt Bu. in cle. & ſi principalis. in 2. col. de reſcrip. & latè Lu. Ro. in l. cum, qui nouiſſimus. ff. ad Trebel. & Butri. in ſuo reperto. turis ciuilis, in uerbo, prior. & putat indiſtinctè Alex. ubi ſ. quod neuter admittatur ad præmium, ſiue præconium dicat Quicunque, ſiue dicat Qui, licet in hoc fecerint differentiam aliqui ex ſ. alleg. Faciunt hæc ad aliam q. iſtam.

18 De dvobvs ad bravivm pariter † peruenientibus: de qua in locis allegatis per Alex. in d. l. qui filiabus. §. j. in ſi. ultra quem uide Alb. in j. parte ſtatutorum, q. 107. incip. Prædicta etiam faciunt. & Pe. de Anc. in c. duobus. de reſcri. in 6. & Imol. poſt Pet. de Anc. in c. indicante. de teſta. & Bal. in l. ex duobus. ff. de uulg. & pup. Cõmuniter ✶ tenetur opi. Ang. in d. l. eum, qui nouiſſimus. quòd neutri debeatur. Et quãdo debet iteratò curri, an currant ſolum illi, qui fuerãt primi, an omnes, uide latè Ang. Paul. & Alex. in d. l. cum, qui. & per Bal. in d. §. nos itaque. Et licet ſint uarietates, tamen Alex. ſequitur opi. Ang. in d. l. eum, qui. quòd omnes debeant currere: quia ex quo nemo illorum uicit, nemo aliorum uictus eſt. ¶ Faciunt hæc etiam ad quæſtionem.

19 De dvobvs natis Eodem † tempore, quis eorum dicatur primogenitus? de qua per Io. An. in addi. Spe. in ti. de præbend. §. j. & per Bal. in auhen. ex teſtamento. in ult. col. C. de colla. & in l. in quibus. C. de ſecun. nup. & in l. ex hoc iure. in 4. q. ff. de iuſt. & iu. & in l. ex duobus. ff. de uulg. & pup. Et ueritas uidetur, quòd utlique admittatur ad regnum, tanquam primogenitus, per l. 2. §. hæreditas. ff. de ſuis & legi. ubi primus dicitur, quem nemo antecedit: & quia ſi diceremus neminem admitti, reſultaret iniquitas. Ita ſuper hac quæ. ſcribit Alexan. in d. §. j. ad fin. Adde gloſſ. in l. Areteuſa. alias eſt in l. ſequ. ff. de ſta. ho. quæ dicit, quòd in dubio maſculus præſumitur citius natus, per l. ſi fuerit. in fin. ff. de reb. du. ubi in dubio præſumit, quòd maſculus ſit prius natus. Imo per illã l. dixit Bald. in propoſito in dicto princ. ff. §. nos itaque. quòd ſi ambo maſculi ſunt nati pariter, & non apparet quis prius, fortè præſumitur, quòd formoſior & robuſtior celerius exiuerit de carcere materno. Et ſi ambo eſſent extracti exciſo utero materno, ambo regnabunt, ut latius per eum, quem ſequitur Ioan. de Ana. in rubr. de ſortileg. in ult. col. Et dicit Floria. de S. Pet. in l. j. §. cum arietes. ff. ſi quad. Pau. fe. di. quòd ſi in caſu illius text. non appa|ret, quòd animal aggreſſum fuerit aliud, ſi unum eſt robuſtius altero, præſumitur ab ipſo fuiſſe inchoatum congreſſum. Et ſic fortè poteſt limitari dictum Bald. in leg. j. in 7. q. C. unde ui. & in l. ut uim. quaſi in fin. ff. de iuſti. & iure. & Ana. in cap. ſignificaſti. in 29. col. de homi. dũ dicunt, quòd ſi duo pariter ſe uulnerauerunt, neuter tenetur, niſi appareat de inſultu, per d. §. cum arietes. ut intelligatur, niſi ſit præſumptio prouocationis contra unum ex eis, quia robuſtior eſt altero, uel animoſior. Facit text. in l. qui duos. §. ſi maritus. ff. de re. dub. ubi ſi maritus & uxor ſimul moriunt, ſtipulatio de dote ex ea. ſi mulier in matrimonio deceſſit, habet locum, niſi probetur illã ſuperſtitem uiro ſuo fuiſſe. Et idem dicitur ibi, ſi pater & filius impubes eodem tempore perierunt: quia præſumitur, quòd prædeceſſerit filius: ſecus, ſi erat pubes. ¶ Et iſta etiam faciunt ad quæſtionem.

20 De dvobvs pacem Pariter † frangentibus, de qua per Bart. in l. cum pater. §. libertus. ff. de leg. 2. & latiſſimè per Lud. Ro. in l. ſemel in mora. §. j. ff. ſol. matr. & per domi. Ab. in c. 2. in j. col. de treug. & pac. & ibi dixi in 3. col. & faciunt ad q. quæ fuit in facto quando tempore Nicolai Papæ V. multi propter ingentem concurſum ſuffocati fuerunt Romæ anno Iubilei in ponte ſancti Petri, ubi de matre & filia ſimul mortuis contigit poſtea dubitatio, quæ earum præſumeretur primò mortua, ad finem tranſmittendæ hæreditatis, de quo latè conſuluit dn. Maria. conſi. mihi 97. incip. Tempore Iubilei. Et adde ſibi notabile conſilium Paul. de Caſt. 99. incip. Ad primum quæſitum. ¶ Faciunt etiam iſta ad q. tritam de pluribus uulnerãtibus unum, qui mortuus eſt, & neſcitur quis de uulnerantibus fuerit cauſa mortis. De qua uide gl. in c. cupiẽtes. §. cæterum. in uer. culpabiles. de elect. in 6. & ibi Domi. poſt Imol. in 2. col. & tex. cum gl. in c. nolite recedere. in uerſi. triticum. 11. q. 3. & gloſ. ſi. in c. quieſcamus. 42. diſt. & gl. j. in c. quid culpatur. 23. q. j. & gl. & Bar. in l. ſi in rixa. ff. de ſicar. & Pe. de Anc. conſ. mihi 206. inci. Nos Bartholomæus. & Ana. in c. ſignificaſti. lo 2. in 17. col. de homi. Et optimè Alex. conſil. mihi 15. incip. Viſo proceſſu inquiſitionis. & omnino Modernos in lib. Malefi. fol. 43. cum concor. alleg. in iſtis locis. Infinita penè iura ad hãc materiam trahi poſſent, de qua eſt ſpecialis rubric. ff. de reb. dub. ubi plures caſus deciduntur. Multa etiam de incertitudine, quando uixerit, per Cal. in diſp. inci. Vſurarius emit. in 8. col. per Gaſp. Cal. Iac. Zochum, & Moder. in c. j. de condi. appo. dum ponit q. Si Berta accepit maritũ ſub conditione, ſi dabit centum, & deinde ſub eadem conditione accepit Titium, & ambo pariter dent centum, cuius erat uxor? & poſt diſputationem concludunt, quòd nullius. Faciunt etiam, quæ ſcribit latè Domi. in c. duobus. in 7. col. de reſcrip. in 6. de duobus teſtamentis eodem tempore factis. De quo dixi remiſſiuè in d. c. paſtoralis. ¶ Quantum uerò attinet ad materias beneficiales circa iſtas prælationes, uide plenè Scribentes in d. c. duobus. & multa colliguntur ex regulis cancellariæ Apoſtolicæ maximè ex ultima, ubi dat forma circa præceſſiones, quando cæteris paribus occurrit aliqua qualitas, apta ad interceſſionem. Et etiam ſ. dictum eſt tractando de clauſula Anteſerri. Et de cõcurſu plurium literarum beneficiorum ab eod. impetratarum, traditur in c. in noſtra. j. eo.

21 Sed an sortibvs possint † ista dirimi eſſet quæſtio longa, ſpectãs ad c. ſi. de ſortileg. & dixit Io. Andr. in c. licet cauſam. de proba. quòd ubi eſt quæſtio in facto, ſes non dirimitur ſorte, ſed actus eſt nullus, per l. duo ſunt Titij. ff. de teſt. tu. Qui enim affirmat factũ, debet ipſum pro-

probare, l. ei, qui. ff. de proba. cum ſi. Secus, ubi factum eſt certum, ſed ius dubium, ut l. ſed cùm ambo. ff. de iudic. & habetur in c. ſi. de ſortil. ſecundum eum. Quæ uerba referũt alij Scribentes in d. c. licet. ſuper gloſſ. in uer. uti poſſ. dum dixit, quòd ſi in interdicto Vti poſſidetis, eſt omnimoda paritas inter probationes, dirimitur quæſtio ſorte, de quo uide, quæ ibi dixi poſt Mod. Et pro doctrina Ioan. And. ibi eſt gloſſ. in l. j. in uerſ. prohibebit, circa ſi. C. uti poſſi. quam facit ſingularem Imol. in l. huiuſmodi. §. ſi. de leg. 1. Idem dixit Bart. in l. ſi duo. ad ſi. prin c. ff. uti poſ. & Angel. in d. l. ſed cùm ambo. Dixit enim Bal. in l. meminimus. C. quando & qui. quar. pars deb. quòd nunquam res dirimitur, niſi in caſibus à iure permiſſis: quia in alijs caſibus peccatum continet. Aliud tñ ſentit gl. in d. c. ſi. de ſortil. uolens ſortes eſſe à iure permiſſas, niſi ubi ex cauſa reperiuntur prohibitæ. Et de materia uide per Ana. ibi, & Arch. 26. q. 2. ſuper gl. ſummæ, & gl. Inſti. de ſatiſ. tu. §. pe. in uer. ſuæ. & Bart. in l. 2. §. ex his, in 3. col. ff. de uerb. oblig. & ibi per Angel. Ita allegat Alex. in d. l. huiuſmodi. §. ſi. ¶ Adde do. Card. in conſil. 150. incip. Quæſitum ſæpe fuit à me. ubi ponit ſex modos finiendi controuerſiam inter duos contendentes de Papatu, data paritate probationum: & finito concilio dicit ſe audiuiſſe conferri poſt editionẽ concilij, an tunc eſſet locus ſortibus? Et dicit, quòd ſic, quod expreſſius firmat Petr. de Monte in tract. De poteſtate Papæ, imperatoris, & concilij, in 31. col. allegando Car. in c. licet. de elect. Nec obſtat, quod ſortes dicantur prohibitæ, 26. q. j. per totum: quia procedit, ſecundũ eos, quando itur ſortibus ad præſcientiam & diuinationem futurorum: [a] non autem, quando agitur ad tollendam controuerſiã iuris. Facit glo. in c. clericos. 21. diſt. & in c. j. 26. q. 2. Et dicit Bald. in d. §. itaque. quod illa perplexitas de primogenitura poteſt dirimi ſorte. Et dicit An. in d. l. ſed cùm ambo. quòd inuitis litigatoribus res non dirimitur ſorte. Et idem, ubi agitur de graui præiudicio tertij. Alle. tex. in §. pen. Inſti. de ſatiſda. & in l. quoties. ff. de uſufr. & in d. l. huiuſmodi. §. ſi. Et infert in propoſito noſtro, quod ſi duo, uel plures ſimul impetrant ſibi prouideri de præbendis in eccleſia cathedrali, & inter impetrantes eſt omnimoda æqualitas, quod impediunt ſe per concurſum, cùm tractent de præiudicio epiſcopi. Vnde hoc ſorte non dirimitur, ſed bene poſſet capitulum gratificari, ſi uult. Alleg. d. l. huiuſmodi. in ſi. quam ad hoc pro caſu alle. Io. And. per uerbum Sorte, in d. c. duobus. ſecundum eum. Sed certè, ut dicit Ana. in d. c. ſi. de ſortileg. in 7. col. Io. An. non dicit hoc in d. c. duobus. ſed bene eſt gl. ibi in uerbo, tenearis, allegans d. l. huiuſmodi. §. ſi. ad probandum, quòd ſi canonici diſcordant in eligendo pari numero, ſuperior compellat eos concordare: & utitur uerbo Sorte: & de illa gl. meminit Angel. in l. ſi duobus. quæ eſt l. ſi. C. communia de leg. Et uidetur uelle ibi Cy. & Ana. ubi ſ. quod licet inuita parte non poſſit deueniri ad ſortes, & impediant ſe per concurſum, tamen ſi alter uult ſe fortunæ committere, tunc iudex debet ad petitionem illius compellere alium, quod illis uictus dirimatur ſorte, per d. l. ſi duobus: ubi hoc communiter [a] tenent alij Do. ſecundum Phil. Corneum ibi in ſiu. pen. ¶ Nõ aperit Ana. in d. c. ſi. illud, de quo ſæpe dubitaui, uidelicet utrùm ſit uerum illud, quod ſentit Ang. in d. l. ſed cum ambo. quòd ubi non agitur de præiudicio tertij, ſit locus ſorti in beneficialibus uolentibus partibus & ſtante dubio iuris, non facti: & uidetur ſentire, quod ſic. Item dom. Car. in dicto conſilio, & in d. c. licet. & Pet. de Monte, ubi ſ. loquentes de Papa. Sed in contrarium eſt ſolitaria deciſio domini Car. in d. c. licet cauſam. in ult. col. de proba. ubi dicit, quòd in beneficialibus non eſt locus ſorti. Allegat not. in c. eum, qui. de eo, qui mit. in poſ. lib. 6. Sed in illa datur terminus ad docendum de titulo, quia nõ ſufficit poſſeſſio: & ſi neuter docet de titulo, uterque ſuccumbit, ſi alter tantum ipſe obtinebit: ſi uterque, tunc præfertur, qui docet de meliori titulo: & ſi omnia ſunt paria, ſuccumbit actor. Ita dixit plenè notari in d. c. eum, qui. Et ad cognoſcẽdam proterum, remittit, ut not. in d. c. duobus. & in c. a. ſi à ſede. de præb. in 6. Videtur ergo uelle Car. alleg. dictum c. eum, qui. quòd ideo non ſit locus ſorti in beneficialibus, ne detur uitioſus ingreſſus, id eſt, quòd propter ſortem contingat proficere beneficio eum, qui non habet titulum, contra regul. j. de reg. iur. in 6. Et ex his, quæ latè & pulchrè ad hanc materiam no. Domi. poſt Hoſt. & Io. And. in d. c. eum, qui, patet, quod data paritate probationum in talibus non poteſt deueniri ad aliquod remedium, propter quod detur uitioſus ingreſſus. Vnde non eſt locus delationi iuramẽti. Et propter hanc rationem fortè poſſet impugnari illud, quod ad ſedandum ſchiſma ſubiunxit ipſe Car. in d. conſil. quamuis iſtam ſuam contrarietatem ipſe non perpendat in dictis locis, nec reperiam eam ab aliquo conſideratam. ¶ Sed ſaluando do. Car. à contrarietate, poſſet teneri pro regula illud, quod ipſe dixit in d. c. licet. à qua excipiamus unum caſum, uidelicet ubi diſcordia duorum contendentium de Papatu dirimenda eſſet ſorte de utriuſque conſenſu: quia tũc licet Papatus ſit beneficium, c. j. de maleſic. tamen talis cauſa beneficialis habebit hoc ſpeciale. Et licet do. Car. & Pet. de Monte, non reddant rationem ſpecialitatis, tamẽ colligi poteſt ex uerbis do. Car. in d. conſil. 150. uerſi. Tertius modus, ubi inter modos, quos docet ad ſedandum ſchiſma, eſt tertius modus, ut per utrumque contendentem fiat commiſſio aliquibus, tanquam compromiſſarijs, de iure & de facto. Et ſi quis diceret, quòd de facto fieri non poteſt, quia ſuper titulo beneficij non poteſt tranſigi, c. ſuper eo. de tranſa. reſpondet do. Card. quod tituli beneficiorum ſunt de iure poſitiuo. Vnde talia dicuntur ſimoniaca: quia prohibita, ut no. gl. j. q. 3. ſaluator. & in c. ex parte. 1o. de offic. deleg. & in c. cùm pridem. de pac. In his autem, quæ ſunt de iure poſitiuo, Papa non ligatur, c. propoſuit. de conceſ. præbẽ. Et ſic poſſunt illi, qui habentur pro pontificibus, non obſtante diſpoſitione iuris poſitiui, compromittere etiam de facto ſuper Papatu. Et ſi dicatur, quod poteſtas Papæ eſt de iure diuino, & non de iure poſitiuo, c. 2. & 3. in ſi. de transla. præla. reſpondet do. Card. quòd hunc eſſe Papam, uel illum, non eſt de iure diuino. Vnde non eſt illicitum, quòd interueniat tranſactio, dummodò aliàs non illicita, ut pro ſedando ſchiſmate alter illorum remaneat in Papatu, & alter aliter conſulatur, prout uiſum fuerit compromiſſarijs. De hoc tamen compromiſſo intelligendum eſt, quòd fiat conſentiente utroque collegio Cardinalium, cùm ad eos ſpectet eligere Papam, ſecundum eum. Et idem Bal. in c. ad hæc. 3. de app. quem refert ibi Phi. licet dubitet propter unam rationem, quam tacuiſſet, ſi uidiſſet prædicta. Vnde in propoſito, qua ratione eſt ſpeciale, ubi agitur de Papatu, quòd licitè poſſit compromitti de facto & tranſigi, eadem ratione ſit ſpeciale, quòd ſtante dubio iuris, quis ſit uerus Papa, dirimatur dubium ſorte. ¶ Et in iſtis uerbis domini Card. habes duo noua. Primò caſum, in quo in beneficialibus eſt locus ſorti. Secũdò caſum, in quo in beneficialibus eſt licitum compromittere de facto, & trãſigere ad ſingularem limitationem d. c. ſuper eod. de tranſactio. & eorum, quæ latiſſimè tradit domi. Abb. in repe. c. per tuas. in 32. col. cum ſeq. j. de arbi. cum concor. per eum alleg. & aliquid per eũdẽ in c. cùm tẽpore. in. 3. col. de arbit.

a Diuinationem & futurorum.] Ad quod adde Floria. plene in l. ſi uenere, ff. de ſerui. ruſti. prædio.

SVMMARIVM.

1 *Penſio an ueniat appellatione beneficij. Mentio debet fieri in literis Papæ de hoſpitali, quod datur in titulum. Poſt nu. 1. uerſ. tertio arguit.*

2 *Penſiones, quæ conſtituũtur in fraudem canonis, ſunt reprobatæ. Conſtitutio penſionis ſuper beneficio eſt licita. Poſt nu. 2. uerſic. ſecunda concluſio.*

3 *Diſpenſatio Papæ facta ſine cauſa, an proſit in foro conſcientiæ.*

4 *Papa quando diſpenſat ſuper prohibitis ſolo iure poſitiuo, ſufficit ſola uoluntas.*

5 *Penſio quæ ſoluitur, de redditibus alicuius eccleſiæ, cenſetur dari pro iure temporali eccleſiæ, non pro ſpirituali.*

6 *Penſio ſi imponatur alicui beneficio redditus ipſius beneficij, ſunt obligati pro dicta penſione.*

7 *Diſpoſitio generalis ubi præcedit circa ſolutionem annuæ penſionis, & poſtea ſequitur locus, uel materia, unde debet præſtatio fieri, tunc ſunt duæ orationes, & penſio omnimodo eſt ſoluenda, etiamſi nihil ſuperſit ex redditibus beneficij nominati.*

8 *Exprimere quod ineſt, non inducit ſimoniam in ſpiritualibus.*

9 *Pactum de ſepultura ſi fiat in loco, ubi alias ſepeliri debebat, inducit ſimoniam.*

10 *Simonia committitur, deducẽdo in obligationem ciuilem eum, qui obligatione naturali tantum tenebatur.*

Expe-

11 *Expectans beneficium, nõ poteſt permutare illud ius expectandi.*
12 *Literæ non dant ius ſpirituale, licet concedantur ad beneficia obtinenda, donec receptio fiat ad beneficium ex talibus literis.*
13 *Exceptio dilatoria omiſſa in principali cauſa, nõ poteſt opponi in cauſa appellationis.*
14 *Omiſſum in principali cauſa ſcienter, non poteſt opponi in cauſa appellationis. Omittens exceptionem malitioſe, qualiter punitur. Poſt nu. 14. uer. ſed do. Abbas. Expenſæ peti poſſunt obtenta uictoria, etiam in uno articulo. Poſt nu. 14. uer. cogitabam.*
15 *Libellum mutans tenetur ad expenſas factas ex primo libello, ſecus, ubi mutatio libelli non inducit alterationem.*
16 *Prælatus ſi omiſerit probationes in cauſa principali, poterit eas producere in cauſa appellationis, etiamſi eas per dolũ omiſerit.*
17 *Literæ ſurreptitiæ & obreptitiæ non ſunt ipſo iure nullæ, ſed annullandæ.*
18 *Literæ obtentæ per inuolucrum uerborum, putà ironice, uel callide, ſunt ipſo iure nullæ, etiam ad litem.*
19 *Literæ datæ à non habente poteſtatem, ſunt nullæ.*
20 *Literæ continentes aliquid, quod non ſolet concedi, niſi ex certa ſcientia Papæ, ſi illa certa ſcientia nõ interuenit, literæ ſunt nullæ.*
21 *Literæ falſæ non ſunt propriè literæ, nec dant aliquam iuriſdictionem.*
22 *Literæ beneficiales ſurreptitiæ, ſunt ipſo iure nullæ.*

CAPITVLVM XXXI.

AD AVDIENTIAM. tt. ¶ Si habens literas Papæ ad beneficium, renunciat eis propter annuam penſionem, non ualent literæ beneficiales per eum ad hoc tacitè impetratæ, in tex. ibi, annuas penſiones, ſeu alia beneficia. Per iſtum tex. infert hic Ab. quòd plerunque illud, quòd alicui conceditur, non poteſt dici beneficium. Idem meliùs probatur in c. quamuis in j. de præben. in 6. Et ratio eſt, quia licet largè poſſit appellari beneficium, in quantum eſt beneuola actio gaudium tribuens capienti, tamen quia nullam ſpiritualitatem habet in ſe, ſed eſt quid merè temporale, ideo appellatione beneficij eccleſiaſtici non uenit annua penſio, ſecundum eum. Et idem not. Domi. in d. c. quamuis. in princ. inferens, quòd uerbum Beneficij, poſitum in literis beneficialibus, comprehendit beneficium eccleſiaſticum, quod datur in titulum habens ius ſpirituale, non autem illud, quod conſiſtit in ſola temporalitate. Sed Aud. Sic. hic tenet contra omnes, quòd imo ſtrictè & propriè loquendo appellatione beneficij ueniat etiam penſio. ¶ Et facit tria motiua, quorum cuilibet inſero ſolutionem, quæ facilima eſt. Primò arguit ſic: dictio Alius, implicat ſimilia: gl. & Doct. in c. ſedes. ſ. eo. Sed hic dictio Alius, ponitur inter penſiones & beneficia. Ergo penſiones ſunt beneficia.

SOLVTIO. Maior eſt falſa, quando per alia iura eſt declaratum, quòd aliquid non ſit ſimile, ut dixi in c. ſedes. Et ita eſt hic per c. quamuis. de præben. in 6. ¶ Secundò arguit ſic: Surrogatum ſapit naturam eius, cuius loco ſurrogatur, c. eccleſia. lo j. ut li. pe. cum ſimilibus. Penſio ſurrogatur loco beneficij. Ergo eſt beneficium. SOLVTIO. Negatur conſequentia: quia non omne, quod ſapit naturam alterius, eſt ſibi ſimile. Patet in propoſito: nam patrimonium, ad quod quis intitulatur, iuxta c. cùm ſecundum. de præb. ſapit naturam beneficij in hoc, quòd ſurrogatur loco illius, & tamẽ non eſt beneficium. ¶ Tertiò arguit ſic: De beneficio eccleſiaſtico debet fieri mentio, c. ſi motu. de præben. in 6. Et de penſione debet fieri mentio, ut hic. Ergo penſio eſt bñficiũ.

SOLVTIO. Maior non eſt uera abſolutiuè: nam nõ eſt uerum, quòd ſolum de beneficijs debeat fieri mentio, imo etiã de præſtimonijs, ut dixi ſ. eod. poſtulaſti. Et de patrimonio, ſecundum aliquos, ut ibi etiam tactum fuit, & tamẽ nemo
1 dicet iſta eſſe beneficia. Item † de hoſpitali, quod datur in titulum, debet fieri mentio, ſecundum Card. in cle. j. in ſ. q. de offic. ord. & tamen hoſpitale non eſt beneficium, cle. per literas. de præb. gl. j. in cle. ſi beneficiorum. de deci. Ergo nõ ſequitur, de aliqua re debet fieri mentio, ergo illa res dicitur beneficium, & ſic uidetur, quod melius fuiſſet iſta argumenta non ponere. Sed teſte Philoſopho in libro de Cælo, ad pauca reſpicientes, de facili enunciant. ¶ In tex. ibi, de illis mentione non habita. Per iſtum tex. infert hic do. Ab. quod non ſolum de beneficio habito tenetur impetrãs facere mentionẽ, ſed etiam de literis prius impetratis ad beneficium, licet renunciatis, quia ex quo per literas poterat conſequi beneficiũ, & per eum deficit, perinde eſt, ac ſi fuiſſet conſecutus, quia qui habet actionem ad rem ipſam, rẽ habere uidetur, ut in regula, qui actionem. de reg. iur. in 6. Item omne tacitum, quo expreſſo princeps non conceſſiſſet literas, uitiat reſcriptum, ſ. eod. poſtulaſti. Sed ſi princeps ſciuiſſet iſtum habuiſſe literas, & eis renunciaſſe, non conceſſiſſet ita de facili ſecundas, maxime cum uigore primarum obtinuit penſionem annuam. Et dicit hic Ioan. Andr. quod etiam de penſione eſt fienda mentio, quod ſatis credit Abb. ratione prædicta, & per iſtum text. ¶ Adde, quæ dixi ſ. eod. poſtulaſti. ubi poſui, quando de præſtimonijs & penſionibus ſit fienda mentio. Et contra illud, quòd dicit domi. Abb. de literis renunciatis, uide eum j. c. proxi. alt. col. uerſi. credo etiam. ubi dicit, ſe credere, quod de literis purè renunciatis non ſit neceſſe facere mentionem in ſecundis, quòd ſatis dicit ſentire Innocen. ibi in terminis fortioribus. Ad iſtum text. reſpondet, quòd hic fuerat conſecutus penſionem, uel aliud beneficium, ideo tenetur facere mentionem de primis literis, licet renunciatis, ſecus, ſi nihil fuiſſet conſecutus. Et ad hoc facit iſte text. à contrario ſenſu, ſecundum eum.

DE PENSIONVM impoſitione ponunt hic aliquid Bu. Imol. & domi. Abb. quos ſimiliter refert & ſequitur An. Sic. hic, ſed quia in iſta materia penſionum occurrunt quotidie plura dubia, & de ipſis non ſit ordinaria mẽtio in alio loco, ideo conatus ſui reducere in ſimul quædam utilia ex diuerſis locis, compoſitis ſuccinctè ſex nouis concluſionibus.
2 ¶ Prima concluſio. Reprobatæ † ſunt penſiones, quæ conſtituuntur in fraudem canonis, ut quia deputantur ei, qui nõ eſt capax beneficij, ſecundum Abb. hic, ita intelligentem c. extirpandæ. in ſi. hic allegatum in gl. Idem ipſe ponit latius in c. conquerente, de cle. non reſi. exemplificãs in epiſcopo, qui non ualens prouidere nepoti de curato propter defectũ ætatis, contulit ipſum alteri, & ſuper fructibus deputat penſionem nepoti. Et idem ipſe dicit in d. c. extirpandæ. in ſ. ſi uerò. 2. col. Poteſt etiam exemplificari in caſu c. audiuimus. de colluſio. Et pro iſta concluſione facit c. niſi eſſent. cum gl. in ſi. de præb. ¶ Secunda concluſio. Ex cauſa licita & honeſta poteſt alicui conſtitui penſio danda ex reditibus beneficij, ſecundum Ab. hic, & in locis præalleg. per tex. hic, ubi non reprobatur iſta penſio, & per d. c. conquerente. & c. quãuis. de præbẽ. in 6. Et intellige, quod remaneat tantum presbytero, unde poſſit uiuere, aliàs ſecus, ſecundum Ab. in d. c. conquerente. arg. c. uacante. & c. cum cauſam. de præben. ¶ Exemplifica concluſionem ex text. ſingulari in ca. niſi. de præb. ubi pro bono pacis fuit alteri litigantium ſtatuta penſio de reditibus eccleſiæ ad uitam alterius partis. Et per illũ tex. & per c. ad quæſtiones. de re. permu. conſuluit Petr. de Anc. conſil. 226. incip. Quæſtio proponitur in themate generaliter. quod ea cauſa rationabili, putà ob euidẽtem utilitatem eccleſiæ, poteſt epiſcopus in collatione eccleſiæ imponere onus alimentandi illum, qui renunciat eccleſiæ de reditib. ipſius eccleſiæ, & loquitur in ſene inepto ad curã animarũ, quo caſu ſicut dari deberet ei coadiutor, & ambo uiuerent de reditibus eccleſiæ, ita etiam debet fieri dicta reſeruatio. ¶ Et adde Old. conſi. 226. incip. Quidam epiſcopus. ubi latè impugnat penſionem conſtitutam per epiſcopum cuidam nobili, tanquam bene merito erga eccleſiam, tum, quia de meritis non conſtabat, tum, quia donatio erat in quantitate enormi. Et ex deductis per eum poteſt rectè inferri, quòd ubi concurrunt merita, & de ipſis conſtat, poteſt epiſcopus in quantitate moderata aliquam penſionem deputare alicui, quoad uixerit, de reditibus eccleſiæ, & faciunt plene notata in c. fraternitatem. de dona. Et dicit Ana. in c. audiuimus. in 4. col. de colluſ. quòd epiſcopus poteſt pro bono pacis ordinare, ut detur aliquid alteri parti. Debet tamen iſtud ordinare per uiam quantitatis pecuniæ, uel bladi, non autem per modum quotæ, puta, des ſibi tertiam, uel quartam partem, quia eſſet ſcindere beneficium, quòd eſt de iure prohibitum, c. maioribus. de præben. & c. de cætero. de tranſac. ubi etiam habetur, ſecundum eum, quòd talis ordinatio, ſiue compoſitio, non poteſt fieri autoritate delegati, niſi ſuper hoc haberet ſpeciale mandatum, uel niſi Papa confirmaret, ut in c. ueniens. de tranſac. Et ex iſtis uidetur poſſe concludi, quòd epiſcopus ex officio poſſit imponere pen-

penſionem ſuper reditibus alicuius beneficij. Ad quod etiã facit c. conſtitutus. de relig. domi. Sed credo, quòd differat eius authoritas ab authoritate Papæ in hoc, quia ubi Papa abſque cauſæ expreſſione poteſt ſimpliciter imponere penſionem, per ea, quæ dicentur in ſequenti concluſione, uer. & iſta procedunt. non ita fit in epiſcopo, in quo requiritur cauſa iuſta, & apparens, & concernens utilitatem eccleſiæ, prout requirere uidentur Pet. de Anch. & Oldr. in dictis locis. Et pro hac differentia inter Papam & inferiores, uide quæ allegat Ludo. conſil. 369. Omnipotentis, &c. circa primum. in j. col. licet diu deſiderauerim habere de hoc pleniores deciſiones. Et iſtis adde, quòd ea cauſa licita poteſt Papa moderare penſionem uni eccleſiæ impoſitam à prædeceſſore ſuo. Ludouic. conſilio 369. in 9. col. uerſic. quo ad quintum. Et ibi ponit, quid de ordinario. ¶ Tertia concluſio, ſecundum quam conſului in foro conſcientiæ. Licita

3 † conſcientia poteſt quis renunciare in manibus Papæ beneficium, obtinendo à Papa impoſitionem annuæ penſionis ſoluendæ ſibi annuatim per ſucceſſorem de fructibus illius beneficij, etiamſi renuncians prius tractaſſet cum amico, quòd ſi beneficium à Papa obtinuerit, ſoluet ei promptè dictam penſionem, & ipſe renuncians geſſerit ſemper in animo, quòd ille amicus habeat ſtatim ei ſuccedere in beneficio renunciato, & aliàs non renunciaſſet, ſi ſecus credidiſſet, nam talis tractatus & talis ſpes non inducunt ſimoniam etiam mentalem. Iſta probantur iuribus & authoritatibus. Nam licet renunciatio debeat eſſe libera & pura ſine ulla pactione, c. ex parte. lo j. cum glo. in uer. omnino. de offic. deleg. & per Doc. in locis j. allegandis, tamen impetrare à Papa reſeruationem dictæ pẽſionis non inficit ipſam renunciationẽ, poſtquam cum priuato nulla eſt inſerta cõuentio in renunciatione. Ita dicunt do. Abb. Ana. & Maria. in c. non ſatis. de ſimo. dicẽtes, quòd ceſſante pactione inter priuatos, poteſt Papa concedere penſionem ei, qui renunciaturus eſt. Idem tenet Arch. Flo. in 2. parte ſuæ ſummæ tit. 4. in c. 5. uer. de renunciatione. dicens, quòd authoritate ſuperioris licitè fieri poteſt, quòd dimittenti beneficium detur aliquod temporale. Allegat do. Anto. in c. 2. de arb. qui hoc dicit per d. c. niſi eſſent. Et pro hoc facit, quod eſt dictum in proxima concluſione, nam ſi ex magna & euidenti cauſa hoc poteſt epiſcopus, fortius Papa, qui in beneficialibus habet poteſtatem ampliſſimam, adeo quòd de fructibus beneficiorum diſponere poteſt ad libitum, ut latè dixi tit. præced. c. quæ in eccleſiarum. Vnde diſponit aliquando, quòd fructus beneficiorum debeantur etiam non habenti in eis titulum, ut in c. ſi propter. de reſcrip. in 6. & in c. ſi tibi conceſſo. de præb. eod. lib. & in extrauag. Ioannis XXII. ſuſcepti. cum ſimilib. ¶ Quòd autem dicta conuentio, uel tractatus non inducat ſimoniam, eſt gl. ord. in c. cum pridem. in uerbo, pactionis. in fi. de pac. quæ dicit, quòd in his, quæ de ſui natura ſunt ſimoniaca, ſicut in ueteri teſtamento [a] uendere ſacramentum, & huiuſmodi ſpiritualia, ubi non excuſat authoritas Papæ, tamen in his, quæ per conſtitutionem eccleſiæ ſimoniam inducũt, excuſat authoritas Papæ: quia diſpenſare poteſt in talibus. Et ideo uult, quòd conuentio præcedens purgetur ab omni ſimonia propter authoritatem Papæ. Et illam gloſ. ſequitur ibi do. Anto. Imol. & Domin. Nec obſtat c. ex multis. j. q. 3. cum alijs allegatis per Ab. in c. extirpandæ. §. qui uerò. in ult. col. de præbẽ. in reperi. dum probant, ſecundum eam, quòd etiam in talibus ſimonia eſt de iure diuino: quia, ſecundum Ana. in c. j. 7. col. de ſimo. illa iura loquuntur, quando pecunia interuenit pro executione ordinis: ſecus, ſi reſpicit titulum beneficij, prout fuit in c. conſtitutus. de rel. do. ubi, ſecundũ Car. probatur, quòd penſio reſpicit titulum beneficij, nec in omni collatione beneficij confertur executio ordinis. Patet, ubi is, cui fit collatio, iam exequebatur ordinem, uel quia aliàs beneficiatus, uel quia ordinatus ad titulũ patrimonij, ſecundum eum. ¶ Circa quod ultimum potes inſiſtere ex reductis latè per An. Sic. in c. ex parte. lo j. de offi. deleg. in 6. col. cum pluribus ſeq. Cum alia gl. c. cum pridem. concordat Monaldus in ſua Summa, in uer. temporalis. dicens, quòd in ſimonia inducta ex conſtitutione eccleſiæ Papa poteſt ſtatuere, quod uult: & non ſolum diſpenſare in ſimonia mentali, ſed etiam in illa, quæ in pacto eſſet expreſſa. Eſt uerum, quòd beatus Thu. 2. 2. q. c. ar. j. in fi. uult, quòd Papa poſſit inuolui in crimine ſimoniæ, & ſequitur frater Ioan. de Turre cremata, olim Cardinalis ſancti Sixti, in tract. De poteſtate Papæ. q. 65. Sed intelligitur beatus Tho. quo ad illa, circa quæ committitur ſimonia ex lege diuina, ſecus, ſi lege tantum eccleſiaſtica, cui Papa non ſubijcitur, de quo l. digna uox. C. de legi. Ita dicit frater Nicol. de Auſmo. in ſupplemento Summæ Piſanæ, in uer. ſimonia. j. in fin. Pro quo eſt longa deciſ. Arch. c. j. 82. diſt. ubi dicit, quòd contra beatum Tho. eſt gloſſ. c. ſi. j. q. 6. dicens, quòd in curia Romana nõ habet locum ſimonia. [b] Sed intelligit ipſe dictum beati Tho. in his, quæ ſunt prohibita, quia ſimoniaca, ut uendere ſacramenta, opinio autem dictæ gloſſ. procedit in his, quæ ſunt ſimoniaca, quia prohibita, ut ſunt beneficialia, in quib. ideo committitur ſimonia, quia eſt prohibitum à iure poſitiuo. Et de iſtis non loquitur beatus Tho. ſecundum Archi. quẽ ad literam ſequitur Domi. in d. c. & ſequitur Pau. in cle. j. de ſum. trin. Non obſtant etiam prædictis uerba Abb. Ana. & Maria. in d. c. non ſatis. dum dicunt, dum modò non præcedat pactio inter eos, quia aliud eſt paciſci & promittere Titio penſionem, & hoc eſt prohibitum & ſimoniacum, aliud eſt dicere, quòd ſi Papa impoſuerit beneficio penſionem, ipſam ſoluam: & hoc non uidetur illicitum. Offero enim quod iuſtum eſt, ſcilicet me adimpleturum mandata Apoſtolica. Si autem præcederet pactio de ſoluendo plus, quàm Papa ordinabit, iſta eſſet ſimonia. Hinc eſt, quòd in prouiſionibus, quæ emanant in talibus à Papa, mandatur præſtari iuramentum partibus, quod nulla ſimoniaca conuentio interuenit: & intelligitur de conuentione continente plus in dato, uel dando, quàm contineant literæ Papæ. Dicit tamen Ana. in c. audiuimus. 2. col. de colluſ. quòd iſti non debent facere inter ſe pactum, ſed totum negotium ponere in manibus ſuperioris. Remittit ad no. in c. quæſitum. de re. perm. & in d. c. niſi eſſent. Sed tamen credo ualere pactum in forma prædicta. Et adde, quod quando renunciatio fit principaliter ea intentione, ut alteri conferatur, ita paciſcendo dicitur renũciatio ſimoniaca: & collatio, quæ ſequitur, eſt ipſo iure nulla: & ſic poteſt impetrari beneficium, tanquam uacans, ut no. do. Abb. in c. cum uniuerſorum. in j. col. de re. permu. per text. ibi, & per gl. in d. c. ex parte. de offic. deleg. ¶ Quòd autem animus renunciantis, qui ſperat de certo ſucceſſore, & aliàs non renunciaret, non inducat ſimoniam, eſt gl. ordinaria in d. c. ex parte. in uerb. dimittere. dicens, quòd in iſtis prohibitis ex conſtitutione eccleſiæ, ſi non interuenit pactum, non ſufficit ſola uoluntas ad incurrendam ſimoniam. Et loquitur de illo, qui renunciat ſimpliciter, gerit tamen firmiter in animo, quod Titius ſit ſucceſſurus, aliàs non renunciaret. Idẽ Innoc. in c. tua nos. in fi. de ſimo. dicens, quòd renunciare præbendam, ut alteri conferatur, peccatum eſt, ſi hoc exprimitur in renunciatione, ſecus, ſi adſit ſolus animus, quia non facit ſimoniam ſola uoluntas. Idem Hoſt. domi. Ant. & alij in c. ſi. de ſimo. & Archie. Flor. in ſum. loco præallegato, dicens formaliter, quod ſi quis renunciat beneficio ea intentione, ut detur nepoti, uel alteri, nulla de hoc facta conuentione, nullam incurrit ſimoniam. ¶ Eſt uerum, quod frater Nic. de Auſmo. in dicto ſupplemento in uerbo Simonia, lo j. §. utrùm ſola uoluntas. dicit, quod circa beneficialia ſola mens non inducit ſimoniam obligantem ad reſtitutionem, ſed mentalem, quæ aboletur pœnitentia, c. ſi. de ſimo. Tamẽ ad hoc nihil allegat. Et prædicti omnes ſimpliciter dicunt, quòd nullam ſimoniam incurrit. Saluari poteſt dictum Nic. in ſimonia mentali, circa prohibita in ueteri Teſtamento, non ſimpliciter conſtitutione eccleſiæ. Et ideo gl. in d. c. ordinationes. j. q. 3. expreſsè dicit, quòd renunciare beneficio, ut alij datur, non eſt ſimonia, nec ſufficit ſola ſpes. Et hoc latè firmat Archi. in c. quicunque. j. q. 3. dicens, quod uoluntas renunciandi beneficio ad commodum alterius, non facit quem ſimoniacum, etiamſi progrediatur ad actum renunciandi, niſi progrediatur ad actũ paciſcẽdi, dum tamen ille, de quo cogitat, ſit idoneus, ſed in prohibitis, quia in ſimoniacie

a *Veteri teſtamento*] *Adde ut in 4. Reg. 5. de Giezi, qui uoluit gratiã ſanitatis Naamã Syro uendere, & in Nouo de Simone mago, qui uoluit emere gratiam ſpiritus ſancti, 1 q. 3. quidam. & j. q. j. in ſumma, & per Abb. in c. & ſi Chriſtus. de iureiuran.*

b *Simonia*] *Ad. de Bart. in l. j. in princ. ff. ad l. Iul. de ambi.*

maciis ſufficit ſola uoluntas, ut per gl. in d.c.ex parte. ſecũdum eum. Ex enim dictis clarè patet, quomodo debeat intelligi dictum fratris Nic. ubi ſ. Et iſta dicta ſequitur Domi. in d.c.quicunque. addens Io. An. in c.tua nos. de ſimo. ubi dicit, quod quicquid ſit, tenendum eſt, quod nunquam ſola intentio, ſiue uoluntas inducit mentalem ſimoniam in prohibitis conſtitutione eccleſiæ. Confirmari poſſunt hæc oĩa ex conſideratione, qua utitur in ſimili Pet. de Anc. in diſpu. incip. Antiquis & modernis temporibus. dum tractat laſſiſsimè, an ſint licitæ annuæ ſolutiones montis Veneñjs & Florentiæ. Videmus enim, quod in manibus Papæ quotidiè ſiunt renunciationes, & conceduntur reſeruationes penſionum ipſis renunciantibus, ſciente Papa, quòd ambæ partes de hoc priùs tractauerunt: & expediuntur literæ, imò datur eis forma per regulas cancellariæ: putà, quod non ualeat concesſio penſionis, niſi de conſenſu illius, qui beneficium habebit. Vnde ſi authoritas Papæ non operaretur plenam ſecuritatem ſuper hoc etiam in foro conſcientiæ, non tolerasſent iſta, neque eis formam dedisſent tot Romani pontifices, quemadmodum Martinus V. Eugenius IIII. Paulus II. & alij in conſtitutionibus nouisſimè editis contra ſimoniacos, in quibus opportunè prouiderunt circa uarias ſpecies ſimoniæ, & de tali nihil dicunt. Vnde iſte ſtylus curiæ uerſatur circa religioſis, & alijs integerrimis uiris, quibus cum onere penſionis quotidie prouidet Papa de beneficijs renunciatis: nam ſi authoritas Papæ nõ redderet eos tutos, imminerent laqueus ualde uniuerſalis. ¶ Iſta procedũt indubitanter, ſi aliqua rationabilis cauſa induceret Papam ad imponendum talem penſionem. Et poteſt exemplificari multiplex honeſta cauſa, putà ſenectus renunciantis, cui piũ eſt prouidere de alimentis, uel alia ſimilis cauſa. ¶ Sed ſi nõ apparet, quod aliqua rationabilis cauſa ſubſit, utrum authoritas Papæ tunc operaretur in talibus, quamuis prohibitis à iure poſitiuo, uidetur, quod non: quia diſpenſatio, quæ fit per Papã ſine cã, uidetur diſſipatio, ut latè per Arch. in c. conſequens. 1. diſtin. & illa ſua dicta, licet ipſe non dicat, ſunt ad literam beati Thom. in ij. ſecundæ, quæſt. 67. artic. ultimo. quem formaliter recitat Io. And. in c.de multa. in 5. col. de præbẽ. Et illa dicta multum firmiter ſequebatur do. Franc. de Aret. dum ſecum contuliſſem ſuper conſilio à me reddendo: de quo paulò pòſt dicã. ¶ Nihilo minùs attende

4 bene: quia ubi Papa diſpenſat ſuper prohibitis à ſolo iure poſitiuo, ſufficit ſola uoluntas pro cauſa, ut decidit Inn. in c.cùm ad monaſterium. quaſi in medio, ibi: non tamen eſt hoc uerum. de ſtatu mo. quem ſequitur Spec. in ti. de leg. §. nunc breuiter. ad fi. uer. 15. de uoto. & do. Car. in repe. c. per pendimus. in 8. col. de ſen. exc. & do. Ab. in c. fraternitati. de ſchiſma. & ibi Ana. in 2. col. & Domi. in d.c.conſequens. & dixi in c.j. in 4. fal. de conſtit. Et dicit ibi Butr. in ult. col. ꝙ ipſa liberalitas eſt pro cauſa diſpenſationis Papæ contra ius poſitiuum: & ſequitur ibi Imol. in 13. col. uer. poteſt autem abſque cauſa. Et hoc etiam firmat Præpoſitus, nunc autem epiſcopus Alexandrinus, & Apoſtolicus auditor, in ca. per uenerabilem. j. col. q ſi. ſius legi. per c.cum uoſtris. de cõceſ. præb. uer. es indulgentia ſpeciali, uel alia iuſta cauſa. & per alia pulchra, de quib. per eum. Et puto hoc ꝓcedere etiam, quo ad Deum, apud quem eſt tutus taliter diſpenſatus per Papam etiam ſine cã: quia prædicti omnes loquuntur ſimpliciter. Nec eſt uerisſimile, quod reſtringant ſe ſolùm ad forum contentioſum, attenta rõne, in qua ſe fundat Inn. uidelicet ꝙ ſicut ex ſola uoluntate põt per Papam lex creari, ita per ſolam uoluntatẽ cum ea diſpẽſari. Et non dicas, ꝙ illud ſit uerum, qñ uult tollere legem: ſed ſtante lege non poſſit contra eam diſpenſare ſine cã. Nam iſtud eſt contra Inn. loquentẽ præcisè in diſpenſatione. Bene fateor, ꝙ ubi lex canonica eſt fundata in aliqua rõne deſcẽdente à iure diuino, uel à dictamine rationis merè naturalis, tunc diſpenſatio cõtra talem legem debet eſſe cum cauſa, ut late probat do. Abb. non. ſolitus ad hæc allegari, in repe. c. per tuas. uer. nec obſtat, ſi dicatur, quòd lex ciuilis. de arbi. Et tunc puto, ꝙ etiam in foro contentioſo non ualeret, & exemplificat, qñ tolleret alicui actionem, quia licet ſit à iure inuenta, tamẽ deſcendit à ratione naturali, ut ibi per eum. Sed in propoſito iura prohibentia imponi eccleſiis pẽſiones, non ſunt fundata in iure diuino, uel naturali. Vnde ſi Papa de redditibus unius eccleſiæ diſponat ad commodum alterius eccleſiaſticæ perſonæ, talis uidetur tutus authoritate illius, qui in beneficialibus habet liberam poteſtatem, c. 2. de præben. in 6. & cle. j. in ſi. uer. lit. pen. Fateor etiam, quòd ubi lex canonica eſſet fundata principaliter ſuper bono publico, & diſpẽſatio Papæ præiudicaret illi bono, tunc in foro conſcientiæ iſte non eſſet tutus. Et idem, ubi Papa diſpenſaret ex affectione carnali. Et ita credo intelligendas rationes do. Abb. in d.c.de multa. uer. ex prædictis inſero. & in c.per uenerabilem. in prin. poſt In. And. & alios ibi, qui ſi. ſi. ne legi. & in repe. c.extirpandæ. §. qui uerò. uer. ſextò examinandum, de præben. & in c.conſtitutus. uer. aut quæritur de alijs rebus. de reli. domi. ubi ipſe dicit, quòd in foro conſcientiæ diſpenſatio ſine cauſa contra ius poſitiuum non facit non tutum, & habet reſpectum ad bonum publicum. Nam certè uidetur, quòd licet largo modo omnis lex ſit ad bonum

d publicum, ita quòd nõ ad priuatum commodum, ut erit. in tem. 4. diſt. tamen non omnis diſpoſitio l. dicitur eſſe principaliter ad utilitatem publicam, ſed ſæpisſime ad utilitatẽ priuatam. Patet, quia multis legibus poſſunt partes renunciare, ut late notatur in c. ſi diligenti. de ſor. compe. Vnde posſibile eſt, quòd Papa imponat uni rectori eccleſiæ onus penſionis ſine aliqua cauſa, & tamen iſtud non conſeruat præiudicium boni publici, tum propter conſenſum expreſſum ipſius onerati ad penſionem ſoluendam, tum, quia nõ præiudicatur eccleſiæ in proprietate bonorum ſuorum, ſed ſolùm commoditati ipſius prælati. cui etiam inuito poſſet Papa præiudicare etiam ſine cauſa, ut plenè probaui in ca. quæ in eccleſiarum. ſ. ue. proxi. multò magis ei uolenti, & maxime cum onus penſionis finiatur in propoſito morte penſionarij. Sed ubi iſta non concurrerent, dicendum eſſet, Papam de poteſtate ordinaria non poſſe imponere penſionem niſi cauſa cognita, ut pulchrè per Lud. Ro. conſil. 168. Omnipotentis, &c. Circa primum. in j. col. Et ſecundum hæc intellige Cal. de reſeri. conſi. 8. ad ſi. Et iſtis etiam omnino adde Aug. de Anco. in lib. De poteſtate eccleſiaſtica, q. 60. arti. 4. ubi etiam optimè declarat, quomodo Papa poſſit in omni l. humana diſpenſare, & ibi etiam art. 6. quando diſpenſet in dictis Doctorum per eccleſiam approbatis, & ibi etiam art. 7. ſpecialiter ponit, quando Papa diſpenſet ſuper canonibus ſuorum prædeceſſorum, concludens cum Iſidoro in c. j. 29. diſtin. quòd pro diuerſitate locorum, temporum, & negotiorũ eos mutare poteſt. Et in articulo ſequenti ponit de derogatione conciliorum, & eius uerba debuisſem commemorare in c. nonnulli. ſ. eo. dum poſui, quando clauſula, Non obſtãte, refertur ad ſtatuta conciliorum. De diſpenſatione autem contra ius diuinum, quòd non ualeat in foro conſcientiæ ſine cauſa, eſt gloſſ. iſta in c. non eſt. de uoto. no. Innoc. in c. j. de renun. cum alijs multis, quæ poſui in d.c. quæ in eccleſiarum. Et iſta perpetuò nota, tanquã alibi non declarata, ſecundum quæ conſului ad inſtantiã uiri timoratæ conſcientiæ, qui cupiebat renunciare beneficio ſpe penſionis. ¶ Omnia autem iſta procedũt in diſpen- a ſatione Papæ, ſed ſi à iure, uel ab homine, i. à Papa committitur, ſeu indulgetur inferiori à Papa diſpenſatio contra canones, nunquam intelligitur conceſſa cum illa ſuper derogata poteſtate, quam habet canonis conditor, ſed quòd cũ cauſa rationabili diſpenſetur ſecundum formam theoricæ Inno. quæ in aliquibus libris eſt additio, in c. dudum. lo 2. paulò ante ſi. ibi, item & ſi Papa mandat. de elec. ubi dicit, quòd ſi Papa mandat alicui, quòd diſpenſet cum aliquo ſuper pluralitate beneficiorum, non ualet diſpenſatio, niſi ſit ſublimis, uel literata perſona, quia mandatum Papæ & poteſtas, Papæ referenda eſt ad talem, per c. de multa. in ſi. de præb. Secus dicit, ſi Papa diſpenſas, quia de factis eius non licet iudicare, 17. q. 4. nemini. & §. præcedenti, ſecundum eum. In quibus uerbis clarè uult, quod dixi ſ. de ſola uoluntate Papæ ſufficienti ad plenam diſpẽſationem Papæ ſuper iure poſitiuo, quamuis in hoc exemplo de diſpenſatione ſuper pluralitate beneficiorum, habeat contradictores, ut per Ab. poſt Io. An. in d.c. de multa. & in locis præal. aliquid Pe. de Anc. in repe. c. j. ſ. tit. proxi. Bu. & Ab. in c. cùm eccleſia ſutrina. de excep. Ab. in c. conquerente. circa princ. de cle. non reſi. Petr. de Anch. in repe. c. ſi propter. 2. & 3. oppo. de reſcriptis in 6. Et ꝙ diſpenſatio inferioris requirat cauſam apparentem, credo teneri ſ. eod. poſtulaſti. No. Ino. in d.c. cùm ad monaſterium. uer. item licet conditor. & in c. uenicns in j. gloſ.

gloſ. ad fi. de fil. presbyt. & gl. j. in fi. in c. ſi qui. 81. diſt. not. Imol. in l. quidam conſulebant. ff. de re iudic. & in cap. j. de conſti. & Ana. in c. fraternitati. de ſchiſ. Vide dicta in d. c. poſtulaſti. uer. quartus caſus. ¶ Quarta concluſio. Penſio, quæ
5 ſoluitur de reditibus alicuius eccleſiæ, cēſetur dari pro iure temporali eccleſiæ, non pro ſpirituali, ſecundum Card. in c. conſtituimus. de reli. do. & ibi etiam But. in j. col. uerſi. ſecundum dubium. Et ita declarant illum tex. ubi epiſcopus conceſſit abbati omne ius, quod habebat, tam in ipſo monaſterio, quàm in eccleſijs pertinentibus ad ipſum, & ſituatis in diœceſi epiſcopi: & licet ibi eſſet connexitas ſpiritualitatis & temporalitatis, tamen contractus tenet, & non cenſetur ſimoniatus: quia pecunia cenſetur dari pro temporali, ut eſt dictum: & no. Ana. in c. j. de ſimo. Et dicit Bal. hic, quod penſio de ſui natura non cenſetur beneficium eccleſiaſticum, cum laico aſſignari poſſit, niſi talis ſit penſio, quæ conſueuiſſet pro eccleſiaſtico beneficio aſſignari. Arc. in c. quāuis.
6 lo. j. de præb. in 6. ¶ Quinta concluſio. Si † gratia loquens de penſione dicit, quod Titio ſoluatur annua penſio de reditibus eccleſiæ, quamuis nominetur perſona, per quam fieri debet ſolutio, tamen ipſa bona producentia reditus cenſent principaliter obligari, & eſſe hypothecata pro pēſione, adeò quod non ſolum ſucceſſor illius nominati, qui ſuccedit in beneficio, ſed etiam quicunque, ad quem aliquo modo peruenirent illa bona, cenſetur obligatus ad ipſam pēſionem, cum bona tranſeant cum onere. Ita latè Ludo. conſil. 388. Omnipotentis, &c. in caſu propoſiti thematis. Adducit pro ſingulari l. liberis, quæ eſt quarta illius ti. in §. Lucius. cum gl. in uerb. agāt. ff. de ali. & ci. leg. & conatur probare, quòd ita iudicatur de iſtis bonis, ſicut de bonis obligatis pro alimentis. Vide ipſum. Sed aduerte: quia in iſta materia duobus modis poſſumus loqui de realitate, id eſt, utrum obligatio ſit perſonalis, uel realis. Vno modo, habito reſpectu ad perſonam illius nominati: & propter hoc penſio non dicitur perſonalis, imò eſt realis grauans dignitatem, ſeu ſucceſſorem, & eccleſiam, uiuente penſionario. Ita tex. cum gl. pe. in d. c. niſi eſſent. de præb. Alio modo, habito reſpectu ad bona. Et hoc reſpectu non dicuntur ipſa bona eſſe grauata, adeò quòd ſi deſinant eſſe eccleſiæ, remaneāt ſubiecta huic oneri. Ita declarat Paul. de Caſt. conſil. 51. in pe. col. quia in præſtationibus annuis non cenſetur eſſe regulariter obligata res, ex qua datur præſtatio. Allegat l. Caius. & ibi not. ff. de annu. le. & l. fi. §. fi. ff. de contrahen. emp. Fallit in alimentis, in quibus res, ex qua præſtari debent, cenſetur obligata, l. 2. & l. Lucius. cum ibi no. ff. de ali. & ci. leg. Et adeo infert Paul. quòd ſi bona, uel fructus eccleſiæ uenduntur, non poteſt penſionarius habere regreſſum contra illa bona, uel res. Et ſic uult de directo contrarium eius, quod uoluit Ludo. ubi ſ. & fortè opi. Paul. eſt uerior, quia Lud. non uidetur efficaciter probare principale fundamentum ſuum, ſcilicet quòd præſtatio penſionis dicatur præſtatio alimentorum. Præterea uerba literarum dicunt de reditibus talis eccleſiæ, & ubi illi reditus non ſunt amplius eccleſiæ, non uidetur inſpecto præſenti ſtatu, quòd ſubijciātur amplius oneri, cùm qualitas adiecta uerbo intelligatur ſecundum tempus uerbi [a] l. in delictis. §. ſi extraneus. ff. de noxa. ibi, cum eo tempore dominus non fuerim. Tamen quia communiter uerba literarum dicunt expreſſe, quòd deputant dictas penſiones pro ſuſtentatione alimenti penſionarij, facilè reperirentur multi, quibus magis pla-
7 ceret opin. Ludo. † ¶ Sexta concluſio. Vbi, procedit generalis diſpoſitio circa ſolutionem annuæ penſionis, & poſtea ſequitur locus, uel materia, unde debet præſtatio fieri, tunc ſunt duæ orationes; & reditus non uidentur nominati cauſa taxationis, id eſt, quòd ex ipſis detrahatur penſio, & non aliunde, imo penſio omnino præſtanda eſt, etiamſi reditus nō ſubſint forte propter ſterilitatem, ſecus, ſi in una & eadem oratione exprimitur onus penſionis cum adiectione fructuum, puta, ſoluat penſionem de talibus reditibus, quia tunc illi reditus non cenſentur nominati cauſa demonſtrationis, ſed cauſa taxationis, & ideo fructibus nō exiſtentibus non pōt grauari quis ad penſionem. Ita Pau. d. conſ. & eſt ualde quotidianū pro iſtis, qui ſoluūt penſiones de fructibus beneficiorum, quia ſi aliquo anno non percipiunt fructus, non tenentur ad penſionem. Et probat ipſe utrunque membrum, per l. quidam teſtamēto. in prin. ff. de leg. j. & l. nomen debitoris. §. unum ex hæredibus. de leg. 3. cum alijs per eum alleg. & idem Ab. in c. niſi. ante fi. de præben. Et pro hac differentia, an aliquid exprimatur cauſa demonſtrationis, uel taxationis, uide etiam, quæ dixi ſ. eod. ſuper literis. in prin. uer. limita quartò. Subdit Pau. de Caſt. in d. conſil. quòd ſi habens ſoluere penſionem, pateretur uno anno ſterilitatem, & ſequenti anno abundaret in fructibus, poteſt peti, quod ſoluatur penſio etiam pro anno præcedenti, compenſando ſterilitatem cum ubertate, per l. ſi uno. ff. loc. & per alia iura, de quibus per eum. Pro quo uide glo. fi. in c. nobis. 12. q. 2. quæ dicit, quòd prælati eccleſiarum non poſſunt allegare ſterilitatem temporis & incurſum hoſtium, ſi præcedentibus annis habuerunt reditus uberes, & faciūt, quæ plenè habentur in c. propter ſterilitatem. de loca. Et de hoc, quando habens fundum obligatum ad aliquam ſolutionem fructuum, teneatur de ſuo fructibus non perceptis, uel peremptis, uide omnino Rotam de teſt. 8. lego pro anniuerſario. in anti. cum concord. quas circa ipſam poſui in d. c. ſuper literis. uerſ. modos autem. & Paul. conſi. 20. & Bald. in l. unica, §. excepto. C. de cadu. tol. & Pau. in l. filiusfamil. §. j. ad fi. de leg. j. & Pet. conſi. mihi 324. Circa iſtam perceptionem. & Salic. poſt Bal. in l. ſi quis argentum. §. j. C. de dona. & Fran. Arer. conſil. 55. & omnino Io. An. in Spec. de loc. §. nunc aliqua. uer. 137. & latè Lud. & Alex. in l. interdum. §. qui ex naufragio. ff. de acqui. poſſ. Et iſta ſufficiant pro nunc circa materiam penſionum, reliqua dicentur aliàs.
8 Exprimere, quod ineſt, Non † inducit ſimoniā in ſpiritualibus. Gl. 2. hic, & alleg. Ab. aliam ſimilem in c. ſignificaſti. in gl. 2. de elect. & gl. 2. in c. olim. lo j. de teſt. ſpo. Ad idem allegat Imol. ant. in c. ſignificatum. & gloſ. j. in c. relatum. de præb. & quod dictum fuit ſ. tit. prox. cùm M. & glo. & Arch. 8. q. 3. in ſumma: & idem gloſ. mag. in c. contra morem. c. diſt. ſecundum Domi. hic, licet in lib. meo non ſit gl. de hoc in d. c. contra. ſed bene tangit gl. de hoc in c. ſynodo. ea. diſt. Ad idem glo. in d. c. cum M. in uer. præciperent. quam ponderat ibi But. allegans ad idem gloſ. prædictas, & gl. j. in c. paſtoralis. 7. q. j. quæ non multum facit ad hoc. Et hoc ideo eſt, ſecundum eum, quia propter concurſum iuris quandoque quid uniuerſitur ad naturam alterius, alleg. cap.
9 cæterum. de iud. cum ſimilibus. ¶ Fallit † primò in electione ſepulturæ, quæ ſi fiat ex pacto in loco, ubi aliàs de iure ſepeliri debebat, inducit ſimoniam. Et Domin. hic allegat duas gloſ. ſimul iunctas in c. j. de ſepul. in 6. in uer. apud quos. & in uer. facienda. quòd putat procedere ex eo, quia illud ius ſepulturæ conceſſum à iure non eſt firmum, ſed uariabile, cum ſepultura liberè eligi poſſit ubicunque, c. cum liberū. de ſepul. Et ideo ibi ſecus, ſecundum eum, q. d. quod iſta expreſſio per pactum, facit, quòd iſtud nunc ineſt alio modo, quàm prius ineſſet, & ſic non uidetur deduci illud, quod ineſt de iure communi, ſed plus, in quantum quòd de iure erat uariabile, nunc efficitur non uariabile. Et illas gl. ſequitur latè Domi. in d. c. j. §. 3. licet non ponderet ad hoc propoſitum. Et non uidetur propriè iſta eſſe fallentia ad regulam huius gl. quæ loquitur, ubi deducitur id, quod ineſt de iure communi, eo modo quo ineſt. Sed ibi ſepultura eſt uariabilis, ut eſt dictum, & per pactum eſſet non uariabilis. Ergo non uidetur deductum ius commune eo modo, quo ineſt. Et Facit ad idem ſequens fallentia, quæ etiam poſſet includi
10 ſub ratione iſtius. ¶ Fallit ſecūdò, ubi † deducitur aliquid in pactum alio modo, quàm prius ineſſet: putà ſi ex pacto quis deduceret in obligationem ciuilem id, ad quod eſt obligatus naturaliter tantum, ut patet ex eo, quod no. glo. 2. in fi. in c. conſuluit. de uſur. & ibi Doct. maximè Ana. & Ioan. in c. tuam. ante medium gl. mag. de æta. & qua. & ibi Bu. & beat. Tho. 2. 2. q. 28. art. 2. in reſpon. ſecundi arg. & Hoſt. tandem in ſumma, de uſur. §. quæ pœna. uer. quid ſi ubi. & glo. in cle. j. in uer. onera. & ibi Doct. de uſur. & But. ſ. tit. proxi. c. cum M. uer. an. hanc gl. & Lau. de Rodul. in trac. de uſur. in 5. char. uer. oppono ſecundò. & gl. in c. ſi fœneraueris. 14. q. 3. & ibi Arch. in fi. & Lud. conſil. 500. ad fin. In quibus locis dicitur, quod ſimonia eſt deducere in pactum obligatorium

[a] *Verbi.*] *Adde Franciſ. de Capitibus, in l. 3. §. hæc uerba, quod quiſque iurat. & uide tamen Io. de Imo. in l. ſi quis poſthu. §. ſiuum. de lib. & poſthum. & Bart. in d. §. fi. al. leg. in text. & in l. ex facto. i. prin. ff. de uulg. & pupil. et in l. Titius. de teſt. in fi.*

rium obligationem ad antidora: de qua in l. ſed & ſi lege. §. cōſuluit. ff. de peti. hære. Secus, ubi ſola obligatio naturalis deducitur in pacto eo modo, quo debitor eſt obligatus, quia non uidetur illicitam, ſm Car. & Ana. in d. c. conſuluit.

Nota etiam Ex eadem gl. in fi. iuncto tex. ſecundum Abb. hic, quod ſicut beneficium poteſt permutari cum alio beneficio, ita poteſt ex pacto quis renunciare literis, ut conſequatur aliud beneficium: & poteſt iſta permutatio habere originem etiam à partibus, ſecundum eum, per ca. j. de rer. permut. in 6. & per not. in cap. quæſitum. j. de rer. permut. ¶ Conſidera in oppoſitum dicta Io. An. in d. c. j. ubi latè fir-
11 mat, quod † expectans beneficium non poteſt permutare illud ius expectandi, per illum text. qui dicit ſua beneficia: ſed expectans non poteſt dicere beneficium eſſe ſuum, ca. ſi tibi. de præb. in 6. Et hoc, etiamſi beneficium ſibi debitum uacet, & petita ſit collatio, cùm ſuum non ſit, donec deuentum ſit ad collationem, per c. fi. de cōceſ. præbē. in 6. Et cum iſtis dictis tranſit etiam Domi. in d. c. j. allegando etiā Fede. in trac. De rerum permu. q. 13. & Guil. de Monte Lau. in extrauag. Ioannis XXII. ſedes Apoſtolica. Idem tenet Rota de præbē. 25. in nouis, item ſi legatus. ubi etiam generaliter dicunt, quod ius ad rem permutari non poteſt, allegando Fede. ubi ſ. ¶ Et ſi opponeretur de dicto Hoſt. hic, qui dicit, quod iſte habens literas ad beneficium, poteſt ex pacto renunciare, ut habeat beneficium: quia ſpiritualium poteſt adinuicem fieri permutatio: reſpondet Fede. in d. q. 13. quod licet Hoſt. in reddenda ratione ſic loquatur, non tamen dicit, quod fiat permutatio, ſed hoc ideo dicit, ne excuſet illud pactum, ne ſit ſymoniacum, quia ius, quod competebat iſti ex beneficio literarum, in nullum transfertur, ſed extinguitur per renunciationem, & per hoc aliud ſpirituale conſequitur, licet pactione præcedente poſſet etiam dici, quod imò in iſto text. non probatur, quod talis compoſitio fuerit licita, per id, quod dicetur paulò poſt. ¶ Et cum iſtis concordat etiam Imol. poſt Cardi. in cap. quæſitum. in ult. col. de rer. permu. & Butr. & Abb. in c. cum olim. eodem tit. & Imol. in c. fi. uerſic. quintò dubitatur. eod. titul. In quibus locis etiam inuenies, quòd expectantes authoritate Apoſtolica non poſſunt iura ſua adinuicem permutare. Et per hoc patet, quòd uerba do. Abb. ſuper hac gloſ. de quibus ſ. non debent intellige præcisè, prout iacent, ſed reduci ad ſenſum, de quo per Fed. in d. q. 13. ¶ Sed licet Doc. inſiſtant ſuper ſolutionibus, quas dat hic gloſſ. 2. in fi. tamen Domi. hic approbat ſecundam, tanquam magis amicam literæ, quæ etc. dicit literas taliter uenditas. Vnde præſuppoſuit, quòd inter ipſos interuenit pactio, ut renunciaret, & ille poſſeſſionem reciperet, quòd eſt prohibitum, cùm ex una parte renunciaret iuri ſpirituali, quia litera beneficialis quandoque habetur loco tituli, a ut not. ſ. c. proxi. & ex alia parte recipiat quid temporale. Nec obſtat, ſi dicatur, quòd ſecundum hoc Papa approbat hic ſimoniam, quia negatur, cùm non diſputet, an ſit ſimonia, uel non, ſed tantùm arctat iſtos ad faciendum mentionem illius penſionis. Et ſic tenēdo hāc ſolutionem non probaretur hic, ut dixi illud, quòd colligit do. Abb. Et hāc ſolutionem tenet etiam Bal. hic reprobando Hoſt. & cum uerbis Bal. tranſit ſimpliciter And. Sic. hic prædictis non adductis. ¶ In gl. 2. in fi. Dicit hic Abb. hanc gl. eſſe mirabilem, & nunquam tradendam obliuioni ad hoc, uidelicet quòd:

a *Loco tituli*] a *Ad quod adde do. Soc. conſil. 169. incip. Circa primū conſultationis art. uer. confirmatur iſta opin. in 2. parte, charta 37.*

12 Literas non dant ius Spirituale, licet † concedantur ad beneficia obtinenda, ex quo adhuc non eſt receptus in canonicum, nec collatio beneficij ſibi facta, & ideo dicit, quod talibus renunciatur pro commodo temporali abſque uitio ſimoniæ. Quod aliumum reprehendit hic Butr. Domi. & Ab. quia ſicut pro præſentatione habenda à patrono committi poteſt ſimonia, cum ſit præparatoria ad ſpirituale, c. ueniens. lo j. cum ſi. de teſti. ita pro implemento harum literarum oportè præparantium ius ſpirituale, non eſt licitum turpiter paciſci. Item quia literæ ipſæ ſunt quid ſpirituale ratione contenti, de pac. cum pridem. ſecūdum But. & Domi. Sed non redditur dictum gl. inutile in expugnatione buiuſ allationis, & redditur no. iſta glo. in cognoſcendo, quale ius dicatur habere expectans Apoſtolicus. Ad quod uide etiam ordinariam gloſ. in c. ueniens. in uerbo, iuri. ibi, nec aliquod. de renun. ad quam ſæpe ſit remiſſio, ſecūdum Imol. ibi. colligentem ex ea poſt Butr. quòd contra eccleſiā, uel illos de eccleſia, nō acquiritur ulla obligatio per literas ad beneficia, ſed ſolum ius implorandi executores, ut mandatū Apoſtolicum exequantur, & compleant, prout tenent. Quod tene menti, ſecundum Imol. Et illam gloſſ. uo. etiam Ab. ſ. c. prox. in ulti. col. & j. c. proxi. in fi. Et ſi executor non uoluit exequi, non datur actio contra eum, ſed puniendus eſt Doct. poſt Io. And. in c. j. in princip. de conce. præb. in 6. dicentes idem, quādo ſcribitur ordinario, uel capitulo, præcipiendo ut conferant: quia iſta reſiſtentia punitur & inobedientia dūtaxat, per c. dilectus. 2. de præb. Vbi tamen Papa contulit canonicatum, uel uigore literarum eius eſt quis receptus, tunc præbēda eſt affecta, per c. ſi poſtquam. cum materia, de præben. in 6. c. duobus. de reſcri. eo. li. Ideo uacante præbenda poteſt canonicus agere iure directo, ut præbenda ſibi conferatur. Car. in cle. ſi. poſt princip. de reſcri. Faciunt optimè, quæ dixi in c. cum M. ſuper gl. in uer. receperunt. ſ. eo. tit. proxi. in uerbo, ſub. debent. hic Compoſt. & quæ ſcribit Imol. in d. c. dilectos. antepen. col. & in. Rota de præb. 3. in antiquis, dicens, quod receptus in canonicum habet ex tunc actionem ad præbendam, ſed tamen non habet ius in præbenda, & in proceſſu executoris ſeruabitur, cle. 2. de iudic. Io. An. & But. de æta. & qua. accepimos. Et ibi, quas exceptiones admittet executor. Et quod non ſit opus libello, not. Ab. de elec. dudum. 2. in ſi. poſt Inn. ibi. Sunt enim literæ loco libelli, ut ibi, & No. Maria. in c. j. uer. uiceſimoſextò fallit. de lib. ob. poſt Io. An. ibi allegantem not. in d. c. accepimos. & Spe. de lib. con. §. nunc dicendum. uer. 6. Et ſi præbenda debita recepto, uel ſacto canonico authoritate Papæ, confertur alteri, quam actionem intentabit receptus contra eum, unde Domi. in c. ſi poſtquam, poſt prin. de præb. in 6. & licet executor ad conferendum non poſſit compellere ordinarium, ut conferat, quia non habet egredi formam, c. cui de non. de præb. in 6. poteſt tamen, poſtquam prouidit, compellere, c. negligens. ut recipiat receptione conſiſtente in facto. Domi. poſt Ioan. And. in c. ſi capitulo. de conceſ. præb. in 6. Et ſubdit ibi Domi. ad ſi. quòd non debet dicere executor, Recipio te in canonicum, ſed, Confero tibi canonicatum, uel, Te inueſtio de canonicatu. Et quòd receptus poſſit enim contra præbendam alteri collatam, tanquam ſibi debitam, agendo ut poſſeſſori auferatur, & ſibi cōferatur, uide Domi. poſt Ioan. And. in c. ſi ſoli. ad ſi. de conceſ. præb. in 6. Allegantes Innoc. in c. inter cætera. de præb. Pœnam autem canonicorum illudentium à ſe recepto collata alteri præbenda, ponit Innoc. in c. ſtatuimus. de maiori. & obedi. & ibi dixi opportunè in ſi. Et ad hæc iunge, quæ dixi j. c. proxi. ibi, ultimò tangit Abbas.

13 Omittens dilatoriam Exceptionem † in cauſa principali, non poteſt eam opponere in cauſa appellationis. Ita probat à contrario gl. ſi. hic, ibi ſe ignoraſſe, quam ualde notant hic Io. And. & Domi. & non tradas obliuioni, ſecūdū Abb. hic, quia declarat & extendit l. ita demum. C. de procur. ubi ſolum dicitur, quòd exceptio contra militem procuratorem non pōt opponi in cauſa appellationis, ſi fuit omiſſa in cauſa principali ante litem conteſt. Habes enim per prædicta illud procedere in qualibet dilatoria, quod tenet ibi Bar. & communiter *Doc. Et ſic not. quòd appellatio non reſcindit omnia, ſed ſolum reſtituit appellantem ad eum ſtatum, in quo erat tempore litis conteſtatæ. Vnde non extinguit effectum conteſtationis litis. Addatis Bal. in d. l. ita demum. 2. no. ubi generaliter colligit, quod exceptio omiſſa in cauſa principali, non poteſt opponi in cauſa appellationis. Ex quo ipſe not. poſt Bar. ibi, quòd per appellationem reſcinditur iudicatū, & reponitur quis in eo ſtatu, ut poſſit oīa facere, quæ poſſet poſt lit. conteſt. Ad illum enim ſtatum reducitur, non ad eum, qui erat ante lit. conteſt. Quod not. ſecundum eum. ¶ Limita prædicta quatuor modis. Primò, niſi opponatur in cā appellatiōis una exceptio dilatoria reddens iudicium retro nullum, quia licet non fuerit oppoſita in cā principali, poteſt tamē opponi in cauſa appellationis, ſecundum Bald. in d. l. ita demum. per c. ſi. de appel. in 6. Et iſtud proſequere, ut multùm eleganter tradit Phil. in c. cùm ceſſante. uer. Aduerte tamen & intellige. j. de appel. ubi ſpecificè reducit hoc ad intellectum d. l. ita demum, & glo. hic.

¶ Li-

¶ Limita ſecundò, niſi ſaltem exceptio dilatoria fuerit propoſita in cauſa principali: quia licet etiam per negligentiam non fuerit probata, tamē probari poteſt in cauſa appellationis. Ita probat tex. in c. uenerabilibus. §. ſecut. de ſent. exc. in 6. quem dicit ibi Domi. in nota. bene eſſe notandum. Et intellige, prout ibi dicitur in text. ¶ Limita tertiò, niſi iudex ſtatuiſſet terminum ad proponendas dilatorias, iuxta c. paſtoralis. de excep. quia licet intra illum terminum pars nō oppoſuerit dilatoriam in cauſa principali, tamen poterit poſtea opponere in cauſa appellationis: arg. l. per hanc. C. de temp. app. licet ſecus in termino legali, ut aſt litis conteſtatio, d. l. ita demum. Ita limitat Butr. in d. c. paſtoralis. uerſic. quæro, an poſt lapſum. Sed contrarium tenet ibi domi. Ab. uer. ſi. quia terminus hominis ſuccedit loco termini legalis. Et alleg. per do. Ant. loquuntur in exceptionibus peremptorija. Et iſtam opinionē ſequitur Alex. in d. l. ita demum. In penul. col. quia dato, ꝙ iſte non ſit excluſus rigore termini præfixi à iudice, ſaltem erit excluſus propter litis conteſtationem factam in cauſa principali, per d. l. ita demum. ¶ Limita quartò, niſi exceptio dilatoria fuiſſet omiſſa ignorāter in cauſa principali: quia poteſt opponi in cauſa appellationis, ut probat iſta gl. ibi. Et ſi oſtenderit ſe ignoraſſe, bene auditur, & optimè loquitur, ſm do. Abb. hic, nam ſicut opponi poterat in primo iudicio poſt litem conteſtatam, ex quo fuerat omiſſa per ignorantiam, c. paſtoralis. de exce. no. glo. in §. exceptio. 3. q. 6. ita & in cauſa appellationis, quia, ut eſt dictum ſ. regulariter quicquid poterat opponi in primo iudicio poſt litem conteſt. poteſt opponi in cauſa appellationis, u. l. per hanc. C. de temp. appel. Et intelligit hanc gl. Imol. hic, ſi fuit omiſſa in cauſa principali ex errore facti, ut no. per gloſ. in l. error. C. de iur. & fact. ignor. Secus uidetur, ſi ex errore iuris,[a] per l. non fatetur. ff. de confeſ. ſm eum. ¶ Item intellige hanc limitationem, niſi poſſet imputari culpa ignoranti, quia ante lit. conteſt. non indagauerit, an ſibi competeret exceptio, ut per Ab. in c. paſtoralis uer. ſed adde. de except. Et hoc modo poſſunt adaptari opiniones, quæ uidentur eſſe contra hanc limitationem, ſm Alex, eas opportunè extendentem in d. l. ita demum. in j. col. ubi uide. Et inuenies, an poſt litem conteſt. poſſit opponi exceptio omiſſa priùs per ignorantiam facti. Et dicit hic Domi. iſtam gl. eſſe bene notandā, ꝙ ſuper ignorantia iſtius exceptionis ſtabitur iuramento. Conſidera etiam, quòd multis caſibus poteſt opponi exceptio dilatoria poſt lit. conteſt. quos tetigi in ca. exceptionem. de excep. Et crederem, ꝙ in illis poſſet etiam opponi in cauſa appellationis, per rationem Bar. in d. l. ita demū. & Ab. hic, dum dicunt, ꝙ appellatio reducit ad tempus litis conteſta.

> a *Secus uidetur, ſi ex errore iuris*] Adde quod do. Abb. in c. paſtoralis. de excep. tenet idem, dum quærit, nunquid indiſtinctè admittatur exceptio poſt terminum, ſi eam ſibi competere pars ignorauit in termino, & ibi dicit ex mente gloſ. ibi, quod text. ille intelligitur in exceptionibus facti omiſſis, & non iuris, puta ſciebam iudicem conſanguineum partis aduerſæ, ſed ignorabam eum ob hoc poſſe recuſari, tunc mihi imputabitur, & ſic in cauſa appellationis non potero opponere. Adde Paul. de Caſt. in conſil. 24. & conſ. 74. & Bartol. in l. ibi, que. de appel.

14 Omiſſum in principali cauſa † ſciēter, non poteſt opponi in cauſa appellationis. Ita probat eadam gloſ. hic à contrario ibi, ſe ignoraſſe. Et ſic limitabuntur not. d. l. per hanc. Et ita per iſtam gloſ. colligit hic do. Ant. & Domi. allegantes ad idem gl. ſi. poſt prin. ibi, in. dixit. in c. inter monaſterium. de re iud. Idem tenet do. Abb. poſt Hoſt. Io. An. & But. in c. exceptionē. in 3. notabili, de excep. & Fed. conſil. 287. in ca. Petrus rector eccleſiæ. ad ſi. ibi, ſoluēdo incipiamus. & do. Abb. in c. j. de exce. & Lud. Ro. in l. admonendi. uer. 3. addendū. ff. de iureiur. & facit gl. ſi. in c. paſtoralis. de exce. & inducit à ſpeciali tex. i c. exceptionē. de exce. q̃a ſi eſt ibi ſpeciale in exceptione excōmunicationis, etiā ſciēter & doloſè omiſſa in cā principali, ergo ſecus in alijs. ¶ Contrarium tenet Io. de Imol. hic, & in repe. c. Quintauallis. uerſ. circa ſextū. de iureiur. quia regula d. l. per hanc. loquitur ſimpliciter, & quantum ad hoc, nō reperitur per alia iura declarata. Poterit tamen talis condēnari in expēſis factis per alteram partem ex tarditate iſtius in opponendo, iuxta c. exceptionem. de excep. ſm eum. Idem tenet Imo. In d. c. inter monaſterium. conſiderans, ꝙ gloſſ. ibi recedit ab illa opinione Ioannis. Et reſpondet ad c. exceptionem. de excep. quod loquitur in dilatoria exceptione, quæ poſt litem conteſtatam regulariter opponi non poteſt, modò ſpecialiter inducitur ibi fallentia in exceptione excommunicationis, quæ poteſt etiam poſtea opponi, condēnabitur tamē in expenſis opponēs, ſi doloſè omiſit, ſed nos loquimur in peremptoria exceptione, quæ de ſui natura poteſt opponi, quandocunque ante ſententiam ante concluſionem in cauſa, & etiam poſt ſententiam in cauſa appellationis, & ideo etiamſi doloſè omiſit opponere in cauſa principali, uidetur, ꝙ nihilo minùs poſſit opponere in cauſa appellationis, & fortè condemnari debet in expenſis, per id, quod habetur in d. c. exceptionem. licet poſſit dici, ꝙ ibi reddebat iudicium retro nullum, meritò fit condemnatio expenſarum, ſed hic ſecus, ideo fortè aliud in hoc caſu, ſm eum. Sed do. Ab. in d. c. inter monaſterium. uer. ſed nota tu. approbat glo. hic, & prædicta inducēdo, ut dixi à ſpeciali, d. c. exceptionē. Et pro hoc facit, ſm eum, quia non debet audiri reus, qui diſtulit exceptionem proponere cauſa fatigandi aduerſarium. Facit c. præſenti. §. loco. de præben. in 6. cum ibi notatis, & quia priuilegium meretur amittere, & c. 11. q. 4. priuilegiū. Vnde abutens beneficio d. l. per hāc. eſt dignus ipſum amittere. Omnia enim debent ſuis temporibus conuenire. 23. q. 4. ſi eccleſia. Item appellatio fuit inuenta, ut eſſet præſidium innocentiæ, & grauaminis releuatio, non autem, ut defenderet appellantem in ſua malitia, c. ſuggeſtum. & c. ad noſtram. de ap. Et hoc tene ſemper menti, ſecundum eum.

Placvit mihi Nihilo minùs ſemper magis opinio Io. de Imol. in dictis locis contra gl. hic, nam rōnes do. Ab. & aliorum ſunt perſuaſiuæ, & eis ſtatim reſpondebitur, ſed rō Ioan. de Imol. uidetur demonſtratiua, quia regula d. l. per hanc. non reperitur limitata, ut non habeat locum in exceptione ſcienter & doloſè omiſſa. Nec obſtat d. c. exceptionē, quia, ut dicit Imol. bene ponit ſpeciale hoc in excommunicatione contra naturam aliarum dilatoriarum, cum poſſit opponi poſt lit. conteſt. Sed ꝙ poſſit opponi etiam ab illo, qui ex malitia tardauit eam opponere, hoc non uidetur ſpeciale. Patet, quia cōdemnabitur in expenſis aduerſario, quia intereſt ipſius aduerſarij exceptionem fuiſſe tardatā. Vnde cum iſta malitioſa tarditas ſit ibi adeò punita, ꝙ non nocet aduerſario, non uidetur in ea eſſe conceſſum aliquid ſpeciale. Eſſet enim ſpeciale beneficium, ſi impunè liceret uti iſta tarditate. Sed ea non conceditur principale, ſcilicet ꝙ non obſtante litis cōteſtatione poſſit opponi excommunicatio, ipſum acceſſorium ſequitur de iure communi, ſcilicet ꝙ ſublato impedimento litis conteſtationis, poſſit in omni parte litis opponi excōmunicatio, etiam tardando per malitiā. Vnde ita in propoſito, ex quo appellatio reponit appellantē ad illum ſtatum, in quo erat tempore cōteſtatæ litis in principali, d. l. ita demum. & ibi Bar. uidetur in conſequentiam, ꝙ poſſit opponere oīa in cā appellationis, quæ poterat opponere in principali, poſtq̃ reductus eſt ad eundem ſtatum, in quo erat ante ſententiā. Præterea nemo negabit, ꝙ pendēte cā principali, ſi quis differret per malitiam procedere exceptionem peremptoriam fatigādo priùs actorem in iudicio, nihilo minùs ante concluſionē in cā licitū eſt producere ipſam exceptionē quandocunq;, per regulam c. cum dilectus. de ſi. inſtru. cum ſi. Tamen rationes do. Abb. quæ conſiderant per dolum retardatum eſſe uſq; ad inſtantiā appellationis, non habent locum iſto caſu, quia non reperit iura cautum hoc. Ergo pariformiter non haberent locum in cā appellationis, in qua nō reperitur iure cautum. ¶ Et ſi diceretur, ille, qui tardat in cā principali, utitur iure ſuo, cum habeat tempus à lege determinatum, quo pōt uti tarditate, prout ſibi uidetur, ergo nemini facit iniuriam, c. eccleſia. de elect. reſpōderetur, ꝙ eadē ratio habet locū in cā appellationis, quæ eſt data cū tēpus a lege pponendi non propoſita in cā principali. Ergo deducens ſe ad illud tempus utitur iure ſuo. ¶ Præterea finge, ꝙ ſit omiſſa per malitiā exceptio peremptoria, in qua conſiſtat uictoria cauſæ, certe, ſi non poſſet opponi in cauſa appellationis, ſequeretur, ꝙ iſta tarditas haberet pro pœna amiſſionem totius cauſę, ꝙ uidetur abſurdum, quia pœna malitiæ excederet malitiam, cōtra c. non afferamus. 24. q. j. nam trahere reum malitioſè pro una & eadem cauſa coram diuerſis iudicibus, uidetur habere in ſe maiorem iniquita-

tem, quàm tardare exceptionem, ut eſt dictum: & tamen ille actus non inducit amiſſionem cauſæ, ut dixi poſt Innoc. & alios ſ.e. ex tenore. niſi in caſu l.j. C. de aſſe. tollen. ut latius per eos. ¶ Ad omnes rationes do. Abb. uidetur ſufficere unica reſponſio, uidelicet quod malitia iſtius tarditatis non uidetur afferre notabilem releuationem, uel commodum tardanti, ex quo condemnandus eſt in expenſis, in quibus eo amplius fatigauit aduerſarium ex dilatione huius temporis. Et quamuis Imol. in d.c. inter monaſterium. non audeat firmare, quòd iſte condemnetur in expenſis, quia c. exceptionem. loquitur in exceptione, quæ reddit iudicium retro nullum, tamen prout ipſe dixit hic, & in d.c. Quintanallis. puto, quod iſte tardans debeat condemnari in expenſis: non dico in omnibus expenſis in lite factis. Si enim ipſe uinceret, non condemnaretur in alijs expenſis ipſi uicto: ſed inſpicietur, quantum expoſuerit aduerſarius, quod non expoſuiſſet, ſi uidiſſet hanc exceptionem propoſitam: & in hoc condemnabitur iſte tardans, ſiue exceptio tardè propoſita reddat iudicium retro nullum, ſiue non, per id, quod notanter uoluit Bal. in d.c. exceptionem. in princip. dicens generaliter per illum text. quòd qui uſque ad fi. litis differret producere inſtrumenta, non auditur, niſi refectis expenſis. Quod dicit eſſe ualde notandum.

Cogitabam etiam poſſe attentari, quod eo ipſo, quod aduerſarius prætendit ſe fatigatum in uanum ex tarditate & malitia iſtius, qui diſtulit proponere exceptiones, poſſit ipſe fatigatus inſtare, ut de expenſis, quas non feciſſet, ſi exceptio fuiſſet antea producta, ſatisfiat ſibi ex nunc non expectata diffinitiua ſententia: & ſuper iſtis tenebitur nunc iudex interloqui. ¶ Mouent me ſex notabilia dicta nõ conſueta per alios accumulari. Primò id, quod no. Bal. in l. generaliter. §. his de præſentibus. C. de rebus cre. ubi dicit, quòd ſi quis uincit in uno articulo, debent ei ſtatim refici expenſæ non expectata diffinitiua ſententia. Et ita dicit ſentire gloſſ. ibi. ¶ Secundò per id, quod no. Spec. in tit. de lib. conſul. §. nunc oſtendamus. uer. ſed & ſi. & in tit. de expen. §. ſi ante. uer. 30. ubi dicit, quod qui obtinuit ſuper exceptione oppoſita contra generalitatem libelli, poteſt petere expenſas factas. ¶ Tertiò per id, quod no. Bar. in l. tuta. C. de omni agro deſer. lib. 11. ubi dicit, quod non admittitur correptio erroneæ confeſſionis, niſi prius refectis expenſis. ¶ Quartò per id, quod not. Inn. in c. cùm ceſſante. in fi. de appel. ubi dicit, quod ſi appellans ab interlocutoria, fecit aliquas expenſas, non poteſt iudex interlocutoriam, à qua eſt appellatum, reuocare, niſi reficeret expenſas: quia eis non reſtitutis non plenè reuocat grauamen. Allegat l. ſi pecuniam. ff. de condit. ob cau. ¶ Quintò per id, quod no. Bal. in l. edita. in rep. Pad. in ult. char. uer. poſtremò de refectione expenſarum. C. de eden. ubi dixit, quod

15 † mutans libellũ tenetur ad expenſas factas ex primo libello: ſecus, ubi alteratio libelli non inducit a mutationem, [a] ut ibi pulchrè per eum. ¶ Sextò & ultimò per id, quod no. Rot. de ap. 64. in fin. in antiquis, quæ dicit, quod poteſt appellans dicere delegato ſuper grauamine & toto negotio. Procedatis prius in grauamine, etiam inuito appellante, quia habita ſuper hoc uictoria conſequeretur expenſas ex eo factas, c. cum appellationibus. de appel. in 6. Et not. quod iſta refectio expenſarum habet locum non ſolum, quãdo aduerſarius uiſa exceptione cedit: ſed etiam, ſi adhuc litigat, quia bis expendit, quod ſemel expendiſſet. Et ideo, quia ſuperuacuè eſt grauatus, neceſſe eſt, ut ei damna reficiantur. Ita dicit Bald. contra Bart. in d.l. edita. ſitu præallegato. Quod dictũ intelligerem, dum modo appareat, quod expenſæ præcedentes emanauerint propter dictam tarditatem, ſed ſecus, ſi inſpecta continuatione expenſarum apparet, quod omnino eas facturus fuiſſet, quia tunc ceſſat ratio Bal. & ſicut dicebat Bar. non intereſt aduerſarij, quod fiat à me iſta noua productio.

a *Alteratio libelli non inducit mutationem*] *Adde tu, quod quando alteratur libellus, ubi alteratio permittitur, actor debet condemnari in expenſis, et hoc ita demum uerum eſt, ſi ex ipſa alteratione reus patiatur damnũ. Ita ſenſit gloſ. in c. 1. de li. ob. & domi. Abb. ibi. in uerſi. uenit nunc. & ſic contra iſtud, quod dicitur hic per Felin.*

Limitaratur Tamen iſta gloſ. ſi uera eſſet, duobus modis. Primo, niſi quis omiſiſſet proponere exceptionem in cauſa principali, non ea malitia, ſed ex quadam negligentia, uel ſimplicitate, quia tunc, etiamſi ullius eſſet uera opinio huius gl. & ſequacium, tamen iſto caſu non procederet. Ita dicit Fede. in d. conſi. 186. Petrus rector eccleſiæ. dicens, quod inter hæc duo, ſcilicet negligentiam & ſimplicitatem ex parte una, & dolum & fraudem ex parte altera, longa eſt differentia. Allegat c. ſuper literis. ſ. eod. & ſequitur Im. poſt Bu. in d.c. Quintanallis. Sed obſtat huic limitationi talis ratio, nam cõcluſio in cauſa eſt terminus iuris, poſt quem non admittũtur probationes, c. cùm dilectus. de fid. inſtru. Sed ubicunque agitur de excludendo aliquem intra certum terminum, ſufficit, quod ſit negligens, ſiue per dolum, ſiue quomodocunq;, ut ſtatim probabitur. Ergo ſi dolus excludit iſtum poſt illum terminum, debet etiam eum excludere negligẽtia. Conſequentia tenet, ſi minor eſt uera, ſicut maior. Minor autem patet ex dicto Bart. in l. pe. ff. de adul. ubi dicit, quod imputatur negligentia ei, qui interfecit non ritè bannitum: quia debuit perquirere, an eſſet ritè bannitus. De quo per Bal. in l. ex morte. C. ad l. Aqui. cum concor. de quib. per Ang. Are. & mod. in li. Maleſi. fol. 183. Similiter dicunt Bart. Ang. Salic. & Paul. de Caſt. in l. ſi ideo. C. de his, quib. ut indig. quod obligati ſub pœna ad denunciandum maleficia, non excuſantur, ſi fuerint negligentes, etiam ſine dolo. Et no. Bal. in l. j. uer. ut concludamus. C. ad Mace. & facit c. paſtoralis. de excep. & c. plerunque. ſ. eod. & cle. j. in fi. de conceſ. præb. & c. potuit. cum ſi. de loca. & totus titulus de ſup. neg. præla. cum alijs iuribus punientibus negligentiã. ¶ Si reſponderes, quod iſta, & his ſimilia procedunt, quando agitur de termino excluſiuo operante excluſionem, ſed hæc concluſio in caſu & ſententia, qui ſunt termini excluſiui, non poſſunt operari excluſionem, inſpecto præſenti ſtatu, quia ſunt in ſuſpenſo per appellationem, l. j. ff. ad Turp. replicaret, quod ſm iſtam reſponſionem eodem modo non deberent iſta excludere eum, qui dolo omiſit, poſtquam non habent operari excluſionem, cuius contrarium uult iſta gloſ. & ſequaces. Et ideo attentis prædictis iſta limitatio reddit dubia, quia ſi opinio huius glo. eſt uera, iſta limitatio eſt falſa, nam ſiue per negligentiam, ſiue per dolum omiſerit exceptionem, nõ audietur ſuper ea in cauſa appellationis. Et eodem modo ſi gl. eſt falſa, ut ſ. fuit concluſum poſt Inn. ut poſſet quis producere exceptionem dolo prius omiſſam, fortius poterit opponere exceptionem negligenter omiſſam: & ſic utroque caſu iſta limitatio non procederet. ¶ Secũdo

17 † limitaretur iſta gl. ſi eſſet uera, niſi fortè fuiſſet prælatus, qui omiſiſſet probationes in cauſa principali: quia tunc eas poterit producere in cauſa appellationis, etiamſi in priori inſtantia eas omiſiſſet per dolum: quia delictum eius non præiudicat eccleſiæ, [b] ut in regula, delictum. lib. 6. cum concor. Ita no. Fed. in d. conſi. & ſequuntur Butr. & Imol. in d. c. Quintanallis. Et ex hoc nota, quod delictum prælati in iudicialibus non nocet eccleſiæ. Ad quod uide gl. in c. cum uenerabilis. in uerbo, licet autem. de excep. & ibi aliquid per Ab. ¶ Conſidera duo. Primò, quod iſte prælatus tenebit ad expenſas, in quibus per dolum fatigauit aduerſarium: quia iſta eſt culpa perſonalis, & pœna reſpiciens expenſas, non concernens præiudicium eccleſiæ. ¶ Secundò conſidera, quòd imò fortè non eſt differẽtia inter prælatum & alium in hac materia, attento quod delictum prælati in iudicialibus omittendo legitimas exceptiones nocet eccleſiæ, ſed datur reſtitutio in integrum, ut per dò. Abb. in c. j. ad fi. uer. in iudicio uero. de do. & contum. ubi ſic temperat gloſ. in regula, delictum. lib. 6. & in d.c. cùm uenerabilis. Et ut ſ. dictum eſt, iſtæ duæ limitationes non procedunt tenendo contra iſtam gloſſ. ut ſ. tenui: quia ſiue doloſè, ſiue negligenter quis omiſerit exceptionem in principali, ſiue ſit prælatus, ſiue alius, poteſt in cauſa appellationis proponere exceptionem omiſſam in principali, omiſſo & purgato intereſſe aduerſarij, ut ſ. eſt dictum. Et hæc no. quia iſtum quotidianum paſſum non uidi ab alio ita declaratum. Nec iſta cõſiderauit hic An. Siculus mentionẽ facio: quia rarò aliquid addit ultra prolixam recitationẽ aliorum Scribẽtium, neq; de uſurpatione dicto ſũ iuocũ, aut cuiusq̃ pócme q̃ſpiam notare, cũ ei attribuãtur,

b *Eccleſiæ*] *Vide no. in l. iubemus. C. de ſacr. ſanc. eccl. & Bal. in prælud. feud. ult. col. & in c. 1. qualiter do. proprie. & uide Car. in cle. 2. §. j. poſt gl. de here. & in cle. 1. §. cæterum. de priuil. & adde Bal. in l. memineris. C. unde ui.*

tur, quæ ſua ſunt, quandò aliquid boni adducit. Et de hou magis credas experientiæ & oculatæ fidei, quàm morſibus inuidorum æmulorum, eis me tandem reſpondere, qui cogent in fine præfatis opuſculi. ¶ In ea. gl. in fi. Cõmunis opinio Doc. hic, & in pluribus locis, de quibus. j. eo. eſt, q literæ ad lites non uitientur ipſo iure per ſurreptionem, ſed oportet, q ope exceptionis uitientur. In literis autem beneficialibus ſecus eſt: quia ſunt ipſo iure nullæ abſque alia exceptione. Et ex his faciamus duas regulas ampliando & limitando opportunè eas inſertis pluribus dictis ub alijs nõ reductis, licet do. Ab. hic non ponat, niſi de ſecunda regula, ſcilicet in beneficialibus, & de prima dicat ſe poſuiſſe in c. cæterum. ſ. eo. ubi dixit quadã breuiter. Et cum dictis Doc. tranſit hic And. Sic. recitata ad literam tota iſta gl. & omnibus commentis Doct. hic da uerbo ad uarbum, inſertis quibuſdam ſuis motiuis, de quibus fiet mentio j. quatenus aliquid importabunt. Et no. q hic non tractatur de alijs uitijs literarum, ſed ſolùm de uitio ſurreptionis. Vnde de alijs uitijs dic, ut traditur in locis ſuis, ut putà da uitio. Latinitatis dic, ut ſ. eo. ad audientiam. De uitio generalitatis dic, q uitiat ipſo iure, ſ. eo. ad hæc. Idem, ſi impetrans caruit mandato, ſ. eod. c. nonnulli. Et ibi da effectu diſtantiæ loci. Et de multis alijs, quæ obijciuntur contra reſcripta, & plerunque reddunt ea nulla, uide Spec. de reſcri. præſenta. in c. per totum. Eſt ergo in principio propoſiti facienda prima regula in hunc modum.

17 Literas ad lites Surreptitiæ † non ſunt nullæ ipſo iure, ſed ope exceptionis, & probatur in c. ſi autem. & in c. plerunque. ſ. eo. ubi ſecundum reſcriptum impetratum per ſurreptionem, id eſt, per taciturnitatem primi, non eſt nullum. Patet, quia ſi eſſet nullum, non conualeſceret data negligentia primi impetratoris. Et iſta inductio approbatur ab omnibus in d. c. cæterum. ut ibi dixi examinando de iuribus ſecundi reſcripti non facientis mentionem de primo. Et iſtam regulam præſupponunt etiam pro uera omnes allegandi in ſequentibus fallentijs, & late eam firmat Aegi. Bel. deciſ. Rotæ 84. incip. executoria. in princip. & Rota de offi. deleg. 13. in nouis, Item ſi cauſa. & Butr. in c. præterea. per. quatrus caſus. de dilat. Et pulchrè Nic. Myl. in repertorio in uerbo, reſcriptum. §. 34. incip. reſcriptum ad lites. & Rota de appel. 62. ſi aliquis iudex. in antiquis, & Imol. in capitulo, cum noſtris. uerſi. aduerte tamen. de conceſ. præb. & ampliſſimè Hoſtié. in ſumma huius titul. §. quæ poſſunt obijci. 14. col. uerſi. ſed nunquid proceſſus authoritate illarum. cum pluribus col. ibi ſeq. ubi ponit de ualiditate proceſſus facti per literas ſurreptitias. ¶ Ampliatur iſta regula, etiamſi literæ concernerent beneficij priuationem, quia nihilo minùs, quo ad hoc, regulantur, ut literæ ad lites, non ut literæ beneficiales, ſecundum do. Ab. in c. ea parte Adæ. per. tertiò no. de teſtibus. Et ad hoc pondera glo. j. ibi, dum dicit, quia hanc exceptionem omiſit, ualuerunt literæ, & cõiuncto tex. ibi. Et idem tenet do. Ab. hic ante fi. dum dicit, quòd ſi deputaretur iudex principaliter ſuper contentione beneficiali, ualeret proceſſus ſuper executione literarum beneficialium, licet eſſent ſurreptitiæ, ſi non fuit oppoſitum. Secus dicas in proceſſu facto per executorem cum cauſæ cognitione literarum beneficialium, quia ſi ſunt ſurreptitiæ, proceſſus eſt nullus, ut hic per Ab. & dicetur j. in prima fallentia ſequenos regulæ, & ibi dicenda faciunt pro hac am-

18 pliatione. ¶ Fallit † primò prædicta regula in literis obreptitijs, id eſt, non per falſi expreſſionem, uel ueri ſuppreſſionem obtentis, ſed per inuolucrum uerborum, putà, ironicè, uel callidè loquendo, adeò q literæ effugiant deliberatam conſcientiam principis, quia tales literæ etiam ad lites ſunt ipſo iure nullæ, ſecundum Inn. ſ. eo. cum dilecta. & ſequentes aliqui, quos ibi allegaui. Et not. Aegi. Bel. d. deci. 84. dicens, q literæ impetratæ contra conſcientiam Papæ & ſuorum officialium, ſunt ipſo iure nullæ. Et idem tenet Nicol. Myl. in uerbo, reſcriptum. §. 34. incip. reſcriptum ad lites. Sed quia Imol. in d. c. cum dilecta. & hic, tenet contra iſtam fallentiam, ideo non eſt ſequenda, ut latius dixi ibi. ¶ Fallit ſecundò, niſi in eodem reſcripto fiat gratia, & acceſſorie detur iuriſdictio ad executionem gratiæ. Nam tunc, ſicut ipſo iure gratia annullatur propter ſurreptionem, ita & iudicis datio, ſecundum do. Ab. in d. c. cæterũ. per tex. optim. in c. ſi ſuper gratia. de offi. deleg. in 6. Per quem infert, q ſi Papa cõtulit Titio eccleſiam ſancti Laurentij, & pro executione gratiæ deputauit Sempronium executorem, ſi ſurreptio interuenit, gratia eſt nulla ipſo facto, & per conſequens executoris datio, cum ueniat acceſſoriè ad gratiam. Quid autẽ, ſi executor detur ſeparatim à gratia, dicetur j. in 3. ampliatione ſequentis regulæ poſt Ab. hic concludẽtem idem eſſe in ao. Et pro hac fallentia uide etiam tex. ſ. eo. conſtitutus. quem pondera ibi Ab. in ulti. not. dicens etiam ſic poſſe intelligi, quod no. Ioan. An. in c. j. de lite conteſta. in 6. ¶ Ad idem uide Lud. Roma. conſil. 330. Omnipotentis, &c. circa princip. ubi probat, q quando datio iuriſdictionis delegatæ unitur cum conceſſione gratiæ, tunc reſcriptum ſortitur naturam gratiæ, & non literarum cõtentioſarum. Allegat tex. ſecundum intellectum Inn. in d. c. conſtitutus. Ad idem inducit c. cum dilecta. ſ eo. & c. ex literis. de offic. deleg. ut latius per eum. Adde etiam Oldr. conſil. 81. incip. Quòd proceſſus factus. ubi uult. q ſurreptio commiſſa in impetratione gratiæ reddit ipſo iure nullum proceſſum executorum. ¶ Fallit tertio in caſu c. j. de reſcrip. in 6. ubi ſunt nullæ literæ ad lites ipſo iure, ſi impetrantur ab excommunicato. Quem tex. limita, & declara multipliciter, ut ibi per Domi. poſt alios, & aliqua addidi in c. ſi. de excep. & in c. dilectus.

19 lo. j. ſ. eo. ¶ Fallit quartò, quando † literæ eſſent datæ à non habente poteſtatem, ſecundum But. Imol. & Domi. hic, per c. ſua. cum glo. ſi. de offic. uica. quia habent uitium ex cauſa funditus annullante, & facit limitatio præcedens. Et idem tenet Bu. in c. cæterum. uer. hæc uera ſunt. ſ. eo. & ibi Dom. Et idem dicit Domi. poſt Io. Mona. & Io. An. in c. 2. ad fi. de fil. presbyt. in 6. allegando d. c. ſua. & c. graue. de offic. ordi. Et uide But. in d. c. ſua. ubi dicit per illum tex. q licet literæ ſint obtentæ ſuper iuſtitia, tamen ſi extendantur ultra limites poteſtatis concedentis eas, ſunt nullæ, quia defectus ſurgit ex cauſa anoullante. Et cum iſtis uerbis uidetur ibi tranſire Domi. ¶ Fallit quintò, quando reſcriptum delegatorium non ſolum præparat cãm, ſed etiam eam terminat, qa tunc ratione ſurreptionis uitiatur ipſo iure, ſcdm Bald. in l. 2. C. de colluſ. detc. per illum tex. & ſequitur Lud. Ro. d. conſil. 330. ¶ Conſidera bene, q ſi commiſſio, quæ ſit in reſcripto, continet idem, q ius cõe, tunc eſt magnum dubium, an uideatur operari nouam formam. Et de hoc dictum fuit ſ. eod. c. cum dilecta. Et ſi continet formam, tũc planum eſt, q proceſſus contra eam eſſet nullus, ut ibi dixi. Si autem non inducit nouam formam, tũc non uidetur, q hoc dictum Bal. poſſit adaptari per uiam fallentiæ ad regulam noſtram, imò fortè non procedit, quia licet reſcriptum dicat, quomodo iuta debeat cã terminari, tamen non obſtat, quin ſit reſcriptum ad lites. Patet, quia & alia reſcripta ad lites dicunt plerunque, ut fiat iuſtitia, uel quod iuris eſt, & ſimilia uerba, quæ etiam importans, quomodo cauſa debeat terminari, & ſurreptio non inficit ea ipſo iure. Vnde ſi proceſſus factus uigore reſcripti terminantis cauſam, non habet alium defectum, niſi quod reſcriptum eſt ſurreptitium, non uidetur, q ſit nullus. Nec obſtare uidetur d. l. 2. quia non ſunt ibi aliqua uerba denotantia, q illud reſcriptum eſſet ipſo iure nullum, & licet dicatur reſcriptum non ualere, tamen propter uerbum Proponas, de quo ibi, uidetur præceſſiſſe exceptio filij opponentis de falſa ſuggeſtione contra illum ſeruum. Vel poſſet reſpondere, poſito, quòd ibi reſcriptum eſſet nullum, q non fuit reſcriptum delegans cauſam, ſed fuit deciſio per literas principis committentis executionem rei cõceſſæ, non cognitionem: & ſic erat, potiùs quædam declaratio principis determinans cauſam, quo caſu ſurreptio bene uitiat talia, ut dicetur in ſequenti regula. Et ita tenera uidetur loqui Bal. Et ita procedat iſta fal. hoc modo intellecta, Sed tamen non eſſat propriè fallentia, inſpecta regula, quæ loquitur de reſcripto committẽte cauſæ cognitionẽ.

20 ¶ Fallit † ſextò, ubi [a] per ſurreptionẽ eſt obtentũ aliqd, q non ſolet cõcedi, niſi ex certa ſciẽ Papæ. qa ex quo non interuanit illa certa ſciẽ, literæ ſunt nullæ. Ita uidet poſſe firmari ex uerbis Rotæ de reſcr. deciſ. 42. in antiquis, & ep. ti. 13. I annquiore. in fi. ubi dicitur, q ſi cauſa eſt deuoluta ad curiã, iuxta c. oblatæ. de app. & c. cordi. eo. ti. in 6. non ualet impetratio a parte tacente de deuolutione. Et aſſignant

a *Vbi*] *Adde tu, q hoc uerum eſt, niſi appareat per uerba reſcripti de certa ſcientia Papæ, quod præſumitur, etiamſi expreſſe non dicatur. Ita Io. An. in c. nõ nulli. ſupra eod.* & *ibi*

& ibi do. Abb. in gl. in uer. mentia nē. Et ſic limitatur gl. ī cle. 2. eo. ſimil. quæ dicit, ꝙ princeps facit ex certa ſciētia, quādo in reſcripto illud expreſſe dicit. Sufficit ergo, ut appareat, etiamſi expreſſe non dicatur. Adde, quod iſtud habet locū, nō ſolum in certa ſciētia, ſed etiam in motu proprio, quia ſi apparet, ꝙ princeps fecerit aliquid motu proprio, etiamſi non examinatur, præſumitur motus proprius. Ratio eſt, quia tantum ualet, ꝙ princeps dicat, Ex certa ſcientia, quantū ſi diceret, Motu proprio, quia iſta duo, motus proprius, & certa ſcientia, æquiparantur, ut per Scribētes in c. ad hoc. ſupra. eo. tit.

hanc rationem, quia ex quo cauſa eſt deuoluta ad curiam, ut ſit ibi tractāda, non poteſt extrahi, niſi ſit ibi certa ſcientia Papæ. Et allegant c. prouida de elect. in 6. Et ideo inſpecta iſta ratione, reſultat generaliter iſta fal. Et ꝙ hoc ſit de mente Rotæ, patet, quia prius adduxerant iura, quæ dicunt ualere factum per literas ſurreptitias. Quibus non obſtantibus, dicūt in propoſito fuiſſe deciſum contrarium, ratione prædicta. ¶ Conſidera duos caſus. Aliquando certa ſcientia requiritur in derogando iuri communi, uel ſtylo curiæ, & tunc procedere uidetur dicta deciſio, quia ſi in reſcripto non ſunt expreſſa ea, per quæ princeps poſſit dici informatus, quòd materia ſit talis, reſcriptum nō ualebit, ut in exemplo prædicto, quia licet princeps ſciat iura communia, tamen ſi non exponit ei factum, adeò ꝙ ex facto cognoſcatur ius commune, ipſe errare poteſt, & generaliter reſcriptum derogans iuri communi, non ualet, ut latè fuit deductum, ſ. eo. nonnulli. in ſecunda regula. Et pro prædictis facit optimè, ꝙ not. Aegi. Bel. deciſ. Rotæ 56. inci. Exceptio. ubi dicit, ꝙ ſi Papa committit auditori cauſam pendentem in partib. coram dño temporali, non facta mentione de dicta pendentia, commiſſio eſt nulla, quia hoc eſſet contra ius, in quo requiritur certa ſcientia Papæ, & plenitudo poteſtatis, cū non eſt uerisimile, ꝙ Papa uoluiſſet concedere ſuo uicecancellario, argu. not. per Inn. c. innotuit. in fi. de elec. ¶ Aliquādo certa ſcientia requiritur in derogando iuri priuatorum, quia princeps per reſcriptum non tollit ius tertij, niſi ex certa ſcientia, ut dixi in c. earum. ſ. tit. proxi. Et tunc ſi pars non opponit de ſurreptione talis reſcripti, uidetur, quòd ualeat, ſicut etiam ſententia, quæ eſt in præiudicium tertij, ualet, ſi non appellatur, c. quo ad conſultationem. cum ſi. de iudic. Vnde in iſto caſu non credo procedere hanc fallentiam. Si enim omnis ſurreptio, per quam inducitur præiudicium partis haberet locum, non ſtaret regula ſ. poſita. Tamen

51 cogitabis. ¶ Fallit † ſeptimo, ubi literæ [a] ſunt falſæ, quia illæ non ſunt literæ tenera, ſicut falſus procurator non eſt procurator, nec dant aliquam iuriſdictionem, imo ſunt nullæ ipſo iure, ſecundum Innoc. in c. ſuper literis. ſ. eod. in gloſſ. inci. Imo ſine forſan. uerſic. ſed quid ſi literæ ſunt falſæ. cum uer. ſeq. uſque ad fi. illius glo. & ſequitur latè Aegi. Bel. deciſio. 84. incip. executoria. quem uide. Et ſubdit in fi. ꝙ hanc diſtinctionem inter reſcriptum falſum & ſurreptitium, ponit Cy. in l. præſcriptione. C. ſi cōtra ius. ¶ Fallit octauò, ubi proceſſus cōcernit materiam, in qua iudex ex officio pōt ſe interponere, ut pro publica utilitate eccleſiarum: quia etiāſi pars non excipiat, pōt ſuperior irritare ꝓceſſum geſtum ex talibus literis, ſecundū do. Ab. in c. cùm dilecta. in 3. col. in uerſ. cogitaui. ſ. eo. ubi ita intelligit illum tex. reputans hanc ſingularem, & nouam limitationem in hac materia: ſed addit rationem: quia ſilentium partis non debet præiudicare, nec uiam præcludere, quo minùs iudex ex officio poſſit irritare proceſſum, quandocunque ſaltem, ante quàm ſola tranſeat in rem iudicatam. Inducit glo. not. in c. j. in uerbo, abſentia. de elect. in 6. de qua dixi in c. cauſam. lo j. de iudi. ¶ Fallit nonò in caſu cle. j. de reſcrip. & ita illum caſum pro ſpeciali uidetur notare ibi gl. fi. & ibi Car. poſt Matth. in j. col. uer. deinde dicit Matthæus. Et ita etiam pro ſpecialibus poſſunt notari duo caſus ibi allegati in gl. fi. uidelicet c. j. de reſcrip. in 6. de quo dixi ſ. in 3. fal. & c. ſi tantum. in fi. de reſcr. in 6. Sic etiam pōt intelligi tex. ſ. eod. ad hæc. & ꝙ ibi not. Imol. poſt But. in ult. col. ¶ Fallit decimò, quando impetratur reſcriptum non ſolum conferens iuriſdictionem, ſed etiam ab alio eam reuocans, quia tunc ſurreptio uitiat ipſum ipſo iure, ſecundum Inn. Hoſt. & Io. An. in c. ex literis. de offic. deleg. Sed contrarium tenet Inn. in c. cæterum. ſ. eod. & ſequitur Nic. Myl. in uerbo, reſcriptum. §. 34. uerſ. reſcriptum ad lites. remittens ad Butr. in d. c. cæterum. & in c. ex parte B. de fo. compe. Et ad hoc uide, quæ latius dixi in d. c. cæterum. concludendo poſt alios, ꝙ ſecundum reſcriptum, non faciens mentionem de primo, non eſt nullum ipſo iure, ſed ope exceptionis. ¶ Fallit undecimò & ultimò, quando reſcriptum non eſt impetratum primo loco & principaliter circa iuriſdictionem tribuendam, ſed eſt poſt iuriſdictionē attributam impetratum ſuper aliquo articulo, uel particularitate gratiam continente, uel etiam impetratur primum reſcriptum continens gratiam, uel executionem, uel aliud negocium, uel conceſſionem iuriſdictionis, tūc ſi illud reſcriptum eſt ſurreptitium, non ualet. Ita ſcribit ad literam Nic. Myl. in d. §. 34. Allegat Inn. in c. ex literis. de offi. dele. Idem dicit in quolibet reſcripto gratioſo, allegando Lap. in c. j. de lit. conteſt. in 6. & Ioan. An. in c. 2. de fil. presbyt. in 6. Quod ultimum replicabitur etiam in ſecunda ampliatione ſequentis regulæ. Sed conſidera, ꝙ Inn. in d. c. ex literis. non ponit illud uerbum De conceſſione iuriſdictionis, ꝙ prima facie uidetur implicare contradictionem, cum ſ. dictum ſit, ꝙ reſcriptum tribuēs iuriſdictionem, non uitiatur ipſo iure per ſurreptionem, niſi fortè intelligamus dicta uerba de conceſſione aliqua, quæ non ſit per uiam reſcripti tribuentis iuriſdictionem delegatam, ſed per uiam alicuius conceſſionis, uel beneficij concedentis iuriſdictionem ordinariam. Regula autem noſtra loquitur in reſcripto dato ad partes. Et pro iſta fallentia conueniunt multa dicta, quæ poſui ſ. c. poſtulaſti. oſtendendo, ꝙ gratiæ & conceſſiones generaliter uitiātur ipſo iure, quando eſt tacitum id, quo expreſſo princeps non conceſſiſſet gratiam, uel non ita facilè. Dic, ut ibi. Per hæc eſt expedita prima regula. ¶ Ponitur regula ſecunda, hoc modo.

52 Literas surreptitias Surreptitiæ † ſunt * ipſo iure nullæ, ſecundum Innoc. Io. And. & communiter omnes Doc. hic, & Inno. ſ. eo. ad aures. & in c. conſtitutus. ſ. eo. per illos tex. & idem Imol. in c. ad aures. in pen. notabili, ſ. eod. & in c. ad hæc. in ultimo notabili, ſupra. eod. Et ad hæc etiā quotidie allegatur iſte tex. ſm do. Abb. hic dicentem, quòd clarius etiam iſtud probatur in cle. j. de præb. ibi, uelut ſurreptitia nullius penitus eſt momenti. Ad idem allegat c. 2. & 3. de fil. presby. in 6. & ſequitur ſimpliciter do. Maria. in repe. c. poſtulaſti. uerſic. octauo principali articulo. ſupra eo. Adde tex. æquè bonū in c. ſi motu. de præb. in 6. ibi, uelut ſurreptitiam uires nolumus obtinere. Et hanc regulam firmat. Old. concloſ. 81. & ſolenniter concluſ. 257. incip. Factum tale. ubi pro hoc inducit dictum c. ad aures. & d. c. cōſtitutus. & tex. hic, & in c. cum olim. lo a. §. nos igitur. de priuil. Adde etiam tex. in c. quod ſuper his. de fi. inſtru. & ibi Abb. in 4. not. Adde etiam do. Card. concluſ. 99. redemptoris, & c. uidetur, quòd unio præmiſſa, &c. & Cal. in tit. de reb. ec. non alie. conſil. 33. cum concor. quas dixi ſupra. eod. poſtulaſti. 4. char. In quibus habetur, quòd ſurreptio uitiat ipſo iure literas obtentas ſuper unione beneficij, licet aliter dicat Rota de reb. ec. 2. in antiquioribus, ut ibi dixi. Et cum iſtis concordat Bald. in c. cum adeo. uerſi. nota diligenter. ſupra eo. dicēs, quòd literæ obreptitiæ ad beneficia, ſunt nullæ. Et aſſignat rationem, quia qui mentitur, facit ſe indignum, authen. contrà, qui propriam. C. de non nu. pec. Vnde tacitæ conditionis defectus impedit literas, ne producantur in eſſe, nam idem operatur tacita conditio, quod expreſſa. Allegat gl. in l. item, quia, ff. de pac. Cum iſtis etiā concordat Card. conſil. 33. incip. In hac dubia q. ad fin. dicens eſſe tex. optimum in d. cle. j. de præb. ¶ Non obſtat, quòd aliqui text. uidentur uti uerbis denotantibus nullitatem ipſo iure in literis ſurreptitiè obtentis, ut in c. cæterū. & in c. ſedes. in fi. ſupra. eo. per quæ iura And. Sic recedit ab opinione communi. in d. c. cæterum. Quare reſpōde, ut per Domi. quem ipſe non uidit in d. c. cæterū. ubi ipſum ratulo

*a Vbi literæ] Ad ſ. dictu, quod Bart. tenuit contrariā opin. uidelicet ꝙ imo tribuant iuriſdictionem. Eā uide in l. præſcripti. C. ſi contra ius, uel uti. pu. in uerſic. quæro, utrum. Adde tamen quod contra Bart. tenuit Bal. in l. j. C. de colluſ. deteg. Lud. Ro. in conſilio 330. quod inci. Circa primum. et Canoniſtæ in c. ſuper literis. eo. ti. in fi. Et iſtam opin. contra Bart. teneas, quia * communis eſt, & approbata.*

Et pro illa reſponſione facit etiam, ꝙ no. Imol. in d. c. ſedes. ĩn pe. no. Et de rõne differentiæ inter reſcripta ad lites, & ad beneficia, dicetur in fi. huius regulæ. Recipiat autem iſta regula tres ampliationes, & duas fallentias. ¶ Amplia primò, etiamſi Canonici ſcientes factum, putà ſurreptionem literarum, & ignorantes ius recipiant aliquem uigore talium literarum: quia ex quo ignoranter receperunt, non habent animum cõſtituendi ius de nouo, ſecundum do. Ant. & do. Ab. hic, per l. nec ignorans. C. de donat. & l. ſi per errorem ff. de iu. om. iu. & reprobant Compoſt. hic. ꝙ aliter dicebat. Et iſta cõ uidetur concludere, licet Imol. hic ſimpliciter dicat, ꝙ fortè de iure tenet receptio, licet eſſet iuſta cã agendi, ut receptus remoueretur, per l. j. ff. de condi. inde. ¶ Amplia ſecundò hanc regulã etiam in alijs priuilegijs, & beneficijs principum: nam ſurreptio uitiat ipſo facto [a] ea, ſecundum Abba. poſt alios hic. Allegat l. j. ff. de natu. reſti. & l. ſi non cognitio. C. ſi contra ius, uel uti. publi. & ꝙ ibi not. & ita cõmuniter tenent Doct. ſecũdum eum. Et allegant Inn. ĩ. eo. cum dilecta. Et hoc dicit eſſe notandum. Et idem dicit do. Abb. in c. ꝙ ſuper his. in j. col. de fid. inſtr. dicens generaliter, ꝙ literæ gratioſæ ſunt ipſo iure nullæ, per tex. ibi, & in c. nouit. cum gl. fi. de his, quæ fi. à præla. & in c. j. §. 5. de fil. presbyt. in 6. & per not. hic. Idem etiam no. Bal. in l. præſcriptione. in 4. col. uer. ego dico. C. ſi contra ius. & do. Ab. conſil. 129. In noĩe, &c. ſuper quæſtionis materia, quæ in præſentiarum uertitur. in 3. col. Et hinc eſt, ꝙ ſurreptio uitiat ipſo iure indulgentiam & cõfirmationem, c. dudum. lo 2. ad fi. cum gl. in uerb. expreſſa. de elect. Et de confirmatione probatur in c. porrecta. in fi. de confir. uti. uel inu. Idem in reuocatione, d. c. ꝙ ſuper his. in uerbo, expreſſa. Idẽ in priuilegio, c. ex multiplici. de deci. No. Inn. ĩ. c. cùm dilecta. circa medium. Eſt tex. in c. j. de fil. presbyt. in 6. & in c. non poteſt. de præb. eo. li. No. Io. An. in c. ſi cui. de præb. eo. lib. & do. Ant. in c. ſuper literis. uer. quarta opi. ĩ. eo. Et iſta allegat Nic. Myl. in uerbo, gratia. §. 57. inci. gratia ſiue ſit. Adde Cal. in tit. de ſen. conſil. j. ubi tenet, ꝙ conceſſio feudi obtenta per ſurreptionem, eſt nulla. Et idem no. do. Cat. conſil. 94. inci. nobiles uiri domini de Vintiguerra. uer. tertio obijcitur. Ad idem, ꝙ no. Pet. de Anch. concluſ. mihi 382. inci. Viſis diligẽter iuribus. ubi dicit, ꝙ ſurreptio uitiat priuilegium conceſſum ſuper immunitate. Allegat c. cum olim. de re iud. & cap. ex multiplici. de deci. Ad idem, quod no. Bald. poſt Innoc. in c. inter dilectos. ad fi. de fid. inſtru. ubi dicit, ꝙ priuilegium impetratum per obreptionem non tenet. Pro quo dicit ibi Bald. facere l. Gallus. §. ſi eius. ff. de libe. & poſthu. & l. Iulianus. §. j. ff. de condi. inde. Et idem no. Butr. in d. c. cum dilecta. uer. pro hoc ſecundò incidentet. Et dicit hic Domi. ꝙ ſurreptio uitiat ipſo iure literas diſpenſatiuas ad beneficia. Allegat no. in c. 2. de fil. presby. in 6. Et idem dicit, ſi diſpenſatio impetratur pro alio, per d. c. quod ſuper his. ¶ Amplia tertiò, etiamſi ignoranter & per ſimplicitatem fuit cõmiſſa ſurreptio. Satis eſt enim, ꝙ princeps non fuiſſet uerìſimiliter conceſſurus, ſi ceſſaſſet ſurreptio, ſm do. Ab. hic per c. conſtitutus. ĩ. eo. de quo dicit ſe plenius tetigiſſe in c. ſuper literis. ĩ. eo. Et uide, ꝙ latè dixi in j. & 2. concluſione. ¶ Fallit primò dicta regula, niſi executor datus per reſcriptum beneficiale, proceſſiſſet cã cognita: ut quia impetrator petijt, ut executor compelleret capitulum ad eum recipiendum, & imponeret ſilentium ſuper conditione, & iudicio rectè agitato, & executor pronunciauit, à cuius pronunciatione non fuit appellatum: quia tunc proceſſus tenet, ex quo nõ fuit oppoſita exceptio ſurreptionis, nec fuit appellatum: quaſi tunc iſtæ literæ ſortiantur naturam literarum impetratarum ad lites. Ita concludit Compoſt. hic, quem ſequuntur latè Ioan. An. Butr. Imol. & Domin. hic: quia ex quo aſſumit partes iudicis, iudicamus de eo, ſicut de iudice. Vnde ſicut in contentioſis ualet proceſſus, ita in iſtis: quia ſententia lata per iudicem, non põt poſteà retractari. Et ad hæc facit, ꝙ not. Bal. in l. præſcriptione. uer. ego dico, ꝙ etiam. C. ſi contra iura. ubi dicit, ꝙ quando priuilegijs eſt annexa cauſæ cognitio, putà, Prouideas Titio, ſi eum idoneum inueneris, ſtatur declarationi commiſſarij factæ cauſa cognita, licet non fundetur in cã uerita tis: & ſi quis ex hoc grauatus, appellet. Allegat Inn. in c. ſi. de præſum. & gl. in cle. j. de offic. deleg. Si autem non eſt annexa cauſæ cognitio, ſed princeps diſponit per ſeipſum, motus ex obreptione impetrantis, tunc ipſo iure non ualet priuilegium, per eum. ¶ Tempera hanc fallentiam dupliciter. Primò, ut dixi, dum modò executor aſſumat partes iudicis: ſecus, ſi aſſumeret partes executoris: tunc enim, ſm prædictos & Abb. d. conſil. 129. proceſſus eſſet nullus, quia uenit acceſſoriè ad gratiam, ideo uitiat ad limites illius gratiæ, arg. regulæ, acceſſorium. de reg. iur. in 6. Ad hoc c. conſtitutus. ĩ. eod. & c. cum noſtris. de conceſ. præb. & c. cum olim. de do. & contu. Et ita intelligunt prædicti Io. Mo. in c. 2. de fil. presbyt. in 6. Et ꝙ ueniat ille proceſſus acceſſoriè ad gratiam, eſt tex. in c. ſi ſuper. de offi. dele. in 6. Et ita intelligitur iſte tex. nam cum litera ſit loco tituli, & litera, tanquam ſurreptitia, ſit nulla, iſte teneret beneficium ſine titulo. An autem, & quando poſſit executor aſſumere partes iudicis, latè ponit Inn. & alij in c. ſi. de præſum. Et ibi alia poſui in repetendo illam decre. & eſt gloſſ. ord. & ibi oẽs in cle. j. de offic. dele. ¶ Tempera ſecundò, ut dicta ſnĩa tranſeat in rem iud. quo ad partem uictam, non tamen reſpectu uictoris, quia continet uitium, ꝙ non eſt remiſſibile tacito conſenſu partium, & ideo ſuperior poterit cõtra eum inquirere, & remouere eum à tali beneficio, ſm prædictos oẽs hic. Et eſt ualde guſtandum, ut hic per do. Abb. Sed in hoc nihil addo, quia de hoc, quomodo & qualiter ſnĩa in beneficialibus trãſeat in rem iudi. ſcripſi opportunè in c. lator. de re iudi. in penul. col. uer. declaratio. ubi uide, quia inuenies iſtum punctum nouiſſimè declaratum, tam reſpectu copiæ, ꝙ̃ ſubtilitatis. Sed iſtam primam fallentiam indiſtinctè impugnat hic do. Ab. hoc probans efficacibus rationibus, quia ex quo literæ ſunt ipſo iure nullæ, proceſſus executoris eſt factus coram non habente poteſtatem. Ergo nullus, ut in c. j. eod. ti. in 6. Et inducit pulchrè dictum text. c. ſi ſuper gratia. per quem oſtenditur, ꝙ ualiditas & inualiditas proceſſus executoris totaliter dependet ab ipſa gratia, ut hic latius per eum, cum quo tranſit hic An. Sic. dicens, ꝙ iſtud etiam uoluit hic do. Card. & ꝙ pro hoc facit iſte text. cuius uerba ipſe conatur multipliciter inducere ad oſtendendum, ꝙ denotent nullitatem ipſo iure. Et ad idem uide do. Ab. in c. cæterum. in j. col. ĩ. eod. ¶ Videtur tamen ultra iſtos poſſe dici, ꝙ iſta fallentia ſaluari poſſit uno caſu, uidelicet, qñ literæ gratioſæ nõ ſunt ſurreptitiæ, ſed literæ executoriæ ſeorſum impetratæ ſuper ipſa gratia, ſunt ſurreptitiæ. Tunc enim proceſſus agitatus uigore iſtarum, uidetur ualere, quia ſunt ſimiles literis de iuſtitia. Et ita no. Lud. conſil. 330. omnipotentis. & c. circa primum. dicens ita intelligi, ꝙ no. Io. An. poſt Inn. in c. j. ad fi. de lit. cõteſt. in 6. Eſt uerum, ꝙ do. Car. hic dicit, ꝙ ſi ueræ literæ executoriæ dentur ſeparatim à gratia, ſiue ſimul cum gratia, ſemper ſurreptio uitiat eas. Quod uidetur contrariari huic dicto Lud. Sed uerba do. Car. põt intelligi de ſurreptione, quæ eſt in ipſa gratia beneficiali, ut ſic illa uitiet etiam literas executorias, quamuis ſeparatim datas. Et idem à fortiori, ſurreptio eſt in literis gratioſis & executorialibus. Sed ubi gratia beneficialis non eſt ſurreptitia, licet literæ executoriæ etiam datæ, non ex interuallo ſint ſurreptitiæ, tamen uidetur, ꝙ ualeat proceſſus ex eis factus, quia cum regulentur ſecundum uires gratiæ principalis, d. c. ſi ſuper gratia. ſi ipſa gratia non eſt ſurreptitia, uidetur, ꝙ proceſſus ex eis non uitietur ipſo iure, & titulus habitus ex talibus literis, non uidetur iniuſtus, attenta radice non infecta. Tamen cogitabis, quia iſta non declarantur per alios, neque tenetã aperit bene Lud. in d. conſi. an loquatur de ſurreptione commiſſa in literis executorialibus, an in gratioſis. ¶ Fallit ſecundò dicta regula ubi reſcriptum continet plures gratias, quia ſurreptio circa unam, non uitiat alias, ut probatur in c. ſi eo tempore de reſcrip. in 6. quem tene. facit ad hoc ſing. do. Ab. in d. c. cæterum. & in pluribus alijs locis, de quibus feci mentionem, ubi uide. ¶ Poſtremò inſiſtunt Docto. in iſta materia, inueſtigando rationem diuerſitatis inter literas ad lites, & literas ad beneficia. Et dicit domi. Ab. quòd iſta ratio nullo iure exprimitur. Et inter rationes, quæ redduntur, illa eſt ſatis apparens, ſecundum eum, quia ſurreptio magis uitiat gratiam, ſeu beneficium, quàm literas de ſimplici iuſtitia, quia facilius conceduntur iſtæ de iuſtitia. Item quia magis uidetur iſte ingratus, qui nititur obtinere

[a] Ipſo facto] u. Adde do. Soci. cõſil. 251. inci. Quoniam in præſenti conſultatiõe. uer. confirmo omnia præmiſſa. circa prin. in 2. parte, char. 154.

beneficium cum ſurreptione. Sed melior uidetur ratio, quam reddit hic Car. & Imol. uidelicet quia literæ ad beneficia tribuunt ius, ſed literæ ad lites tribuunt iudicem, & non ius, & ſic primæ ſunt maioris præiudicij, ideo faciliùs inficiuntur. Non tamen dicas, quòd literæ beneficiales ſint loco tituli, nam ipſæ atteſtantes collationem eſſe factam, ſunt loco tituli, non aūt iſtæ mandantes beneficiū conferri, ut meliùs cæteris cōcludit do. Ab. ī. c. prox. in fi. & ibi dicet.

SVMMARIVM.

1 *Literæ ad diuerſas Eccleſias, quando plures poſſint impetrari.*
2 *Tituli multiplicatio in beneficialibus fit ad cautelam.*
3 *Renunciare uelle gratiæ expectatiuæ non ſufficit, ut ualeat impetratio beneficij uacantis, de ipſa expectatiua mentionem non faciens.*
4 *Mentio eſt facienda de iure ad rem, non ſortito effectu.*
5 *Beneficium impetrans debet facere mentionem primi beneficij ſibi collati, licet illud nondum acceptauerit.*
6 *Mentio an ſit facienda de literis primis inualidis.*
7 *Spoliatus beneficio, debet de ipſo facere mentionem. & nu. 8.*
9 *Mentio de quibus debeat fieri in reſcriptis ad beneficia.*
10 *Epiſcopus ſi concedit alicui clerico fructus alicuius altaris uſq; ad certum tempus pro mercede ſpiritualium laborum ſuorum, et ſi iſte impetret unum beneficium, non tenetur facere mentionem de iſta aſſignatione.*
11 *Intruſus quot modis quis dicatur. & num. 12.*
13 *Intruſus poteſt propria authoritate renunciare ſuo beneficio.*
14 *Exprimere non oportet qualitates, quæ inſunt beneficio de iure cōmuni, ſed illas tantùm, quæ inſunt de facto, ratione conſuetudinis eccleſiarum, uel alio modo.*
15 *Exprimere non oportet ea, quæ præſumuntur notorie ſciri ꝑ Papā.*
16 *Exprimere oportet beneficia, quæ habent permutantes, quando faciunt permutationem in manibus Papæ.*
17 *Gratia Si neutri, debet facere mentionem de qualitate beneficij, et de modo uacationis, ac ſi de nouo beneficium impetraretur.*
18 *Exprimere debet impetrans beneficium manuale, quod habet.*
19 *Exprimere non oportet beneficium, ꝙ quis habuit cui renunciauit.*
20 *Exprimere debet impetrans, quod ille, per cuius mortem uacat beneficium, erat familiaris alicuius Cardinalis, alio modo non ualet impetratio.*
21 *Exprimere debet impetrans, quod beneficium, quod petit, eſt hoſpitale.*
22 *Exprimere non tenetur impetrans, hoſpitale, quod iam habet, quia in eo non habet titulum Eccleſiaſticum.*
23 *Mentio debet fieri in reſcripto, quod ille, ad cuius collationem impetratur beneficium, habet ſolum collationem unius beneficij.*
24 *Vnio facta de beneficio reſeruato, non facta mentione reſeruationis, non ualet.*
25 *Exprimere non tenetur impetrans ius, quod alius habet ad rem, per acceptationem ſolam alicuius beneficij.*
26 *An ſit mentio facienda de natura præbendæ, an ſit ſacerdotalis, uel electiua? an non?*
27 *Beneficium non dicitur electiuum, ex eo quod plures ſtant cum tali priore in Eccleſia.*
28 *Dignitas electiua an cōprehēdatur appellatiōe beneficij, in odioſis.*
29 *Electio, uerbum late ſumptum, comprehendit etiam collationem.*
30 *Exprimere non tenetur impetrans beneficium annexum, ſed tantū principale.*
31 *Exprimere debet quis beneficium, cui renunciauit, quando renunciatio non tenuit.*
32 *Exprimere oportet poſſeſſionem coloratam, quam alius habet ī beneficio Et ſatis exprimitur, quando in literis eſt clauſula, Amoto quolibet illicito detentatore, ut uer. ſequenti, ſecundo nota, quod quando &c.*
33 *Beneficium ſi fuit detentum per duos menſes, impetrans tenetur facere mentionem de detentatione.*
34 *Poſſidens beneficium colorate, non poteſt amoueri ſine cauſæ cognitione, licet alias collatio non tenuerit.*
35 *Collatio facta a Papa motu proprio, ualet, etiam non facta mentione poſſeſſionis coloratæ.*
36 *Tacere non nocet impetranti coloratā poſſeſſionem alterius, quando eſt tali modo inducta, quod ſi Papa ſciuiſſet, faciliùs literas conceſſiſſet.*
37 *Exprimere non oportet modum uacationis, quia omnis modus uacationis comprehenditur, quando nullus exprimitur.*
38 *Vacatio per mortem licet exprimatur, tamen in materia non odioſa ueniunt omnes uacationes.*
39 *Exprimere debet impetrans, quòd beneficium, quod petit, eſt de iure patronatus laicorum.*
40 *Exprimere oportet Eccleſiā cathedralē, alias impetratio de beneficijs uacaturis in aliqua Eccleſiarū diœceſis non cōprehēdit eā.*
41 *Clericus impetrans beneficium, debet facere mentionem qualitatis beneficij, alias impetratio non ualet.*
42 *Epiſcopus poteſt unire beneficium ſeculare monaſterio monachorum, & ſtatuere, quod per monachos regatur, & quid tale ſtatutum operetur.*
43 *Ad inducendam conſuetudinem, de qua in c. cum de beneficio. de præben. in 6. requirit annos 40.*
44 *Regularis ſi habet beneficium ſeculare ab Epiſcopo, & ſpoliatur, licet ſit inhabilis reſpectu tituli, tamē competit ſibi poſſeſſorium, & facit fructus ſuos, quia poteſt præſcribere.*
45 *Prioratus manualis licet confirmetur, uel cōferatur alicui per Papam, ut perpetuus, per hoc non mutat naturam ſuam, imo eo uacante, reaſſumit ſuam naturam.*
46 *Monachi non poſſunt præſentare regularem ad Eccleſiam, quæ conſueuit regi per ſeculares clericos.*

CAPITVLVM XXXII.

IN NOSTRA. ¶ Receptus per literas Apoſtolicas, licet præbendam expectet per alias literas hoc ſupprimentes, in alia Eccleſia impetrare non poteſt, ut ei prouideatur. H. D. Notant hic Doct. maximè Imol. & Ab. ꝙ receptus in canonicum, ſub expectatione præbendæ non dicitur aſſecutus beneficium Eccleſiaſticum, & ſic potius ipſa præbenda, quàm ius canoniæ appellatur beneficium Eccleſiaſticum. Nam ipſa ſpiritualia non poſſunt diu eſſe ſine temporalibus, j. q. 3. ſi quis obiecerit. Quod eſt notabile, ſecundum do. Ab. ut appellatione beneficiatorum non ueniant ſtrictè habentes canonicatus ſine præbenda. Pro hoc facit, ꝙ not. Rota de præben. 25. in nouis. Item, ſi legatus, qui dicit, ꝙ receptus in canonicum ultra numerum, nō dicitur beneficiatus, cum uno canonicatu uacante, expiret canonicatus, quem ille habebat, adepto uacante. Vnde infertur, ꝙ habens facultatem prouidendi habentibus unicū beneficium tantum, poteſt prouidere taliter recepto habēti unicum. ¶ Limita hæc, niſi in Eccleſia, in qua recipitur, non eſſet certus numerus canonicorum, uel præbēdarum, quia in ea receptus dicitur beneficiatus, ceſſante dicta, ratione ſecundum Rotam. Et pro his etiam facit, quia tale ius ad rem non poteſt permutari, ut latè per Imol. in c. fi. 8. col. de rer. permu. Dum tangit Ab. hic, in ult. notabili, quòd oportet dicere qualitatem beneficij obtenti, & latius inſiſtit hic Dominic. poſt Cald. Adde quæ latius dixi poſt Abb. in c. ad aures. ī. eod.

1 LITERAE Ad † diuerſas Eccleſias quando poſſint plures impetrari ſub eadem data, eſt aduertendum, quia gloſſ. Inn. & Ab. antiquus hic uolunt, ꝙ omnes literæ ualeant, & ſit in optione impetratoris, quibus uti uelit. ¶ Pro hac opi. adducuntur tria. Primò, ſi duo impetrant ſub eadem data in eadem Eccleſia, ualet ſaltem unum reſcriptum, c. pen. eod. tit. in 6. Si ergo unus impetrat diuerſa reſcripta ſub eadem data, ſaltem unum ualere debet. Quod enim iudicatur de duobus iuribus in eadem perſona concurrentibus, iudicari debet de eadem perſona, in qua duo iura concurrunt, arg. c. in ſcripturis. 8. quæſt. j. & c. cum olim. de re iudic. cum ſi. ¶ Secondo, quia nō debet uitiari utrumque reſcriptum, ſed poteſt uti altero, cum ceſſet ratio pluralitatis beneficiorū, quæ uidetur eſſe ratio, quare hic non teneant literæ. Ergo ceſſante cauſa diſpoſitionis, debet ceſſare & diſpoſitio, iuribus uulgaribus. ¶ Tertiò facit iſte tex. iungendo quæſitum reſponſo, nam loquitur, quando plures literæ fuerunt impetratæ, & dubitatur, an ualeāt? Et reſpondetur, ꝙ ſi eſt receptus per alteras, alteræ non ualent. Ex hoc ergo uidetur concludere, ꝙ ualent illæ, ex quibus eſt receptus, arg. c. nonne, de præſump. Contrarium tenet hic Hoſt. Io. An. Cald. Butr. Imol. & Ab. quia fraudulenter impetrauit. Voluit enim iſte habere literas pro pluribus beneficijs. Ex quo præſumitur, quòd circūuenit Papam. Vnde eius impetratio præſumitur ſurreptitia. Et hæc eſt ratio, quare literæ non ualent, etiam circumſcripta ratione pluralitatis. Ad hoc ī. eo. poſtulaſti. & c. cum olim. de re iudic. Et ſic in ipſa data fuit uitium, quare

non

non ualent, c. ſi eo tempore, eod. titul. in 6. Et iſtud dictum inducunt hic Bu. Domi. & Abb. contra illos, qui faciunt ſe ponere in Rotulo plurium Cardinalium in coronatione Papæ, ita q̃ omnes habent eandem datam, nec in uno faciunt mentionem de altero, quia per hoc neutra gratia ualet, ſm eos. ¶ Ad primam rationem in oppoſitum reſpondetur, q̃ illud, quòd eſt dictum de duob. iuribus, ꝓcedit, quãdo duo iura licitè concurrunt in eadem perſona, ſecus, ubi eſt diuerſa ratio in una perſona, nam hic, cum quis impetrat diuerſa reſcripta, uerſatur in eo ultio m: quia ſuum factum non ignorauit, c. ab excommunicato. ĩ. eo. Secus, q̃ñ duo impetrant ſub eadem data: quia ſic alter poterit ignorare factum alterius, & per cõſequens, ceſſat uitium, ſecundum Io. An. ¶ Ad ſecundam rõnem reſpondetur, ut eſt dictum, q̃ noluit iſte impetrans ſaltem ab initio habere plura beneficia, & ſic rõ diſpoſitionis non deficit, ſaltem quantum ad intentionẽ. Ideo non ceſſabit diſpoſitio, quia quãtum in eo fuit, uoluit Papam circumuenire. ¶ Ad tertiam rõnem de iſto tex. reſpõdent Cald. & Butr. q̃ debet intelligi, quando ſecundæ literæ ſucceſſiuè poſt primas ſunt impetratæ, facta receptione per primas, ut patet ex reſponſione. Et hoc probat ſiois tex. qui arctat ad faciendum mentionem de receptione. Si enim intelligeretur de literis eiuſdem datæ, impoſſibile eſſet, q̃ arctaretur ad faciendum mentionem eius, q̃ nondum erat in rerum natura, ĩ. tit. proxi. c. cùm acceſſiſſent. Præterea, ſecũdum Butri. & Domi. hic, Papa conſulebatur hic tantùm ſuper uſu ſecundarum literarum, & illi reſpondetur. Vnde nõ præſupponit, q̃ ualeãt illæ literæ, p quas erat receptus, imò quæcunque ſint, non ualent illæ, quibus utitur ſtante alia receptione. Vnde non præſupponit receptionem ualere, q̃a de illa non interrogabatur, q̃ patet ex themate & reſponſione, ſi ſubtiliter intueatur, ſecundum eos. Reſpõdent etiam ad c. ex tenore. ĩ. eod. ubi fraus non præſumitur, niſi utatur ambabus literis, quia loquitur in literis cõtentioſis, in quibus attenditur ſolùm intereſſe partis, & ſic ponderaſ uſus, à quo cauſatur intereſſe, hic autem non ſolum moleſtatio eſt cauſa prohibitionis, ſed etiam puta intentio ad effectũ nõ deducta, quia in talibus beneficialibus leuior ſurreptio uitiat, ut eſt dictum ſ. c. proxi. ¶ Conſidera urgentem rationem pro prima opi. quia iſta conſeqñtia non uidetur uera, uidelicet, Iſte impetrauit eodem tempore literas ad plures Eccleſias, ergo utebatur fraudulento animo, ſperans conſequi beneficium in pluribus Eccleſijs. Nam coniectura doli in dubio non præſumiſ, ubi põt cadere alia cõiectura l. quoties. §. qui dolo. ff. de prob. Hic põs eſſe aliqua alia coniectura, quàm doli, quia iſte potuit etiam in actu impetrationis gerere in animo, q̃ quamprimum aliqua ex literis ſortireſ effectum, deſiſteret ab uſu aliarum, ſed ideo multiplicauit titulos, ut haberet retia parata in pluribus aquis. Et per hãc uiam citius beneficiabitur, quàm expectando in una Eccleſia tantum, & ideo, niſi aliud appareat, non præſumitur hic aliqua circumuentio, neque fraus. Facit c. ſi. de præſump. cũ ſi. ¶ Nihilo minus tranſeamus more noſtro cũ cõi opinione, quia, ut dicunt hic Doct. in alio membro, de quo ſtatim dicetur, non eſt uerìſimile, q̃ ſi Papa cognouiſſet ſe conceſſiſſe ſemel literas ad unam Eccleſiam, iterum conceſſiſſet ad aliam, etiam ſub eadem data, & ex hoc cauſatur ſurreptio, c. poſtulaſti. ſ. eo. ¶ Et tenendo hanc opi. limita eam primò, niſi iſte impetrans excuſaretur iuſta ignorantia, ut quia iſte impetrauit unicas literas per ſe, alias ignoranter eius procurator, tunc enim debet dari ſibi optio, c. gratia. de reſcri. in 6. ſecundum But. Imol. Domi. & Abb. hic. ¶ Limita ſecundò, niſi quis impetraret plures literas ad unum beneficium, & haberent eandem formam & datam, quia una uidetur eſſe litera, licet pluries exemplata, ſicut dicimus in pluribus teſtamentis habentibus eandem datam & formam, l. unum. ff. de teſta. ſecundum omnes hic, quod eſt utile, adeò ut dari poſſit una doctrina, uidelicet.

Titvlvs mvltiplicatvr Ad † cautelam in eodẽ beneficio. Ita ex his infert hic Abb. Et eſt bo. text. in c. poſt electionem. de conceſ. præben. Non tamen, ut conſequatur ius in beneficio ex utroq; titulo, quia eſſet contra c. ut quis duas. de elec. in 6. ſed, ut poſſit ſe defendere ex utraque. Quod dicit eſſe notabile. Et dicis do. Abb. in d. c. poſt electionem. in 3. not. quòd in agendo & in petendo confirmationem nõ poteſt quis ſe fundare ſuper duobus titulis, per d. c. ut quis duas. ſed bene ſe defendendo. Et ita intelligis illum text. quem dicit eſſe not. & ſe neſcire alibi. ¶ Ex quo habetur cautela, quòd ſi dubitans de prima collatione tua, impetres ſecundam, quia per hoc non inducitur renunciatio primæ, imò potes uti utraque ad defenſionem tuam. Et idem no. do. Abb. in c. cùm olim. lo 2. ad ſi. de priuil. & Lap. alleg. ulti. prope ſi. & do. Card. pulchrè in c. inter dilectos. uerſic. ſed contra. ad ſi. de fid. inſtru. quem ibi recitaui, & Imol. in c. ex parte Aſtenſis. j. in no. de conceſ. præben. Vnde dicit Ioan. An. in c. cùm perſonæ. ad ſi. de priui. in 6. poſt Ioã. Mo. q̃ regula dicens, id, quod meum eſt ex una cauſa, non poſſe effici meum ex alia, d. c. inter dilectos. fallit, quando dubium eſt de prima cauſa, ex qua dico aliquid, meum quia tunc ad cautelam poteſt fieri meum ex ſecunda cauſa, per d. c. poſt electionem. Et dicit Rota de reſcrip. 43. in antiquis, deci. inci. Nota q̃ ubi quis, &c. quòd habens duas gratias pro beneficio habendo, ſi utendo ſecunda ſuccumbat, poteſt uti prima, quia iſtæ gratiæ non ſunt contrariæ, licet ſint diuerſæ, & tendentes ad eundem effectum. Et hoc intelligit Rota uerum, ſi eodem contextu & ſub eadem data ſint impetratæ, ſecus, ſi ſub diuerſis datis, & diuerſis temporibus. Allegant Ioan. And. his. Sed hoc ultimum non uidetur ponere Ioan. An. hic, imò de mente ipſius, & expreſſius de mente domi. Abb. eſt, quòd tam ſucceſſiuè, quãdo eodẽ tempore poteſt quis impetrare plures gratias ſuper eodem beneficio, ut ĩ. textu li. Et hanc limitationem firmat etiã pulchre do. Car. conſil. 78. incip. Vacante quadam parochiali Eccleſia, etiamſi in unis ex illis literis eſſet aliqua clauſula, quæ non eſſet in alijs, puta, quòd derogaretur iuri patronatus laicorum. Quod ultimum intellige, niſi ante iſtas ſecũdas literas fuiſſet alteri ius quæſitum, propter dictam clauſulam omiſſam in primis literis, ut per Car. conſil. 33. in ſi. & facit c. quãuis. de reſcri. in 6. & q̃ dixi in c. inter quatuor. de ma. & obe. Cum iſtis concordat pulchrè Lud. conſil. 433. incip. Quo ad primum. ad ſi. declarans poſt Lap. in d. allega. ultima, quomodo quis poteſt petere poſſeſſionem beneficij ex duplici titu. & reſpondet pulchrè ad d. c. inter dilectos. dum ibi dicitur, q̃ id, q̃ meum eſt, &c. ut habeat locum in agente, ſecus in petente poſſeſſionem. Ad quod ultimum uide omnino Cal. de elect. conſi. 7. inci. an capitulum, ut quis duas. & ibi Domi. in addi. & eundem in d. c. ut quis duas. in ult. col. Et inuenies latè rationem differentiæ, quare non poſſit agi ex duplici titulo, & tamen poteſt peti poſſeſſio ex duplici titulo. Et licet aliàs legendo d. c. inter dilectos. dubitauerim de illa ratione, tamen uidetur poſſe tranſire, inſpectis bene uerbis Domi. quia non dicitur iſte uti duplici titulo pariter, ſed alternatiuè, quod non poteſt fieri à petente confirmationem electionis, cum ibi requiratur conſenſus certus. ¶ Intellige hæc dupliciter. Primò, niſi habens collationem beneficij à ſuperiore, impetret poſtea ipſum ab alio inferiore. Poteſt enim tunc ſuperior priuare eum beneficio, quia eſt quædam ingratitudo & deluſio erga ſuperiorem, propter quod inducitur legitima cauſa priuandi eum. Ita ſingulariter not. domi. Abba. in c. cum olim. uerſic. & not. iſtam gloſſ. de re iud. Sicut dicitur de uaſallo, qui ab alio recognoſcit feudum, ut ibi per eum limitantem, niſi hoc faceret ad cautelam, ut quia dubitat probabiliter de ualiditate primæ collationis, per d. c. poſt electionem. ¶ Secundò intellige, dũ modò iſte duplex titulus tendat ad eundem effectũ, ſecus, ſi ad diuerſos, ſeu cõtrarios effectus in eadẽ perſona, ut late per Lud. conſ. 350. inci. in Caſu propoſitæ. uerſ. quo ad ſecundum. ubi uult, quòd habens titulum in beneficio conferentem ius in re, ſi poſtea impetrat in commendam, deſinit habere illam primum titulum conferentem ius in re: quia titulus commendæ non eſt illi conformis, quo ad effectum, cum conferat ſolam detentationem, & differant effectualiter in multis, ut ibi per eum ita limitantem d. ca. poſt electionem. Et iſta not. ad ornamentum illius capituli, ubi adhuc nullus iſta reduxit, ſed reducentur fortè in poſterum. ¶ Limita tertiò dictam concluſionem, niſi quis impetret plures literas contentioſas ſuper eo. negocio, quia illæ ualens, ſm gl. j. in prin. in c. ex tenore. ĩ. eo. dum modò non utaſ utriſque, q̃a tũc intereſt aduerſarij non ſic fieri. Vnde literæ ad lites, uitiañ propter intereſſe aduerſarij, ſed literæ ad beneficia, uitiantur, quia Papa ueriſimiliter nõ daret literas, ſi haberet notitiam aliarum, ut declarat hic Imo. & Ab.

¶ Circa impetrantem antẽ plures literas ad diuerſas Eccle-
ſias ſub diuerſa data, concludunt hic Inno. Hoſt. Cal.& cõ
muniter omnes [a] cõtra gl. ꝙ non ſolum, quando per literas
eſt aliquid conſecutus, ſecundæ, ut id iacentes, non ualeat,
etiam ſi fuit ſolum receptus, ut hic; qui caſus ſunt clari: ſed
etiam, ſi primæ literæ nullum ſint ſortitæ effectum, non ua
lent ſecundæ non facientes de eis mentionem: quia, ſm eos,
non eſt uerisimile, ꝙ ſi Papa ſciuiſſet de prioribus, conceſſiſ
ſet ſecundas. Vnde ſaltem negari nõ põt, quin talis ueritas
ſit ſuppreſſa: quæ ſi fuiſſet expreſſa, reddidiſſet principem dif
ficiliorem ad concedendum. Ergo taciturnitas uitiat, per c.
poſtulaſti. ſ. eo. ¶ Subdit etiam Ab. communiter [a] teneri per
3 Doct. hic contra Inn. ꝙ † non ſufficit uelle renunciare gra-
tiæ expectatiuæ, ut ualeat impetratio beneficij uacantis de
ipſa expectatiua mentionem non faciens: quia cùm ſecun-
dæ literæ ſunt ſurreptitiæ, per iſtum tex. non poſſunt reuiui
ſcere ea renunciatione primarum ſubſequenti, per cap. ſi eo
tempore. eo. tit. in 6. Habens tamen plures literas poteſt uti
primis: quia in illis non reperitur aliquod uitium, niſi uſus
fuiſſet ſecundis: quia tunc, ſecundum Hoſt. non poſſet ali-
quid conſequi uirtute primarum, quibus tacitè renũciauit
utendo ſecundis. Nec aliquid poterit conſequi ex ſecũdis;
cùm ſint ſurreptitiæ: ꝙ eſt notabile, ſecundum Abb. ¶ Et ſi
diceretur, ex quo per ſolam receptionem non eſt bñficium
Eccleſiaſticum aſſecutus, non uidetur inhabilis ad impetrã
dum: arg. ſ. eo. cùm adeo. & j. eo. ſi proponente. reſpondent
Bot. & Dom. hic, ꝙ non ſequitur, non eſt beneficium Eccle
ſiaſticum aſſecutus, ergo non debet fieri mentio: quia imo
debet mentionem facere etiam alterius qualitatis, qua non
expreſſa, ſic de facili literas non habuiſſet. Vel poſſet dicere,
ſecundum Domi. ꝙ licet nondum ſit Eccleſiaſticum benefi
cium aſſecutus, tamen per receptionem eſt cõſecutus ſpem
infallibilem in beneficio, c. ſi clericus. de præb. in 6. & maxi
mè, cum hic ſit ſtatutum, ꝙ de tali qualitate mentionem fa
ciat. Et iſta oĩa latiſſimè ponunt hic But. & Domi. quos ui-
de: & allegant principaliter Io. An. in regula, ignorantia. de
regu. iur. in 6. in Mercu. ubi diſputando concludit, ꝙ impe-
trans beneficium, teneatur facere mentionem de uacatura,
quam expectat, uel de reſeruatione, quæ pro eo pendet: ali-
ter impetratio non ualet. Et inter alia multum ſe fundat in
iſto tex. & intelligit concluſionem in illo, qui ſciebat ſe tale
ius habere: aliàs ignorãtia facti excuſaret eum, per c. gratia.
de reſcript. in 6. Iſtud dictum Ioan. An. limitat Lap. alle. 89.
incip. Duo prælati. niſi impetratio prima fuiſſet facta ſuo
nomine, & ipſe non acceptaſſet impetrationem, per c. ſi tibi
abſenti. de præb. in 6. Et hoc ſequitur Domi. hic.

4 Da ivra Ad † rem non ſortito effectu eſt facienda mẽ
tio ita, ut ſ. dictum eſt Adde Domi. idem tenentem in c. ſi
motu proprio. de præb. in 6. poſt Ioan. And. & Io. de Ligna.
ibi contra Arch. & eſt gl. in cle. ſi Romanus. in uerbo, obti-
net. de præb. & ibi Imol. Idem do. Car. in cle. 2. in 8. q. de off.
ord. dicens, literas eſſe obreptitias, quando quis dixit ſe nõ
dum Eccleſiaſticum beneficium aſſecutum, & habet literas
ſuper impetratione, quicquid dicat ibi Matth. Et allegat Io.
And. d. regula, ignorantia. Idem etiam tenet Rota de renun.
12. Quidam Car. ad fi. in antiquis. quæ eſt etiam de renun.
4. in antiquiorib. Et ſm prædicta intellige Bal. in l. ſi ita, qui.
§. fi. ff. de exeu. tu. dum dicit, ꝙ habens beneficium nomine,
non re, ſi impetrat aliud beneficium, non tenetur de primo
facere mentionem, quia debet intelligi, quando non habet
ius in re, nec ad rem, ſed ſolum nomen, per prædicta. ¶ Li-
mita tamen prædicta, niſi ius ad rem eſſet ius fragile, & me
rè gratioſum, putà, ex receptione facta authoritate capitu-
li, quia de iſta nõ eſt neceſſaria mentio, ut latè per Imol. poſt
Hoſt. Ioan. And. & But. in c. relatum. in ult. col. de præb. quia
receptio capituli cenſetur gratioſa, & capitulum per ſuam
receptionem nõ poteſt dare ius ad uacaturam, ſed eſt quod
dam ius gratioſum, dans facultatem agendi coram ſuperio
re, ut compellat capitulum ad præbendam conferendam, &
ideo de tali iure non eſt neceſſario facienda mentio. Hinc
eſt, quod dicimus, ꝙ expectans authoritate Apoſtolica, præ
fertur recepto authoritate capituli, c. hi, qui. & c. ſi poſtquã
de præb. in 6. Conſidera, ꝙ iſti loquuntur de receptione fa
cta de alio, de qua iſte Impetrans Apoſtolicus non tenetur
facere mentionem, rationibus prædictis. Sed non aperiunt,
quid de receptione facta per capitulum de ipſo uolunt, quãs

impetrare, utrùm teneatur de ipſa facere mentionem: &
ſentit, ꝙ non, loquendo generaliter. Tamen fortè eſt diſtin-
guendum, ꝙ aut eſt receptus ad eandem Eccleſiam, in qua
impetrat à Papa, & non ſit neceſſaria mentio, quia per hoc
Papa non fuiſſet difficilior ad concedendum, imò facilior.
Aut ipſe fuit receptus authoritate capituli, in alia Eccleſia,
& fortè de hoc debet fieri mentio, quia licet illa receptio cõ
ferat ius fragile, ꝙ non afficit præbendam, tamen illud ius
ad rem eſt duplicis efficaciæ. Primò, quia poteſt agi coram
ſuperiore, ut compellat capitulum ad præbendam conferen
dam, ut fatentur oẽs in d. c. relatum. Secundò, quia licet iſta
receptio non afficiat præbendam, & collatio facta alteri per
capitulum ualeat, tamen ſi capitulum ſpreuit illum à ſe re-
ceptum, tenetur ei prouidere de redditibus communibus, do
nec ei ſit de beneficio prouiſum, ut ſingulariter uoluit Inn.
in c. ſtatuimus. de maio. & obed. & ibi dixi. De quo facit fe-
ſtum do. Abb. ibi in fi. & in c. inter cætera. ad fi. & in c. dile-
ctus. lo 2. in ult. not. de præbẽ. Et ideo propter iſtos defectus
uidetur, ꝙ tale ius ad rem ſit dignum mentione, quia qua
ratione taciturnitas cuiuſcunque modici beneficij reddit
impetrationem nullam, & qua ratione taceri non oportet
ius ad rem, ut eſt dictum, eadẽ ratione iſtud ius receptionis,
ꝙ eſt aptum producere aliquid emolumenti recepto in oẽm
euentum, uidetur dignum mentione. Tamen in hoc, tan-
5 quam ab alijs non conſiderato, nihil firmo. ¶ Inſertus † etiã
per prædicta, utrùm de beneficio alicui collato nondum per
ipſum acceptato, teneatur ipſe facere mentionem in impe-
tratione alterius. Nam Io. An. & Io. de Lig. dicunt, ꝙ ſic, in
c. gratia, de reſcr. in 6. & refert ibi Domi. in 4. col. Pro quo fa
ciunt prædicta, quia plus iuris habet iſte in beneficio ſic col
lato, quam ſit ius ad rem, quod habet alius in ſpe, nam ſta-
tim quòd iſte acceptat, acquirit ius in re,

a [a] abſq; alia collatiõe, c. ſi tibi. de præb. in
6. Sed in impetrante uacaturã, & ſic habẽ
ta ius ad rem, requirit̃ collatio, ad hoc ut
acquirat ius in re, c. ſi. de cõceſ. præb. ĩ 6.

a In re] Adde Specul. eod. tit. de act. ſm pers. §. 4. verſ. nõ exigitur.

6 De. Primis † inualidis literis an ſit facienda mentio, tan
git hic Abb. Adde, quæ dixi ſ. eod. ex tenore. ubi habet re-
gulam negatiuam cum 7. limitationibus, cum quibus fuit
declaratum, quo ad literas ad lites. Sed aduerte, quia ut ibi
dixi, quo ad literas beneficiales, eſt contrarietas hic inter
Doct. ¶ Conſidera duos caſus. Primus eſt, quando literæ
beneficiales ſunt elidibiles exceptione. Secundus, quando
ſunt nullæ ipſo iure. ¶ Primo caſu, ubi ſunt elidibiles, pu-
tà quando per ipſas Eccleſia grauata iterum grauatur, iux-
ta not. j. eo. mandatum. tunc dicunt hic Cal. Car. But. Abb.
& Domi. quòd de ipſis eſt facienda mentio. Et ita procedat
gloſſ. hic, quia ex quo nondum ſunt annollatæ, ſequitur ꝙ
ſecundæ ſunt ſurreptitiæ, tanquam obtentæ pendentibus
primis. Item quia poſſet contingere, ꝙ iſte conſequeretur
plura beneficia contra mentem Papæ, & quia de quocunq;
iure, etiam modico, facienda eſt mentio in literis beneficia
libus, aliàs ſunt ſurreptitiæ, & per conſequens nullæ, j. c. ſi
proponente. ¶ Iſtud limitatur dupliciter. Primò, dum mo-
dò iſta inualiditas ſurgat ex proprijs literis impetrantis, ſed
ſi literæ aduerſarij eſſent elidibiles per exceptionem, tunc
non eſt neceſſe facere mentionem de ipſis, ſm Cal. & Abb.
hic ita intelligentes gl. in c. cum noſtris. de conceſ. præbẽ. &
ſ. eod. ex tenore. Et idem not. Cald. in tit. de elect. conſ. 14.
¶ Limita ſecundò, niſi contra primas literas fuiſſet oppoſita
exceptio, & pronunciatum, eas non ualere, quia tunc non
oportet de ipſis facere mentionem. Et ita procedit propriè
glo. cum rationibus ſuis, in d. c. cum noſtris. niſi per primas
literas fuiſſet aliqd conſecutus, per id, ꝙ habetur ſ. c. proxi.
¶ Eſt uerum, ꝙ in iſto primo caſu uult Imol. hic contra præ
dictos, ꝙ non ſit opus facere mentionem de literis elidibili
bus, quia gl. generaliter dicunt, ꝙ de reſcripto inualido ope
exceptionis, non eſt opus facere mentionem, ut per gl. hic,
& in d. c. cum noſtris. & ſ. eod. ex tenore. Et faciunt multa,
quæ ibi relaxi. Reſpondet ad illud, ꝙ de modico iure eſt fa
cienda mentio, ut intelligatur de iure effectuali, ſecus, quã-
do ius non eſt effectuale, ex quo per exceptionem elidi põt.
Nihilominus ſotius puto, tenere cõem opinionẽ, propter
illam rationem, de qua ſ. uidelicet quia poſſet contingere,
ꝙ iſta conſequeretũ plura beneficia, & nullus opponeret pri
mis

mis literis. Et multa ſunt, quæ non conferunt ius effectuale. Tamen donec excipiatur, operantur effectus ſuos plerũque diu durantes; quia uel ignoratur inualiditas literarum, uel nõ eſt, qui curet eam opponere. Nec obſtat gl. in c. ex tenore. ſ. eo. quia loquitur in reſcriptis ad lites, in quib. nõ nocet tacere de primo reſcripto elidibili, cùm in illis non inducatur ita facile ſurreptio, ſicut in iſtis beneficialibus, ut habuimus ſ. e. prox. Secũdò caſu, ubi primæ literæ ſunt nullæ ipſo iure, non eſt neceſſe facere mentionẽ de ipſis. Et in hoc concordant omnes hic. Non aliter ſenſit Hoſt. ſecundũ Abba. hic, licet But. uideatur eum aliter intelligere. Conſidera bene, utrũ ratio proximè dicta obſtet huic concluſioni: quoniam poſſibile eſt, quòd reſcriptum ſit nullum ipſo iure, & tamen per ipſum quis habebit poſtea de facto beneficium, nemine opponente de nullitate. Et ita uidetur uelle expreſſè Cald. in titu. de elect. conſi. 11. loquens de gratia nulla, de qua, ſecundũ eum, facienda eſt mentio, niſi ſuper ipſius nullitate pronunciatum eſſet. Vbi autem eſt renunciatum primis literis, non eſt neceſſe facere mentionem de eis, niſi ui gore earum eſſet aliquid conſecutus impetrans, ut hic per do. Abb. & retuli ſ. c. prox. in prin. Et quando eſt aliquid cõſecutus, tũc habes unum caſum, in quo communis opinio non procedit. Et oportet facere mentionem de literis inualidis propter effectum quem ſortitæ ſunt, licet nulliter, ut per Imol. ſuprà e. prius. Reliqua ad iſtum paſſum dixi ſuprà cap. ex tenore.

7 SPOLIATVS Beneficio† debet de ipſo facere mentionẽ. Abba. hic poſt Cald. Butr. Imol. & alios: quia per ſpoliationem de facto agitatam non perdis titulum beneficij, ſed ſolum poſſeſſionem ut hic per eum. Adde Ioann. And. But. & Abb. idem tenentes in c. cum teneamur de præben. licet Domi. hic alleget Io. And. in c. quia in tantum. eod. titu. ubi hoc non ponit. Facit, quod no. Io. An. in c. de multa. ſuper uer. habeat. de præb. ubi dicit, ꝙ ſpoliatus curam, ſi recepit ſecundam tale, uacat primum. Nec obſt. c. ſi tibi conceſſo, de præb. in 6. quod uidetur facere in contrarium: nam, ſecũdum Do. hic, loquitur de pœna, c. de multa. ad quam incurrendam requiritur poſſeſſio ſecundi beneficij, & plena, uel ꝙ ſtet per eum, quin illud beneficium obtineat, c. licet epiſcopus. de præb. in 6. hic autem uitium ſurgit ex taciturnitate primi iuris, quod retinetur etiam data priuatione poſſeſſionis. An autem ſit idem econuerſo, ut impetrans beneficium teneatur facere mentionẽ de illo, quod obtinuit uiolenter, Io. And. Cal. Bu. & Domi. hic, tenent, ꝙ ſic, per c. cũ, qui. de præb. in 6. & ibi eſt gl. 4. Vtrum autem ſufficiat, quòd habens beneficium, quo alium ſpoliauit, dicat, Non obſtante alio beneficio, quod habet? an uerò oporteat exprimere, ꝙ alium ſpoliauit? Pet. de Anch. in cle. per literas. ad fin. de præb. dicit, ꝙ non, niſi habuiſſet authoritate ſecularis potentiæ. Sed in contrarium facit: quia profectò Papa difficilius conceſſiſſet ſecundum, ſi ſciuiſſet, ꝙ alium ſpoliaſſet. Ergo tacere iſtam qualitatem uitiat gratiam, ſ. eo. poſtulaſti. Ad idem, quod no. Cal. in iſto tit. conſi. 13. & de præb. conſi. 32. ubi dicit, ꝙ ſi poſſidens iniuſtè beneficium, impetrat literas ad illud, non habita mentione de ſua poſſeſſione, literæ dicuntur ſurreptitiæ. In quantum etiam tangit Abb. hic, an gratia poſſit probari per literas, adde, quod dixi in rub. ſ. tit. prox. ubi inuenies additiones ad omnia uerba, quæ circa hoc dicit Abb. hic. Quibus adde Ab. in c. qualiter. in prin. & in c. noſtri. 3. col. j. de elec. & in cle. 1. de hære. Et adde Rotam de offi. deleg. 2. in nouis, quæ uult, ꝙ licet poteſtas collectoris debeat probari literis, tamen poteſtas ſubcollectoris poteſt probari teſtibus. ¶ Vltimò tangit Abb. utrum † li-

8 a tera beneficialis ſit loco tituli[a]? & concludit poſt Cal. hic, ꝙ nunquam eſt loco tituli. Vnde non eſt titulus remotus, nec immediatus, ſed ſicut collatio, ubi interuenit, eſt titulus, ita & mandatum uerbale de conferendo, eſt primordium tituli. Nõ enim poteſt dici titulus, quia per literas ut conferatur, non acquiritur ius in beneficio ſed ſolum facultas implorandi officium executoris, iuxta gl. in c. ueniẽs. de renũ. Litera uerò eſt probatio collationis uel iſtius principij, ſicut contingit in contractu, qui perficitur ſolo conſenſu. Nam ſcriptura ſuperueniens non eſt de ſubſtantia contractus, ſed ſit ad probationem cõtractus, l. contrahitur. ff. de pig. & l. cõſenſu. ff. de act. & ob. Facit, quod legitur & no. in ca. ſicut. de re iud. ſecundum Abba. ¶ Adde Imo. ſuprà, c. prius. in ult. col. ubi dicit poſt Cal. quòd quicquid dicat Arch. in c. j. de lite conteſt. in 6. ueritas eſt iſta, quòd propriè loquendo, literæ non ſunt titulus, ſed probatio tituli, quando in literis facta eſt collatio. Si autem in literis non eſt facta aliqua collatio, ſed per ipſas mandatur, ut fiat, tunc etiam literæ non ſunt titulus, ſed ſunt probatio poteſtatis, uel mandati dati ſuper beneficio conferendo, arg. dict. l. contrahitur. Et adde Dom. in d. c. j. quaſi in fi. ubi concordat cum iſtis, ſecundo dicta Calde. hic. Et ita tenendum eſt, quamuis Rota in nouis, deciſi. 456. incip. Circa ſecundum. quam non reperi in rubricatis, Dicat ſimpliciter, ꝙ literæ in beneficialibus habentur loco tituli, allegando Compoſt. ſ. eo. conſtitutus. ad fi. & not. in c. j. de lit. conteſt. in 6. Et ex iſtis ſequitur, ſecundum Butr. & Domi. hic, ꝙ gratia non eſt conſeruatiua tituli, nã creato titulo per collationem, & ſemel de literis conſtito, hæc collatio conſeruatur ſine literis. Ideo ſi perderet literas, nihilominus ualeret gratia, ut patet in c. cum olim. la j. de priui. dummodo probaretur, ꝙ Papa hanc gratiam per literas feciſſet. Facit tex. in c. ſanè. de renun. & ibi gl. pen. in fi. ubi ad perditionem, uel renunciationem literarum non ſequitur perditio tituli. Et ſuper iſtis latius etiam inſiſtunt hic But. & Domi. quos uide. Et adde ſuper his, quæ dixi ſ. c. prox. uer. literæ non dant ius.

9 RESTANT Multa † ultra Abb. hic dicenda ex dictis aliorum Doctorum hic & alibi, ex quibus reportari poteſt utilitas magna, inueſtigando de pluribus dubijs circa mentionem faciendam in literis ad beneficia, ut promiſimus tractare hic, quando eramus in c. cæterum. & in c. ſuper literis & in c. poſtulaſti. ſ. eo. In quibus tractatum fuit de iſtis mentionibus, quo ad alias literas. ¶ Sed in primis ſcias modos cognoſcendi, quod dicatur beneficium Eccleſiaſticum, ut ſic ſcias, quod eſt illud beneficium, de quo quis tenetur facere mentionem: nam, ſecundum Cald. & Dom. hoc cognoſcitur quatuor modis. Primò ex parte perſonæ prouidentis. Secũdò ex parte qualitatis eius, cui prouidetur. Tertiò ex qualitate ipſius beneficij. Quartò ex qualitate modi ſeruandi in prouiſione. ¶ De primo, quia nõ, niſi per epiſcopum, uel prælatum Eccleſiaſticum, poteſt fieri prouiſio, licet quandoq; interueniat præſentatio patroni laici, de iurepat. c. 3. & per totum. Et aliquando etiam ſpectat collatio per priuilegium Papale ad laicum, quod inferior à Papa concedere non poſſit. Sic intellige c. dilectus. lo 3. de præb. & c. ſi. de concel. præb. & quod nota. 16. q. 7. in ſumma, & in c. imperium. 10. diſt. Patet in c. Maſſana. & in c. ſacroſan. de elect. dixi ſatis in c. cauſam. de præſcrip. ¶ De ſecundo: quia de ipſo non poteſt prouideri, niſi clerico, c. ex literis. de tranſact. c. 3. de inſti. & ca. cum adeo. ſ. eo. & ibi dixi. ¶ De tertio: putà, quia habet aliquid ſpiritualitatis annexum: quia propter diuinum officium datur beneficium, c. cum ſecundum. de præb. c. ſi. de reſcri. in 6. Item ꝙ detur in perpetuum: quia iſtud eſt proprium beneficiorum, c. præcepta. 55. diſt. c. ſanctorum. 70. diſt. notatur in c. ueniens. de fi. presby. niſi Papa conferat ad tempus, c. ſi gratioſæ. cum gl. 5. de reſcr. in 6. Quod non poteſt inferior à Papa, ſecundum Cald. conſi. 58. incip. Propoſita q. ¶ De quarto, quia debet prouideri purè, & ſine pacto, uel cõditione, & non pro commodo temporali, alias eſſet ſimonia j. q. j. c. ſanctorum. & 2. q. c. quàm pio. Et ex his cõcludunt prædicti, ꝙ non eſt uis in nomine, ſiue appelletur beneficiũ, ſiue officium, ſiue poſſeſſio, ſiue præſtimonium, ſiue penſio, dummodo in eo concurrant prædictæ conditiones, Facit, quod not. ſ. eo. poſtulaſti. & de præb. quamuis. lib. 6. ſecundum eos. Et iſta dicta Cal. refert & ſequitur ſimpliciter Pet. de Anc. in repe. regulæ, beneficium. de reg. iu. in 6. ¶ Iſtis præmiſſis not. diligenter magiſtralem theoricam Domi. Poſtea datis certis remiſſionibus, ſubijcientur propter hanc theoricam quadraginta illationes, ſeu corrolaria.

THEORICA Mentionum fiendarum in literis ad beneficia, eſt iſta, ꝙ in impetratione beneficij debat fieri mentio de his, quæ poſſent Papam retrahere, uel reddere difficiliorem ad concedendum, per c. poſtulaſti. ſ. eo. Item de his, de quibus

a *Tituli] Vide Bal. in c. i. in princi. epiſcopum, uel ab. in uſi. feud. & adde, quæ dixi, ſupra eo. in c. ad audientiam. ubi allegaui do. Soc. conſi. 169. incip. Circa primum conſultationis articulum. uerſic. confirmatur iſta opinio. in 2. parte. chart. 37. quem ad hoc omnino uide.*

quibus ſpecialiter eſt à iure prouiſum, quòd de his debeat fieri mentio, etiamſi non ſint talia, quorum taciturnitas habere Papam retrahere, uel difficiliorem reddere, per c.ſi motu proprio.in uerbo, quantumcunque modicum. de præb.in 6. Vbi autem non concurrit aliquod de iſtis duobus, non eſt neceſſaria aliqua expreſſio, per c. dudum.uer. conſiderantes.de præb.in 6.Hanc doctrinam ponit latè Domi.in c.ſuper literis.uer.dum legi Bononiæ Sextum.ſ.eo.& in repe.c. poſtulaſti.uer.puto,prout dixi.ſ.eo. Et ibi do. Maria. in repe.in pe.col.& Domi.in d.c.dudum.uerſi. credo ſic poſſe diſtingui.per illum tex.& per gl.in cle.j.in uerb.alteri. de præben.quæ uult, quòd non tenetur impetrans facere mentionem in literis beneficialibus,niſi de qualitatibus in iure expreſſis.Et eam ſequitur Cal.in tit.de fi.presby.conſi.j. confirmando hanc theoricam,ut dicetur ī.in 3.corollario, not. Cal.hic in 4.q.Et ad idem uide Rot. hoc tit.32.in nouis,& Cal.in iſto tit.conſi. 2. Et declara etiam hanc theoricam ex his, quæ dicentur ī.in 20.corollario. Et ad hanc theoricam uide etiam, quæ dixi in c.ſuper literis.uer.j.conſi.ſ.co.& in c.ad aures.in 9.concluſione,ſ.eo. Vide etiam unam theoricam ī.in 16.corollario.Et pro inueſtigatione multarum rerum optimè ſeruientium uide primò 2. plenas & aureas regulas,quas nouiter reduxi in c.ſuper literis. ſ. eo. per quas inuenies plures doctrinas circa mentionem faciendam, tã in reſcriptis ad lites,quàm generaliter in quibuſcunque impetrationibus.¶ Item an & quando oporteat facere mentionem de qualitatibus beneficij obtenti & obtinendi, uide, quæ plenè dixi in c.ad aures.ſ.eo.Et ibi etiam poſui 16.nouas concluſiones declarantes, quando & quomodo ſit facienda mentio ualoris beneficii impetrati,uel impetrandi.¶ Itẽ an ſit facienda mentio de iure alterius ad rem, putà electiona, uel præſentatione,dixi ſ.eo. cauſam. ad ſi. Item qualis mentio ſit facienda de canonicatu & præbenda,dixi in cap. cum adeo.ſ.eo.Et ibi etiam inuenies,an facta mentione canonicatus,oporteat nominare præbẽdam.¶ Item uide, quæ dixi ſ.eo.poſtulaſti.ubi ſunt examinatæ multę doctrinæ per illum tex.in uerbo,deleui.& ibi etiam da uicaria. Item quãdo ſit facienda mentio de iure ad rem,& de literis beneficialibus eludibilibus,dixi ſ.in iſto c.in noſtra.ubi etiam uidiſtis,quid de beneficio,quo quis fuit ſpoliatus. Plurima etiã ponit Nic.Myl.in reper. in uerbo, gratia. ubi ſunt aliqua, quæ nondum tetigi in iſto titulo. Et multa ponit Domi.in aurea repe.poſtulaſti.ſ.eo.reaſſumpta quaſi per eadem ueſtigia à Mariano in repe.c.illius c.de quib. in locis debitis facta eſt, & fiet opportuna mentio.Et eſto memor, ꝙ Marin. ibi in ult.char. colligit in propoſito mentionum fiendarum in literis ad beneficia, 12.notabiles regulas,quę tamen ex re dictis à me, ubi ſ.& ī.dicendis remanent opportunè inſertæ & dilatatæ pluribus deciſionibus & doctrinis, ordinatæ ſuper additis.

Vltra Tabulam iſtam dicta not. breue regiſtrum ad inuenienda ueclociter ea, quæ ſunt tangenda in iſtis dictis corollarijs,connumerando multa,de quibus dicetur,an de eis ſit facienda mentio, uel non.

De fructibus alicui in ſtipendium deputatis, dicetur corollario primo.
De intruſione præcedenti, corollario 2.
Da canonicatu, quem habet pater in eadem Eccleſia, corollario 3.
De qualitatibus, quæ inſunt beneficio de iure communi, corollario 4.
De his, quæ notoria ſunt papæ, corol. 5.
De reſeruatione ſpeciali, uel generali, corol. eod.
De pluribus reſeruationib.in eodem beneficio, corol. 6.
De futuris incertis, corol. 7.
De mentionibus faciendis in diſpenſationibus, corol. 8.
De clauſula, Obſtantia omnia ꝓ expreſſis habentes, corol. 9
De cura animarum, corol. 10.
De mentione, quæ ſit non expreſſè, ſed in conſequentiam, corol. 11.
De mentione per uerba non uſitata in curia, corol. 12.
De mentione fienda à permutantibus, corol. 13.
De offerente ſe dimiſſurum primam gratiam, corol. 14.
De mentione fienda in gratia, ſi neutri, & de pendentia litis, corol. 15.
De mentione fienda in gratia reformatoria primæ, corol. 16.
De mentione, quæ colligitur ex narratis, non tamen ꝑoſita ad partem, corol. 17.
De acceptatione procuratoris incognita, corol. 18.
De beneficio manuali, corol. 19.
De beneficio, cui eſt renunciatum, corol. 20
De familiaritate, quam habebat defunctus cum Papa, uel Cardinalibus, corol. 21.
De hoſpitali, quod impetratur, corol. 22.
De hoſpitali, quod habet impetrans, corol. 23.
De collatore, qui eſt monoculus in beneficio impetrato, corol. 24.
De qualitatibus non neceſſarijs ad monendum Papam, corol. 25.
De poſtulatione facta de alio, ad beneficium impetratum, corol. 26.
De unione non ſortita affectum, corol. 27.
De iure ad rem quæſito expectanti ex acceptatione, corollario. 28.
De mentione facienda in impetrationibus, quæ fiunt ab ordinario, corol. 29.
De reditu, qui non uacabit morte impetrantis. corol. 30.
De natura præbendæ, an ſit ſacerdotalis, uel electiua, corollar. 31.
De qualitate electiua, quæ ineſt beneficio, corol. 32.
De beneficio annexo, corol. 33.
De beneficio nulliter renunciato, corol. 34.
De ordinatione ad titulum alterius Eccleſiæ, corol. 35.
De poſſeſſione alterius colorata, corol. 36.
De modo uacationis, corol. 37.
De iure patronatus laicorum, corol. 38.
De Eccleſia cathedrali, corol. 39.
De qualitate beneficij, quod eſt regulare, & impetratur per ſecularem, uel econtra, corol. 40. & ultimo.

¶ Et iſtis declaratis, iunctis his, quæ dicta ſunt in locis præallegatis, rarò de ſimilibus interrogaberis, quin reſponſionem inuenias.

10 Primvm Corollarium eſt tale: Si epiſcopus † concedit alicui clerico fructus alicuius altaris uſque ad certum tempus pro mercede ſpiritualium laborum ſuorum, & iſte impetret unum beneficium, nõ tenetur facere mentionem de iſta aſſignatione, ſecundum Car. elegantiſſimè in tit.de præben. conſi.6. quia habens tales fructus, non dicitur habere beneficium. Pater in c.ſi tibi conceſſæ.cum gl. 2.de præb.in 6. Et tales fructus nõ ſunt beneficium Eccleſiaſticum neq; in titulum. Vnde ſicut magiſter ſcholarium non tenetur facere mentionem de reditibus Eccleſiaſticis, quos habet in ſtipendium, iuxta c.quia nonnullis.de magiſt.& nec de feudo, uel ſimilibus, quæ habentur ab Eccleſia, ut hic per Cald. in 6.q.ita nec de iſtis: & ideo non eſt tacitum aliquid inducens ad denegandum, uel difficilius concedendum, ut latius per Cald.in d.conſi.cuius rationes faciunt ad multa ex infrà dicendis. Ad idem uide conſi. eiuſdem de præb.30.ubi dicit, ꝙ etiamſi aſſignetur per canonicos media præbenda uni ſacriſtæ ad ſuſtentationem ſuam, tamen habens talem ſacriſtiam, non tenetur de ea in impetratione facere mentionem: quia hoc non eſt beneficium, ſed quoddam officium, quod non datur in titulum. Et reprobat dictum Inn. ſ.eod. poſtulaſti.dum dixit, ꝙ ſi aliquis habet reditum, uel penſionem, uel poſſeſſiones ab Eccleſia, debet de his facere mẽtionem: quia non eſt bene dictum, ſecundum eum. ¶ Secundum corollarium. Oportet facere mentionem de intruſione ꝑcedẽti: quia eſt tale quid, quo expreſſo, Papa difficilius conceſſiſſet gratiam, ſecundum do. Abb. in c.cum iamdudum. de præb.& in c.præterea.in ult.notabili, de iure pa.& in ca. per inquiſitionem.de elect.& in c.qualiter.in fi.& in c.quiſquis.in prin.eo.tit.& in c. ad aures.ſ.eo. & Bal.in c.in literis.ad fi.de reſtit.ſpol.& Domi.in c.cum, qui.a.reſponſo, in ult.col.de præb.in 6. Eſt uerum, quòd in hoc aliter ſcribit do.Car.poſt Pat.de Ancha.in cle.ſi Romanus.in fi.de præb. Sed pro concordia uide, quæ latè, & nouiſſimè ſcripſi ſ.eo. poſtulaſti.ad fi.Et ibi dictis adde Cal.in tit.de præb.conſil. 11.& in iſto titu.conſi.13.ſ.allegato, ubi latè tenet, ꝙ impetrans beneficium, tenetur facere mentionem de ſua poſſeſſione illicita præcedenti: aliàs impetratio non ualet, niſi ſit facta motu proprio, ſecundum eum. ¶ Tamen in hoc ultimo contrarium uidetur uelle Nicol. Mylus in repertor. in

uerbo,

uerbo, gratia. §. 8. incip. gratiam beneficialem impetrans, &
fortè meliori ratione: quia licet non poſſit allegari defectus
ſurreptionis, c. non poteſt de præb. in 6. tamen poteſt allega
ri defectus intentionis, ut no. Lap. in c. fi. de offi. deleg. in 6.
& dixi ſatis in c. ad aures. ſ. eo. Et adde, quòd non ſolum de
iniuſta detentione, ſed etiam de fructibus perceptis tenetur
facere mentionem, niſi ipſos in utilitatem Eccleſiæ conuer
tiſſet. Ita firmat pulchrè Ioan. And. in addi. Spec. in tit. de le
ga. §. uidendum reſtat de diſpenſatione. circa fi. uer. ſed po-
ne, aliquis. dicens, quod cum Papa Ioannes iuſtificaſſet ſibi ti-
tulum cuiuſdam ſcholaris ſui, uoluit, quod dimidia ipſorũ fru-
ctuũ ſolueretur cameræ ſuæ infra certũ tempus, nam ea per
ceptione dictorum fructuum fuit factus inhabilis ad bene-
ficia, ut no. Spec. ibidem poſt Hoſt. in c. dudum. 2. ſuper uer
bo, canonicè. de elect. & ſequitur Nic. Mylus, ubi ſ. Quod
31 perpetuò not. ¶ Quot † modis autem dicatur quis intruſus
in beneficio, uide optimè per Dom. in c. propter. ult. col. 19.
diſt. ubi ponit ſex modos, & ſubdit, quod ille poteſt dici largè
intruſus, qui licet fuerit authoritate ſuperioris poſitus in
beneficio, tamen habet uitium, propter quod deberet priua
ri, per cap. ueniens. de accuſ. Et ideo gl. magiſtra tales uocat
quaſi intruſos, ut not. glo. 2. in c. cum ſuper. de cauſa poſ.
32 & propri. Item † dicitur intruſus ille, qui eſt poſitus in bene-
ficio, authoritate ſuperioris non habentis poteſtatem con-
ferẽdi, ex eo, quia ad alium collatio pertinebat, uel quia pu
blicè ſuſpenſus, ut eſt tex. no. in c. fi. de exceſ. præla. & in ca.
quod diuerſitatem. de cõceſ. præb. Et ex hoc conſuluit. Gaſ.
Cal. ſecundum eum, quod ſi Papa mandat intruſos in beneficia
ſpoliari, ſub illo mandato includuntur illi, qui permutarũt
beneficia reſeruata Apoſtolicæ ſedi, durante reſeruatione,
quia cum de beneficijs reſeruatis per Papam inferior non
poſſit ſe intromittere, nec illa conferre, c. 2. de præb. in 6. &
in permutatione requiritur renunciatio & collatio, ca. 1. de
rer. permu. in 6. ideo tales permutantes ſunt poſiti in benefi
cijs authoritate non habentis poteſtatem conferendi, & ſic
dicuntur intruſi. Et eſt conſi. Cal. de uerb. ſign. 13. licet Do-
mi. non dicat: quod perpetuo not. & uide tex. in c. quid er-
go. uerb. ab epiſcopo regulariter ordinato, tenente uideli-
cet ciuitatem. de conſecr. diſt. 3. Per quem dicit Ioan. Andr.
poſt Vin. in c. per uenerabilem. qui fil. ſint leg. quod commiſſa
cauſa Epiſcopo Bononienſi, cognoſcet ille, qui poſſidet, &
eſt intruſus, licet ſit alius canonicè electus. Sequitur Arch.
11. q. 1. ſi quiſquam. & Alb. in l. more. ad fi. ff. de iuri. om. iu.
niſi olim alius poſſediſſet, & nunc alius notoriè occuparet,
& non eſſet dubium de titulo; Car. in cle. 3. q. 15. de ſo. cõp.
Et quod habens beneficium à non habente poteſtatem confe-
rendi, poſſit dici intruſus, eſt tex. in c. 2. ibi, intruſus. de re-
ſti. in inte. & ibi no. Abb. in 3. not. addens c. ex frequentib.
quod ibi no. de inſti. cæterum. Et ſi dicatur intruſus habens
beneficium à non ualente dare, non tamen habens benefi-
cium ab illo, qui dare poteſt, quamuis de iſtius intitulati,
uel prouiſi titulo diſputari poſſit, an ualeat, Innoc. in ca. ni-
hil eſt. in gl. magna circa med. de electio. ſequitur Rota de
cau. poſ. inc. no. quod intruſus. in antiquis. Dixit etiam Ba. poſt
Doct. in c. cum ſatis. 1. col. de offi. arch. quod is dicitur ſe inge-
rere, qui abſque diœceſani authoritate intrat, c. quoniam.
de offi. ordi. Et ſic cognoſcitur intruſus & incoloratus poſ-
ſeſſor. Et remittit etiam ad c. ueniens. de accuſ. & c. cum no
ſtris. de conceſ. præben. Et quod dicatur intruſus, qui ſe inge-
rit, eſt tex. in c. cum iamdudum. uerb. intruſori. iuncto uer-
bo, ſe ingerit & ingeſſit, de præben. & in c. dudum. lo 2. de
elect. Et illos duos text. not. quia paucos inuenies ſimiles,
ſecundum An. Sic. in c. ſuper literis. ſ. c. Tamẽ ea præmiſſis
habes ſimiles tex. & tex. in c. eum, qui. de præb. in 6. quem
allegat Alb. in uerbo, intrudit. Et alios tex. etiam alle. Brix.
in reper. in uerbo, intruſus. addens, quod ille dicitur intruſus,
qui præter ſuperioris authoritatem ingerit ſe in eccleſiam:
& dicit eſſe bonum tex. in d. c. quia diuerſitatem. & ibi Ab.
in prin. de conceſ. præb. Idem de eo, qui intrat cum titulo
habito à ſuperiore excommunicato, uel interdicto, per c. tã
ta. de exceſ. præla. Et adde, quod retinens beneficium, quo eſt
canonicè priuatus, dicitur intruſus. Brix. ubi ſ. per ca. cum
dilectus. de pur. ca. Et ad excuſandas intruſiones uide Old.
conſi. 304. Iuſtà ſcriptæ. ibi, non obſtat domino B. ubi dicit,
quod intruſus in beneficio non uacante excuſatur propter fa-
mam de morte rectoris. Ad quam excuſationem famæ mel

ſc.

iu dixi ſ. eo. cum contingat. ad fi. & eſt gloſſ. 3. in c. 3. de con-
ceſ. præben. Idem de eo, qui acceptat beneficium quo alius
fuiſſet iniuſtè à ſuperiore priuatus, neſciens de iniuſticia,
c. ad petitionem. de accuſ. Et ibi notant Doct. ſecus dicen-
tes, ſi ſciret, uel eſſet notorium de iniuſtitia. Et idem in ſimi
li not. Abb. in c. ex poſita. 3. col. de arbi. Multi alij modi lici-
tæ excuſationis adduci poſſent, ſicut & alia delicta ex proba
bilibus cauſis frequẽter in iure excuſantur, ut ſoleo recitare
in c. cum uenerabilis. de conſec. propter glo. auream ibi in
33 uer. migraſſe. Scito etiam, quod † intruſus poteſt renunciare be
neficio detento propria authoritate, glo. in c. niſi cum pridẽ
§. propter. in uerbo, illius. de renun. Sed declara, ut latius ibi
per Imol. poſt But. ponendo plures caſus. Et in effectu ui-
dentur uelle, quod gloſſ. non procedat, niſi quando eſt intruſus
exiſtenter & apparenter carens ipſo iure titulo, uel amiſſo
per delictum, uel nunquam habito. Et caue, quia ait Imo.
in d. c. niſi. quod ſimoniacus non dicitur intruſus, quia intru-
ſus eſt, qui nullũ penitus habet titulum in beneficio, quod
detinet. Sed ſimoniacus habet titulum, licet inualidum &
uitioſum. Et ita ſaluat glo. ibi ponentem, ut diuerſa, ſimo-
niacum, & intruſum. Et pro hoc facit regula cancellariæ
xxxui. Item ſtatuit & ordinauit. quòd prohibens moleſtari
triennalem poſſeſſorem beneficij, excipit ſimoniacum & in
truſum, & ſic ponit, ut diuerſa. Sed plus mihi placet, quod
dicit Car. in d. c. niſi. uolens illam glo. errаſſe, quia debebat
loqui alternatiuè. Et pro hoc arguo ſic, omnis ſimoniacus
eſt priuatus ipſo iure nullum ius habens, ut in conſtitutio
nibus modernorum Pontificum extenſis in ſupplemento,
in uerbo, ſimonia. ad fi. & in conſtitutione Pauli 11. cum de
teſtabile. Sed retinens beneficium, quo eſt priuatus, dicitur
intruſus, teſte Brix. ubi ſ. Ergo ſimoniacus eſt intruſus. Et
hæc omnia, ut unum cumulum ſcientiæ repone diligen-
ter ad intellectum d. regulæ cancellariæ, & omnium diſpoſi
tionum de intruſis loquentium. Seruiunt etiam ad materiã
c. cum noſtris. de conceſ. præb. de qua ĩ. corollario 36. ubi ar
guitur ſæpe ſic, eſt intruſus, ergo non poſſidet coloratè, & e
conuerſo. ¶ Tertium corollarium. Non oportet in impetra-
tione canonicatus facere mentionem, quod pater impetrantis
eſt canonicus in eadem eccleſia, quando non impetratur i-
dem canonicatus, ſecundum Cal. in tit. de fil. presb. conſi. 3.
Et ibi pulchrè dicit, quod non debemus dicere, quod aliqua taci-
turnitas reddat gratiam nullam, niſi ubi ius exprimit de illo
tali faciendam mentionem, nam annullatio gratiæ eſt quæ
dam pœna, ſeu punitio. Sed ubi ius uel iudex pœnam non
imponunt, non debemus dicere, pœnam fuiſſe impoſitã, ut
in §. in hoc c. 33. q. 2. Sed non eſt iure expreſſum de tali im-
pedimento patris faciendam eſſe mentionem, Ergo, & c. Et
hoc eſt, quod uoluit gl. 5. in d. cle. 3. de præb. ſecundum eũ.
Et hãc doctrinam ipſe etiam ponit in iſto tit. cõſi. x. ¶ Quar
34 tum corollarium. Non † oportet exprimere qualitates, quæ
inſunt beneficio de iure communi, ſed illas tantum, quæ in
ſunt de facto ratione cõſuetudinis eccleſiarum, uel alio mo
do. Ita reſpondit uni auditori Rotæ Vrbanus Papa 5. ſecun
dum Rotam in iſto tit. deciſ. 59. Dominus Vrbanus. idem
etiam tenet Rota de præb. 13. in antiquiorib. dans exemplũ
de cura animarum, quam habet Arc. de iure communi, per
c. ad hæc. de off. arc. nam de ipſa non eſt opus facere mentio
nem. ¶ Idem ſentit Lud. in ſing. 37. incip. Vtrum nobilis. in
fi. dicens, quod Papa non poteſt dici deceptus, quando exprimi
tur malè qualitas, quæ ineſt de iure. Et quo ad illam expreſ-
ſionem nobilitatis, de qua loquitur Ludo. latius ſcribit do.
Mari. idem tenens in repe. c. poſtulaſti. ibi, ſed circa prædi-
cta. ſ. eo. dicens ſe legiſſe Rotam idem tenentem, ſed nõ re-
cordari de quota. Cum illis etiam concordat Bal. in c. cũ or-
dinem. in 5. commento, uer. ut ſcias. ſ. eo. dicens, quod id, quod
eſt certum in iure, non indiget expreſſione, & ideo impetrãs
ſuper feudo non habet facere mentionem de conſuetudi-
nib. feudorum, quæ iure ſcripto comprehenduntur, ſecus, ſi
eſſet conſuetudo certi feudi exorbitans à conſuetudine re-
cti feudi. Idem etiã tenet Bald. in l. præſcriptione. uer. uenio
ad primam. C. ſi contra ius, uel uti. publ. dicens poſt gl. ibi,
quod impetrans reſcriptum ſuper appellatione, & dicens ſe poſ
ſe appellare poſt annum, non decipit principem, quia prin-
ceps præſupponitur habere ſciẽtiam legis, l. omnium. C. de
teſta. ſaltem præſumptiuè, ut per gl. in c. præterea. 23. diſt. li
cet non habet ſemper ſecum ſapientes, puta, cum uadit ue-
natum,

natum, & licet ſit fallendi intentio ex parte ſupplicãtis, tamen ex parte principis præſumitur certa ſcientia, & hoc, ubi exprimitur aliquid erroneè circa ius explicitum, ſecus, ſi circa ius implicitum: puta, ſi narratur, q ſententia tranſiuerat in rem iudicatam. Iſta enim non ſunt uerba facti, ſed iuris impliciti. & tamen ſi uerè non tranſiuit in rem iudicatam, iſtud mendacium reddit nullum reſcriptum impetratũ ſuper executione ſententiæ, ſecundũ eũ dilatantem ſe in alijs exemplis, de quib. per eum. Itẽ q qualitates, quæ de iure inſunt, non egeant expreſſione, no. Aegi. Belle. deci. Rotæ 488. Si impetrans. in fi. Pro iſtis etiam facit, quod dixi ſ. eo. ſuper literis. in 3. regula, dum poſui, q non eſt neceſſarium exprimere ea, quæ ſunt notoria in curia. Facit etiam quod dicetur in ſequenti corollario. ¶ Quintum corolla-

5 rium. Non † nocet taciturnitas eorum, quæ præſumuntur notoriè ſciri per Papam, ſecundum Rotam in iſto tit. deciſ. 32. in nouis. Exemplum de ſtylo curiæ in omnib. gratijs expectatiuis exceptuatur prima dignitas poſt Pontificalem: quidam expectans obtinuit ſucceſſiuè per ſpecialem prouiſionem Papæ talem dignitatem, & nõ dixit, q gratia ſua expectatiua exceptuabat eam, certè ualet prouiſio, etiã ſi hoc expreſſiſſet. omnino .n. Papa cõceſſiſſet: quia per hãc expreſſionem nihil dixiſſet non cognitum Papæ, qui præſumitur ſcire talem notorium ſtylum. Et illa deciſio ponitur etiã ad literam per Aegi. Belle. deciſ. 688. concluſio. extra. Rotam. Adducitur inter alia multa id, quod no. Fed. de Se. in tract. de rer. perm. q. 4. ubi dicit. q impetratio beneficij ex cauſa reſeruationis obtenta non ualet, ſi beneficium eſt reſeruatum, & de reſeruatione non eſt facta mentio, niſi reſeruatio illa eſſet generalis, & publicè nota, quia tunc præſumitur, q Papa illam ſciebat, ideo eius expreſſio fuiſſet ſuperflua.

¶ Incidenter no. ex hoc duo. Primo, q taciturnitas reſeruationis ſpecialis uitiat impetrationem factam à Papa. Secundò, q ſecus eſt, ſi taceretur reſeruatio generalis, & publicè nota. Et ita clarè decidit Fed. ubi ſ. & Petr. de Peru. in tract. de re. permu. in 4. parte, q. 1. & Imo. in cle. j. prope fi. de re. permu. Et ſi diceretur, non eſt ueriſimile, q Papa ignoret proprium factum, l. quiſquis. C. de reſciu. uen. reſpondent iſti, q ueritas in contrarium tollit illam præſumptionẽ, ex. quia ueriſimile. de præſumpt. capitu. cæterum. ſ. eo. & capitu. ueniens. de præſcrip. Si tamen poſſet conſtare, q Papa ſibi reſeruauit contemplatione Titij, & poſtea contulit Titio, ualet collatio, etiam non facta mentione de reſeruatione. Idem, ſi Papa reſeruauit ſibi prouiſionem beneficiorum, & contulit non facta mentione de reſeruatione, quia utroque caſu non uiolatur cauſa reſeruationis, ſecũdum prædictos. ¶ Sed reperio Rotam deciſ. 438. ſi mandatur. quæ eſt de præbẽ. 11. in nouis. ubi expreſſe uidetur dici totum contrariũ, uidelicet q de ſpeciali reſeruatione non eſt neceſſaria mentio, ſed bene de generali. Credo, q non loquatur ſimpliciter de omni ſpecialitate, ſed de illa, de qua ibi, uidelicet quæ fit per regulas cãcellariæ, quia illa præſumitur nota Papæ. Dũ autem dicit Rota de reſeruatione generali, loquitur de illa, quæ non eſt in regulis, ſed eſt facta per Papam, id eſt, nõ reſtricta ad certam ſpeciem beneficiorum, prout fit in regulis, & q de tali debeat fieri mentio, ut dicit illa deciſio Rotæ fuiſſe ordinatum per Gregorium 11. Quod credo limitandũ niſi iſta generalis eſſet ualde nota, per ea, quæ dicta ſunt ſ. Tamen remitto me ad interpretationem dominorum curialium, poſtquam nullus, quem uiderim, ſcripſit aliquid ſuper hac magna contrarietate. ¶ Poſtea reperio Nic. Myl. in repert. in uerbo, reſeruatio. §. 2. ubi laborat ſuper intellectu dictæ deciſionis, & in effectu illa deciſio uult, ſecundum eũ reſeruationem cenſeri ſpecialem, quæ fit per regulas contra ius commune, quia quanquam ſit contra ius commune, dicitur ſpecialis, l. ius ſingulare. ff. de leg. Poterit tamen per regulam Papæ fieri una reſeruatio contra ius commune, quæ erit generalis, quo ad expreſſionem uerborum, tamen appellabitur ſpecialis, quæ eſt ritè contra ius commune. Et licet prædicta deciſ. Ro. dicat, q reſeruationes contentæ in extraua. Benedicti 12. ad regimen eccleſiæ generales ſint generales, intellige de his, quæ erant ſecundum ius commune, q ibi plures reſeruationes narrantur, quæ iam erant de iure communi, ut de uacantib. in curia, uel de uacantibus extra curiam per mortem uenientium ad curiam, iuxta c. præſenti de præb. in 6. ſecundum Nic. Myl. Non aperit Nic. quid tenendum ſit, quo ad faciendam mentionem reſeruationis; & in effectu uidetur tenendum inſpecta dicta deciſione, q de reſeruatione ſpeciali contenta in regulis curiæ non ſit neceſſaria mentio: ſecus de ſpeciali non contenta in regulis. Item de generali opus eſt facere mentionem, niſi generalis ſit ualde no. uel in iure communi inſerta: & ratio ſit in effectu, quia exiſtentes in regulis præſumuntur notæ: & de eis Papa præſumitur recordari: nõ ſic de alijs, niſi ſint ualde notæ. Ad hoc tamen ponderat etiam Ro. in tit. de reſti. ſpo. deciſ. 4. in nouis. iuncto priu. cum fine. de qua fiet mentio ĩ. in 96. corollario. uer. tertiò no. in fi. illius uer. Secũdũ prædicta intellige Ro. de præb. deciſ. 39. in antiquis, quæ dicit ſimpliciter, q nõ ualet collatio de beneficio reſeruato, niſi per impetrantem fiat mentio de reſeruatione. Et idem no. gloſ. Aegi. Bel. deciſ. Rotæ 425. Si Papa nuncio. Et no. q ubi apponitur clauſula, Si non eſt alteri ius quæſitum, ualet collatio, licet taceatur de reſeruatione, ſecundum Ro. in titu. de præb. deciſ. 55. Unum ſi Papa. in antiquioribus. Et ubi eſt clauſula iſta, ualet, ac ſi nulla reſeruatio facta foret, includitur omnis reſeruatio, ſecundum Ro. in tit. de præb. deciſio. 24. in antiquis. Et de materia uide etiã certas ordinationes curiæ Romanæ, de quibus per Ro. in tit. de reſcr. deciſ. 5. in nouis. Et iſtis adde Domi. in rep. c. poſtulaſti. uerſ. ut ex hac materia reſcriptorum. ſ. eo. ubi concludit, q ſi reſeruatio Papæ fuit ſpecialis pro aliqua certa perſona, tunc nõ ualet impetratio facta ab alio, niſi fiat mẽtio reſeruationis. Et ad hoc ultra ipſum uide omnino Cal. in iſto tit. conſi. 7. quis præſentatur. Et ſubdit Domi. hoc procedere, etiamſi cõferat motu proprio: quia motus proprius non tollit ius tertij. Si uerò non reſeruatur ſpecialiter pro aliquo generaliter & indefinitè, quo ad unum beneficium tantũ, & tunc, ſi concedat gratiam motu proprio, ualebit: quia motus proprius excuſat literas à uitio ſurreptionis[a], & non tollitur ius alterius, ſecus, ſi non confert motu proprio, ſed ad inſtantiam, quia nõ ualet collatio tacẽs de reſeruatione certi beneficij, nõ q Papa nõ poſſit cõferre reſeruatũ, ſed quia in dubio non intendit ipſum conferre, niſi aliter certificetur, ideo debet certificari de dicta qualitate. Præſumitur enim reſeruaſſe ex certa cã ſpeciali, quia non ſine cã præiudicat ordinario, & poſſet circumueniri per impetrantem nihil dicentem de reſeruatione, & de ipſa Papa non recordaretur: tamen ſi reſeruatio eſſet facta odio ordinarij conferentis perſonis indignis, tunc ualeret collatio non facta mentione reſeruationis, ſecundum Domi. poſt Fed. in dict. tract. ſaluo, niſi reſeruatio eſſet facta partim in fauorem ordinarij collatoris, partim in odium: quia tunc collatio non faciens mentionem de reſeruatione non ualet. Ita nouiſſimè ponderat Domi. tex. in c. cum olim. de re iud. Nam ibi Papa reſeruat, dicens, q mandabit uni, qui moueat ordinarium collatorem, ut cõferat. Et ſi monitus non parebit, dabit ei poteſtatem conferendi. Et ſic patet, q per reſeruationem noluit præciſè auferre poteſtatem ordinario, ſed ſolum in caſu negligentiæ. Unde reſeruatio partim fuit fauore ordinarij, partim odio, & ideo non ualuit impetratio tacita reſeruatione in præiudicium iuris ordinarij reſeruati. Et hæc procedunt in reſeruatione ſpecialiter facta de certo beneficio. Si autem reſeruatio eſſet generalis reſpectu beneficiorum omnium prouinciæ uel uacantium in curia. iuxta c. 2. de præb. in 6. tunc tenet Dom. poſt Fed. q collatio ualeat non facta eius mentione, ſi erat notoria in curia. Si autem non erat ibi notoria, non ualet collatio non faciens de ea mentionem. Ita diſtinguit Domi. in d. c. poſtulaſti. ſequendo in hoc ultimo Lap. in c. 2. de præb. in 6. quicquid dicat ibi Pet. de Anch. quia in dubio Papa non intendit illi conferre, niſi aliter ſit certificatus, per ea, quæ dicta ſunt ſuprà in reſeruatione ſpeciali. Et ita nouiſſimè reſidet Domi. ubi ſ. ¶ Et ad hanc diſtinctionẽ poſſunt reduci omnia prædicta. Et iſta ultima dicta ponit etiam Domi. in d. c. 2. in ult. col. de præb. in 6. dum dicit, q de reſeruatione notoria non eſt neceſſaria mentio. Intellige tamen, q non in impetratione exprimatur qualitas perſonæ, propter quam beneficiũ uacat: aliàs enim cognoſci non poteſt, quid ſit reſeruatum etiam reſeruatione notoria, ut nor. Cald. allegãdo regulam cancellariæ in d. conſi. 7. in titu.

a Surreptionis] *Adde no. per Car. in cle. ij. & in cle. 4. de præben. ubi uide etiã gl. ſing. ad hoc, ſecundum eum, et adde Rot. deciſ. 101.*

tu. de reſcr. De materia aliquid etiam in ſequenti corolla-
rio.¶ Sextum corollarium. Quando circa idem beneficium
concurrunt plures reſeruationes generales: putà, ꝙ unus &
idem ſit ſcriptor Apoſtolicus & abbreuiator & collector, de
omnibus iſtis eſt facienda mentio expreſſa in impetratione;
aliàs eſſet ipſo iure nulla, ſecundum Cal. in d. conſi. 7. huius
tituli, dicentem ita fuiſſe ordinatum per regulam cancella-
riæ Gregorij 12. quam allegat ſimpliciter Domi. in d. c. 2. in
ult. col. de præb. in 6. & Rota præalleg. de præb. 25. in nouis.
Ad quod etiam ponderat uerba regulæ modernæ num. 62.
Item uoluit & ordinauit, quando prouidet, ſeu mandat, &c.
Et limita, niſi dicatur, Vel alio quouis modo uacet: os tunc
ueniunt omnes reſeruationes, licet una tantum ſit expreſſa
ſecundum Rot. de præb. deciſ. 16. in antiquis. Et ibi etiam di
citur, quòd ubi non eſt dicta clauſula, & exprimitur una re
ſeruatio, & uacet ex alia, non ex illa, non ualet impetratio.
¶ Et no. ꝙ ſi Papa dat nuncio Apoſtolico poteſtatem conferendi
20. beneficia etiam ſedi Apoſtolicæ reſeruata, non poteſt cõ
ferre beneficia reſeruata duplici reſeruatione, ſecundũ Ae-
gi. Belle. deciſi. Rot. 425. Si Papa. Facit l. uim paſſam. §. præ-
ſcriptione. ff. de adult. & quod not. omnes in l. ij. in prin. ff.
de uerb. obl. Tamen uidetur, ꝙ Rota determinauit contra-
rium, & Aegi. non fuit exauditus, ut ipſe dicit, quia talis fa
cultas uidetur latè interpretanda, & non eſt ita ambitioſa, ſi
cut gratia impetrantis, maximè, quando fieret motu pro-
prio. Facit, quod in ſimili dicitur de facultate diſpenſandi,
quæ largè interpretatur, ſecundum Io. And. & alios. in c. fin.
de ſimo. cum concor. quas dixi ſ. eo. poſtulaſti. Facit gl. 3. in
c. dudũ. de præb. in 6. probans, ꝙ in poteſtate data ſuper cõ
ferendis beneficijs fiat lata interpretatio cõtra concedentẽ.
¶ Septimum corollariũ. De ſuccitis habentibus ſe ad eſſe, &
non eſſe merè contingenter, non eſt opus facere mentionẽ,
& ſecundum Rotam in iſto tit. deciſi. 25. in nouis. Vnde nõ
nocet, ſi taceri ius, quod in beneficio potuiſſet aduerſarius
conſequi, ſi ego non impetraſſem, etiamſi per impetrationẽ
meam præcludatur ei uia ad futuram & nouam impetratio
nem, ut in exemplo, de quo ibi. Quod no. ad multa.¶ Octa-
uum corollarium. Iura, quæ arctant ad expreſſionem certã
qualitatum in impetrationibus beneficiorum, habent locũ
in impetrationibus diſpenſationum, ſecundum Domi. in c.
non poteſt. in ſi. prin. de præb. in 6. propter gloſ. 2. ibi, quod
ipſe reputat no. ad extenſionẽ illorũ iuriũ. Idẽ ſentit, do. Ab.
in c. ad aures. uer. aut impetro diſpenſationẽ. ſ. eo. & Aegi.
Bel. deciſi. Rot. 327. ſi eps. dicens, ꝙ ea, quæ uitiant prouiſio
nẽ, fortius uitiãt diſpẽſationẽ, quæ eſt ſtrictioris iuris. Alleg.
not. in d. c. non poteſt. & in c. j. de fil. presby. in 6. Bene facit
gl. pen. ibi, ſi enim in literis. c. ſi Apoſtolicæ. de præb. in 6. Et
dicit Aegi. doctor antiquus in c. de multa. de præb. ꝙ ſi di-
ſpenſatus cum aliquo, ut poſſit conſequi duas dignitates,
uel perſonatus, intelligitur, ut habeat in diuerſis eccleſijs,
non in eadem, quod extollis ibi do. Ab. poſt alios.¶ Nonum
corollarium. Quando dicitur in reſcripto, ꝙ obſtantia, & ea,
quæ expreſſione indigerent, habeantur pro expreſſis, nõ eſt
opus alia expreſſione, ſecundum do. Anto. conſi. 2. & conſi.
55. Viſis literis legitimationis. tamen ſuper hoc non eſt trã-
ſeundum cum breuiloquio. Ideo uide, quod nouiter reduxi
in c. nonnulli. in prin. in 2. ſall. ſ. eo.¶ Decimum corollariũ.
Nulla debet eſſe notabilior expreſſio, quàm de cura anima
rum, ſecundum Cal. hic in 4. q. Et ideo not. ꝙ ſi plebanatus
habet curam parochiæ, oportet de illa cura facere mentio-
nem. Et non ſufficit dicere, ꝙ eſt plebanatus eccleſiæ cura-
tæ collegiatę, ſecundum Car. pulchrè conſi. 33. In hac dubia
quæſtione. quia poſſibile eſt eſſe in eccleſia collegiata & cu-
rata dignitatem, quæ eſt principalis, & ad quam quis con-
ſueuit per electionem aſſumi, quæ tamen non eſt curata,
quia ex ſpeciali diſpoſitione inſtituentis, uel alio interpo-
ſeſt cura parochiæ & collegij ad alium pertinere. De cura pa
rochiæ probatur in c. ſtatutum. de elect. in 6. De cura colle-
gij, de quo eſt maius dubium, per c. cum ab eccleſiarum. de
off. or. probatur in c. irrefragabili. §. exceſſus. eo. tit. Et notan
ter ponderat, ꝙ ibi capitulum præſcribit iuriſdictionem cor
rigendi ſingulos de collegio etiam excludendo epiſcopum
ita ꝙ non eſt locus præuentioni, quod probat uerſi. ex tunc.
ut etiam not. Io. And. c. paſtoralis. ſuper glo. in eo. tit. Et de
his uide latius per Car. in d. conſi. quod ipſe reaſſumit in c.
ſi. j. de præb. & ſequitur ibi Imo. licet cum aliquali ſcrupu-

lo. Facit, quod not. Aegi. Belle. d. deciſ. Rotæ 422. Si epiſco- 1
pus obtinens. ubi dicit, ꝙ ſi promotus ad epiſcopatum im-
petrat diſpenſationem ſuper retentione prioratus, quem ha
bebat, & tacet, quòd eſt curatus, diſpenſatio eſt ſubreptitia.
¶ Et ampliatur hoc in deciſione ſequenti, etiamſi fiat men-
tio de cura per uiam exceptionis, per cle. j. de præb. Et paulò
poſt etiam ampliatur, etiamſi Papa diſpenſet motu proprio,
quia motus proprius non tollit ſubreptionem, quæ procedit
ex ipſa, & ex intentione Papæ. Item quia opus eſt alia diſpẽ
ſatione. Ad quod ultimum uide dicta ſ. eo. ad aures. v. con-
clu. Facit etiam pro dicto conſi. dictum Rotæ de præb. 13.
in antiquioribus, utrum cum quis pro expreſſo ſolius colle
gij non infert expreſſum eſſe, quòd beneficium ſit electiuũ,
ut latius dicam corollario 25. unde etiam latè Domi. in cap.
cum illis. ult. col. de præb. in 6. ubi ponit poſt alios, an facta
mentione collegij, dicatur tacitè facta mentio curæ? & uide
tur concludere, ꝙ ſic, quando collegium & cura eſt in eodẽ
corpore, aliàs non, ut ibi latius, quod licet ſequatur etiam 3
Mari. ſ. eod. poſtulaſti. 5. col. ibi, ſecundò quæro. tamẽ con-
ſi. Car. magis placet per rationes, quas ſ. poſui. Adde etiam
iſtis, quòd gratia de dignitate non extenditur ad curata, ſe-
cũdũ Rot. latè de præb. 18. in antiquio. Et adde, quòd ſi eſt
prioratus, in quo prior non exercet curam per ſe, ſed per ui-
carium nihilominus dicitur prior habere curam, ſecundum
Rot. in tit. de offi. uic. deciſ. 2. in antiquis. Et dixi ſatis ſ. c. c.
poſtulaſti. in prin. ubi etiam ſeruabi, quòd ſecus eſt in benefi
cio curato habitu, & nõ actu. Idem dicas, ſi beneficium ſim
plex habet annexam eccleſiam curatam ſecundario, per id,
quod dicetur j. in 33. corol. Dic etiam, ſecus, ſi ex conſtitu-
tione eccleſiæ aliquis gereret uices curati in ſede illius cura
ti, quia propter ſolum exercitium curæ accidentale ille uice
gerens non dicitur habere beneficium curatum. Old. conſi.
202. Factum tale eſt, ſtatutum eſt, quem refert & ſequitur
Alb. de Roſ. in j. parte ſtatu. q. 148. Eccleſiæ cuiuſdam. Scias
etiam, quòd ſi plures præficiuntur ad regimẽ animarum ali-
cuius eccleſiæ, nullus iſtorum dicitur habere curam anima
rum. Old. conſi. 67. q. talis eſt. Item ꝙ ſit facienda mentio,
qualiter beneficio, quod impetratur, ſolet ſeruiri per uica-
rium temporalem, uel perpetuum, uide Car. d. conſi. 33. Di-
xit etiam Rota in iſto tit. 31. quæ incipit, no. ꝙ quis non te
netur. in antiquis, ꝙ in literis, in quibus Papa prouidet, nõ
ẽ opus exprimere curã beneficij, ſed bene in illis, in quibus
mandat prouideri. Et ita intelligit c. cum in illis. de præb. in
6. maximè in beneficio tali, quod de ſu habet curã. Sed iſtud
uidetur contra prædicta. Et puto procedere ſolum in dicto
caſu; ſ. ubi beneficium de ſui natura habet curam. Et no. ꝙ
licet exprimantur iſta uerba, uidelicet ꝙ talis dignitas, uel
talis eccleſia eſt curata, tamẽ ſufficit dicere uerba, quæ infal
libiliter inferant eam eſſe curatam, puta, ſi dicitur, ꝙ poteſt
excommunicare, & quòd tenetur audire confeſſiones, & cõ
ferre ſacramenta. Ita dicit Rot. in tit. de præb. deciſ. 13. in an
tiquioribus. & uide, quod dicetur in ſequenti corollario.
¶ Adde etiam prædicta text. in cle. 1. de præb. ubi inuenies
pulchrum caſum circa hanc mẽtionem curæ. Et de illo tex.
feci mentionem in c. licet de off. or. ordinando quædam di-
cta noua & ſubtilia ad guſtum illius clemẽtinæ, quæ eſt au-
rea ad multa.¶ Vndecimum corollarium. Vbicunque in re-
ſcriptis beneficialibus ex iuris diſpoſitione requiritur ex-
preſſa mentio, non ſufficit, ꝙ ueniat in conſequentiam. Ita
dicit Domi. in c. humanum genus. j. diſt. propter gloſ. ibi in
uerbo. prohibetur. Et facit, ſecundum eum, tex. in c. ſuſce-
ptum. de reſcrip. in 6. & quod ibi notatur, & in cle. j. in 2. &
3. reſo, de præb. Et confirmari & impugnari põt ex multis,
quæ dixi ſ. ti. proxi. translato. Vide ibi. Sed tenendo iſtud di
ctum puto limitandum, niſi illa eſſet conſequentia infallibi
lis, ideſt, ꝙ expreſſio uerborum per cõſequentiã inferret de
neceſſitate illud idem, quod infert ipſa expreſſio, ut in exẽ-
plo Rotæ, de quo in præcedenti corollario de mentione cu-
ræ implicita, quæ æquipollet explicitæ.¶ Duodecimum co-
rollarium. Vbi requiritur aliqua expreſſio in hac materia de
bet proferri uerbis, quę poſſint intelligi, & ſint uſitata in cu
ria, & non ſufficit uti uerbis uſitatis in patria illius, qui ſup
plicat. Ita dicit Aegi. Belle. deciſ. Ro. 2. inferens, ꝙ nomina
librarum & aliarum monetarum interpretantur ſecundum
conſuetudinem loci, in quo fit impetratio, non ad quæ fit
impetratio. Et de hoc dicto memini in c. ad aures. in 11. cõ
cluſio-

16 cluſione, §. eo. ¶ Tertiumdecimum corollarium. In † permu-
tationibus beneficiorum, quæ fiunt in manibus Papæ, opor
tet facere mentionem de alijs beneficijs, quæ habent per-
mutantes, ſecũdum Ro. in tit. de præb. deciſ. 11. in antiquis
ſecus, ſi fiant in manibus alicuius ordinarij, ſecundum Ro.
in tit. de rer. permu. deciſ. 14. in eiſdem. Pro quo, ultimo fa-
cit, quod dicetur §. corollario. 19. ¶ Quartumdecimum co-
rollarium. Impetrans beneficium ſi aſſerit ſe habere primam
gratiam, quam offert ſe dimiſſurũ adepta poſſeſſione illius
beneficij, & ante habitam dictam poſſeſſionem impetrat il-
lud beneficium facta mentione illius impetrationis ſecũdæ
ſed tacito de prima gratia, cui promiſit renunciare, non ua-
let tertia impetratio: quia poſſibile eſſet, q non aſſequeretur
illam poſſeſſionem, & ſic prima gratia eſſet apta, acquirere
aliquid beneficium. Ergo de ipſa debet fieri mentio, per iſtũ
tex. Ita dicit Rot in iſto tit. deciſ. 21. in nouis, & de præb. de
ciſ. 36. in antiquioribus. ¶ Quintumdecimum corollarium.
17 Gratia † Si neutri, debet facere mentionem de qualitate be
neficij, & de modo uacationis, ac ſi de nouo beneficium im
petraretur, ſecundum Ro. in iſto tit. deciſ. 24. in nouis, & Lu
do. conſi. 362. Quo ad primum. Et ſcias, q in impetratione
beneficij debet fieri mentio, q eſt litigioſum, ſecundũ Rot.
in ti. de præb. deciſ. 17. in nouis. Facit, quod no. Cald. in iſto
tit. conſi. 12. dicens, q in habilitatione literarum ſurreptitia
rum debet fieri mentio de pendentia litis. Et hæc intellige
de lite mota ipſi impetratori. Sed ſi eſſet lis pendens inter
alios, non tenetur ille, qui impetrat beneficium litigioſum,
facere mentionem de illa lite, quando impetratio nullo mo
do cedit in præiudicium iuris litigatorũ, ut latè conſuluit
Old. conſi. 199. Quidam Hugo Marcelli. De modo autem
uacationis non eſt aliàs neceſſaria mentio, ut §. corollario
37. ¶ Sextumdecimum corollarium. In gratia reformatoria
primæ non eſt opus exprimere beneficia expreſſa in prima,
ſecundum Rotam in præalleg. deciſ. de præb. 17. in nouis,
propter quandam regulam Gregorij IX. Ideo gratia nulla,
exprimens tamen aliàs neceſſaria, operatur, quòd ſecunda
reformatoria illius non uitiatur ex taciturnitate eorũ, quæ
ſunt expreſſa in prima. ¶ Ex his infert Rota, quòd impetrans
beneficium expreſſis beneficijs obtentis, ſed tacito de pen-
dentia litis ſuper eo, ſi poſtea reformat primam impetratio-
nem expreſſa pendentia litis, non nocet taciturnitas benefi
ciorum ſemel in prima expreſſorum. Dicas tamen, q quan-
do ſecunda gratia agat ius acquiſitum ex prima immutan-
do eius naturam, & inducendo etiam ius nouum, tunc in
tali gratia requiritur mentio beneficiorum, quæ quis habet,
ſecundum glo. pe. in c. ſi Apoſtolicæ. de præb. in 6. Per quam
habes unam regulam generalem, ſecundum Domi. ibi, q
in omnibus literis, per quas ius antiquum augmentatur,
uel per quas conſeruatur, debet fieri mentio aliorum bene-
ficiorum. Et reaſſumit Ludo. conſi. 383. In propoſito caſu. in
prin. ¶ Facias ergo tres caſus. Primus eſt; quando ſecunda
gratia ſubintrat in locum primæ, ut operetur ſolum illos ef
fectus, quos debebat operari prima, ſi fuiſſet ualida. & tūc,
ex quo Papa plenè eſt informatus ex narratis in prima, non
eſt opus replicatione: quia ſicut conceſſit primam, ita con-
cederet ſecundam. ¶ Secundus caſus eſt, quando augmenta
tur ratione primarum literarum; & tunc, cum iſta conceſſio
uideatur plus conferre, quàm prima, requiritur replicatio il
larum qualitatum, quia licet Papa conceſſerit, quod eſt mi-
nus, non ſequitur, quòd ita concederet, quod eſt plus. Vn-
de licet Domi. in d. c. ſi Apoſtolicæ. uideatur intelligere illã
glo. etiam ubi ſecunda impetratio ſolum conſeruat ius pri-
mum, tamen fortè tunc non procedit dictum ſuum, quia
eſſet contra dictam deciſionem Ro. & rationem ſuprà dictã.
Et ſi diceretur, quòd gloſſ. in d. c. ſi Apoſtolicæ. loquitur etiã
de literis, per quas ius acquiſitum conſeruatur, dic, quòd lo
quitur de diſpenſatione. Illa enim non intrat in locum pri-
mæ gratiæ, ſed confert ſibi conſeruationem inductiuam no
ui iuris; & de qua non concurrit in Papa eadem facilitas cõ
cedendi, quæ fuit in concedenda gratia. Si enim diſpenſat,
clarum eſt, quòd debet ſcire de alijs diſpenſan. Nam diſpen
ſatio nedum conſeruat primam gratiam, ſed facit eam inex
pugnabilem, quæ poterat expugnari. ¶ Tertius caſus eſt, quã
do gratia reformatoria tendit ad diminutionem particula-
rem gratiæ primo conceſſæ, quia ſola uoluntas ſupplicantis
ſufficit ad inducendum Papam ad diminuendam primã gra

tiam, ſecundum Lu. conſi. 362. in fi. dicentem ita loqui di-
ctam regulam Gregorij XI. quia uerbũ Reformare, ſonat in
diminutionem. Alleg. gl. in c. ſtatutũ. in prin. in uer. reformã
dũ, de reſc. in 6. ¶ Decimumſeptimum corollariũ. Omnia
obſtantia gratiæ, quæ clarè poſſunt colligi ex narratis, uidẽ
tur tacitè eſſe ſublata, licet de illis tollendis nihil dictũ fue
rit in cõceſſione gratiæ. Aegi. Belle. deciſ. Rotæ 353. In cau
ſa domini Car. Allegat no. per Ia. & Fe. in l. fi. C. ſi cõtra ius,
uel uti. pub. & per Io. And. in c. 1. de exceſ. præla. in 6. Quod
declara plenius ex his, quæ dixi in c. ſuper literis. in 4. regu
la, §. eo. ¶ Decimumoctauum corollarium. Non nocet mihi
impetrãti gratiam, tacuiſſe acceptationem, quam fecit pro-
curator meus nomine meo in partibus me ignorante, &
nolleret, licet poſt hanc meam impetrationem illam acce-
ptationem ratificauerim, ſecundum Aegi. Belle. deciſ. Rot.
522. concluſio, q habens. ¶ Limita, niſi eſſet uerìſimile, q
habuiſſet notitiam illius acceptationis, & de hoc eſſent cõ-
iecturæ notabiles, quia tunc impetratio eſt ſurreptitia, nec
per ſolum iuramentum probaretur ſua ignorantia, ut latè
no. Lud. conſi. 481. præſentis dubitationis articulus. Et de
materia uide Dom. poſt alios in c. gratia. in 3. col. de reſc. in 6.
18 ¶ Decimumnonum corollarium. De † beneficio manuali, q
habet impetrans, facienda eſt mentio, ſecundum Cal. in i-
ſto. ti. conſi. 9. quia de omni beneficio, quod quis obtinet in
titulum, debet fieri mentio, infrà eo. proponente. & non di-
ſtinguitur, an ſit temporale, uel perpetuum. Secus dicit, ubi
eſt beneficium temporale, quod non datur in titulum, ſicut
eſt uicaria temporalis, de qua non eſt neceſſaria mentio, per
c. poſtulaſti. ſuprà eo. ut declarat Domi. in d. conſi. 9. in add.
Et ad iſta duo dicta uide elegãs conſiliũ Cal. de præb. 30. an
19 ſi ſacriſtæ ¶ Vigeſimum corollarium. Non † nocet tacere, q
iam habui beneficium, & quòd ei renunciaui, ſecundum
Lap. alleg. 89. duo prælati. 4. col. uer. item eſt ſciendum. Et
ibi etiam dat doctrinam in hac materia, quòd ad hoc, ut ta-
citurnitas alicuius rei habeat uitiare gratiam, requiritur. q
ſit talis, qua expreſſa princeps facilè non conceſſiſſet, per no
tata ſuprà eo. ſuper literis: Quod intelligitur ſecundum cõ
munem curſum & ſtylum cancellariæ, nam aliàs non poſſet
nunquam ſciri, an princeps feciſſet gratiam, an non: fortè
enim feciſſet, & fortè non. Vnde referendum eſt hoc ad pro-
babilem coniecturam, uel communem uſum aliarum per
principes conceſſarum, ſeu ſolitarum concedi. Vnde non i-
deo uitiaretur gratia, quia tacui me ſtatum, uel puſillum,
uel quòd iam habui beneficium, ſi renunciaui, ut eſt dictũ.
Et ſic intellige Rot. de conceſ. præbẽ. deciſ. 53. Dominus Pa
pa. in antiquis, dum dicit, q de omni qualitate, quæ habet
mouere, uel alterare animum principis, debet fieri mentio.
Ad quod etiam uide Ro. de reſcri. deciſ. 32. ad fi. in nouis. &
Aegi. Belle. deciſ. 698. extra Rotam, quorum dicta retuli in
c. poſtulaſti. §. eo. ¶ Vigeſimumprimum corollarium. Opor-
20 tet † facere mentionem, quòd ille, cuius morte uacat benefi
cium, erat familiaris alicuius Cardinalis, aliàs impetratio
eſt nulla, ſecundum Rotam in ti. de præb. concluſ. 15. in an
tiquis, dicentem ita ordinaſſe Gregorium XI. Intellige, etiã
ſi deſierat eſſe familiaris tempore mortis, ut eſt antea deciſio
Ro. de præb. 20. Papa reſeruauit: in antiquioribus. Mouetur
quia ex quo ſemel fuit familiaris, beneficia, quæ tunc obti-
nebat, iam fuerant reſeruata in manibus Papæ. Ergo ex quo
ſemel fuerunt reſeruata, non deſinunt eſſe, nec ueniunt ad
manus inferiorum, donec Papa ſemel diſpoſuerit de eis, ar-
gu. no. per Innoc. in c. inter dilectos. §. de exceſ. præl. ¶ Pro
hoc, quia uidemus in ſimili, quòd beneficia illius, qui ſe-
mel fuit collector, uel ſubcollector unicus, uel familiaris cõ
menſalis Papæ, ſunt reſeruata, etiamſi tempore mortis deſie
rit eſſe talis. Et intellige de beneficiis, quæ habuit ante offi-
cium, uel eo durante, non poſt. Ad hoc uide Rot. in tit. de
præb. concluſ. 12. 23. & 24. in antiquis. Et ſubdit Rot. idem
concluſ. 30. quòd licet officium dans cauſam reſeruationi
ceſſauerit, non ceſſat reſeruatio. Et q etiãſi iſti deſierint eſſe
tales, non tamen ceſſat reſeruatio, uide Pet. de Anch. conſi.
mihi 132. De natura. ¶ Idem ſi talis moriatur, ante quã ac-
ceptauerit officium, ſecundum Ro. in ti. de præb. cõclu. 11.
in nouis. ¶ Idem, ſi acceptauerit, & non exercuit, ſecundum
Ro. in ti. de præb. conclu. 14. in antiquis, dicentem hoc eſſe
de ſtylo, licet ſecus dixerint aliqui ſapientes. ¶ Sed caue
in hoc ultimo, quia reſpectu familiarium non gaudent priui
legio

uilegio familiaritatis, qui non famulantur, ſecundum do. Abb. in c. cum dilectus. ad fi. de cler. non reſi. dicentem eſſe ad hoc diligenter aduertendum. Inducit c. ex parte. eo. ti. & c. fi. de uerb. ſig. in 6. Ad idem uide Pe. de Anch. conſi. mihi 228. Primò inquirendum, ubi conſulit, ꝙ de reſcriptis inter capellanos Papæ non excuſatur à reſidentia in beneficijs ſuis, niſi circa Papam obſequialem ſe exhibeat. Idem do. Mari. in repe. c. ex ſuæ. de cle. non reſi. in 27. col. uerſ. decima cauſa. & in ſeq. col. uerſ. decimatertia cauſa. & pulchrè domi. Car. conſi. 27. uacauerunt. prope fi. dicens, ꝙ illi ſoli capellani gaudent iure capellanatus, qui ſunt in proſecutione officiorum & negotiorum per ſedem Apoſtolicam eis commiſſorum. Allegat extraua. Innocentij V. ad futuram. Et iſtorum beneficia ſunt reſeruata aliorum, non ſecundū eum. Et iſtas deciſiones nota, tanquam ratione allegatas & multum importantes. Sed obſtare uidetur ſtylus curiæ, de quo in d. deciſ. 14. de præb. in antiquis, quæ dicit, ꝙ poſtquam ſemel quis eſt factus collector, uel ſubcollector, ſiue utatur officio, ſiue non utatur, beneficia, quæ tunc habebat, remanent reſeruata, & ſic non curatur de exercitio officij, niſi dicas, ꝙ ille ſtylus procedit, quatenus eſt introductus, & non amplius: quia limitata cauſa limitatum parit effectum, l. in agris. ff. de acqui. re. do. Et ideo ſi eſſet de ſtylo, ꝙ et familiares non exercentes perſonā ſuam in familiaritate dicerētur uere familiares, illi ſtandum eſſet. ¶ Et caue: nā quæ dicta ſunt de collectorib. & ſubcollectorib. dēns intelligi, quando tales officiales moriuntur tempore pontificis, qui creauit eos officiales: ſecus hodie, ſi non eſſet ille pontifex: quia tunc reſeruatio eſt finita. Ita reſpondi in facto, motus primò per regulam cancellariæ, quæ de his loquitur, dū dicit, qui ſuo tempore, ſupple Papæ reſeruantis, ſua officia exercuerunt. Secundò per deciſionem peregrinam Domini ci in c. præſenti. in prin. de offi. deleg. in 6. ubi ita etiam dicit ſe reſpondiſſe, ꝙ morte reſeruantis expirat reſeruatio, per illum tex. Poſtea mutaui reſponſionem propter extrauagan. Pauli II. ad perpetuam. decidentem, ꝙ tales reſeruationes non expirent morte Papæ. Et illa conſtitutio eſt in multis Clementinis impreſſis Venetijs. ¶ Et adde, ꝙ ſi conceditur alicui poteſtas conferendi beneficia familiarium ſuorum, & unus de famulis deſinit eſſe famulus, poſtea moritur, non poterit ille conferre beneficia ipſius: Rota præal. de præben. 20. in nouiſſimis: alleg. Io. And. in c. fi. de uer. ſign. in 6. ¶ Adde etiam iſtis Thomam Faſtoli dubio Rotæ 59. ſecundo dubitatur. ubi uult contra ea, quæ dixi ſuprà, ꝙ reſeruatio beneficiorum cedentium, uel decedentium capellanorū Papæ, non afficit beneficia eorum, qui deſierunt eſſe capellani. Scias etiam circa prædictam regulam cancellariæ xxx. Item uoluit, ꝙ impetrans, ubi dicitur, ꝙ impetrans beneficium uacans per obitum familiaris alicuius Cardinalis, tenetur exprimere nomen & titulum ipſius Cardinalis. Et ſi ille fuerit in curia, ꝙ accedat eius conſenſus: aliàs gratia ſit nulla. Idem uult, ſi ille deſijſſet eſſe familiaris: & hoc quo ad beneficia ſibi competentia tempore familiaritatis, & prærogatiuas Cardinalis in beneficijs ſuarum eccleſiarum. Tetigi in c. cum eccleſija. de ma. & obe. ¶ Vigeſimumſecundum

21 corollarium. Oportet † exprimere, ꝙ eſt hoſpitale, clem. per literas. de præb. Et idem de alijs qualitatibus, de quibus ibi in tex. In quo ſcias, ꝙ procedit, etiamſi ſcriberetur motu proprio, ut ibi per glo. 4. & ibi per Car. in v. q. & per eundem latè conſ. 118. Caſus talis eſt: agitatus eſt proceſſus. Et idem dicas de beneficio ſolito regi per laicum, quia non uenit in gratia conceſſa clerico ad beneficia uacatura, niſi fiat mentio de illa qualitate, ſecundum Rot. in tit. de reſcrip. deciſio. 163. in antiquis, per notata in d. clemē. per literas. & quia, ea quæ ſcribitur pro clerico, præſumitur ſcribi de beneficio clericali, argumen. l. ſed ſi quid. §. mancipiorum. ff. de uſuf. ubi ſi relinquitur uſusfructus mancipij, debet uſufructuarius uti ſeruo legato ſecundum qualitatem ſerui. Vnde ſcriptorem non debet deputare ad calcem portandam, uel ſimile. Facit in terminis c. cum de beneficio. de præben. in 6. per quem tex. dicit Domin. in c. fi. §. j. in fi. de offi. deleg. in 6. ꝙ ſi mandatur prouideri de beneficio clerico ſeculari, intelligitur de conſueto conferri clerico ſeculari ſcdm conditionem perſonæ. Et eſt dictum Cal. in diſpu. inci. Dominus Papa dedit conſeruatorem. & credo legiſſe Dom. alibi dicentem, ꝙ ſi Papa mandat prouideri clerico de officio, intelligitur de eccleſiaſtico. Facit l. plenum. §. equitij. ff. de uſu & ha. & ibi pulchrè Bar. ubi uerba intelliguntur ſecundum qualitatem perſonæ, de qua fit mentio. Facit, quod no. Do. in c. fi. §. j. in fi. de offi. deleg. in 6. & in c. cum de beneficio. de præb. in 6. poſt Cal. in diſpu. Dominus Papa dedit conſeruatorem. ¶ Et per d. cle. per literas. credit Pe. de Anch. in repe. c. ſi propter. uer. ſed nunquid. de reſcr. in 6. ꝙ gratia conceſſa in forma, de qua ibi ſuper fructibus beneficiorum non includit hoſpitalia, ſicut etiam appellatione eccleſiarum, monaſteriorum, uel prioratuum non ueniunt hoſpitalia. Facit etiam ſecundum eum, declaratio Bonifacij 8. de qua per gloſſ. s. in cle. 2. de decimis, quæ uult, ꝙ impoſitio decimæ Papalis nō eſt extendenda ad hoſpitalia. ¶ Et per d. clem. per literas. dicit Ro. in titu. de conceſ. præb. deciſ. 47. in antiquis, ꝙ licet eleemoſynaria ſit camera capellæ, quæ ſpectat ad collationem ſacriſtæ, tamen habens gratiam expectatiuam ad beneficia ſuppoſita ſacriſtæ, non habebit eleemoſynariam, neque capellam ei annexam. Et ita dicit fuiſſe deciſum: tamen rationes, quæ ibi adducuntur in fine pro expectante, inferunt ſatis urgenter, quòd capella ſit principalior, & dignior & ſic trahat ad naturam ſuam eleemoſynariam: & facit c. ſuper eo. de præb. in 6. ¶ Limita tñ. d. cle. per literas. niſi eſſet aliquod hoſpitale ſpectans ad collationē prælati regularis, & ipſe ſoleat conferre illud, ut manuale alicui religioſo: quia tunc religioſus habens expectatiuam ad beneficia ſuppoſita tali prælato, poterit petere tale hoſpitale, ſecundum Ro. in tit. de reg. deciſ. 3. in antiquis. Et ſic limita opi. do. Card. in d. cle. per literas. q. 53. dum dicit poſt Lauren. ꝙ ille text. habet locum etiam in regularibus. ¶ Vigeſimumtertium co

22 rollarium †. Impetrans beneficium non tenetur facere mentionem de hoſpitali, quod habet, quia in eo non habet titulum eccleſiaſticum, ſed adminiſtrationem, iuxta cle. 2. §. ut autem. de reli. dom. Ita Pau. de Leaza. in cle. fi. de offi. or. & ſequitur ibi dom. Car. in x. q. & Imo. in 1. col. & Mari. in repe. c. poſtulaſti. uerſi. ſed quæro. ſuprà eo. Hoc intellige, quādo impetrātur literæ in forma gratiæ: ſecus, ſi in forma pauperum, quia tunc debet fieri mentio de hoſpitali, ſecundū Dom. in repe. d. c. poſtulaſti. 19. col. uer. ſed quid de hoſpitali per ea, quæ ipſe dicit ibidem in 12. colū. uer. ex præmiſſis puto. dum ponit, ꝙ oportet exprimere patrimonium, ubi impetrantur literæ in forma pauperum, & facit, quod dicetur infra in 30. corollario. ¶ Dicas etiam, quod quando aliquis haberet hoſpitale in titulum, tunc indiſtinctè eſt facienda mentio de eo, ſecundum Dom. in d. c. poſtulaſti nō in repe. ſed in lec. in fi. dicentem ita tenere ibi Lap. de Caſte. Generaliter autem, quando diſpoſitio loquens de eccleſijs comprehendat hoſpitalia, uide copioſè And. Sic. in c. ex literis. de conſue. cum pluribus concordantijs & declarationibus, quas ultra eum ſoleo ponere in c. de quarta. de præſcri.

23 ¶ Vigeſimumquartum corollarium. Oportet † facere mentionem, ꝙ ille, ad cuius collationem impetratur, habet ſolum collationem unius beneficij, aliàs enim, ſi hoc non exprimitur, gratia nō comprehendit illud beneficium, in quo ille eſt monocularis. Ita dicit Io. Mo. ī regula, in generali de reg. iur. in 6. quia ſicut inutilis eſſet impetratio, cum impetratur beneficium uiuentis, c. 2. de conceſ. præb. ita inutilis eſt, ſi ille, ad cuius collationem impetratur, habeat conferre unum ſolum, quia utroque caſu datur uia ad ſpeciale uotū captandæ mortis. Ita dicit ſcripſiſſe Clementem 4. in facto præpoſituræ ſanctæ Mariæ de Burgis contra impetrantem dignitatem in genere, cùm ibi eſſet unica, & ſequitus Ioan. And. in d. regula, in generali. allegando gl. ſuam in cle. 1. in uerbo, certa de præb. quam uide, & eſt ſingu. ſecūdum Cas. ibi in §. fi. in 6. q. & eam latè reaſſumit ibi Imo. in §. fi. & ibi etiam do. Abb. in fi. colligens, quòd dictio Aliquod, ſignificat diuerſitatem. Vnde ſi mandatur alicui conferri aliquod beneficium in certa eccleſia, & ibi ſit unicum, non uerificabitur in illo. Quod nota ad multa. Cum iſtis concordat Ro. in tit. de præb. concl. 12. in nouis: & Tho. Faſtoli dubio Ro. 55. Primò, an gratia qa cū ille ſit monocularis, nō debet priuari illo unico lumine: pro qua ratione facit ultra iſtos tex. in cle. j. de ſent. excom. ad fi. ibi, hoc unico lumine priuare nolumus, nec debemus, cum ibi alle. in glo. ¶ Declara illud corollarium dupliciter. Primò, niſi quis habeat collationē unius beneficij tantum, & in uno alio præſentationē, quia nō dicitur monocularis, ſecundum Tho. Faſtoli dubio Ro. 56.

56. ¶ Secundò declara, niſi in uno haberet collationem ſo-
lius, & in pluribus baberet conſerre ſimul cum alijs, quia
etiam illud unicum ueniet ſub gratia expectantis beneficiũ
ſpectans ad collationem talis prælati communiter, uel diui
ſim, ſecundum Rot. pulchrè in tit. de reſer. deciſ. 34. in anti-
quis. Si tamen literæ dicerent de beneficio, quod ipſe habet
conſerre ſimul cum pluribus, ſecundum Ro. in tit. de reſer.
deciſi. 35. in antiquis. Allegat gl. in c. mandatum. de præbẽ.
in 6. ad quod uide omnino, quæ dixi, quo ad hoc, in c. eam
te. ad fi. ſ. eo. Et ex iſto corollario habes pulchram limitatio
nem ad l. fundus, qui locatus. ff. de fun. inſtru. de qua memi
ni in c. ſedes. in 7. declaratione, in c. 1. 4. col. ſ. eo. ¶ Vigeſi-
mumquintum corollarium. Sufficit exprimere qualitates
beneficij, quæ ſunt ſufficientes ad monendum Papam, licet
non exprimantur aliæ ſecundum Aegi. Belle. concluſ. Rot.
233. Impetratio certi, iuncto ſummario, quod eſt in tabula
in tit. de præb. ſummario 24. in quo iſtud clarius dicitur.
¶ Vigeſimumſextum corollarium. Impetrans beneficium
poſt poſtulationem factam de illo beneficio nondum præſẽ
tatam ſuperiori, non tenetur facere mentionem de illa, ſecũ
dum Dom. in repe. c. poſtulaſti. ad fi. ſ. eo. poſt ſubtilem di-
ſputationem huius puncti noui. Mouetur in effectu, quia
per poſtulationem nullum ius acquiritur poſtulato, quo ad
beneficium, ad hoc ut poſtulatio cum poſtulato dependeat
à ſola gratia, c. bonæ. lo 1. & c. pe. de poſtu. præl. & c. cupien
tes. & c. denique. de elect. in 6. Si ergo nullum ius ſibi quæri
tur reſpectu tituli beneficialis, ualebit impetratio non facta
mentione iuris poſtulati, quod nullum eſt, quia de eo, quod
non eſt, nulla mentio fieri poteſt, c. ad diſſoluendum. de de-
ſpon. impu. Inducit etiam alias rationes, de quibus per eũ
reſpondentem contrarijs. ¶ Vigeſimumſeptimum corolla-
rium. Si poſt unionem beneficij factam ex legitima cauſa ab
ordinario, antè quàm ſortiatur effectum, Papa reſeruat tale
beneficium, & mortuo prælato confert illud non facta men
tione unionis, ualet collatio, ſecundum Rot. in tit. de reb.
ec. non alie. deciſ. 3. & v. in antiquis, quia per hoc non tolli-
tur unio, quæ eſt perpetua, ſed ſolũ ſuſpenditur ad tempus,
cuius effectus poteſt differri ex facto principis ſuperuenien
te, l. fi. ff. ad municip. Facit c. non eſt de uoto. ¶ Contrarium
tenet Rot. in tit. de rer. permu. deciſ. 3. in antiquis, quia ſe-
cundum hoc poſſibile eſſet, quod unio remaneret inefficax pro
pter frequentes impetrationes, quod eſſet abſurdum, cum
unio iſta legitima reſpiciat cauſam neceſſariam, quam non
eſt ueriſimile quòd Papa uoluerit tollere, niſi expreſſè dica-
tur. Et uidetur Rota hoc intelligere, quando Papa confert
beneficium ad inſtantiam ſupplicantis. Sed ubi confert mo
tu proprio, tunc uidetur uelle, quòd procedat alia deciſio.
Sed Dom. in d. c. poſtulaſti. uer. crederem, & c. ult, quod etiam
conceſſio facta motu proprio Papæ non ualet, niſi fiat men-
tio de unione, quia Papa non intendit per ſuas literas præ-
iudicare iuri alteri quæſito, niſi exprimat hoc in literis, ſiue
ſit præiudicium extinctiuum, ſiue dilatiuum. Patet in cap.
quamuis. & c. ſi propter. de reſcr. in 6. Ad idem c. ſi ſuper gra
tia. & c. ſtatuimus. de offic. deleg. eod. li. ubi æqualiter ponit
non intendere in ſuis diſpoſitionibus auferre etiam impedi
menta dilatiua. Ergo cum hic auferat ius alterius ſaltẽ ad tẽ
pus, uidetur, quod non ualeat. Ad idem c. tibi, qui. de reſcri. in
6. & c. capitulum. ſ. e. ubi plus eſt, quod non intendit Papa tol
lere ius ad rem primi impetrantis, niſi de eo fecerit mentio-
nem, etiamſi ſit præiudicium dilatiuum, ut quod ſecundus præ
feratur primo. Ergo multo minus debemus intelligere, ut
auferat, licet temporaliter effectum iuris quæſiti in re per u-
nionem. ¶ Non obſtant rationes adductæ in contrarium,
quia concludunt, quod Papa poſſet tale beneficium conferre.
Sed hoc non negatur, ſed dicitur, quod Papa in dubio non in-
tendit ferre præiudicium iuri alterius, etiam quando ſcribit
motu proprio, ut per Ioan. And. in c. ſi motu proprio. de præ
ben. in 6. & dixi in c. ad aures. ſ. eo. ut latius per Dom. ubi ſ.
quem ad literam refert & ſequitur Mat. in repe. d. c. poſtula-
ſti. Ad quod uide etiam Io. And. in add. Spec. in tit. de præb.
in prin. ¶ Prædicta intellige, quando unio præcedit reſerua
tionem Papæ, ſecus econtrà, quia ſi beneficium eſt reſerua-
tum per Papam, licet teneat unio, quæ ſit poſtea per inferio
rem, tamen ſuſpenditur eius effectus, ſi Papa utitur reſerua
tione, & illo dimittẽte beneficium, unio habebit effectum.
Ita Car. in cle. 2. ad fi. prin. uerſi. nonò quæro. de reb. ec. non
alie. Et ita uidetur intelligere dictam deciſi. Ro. de re. ec. nõ
ali. 5. quæ dicit, quod unio caret effectu, donec Papa contulerit,
ſed ex quo cõtulit illo dimittẽte beneficium, unio habet ro
bur. Et ſic intelligit, quando reſeruatio præceſſit unionem.
Sed ubi unio præceſſit reſeruationem, tunc tene prædicta,
quamuis Rota expreſſe dicat utrunque, ſ. quod reſeruatio præ-
cedens non impedit unionem fiendam per ordinarium, ſed
ſuſpendit. Et poſtea ex hoc infert, quod reſeruatio Papæ ſubſe-
quens poſt unionem ab ordinario factam impedit effectum
unionis etiam non facta ipſius mentione. Nam hoc ultimũ
non eſt tenendum, per prædicta, neque iſtud ſequitur ex pri
mo dicto, quia quod reſeruatio Papæ præcedens prædominetur
unioni ordinarij, quæ ſequitur, hoc eſt rationabile, cum Pa
pa diſponat de re, in qua nulli eſt ius quæſitũ, ſed non ſequi
tur, quod idem ſit, ſi reſeruatio ſequatur. Iam enim inchoatum
eſt ius ordinario & eccleſiæ, cui ſequens actus Papæ nõ præ
ſumitur præiudicare. Et iſta tene menti. ¶ Et ſcias, quòd
gratiæ expectatiuæ non tollunt ordinario poteſtatem unien-
di etiam poſt proceſſum factum per executorem, ſecundum
Io. And. in Spe. ſuper rub. de præb. & glo. fi. & Doct. in c. fin.
de reſcrip. & Rot. de re. ec. non alie. deciſ. 4. in antiquis. &
Pe. de Anch. in repe. c. ſi propter. de reſcri. in 6. cum concor.
24 ¶ Item ſcias, quod † unio facta per Papam de beneficio reſerua
to non habita mentione reſeruationis, non ualet, ideo impe
trans illud, tanquam reſeruatum, non habita mentione u-
nionis, bene impetrat, ſecundum Cald. latè in ti. de re. eccl.
non alie. conſi. ult. ¶ Vigeſimumoctauum corollarium. De
25 † iure ad rem conſecuto ex acceptatione ſola expectantis,
non tenetur impetrans à Papa facere mentionem, & impe-
tratio procedit, etiamſi habeat clauſulam, Dummodo non
ſit alteri ius quæſitum, quia in alia uacatione utetur expe-
ctans ſua gratia, ſecus in eo, qui electus iam fuerat, uel ſo-
lum præſentatus ad beneficium. Nam tali impetranti Apo-
ſtolicus non derogat non facta mentione de eo, & clauſula,
Dummodo non ſit alteri ius quæſitum, uerificatur in electo
tantum, uel præſentato, quia expiraret ex toto ius ſuum, Ita
dicit eleganter Rot. in tit. de præb. concluſi. 17. in nouis, &
ſequitur ad literam Domi. in repe. c. poſtulaſti. ſ. eo. Idem te
net Aegi. Bel. conclu. Rot. 147. per illa uerba dicens, quod clau
ſula Dummodo non ſit alteri, & c. tollit ius quæſitum ex ac-
ceptatione, quia id palatij uſurpatio, ſeu obſeruatio obti-
nuit. Et ita ſeruatur Papa ſciente & tacitè approbante. Se-
cus de iure ad rem alio modo quæſito, putà per electionem,
aut patroni clerici, uel laici præſentationem. Et de hac clau
ſula, Si non eſt alteri ius quæſitum, uide, quæ dixi in c. cau-
ſam. ad fi. & in c. ſuper literis. uer. quinta regula. ſ. eod. ¶ Et
amplia prædicta, etiamſi electus nondum acceptaſſet, quia
nihilominus de eius electione eſt facienda mentio, ſecũdũ
Domi. in c. quàm ſit. §. 1. in 1. no. per illum tex. de elect. in 6.
¶ Vigeſimumnonum corollarium. In impetratione, quæ ſit
ab ordinario, perpetuò non eſt neceſſaria mentio eorũ, quæ
ipſe præſumitur ſcire. Ita ſentiunt Hoſt. & Io. And. in c. cum
noſtris. de conceſ. præb. dum dicunt, quod non eſt opus in tali
impetratione facere mentionem de poſſeſſione colorata al-
terius, quia apud ordinarium non cadit ſurreptio, cum ip-
ſe præſumatur ſcire poſſeſſionem eſſe alterius. ¶ Iſtud dictũ
reprobat do. Abb. poſt Bu. in d. c. cum noſtris. quia colorata
poſſeſſio alterius reddit inualidam collationem alteri factã,
& attenditur iſta inualiditas etiam in collatione ordinarij,
ne uideatur conferri beneficium uiuentis, & non inſpici-
tur ſurreptio. Et idem no. Imo. ibi in uerſic. plus etiam dixi.
quia ſecunda collatio, quę fit poſt primam non caſſatam, nõ
uidetur tenere, per no. in c. audiſtis. de elec. Et declara hoc,
ut latius per Imo. in d. c. cum noſtris. ¶ Nihilominus uiden
tur uelle But. Imo. & Abb. ubi ſuprà quod ubi taciturnitas non
cauſat inualiditatem, ſed ſurreptionem, tunc coram ordina
rio nõ notatur ſurreptio in his, quæ ſunt ueriſimiliter ei no
ta. Eſt uerum, quod idem dicimus in Papa, ut ſ. in 5. corollario.
Sed in hoc eſt differentia, quia multa ſunt, quæ præſumun-
tur nota ordinarijs, & non Papæ. Hinc eſt, quòd in impetra
tione, quæ fit ab ordinario, non eſt neceſſaria expreſſio ua-
loris beneficij, ut dixi in c. ad aures. in 14. conc. ſ. eo. Simili-
ter non oportet coram ordinario facere mentionem de alio
beneficio, quod habet impetrans, cle. 2. de off. or. ¶ Quini-
mo uidetur generaliter dicẽdũ, quod in impetrationibus, quæ
fiunt ab ordinario, nõ ſit neceſſaria mentio aliqua, niſi qua
tenus

tenus iure eſt expreſſum, quando non tacetur aliquid, quod
reddat collationem nullam, per ea, quæ no. generaliter do.
Car. poſt Land. in d. cle. 2. ad fi. dicẽs, ꝙ ordinarij præſumũ
tur melius ſcire qualitates impetrantium & beneficiorum,
quam Papa, uel legatus: & ordinarij dicũtur conferre motu
proprio & prouidere eccleſijs, Papa autem & legatos proui-
dent perſonis. Et dicit Ro. in tit. de rer. permu. conclu. 14. in
antiquis, ꝙ permutatio facta in manibus ordinarij tacito
de alijs beneficijs, quæ habet permutans, ualet: ſecus, ſi in
manibus alterius. ¶ Trigeſimum corollarium. Non eſt opus
facere mentionem de aliquo reditu, qui uõ uacat morte im
petrantis, nec habet alteri conferri, ſecundum Ro. in tit. con
cluſ. 31. in antiquioribus, dicentem ita fuiſſe ſæpius obten-
tum: quia iura loquentia de mentione facienda, loquuntur
de beneficio eccleſiaſtico. Sed limita hoc non procedere in
literis in forma pauperũ, ſecundum Dom. in c. poſtulaſti. ſu
prà eo. in lec. ad fi. & repe. quia fiunt ad releuandum pauper
tatem. Vnde et quo tacetur, ꝙ quis habet, unde uiuat, lite-
ræ ſunt ſurreptitiæ: quia tacetur tale quid, quo expreſſo dif-
ficilius impetraſſet. Et faciunt, quæ dicuntur de facienda
mentione ſufficientis patrimonij, ut latè dixi in c. poſtula-
ſti. ſuprà eo. ¶ Trigeſimumprimum corollarium. Oportet
26 † facere mentionem de natura præbendę, an ſit ſacerdotalis
uel electiua, an non ſecundum Ro. in iſto tit. concluſ. 35. in
antiquis, niſi talia exprimauerit, per quæ Papa poſſit ſcire
qualitatem beneficij. Et ad iſtud de qualitatibus beneficij
obtinendi, & etiam obtenti, uide, quæ dixi poſt do. Ab. in c.
ad aures. ſ. eo. ¶ Hoc autem, ꝙ debet fieri mentio, an præben
da ſit electiua, tene perpetuo menti: & guſta & confirma ex
eo, quod eleganter ſcribit do. Car. in cle. quia cõtingit. uer.
ut autem. in 4. no. de reli. do. ubi colligit ex gl. in uerbo, ele-
ctionem. ꝙ beneficium electiuum propriè dicitur, quando
in eo proceditur per electionem, quæ exigit confirmationẽ
ſuperioris: & ſic ſecus, ſi electio non egeret confirmatione.
Ex quibus inſert, ꝙ ſi mandatur prouideri de beneficio ſpe
ctante ad collationem capituli, nõ ueniunt canonicatus, in
quibus capitulum eligit, & epiſcopus confirmat: quia dicũ
tur beneficia electiua, non autem collatiua. Et literæ Papæ
nũquã derogant electoribus, niſi exprimatur, ut dicetur in
ſequenti corollario. Et ita dicit ſe cõſuluiſſe in eccleſia Fer-
rarienſi, & eſt ſolenne conſilium ſuum 105. incip. Dominus
noſter Papa. ubi uide, uer. tertiò, ꝙ diſpoſitio. & uide eundẽ
in cle. i. in §. ad hæc. in 4. q. de præb. Et hoc bene no. qa pote
ris infringere mille expectatiuas in illis eccleſijs, in quibus
de conſuetudine capitulum eligit canonicos, & epiſcopus
confirmat, prout eſt inducta in eccleſia Ferrarienſi, & in ec-
cleſia iſta Piſana: & dico amplius, ꝙ etiamſi canonici eligãt
in plena forma electionis, & non confirmatur eorum ele-
ctio, tamen ratione formæ in electione ſeruatæ dicitur be-
neficium electiuum, etiamſi ſuperior non confirmat: & non
includitur in literis non facientibus mentionem de electi-
nis, ut in aureo conſi. Old. 146. Factum tale eſt: de conſuetu
dine eccleſiæ Educoſit. licet fortè prædicti & Ro. alleganda
propè in uer. & ſcias. contrarium ſentiant, dum dicunt, ſe-
cus, ſi proceditur per electionem ſine confirmatione. Tamẽ
te uera dictum Old. eſt bene fundabile, inſpecta mente plu
rium difficultãtium derogationes electionum, quæ tota mi
litat, ubicunq; p ſcrutinium & alias ceremonias fit electio,
nam tale ius multos tangens & perficiens opus bene cæmẽ
tatum, non præſumitur per Papam unquam tolli. qui reſpe
ctus retractiuus Papæ non uidetur ceſſare propter ceſſatio-
nẽ cõfirmationis, licet has cõtrarietates nullus ſcribens in
grediatur, quem uiderim. Et iſtis adde, quæ ſunt in ſeqnẽti
corollario. ¶ Trigeſimumſecundum corollarium. Oportet fa
cere mentionem, ꝙ beneficium eſt electiuũ. per tex. in c. cũ
in illis. uer. illis uerò. de præb. in 6. Et non ſufficeret quòd
in clauſula executoria fieret mentio de electione, præſuppo
nendo ꝙ ſ. eſſet dictum de electione, quia illa uerba, quæ
præſupponunt aliud, nihil diſponunt in præſuppoſito, per
tex. in cle. j. in fi. de præb. Quem tex. guſta multipliciter, ut
dixi in c. licet. de offi. or. Modum autem cognoſcendi bene
ficium electiuum collige ex dictis in præcedenti corollario,
quibus adde do. Ab. in c. nobis. de iurepa. ubi ſentit, ꝙ ſi fit
mentio de electione, intelligitur propriè de illa, quæ exigit
confirmationem. ¶ Et no. diligenter, ꝙ de iure communi in
beneficijs minoribus non prouidetur per electionẽ, ut pro
bat tex. in c. cum in eccleſiis. de præb. in 6. Et hinc eſt, ꝙ ubi
fit mentio de beneficijs electiuis, dicitur de dignitatibus &
perſonalibus, d. c. cum in illis. & d. cle. i. quæ iura habent re
ſpectum ad ius cõe. Tamẽ ſcias, ꝙ de iure ſpeciali poſſibile
eſt, ꝙ minora beneficia ſint electiua, & in eis habebit locũ
iſtud corollarium, ut concludit Domi. in d. §. illis. pro quo
uide omnino Ioan. And. in addi. Spec. in tit. de act. & peti. §.
ſuper petitionibus. ad fi. uer. per literas quoque. nolentẽ ſuf
ficere, quo ad caſum d. c. cum in illis. ꝙ beneficium ſit electi
uum de conſuetudine antiqua, quæ habet uim legis. Et in
talibus habet magnam uim, ſ. in diſponendo de modo in e-
lectiuis, c. cum dilectus. de conſuetud. & c. Abbate, de uer-
bo. ſig. & quod ibi notatur. Et hoc dictum allegat pro nota-
bili do. Car. in d. uer. ut autem. & in d. conſ. cv. & ita cõmu-
niter tenetur, ſecundum glo. in cle. j. in uerbo, dignitate. de
præb. quam ſequitur ibi Car. in §. j. in j. q. & etiam Imol. ibi
in prin. reputans hoc eſſe notandum. Eſt uerum, ꝙ Cal. bis
conſuluit contrarium, ut ipſe dicit in ti. de præb. conſi. 12.
ſed malè, ſecundum Dom. in d. §. illis. ¶ Et ſcias, ꝙ Innocen
tius Papa vi. declarauit ſemel in camera, ꝙ uolebat illud
beneficium eſſe, & dici electiuum, in cuius electione ſerua-
batur forma c. quia propter. de elect. uel per cuius uacatio-
nem redditur eccleſia uiduata prælato. Aliud autem benefi-
cium, ad quod per ſimplicem electionem, ſeu nominatio-
nem quis aſſumitur ſine alia ſolennitate, ſeu confirmatione
ſuperioris, non debet dici propriè beneficium, imo potius
collatiuum. Ita dicit Collector audiuiſſe deciſiõe mihi 138.
Item nota, ꝙ uocetur. quem non reperi in impreſſis. Et ibi
etiam dicit, ꝙ ubi requiritur confirmatio ſuperioris, dici-
tur beneficium electiuum, poſito quòd ſit de minoribus
beneficijs. Allegat gl. in d. cle. j. de præb. Sed ubi electio non
indiget confirmatione, tunc non dicitur beneficium electi-
uum, imo potius collatiuum, ſecundum ipſum. Cogita ta-
men per dicta in fi. proximi corollarii. ¶ Item ſcias, quòd
27 † non ſequitur, plures ſtant cum priore in tali eccleſia, ergo
prioratus eſt electiuus: fortè enim ſpectat ad electionem al
terius. ſecundum Ro. in ti. de præb. in deciſi. 13. in antiquio
ribus, ubi latè dicitur, quòd ad hoc, ut dicatur facta mẽtio,
ꝙ dignitas eſt electiua, non ſufficit facere mentionem de
collegio, niſi dicatur, ꝙ ſit electiua. Et dicit Are. in c. mona-
ſteriũ. 16. q. 1. quòd non ſequitur, in tali eccleſia ſtant multi
clerici, ergo eſt ibi collegium. Requiruntur enim plura, ne
dicatur collegium, de quibus per Inn. & alios in c. cum dile
cta. de exceſ. præl. Ad quod uide omnino Oldr. conſi. 281. ꝙ
prioratus. ubi latè ponit, ꝙ prioratus dicitur collegiatus,
uel conuentualis, ſi ibi collegiatè uiuunt monachi. etiamſi
non eligãt priorem, & ſit prioratus manualis, & ibi ꝙ ſi im
petratur gratia ad dignitatem, non uenit talis prioratus. Et
de hoc, quando prioratus dicatur dignitas, uide gl. & Doct.
in cle. 2. in uerbo, conuentuale. de reſcrip. Fede. conſi. 132.
Caſus talis eſt ¶ Et no. ꝙ ſi nullus modus prouidendi expri
mitur, uenit modus electionis, & omnis alius modus, ſecũ
dum gl. in cle. 1. §. 1. de præb. quam ſequitur & dicit elegan
ter ibi Car. in 5. q. & illam gl. ſequitur etiam ibi latè Domi.
in c. cum in illis. §. j. in 2. col. & Car. in d. conſi. 105. & Ro. in
ti. de præb. col. 8. Item ꝙ habens gratiam. in nouis, quæ eſt
etiam in tit. de conceſ. præb. deciſi. 14. in antiquis: dixi in c.
ſedes. 3. col. ibi, addatur multa. ſ. eo. & illam gl. ſequitur etiã
Domi. in c. ſuſceptum. in pe. col. de reſcri. in 6. & eſt aurea li
mitatio ad d. §. illis. ſuper qua potes ſubſiſtere ex dictis iſto-
rum in locis præalle. & remanet ualde declaratum iſtud co-
rollarium. ut intelligatur, quando ſit mentio de collatione,
uel alia diſpoſitione ad alium ſpectante: quia non uenit ele
ctio. Sed ſimpliciter mandatur prouideri de beneficio uaca-
turo, ueniet etiam electiuũ, ex quo non exprimitur aliquis
modus prouiſiuus. Rationem diuerſitatis clarè explicat
Car. in dictis locis. Vide eum. Et facit etiam, quod dixi ſ. eo.
ſedes. quarta column. ibi, prima declaratio. Et adde, quòd
ſi ſcribitur de canonicatu ſpectante ad prouiſionem, præ-
ſentationem, ſeu diſpoſitionem capituli, non uenit cano-
nicatus ſpectans ad electionem, ſecundum Abba. conſilio
mihi 133. In quæſtione, quæ ad præſens uertitur inter domi
num Nico. inducit dict. capitu. cum in illis. & alia ex præ-
28 dictis. ¶ Quòd autem † dignitas etiam non electiua,
non comprehendatur ſub appellatione beneficij in odio-
ſis, licet ſecus in fauorabilibus, dixi in capitu. poſtulaſti.

in a. caſu quartæ fallentiæ in materia diſpenſationis extēdē dæ, §. eo. Ad quod uide etiam Ab. in c. pe. de uerb. ſig. Domi. in c. ſi propter. 2. col. de reſc. in 6. per gl. & Doc. in cle. auditor. in uerſ. beneficio. de reſc. Cal. huc ti. conſ. 4. Pe. de Anc. in regul. in 6. Car. in cle. 1. in prin. in 4. q. de ſup. neg. præla. Ana. poſt Ab. in c. 2. 3. col. de cler. pug. in duel. Dom. in c. cū de beneficio. in prin. de præb. in 6. Et generaliter, quæ ueniant appellatione beneficij, uide latè Nic. Myl. in reper. in uerbo, beneficium. §. 2. cum octo ſequētibus, & Brix. in uerbo, beneficium eccleſiaſticum. ¶ Scias etiā, q̃ ſi in literis mādatur prouideri de beneficio ſpectante ad ordinationem alicuius, iſtud uerbū Ordinationem, eſt adeo pregnans, q̃ includit collationem, præſentationem, & omnem modū, quo quis habet de re propria diſponere. Gl. or. Guil. de Mon. ſeu in extrauag. Ioannis 22. ſedes. ſuper uerbo, ordinationem. quam refert & ſequitur Domi. in d. c. cū in illis. §. cum antē aute ſi. & Mar. in repe. c. poſtulaſti. §. eo. 36. col. uer. aduerte tamen. ¶ Sed tamē quis non credo, quòd iſti uelint, q̃ ueniat electio propter tex. in d. cle. 1. de præb. in uerb. quamuis aliam diſpoſitionem. Eſt caſus cum gloſ. & ibi firmant omnes, quòd dicta uerba non includunt electionem, & eſſet difficile oſtēdere, quòd uerbum diſpoſitio, ſit minoris comprehenſionis, quam uerbum Ordinatio, nec aliter ſoit de mente glo. præallegatæ. Vtitur enim uerbis directis ad unā perſonam habentem aliquo modo prouidere beneficio, & uult, quòd nominata ordinatione ueniunt alij modi prouidendi. Non enim potuit ſentire de electione, quæ non cadit in unam perſonam, ſed collegium, ca. 1. de elec. ¶ Et ſi diceres, quid ſi ſcribitur de prouiſione ſpectante ad collegium cum clauſula generali, ſcilicet, Vel quamuis aliam diſpoſitionem, ſeu ordinationem, tunc clarum eſt, quòd non uenit electio, d. cle. 1. Sed quid ſi ſub illa generalitate non poteſt uenire, niſi electio, cum fortè nullo alio modo habeat illi prouidere, & certè ut uerba aliquid operentur, uidetur, quod ueniat electio. Et ita licet trepidè, attentat Mari. in d. c. poſtulaſti. & eſt maximum dictum ad d. cle. 1. & ſi. de materia c. ſedes. §. eod. ut ibi dixi in 7. declaratione. ¶ Sed non credo, quòd ſit ſuſtentabile, quia Papa ſcribens cum illa clauſula generali, noluit includere omnem alium modum prouidendi, ſi quis alius competeret ſimilis illis, de quibus loquitur, non tamen cogitauit abſolutè, ſed ſolum de modo prouidendi ſimili expreſſo & non maiori, & ſi alius non ineſt, niſi maior, illum non cogitat, per c. ſedes. cum ſimilibus, ſuprà eod. Et qua ratione ubi nullus alius modus ſubeſſet, illa clauſula eſt ſuperflua, ut nemo negabit, eadem ratione, quando ſubeſt alius modus, ſed ea iuris diſpoſitione non comprehenſibilis. An autem iſta noua limitatio poſſet procedere extra dictum caſum, tetigi in dicto cap. ſedes.

¶ Scias etiam, quòd licet in materia ſtricta uerbum Prouiſio non comprehendat electionem, d. c. cū in illis. tamen ſecus eſt in materia larga, quia tūc comprehendit oēm modū per quē prouidetur eccleſijs, ſecundū Domi. in d. c. cū in illis. §. illis: in 2. q. & in c. 1. uer. no. primò ex iſta gl. de ele. in 6. Allegat gl. 3. in cle. ſi. de elec. quam etiā allegat Lud. conſi. 354. Et ibi addit, q̃ non uenit datio in commendam. ¶ Sed caue, quia illa gl. non dicit expreſſè de electione. Et cum ea tranſit ibi Imo. uer. gloſ. 3. & Car. in 7. q.[a] notantes ex ea, q̃ uerbum prouiſio, eſt uerbum latum, neque diſtinguit illa gloſ. inter materiam largam & ſtrictam, ſed ſimpliciter uidetur uelle, quòd ſit uerbum latum. Præterea conſidera, quòd ſi glo. ſenſit de materia ſtricta, malè loquitur, quia non eſt ita latum uerbum, q̃ cōprehēdat tunc electionem. Patet in d. c. cum in illis. Sed in materia larga bene ueniet electio appellatione prouiſionis, ut eſt de mente illius gl. quæ non expreſſit de electione, quia text. ibi exprimit de elect. ubi etiam declarat domi. Abba. quem uide. ¶ Et ſimiliter dicas,

29 q̃ † uerbum Electio, latè ſumptum comprehendit etiam collationem, c. cum eccleſia Vulterana. de elec. c. cum dilectus. de præben. Interdum comprehendit præſentationem, c. nobis. & ibi do. Abb. de iu. patro. Interdum poſtulationem, c. in cauſis. de elec. c. poſt tranſlationem. de renun. Propriè uerò ſumptum differt à ſuprà dictis, d. c. cum in illis. Et ideo licet capellani eligant ſibi plebanum, non tamē ex hoc illa plebs poteſt dici collegiata. ita ſcribit Fed. conſil. 30. Factum tale eſt, legatus de latere. in ſi. Ad quod etiam uide Domi. in c. quàm ſit. ad ſi. prin. de ele. in 6. ubi uult, q̃ extra caſum c. cum in illis, qui eſt odioſus, expreſſio unius ex illis modis prouiſionis comprehendit alios, quando eſt eadē ratio utrobiq;. Allegat gl. in cle. 1. in uerb. conferatur. in ſin. de re. permu. & gl. maiorem in ſi. in c. ſciant cuncti. de ele. in 6. ¶ Scias etiam, q̃ licet expreſſio uno modo prouiſionis nō ueniat electio, per prædicta: tamen uenit actus habens uim electionis, & qui regulatur, ut electio. Patet, quia ſi uenit beneficium ſpectans ad præſentationem patroni eccleſiaſtici iure eccleſiæ, ut traditur in c. cum dilectus. de iurepa. & in c. dilectus. de of. leg. & ibi dixi, & tamen præſentatio clerici hēt uim electionis, ut no. Inno. in c. cum autem. in ſi. de iurepat. & Car. in cle. 1. in prin. in 1. oppoſ. de ſup. neg. præl. & Lap. al leg. 84. Dominus noſter Papa. uer. ſed nunquid. & Domi. poſt Arch. in c. 2. de præb. in 6. Hinc eſt, q̃ ſicut non poteſt fieri electio alternatiua, c. 2. de elect. in 6. ita nec talis præſentatio patroni clerici, ut no. gl. aut repe. cle. 2. de iurepa. & Domi. in d. c. 2. in 3. col. niſi clericus eſſet patronus ex patrimonio, ut

30 in dictis locis. ¶ Trigeſimumtertium corollarium. Non † eſt opus facere mentionem beneficij annexi, ſed ſufficit exprimere principale, ſecundum Rot. in iſto ti. conclu. 40. Alleg. Io. An. in c. ſuper eo. de præb. in 6. Sed Pe. de Anch. in regula, acceſſorium. uer. item facit. de reg. iu. in 6. intelligit hoc, cum una eccleſia eſt acceſſoria alteri, ſecus, ſi ambæ pariter uniuntur, quia tunc de utraque debet fieri mentio, arg. no. in c. 1. §. de ſede uac. & in cle. 1. de præb. & per Pau. in cle. 1. de elect. Et ad hoc uide etiam omnino Pet. de Anch. in cle. 1. uer. duodecimò no. de exceſ. præla. & Domi. poſt Lap. in d. c. ſuper eo. circa me. Cognoſcetur autem, q̃ unum eſt principale ex uerbis unionis, aut ex denominatione librorum antiquorum, ſecundum gl. in cle. per literas. in uerb. eccleſias. de præb. Et credo, q̃ Pe. de Anch. in d. regula, uoluit allegare illam gl. quando allegauit notata in cle. 1. de præb. Et ſubdit Imo. poſt But. in d. cle. per literas. q̃ in dubio illud, quod eſt magis dignum, præſumitur principale, & illud, quod eſt minus dignum, præſumitur acceſſorium. Ad quod uide pulchrum conſilium Pe. de An. mihi 109. Pro impetrāte ad collationem prioris. ubi docet, quæ ſit natura iurium unitorum concurrentium in perſona unius. Secundum prædicta intellige Aug. & Imo. in l. ſed ſi plures. §. filio impuberi. ff. de uul. & pup. dum dicunt, q̃ impetrans eccleſiam intelligitur etiā impetraſſe eccleſiam illi unitam. per d. c. ſuper eo. & d. §. filio: ubi diſpoſitio unitorum debet eſſe uniformis. Et iſtis adde, q̃ ubi beneficium eſt unitum & annexum alteri, perdit nomen beneficij, & non debet dici beneficium, ſicut ante unionem dicebatur, ſm Ro. in ti. de reb. eccle. non alie. conclu. 2. in antiquis. Ad quod uide latè Mar. in repe. c. ſicut unire. arti. 8. q. 12. 1. de exceſ. præla. & quod nō. Dom. poſt Lapum in c. cum perſonæ. §. ſi. uer. in eo uerò. de priuil. in 6. ubi dicit, q̃ ſi eccleſia exempta uniatur non exemptæ, exempta perdit exēptionem, quia aſſumit naturam ſuæ principalis. Et econuerſo ſi non exempta unitur exemptæ, efficitur exēpta. Sed ſi uniantur ſimul, ita q̃ una non ſubijciatur alteri, tunc nulla earum mutat naturam. Quod facit ad prædicta. Et in hoc de exemptione, quam acquirit monaſterium non exēptum unitum exempto, uide Cal. in ti. de priui. conſi. 11. ¶ De terris autem alicui ciuitati unitis, quomodo regulentur, nō eſt materia noſtra. Sed uide Bar. in l. ſi conuenerit. §. ſi nuda. ff. de pig. act. cum concur. no. per Alex. ibi in apoſtil. & in l. 1. ff. de leg. 1. in lect. Et aliquid dixi in c. tranſlato. de conſti. & in c. poſtulaſti. de ſo. comp. ¶ Trigeſimumquartum corollariū,

31 Oportet † facere mentionem de beneficio, cui quis renunciauit, quando renunciatio non tenuit, ſecundum Rot. eleganter in ti. de renun. conclu. 12. Quidam Car. in antiquis. Et etiam eo. ti. conclu. 4. in antiquioribus, quia licet ſuperior poſſit ratificare & admittere renunciationem inuito renunciante, tamen donec eius ratificatio & admiſſio ſubſequatur, interim habet ius in beneficio & remanet in eo intitulatus, iuxta ueram opinio. Inn. in c. quod in dubijs. de renun. Ideo ſi ille impetrat beneficium, & tacet de iſto renunciato, dicitur tacere beneficium, quod adhuc ipſe habet. Et quòd per talem renunciationem perdatur poſſeſſio, & non proprietas beneficij, uide Innoc. in d. capitu. quod in dubijs. & ibi aliàs dedi concordantes ad hoc. Si autem renunciatio

[a] Card. in 7. q.] Qui omnino uide, & melius in cle. 1. §. ſi. de præben. Et adde eum in cle. pleriſq; in prin. 16. qu. de elect.

nunciatio eſt acceptata, non eſt neceſſaria mentio beneficij renunciati, ut incidenter fuit dictum ſuprà in 30. corollario. ¶ Trigeſimumquintum corollarium. Ordinatus ad titulum eccleſiæ alterius clerici, tenetur facere de illo mentionem in impetratione beneficij, ſecũdum Aua. in c. per tuas. lo 3. in fi. de ſimo. dicentem, quòd licet Car. ibi remittat dn hoc ad dicta per ſe, hic tamen aliud eſt ſecurè tenendum per id, quod habetur in c. ſi motu proprio. de præb. in 6. Et talis dicitur habere beneficium, c. conquerente. de cle. non reſi.

32 ¶ Trigeſimumſextum corollarium. Oportet † facere mentionem de poſſeſſione colorata, quam habet alius in beneficio impetrato, per c. cum noſtris. de conceſ. præbend. Et dicitur poſſeſſio colorata, quando eſt defectus in conferente, non tamen inducitur ex eo priuatio ipſo iure ſed per ſententiam. Dicitur autem nõ colorata, quando quis eſt priuatus ſententia hominis, uel iuris, etiamſi non ſit ſecuta amotio facti, ut laté declarant Doc. in d. c. cum noſtris. maximè Imo. ibi poſt Cal. ibi latè inſiſtentem in ſua repe. & Lap. allega. 16. an ualeat. & do. Car. conſi. 34. in fi. & latiſſimè dom. Maria. in repe. rub. de cauſa poſ. & proprie. trac. 6. art. 9. Et dicit Lud. conſi. 465. In re præſenti, &c. quod nulla eſt præſentatio facta ad eccleſiam, qua quia eſt priuandus, donec priuetur. Et ille dicitur incoloratè poſſidere, qui eſt intruſus. Quis autẽ dicatur intruſus, dixi ſuprà in 2. corollario. Et ornabis d. c. cum noſtris. per infrà ſcripta 13. notabilia, quæ pro maiori parte ſunt ultra Scribentes ibi neque hactenus ab alio ordinata. ¶ Primò nota, quòd ſi in impetratione eſt clauſula Vocatis uocandis, uel clauſula, Dum modò non ſit alteri ius quæſitum, nunquam poteſt tali gratia, ut ſurreptitia, infringi, quaſi non dixerit de iure alterius uel de colorata poſſeſſione. Ita conſuluit do. Car. conſi. 94. inci. Nobiles uiri domini de Vicoguerra. ubi uide. Et de iſta clauſula, Si non eſt alteri ius, &c. ſcripſi. in c. cum cauſam. ad fi. ſuprà, eo. & aliquid ſuprà in 28. corollario. ¶ Secundò not. quòd quando in literis eſt clauſula, Amoto[a] quolibet illicito detentore, ſatis dicitur facta mentio coloratæ poſſeſſionis, ſecundum Rot. in tit. de reſcrip. deciſi. 32. incip. no. ſecundum aliquos. & deci. 63. nota, quòd de gratia. in antiquis & Domi. in ca. nemo. de elect. in 6. quem uide. Et ideo dicit Rot. præalleg. 32. quòd non eſt hodie neceſſaria dicta mentio coloratæ poſſeſſionis, cum ponatur communiter hodie in literis dicta clauſula Amoto, &c. Intellige, dummodò iſta clauſula apponatur in literis gratioſis, ſecus enim, ſi ſolùm in literis executorijs ſecundum Imol. poſt Card. & But. in d. cap. cum noſtris. circa fi. aduerte tamen. & Lap. allegatione 15. per clem. 1. in fi. de præben. Item Cald. de præbend. conſil. 25. Et pro hoc faciũt multa dicta ad guſtum d. cle. 1. in fi. probando, quòd uerba poſita in executione non augent diſpoſitionem, quæ dixi in cap. licet. de offic. ordina. ¶ Sed nouiſſimè reperio hanc conſiderationem impugnatam per dom. Bar. de Zabarel. nepotem do. Card. archiepiſcopum Spalatenſem, & canoniſtã maximum, in ſuo eleganti Opere conſiliorum, conſilio 8. Dominus Zãpetrus de Pratis miles in 2. dubio. ubi dicit ꝙ licet iſta cõſideratio fuerit ſubtilis, tñ nõ uidet̃ uera, q̃a ſtylus curiæ non habet, nec unquam habuit talẽ clauſulam apponi in literis gratioſis, nec eis conuenire poteſt talis clauſula, cum illa ſimpliciter dirigatur ad eum, cui fit gratia. Sed talis clauſula ſolum conuenit literis executorijs, ut patet in c. propoſuit. de conceſ. præb. & in c. cum uniuerſorũ. de re. permu. Et ideo concludit ſimpliciter tenendum, quòd dicta clauſula poſita in literis executorijs operatur mentionem coloratæ poſſeſſionis. Et ita dicit ſimpliciter tenuiſſe Io. de Deo in quæſtionibus ſuis, lib. 3. q. 24. Subdit tamen, ꝙ dicta limitatio fortè procedere poſſet, ubi literæ executoriæ fuiſſent factæ aliquo interuallo medio poſt literas gratioſas, quaſi Papa iam de gratioſis nõ ſit memor ex antiquitate facti, quia tunc poſſet procedere, ꝙ clauſula illa in executorijs poſita, non extenditur ad gratioſas, ſed ubi literæ gratioſæ & executoriæ ſunt ſimul factæ, non procedit impugnatio prædicta, quia cum ſimul & ſemel Papa dederit gratioſas & executorias, fuit certioratus de dicta poſſeſſione, & non ignorabat, qualiter & cum quibus clauſulis conceſſiſſet gratioſas, quas tunc conceſſerat, arg. c. excommunicato. ꝟ. eod. cum de facto ſuo proximo non preſumetur ignorans, ut ibi & per Spe. de depoſito. §. 6. uer. quid ſi interrogatus. & uerſ. hoc tamen. in fi. Et hæc bene nota, quia ſunt de honore lu-

33 crando. ¶ Tertiò no. ꝙ ſi † per duos menſes beneficium fuit detentum, tenetur impetrans facere mentionem de detentione, ſecũdum Ro. deciſ. præal. de reſcr. 32. in antiquis. Sed eſt alia deciſio ibi, 72. inci. Dic, ꝙ ordinatio Papalis. quæ dicit Gregorium XI. ordinaſſe, ꝙ ſi ſit gratia de beneficio ſpecialiter reſeruato, & alter detinuerit illud beneficium per annum, ſi non fiat mentio de dicta detentione, dicta gratia nõ ualet. Et ſic uidetur per iſtam deciſionem, ꝙ de detentione, quæ eſt minoris ſpatij temporis, quàm unius anni, non ſit opus facere mentionem. Et ita tenent curiales moderni tẽporis, ut accepi ex literis amici experti in curia. Et ita ſonat quaſi expreſsè hodierna regula cancellariæ Apoſtolicæ, quæ eſt 32. Item uoluit dominus noſter, ut improbi, &c. ubi dicitur, ꝙ ille, qui impetrat beneficium tunc per annum immediate præcedentem pacificè poſſeſſum, debet facere mentionem de poſſeſſione illius, & quot annis poſſedit: alias impetratio eſt nulla. Et ſic uidetur uelle, ꝙ ſi non poſſedit per annum, non eſt neceſſaria mentio poſſeſſionis. Cogitabam utrum de poſſeſſione poſſemus loqui duobus modis in hac materia. Vno modo de detentione mera, quæ nullum habet colorem, & tunc de iſta non ſit neceſſaria mentio, niſi durauerit per annum. Alio modo de poſſeſſione colorata, tunc quamuis durauerit minori tempore, debeat de ea fieri mentio. Sed non puto, ꝙ curiales intelligant ſic dictas deciſiones, & fortè, ſecundum eos, utrumque dictum eſſet falſum. Si enim aliquis detinuit beneficium de facto ſine ullo colore, non uidetur ꝙ ſit neceſſaria mentio illius intruſionis, tum quia ceſſat ratio d. c. cũ noſtris. de qua ibi per Ab. in 5. col. uerſ. & in præd. dicto per regulam, non præſtat. de reg. iur. in 6. cum concor. & dicta datis. ſ. e. ex tenore. Ex quo ſequitur falſitas ſecundi dicti, quia ſi de poſſeſſione non colorata non eſſet neceſſaria aliqua mentio, ſequitur, ꝙ dictæ deciſiones curiæ loquuntur de poſſeſſione colorata. Et idem ſi non eſt annalis, nõ eſt neceſſaria eius mentio. Et ſic audiui ſeruari in curia, ut dixi. Quod bene no. ¶ Subdit Rote præalle. 72. ꝙ ſi dicitur in gratia, talis detinuit per annum & ultra, niſi declaretur illud, & ultrà per certum tempus, dicta gratia non ualet, ſi detinuit per biennium, ſed ſi per annũ tantum, ualet gratia. Et ſubdit, ꝙ iſta habent locũ in beneficio ſpecialiter reſeruato per Papã. ¶ Sed aduerte diligentiſſimè, quia quicquid paulo antè ſcripſerim, nunc conſidero, ꝙ intentio Ro. in præal. deciſ. 72. de reſcrip. in antiquis, eſt ponere unum caſum ſpecialẽ, in quo oportet facere mẽtionem de mera detentione nihil iuris habente, uidelicet ubi concurrunt iſta duo, primò, ꝙ beneficium fuit impetratum ex ſpeciali reſeruatione, ſecundò, ꝙ alius antea poſſederit per annum. ¶ Et ad hoc conſidero, ꝙ Rota nõ ſine myſterio appellat illam detentionem, nõ autem poſſeſſionem. Vult ergo, ꝙ illo caſu de detentione fiat mentio. Quòd autẽ ſit detentio, probatur ſic: quia decretum Papæ appoſitum in reſeruatione, facit, ꝙ poſſeſſio contra reſeruationem obtenta eſt meri facti, & caret omni effectu & adminiculo iuris, ut eleganter decidit Rot. 16. in nouis: quæ eſt in tit. de teſti. ſpo. conclu. 3. Vnde dixit eleganter Lapus dicta allegatione 16. & ſequitur Imo. in d. c. cum noſtris. ꝙ ubi ordinarius cõtulit beneficium reſeruatum Papæ, ſua collatio nulla nõ dat titulum coloratum. Si diceretur, quare ergo oporteret facere mentionem de tali detentione annali? poteſt dici, ꝙ cum ignorantia reſeruationis habeat in ſe iuſtum colorem ignorantiæ, iſte iuſtus error iuncto ſpatio anni æquipollet poſſeſſioni coloratæ, ex quo ordinarius & poſſidens ignorauerũt de hac ſpeciali reſeruatione. Et licet, ut dixi, iſta ſit mera detentio propter decretum, tamẽ quia concurrit iuſta ignorantia, æquipollet iſta colorata detentio coloratæ poſſeſſioni, ideo quòd ex illo Papa uult de hoc informari, ſicut de tota uult informari de poſſeſſione colorata. ¶ Et ſi diceretur, quid ſi reſeruatio, ſuper qua fundatur impetratio, eſſet generalis? Dicerem, quòd tunc non eſt opus facere mentionem de detentione alterius. Primò per prædictam deciſionem Rot. 72. quæ ponderat expreſsè reſeruationem ſpecialem. Secundò, quia non poteſt ueriſimiliter allegari ignorantia ipſius generalis reſeruationis, & ſic illa de-

[a] Clauſula, Amoto] Vide Card. in cle. 1. §. 1. de præb. Et quid operatur talis clauſula, uide Bal. in addi. ad Spec. in tit. de execu. in uerſ. clauſula Amoto.

tentio non habet in ſe nullum colorem iuris, uel facti.
¶ Et hoc intellige de reſeruatione notoria, de qua conſtet,
ſicut in ca.licet. de præb.in 6. Secus fortè de alijs generali-
bus reſeruationibus beneficiorum, putà capellanorum, col
lectorum & ſubcollectorũ: nam cum de illis poſſet eſſe du-
bium, utrum ſint, uel fuiſſent tales, & ſic beneficia reſerua-
ta, fortè illa detentio eſſet ita digna mentione, ſicut illa,
cui apponitur reſeruatio ſpecialis. Ad quod in ſimili ponde
ra d.deciſ. Rot. de reſtu.ſpo. 3. iuncto prin. cum ſi. Quod au-
tem dixi ſuprà non oportere facere mentionem de poſſeſ-
ſione colorata, quæ non eſt annalis, non reperio ab aliquo
tactum: ſed ita habui à curia, ut prædixi, & multum proba-
tur in dicta regula cancellariæ 32. Et prædicta no. tanquam
à nullo alio hucuſq; deducta. ¶ Quartò no. ꝙ diſpoſitio d.
c.cum noſtris. procedit, quando aliquid corporale & tempo
rale poſſidetur: ſecus ſi aliquid incorporale, ut cannonicatus.
ſecũdum Lap.alleg. 16. Alleg. Io. And. in d.c.cũ noſtris. ¶ Quin
34 tò no. ꝙ † poſſidens coloratè beneficium, licet aliàs colla-
tio non teneret, non poteſt amoueri ſine cauſæ cognitio-
ne, ſecundum Domi. in d. §. ſed obijcitur. 1.q.3. Allegat Cõ
poſt. in c. capitulum. ſ.e. Sed beneficium non poſſeſſum co-
loratè poteſt conferri per habentem poteſtatem, per d.c.cũ
noſtris. ſecundum eum. Et quando intruſus ſit citandus an
te quàm auferatur ei poſſeſſio, uide text. & Doct. in c.licet.
de præb. in 6. & quæ dixi latè in c. cum olim. de re iudi. &
ponit eleganter Domi. in d. §. obijcitur. quando ad obtinen
dam reſtitutionẽ beneficij habeat ſpoliatus docere de ſua
poſſeſſione ſaltẽ colorata, de quo dic, ut ibi, & in locis, quæ
ipſe allegat. ¶ Sextò no. ꝙ ſicut uitiatur impetratio benefi-
cij certi, non facta mentione coloratæ poſſeſſionis, ita im-
petratio beneficii incerti. Vnde ſi datur executor ad proui-
dendum de uacaturo, non intelligitur, de eo, quod uacabit
de iure, & non de facto, ſecundum Pe. de Anch. in repe. c. ſi
propter tua debita. uer. & iſtam diſtinctionem collegi. de re
ſcri. in 6. ubi facta longa diſtinctione, an & quando execu-
tor poſſit prouidere de beneficio ab alio poſſeſſo, quam di-
cit ſe collegiſſe ex uariis apoſtillis Io. And. in d.c. cum no-
ſtris. ſubdit id, quod eſt dictum tanquam unum: & ꝙ ipſe
habuit in facto, in quo aliqui dicebant aliter, uolentes, ꝙ c.
cum noſtris. intelligatur, quando ſunt ſpecialiter impetra-
tæ literæ ſuper certo beneficio, tanquam uacante, quod nõ
uacat de facto: ſecus, quando literæ impetrantur ſuper ua-
cante, uel uacaturo. Sed ſecundũ Pet. non apparet ratio ſu
fficiens differentiæ. Item ſciens beneficium uacare de iu-
re, & non de facto, de facili poſſet fraudare mentem d. c.cũ
noſtris. impetrando generaliter beneficium uacaturum, uel
uacans, tacita illa poſſeſſione colorata, ut latius per eum: &
ſequitur ad literam do. Ma. in repe. c. poſtulaſti. uer. quartò
notandum ſuprà eo. exclamans de hoc, & dicens ſe non le-
giſſe alibi. Sed adde, ꝙ hoc dictum ſequitur Collector Ro.
deciſ. 195. Habens gratiam. in nouis, & in add. & illa addi-
tio non eſt impreſſa in Rota per rubricas, de præb. deciſi. 2.
in nouis, ubi eſt illa deciſio, Habens gratiam, &c. Contra-
rium tenuit Lap. alleg. 84. dominus Papa. in pen. colũ. quia
in talibus generalibus literis non præſumitur tacuiſſe poſ
ſeſſionem, ex fraude, ſicut præſumitur in literis ad certum
beneficium, nec poſſet exprimere qualitatem omnium be-
neficiorum: tamen magis placet opin. Pe. de Anch. quia iſta
ratio differentiæ inter literas ſpeciales & generales non eſt
concluſiua, imo ratio c. cum noſtris. militat in utriſque, ſ.
quia Papa in dubio non intendit præiudicare poſſeſſori.
Nec obſtat, quòd non poſſet exprimere impetrans qualita-
tes omnium beneficiorum, quia ſatis eſt, quòd dicat in ſuis
literis de uacatione iuris uel facti. Et uide Imol. in dict. ca.
cum noſtris. uer. circa tertium. ubi licet non faciat mentio-
nem de dictis deciſi. concludit idem, quod Petr. de Anch. in
d. capit. ſi propter. quia in generali diſpenſatione non debet
uenire id, quod quis non eſſet in ſpecie ueriſimiliter con-
ceſſurus. Et refert Compoſt. in c. capitulum. ſuprà eo. dicen-
* tem, ſe ſæpius ita clamaſſe in curia. Tamen communis * opi.
Doc. in d.c. cum noſtris. tenet iſtud, quod dicit Lap. Et ita
Car. & Pe. de Anc. ibi, ſecundum Inn. Et idem do. Ab. ibi in
uer. Quod bene notabis. ¶ Septimò not. ꝙ gratia Papæ etiã
fauorabilis loquens de fructibus beneficiorum uacantium
alteri dandis, intelligitur de beneficijs uacantibus de iure
& de facto, non de iure tantum, ſecundum Pe. de Anc. latè

in d.c. ſi propter 38. col. uer. ad propoſitum. de reſcr. in 6. di
centem, quòd quamuis in caſu illius c. materia ſit fauora-
bilis, non uenit tale beneficium: quia uerbum uacare, ada-
ptatur, ad beneficia a nemine poſſeſſa, nec eſt ueriſimile, ꝙ
per tales literas Papa uelit inquietare illum, qui præſumi-
tur iuſtè poſſidere: & generaliter in literis & priuilegijs uer
bum Vacare, debet intelligi de uacatione iuris & facti, ut
per Io. And. in d.c. cum noſtris. & latius de hoc per Petr. de
Anc. ut ſ. reputantem hoc eſſe nouum. ¶ Octauò no. quòd
ſi expectans Apoſtolicus prætendat permutationem fuiſſe
factam in fraudem ipſius, & ex hoc acceptet beneficium in
ter alios permutatum, iuxta capit. 2. de renun. in 6. ſi ſpolia
tur tali beneficio, eſt reſtituendus propter coloratam poſſeſ
ſionem attentis ueriſimilibus coniecturis, licet re uera appa
reat nihil fraudis interueniſſe, ſecundum Ro. in ti. de re. p-
mu. concluſ. ult. in antiquis. ¶ Nonò no. ꝙ diſpoſitio dicti c.
cum noſtris. non eſt exorbitans. Vnde nedum in beneficia-
libus, ſed etiam alijs impetrationibus dicendum eſt, ꝙ non
extenduntur ad poſſeſſa per alios, ut eſt caſus, & ibi glo. in
c. 2. de deci. in 6. & patet in c. dudum. eo. ti. & ibi Inn. Ratio
enim d.c. cum noſtris. eſt generalis, uidelicet quia ſi fuiſſet
expoſitum Papæ, ꝙ alius erat in poſſeſſione colorata, non
ſic de facili conceſſiſſet rem ab alio poſſeſſam. Ergo impetra
tio fuit ſurreptitia, per ca. poſtulaſti. ſ. eo. Ita dicit Domi. in
addi. ad conſi. Cal. de præb. 59. concludens contra Calde. ꝙ
non ualet impetratio facta de beneficio unito, non facta mẽ
tione poſſeſſionis obtentæ uirtute illius unionis, quamuis
unio eſſet nulla. Conſidera, quòd ſi unio erat ipſo iure nul-
la, non uidetur poſſeſſio colorata, ut dicitur de collatione
in d.c. cùm noſtris. Sed ſi unio erat irritanda, uidetur uera
opi. Domi. ¶ Decimò not. quòd ſi aliquod beneficium ua-
cat notoriè de iure, tamen de facto non uacat, ſi expectans
non acceptet ipſum intra menſem, de quo in literis ſuis,
iuxta cle. tin ſi. de conceſ. præb. non poteſt eum acceptare
poſt menſem, ſecundum Old. conſil. 285. Caſus talis eſt. in
fin. Et parum ſibi præiudicatur: quia gratia ſua ſalua manet
ad alia beneficia acceptanda. Et in hoc non habetur in con
ſideratione laudabilis reſpectus, propter quem impetrans
non acceptauit, uidelicet quia execratur lites, quãuis alias
hoc non ſit improbandum, l. item ſi res §. 1. ff. de alien. iu.
mu. cau. fa. Idem fortè ſentit gl. in c. ſi clericus. in uerb. negli
genter. in prin. de præb. in 6. dum dicit, Vel execrabatur li-
tes: & ſic ſenſit in hoc, ꝙ omiſit acceptare beneficiũ, in quo
opus erat litigio, per quod uidetur loqui de beneficio ab a-
lio poſſeſſo, & non uacante de facto. Si enim nemo ipsũ poſ
ſidet, non uidetur eſſe opus litigio. Et eandem expoſitionẽ
facit ibi Arch. ſuper uerbo, negligenter. ¶ Sed domini de Ro
ta in ti. de conceſ. præb. conclu. 48. in antiquis, primò refe-
runt hanc opinionem dicentem ita tenere In. Mon. Arch. &
Io. An. in c. ſi clericus. de præb. in 6. poſtea dicunt, ꝙ contra-
rium tenent domini auditores, uidelicet ꝙ iſta non accepta
tio non noret tali mouenti lites cum poſſidente de facto: nec
tenetur expectans acceptare, niſi beneficium uacans de iu-
re & de facto: quod dicunt eſſe ſatis iuri conſonũ: quia for-
tè ille non habet, de quo litiget, & poſſet incurrere multa
pericula litigando. Item tenet Aegi. Belle. conclu. Rot. 700.
in caſu concluſionis. dicens, ꝙ poſſeſſio aliena impedit, &
excuſat habentem acceptare. Fortè præcedens opinio proce
dit, ubi notorium eſt, ꝙ beneficium uacat de iure: ſed iſta ꝓ
cedit, ubi ignoratur, uel eſt dubiũ. Tamen in practica præ-
ualeret indiſtinctè iſta ſecunda propter authoritatem Rotæ
& habet in ſe æquitatem, ſ. propter laudabilem execrationẽ
litium. Et pro diſtinctione, quam dixi inter uacationem no
toriam, & non notoriam, uide in terminis Lap. alleg. 84. Do
minus Papa. ubi eleganter dicit idem, uolens, quòd expe-
ctans poteſt acceptare uacans de iure, licet non uacet de fa-
cto, & quòd ſi non acceptat intra menſem, non poteſt am-
plius acceptare, & currit menſis à die, quo habet notitiam
uacationis, ſed quandiu eſt occulta, non currit; & ſic non
requiritur, quòd ſit notoria, ſed ſatis eſt, quòd ſit nota,
ſecundum eum. Tamen, ut dixi, ſtatur potius deciſio-
35 nibus Rotæ. ¶ Vndecimò not. quòd † nulla collatio facta
motu proprio Papæ, licet non faciat mentionem dictæ poſ
ſeſſionis coloratæ, ſecundum Calder. in titu. de reſcript. con
ſil. 13. quia motus proprius excludit ſubreptionem, capitu-
lo non poteſt. & c. ſi motu. de præbend. in ſexto. & idem
noi.

no. Cal. in d. ca. cum noſtris. ſed do. Ant. ibi tenet contrariũ
quia licet motus proprius firmet reſcriptum contra uitium
ſubreptionis, d. c. ſi motu. non tamen firmat cõtra aliud im
pedimentum, ut ibi notatur, quia non eſt uerisimile, quòd
Papa uelit priuare poſſeſſorem iure ſuo ſic ex abrupto. Se-
quitur Imo. in d. c. cum noſtris. uer. In Papa autem. & ibi e-
tiam do. Abb. uer. ſed do. Ant. Et iſtud cõfirmare potes mul
tipliciter per ea, quæ notter reduai in c. ad aures. ſupra eo.
¶ Duodecimò not. quòd iſta clauſula, Non obſtante colla-
tione[a] alteri facta, operetur, quòd literæ
non cenſeantur ſubreptitiæ, quaſi non ſit
facta mentio de colorata poſſeſſione, ſe-
cũdũ Imo. in c. cauſam, quæ in ſi. ſuprà,
eod. & ibi dixi. ¶ Tertiodecimò † & ulti
mo not. quòd non nocet tacere colora-
tam poſſeſſionem alterius, quando eſt in
ducta tali modo, quòd ſi Papa illud ſci-
uiſſet, facilius conceſſiſſet literas, puta, ſi prius Papa reſer-
uaſſet ſibi beneficium cum clauſula decreti, & aliquis con-
tra dictam reſeruationem acceptaſſet poſſeſſionem benefi-
cij, quia licet iſta poſſeſſio eſſet colorata, tamen ſi impetrãs
narraſſet, qualiter aduerſarius poſſidet contra reſeruationẽ
Papæ, adhuc Papa facilius conceſſiſſet, quia iſtud magis ua
lidabat, & impugnabat petitionem ſupplicantis, & ideo ſu
mus in caſu c. ſuper literis. ĩ. eo. quia non eſt tacitum tale
quid, quo expreſſo Papa non conceſſiſſet. Ita eleganter deci
dit Bartholomæus de Zabarel. archiepiſcopus Spalatenſis
in d. conſi. 8. Zamperrus. in 3. charta. ¶ Non tamen aperit,
quid ſi illa poſſeſſio fuiſſet acceptata ignoranter, puta quia
neſciuit de decreto, & tunc fortè iſtud notabile non proce-
dit, quia licet decretum afficiat ignorantes, tamen ipſa i-
gnorantia uidetur reddere poſſeſſionem excuſabiliorem, &
dignam mentione. Certè ad materiam d. c. cum noſtris. ui-
de per Scribentes ibi. Et circa dictum Inno. ibi de collatio-
ne facta crimino ſo, uel indigno, quãdo ſit nulla, uide quæ
dixi in c. querelam. de iureiur. & plenius in c. 2. ĩ. eod. ubi
multa inuenies. ¶ Trigeſimumſeptimum corollarium. Nõ
37 † oportet facere mentionem de modo uacationis, & omnis
modus comprehenditur, quando nullus exprimitur, ſecun
dum Lap. alleg. 6. in 2. col. & Ro. in iſto ti. concluſio. i. in ſi.
& eſt additio: & Dom. poſt Ioan. de Fan. in c. ſuſceptum. de
reſcrip. in 6. dicentem pro hoc facere glo. in clem. j. in uer-
bo, quamuis. de præb. quæ uult, quod non eſt neceſſe expri
mere modum, per quem prouidetur beneficio & dixi ſupra
corollario 32. uer. & no. quòd ſimilis. Facit etiam, ſecun-
dum Domi. glo. in uerbo, uacationibus. in c. cupientes. in
prin. de elec. in 6. quæ uult, quòd uerbum Vacatio, ſimplici
ter prolatum, includit omnem modum uacandi, etiam in
materia pœnali. Et cum iſtis concordat do. Maria. in repe. c.
poſtulaſti. uer. ſecundò notandum. ſuprà eod. & Fran. Pauin.
in tractatu De ſe. ua. fol. 9. ibi, etſi nullus modus. Ad idem
pondera glo. in c. ſi propter. in uerbo, uacabunt. de reſcrip.
in 6. & glo. 2. in c. 1. ne ſe. ua. eod. lib. Facit etiam glo. in cle
men. ne Romani. in uerbo, moriente de elect. & in clemen.
1. in uerbo, mori. ut lite pen. & in c. ſi cui. in uerbo, moria-
tur. & in c. quamuis. in uerbo, decedentium. de præben. in
6. & in c. ſi. in uerbo, deceſſum. de conceſ. præben. eod. lib.
& quod latè ſcribit do. Abb. in diſputatione incip. epiſco-
pus & quidam rector. in ulti. dubio, dum decidit q. quæ a-
lias fuit in facto, & de qua ipſe meminit in c. licet. uerſ. ſed
aduerte ad unam notabilem obiectionem. de elect. Si ta-
men in impetratione beneficij exprimeretur unus modus
uacationis, non ueniret alius, c. ſuſceptum. de reſcrip. in 6.
& dicetur paulo poſt. Nec obſtant aliquæ ex gloſſ. præalleg.
dum extendunt rea. loquentes ad uacationem per alios mo-
dos, quia loquuntur in materia non odioſa, ſed rea. in cap.
ſuſceptum. Procedit in odioſis & ambitioſis, ſecundum do.
Abb. in d. diſpu. epiſcopus. ad ſi. & Domi. in d. c. ſuſceptũ.
& prædicta teneas, licet aliqui aliter dicant, ut ibi ꝑ Domi.
Et cum iſtis concordat Bald. in c. cum acceſſiſſent. ſ. ti. ꝑx.
¶ Limita primò hoc corollarium, niſi impetretur reſcriptũ
ad uenire, quia debet fieri mentio de qualitate beneficii, &
de uacatione, & modo uacandi, ſecundum Rot. in iſto titu.
concluſio. 14. in nouis, quam allegaui ſuprà corollario 15.
¶ Limita ſecundò, niſi præſentetur ſuperiori decretum, ele-
ctionis, ut confirmet eam iuxta formam gloſſ. in capit. in-

[a] *Non obſtante collatione*] *De hac clauſula uide do. Alex. de Imol. in ſuo conſil. 125. 2. parte.*

notuit. in uerbo, decreto. de elect. quia in eo non ſolum de-
bet dici de uacatione, ſed etiam de uacationis modo, ſecũ-
dum Ioan. And. poſt Hoſt. in c. poſt trãſlationem. in princip.
ſuper uerbo, ad eccleſiam. de renun. & ſequitur ibi do. Ant.
uerſi. ultimò dicunt hic Doct. & etiam Domi. in j. q. & Do-
mi. in dict. cap. ſuſceptum. Sed dic, quòd iſtud non eſt ne-
ceſſarium etiam in decreto, ſecundum Imo. in c. eccleſia. lo
1. in notabilibus, & in c. Cumana. de elect. & in d. cap. poſt
tranſlationem. in 1. col. poſt Card. ibi dicentem, quòd licet
hoc fieri poſſit, nõ tamen eſt neceſſarium, ut patet in d. c. ec
cleſia. & in d. c. Cumana. ¶ Quod autem dictum eſt, expreſ-
ſo uno modo uacationis non uenire aliũ, fallit primò, ubi
communis opi. eſt, ꝙ uacet uno modo: quia licet re uera ua-
cet alio modo, tamen illa communis opinio excuſat impe-
trantem, quando eſt unicus impetrans ex illo capite putati-
uo, & non habet competratorem, qui impetrauerit ex alio
uero capite, ſecundum Lap. plenè alle. 89. duo prælati. & ſe-
quitur Dom. in d. c. ſuſceptum. & Mari. in repe. c. poſtula-
ſti. ĩ. eod. ¶ Fallit ſecundò, niſi aliud appareat de intentione
impetrantis. ut dicitur in tex. in d. c. ſuſceptum. & no. Lap.
in d. alleg. ¶ Fallit tertiò in acceptatione, quia licet benefi-
cium acceptetur, tanquam uacans per mortem Sempronij
& in ueritate uacet per mortẽ Titij, hoc non uitiat accepta-
tionem, ſi aliàs conſtat de corpore, ſecundum Dom. in d. c.
ſuſceptum. Allegat Rotam, quæ hodie eſt de reſcri. 22. in an
tiquis, & de conceſ. præb. 2. in eiſdem. Et ſcias, ꝙ ualet acce-
ptatio expectantis non exprimens modum uacationis, ſecũ
dum Rot. de præben. deciſi. 22. in nouis, & de conceſ. præb.
7. in eiſdem. ¶ Fallit quartò, quando exprimitur certus mo-
dus uacationis cum clauſula, Vel alio quouis modo, ſecun-
dum Rotam in iſto titul. deciſ. 17. in nouis, & eod. titu. 47.
in antiquis, & de re iud. 12. in nouis, in fin. Sed arduum eſt
dubium, utrum illa uerba, Vel quouis modo, poſſint im-
portare, quòd etiamſi uacaret ex perſona alterius, quàm il-
lius, de quo eſt dictum, impetratio tamen ualeat uirtute il-
lius uerbi, de quo uide Domi. in d. c. ſuſceptum. concludentem
poſt Io. de Lig. & Io. de Fan. & Rotam, ꝙ uenit etiam
uacatio per mortem alterius. Et ita firmat Rot. de cõceſſio.
præb. deciſ. 49. in antiquis, & ſolenniter in tit. de præb. con
clo. 12. in antiquioribus, quia illa uerba reſpiciunt ipſũ be-
neficium, non autem perſonam. ¶ Sed contrarium, ꝙ imo il
la uerba, ſecundum, Vel alio quouis modo, intelligantur ſ.
ex perſona expreſſa, non ex alia, tenet Lap. in d. c. ſuſceptũ.
dicens ſe ita conſuluiſſe & obtinuiſſe. Et idem tenet latiſſi-
mè Ro. in ti. iſto deciſ. 3. in nouis, & eo. tit. deciſ. 8. 37. & 47.
in antiquis. & Aegi. Bel. deciſ. Ro. 610. Licet palatium. & I-
mo. poſt Car. in c. ſi. in prin. de præb. & do. Maria. in repe. c.
poſtulaſti. uerſi. ſed circa prædicta. ĩ. eod. & do. Car. conſ. 33.
incip. In hac dubia cauſa. uiſi, ſecũdum eum, diceretur, Vel
alio quouis modo uacet, propter illum uerbum, Vacet, in-
telligitur, etiamſi ex perſona alterius. Sunt enim duæ propo
ſitiones, & ſic ad diuerſa ſubiecta referuntur, ut etiamſi ua-
cet ex perſona alterius, debeatur. Et iſtud conſonat, licet e-
tiam hoc caſu contrarium teneat Rot. præalleg. 37. in iſto ti-
tu. in antiquis. Et adde, quòd prædicta procedunt, etiam
quando exprimuntur duæ perſonæ, tanquam beneficium
uacet ex altera earum, quia ſi uacat ex perſona tertij, non ua-
let impetratio, ſecundum Aegi. in d. deciſ. 610 ¶ Fallit quin-
38 tò † in materia non odioſa, quia ueniunt in ea omnes ua-
cationes, licet exprimatur uacatio per mortem, ut per dom.
Abb. in dicta diſputa. epiſcopus. & in gloſſ. paulo antè alle-
gatis, & per Domi. pulchrè in dict. capitu. ſuſceptum. in fin.
¶ Cæterum quando apoſtillabis dict. capitu. ſuſceptum. me-
mento primò, quòd reſcriptum Concedentre, uel decedente,
non extenditur ad priuationem, ſecundum Tho. Faſtoli du-
bio Rotæ 46. Die Mercurij. Item ſi dicitur in reſcripto, Pro-
uidens Titio de præbendis, portionibus & præſtimonijs de-
cedentium, iſta omnia referuntur ad præſtimonia. Vnde ſi
præbenda aliter uacet, quàm ceſſione, uel morte detinen-
tis, ille modus uacationis expreſſus refertur ſolum ad pro
xima, ſecundum Thom. Faſtoli dubio præalleg. & retuli in
capitu. cauſam. ſupra eo. Item ſcias, ꝙ literæ ad beneficium
uacaturum per priuationem Titii expirant illo mortuo an-
te priuationem, nec poſt mortem priuari poteſt, ſecundum
Rot. in titu. ut lit. penden. deciſ. ulti. in nouis. Item ſcias,
quòd impetrans beneficium uacaturum ex contracto ma-

ſtrimonij non habebit uacans per renunciationem in cãcellaria factam, ſecundum Rotam in tit.de præb.concluſi.51. in nouis. Item mandatum Papæ de prouidendo Titio poſt priuationem faciendam de homicida expirat, ſi ille homicida prius renunciat bona fide, ignorans de tali impetratione, ſecus, ſi ſciret, ſecundum But. conſi. 44. In Chriſti, &c. aggrediar ſecundum, de quo nunquam ſis oblitus. Secus, ſi eſſet priuatus ipſo iure. Rota de re iud. 5. accuſatus coram ordinario.in antiquioribus. Et ibi etiam, quòd ualet renunciatio facta ab illo, contra quem inquiritur de crimine digno priuatione. Facit gl.in c.2.in uer.ſi ita. ut li.pen.in 6. ¶ Scias etiam, quòd ſi quis narret in ſupplicatione, quòd beneficium uacat, c.de multa. de præb.& c.licet canon.de ele. in 6.& probat de uacatione, per c.licet non obtinebit: quia hoc eſt impoſſibile ſtante primo modo uacationis, quem aſſertiuè firmauit, ſecundum Rot. in iſto titu. concluſ.14.de quo dixi in c.2.ſuprà.eo. Item ſcias, quòd gratia mea ſuper aſſecutione beneficij tui, quod ſperatur uacare per aſſecutionem a te fiendam de alio, & oblationem à te factam de primo dimittendo, expirat, ſi obtines a Papa poſſe illud permutare, & ſecũdum retinere, etiamſi de mea gratia nihil dixeris, niſi in gratia mea diceretur, Vel alio quouis modo, ſecundum Rot.in ti.de re iud.concluſ.12. in nouis, quæ melius ſtetiſſet in iſto ti. Et adde, q impetratio de beneficio tãquam uacante per mortem, non ualet, ſi ille uiuit, licet poſtea moriatur, ut eſt regula cancellariæ 50. quæ incip. Item uoluit q ſi quis ſupplicauerit. Et adde, q nõ ualet impetratio facta tanquam de beneficio uacante per mortẽ quando mortuus erat ſolum electus, non confirmatus. Rota de elec.v.itẽ q cum ad capitulũ.in nouis, propter gl.quã cotollit in clẽ.1.in uer.collatio.ibi uſque ad confirmationem uſ li.pen. Sequitur etiam Ab.ibi poſt alios, & Dom.in c.ſi electio.de ele.in 6.& per eam dicit Bal.in ſepe.l.Aemilius.ibi, dicuntur deceſſiſſe.ff.de mino.q aliud eſt eſſe conferendũ, aliud eſſe collatum. Et q ſi moritur in curia ille, cui beneficium erat conferendũ, nõ uacat in curia, ſecus, ſi erat collatum. Et dum illa gl.dicit, q collatio tollit uacationem eccleſiæ, limita, niſi ſit appellatione ſuſpẽſa. Dom.in c.ſi poſtquam.in ſi.propter gl.no.ibi de elec.in 6. Quod nota cõtra impetrationem factam ob talem uacationem. Item nota, q ſi quis impetrat beneficium uacans, uel uacaturum morte Titij, licet ueniat beneficium uacans etiam morte uiolẽta, ut per Dom.poſt Doctores in d. c. ſuſceptum in i.col. tamẽ ſi impetrans fuiſſet cã mortis Titij, non ualeret impetratio ſecundũ Ana.in c.ſi.de homi.per id, quod dicit Bald.in l.ſi tibi.C.de do.ante nup.dicens, q licet donatio, quæ confirmatur morte, ita cõfirmetur, ſi quis interficitur, ac ſi moreretur morte ſua, ut ibi, tñ fallit, ſi interficitur à donatario, p id, quod habetur in l.ſi ab hoſtibus.§.ſi uit.ff.ſol.ma. ¶ Cõſidera, & ſi dictus impetrans fuit cauſa mortis illius, adeo q ſit in culpa, indubitatum eſt, q non debetur ei beneficium propter irregularitatem. Sed ſi fuiſſet cauſa, tamen caruiſſet culpa, non credo, quòd dictum Ana.procederet, ex quo non eſt incapax beneficij habiti, uel habendi. Tamen cogitabis. Quomodo autem uerum ſit, q dicta impetratio uerificetur etiã in morte uiolenta, uide copiosè Ana.ubi ſupra & latiſſimè per Aud. Sien.in rep.c.Raynaldus. in 3.char.infrà de teſta. Adde etiam iſtis omnino Fran.Paul.auditorem Rotæ in aureo tractatu, De ſede uacante, fo.8.ubi ponit infinita de uerbo Vacare, & ta. modos uacationum eccleſiarum.

39 ¶ Trigeſimumoctauum corollarium. Facienda † eſt mẽtio de iure patronatus laicorum, ſecundum Domin. & alios in c.2. de præbend.in 6.etiamſi ſpectaret ad laicum & clericum ſimul, ut per Dom.in cap.1.in ſi. de iura patro.in 6.quem ſequitur Maria.ſuprà eod.poſtulaſti.34.col.uerſic. quarto quæro. Et ſi ſpectat ad collegium, non ſufficit facere mentionem de perſonis per uerbum non collectiuum, ut dixi cap.cam te.in 4.declara.ſuprà eod.ſub uer.aliud ſinguli, &c. Et ad iſtam concluſi.uide, quæ iam pridem reduxi in quodam breui tractatu de Iurepatronatus, ubi ipſam ampliaui 11.modis, & totidem modis limitaui, & illũ tractatum ſoleo referre abbreuiatè in c.dilectus.de of.leg.dic. ut ibi, ubi multa inuenies quotidiana. Vnum adde no.dignum, q ſi in ſupplicatione diceretur, quòd ſupplicans petit derogari patronis, licet de iurepa.eorum non clarè conſtet ſecundum ipſum, & poſtea patroni non probent, quòd tempore impetrationis clarè conſtabat de iure eorum, dicetur eis derogatum, quantumcunque hodie docuerint, q ad eos uere ſpectat & ſpectabat ius patro. quia adhuc uerum eſt, quòd tunc clarè non conſtabat. Ita conſuluit domi.Card. conſil.71. Vacante quadam parochiali eccleſia. Quod perpetuo no.ad multa. Item dum dixi in dictis locis, quòd iſtud corollarium non procedit in iurepa. pertinente ex præſcriptione, adde plenum conſilium And.Sic.& Alex. quæ conſilia ſunt in conſilijs Alex.mihi in nu.556. In Chriſti, &c.uiſo puncto.& conſilio ſeq. Redemptoris noſtri, &c. uiſis & ponderatis narratis in themate. Et caue: quia illa dicta præſupponunt unum, quod eſt ualde dubium, uidelicet q ex ſola præſcriptione ille, qui non eſt patronus, poſſit effici patronus: in quo Arch. tenet contrarium latiſſimè in ca. hortamur.71.diſt. contra quem inſurgit uehementer Ioan. An.in regula, quod alicui ſuo.de reg. iur.in 6. Conatus ſui adaptare eorum opiniones per nouam concordiam in cap. cauſam. de reſcr. Et de prædictis poſtea feci mentionem in d. tractatu, De iurepatronatus nuper hic impreſſo pleniori ſtylo, quàm primitus ipſum ediderim.

¶ Trigeſimumnonũ

40 corollarium. Oportet † exprimere eccleſiam cathedralem, aliàs impetratio de beneficijs uacaturis in aliqua eccleſiarum diœceſis non comprehendit eam. Ita tex.in c. quamuis. lo j.ij.reſponſo, de præb.in 6. Et habet locum ille tex. etiam in diſpenſationibus. Vnde diſpenſatus iuxta formam c.j.de fil.presbyt.in 6.non poteſt habere præbendam eccleſiæ cathedralis, ut per Io.An.in addit.Spe.ſuper rub.de fil. presb. & Rot.in tit.de filiis presbyt.2.in no. & de offic. ordi.concluſ.4.in antiquis, & in tit.de fi.presby.conclu.7. in eiſdem. & latè Domi.in c.j.de fil.presby.in 6.dixi in c.poſtulaſti.7. concluſi.ſupra eo. Et impetrans gratiam, ut ſibi prouideatur de uno, duobus, uel tribus beneficijs eccleſiaſticis, in tali gratia non cadunt canonicatus eccleſiæ cathedralis, ſed bene canonicatus eccleſiarum inferiorum, ſecundum Cald.in tit.de præb.conſi.31. Et in gratia impetrantis ad collationẽ epiſcopi, & capituli non includuntur beneficia eccleſiæ cathedralis, Ol.conſi.185.Thema tale eſt, Titius. Et iſta ſunt inducta propter excellentiam eccleſiæ cathedralis, ut dicitur in d.c.quamuis. Per quem tex.dicit do.Ab. in c. at ſi clerici.in prin.13.col.de iudi. q ea, quæ ſunt digna ſpeciali nota, non ueniunt in generali ſermone, licet ex proprio ſignificatu uerborum comprehendantur. Et intellige hæc in materia odioſa, qualis eſt iſta, ſecus in fauorabili, ut per do. Ab. in c.cum ſuper.in 5.not.per illum tex.de ſepul. & Docto.in c.quamuis. Et not. q quando exprimitur eccleſia cathedralis, non eſt opus exprimere nomen ſancti, licet ſecus ſit in expreſſione eccleſiarum inferiorum. ſecundum Lap.allega. 56. Allegat Io.And.in d.c.quãuis.& ibi gloſſ.in uerbo, extẽdit. Subdit Lap.de mente Io.An. & dictæ gloſſ. q etiam in locis ſolennibus habentibus eccleſias matrices, nõ eſt opus exprimere nomen ſancti, licet quandoque exprimatur. Exẽplificant in eccleſia Pratenſi in Tuſcia & ſimilibus, & ſequitur etiam iſta Domi.in d.c.quamuis. per c. cauſa Carpentis. de uer.ſig.ubi appellatur eccleſia ſub nomine loci, & tamen non eſt cathedralis. Ad idem c.j.de mu.pet.& glo. Zenze.in extraua.quæ incipit, ſi fratrum. in uer. Auinionenſi. & not. Imo.in cap.cum adeo.per illum tex.ſupra eo. ¶ Fallit primò iſtud corollarium, quando agitur de beneficijs modicis, uel minoribus eccleſiæ cathedralis, ut uicaria, quia ueniũt ſub gratia, licet non exprimatur eccleſia cathedralis, ſecundum Rotam in titu.de præbend.concluſi.7.in antiquis. ¶ Fallit ſecundò in canonicatibus alterius eccleſiæ, cuius canonici ueniunt ad diuina in eccleſia cathedrali, ſecundum Rot. ibidem. ¶ Fallit tertiò, niſi quia expectaret ad collationem decani, uel capituli eccleſiæ cathedralis, quia poteſt acceptare beneficia uacantia in eccleſia cathedrali, ſecundum Rot.in titu.de conceſſio.præben.concluſi. 31. in antiquis. ¶ Fallit quartò in beneficijs, quæ ſunt in circumferentijs eccleſiæ cathedralis, ſecundum Rot.in tit.de præb. conclu. 8. in antiquis, quæ etiam reaſſumitur in tit.de præb.concluſi. 3.in antiquioribus, niſi officiantes illa beneficia perciperent reditus ab eccleſia cathedrali, ut ibi. ¶ Fallit quintò, quando aliqua eccleſia, quæ non erat cathedralis tempore impetrationis, efficitur cathedralis hodie, quia iſta mutatio non nocet iuri quæſito ad rem in illa eccleſia ante mutationem ſtatus, ſecundum Dom.poſt Ioan. And. in d.cap. quamuis.

Facit

Facit extrauag. Ioannis X X I. Sedes Apoſtolica quæ eſt fo
lio cj. impreſſarum, uolens dimembrationem diœceſiũ non
nocere expectatiuis prius datis. Et iſti aſſit duo caſus, in qui
bus non attenditur præſens ſtatus beneficij, aliàs enim ſe-
cus, ut dixi ſ. eo. cam te ad fi. ¶ Fallit ſextò, quando ſcribitur
ut prouideatur de beneficio ſpectante ad collationẽ epiſco-
pi, quia includitur eccleſia cathedralis, ſi epiſcopus habet i-
bi collationẽ beneficiorum, ſecundum Rot. in tit. de cõceſ.
præb. deci. 8. in nouis, poſt Io. And. latè in d. c. quamuis. ubi
uide Domi. in prin. Et dicit Ro. in d. loco d. c. quamuis. eſt
tenendum in terminis ſuis, ſ. quando illa uerba poſita in c.
quamuis, inſeruntur in gratia impetrantis, uidelicet quãdo
mandatur in aliqua eccleſiarum ciuitatis, uel diœceſis pro-
uiden, aliàs non. ¶ Fallit ſeptimò in diſpenſatione non ha-
bẽte uerba arida, & arcta, ſed plena, ut ſi diſpenſatur in om-
ni eo, quod eſt circa dignitatem, & in beneficio curato, quia
tunc includitur, etiam canonicatus eccleſiæ cathedralis, ut
eleganter & mirabiliter decidit Old. inducendo Spec. & Ho
ſti. conſi. a t 5. Puncta breuia. 3. col. uer. deinde dicitur, quòd
diſpenſatio. ubi uidere poter, ideo non extẽdo. Per quæ om
nia habes, an & quando facta mentione generali eccleſiarũ,
ueniat cathedralis. Cæterum memento, quòd ubi fit men-
tio de cathedrali, & ẽt ubi in fallẽtiis prædictis nũ ueniunt
canonicatus ipſius eccleſiæ cathedralis, niſi exprimantur,
ut per Inno. & omnes in c. ſi. de præbend. exceptis 4. caſibus
quos nouiter enumeraui ſuprà. eo. poſtulaſti. in a. concluſio
ne. Et ſcias, quòd reuocatoria gratiarum, quas facit nouus
Papa, non extenditur ad expectatiuam ſuper dignitate &
præbenda, ſi iam ſortita eſt effectum. in dignitate, ſed non
in præbenda etiam non annexa. Tho. Faſtoli dubio Rotæ
44. incip. Eo die dominus Ademar. ¶ Quadrageſimum & ul
41 timum corollarium. Oportet, quòd † clericus ſecularis im-
petrans beneficium regulare, faciat mentionem de eius na-
tura, aliàs impetratio non ualet, ſecundum Bald. in l. ſi dei-
commiſſa. §. ſi ſeruo. ff. de lega. 3. dicentem, quòd ſi clericus
ſecularis impetrat beneficia non conſueta dari clerico ſecu
lari, non ualet impetratio quia Papa etiam motu proprio nõ
uidetur uelle aliter reſcribere, quam ſit conſuetum. Et hoc
dictum ſequitur do. Maria. conſil. mihi 23. Bonæ memoriæ
Pius I I. ad fin. & in rubrica de conſue. in 2. char. & de hoc
per gloſſ. a. & Doct. in cap. poſſeſſiones. de re. eccle. non alie.
Sed hodie uide text. cum materia in cap. cum de beneficio.
de præben. in 6. ubi quando ſcribitur pro clerico de priora-
tu ſeculari, non poteſt prouideri de prioratu regulari, niſi
expreſſè caueatur. Et ibi dicitur, quòd beneficium dicitur
ſeculare, quando ab uno, uel pluribus fuit gubernatum. ut
ſeculare, etiamſi ante, uel poſt religioſi quandoque mini-
ſtrauerint in eodem. Et not. ibi gloſſ. in uerb. poſt quòd ad-
miniſtratio ſequens non tollit præſcriptionem, niſi alia in-
teruenient, quæ ius aliorum habeant perimere. Et illam gl.
allegat do. Card. conſil. 131. Reperitur quoddam inſtrumen-
tum. in ſi. quòd præſcriptio completa non interrũpitur: &
no. etiam dom. Abb. in ca. auditis. in ult. no. de præſcrip.
¶ Cæterum pro ornamento. d. c. cum de beneficio. apoſtilla-
bis ipſum ex infrà ſcriptis decem notabilibus, quæ pro ma
iori parte ſunt ultra omnes doctores ibi. ¶ Et primò uide
do. Abb. in cap. ſi. in ultim. char. uer. diſtingue tamen infra
de conſuetu. ubi extollis dict. cap. cum de beneficio. in uer.
ab uno. quòd unicus actus habens cauſam ſucceſſiuam,
ſufficit ad inducendam conſuetudinem, ſi habuit continua-
tionem per tantum tempus, per quod inducitur conſuetu-
do: de quo latius per Imol. in dict. cap. ſi. uerſi. item requiri-
tur ¶ Secundò nota diligenter, quòd non ſequitur, Tale be-
neficium eſt gubernatum per clericos ſeculares per quadra
ginta annos, uel econuerſo per regulares: ergo talis ſtatus
eſt impreſſus: ſed oportet, quòd actum ſit à principio per e-
piſcopum, quòd ſic regatur, ſecundum Domi. latè poſt
Lap. in dicto capitulo cum de beneficio. Fatentur tamen,
quòd poſtea poteſt continuari bona fide per aliquem, qui
poterit incipere. Et ſubdit Domin. poſt Ioan. de Lig. quòd
ſi religioſus præficiatur eccleſiæ parochiali ſeculari, iuxta
cap. quod Dei timorem. de ſta. mo. licet per 40. annos ſit gu-
bernatum per talem, tamen poterit etiam ſeculari aſſigna-
ri. Et facit, ſecundum eum, & bene, conſilium Cald. in titu.
de præben. conſi. 19. Et ad idem adde Cald. de conſue. con-
ſi. 1. & uide Domi. ibi in addit. ubi etiam firmat, quòd in ca

ſu c. cum de beneficio. præſupponitur, quòd conferens be-
neficium facit animo & intentione imprimendi illum ſta-
tum in beneficio ita & taliter, quòd illi & non alteri non
habenti illam qualitatem tale beneficium conferatur.
42 ¶ Tertiò nota, quòd † epiſcopus poteſt unire beneficium ſe
culare monaſterio monachorum, & ſtatuere, quòd per mo-
nachos regatur: & tale ſtatutum operatur diſpenſationem
cum monacho ibi præficiendo, ut poſſit regere beneficium,
licet aliter epiſcopus expreſſè non diſpenſet ſuper hac tranſ
latione, ſecundum Rotam in tit. de offi. ord. deciſ. 3. in an-
43 tiquis. ¶ Quartò nota, quòd † requiruntur 40. anni ad indu
cendam conſuetudinem, de qua in d. c. cum de beneficio. &
ibi per gl. in uer. legitima. & ſolenniter per Rotam de præ-
ben. conclu. a. in nouis. Et illa deciſio, quamuis longa, hoc
intendit in effectu, quòd uerbum Conſuetum, requirit. 40.
annos, quando agitur de mutatione ſtatus in præiudicium
tertij, ſecus, ubi ſolum agitur de mutatione uſus: quia ſuf-
ficit probare ultimum præſentem ſtatum etiam ſine decen-
nio, niſi ex aduerſo probetur alius ſtatus præſcriptus. Ex
hoc ſequitur corollarium, quòd in caſu d. c. cum de benefi-
cio. ſufficit probare præſentem ſtatum, ut dicatur beneficiũ
conſuetum regi per regulares, uel ſeculares: quia agitur de
mutatione uſus. Fallit hoc, ubi probatur de alio ſtatu præ-
cedenti, uel ſequenti, denotante beneficium eſſe regulare:
quia etiamſi ille contrarius ſtatus non fuit 40. annorum,
debet præſens eſſe 40. annorum, niſi probetur olim fuiſſe ſe
culare ab initio, & hodie etiam dicatur eſſe tale, licet inter-
uenerit mutatio regularis naturæ non præſcriptæ 40. annis:
tunc enim ſufficit probare præſentem ſtatum ſecularem ſo-
la præſcriptione 40. annorum: quia habet colorem iuris cõ-
munis, & eſt ei conformis, iuxta gloſſ. in c. ſi. de conſue. in
6. Sed ſi ille medius ſtatus regularis non compleuiſſet præ-
ſcriptionem 40. annorum non recederetur ab eo per præ-
ſentem ſtatum non ſimilem. Et iſta omnia latius deducun-
tur per Rotam, de qua meminit latè Dominic. in d. ca. cum
de beneficio. Et ita intellige ultra ipſum Rot. in tit. de pro-
ba. concluſ. 19. in antiquis, quæ uult, quòd in caſu iſto ſuf-
ficit beneficium fuiſſe rectum per 40. annos per regulares.
Et quòd in dubio attendatur præſens ſtatus beneficij, ui-
de Bal. in d. l. ſi mater. per illum text. C. ne de ſtatu defunct.
cum concordan. pluribus, quas nouiter dedi in ca. eam te.
ſuprà eod. ¶ Quintò nota, quòd non ualet impetratio cle-
rici ſecularis de beneficio regulari, nec regularis de ſecula-
ri, niſi in ſignatura ſuper petitione commendæ huiuſmodi
fiat mentio de ſtatu beneficij, ut habetur in regula cancel-
lariæ Apoſtolicæ 41. incip. Item uoluit, quòd nulli. ¶ Sex-
44 tò not. quòd ſi † regularis habuit beneficium ſeculare ab
epiſcopo, & ſpolietur, licet ſit inhabilis reſpectu tituli, ta-
men competit ſibi poſſeſſorium, & conſequenter facit fru-
ctus ſuos, quia poteſt præſcribere, ut in d. c. cum de benefi-
cio. Ergo poſſidere, per regulam, ſine poſſeſſione. de reg. iu.
in 6. ſecundum Rotam in tit. de reſt. ſpo. deciſ. 9. in tit. de
conceſ. præbend. deciſio. 33. in antiquis. Et not. hanc ſuam
conſequentiam ad multa. Et non intelliges de præſcriptio-
ne tituli, quia titulus beneficialis nõ acquiritur ex præſcri
ptione, ut traditur in regula 3. de reg. iur. in 6. ſed præſcribi-
tur natura beneficij faciendo de ſeculari monaſticum, & e-
cõtrà. ¶ Septimò not. ꝙ beneficium ſpectans ad collationẽ,
uel præſentationem regularium, non dicitur per hoc regu-
lare, ſecundum Rot. in tit. de reſcr. concluſi. 48. in antiquis,
& eo. ti. 12. in antiquioribus, uer. nec ob. Et habetur princi-
paliter in illa deciſione, ꝙ priuilegium prælati regularis ha
bentis ſub ſe eccleſias regulares & ſeculares, per quod non
arctatur recipere aliquem ad eccleſias ſuas per generales li-
teras, non intelligitur de eccleſijs ſuis ſecularibus, ſed de re
gularibus, in quibus propriè fit receptio. ¶ Octauò no. ꝙ col
latio facta canonico regulari de beneficio conſueto ſolũ cle
ricis ſecularibus aſſignari, eſt nulla: nec excuſat negligẽtia
habentis præſentare, uel conferre, quo minus locum habeat
deuolutio ad ſuperiorẽ: ut Aegi. Bel. deciſ. Rot. 178. Colla-
tio facta. ¶ Non obſtat dictum Inn. in c. cum noſtris. de con
ceſ. præben. quia loquitur in caſu, quo collatio tenuit ipſo
iure, licet priuari poſſet propter crimen, ut in c. inter dile-
ctos. de exceſ. præla. ſecundum ipſum. Ad idem uide latius
Rotam in tit. de præb. concluſi. 27. in nouis, ubi dicitur, ꝙ
collatio facta de parochiali eccleſia conſueta clericis ſecu-

laribus aſſignari, monacho, etiam de licentia abbatis abſq; diſpenſatione epiſcopi, ipſo iure non ualet. Eſt uerum, q Aegi. Belle. concluſio Rot. deciſ. 251. pationes multum ſubtiliter opponit contra iſtam concluſionem: ſed reſponde rationibus ſuis, ut per Rotam in tit. de ſurrepa. concluſi. 5. in nouis, quæ concordat cum prædictis. Et iſtas deciſiones habeas familiares ad multa. Et dum in eis fit mentio de Innocen. in c. cum noſtris. de conceſ. præb. uide omnino, quæ dixi in c. 1. ī. eo. dum tractaui in prin. utrum collatio facta per iure, uel aliàs criminoſo, ſit ipſo iure nulla. ¶ Nonò not. q
45 † licet prioratus manualis confirmetur ſemel alicui, uel cõferatur per Papam, ut perpetuus, per hoc non mutat naturam: imo eo uacante reaſſumit ipſam, ſecundum But. in ca. porrecta. uer. & dicit, q per hoc. de cõfir. uti. uel inuti. poſt Paul. & Lap. in locis ibi allegatis. ¶ Decimò & ultimò not.
46 q † ad eccleſiam, quæ conſueuit per ſeculares clericos regi, non poſſunt monachi præſentare regularem. Ita dicit Pe. & Abb. antiquus in c. 2. ĩ. de ſup. neg. præl. Intellige in non curatis: uel, ſi non præſentaret illũ, ut remaneret adhuc clauſtralis, per cle. j. eo. tit. ſecundum Io. And. in d. c. 2. quaſi dicat, ſecundum Bu. ibi, q ad curatum ſeculare poſſunt de iure promoueri, per c. cum ad monaſterium. ĩ. de ſta. mo. Et ad iſtud notabile uide omnino ſubtile conſil. Fele. 136. Factũ tale eſt: quædã eccleſia, cum duabus ſubſcriptionibus ſeqẽtibus, ubi fit ſubtilis altercatio, utrum diſpoſitio dicti c. cũ de beneficio. habeat locum in caſu conuerſo, uidelicet utrũ ſicut ibi de beneficio conſueto regi per regulares non poteſt prouideri ſeculari, ita ſit ecõuerſo. Et in fi. dicitur, quòd neceſſaria eſſet declaratio Ioan. An. ¶ Sed tu dicas, quòd ſi conſuetudo eſt præſcripta de ſeculari ſapiens negationem, id eſt, quia præſcriptum eſt, ut non reformetur de regulari, nõ poteſt ibi regularis promoueri ſine diſpenſatione. Aut ſimpliciter eſt præſcriptum de ſeculari, non tamen excludendo regulares, ſed ſolum per 40. annos fuit reformatum beneficium de ſeculari, & tunc non propriè dicitur conſuetum regi per ſeculares tantum, quin poſſit prouideri regulari. Sufficit enim regulari, quòd non reperitur prohibitus. E conuerſo autem ſecus foret, quia ſi per 40. annos fuerunt ibi inſtituti ſoli regulares, non poterit inſtitui ſecularis ſine diſpenſatione, cum beneficium dicatur aſſumpſiſſe naturam regularis, & ſic ſecularis eſt inhabilis. Ita intellige d. c. cum de beneficio. ſecundum Car. in cle. j. in prin. in 21. q. de ſup. neglĩgen. præl. ubi dicit, q nemo hoc aperuit. ¶ Sed aduerte, quia iſta noua declaratio fortè repugnat dictis Domi. in d. c. cum de beneficio. quæ ſummaui ſ. in 2. not. huius corollarij, maximè dum dicit Car. quòd ſi per 40. annos fuerant ibi aſſumpti ſoli regulares, beneficium aſſumit naturam regularis, nã imo uidetur neceſſarium eſſe, q regatur ut regulare, prout latè deducit Domi. Item no. bene differentiam domini Car. multum declarãtem d. c. cum de beneficio. ¶ Et iſta ſufficiãt pro ſcholaſtica repetitione huius famoſæ decretalis, in qua per prædicta ſatis alleuiati ſunt labores habentium in poſterum ſcribere ſuper hac materia.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus habens alias iuriſdictionem, an poſſit in facto proprio fulminare ſententiam excommunicationis.*
2 *Iuriſdictio an poſſit quæri per conſuetudinem, & quando, & quãdo non. Et multa alia de iuriſdictione uide remiſſiuè hic.*
3 *Agi poteſt contra eundem in eodem iudicio, et in eodem libello, ſuper pluribus articulis: uide remiſſiuè.*
4 *Falſus procurator quot modis dicatur.*
5 *Sciens aliquem ſe gerere pro procuratore ſuo in iudicio, & non contradicit, præiudicium ſibi facit.*
6 *Conſtituens procuratorem pro ſe & alijs præſentibus non contradicentibus, ualet conſtitutio procuratoris.*
7 *Dominus ſi uult reuocare inſtitorem, debet hoc publicè conſcribere, alias reuocatio non ualet. Reuocatio procuratoris iudicialis, uel extraiudicialis, non ualet, niſi fuerit intimata procuratori. Poſt nu. 7. uer. ſecunda regula.*
8 *Reuocatio mandati in maleficijs non ualet, niſi fuerit intimata mandatario.*
9 *Reuocatio procuratoris conſtituti ad contrahendum matrimoniũ ualet, etiamſi procurator ſe reuocatum ignoret, per c. fi. §. fi. de procurat. li. 6. quem §. amplias hic multis modis. Quas ampliationes uide nu. 10. & 11. & 12.*
13 *Quod ſit diſcrimen inter procuratorem ad renunciandum ſimpliciter, & inter procuratorem ad renunciandum ex cauſa permutationis.*
14 *Reuocatio procuratoris etiam eo ignorante reuocationem, ualet, quando actus non poteſt ſortiri effectum ſine conſenſu domini, ſicut eſt in tranſlatione dominij.*
15 *Renunciatio beneficij facta à procuratore reuocato, an ualeat?*
16 *Si conſtituens procuratorem renunciaris beneficio procuratore iam reuocato, quid iuris? & nu. 17.*
18 *Reuocatio procuratoris ualet etiam non intimata, ubi agitur de ſolo præiudicio conſtituentis, & geſta per ipſum procuratorem ſunt nulla.*
19 *Reuocatio procuratoris ualet etiam non intimata, quando reuocãs mandatum & mandatarius cenſentur una perſona.*
20 *Aduerſarius ſi fuit particeps in occultatione fraudulenta, et in celanda reuocatione, quid iuris?*
21 *Procurator quando eſt factus ribaldus, uel inimicus domini, uel aliàs mutauit conditionem in peius, ſeu deterius, uidetur ipſo iure mandatum reuocatum.*
22 *Procurator quando eſt datus ad gerendũ negocium cum certa perſona, ad hoc ut reuocatio operatur nullitatem geſtorũ, neceſſe eſt, quod ſit notificatum illi perſonæ.*
23 *Procurator quando non erat deſtinatus ad certã perſonam, ſatis eſt ipſum procuratorem fuiſſe certificatum de reuocatione, quare agat ipſe contrahens contra ipſum falſum procuratorem.*
24 *Reuocatio procuratoris iudicialis debet intimari iudici, uel parti: aliàs geſta per eum tenent, quo ad præiudicium reuocantis, ſed non ad eius commodum.*
25 *Geſta per procuratorem reuocatum non poſſunt per dominum rata haberi.*
26 *Procurator reuocatus an aliquo caſu poſſit agere contra conſtituentem ad intereſſe, quando non tenent geſta per procuratorem reuocatum.*
27 *Reuocatio procuratoris ſi fiat poſt litem conteſtatam, an debeat fieri cum cauſæ cognitione.*
28 *Defenſor, qui ſatiſdedit, habetur loco domini etiam ante litem conteſtatam: & ideo talis defenſor non poteſt reuocari ante litem cõteſtatam.*
29 *Procurator ad negocia quandocunque reuocari poteſt, licet procurator ad lites reuocetur tantum ante litem conteſt.*

CAPITVLVM XXXIII.

EX PARTE decani. ¶ Quicquid procurator reuocatus, & de hoc certificatus in iudicio, facit in fauorem domini, non tenet, licet reuocatio ad notitiam iudicis, uel aduerſarij non peruenerit, ſecus, ſi illud tendit ad commodum aduerſarij. H. D. ſecundum Abbat.

¶ Not. primũ iuncta gloſſ. prima. quòd priuatæ perſonę poteſt concedi priuilegium excommunicandi ſuos manifeſtos malefactores. Similis indulgẽtia habetur in c. ex parte. el j. de uerb. ſigni. ubi plenè de effectu huius indulgentiæ, & uide, quod not. Innocent. in cap. uenerabili. de cenſi. & text.
1 in cap. dilecto. de ſenten. excom. ubi notatur, utrum † habẽs aliàs iuriſdictionem, poſſit in facto proprio ſententiam excommunicationis fulminare. Et ex hoc, & ex text. infertur, quòd capitulum etiam eccleſiæ cathedralis, non habet de iure communi poteſtatem excommunicandi, nec etiam interdicendi, ut in c. quæſiuit. de his, quæ fi. à ma. par. c. Nam iuriſdictio de iure communi eſt penes epiſcopum, licet eam debeat explicare cum conſilio capituli, c. 3. de conſue. in 6. tamen ex ſpeciali conſuetudine poteſt capitulũ acquirere iuriſdictionem. Sic intellige c. irrefragabili. §. cæterum. de offi. ur. ſecundum Abb. hic poſt do. Car. Et ex his infert Bu. hic, quòd capitulum non habet poteſtatem promulgandi excommunicationem de iure niſi priuilegio ſibi concedatur, quod dicit ſe ſatis credere, quòd non uacante ſede, alias ſic. Allegat c. cũ olim. de maio. & ob. Et hoc ideo, quia nõ habet iuriſdictionem, ſed prælatus ſic: & ſic ſequitur lumine. ¶ Addit hic An. Si. gl. in l. j. in uerbo, dare poteſt. ff. de tu. & cu. datis ab his. quæ dicit, quòd ille ſolus habet ius dãdi tutores, cui lex, ſenatuſconſultum, uel princeps conceſſit l. muto. §. tutoris. ff. de tutel. Et ſubdit, quòd idem poteſt cõpetere priuato homini per priuilegium, l. reſcripta. C. de preci. impe. offe. Et illam gloſſ. dicit ibi Nic. de Neapo. eſſe ſingu. pro qua allegat l. prohibere. §. planè. ff. quòd ui, aut clam.

clàm. & l. ſoleat. ff. de his, qui not. infam. Et eodem modo dicit de cõſuetudine, quæ præſtat ius dandi tutores homini priuato. Allegat not. in l. j. C. de eman. lib. Et dicit Ang. in l. amò magnæ. ff. de legibus. in multis locis reperiri, quòd per conſuetudinem prorogatur iuriſdictio, ut in l. j. C. de emã. lib. Sed quòd merè priuato detur iuriſdictio, non reperitur, niſi in c. cùm contingat. de for. comp. & illum text. reputat ibi ſing. Ioan. An. & eſt etiam text. in l. cum prætor. in uerb. morem. ff. de iudic. ubi conſuetudo dat iuriſdictionem mulieri, licet non ſit in dignitate conſtituta. Et de illo text. exclamat ibi Ang. ſecundum An. Sic. hic. Sed certè ibi Angel. colligit aliud, uidelicet quòd potentia delegandi poteſt induci à conſuetudine ad limitationem, l. à iudice. C. de iudi. Addit etiam hic An. Sic. magis ad propoſitum gl. in c. præter hæc. in uerb. ducibus. 32. diſt. & in c. bene quidẽ. in uer. Romanum pontificem. 96. diſt. & in c. Mennam. 2. q. 5. quæ dicunt, quòd Papa poteſt concedere laico ius excommunicandi & ſuſpendẽdi clericos, nam excommunicatio potius accedit iuriſdictioni, quàm ordini, ut in c. traſmiſſã. de leg. & ſic nedum poteſt per indulgentiam competere clericis facultas excommunicandi, ſed etiam laicis, de quo exclamat hic And. Sic. Subdit etiam, quòd iſte tex. non probat, quod eſt dictum, ſiue conſideremus decanum, ſiue capitulum, de quibus loquitur iſte text. quia decanus non dicitur homo priuatus, imo habet iuriſdictionem [a] per id, quod no. Bal. in l. j. in fi. C. de ſeruis reipu. ma. ubi uoluit, quod præpoſitus capituli dicitur habere iuriſdictionem, per c. edoceri. ĩ. eo. & c. cum ab eccleſiarum. de offic. ordi. & l. nẽa. §. nihilo minus. C. de epiſc. & cle. Et ſic non eſt uerum, quod decanus dicatur perſona priuata, ut dicunt hic Doct. Similiter conſiderat, quod capitulum poteſt facere ſtatuta, ut per gl. ĩ c. 2. de uer. ſign. in 6. licet ipſe dicat, de reg. iur. Ergo habet iuriſdictionem, quia cõdere ſtatuta eſt iuriſdictionis, ut dicit Inn. in c. cũ acceſſiſſent. de conſti. & Bar. in l. j. ff. de iuſt. & iur. & in rub. ff. de iuriſ. om. iudi. & temperat dictum Doc. hic, ut non procedat in conſuetudine, quia illa non poteſt dare priuato clerico poteſtatem excommunicandi, ſecundum Innocent. in cap. cum contingat. de for. compe. ſed malè loquitur, ſecundum And. Sic. hic per illũ text. æquiparantem indulgentiam & cõſuetudinem. Et idẽ not. Innocent. in c. olim. lo 3. de reſtit. ſpol. ubi idem tenuit in conſuetudine, quod in indulgentia, & pro hoc, quia excommunicatio magis accedit iuriſdictioni, quam ordini, ut dicit gloſ. in d. c. præter hæc. Unde ſicut conſuetudo tribuit iuriſdictionem, d. c. cum contingat. ita poteſt tribuere poteſtatem excommunicandi, laico autem non poteſt hoc competere, niſi ex indulgentia, ut in gloſſ. prædictis, ſecundum eum latiùs extollantem iſta. ¶ Conſidera primò, quod † iſta materia non cadit hic pertinenter, ideo circa ipſam ſufficit notare concluſiones optimas & principaliores, uide in primis do. Mari. in c. cùm contingat. de for. comp. ubi in toto commento reaſſumit per ſex articulos de iuriſdictione[b] quæſita ex conſuetudine; & quæ iuriſdictio poſſit quæri, [c] & per quem, & qualiter, & quanta tempore, & per quos, & contra quos, & quis ſit effectus conſuetudinis, item utrum decanus archipresbyter, archidiaconus, & ſimiles habeant iuriſdictionem, & qualem, & quo iure, ordelarißimè Abb. in repe. c. ſi quis contra. clericum. in tribus ultimis chartis, de fo. comp. Et eadem ponit in d. c. cùm contingat. uſque ad fin. commenti. Aliqua etiam per eundem in c. cum ab eccleſiarum. in pen. col. de offic. ord. & in c. quanto. in eod. titu. de offi. or. in c. quæ finit. de his, quæ fin. à ma. par. cap. & per Card. in cle. 1. in uerſ. oc igitur. in 2. & 8. q. de cele. miſ. cum concor. ¶ Conſidera ſecundò, quòd And. Sic. in c. cùm acceſſiſſent. 37. col. de conſti. tenet, quòd capitulum non poſſit facere ſtatuta, & mouetur, quia, ſecundum eum, non habet iuriſdictionem, niſi ſede uacante. & ſic tenet ibi contrarium eius; quod hic. Sed uide, quæ dixi in c. cùm omnes. circa 6. col. uerſi: quartò aduertendum. ĩ. tit. proxi. Et inuenies, quod iſta ſtant ſimul; capitulum non habere iuriſdictionem, & tamen poſſe ſtatuere: quia ita demum poteſtas ſtatuendi requirit iuriſdictionem, quando ſtatuitur in ſpectantibus ad ipſam iuriſdictionem: aliàs non, ut per Petr. de Anch. in repe. c. j. 1 2. char. uerſi. primò quæro. ĩ. tit. proxi. cum concor. quas allegaui in d. c. cùm omnes. Item an & quando conſuetudo poſſit dare facultatem excommunicandi, & qui poſſint de iure excommunicare, uide omnino Abb. in d. c. ſi quis contra. & in d. c. cùm contingat. & Hoſt. in ſumma, de ſent. excom. §. quis poſſit excommunicare. 1 2. col. uerſi. nedum autem. & omnino Domi. in c. nemo. j. q. j. Et iſtorum dicta ordinaui in c. ſi ſacerdos. de offic. ord. faciendo regulam, quod ſolus epiſcopus excommunicat, & non inferior. Et deinde poſui ſex fallentias. Vide ibi. Quòd autem Papa poſſit dare indulgentiam excõmunicãdi etiam laico, no. Imol. in c. eccleſia. de conſti. allegando gl. in d. c. bene quidem. quam etiã ſequitur Petr. de Mon. in tract. De poteſtate Papæ & concilij, & Ana. in c. ſicut in uno. de hære. & Domin. in §. ad hæc. 32. diſt. propter gl. ibi in uerbo, ducibus. Ex qua infert, quod ſolus Papa põt committere laico poteſtatem excommunicandi, uel cognoſcẽdi de iuribus ſpiritualibus. Ad idem allegat gl. in d. c. bene quidem. in c. primo, in gloſ. 3. 94. diſt. & c. Mennam. 2. q. 5. Faciunt, quæ habentur per gl. & Scribentes in c. quanto. de iudic. dum ponit, quod Papa põt committere cauſam ſpiritualem laico: dic, ut ibi, ubi ſoleo ponere. Et an laicus, uel qui non eſt in ſacris, poſſit abſoluere ab excõmunicatione, uide glo. & Doct. in c. canonica. in uerbo, presbyt. de ſent. excom. & arch. in d. c. bene quidem. cum concor. & fortè dicetur in c. ab excõmunicato. ĩ. eo. ubi Imol. ponit in antep. col. uerſic. an autem iſti executores. ¶ In quantum Abb. ualde no. iſtum text. quod iudex poteſt cognoſcere, an ſua ſit iuriſdictio, etiam quando agitur omnino de effectu iuriſdictionis, adde, quæ dixi in c. ſuper literis. ĩ. eo. in tertia fallentia, ad regulam illius literæ, ubi fuit facta opportuna mentio de hoc tex. & dictis Ab. hic. Item dum notat Ab. quando quis poſſit ſe fundare ſuper expreſſis in exceptione aduerſarij, & remittit ad dicta per ſe, & in c. cũ uenerabilis. de except. uide, quæ ibi dixi. Item dum Ab. not. iſtum tex. ad limitationem regulæ, ex eo. uide, quæ dixi ĩ. eod. c. capitulum. ubi reduxi fallentias ad dictã regulam: & in octaua fallentia, ſeu limitatione feci mentionem de iſto tex. & de dictis Doct. hic. Item dum no. Ab. quod ſententia, qua quis pronũciat ſe iudicem competentem, eſt interlocutoria, non diffinitiua: adde, quæ dixi in rub. de re iudic. & in c. ſignificantibus. de offic. deleg. ¶ Item dum not. hic Doct. ex tex. iuncta gloſſ. quod

3 † in eodem [d] iudicio & eodem libello poteſt agi contra eundem ſuper pluribus articulis: proſequere iſtud, ut in remiſſionibus, quas opportunè ponit Alex. in l. ſi idem. in prin. ff. de iuriſ. om. iu. & per eundem ex iconſiliis in l. edita. C. de eden. & latiùs per Lu. in l. 2. §. item ſi in facto. 3. col. ff. de uerb. obl. & omitto, quia nõ cadit hic. ¶ in gl. in uerbo, procurator. No. gl. quot [e]

4 modis † dicatur falſus procurator, & ſolet

a *Iuriſdictionem.*] *Adde Rot. deciſ. 442. incipi. fuit dubitatũ. quæ eſt. 17. in tit. de conſti. prob. ĩ nouis.*

b *De iuriſdictione*] *Adde in, ſi c. quæritur, quam iuriſdictionẽ tribuat conſuetudo? reſpõde, quod ſimplicẽ iuriſdictionẽ ſine dubio tribuitur hoc tenent omnes Scribentes in c. cùm contingat. de fo. compe. & ibi text. apertus, ubi probatur, quòd etiam priuata perſona poteſt acquirere iuriſdictionem ſimplicẽ conſuetudinem. Sed quid de mero & mixto imperio? dic, ut dicam*

c *Quæri*] *Adde tu, & ui. Bart. in l. iniuriarum. §. quo iure. ff. de iniur. & Bal. in l. j. & ſi. C. de eman. liber. & in rubr. C. quæ ſit lon. cõſ. & eundem Bal. in l. fin. C. ne de ſta. defunc.*

d *In eodem*] *Adde tu, ſtat ſtatutum in contratu, quod iudex non poſſit cognoſcere, niſi ſit cauſa tanta ſummæ, an debet fieri concernatio plurium ſummarum ex diuerſis actionibus debitarum ad iuriſdictionem includendam? Vide Bart. in d. l. ſi idem. in prin. ff. de iuriſdic. om. iudic. & ſic not. quia uenit ad ampliationem iuriſdictionis, quod dicitur hoc per Fel. quia uidetur ſentire, quod in eodem iudicio & eodem libello poteſt agi contra eundem. Adde ad iſta, pone, ſtatutũ eſt, quod libris mercatorum cũ eorũ iuramento credatur uſque ad ſummam tantam, pone, aliquis apparet debitor in libro & ſunt multæ ſummæ, ſed nulla de per ſe excedit ſummam taxatam per ſtatutum, an debet fieri cumulatio, ad hoc, ne poſſit iuraref Mart. Laud. in d. l. ſi idem. ff. de iuriſ. om. iud. tenet, quod ſit cumulatio, ad hoc, ne ſtetur iuramento? Vide ibi per do. Iaſ. May. præceptorem meum.*

e *Quot*] *Adde tu, quod falſus procurator eſt ille, qui petit aliquid, ut pro-*

procurator, cum non ſit, & ſi conſequitur, quod petijt, ſit obreptio, & ſic incidit in crimen falſi. Ita Bar. in l. ſi abſ. §. ſtem. ff. de negot. geſt. Adde ad iſta, quod appellans ſe doctorem, cum non ſit, punitur pœna falſi. Bar. in l. eos, qui. §. qui ſe pro milite. ff. de falſ. Adde, quod iſtud ita demum uerũ eſt, quando ſe appellat doctorem, & aliquem actũ facit doctori congruentem; ſecus, ſi ſimpliciter ſe doctorẽ appellat, ſed limitat Bar. in l. eumq. qui ſe pro milite. in l. quiſquis. C. de aqua. duct. lib. 11. Adde Bart. in l. reddatur. de profeſ. & med. lib. 10. Vide Bal. in l. data opera. C. qui accuſ. non poſ. Et hoc modo intelligas in procuratore.

frequenter allegari, ſecundum Abb. hic. Adde Bal. latiùs in l. falſus. in princ. C. de furt. & alias concordantias, de quibus opportunè per Alex. in l. licet. circa princip. C. de procur. & per Firmanum in repert. in uerbo, procurator falſus. quorum remiſſiones habeas hic pro expreſſis. Et adde, quòd qui habet mandatum generale, ſi facit actum requirentem ſpeciale, dicitur fuiſſe falſus procurator, ſecundum Bald. in a. nonnulli. j. col. ĩ. eo. Et dum Ab. poſt Inn. tangit de ratificatione geſtorum per falſum procuratorem, uide omnino, quæ dixi. de iudic. cauſam. el j. ad fi. de iudi. ubi inuenies plura nouiter ad intellectũ legis 3. §. falſus. ff. rem ra. hab.

5 SVBDIT Iuaia hoc Innoc. hic dictum notabile, quod quotidie allegatur, uidelicet quod ſi † quis ſcit aliquem ſe gerere pro procuratore ſuo in iudicio, & non cõtradicit, facit ſibi præiudicium. Vnde ex hoc uidetur ille iam gerere ex uoluntate ſua, quaſi uelit, quòd uideatur ſibi dare mandatum, uel præſumendum eſt eum habere mandatum: & ſuper hoc dicto inſiſtunt Scribẽtes hic, & in pleriſque alijs locis: & multi ſequũtur Inn. multi etiam improbãt. ¶ Decreui ſuper iſto paſſu non ſcribere: quia, ut omnes ſciunt, eſt examinatus ſtylo altiſſimo & elegãtiſſimo, tam ſubtiliter, quàm copioſè & ordinatè, per Alexan. in repe. l. ſæpe. in j. col. cum 10. ſeqũtibus. ff. de re iudi. ubi primò adducit multa pro Inn. hic, deinde multa in contrarium. Et hanc partem contrariam ſequitur poſtea, & ſaluat in decem caſibus opinionem Inn. hic. Eſſet ergo temeritatẽ tranſplãtare hic de nouo hanc materiam tam ſolenniter à tanto uiro examinatam, etiamſi aliqua addi poſſent per eum non adducta. Sufficiat ergo plenitudo ſua tenui noſtra ſucatione non indigens: tamen poteris ei uddere hanc breuem epiſtolam, tanquam tenues floſculos ſuper opulenta menſa. ¶ Et pro dicto Innoc. facit glo. in c. tantis Daniel. in glo. fi. ibi, uel dic. 81. diſt. Iſtud dictum ſequitur Bart. in c. poſſeſſionem. in antepen. col. de proba. & c. inter dilectos, antepen. col. de fid. inſtr. Vide etiam ipſum in c. cùm in iure. 9. col. uer. not. iſtud dictum. de offi. deleg. ubi dicit, quòd Inno. ibi non dicit idem, quod hic, licet uulgus ad idem eum alleget: ſed dicit, quod ſi ſcirem talem gerere nomine meo, & non oppoſui, præſumitur procurator, ex quo non contradixi, niſi aliud probem: tamẽ hoc reprobat Alex. ubi ſ. in nona ſaluatione, & uide Rotam in tit. de procur. 38. & ſequenti, in nouis, ubi pulchrè fit mentio de Inn. hic.

6 Et ſcias, quòd ſi † quis conſtituit procuratorem pro ſe & alijs præſentibus nõ contradicentibus, ualet procuratoris conſtitutio, ſecundum Rotam, de procurat. concluſione 13. in antiquis. & uide Rotam concluſione 417. item ſi habẽs. quæ eſt ineptè ſituata in tit. de conceſ. præben. deciſ. 13. in nouis, ubi tractant, utrùm inepta acceptatio procuratoris, putà de minori beneficio, quàm gratia loquatur, præiudicet domino ſcienti? & uidetur concludere, quòd non, niſi dominus ratificet. ¶ An autem ſufficiat, ſi ratificet poſt tẽpus datum ad acceptandum? uidetur, quòd non, per id, quod notat Bart. in l. honorum. ff. rem ra. hab. & ita dicitur in ſummario dictæ deciſionis. Tamen ipſa deciſio uidetur firmare contrarium, & reſpondere ad dictum Bart. quod non intelligitur, quando ratificatio tendit ad præiudicium ſolius ratificantis: quia tunc poteſt ratificare quandocunque, ut per Archid. in c. ut circa. de elect. in 6. & l. Pomponius. la 2. & quod ibi Bart. ff. de neg. geſt. Adde etiam Abb. conſilio mihi 102. Ieſu Chriſti, &c. circa primum dubium, 1. colum. ubi latè tenet, quòd gerens actum, ut procurator, ſciente domino, quamuis non dante mandatum, præſumitur habuiſſe mandatum. Ideo neganti hoc incumbit probatio. Itẽ circa ſeptimam ſaluationem, quam dat Alexand. ad dictum Innocent. hic, uidelicet quandocunque non ſolum te ſciente & patiente, ſed etiam præſente, comparui nomine tuo, adde, quòd pulchrè ſcribit idem Alexand. conſil. ... 17. Viſo inſtrumento donationis factæ per nobilem uirum. in 4. col. ibi, ſecundo reſpondeo, quod ſatis eſt. ¶ Item ultra decem ſaluationes, quas dat Alexand. ad dictum Innocent. in d. l. ſæpe, adde undecimam, uidelicet quod opinio contraria procedit, quando conſtat, quod comparens nullum habet mandatum. Sed ſi eſſet dubium, an haberet mandatum, uel non, eo ipſo quòd dominus patitur eum agere, præſumitur habuiſſe mandatum, ſecundum But. & Domi. hic: & Domi. in c. qui ad agendum. de procur. in 6. ad fin. princip. Allegat Innoc. in c. cum in iure. de offic. deleg. Et dicit hic Domi. ita poſſe intelligi dictum ſuum relatum ad text. cum hic dubitaretur, an ualuiſſet reuocatio, uel non? & ſic, an haberet mandatum, uel non? Quod dicit eſſe bene notandum. Cætera in iſto utili paſſu uide perfectiſſimè, ubi ſ. ¶ In ea. gl. ibi, quare nõ reuocatus ſuper hoc: quare primæ literæ ualuerunt, & non ſecundæ, cum ambæ fuerunt impetratæ ab eodem procuratore reuocato: uide Doct. hic inſiſtentes opportunè, præſertim do. Ab. ponentem ad iſtum text. quatuor intellectus. Omitto, quia nihil adderem: & quædam dicta in iſtis intellectibus ſeruient ad materiam ſequentem.

REVOCATIO Procuratoris qualiter ſit facienda? diſtinguit hic latè Ioan. An. poſt dominum ſuum in legibus Martinum Silimannum, & eius dicta reaſſumant hic omnes Scribentes, quorum dicta pluribus additis ordinaui per ſex regulas cum aliquibus fallentijs alibi non contextis. ¶ Pri-

7 ma regula. Quando † dominus uult reuocare inſtitorem, oportet, ut hoc publicè conſcribat, quia alias non habetur pro reuocato, ſecundum prædictos, & Imol. in clem. j. uer. ſi uerò non fuit expreſſa. de renun. per l. ſed & ſi pupillus. §. proſcribere. ff. de inſtito. Et quis dicatur inſtitoris exercitor, remittit Ab. ad not. per Inn. & alios in c. quod quibuſdam. de fideiuſ. Idem dicit Bart. in l. qui homi-

8 nem.[a] §. ſi Titiam. ff. de ſol. dicens, quòd qui uult notificare reuocationem omnibus debitoribus, debet facere proponi edictum in aliquo loco publico, uel faciẽdo præconizari, per d. §. proſcribere. Quid autem, ſi talis inſtitor eſſet datus ad diẽ, utrum ſit neceſſaria talis intimatio poſt diem? Vide, quod dicetur j. in 3. regula. Et nota, quòd talia publica edicta non debent fieri clandeſtinis temporibus, quibus ueriſimiliter non habetur notitia, putà, in hora prandij, uel de ſero tarda hora. Item facientes ea apponere non debent poſtea facere amoueri incontinenti ea, ut non deueniant ad aliorum notitiam. Iſtis enim caſibus nihil operantur, ſecundum Phil. in c. cõſtitutis. lo 2. ad fi. de app. qui ad hoc extollit uerba Inn. in c. cum olim. poſt med. uerſi. ſi autem clandeſtinis. de cauſa poſſ. & propri. quem ſequuntur ibi alij. Facit, quod not. Bald. in d. §. proſcribere. quem ſequitur Cataldi. de Viſſo, in tract. ſyndicatus, q. 115. ubi dicit, quòd ſi ſchedula citationis affigitur oſtio, & ſtatim leuatur, non dicitur citatio competenter facta. Et dicit Butr. in c. fi. in j. col. de eo, qui mit. in poſſ. quòd tunc dicitur citatio publicè fieri, quando fit uerbis apertis, & claris, ita quod intelligatur. Allegat Zenzel. in clem. cauſam. de elect. per text. in d. §. proſcribere. Et dicit Paul. in d. §. proſcribere. quòd Florentiæ, quando diſſoluuntur ſocietates inter mercatores, bannitur per totam ciuitatem, ad hoc ut de cætero ex contractu celebrato cum uno non teneantur alij, & hoc per illum tex. Et ſubdit, quod iſta edicta debent poni in ualuis palatij, uel eccleſiarum, & non in loco alto, ſed baſſo, ut poſſint ab omnibus legi. Et dicit, quòd non prodeſt propoſuiſſe talia dicta in locis publicis, ſi ſtatim fuerint remota, ſed debent eſſe continua. Tamen hoc intelligi arbitrio iudicis. Sufficit enim, quod inducatur notorium, ita quòd uerìſimile ſciatur per totam ciuitatem. Non autem eſt opus, quod ſtet affixum in ſecula ſeculorum, ſecundum eum. Et dicit Bald. in l. mandatum. paulò ante fin. C. manda. quòd iſta edicta debent poni in frequentioribus locis ciuitatum. Allegat text. quem dicit eſſe ſingul. in l. iubemus. C. de defen. ciui. An autem iſta regula habeat locum in procuratore conſtituto ad negotia, non determinata perſona, cum qua habeat expedire, eſt punctus dubius,

[a] In l. qui hominem] Vide ibidē. Alex. de Imol. & Adde Card. in clem. j. 14. q. de renunc. qui dicit, quod ſufficiat fieri procuratori, nec neceſſe ſit publicè fieri, ut ibi per eum.

bius, de quo dicetur ǰ. in 4. regula. Et prædicta ſeruãda ſunt etiam in bannis, quæ eduntur imminente ſyndicatu alicuius officialis, ut eleganter ponit Paris de Puteo in tract. ſyndicatus. fol. 3. in 4. col. & ſeq. ¶ Secunda regula. Non ualet reuocatio procuratoris iudicialis, uel extraiudicialis, ſi non fuit intimata procuratori, ut hic, & in l. ſi mandaſſet. ff. man. & c. mandato. ǰ. de procur. cum concor. de quibus in dictis locis, & eſt gloſſ. magna. in fi. in c. nec illud. 30. q. 5. Et gloſ. magiſt. in c. tibi domino. in gl. 2. poſt princ. 63. diſt. inferẽs, quòd iuramentum procuratoris habentis mandatum ad ligandum dominum, ligat eum, etiam quando procurator eſt reuocatus, & ignorat reuocationem factam à domino, & ibi etiam Arch. allegat plures concord. ad hanc regulam: & an. Inn. Ioan. An. But. & Imol. in c. quidam. ǰ. de renunciat. ¶ Et procedit iſta regula etiam in maleficijs, quoniam † non [a] ſufficit reuocare mandatum de maleficio committendo, niſi etiam notificetur reuocatio mandatario, ſecundum Bart. poſt Guil. de Cu. in l. ſi pecuniam. §. ſi ſeruum. ff. de condi. ob cau. pro quo eſt gl. in c. mulieres. in gl. fi. circa med. de ſentent. excom. & ibi Doct. contra Inn. & eſt gloſ. ordinaria in c. cùm quis. in uerb. mandato. de ſent. excom. in 6. & ibi etiam Doct. & Salic. in l. non ideo minùs. uerſicul. quæro quarto. C. de accuſat. & Angel. in l. j. C. de Nili aggeri. non auſer. & Alb. in l. j. penu. col. de offi. proc. Cæſa. ponens poſt prædictos, quòd non ſufficit reuocare mandatum datum de uerberando clerico, niſi intimetur mãdatario. Et ita intelligendus eſt Inn. in c. ad audientiam. de homi. dum loquitur de reuocatione mandati, ſecundum Sali. ubi ſ. Et de his etiam in libro Maleficiorum in uerbo, Sempronium mandatorem. in 9. col. ¶ Fallit primò iſta regula in

9 caſu c. ſi. §. fi. de procur. in 6. uidelicet † in procuratore dato ad contrahendum matrimonium: quia ſi reuocatur, non tenet matrimonium, etiamſi ignoret reuocationem. Et licet allegatur uulgariter ille text. pro caſu multùm ſpeciali, tamen, ut dicit Domi. poſt Imol. in d. §. fi. in j. col. & Angel. in l. ſi procuratorem. ad fi. ff. de proc. deſcendit ea generali ratione iuris, de qua dicetur in ſequenti fallentia: ſcilicet quia ſumus in caſu, in quo requiritur conſenſus domini, licet de iſto caſu dubitauerit gl. 4. in l. 4. ff. de ſponſalibus.

Dictvm capit. fi. de proc. in 6. amplia quinq; modis.

10 ¶ Primò in † matrimonio contracto uigore literarum, quia ſi eas reuocaui, licet lector earum hoc ignorauerit, nõ tenet matrimonium, ut no. gl. magna in fi. in c. nec illud. 30. q. 5. & ibi Arc. ¶ Amplia ſecundò etiam in cognatione ſpirituali, ſecundum Bald. in c. audita. uerſi. quæro, an aliquid procurator. de reſti. ſpo. & ibi idem dicit in procuratore conſtituto ad emancipandum, quia in iſtis actibus requiritur conſenſus domini uerus perſeuerans, & non fictus. Et iſta ampliatio præſupponit pro uera illam opinionem, quod compaternitas poſſit contrahi per procuratorem, de qua uide latiſſimè Ioan. And. in reg. poteſt quis. de re. iur. in 6. in Mercu. & Abb. & Moder. in c. ueniens. de cog. ſpi. Alexan. in l. Gallus. §. forſitan. ff. de lib. & poſthu. & Domi. in c. j. de cog.

11 ſpi. in 6. cum multis alijs. ¶ Amplia tertiò, etiam † in matrimonio ſpirituali, putà in procuratore ad acceptandum beneficium, ſecundum Domi. poſt Lap. in d. c. fin. §. fi. in fin. & Imol. in cle. j. in j. col. uerſi. aduerte tamen. de renun. & Rotam in tit. de procur. deciſ. 11. Nota, quod ubi aliquis in antiquis, ubi dicitur, quòd ſi aliquis fecit procuratorem ad acceptandum beneficium, ſi ſecundo facit alios procuratores, uidetur reuocare primum, poſito quòd non ſit certificatus: quia ex quo agitur ſolum de præiudicio conſtituentis, non inſpicitur, quòd procuratores, qui reuocantur, ſint certificati, uel non: alias autem bene inſpiceretur, l. ſi mandaſſem. ff. man. cum ſi. ¶ Amplia quartò, etiamſi ille, qui reuocauit procuratorem, ratificet matrimonium nomine ſuo cõtractum à procuratore reuocato, quia ſi illa, quæ fuit deſponſata, nõ cõſentit de nouo, nõ ſufficit dicta ratificatio, quoniam actus fuit nullus, & ideo non ſufficit, quòd de nouo ſuperueniat conſenſus unius tantum, ut latiſſime per Pet. de Anch. in ſua diſput. Splendidæ inſulæ regni Cypri. de quo ipſe meminit in c. rati. in pen. char. de reg. iur. in 6. Tamen ibi non uidetur eſſe completa dicta diſputatio, quoniam ſuper iſto dubio de ratificatione ſunt ſolum quinque argumenta ad partem affirmatiuam, quod ualeat ratificatio, & tamen ipſe concluſit, quòd non ualeat. Ita conſuluit do. Pet. cum domino Anton. de But. ut ipſe dicit, & conſilia utrinſque ſunt in conſilijs Petr. de Anch. conſil. mihi 224. A. duas filias habebat. & conſilio ſeq. quod eſt in conſilijs But. 64. & fuit quæſtio in facto inter regem Cypri & ducem Mediolani. Et hanc ampliationem ponit etiam Domi. poſt Imol. licet prædictos non alleget in d. §.

b fi. uer. in fi. gl. ¶ Amplia quintò, etiam [b] ſi

12 † conſtituens iuraſſet non reuocare procuratorem, ut not. glo. in d. c. fi. in uerbo, reuocatus. Et idem generaliter dicitur in omni mandato procuratoris, ſecundum Bart. in l. cùm precariò. ff. de precar. Ang. in l. & in perpetuum. ff. de procur. & in l. Stichum. §. uſumfructum. ff. de ſolut. Lu. in l. alia. §. eleganter. in ult. col. ff. ſolut. mat. & in l. j. §. ſi ſtipulanti. in j. col. ff. de uerb. oblig. Paul. conſilio 55. Venerabilis uir. Lud. in l. ſtipulationes non diuiduntur. de uerbor. oblig. Alex. in l. Stipulatio hoc modo concepta. in princip. uer. item facit, an ſi teſtator. eo. tit. Imol. in c. dilecto. 5. de præben. & in c. cum contingat. de iureiu. ubi accuratè iſtud diſcutit: quoniam habet in ſe aliquid difficultatis. uolendo generaliter inferre, quòd actus geſtus contra iuramentum ualeat, licet incurratur periurium, quãdo iuramentum eſt contra naturam actus, uel non habet concurſum iuris communis, licet poſſit ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ; quæ difficultas cauſatur ex tex. in c. intellecto. de iureiur. & ex gl. fi. in c. licet. de iureiur. in ſexto. Et licet multa dici poſſint, ut patet ex notatis per Alex. in d. l. ſtipulatio. & aliquid perſtrinxi in c. cùm acceſſiſſent. uer. & aduerte. ſ. tit. proxi. & in c. edoceri. uerſic. circa quartam. ſ. eod. tamen prædicta

* communiter* tenentur in alijs caſibus, ut etiam per Alex. plenè conſil. mihi 380. Vacãte capella. quæ eſt de iure patro. & in l. duobus. §. fi. ff. de iureiur. & dixi in c. ſi diligẽti. in 9. fallen. de foro compe. & copioſius in c. diligenti in 2. col. de præſcript. ¶ Sed quo ad propoſitum de reuocatione procuratoris, eſt deciſio Rotæ non ſolita adduci in hac materia in tit. de procur. 8. in antiquis, quæ uult, quòd procurator conſtitutus ad permutandum & reſignãdum beneficium cauſa permutationis, non poteſt reuocari, quando dominus iurauit eum non reuocare, & ſi reuocat, non ualet reuocatio. Et oſtendit Ro. differẽtiam inter actus prophanos & ſpirituales, nam in profanis agitur ad intereſſe contra pœnitẽtem, l. ſi pecuniam. cum ibi no. ff. de condi. ob cau. Sed in hac cauſa ſpirituali non poteſt agi ad intereſſe pecuniarium, ut per Inn. in c. querelam. in gl. mag. de elect. Reſpondet etiam ad c. ſi inter. de ſponſal. quòd ibi actus erat talis, qui bono modo non erat retractabilis, ideo non obſtante iuramento tenet actus. Reſpondet etiam ad dictum Ioã. An. in regula, quod ſemel. in Mercur. cum concord. in quibus dicitur teſtamentum iuratum poſſe reuocari, quia ibi ante mortẽ teſtatoris non quæritur ius tertio, quod ſecus eſt in propoſito, ubi altera parte inuita non potuit iuramentum reſolui abſque permutatione: neque dicitur talis permutatio ſimoniaca, quaſi non libera, ſed neceſſitata à iuramento: quia præſupponit, ſecundum Rotam, quòd à principio ſit libera etiam tum cauſa, ſed ex poſtfacto, ex quo partes liberè conſenſerunt permutationi fiendæ, poſſunt ſe ligare iuramento, ut fiat permutatio, per c. cùm inter. & ibi Inno. de renun. & præſumitur, quòd permutatio ſit recta & bona, ex quo partes à principio liberè conſenſerunt, ut latius per eos. ¶ Conſidera primò, quod in contrarium uidetur facere, quod not. Domi. in d. §. fi. ubi tenet poſt Fed. in quodam conſilio, quòd conſtituens procuratorem ad renunciandum, licet iuret non reuocare, nihilominus ualebit reuocatio, licet reuocans ſit periurus. Tamẽ

13 ad iſtud dictum poteſt reſponderi, quòd † aliud in procuratore ad renunciandum ſimpliciter, aliud in procuratore ad renun-

a *Non*] *Adde tu, quod iſtud fallit, quando mandatarius recuſauit mãdati, quia iſto caſu mandans non tenetur de delicto ſecuto, & per conſequens, non tenebatur notificare reuocationem. Ita Bal. in l. ſi literas. C. manda. in fi. & in l. 2. 3. col. C. de ſer. fug. Bar. in l. qui aliena. §. ſi is, qui. ff. de acqui. here.*

b *Etiam*] *Adde tu, quod dominus, qui conſtituit procuratorem cum pacto de non reuocando, poteſt tamen reuocare. Cy. in l. 2. C. de iure emphy. Ioan. An. in c. 2. de procur. in 6. ubi dicit, quod idem erit, ſi conſtituens iuraſſet non reuocare procuratorem. Adde tamen, quod eſt per iurus. Ita tenet Bal. in repe. Spec. in uerſic. procurator.*

renunciandum ex cauſa permutationis. Nam in primo caſu non agitur de alterius præiudicio, Qui enim ſperabat beneficium uacaturum per renunciationem, non poteſt allegare aliquod ius ſuum conſtitutum in illa ſpe, quia non poſſunt paciſci partes, quòd renunciatio fiat ad commodum alterius conſecuturi beneficium, & ille tractatus eſſet ſimoniacus, ut per gl. in c. ex parte. el j. de offi. deleg. & dixi 3. co. ad audientiam. al 2. Vnde cum ſimpliciter ſit datus procurator ad renunciandum, non poteſt allegari alicuius præiudicium ex pœnitentia conſtituẽtis. Non ſic in procuratore dato ad permutandum, in quo præceſſit quodam modo contractus innominatus inter partes, in quo etiam re integra non eſt locus pœnitentiæ, ubi intereſſe non eſt æſtimabile, ut dicit Rota. ¶ Conſidera etiam, quòd Rota non facit mẽtionem de gl. in d. c. fi. de procur. in ſexto. Vnde cogitabam, utrum illa gl. uideatur deſtrui per iſtud dictum Rotæ, & uideretur, quòd ſic, dum Rota uult, quod in ſpiritualibus ualet actus contra iuramentum, nec eſt locus pœnitentiæ, quia præiudicium non eſt æſtimabile, nam idem uidetur in caſu d. c. fi. ubi agitur de matrimonio, & ſic de actu ſpirituali. Tamen puto, quòd gl. remaneat uera, quia licet matrimonium de ſe ſit quid ſpirituale, tamen in quantum contrahitur inter laicos, non dicitur propriè ſpirituale. Patet, quia ibi interuenit dos, & ſic datio rei temporalis, quæ non põt interuenire in ſpiritualibus, ut per gl. j. in c. quicquid. j. q. j. & in c. honorantur. 32. q. 2. Itẽ ibi non habetur conſideratio ad intereſſe, quia propter hoc, quod ego conſtituerim procuratorem ad contrahendum matrimonium, non dicitur quæſitum perſonæ deſponſatæ aliquod ius, propter quod poſſit agere ad intereſſe, & matrimonium contractum per procuratorem reuocatum nõ obligat dominum ad aliquid, d. c. fi. Ergo nec iuramentum de non reuocando, quod eſt contra naturam actus, ut per Bar. in d. l. cum precariò. Sicut etiam reuocans teſtamentum, quamuis iuratum, non tenetur ad intereſſe illius, qui erat in teſtamento inſtitutus, ut per Io. An. in reg. quod ſemel. lib. 6. cum cõcor. Et per iſtam primam fallentiam poteris apoſtillare Doct. in d. c. fi. Et ſtantibus prædictis non duxi omittendum mirabile dictum Alb. de Roſa. in l. ſi procuratorem. in pen. col. uer. quid ſi iubens. ff. de procur. ubi dicit ſe credere, quòd non poſſit reuocari procurator, quando in mandato dominus promiſit, & iurauit eũ non reuocare. Et ita dicit ſe obtinuiſſe quia ꝙ ab initio eſt uoluntatis, poſt factum eſt neceſſitatis, l. ſicut. C. de act. & oblig. & quia forma mandati eſt ſeruanda, l. diligenter. ff. man. Reſpondet ad l. ſi qs in principio teſtamenti. de leg. 3. ꝙ loquitur in ultima uoluntate, quæ dependet à mera uoluntate teſtatoris, & ambulatoria & libera eſt: ſecus in contractibus, d. l. ſicut. Fatetur tamẽ, ꝙ ſi fortè iuſtiſſima cauſa ſuperueniret, poſſet reuocari, argum. l. poſt litem. cum ſequentibus, ff. de procur. Et uult. Alber. ibi, & apertiùs in l. item ad litem. ad fi. eo. tit. ꝙ etiamſi non eſt iuratum de non reuocando, ſed ſimpliciter adiecta clauſula de non reuocando, non poterit reuocari per d. l. ſicut. Et ideo ſubdit in d. l. ſi procuratorem. quòd ualet iſta forma, Conſtituo te procuratorem: & quoties eſſe deſieris, iterum te conſtituo. Vnde ſi opponitur procuratori, quòd eſt reuocatum mandatum, non obſtabit reuocatio, ſecundum Vber. propter dictam clauſulam. Et quòd ſic poſſit conſtitui, eſt arg. l. repet. primo reſponſo, ff. quibus mo. uſusfr. amit. Et re uera ſi iſta dicta procederent, euerteretur totaliter gloſ. in d. c. fi. Tamen propter aſſiſtentiam tot Doct. qui eam cauillant, credo, ꝙ præualeret in practica, non autem ita facilè in ſcholis, tum per d. c. intellecto. & per alia præallegata, tum per authoritatem & rationem Alb. maximè dicentis ſe obtinuiſſe. ¶ Fallit ſecũ-

54 dò dicta regula, quando † eſt actus, qui non poteſt ſortiri effectũ citra cõſenſum domini, ſicut eſt translatio dominij, quia tunc per procuratorem reuocatum non transfertur dominium, licet reuocationem ignorauerit. Ita no. gl. mag. ad fi. in cle. j. de renun. per l. id, quod noſtrum. ff. de reg. iur. Et ſic loquitur l. eius, qui in prouincia. §. quas uerò. ff. ſi cer. pet. & l. 2. §. ſed ſi quis donaturus. ff. de donat. Et idem dicit Imol. hic allegando l. pater. ff. de manu. uin. & l. ſi quis prohibuit. ff. de Publicia, & quod no. gl. in §. aliæ. Inſti. de actio. Hinc eſt, ſecundum eum, quòd ſi procurator habet mandatum ad uendendum rem domini, & ad transferendum dominium in emptorem: tunc ſi dominus reuocat mandatũ, & non intimat procuratori reuocationem, ſi procurator uendidit, & tradidit, non transfertur dominium, quia ſine conſenſu domini transferri non potuit: tamen tenebit contractus uenditionis in præiudicium domini, quia procurator poterat uendere nomine domini etiam ſine eius conſenſu, l. rem alienam. ff. de contrahen. emp. Ideo ex quo habuit mandatum, & ex quo ignorauit reuocationem, tenebit, & tenuit uenditio ad præiudicium domini, l. ſi mandaſſem. ff. man. & d. l. ſi quis prohibuit. Et ideo ille emptor, cui facta fuit traditio, poterit uti exceptione, & etiamſi cadat à poſſeſſione, habebit Publicianam, & contra dominum hoc caſu, & eſt caſus in d. l. ſi quis prohibuit. & not. gloſſ. in d. §. aliæ. ſecundum eum. Et dicit Bald. in d. l. ſi quis prohibuit. in 2. not. quòd traditio, de qua ibi, non transfert dominiũ, ſed Publicianam, quæ præfertur dominio, ſecundum Dy. & eſt ratio, ſecundum Bald. quia in dominio transferendo requiritur uoluntas domini, l. 3. §. ſubtilius. ff. de condi. ob. cauſ. & ſequitur Maria. in rub. de cauſa poſ. & propr. in primo tractatu, 10. arti. in 6. declaratione, quæ eſt fo. 42. dicẽs, quòd ſi procurator habens ad id mandatum, rem uendidit, licet dominus prohibeat, ne rem tradat, ſi tradidit, non trãſfert dominium, licet ille, cuius erat procurator, eſſet dominus, per d. l. ſi quis prohibuit. quia dominus non conſenſit, ex quo prohibuit, transfertur tamen Publiciana per illam l. ſecundum intellectum Dy. quòd eſt ualde ſingulare, ſecundum eum. ¶ Sed aduerte, quia Luc. But. in §. ſed iſte. inſtit. de act. uult. quòd iſto caſu non detur Publiciana contra uerum dominum, quia ibi non erat dominus, qui prohibuit, & eſſet abſurdum, ſecundum eum, quod plus iuris habeat ille, qui non dominus tradi prohibuit eo, cui tradi uoluit. Nec illa l. dicit illud, ut latiùs per eum. Et hoc ſequitur Maria. in d. rub. de cau. poſ. in 3. tractatu. art. 4. uer. ſextus caſus. & eſt fol. 126. ubi ponit caſus ſpeciales, in quibus Publiciana competit contra uerum dominum, contra regulam l. pen. & fi. ff. de Publicia. ¶ Ex hoc modo non eſſet uerum illud uerbum Imol. hic, quod ex titulo habito à procuratore reuocato transferatur publiciana competens etiam contra dominum, ſed bene competeret contra non dominum, quamuis cum dicto Imol. concordet Angel. in l. fi. ff. de Publicia. & Ange. Aret. in §. ſed iſte. ibi, & aduerte, quòd licet. Inſtit. de act. ¶ Et caue, quia poſito, quòd opinio Imo. hic, quæ eſt communis, * ſit uera, tamen recipit notabilem declarationem, uidelicet ut non habeat locum, ſi per præſentiam procuratoris eſt ſolutum, uel aliter domino ſatisfactũ. Non autem ſufficeret, quod procurator habuiſſet fidem de precio, ut Publiciana competeret contra dominum, niſi habuiſſet poteſtatem habendi fidem de precio. Ita dicit, & ſic 1 debet intelligi gloſſ. ſecundum primam lect. in l. ſi à Titio. ff. de rei uen. Et hoc ſequitur Angel. in l. de precio. ff. de Publicia. & Aret. in d. §. ſed iſte. Et dicit Ange. in d. l. ſi quis prohibuit. quòd illa lex eſt mirabilis, dum uult, quòd licet ille procurator prohibitus non transferat dominium, tamen transfert quaſi dominium, & ſic uſucapiendi conditionem. Eſt enim mirum hoc, cùm apud ipſum procuratorem non ſit dominium, nec quaſi dominiũ, & dominus uoluit nihil transferre: tamen hoc operatur iuſtus titulus, & bona fides emptoris. Et dicunt Bal. & Sali. in l. ſi liberam. C. quod cum eo. quòd licet in translatione dominij non teneat id, quòd agit procurator reuocatus etiam ignorans, tamen hoc eſt uerum re integra: ſecus, ſi procurator iam 11 eſſet obligatus ad tradendum, [a] per d. l. ſi quis prohibuit. Et credo, quòd intelligãt reſpectu effectus, quẽ habet illa traditio, ſcilicet transferendi uſucapiendi conditionem. Et ibi etiam aſſignant rationem differentiæ inter translationem dominij & obligationẽ perſonalem, quia dominij translatio pendet ex conſenſu domini, ſed perſonalis obligatio ex conſenſu promiſſoris. Iſtam ſecũdam fallentiam ponit etiam Paul. in d. l. eius, qui in prouincia. uer. interdum mando tibi aliquid. ff. ſi cer. pet. & Imol. in cle. j. de renun. & Bal. in l. ſi procuratorem. ff. man. dicens, quòd trãſlatio dominij eſt talis actus, in quo requiritur conſenſus domini. Vnde uerum dominium non transfertur inuito domino. Allegat. d. l. ſi quis prohibuit. Et idem not. Imol. per illam l. in cap. man-

a *Ad tradendum*] *Vide et adde Bar. i l. j. C. de ſatiſda. et per Can. in cle. 1. §. ſuppoſ. de renun. & omnino per Paul. de Caſtr. conſil. 59. incip. Venerabilis uir.*

mandato. de procur. Et pro tanto uidemus, ſecundũ eum, quòd in matrimonio contrahendo ſufficit procuratorem eſſe reuocatum, ad hoc, ut non teneat, quod ipſe agit etiam ignorans reuocationem. Et cõtra iſtam fallentiam oppone, ut per Sal. in l. mandatum. C. mandati. uer. quæro ſecundò. Et ſolue, ut per eum ibi in penul. col. uerſi. aut quæritur de liberalitate.

EXCIPIVNTVR Tamen ab iſta fallentia duo caſus, in quibus etiam in actu, in quo requiritur conſenſus domini, tenent geſta per procuratorem reuocatum ignorantem reuo-
15 catiõẽ. ¶ Primus eſt in caſu cle. j. de renun. ubi † tenet renunciatio dignitatis, uel beneficij, facta per procuratorem ad hoc cõſtitutum, licet prius procurator fuerit reuocatus, ipſo tamen & ſuperiore, cui fiebat ceſſio, id ignorante, niſi reuocatio fuerit occultata per malitiam. Et dicit Bald. in c. audita. de reſti. ſpol. quod in illo actu ſufficit iuris fictio: qu fingit mandatum durare, nec eſſe perfectè reuocatum, & extra illum caſum, ſi ſoli reuocanti præiudicatur, tenet indiſtinctè reuocatio. Ratio ſpecialitatis dictæ clem. aſſignatur ibi pulchrè in tex. ſcilicet ad euitandam illuſionem in beneficialibus. Et ad corroborationem illius rationis, uide multa pulchra, quæ reduxi in c. cùm olim. uerſic. ad illud de circunuentione. de re iudi. ubi inuenies, quomodo etiam talis illuſio multum eſt execranda in Romano põtifice: & notat etiam pulchrè Rota de præbẽ. concluſio. 32. in antiquis, in pen. col. Idem in collegio Cardinalium, ſecundum Bald. in l. j. C. de Lati. li. tol. ubi inuehit contra Cardinales, qui dicebant ſe coronaſſe Papam ficticiè. Et loquitur de electione facta de Vrbano VI. Et per ipſum in tractatu de Schiſmaticis, quem ponit in Rub. C. ſi quis aliquem teſta. prob. Idem dicas in epiſcopis. Vnde epiſcopus, qui iuſſit ut beneficium conferret uni, non põt uariare, ſecundum Rotam de cõceſ. præb. deciſ. 59. in antiquis: & epiſcopus, qui ſemel nominauit unum intuitu gratiæ, non poteſt alium nominare etiam re integra, ſecundum Rotam in tit. de conceſ. præbẽ. deciſ. 27. in antiquis. Idem dic in clericis, per c. cùm autem. de iure pat. & per id, quod pulchrè dicit Hoſt. in c. continebatur de his, quæ fiunt à præla. limitando l. quoties. C. de rei uen. licet illud dictum non approbetur, ut ibi per Doct. & dixi in c. eccleſia. ad fi. j. q. 3. tit. proxi. ¶ Plura etiam contra illuſionem ponit generaliter Card. in d. cle. j. in prin. allegando inter alia Hoſtiẽ. de biga. debitum. qui dicit, quòd Iudæus etiam fictè baptizatus compellitur ad obſeruantiam fidei propter uitandam illuſionem. Intellige, niſi eſſet baptizatus falsò & nulliter: putà à non habẽte poteſtatem, uel ubi puer fuit baptizatus per ſacerdotem, qui non habuit reſponſalẽ, ut per Per. de Anch. conſil. 191. inci. Secundum ea, quæ propoſita ſunt. Et hæc de illuſione. De euitanda autẽ illuſione dixi j. eo. Rodulphus. 5. col. ibi, & ob. luſione.

DICTAM cle. j. de renunc. Amplia primò etiã in nuncio, ſecundum Bal. in l. mandatum. in pen. col. C. mand. & idem ſentit Imol. in c. quidam. de renunc. Dicit etiam Bal. in d. l. mandatum, quòd ualet iſta renunciatio, etiamſi fiat clàm in manibus ſuperioris. Et quòd hoc caſu non debet puniri notarius, qui fecit inſtrumentum clandeſtinum in alterius beneficium, allegat Ian. in c. j. in glo. magna, uer. item not. cùm officium tabellionis. de fid. inſtru. ¶ Amplia ſecundò, etiamſi ille, qui conſtituit procuratorem, ſtatim reuocet ipſum præſentem clàm: quia ſi poſtea renunciat, ualet renunciatio, ſecundum Bal. hic dicentem ita fuiſſe dictum in permutatione facta per procuratorem conſtitutum ad permutandum à quondam præpoſito, ne illudatur Papæ, cuius authoritas requiritur in renunciatione. Hoc dictum ſequitur hic Au. Sic. nec reperi contradictorem. Tamen puto ualde difficilis ſuſtentationis: quia ad inualidandam renunciationem uidetur ſufficere, quòd reuocatio perueniat ad notitiam procuratoris, ut dicit ſimpliciter in d. cle. j. Vnde iſta limitatio, ut non habeat locũ in reuocatione occultè facta præſente procuratore, non uidetur iure probari: imò eſſet contra illum tex. indiſtinctè loquentẽ. ¶ Amplia tertiò, etiam in procuratore conſtituto ad renunciandum cã permutationis: quia ualet renunciatio, & permutatio iſto caſu, etiã ſi procurator fuerit reuocatus, & hoc ignorauit, ſm Domin. poſt Lap. in c. fi. prope fi. de procu. in 6. Et ibi dicit Lap. ſe uidiſſe li-
17 teras Papales ſub bulla, quæ uidebantur approbare iſtud dictum. Et reſpondet quibuſdam rationibus facientibus in contrarium. ¶ Limita primò dictam cle. j. reſpectu permutationis, niſi reuocatio eſſet notificata illi, cum quo debebat fieri permutatio, quia licet dicta cle. loquatur ſolum de notificatione fienda procuratori, uel ſuperiori, tamen iſto caſu, etiamſi nulli ſit facta, ſed alteri, cum quo habebat permutari, ualet reuocatio, ſecundum Domi. poſt Lap. in d. c. fi. quaſi in fi. de procu. in 6. quia ille fuit in dolo tacendo reuocationem doloſè. ¶ Et ſi diceres, quòd cle. j. uidetur requirere ſolùm notitiam reuocationis in altera ex dictis perſonis, reſpondetur, quòd non dixi de alijs perſonis, quia loquitur in materia renunciationis. Vnde intelligendo, quòd habeat locum etiam in permutatione, ut ſ. dictum eſt ſufficit, quòd reuocatio ſit intimata alteri. ¶ Ex hoc inferri poteſt ad dubium, de quo aliàs fui interrogatus, Titius miſit procuratorem Romam cum mandato ad renunciandum beneficio, Sempronius accedebat ad curiam, ut impetraret illud beneficium uacaturum per renunciationem, quæ fieri debebat ad iſtum effectum, ut ipſe conſequeretur illud beneficium. Et dum Sempronius eſſet in itinere, fuit notificata ſibi in hac urbe Piſarum reuocatio dicti procuratoris, ipſe autem accedens ad curiam, & præueniens nuncium portantem reuocationem ipſi procuratori, obtinuit beneficiũ, ſecuta renunciatione facta per procuratorem ignorantem reuocationem, uidebatur, quòd impetratio non ualeret, quia ſi ipſe per dolum tacuerit de illa renunciatione. Contrarium reſpondi ſuper uerbo, fortè. quia d. cle. j. uult, quòd ad hoc, ut renunciatio non ualeat, reuocatio innoteſcat procuratori, uel ſuperiori. ſed hic neutri eorũ innotuit. Ergo, &c. Nõ obſtat, quod ſufficiat eam eſſe notam alteri permutanti, quia in caſu illo is, cum quo eſt permutatio facienda, gerit uicem partis, ut per Rotam de procur. deciſ. 8. in antiquis. Sed iſte habens ſpem facti in renunciatione futura, eſt ut extraneus. Vnde non uidetur, quòd intimatio facta ſibi, operetur plus, quàm ſi eſſet facta perſonæ extraneæ. ¶ Si diceres, fuit in dolo tacendo reuocationem: negatur, quia tacens uerum non peccat, niſi quando eſt productus ut teſtis, ut per Inn. & alios in c. j. de eri. ſal. Vnde dicit But. in c. j. in 3. not. de proba. quia tacere ueritatem, ad quam quis non tenetur in foro contentioſo, non eſt peccatum mortale, ſicut enim alius extraneus ſciens hanc reuocationem, non tenetur eam notificare procuratori. Et hoc nunquam negabis. Eſt uerum, quòd ſi iſte daret operam, ne reuocatio innoteſceret procuratori, talis fraus nõ prodeſſet ei, & reuocatio ualeret, dicta cle. j. in fi. Sed non uidetur, quòd ſolum ſilentium debeat imputari: & pœnis illuſionis deteſtatæ, in d. cle. j. debet habere locum non obſtante ſilentio iſtius. ¶ Limita ſecun-
16 dò † d. cle. j. niſi conſtituens procuratorem renunciaret beneficio procuratore iam reuocato: quia licet procurator ignorans reuocationem ex pòſt renunciet, tamen renunciatio domini uidetur tenere, non autẽ renunciatio procuratoris: quia cle. j. loquitur, quando procurator renunciat bñficio. Sed in caſu iſto procurator non renunciat, cùm iam beneficium uacauerit per renunciationem domini: nam quando dominus renunciauit, habebat eo tempore titulum in beneficio, cùm nondum procurator renunciaſſet. ¶ Et hoc etiam probatur: quia ſi moreretur conſtituens, ante quàm procurator renunciaret, non dices, quòd renunciatio ualeat: quia cùm ſemel uacet per mortem non poteſt amplius uacare ex eadem perſona, c. ſuſceptum. de reſcript. in 6. Ergo parificando mortem ciuilem naturali, iuxta ibi notata, dicemus idem, quãdo ipſe renunciat, & ita reſpondi in q. facti, licet multi aliter ſcholaſticarentur in hoc. ¶ Quid autem, ſi eadem die renunciant dominus, & procurator, & non apparet, quis prius renunciauerit? Pendet ex his, quæ dixi in ſimili in c. paſtoralis. ad fi. & in c. capitulum, ad fi. ſ. eo. Et ad hoc pondera conſilium Cal. de offic. uicar. 2. ubi dicit, quòd ſi epiſcopus & uicarius conferunt eodem die, præſumitur collationem epiſcopi præceſſiſſe, tamen non eſt bona æquiparatio uicarij & procuratoris in hoc caſu, ut ibi per eum, cui adde Ab. in l. ſæpe. in fi. ff. de offic. præſi. ubi dicit, quòd ſi epiſcopus confert ante eum, cui commiſit uices ſuas in conferendo, ualet collatio epiſcopi, per l. iudicium ſoluitur. ff. de iudic. Et ita fuit iudicatum Romæ, ſecundum eum
17 contra Guil. de Suza. ¶ Secundus † caſus exceptuatus ab iſta ſecunda fallentia, eſt fauore liberationis, quoniam licet ſit actus, ad cuius eſſentiam, requiritur uoluntas domini,

tamen

tamen ſi ſoluitur procuratori reuocato ignoranti reuocationem, liberatur ſoluens, ut no. gloſ. magna ante fi. in d. cle. j. de renun. in uerſ. fallit fauore liberationis. per l. cùm quis §. j. & l. qui hominem. §. ſi a Titium.[a] ff. de ſolut. ubi dicitur, quod poſt reuocatum mandatum debitor ignorans liberatur ſoluendo procuratori reuocato. Et idem not. Ab. hic, dicens, quod ſoluentes procuratori reuocato liberantur, niſi reuocatio ſit publicè nota, per d. l. eius, qui in prouincia. ff. ſi cer. petat. licet ille text. poſſit intelligi in inſtitore, ſecundum eũ. Et idem not. Sal. in d. l. mandatum. uerſi. aut quæritur, quantum ad obligationem priùs cum domino contractam. dicens, quod ignoranter ſoluens liberetur. Ideo non eſt neceſſe, ut debẽs ſoluere certioretur de reuocatione mandati. Allegat iura,

18 de quibus ſ. ¶ Fallit † tertiò iſta ſecunda b regula, ubi[b] agitur ſolùm de præiudicio conſtituentis: quia tunc ualet reuocatio procuratoris, etiam non intimata: & geſta per ipſum ſunt nulla, ſecundum Card. poſt Landinum in d. cle. j. uerſic. unde pro pleniori. Pro quo uide Rotam in titul. de procur. concluſ. 2. in antiquis: quæ dicit, quod ubi aliquis fecit procuratorem ad acceptandum beneficium, ſi ſecundò fecit c alios, uidetur primos reuocare,[c] poſito quod non ſint certificati: quia ex quo agitur ſolùm de præiudicio conſtituentis, non inſpicitur, quòd procuratores, qui reuocantur, ſint certificati, uel non: alias autem inſpiceretur, ut l. ſi mandaſſem. ff. mand. Ita dicit intelligendam gloſ. in clem. j. de renunc. cùm concord. Idem tenet Paul. conſil. 55. in pe. col. uer. quartò quæritur. dicens, quod ubi reuocatio non redundat in damnum pecuniarium alterius tertij, nec procuratoris, poteſt ipſe procurator ignorans reuocari: nec ualet, quicquid facit poſt reuocationem, licet ignorans. Inducit l. ſi pater. ff. de ma. nu. & l. 2. §. ſed & ſi quis donaturus. ff. de donat. Idem etiã tenet Bal. in c. audita. in pe. col. uer. ſolutio: aut tractatur. de reſti. ſpol. Pe. de Anc. in cle. j. de renunc. & Angel. de Aret. in §. rectè. Inſti. manda. Ad hæc etiam facit ſequens fallentia. Et hanc fallentiam tenet etiam Paul. de Caſtr. in l. ſi procuratorem. ff. de procur. quia quo ad nullitatem ſententiæ latæ in fauorem reuocantis, non eſt opus, quod reuocatio fuerit intimata. Allegat glo. 3. in princip. in c. 2. de procur. in 6. ¶ Fallit quartò, quando agitur ſolùm de hoc, uidelicet an præſentia ſolius procuratoris reuocati in curia faciat partem reuocantem cenſeri præſentem in curia? & in hoc dicitur, quod non, etiamſi procurator ignorauerit reuocationem. Ex quo ſequitur, quòd ſi eſt impetrata commiſſio, tanquam per præſentiam partium, & apprehenſus quidam procurator, qui fuerat reuocatus ante hanc impetrationem, ſed hoc ignorabat, talis impetratio non tenet, nec per eius præſentiam cã poteſt dici eſſe in curia, ſecundum Rotam in tit. de reſcrip. deciſ. 3. in antiquis quia nulla in hoc poteſt dici partis deceptio, ex quo talis procurator nihil faciebat, nec fecerat, ut ibi latius habetur. ¶ Fallit quintò, ubi aduerſarius nondum fuerat certificatus de mandato procuratoris, quia tunc reuocatio facta de eo, licet ſit incognita aduerſario, ut not. glo. 3. poſt med. in c. 2. de procu. in 6. quam ſequitur Imol. hic, & in cle. j. uerſic. uidete. de renũc. & Rota in addi. in tit. de procur. deciſ. 2. in nouis, & Imol. poſt Butr. in c. mandato. de procur. & Ana. conſil. 25. in princip. dicens dictam gloſſ. eſſe ſingularem, & limitare omnia iura de hac materia loquentia. ¶ Fallit ſextò in reuocatione nuncij: quia tenet & operatur nullitatem geſtorum: poſtea etiamſi nuncius ignoraret, ſecundum Imol. in d. c. mandato. uerſic. circa primum. quia dominus cenſetur actum facere mediãte organo nuncij, l. & licet. ff. de cõſtitu. pe. d Et ideo[d] ex quo dominus reuocat mandatum, non poteſt actus ualere. Unde nõ eſt tunc neceſſarium, quòd reuocatio deueniat ad notitiam ipſius nuncij, & allegat not. in l. ſi pater. ff. de ma. nu. & gloſſ. in d. cle. j. de renun. quæ hoc ſenſit, dum dicit, quòd reuocatio nuncij miniſtri ſine certioratione impedit actum gerendum. Et ſic intelligitur d. l. ſi pater. ſecundum eum: & ſequitur ibi Imol. dicens rationẽ diuerſitatis inter nuncium & procuratorem colligi ex notatis in c. ſi. de procur. in 6. & in d. l. licet. & idem dicit Ang. in d. l. mandatum. C. mandati. & Ana. cõſil. 25. uerſic. ſecundò principaliter. Idem etiam tenet Bal. in c. audita. uer. quæro, quid in nuncio. de reſtit. ſpol. quia nuncius nihil facit animo proprio, ſed domini, cuius uerbum portat in ore ſuo. Idem ergo, ſecundum eum, in reuocatione literarum: quia eis reuocatis abeſt intellectus, & ſine intellectu nulla uera, obligatio contrahitur, ut ſingulariter notatur in l. non figura. ff. de act. & oblig. & in l. diuus. ff. de mil. teſta. Idem etiam tenet Io. An. in c. ſi. in princ. de procur. in 6. & ibi Domi. in §. ſi. in j. col. dicens, quod quando quis cõtrahit per nuncium, uel epiſtolam cum abſente, in omni contractu ſufficit reuocatio ante contractum, etiamſi non tranſiuit in notitiam procuratoris, uel partis: quia cenſetur reuocatum mandatum, nec poſtea obligatur, per d. l. ſi pater. Et eſt ratio, quia nuncius, uel epiſtola ſolùm præbet iudicium miniſteriorum, ut pica e & organum,[e] d. l. & licet. & l. ſi multum. C. ſi quis alteri uel ſibi. Deficiente igitur conſenſu tempore præſentationis, nihil agitur, etiamſi nuncius non fuit certioratus, licet glo. in l. j. ff. de contrahen. emp. etiam in nuncio, uel epiſtola teneat contrarium, & non bene, ſecundum Io. & Domi. ubi ſ. ¶ Hanc fallentiam intellige primò, quando aduerſarius agit de lucro captando, & ita loquitur l. ſi pater. ff. de ma. nu. Sed ſi ageret de damno euitando, tunc tenerent geſta occaſione nuncij, uel epiſtolæ, ſi reuocatio fuit incognita aduerſario. Ita dicit Bal. in l. ſi procuratorem. quaſi in fi. ff. de procur. Et ita intelligit gl. ſi. in fi. in d. l. j. ff. de contrahen. emp. ¶ Et ſi tu diceres, deficit conſenſus, reſpondet, quod deficit conſenſus uerus, tamen interpretatiuus conſenſus fingitur durare, & contractus procedunt ex ficto conſenſu, l. qui ad certum. ff. loca. Et hoc modo ſuſtinet dictam gloſſ. à qua non eſt tutum recedere, maximè in conſilijs, ſecundum eum. Idem latè firmat Bald. in d. c. audita. dicens, quòd ubi tractatur de damno uitando, tenet contractus odio illius, qui committit dolum in celando reuocationem. Et inducit regulam generalem traditam in l. eleganter. in princ. ff. de dolo. iuncta alia regula, quam appellat ſolennem & elegantem, quòd quicunque cõtractus in cõtrahendo ſunt bonæ fidei, ſimiliter & in reſoluendo, ut no. in l. de tutela. C. de in inte. reſt. mi. Unde probat, quòd dolus inductus ad reſoluendum contractum, non impedit reſolutionem, ut ibi per eũ. Oportet tamen ad hoc, ut reuocatio nũcij operetur in damnum alterius, quòd in ea non concurrat dolus, uel culpa, dolus ut ſi facta fuit clandeſtinè, quia tunc in fraudem præſumitur facta, ſecundum Bal. in d. l. mandatũ. in pe. col. uer. ſed contra id, quod dicit de nuncio. per l. non exiſtimo. ff. de autho. tu. & quia debet puniri, qui facit clandeſtinum inſtrumentum in alterius præiudicium, ut no. Innoc. in c. j. in gl. magna, uer. item nota, cùm officium. de fide inſtru. Dicitur autem culpa etiam, quando non fuit clandeſtina reuocatio, ſed tardè facta, adeo quòd etiamſi uoluiſſet deducere in illius notitiam, non potuiſſet, nam tunc pœnitentia non prodeſt, ſecundum Sal. in d. l. mandatum. in pe. col. uerſi. quæro modò, quid in nuncio. per l. ſi pecuniam. §. item ſi quis dederit. ff. de condi. ob. cau. & arg. l. obligari. §. tutor. ibi, poſt tempus, &c. ff. de autho. tu. Et hoc eſt, quod uoluit gl. in d. l. j. ff. de contrahen. emp. ſecundum eum, & ideo non eſt differen-

a Si Titium] Adde Alex. ibi. et dic ut per eũ. in l. de pupillo. §. motio. ff. de no. op. nunc. et Caſtr. cõſ. 331. & conſilio. 55. & Fran. de pad. in l. eius qui in prouincia. ff. ſi cert. pet. alleg. in text.

b Ubi] Adde tu, in ſimili, quod ubi agitur ſolùm de præiudicio conſtituentis, ipſe conſtituens poteſt ratificare geſta ſui procuratoris reuocati in ſui præiudicium. Ita Bar. in l. diſpẽſatorẽ. ff. de ſolut. & in l. quo enim. §. Iulianus. ff. rem ra. hab. Adde Bal. in l. falſus. in uer. ſecundò præmitto. C. de fur. & Bart. in conſil. in cap. factum tale eſt: A. mo.

c Reuocare] Adde Socin. conſilio. 18. incip. proſequendo ordinem. uerſi. & uidetur dicendum. in j. par.

d Et ideo] Adde tu, quod Felo. hic

Non aperit bene, an geſta per nuncium, etiam ſine mandato, poſſint ualidari per domini ratihabitionem. In qua q. reperio, quod Bar. fuit uarius, quia in l. qui autem. §. conſtituere. ff. de conſti. pecu. & in l. multum. §. ſi. C. ſi quis alt. uel ſib. tenuit, quod dominus non poteſt ratihabitione ualidare geſta per nuncium, qui non habet mandatum, et poſtea in l. certo. ff. de procu. tenuit contra, ſed communis opi. eſt, quod non poſſit, quam tenet Bal. in l. falſus. C. de furt. & Bar. in conſil. ſupra alleg. Ant.

e Organum] Adde Bart. in l. qui autem §. conſtituere. ff. de cõſt. pec. & ibi Alex.

ferentia inter procuratorem & nuncium, quantum ad hoc, ſecundum eum: Si ergo reuocatio nuncij nõ fuit intimata, & tamen non fuit clandeſtina, neque tardè facta, tunc procedit iſta fallentia, quòd reuocatio operatur nullitatem geſtorum, etiamſi iſta nullitas alteri nocet, ex quo non poteſt imputari reuocanti dolus, uel culpa. Et ſic intellige uerba Bal. de quibus in fi. ſequentis intelligentiæ. ¶ Intellige ſecũdò hanc fallentiam in eo, qui eſt propriè nuncius: quia non conſentit, ſed refert conſenſum domini, quod fieri poſſet etiam organo inanimato, ut cornu, uel tuba, ſi inuicem in hunc modum ſe intelligant contrahentes, argu. l. Labeo. in fi. ibi, in ſono quodam. ff. de ſuppellec. leg. Sed ſecus eſt in eo, qui eſt nuncius impropriè: ut ſi dico, Facio te nuncium meum ad uendendam, tunc talis nuncius cõſentit, & ualet actus, ſicut in procuratore. Ita declarat Bal. in l. falſus. uerſi. ſecundò quæritur. C. de fur. & ibi etiam dicit, quòd ſi aliue læditur ex reuocatione ueri nuncij, tenetur reuocans actione de dolo, uel iniuriarum, & crimine ſtellionatus, argu. l. eleganter. §. ſeruus pactionis. & l. rem quandam. ff. de dolo. Quòd intelligerem, quãdo reuocanti poſſet imputari dolus, uel lata culpa; ſecundum quod dixi paulo antè de mente Bald. & Salic. in d. l. mandatum. ¶ Fallit ſeptimò, quando
19 † reuocans mandatum & mãdatarius cenſentur una & eadem perſona, quia reuocatio operatur tũc effectum ſuum, etiam non intimata, ut ſenſit glo. in c. tibi domino. in gloſ. mag. in fi. 63. diſtin. dum dicit, quòd in caſu l. ſi pater. ff. de ina. uin. ideo ſufficit reuocatio non perueniat ad procuratorem, quia pater & filius cenſentur una perſona, 35. q. 3. cap. contradicimus. §. hac authoritate. Et iſta ratio poſſet multipliciter confirmari ex his, quæ aliàs reduxi in cap. afferte. de præſump. ſed Card. reprobat hoc in d. cle. j. de renunc. 7. col. uer. & ad prædicta eſt, quod no. gl. & c. quia non eſt uerum, quòd cenſeantur una perſona, quo ad omnia. Tamen dicit defendi poſſe, quòd cenſeantur, quo ad hoc, una perſona, quia non poteſt uerſari ſpecialis intereſſe filij, ut ibi per eũ. ¶ Fallit octauò in reuocatione, quæ fit per mortem, quia illa operatur effectum, etiam non intimata, ut not. gloſ. in d. cle. j. & ibi Imol. dicens, quòd non eſt neceſſe, quòd notificetur etiam in iudicio, per l. pen. ff. quæ ſen. ſine ap. reſcin. quia non poteſt aliquid imputari non notificanti, ut not. in l. j. C. de ſatiſdat. & per Bart. in l. ſi procuratorem abſentem. in fin. ff. de procurat. Dicit tamen Imol. quòd mandatarius poteſt repetere, ſi quid eius intereſt, ne iuſta ignorantia puniatur, per text. in §. rectè. Inſtit. mand. ¶ Fallit nonò, quan
20 do † aduerſarius fuit particeps in occultatione fraudulẽta, & in celando reuocationem, quia tũc præiudicat ſibi, & tenetur de dolo reuocanti, maximè ſi procurator non eſt ſoluendo. Ita dicit ſimpliciter Card. poſt Laudinum in d. cle. j. uer. unde pro pleniori. Allegat l. ſi procuratorem. §. fin. ff. man. Facit quod not. omnes poſt Cald. in c. ad probandum. de re iud. cum concor. quas ipſi dedi. ¶ Limita ſecundò, ubi dicitur, quod geſta per inhabilem, qui communi errore putabatur habilis, non ualent reſpectu illius litigatoris, qui erat conſcius illius inhabilitatis, & reputatur aurea limitatio ad l. Barbarius. ff. de offi. præto. ¶ Fallit
21 a decimò, quãdo [a] procurator † eſt factus ribaldus, uel inimicus domini, alias conditionem mutauit in deterius, quia uidetur eo ipſo reuocatum mandatum, ut per Barto. poſt Dy. in l. ſi cùm Cornelius. per illum text. ff. de ſol. Et ſic eſt dare caſum, in quo reuocatio non intimatur per dominum, & tamen operatur nullitatem geſtorum. Et cum dicto Bartol. concordant multi, quos allegat Alexan. in apoſtillis, & etiam Imol. poſt Pet. de Anch. in c. propter ſterilitatem. de loca. Paul. in l. quod ſeruos. in fi. ff. depoſ. Pet. de Anch. in c. nullt. de elect. in 6. & in c. ſi quem. 3. not. de procu. eo. lib. Lud. in l. ſi cùm dotem. §. eo autem tempore. ff. ſol. mat. & in l. ſi cui bonis. ff. de uer. obli. Anan. in c. qualiter. lo. 2. in princip. j. de accuſ. bonus tex. in c. t. in t. col. uer. adijciebatur. de conceſ. præb. in 6. ubi geſta per prælatum depoſitum non ualent, etiamſi ignorabat depoſitionem. Circa quem text. uide Domi. ibi, & in c. cum, qui. de præb. in 6. Ana. in d. c. qualiter. §. ad corrigendos. Butr. in c. conſultationibus. de iu. pat. Lap. alleg. 130. pro dubij. ad fi. Cal. in tit. de re iudi. conſil. ulti. cum concor. & fortè aliquid dixi ſ. eo. cæterùm. ¶ Et intellige illud c. j. quando ſentẽtia depoſitionis eſt ſpecialis & certa, ſecus, ſi eſt lata in genere, putà quòd qui non fecerit tale quid, ſit priuatus, nam talis ſententia non afficit cõtrauenientem, qui de ea ignorabat, ut latè per Alb. de Roſ. in 2. parte ſta. q. 199. & Ioã. An. in regula, mora. de reg. iur. in 6. in Mercu. Nam ſententia ſpecialis & certa contra certam & nominatam perſonam inducit notorium, ſecus, quando ſententia eſt generalis & incerta, ut latiùs per prædictos, quos uide. Et intellige hanc fallentiam, ſi debitores ſoluentes tali procuratori ribaldo, ſciebãt eius nouam qualitatem, ſecus, ſi ignorarent, ſecundũ Bald. in l. pater hæredi. ff. de teſt. tu. Per quod uidetur generaliter dicendum idem in alijs perſonis aliquid gerentibus cum tali procuratore, & ignorantibus eius conditionem. ¶ Fallit undecimò, ubi homo non exequitur actum, ſed lex, quia ſufficit reuocatio, licet ad nullius notitiam deueniat, ſecundum Pet. de Anch. in d. clem. j. dicentem ita limitari omnia iura de hac materia loquentia, & allegat l. ſi pecuniam. §. ſi procurator. ff. de condi. ob cauſam. Quod dictum guſta, ut per Ana. conſil. 25. in fi. Et hæc quo ad ſecundam regulam,
22 de qua ſ. ¶ Tertia regula. Quando † procurator eſt datus ad gerandum negotium cum certa perſona, ad hoc, ut reuocatio operetur nullitatem geſtorum, non ſufficit, quòd ſit notificata ipſi procuratori, ſed etiam debet notificari illi perſonæ, ſecundum Doct. hic, & in d. clem. j. de renunc. per l. ſi fideiuſſor. §. j. ff. man. Et dicit hic do. Abb. iſtud probari hic optimè ſecundum 4. intellectum, & no. Ab. in c. ex inſinuatione. de procur. & Pet. de Anch. in d. cle. j. & Angel. de Are. in §. rectè. in ulti. col. Inſti. man. ¶ Iſta regula poteſt limitari ſecundum fallentias datas ad præcedentem regulam, quia in caſibus, in quibus non eſt neceſſarium, quòd reuocatio intimetur ipſi procuratori, non erit neceſſarium, quòd intimatur ipſi parti, & ideo Sal. in d. l. mandatum. limitat hanc regulã ex caſu c. fin. de procur. in 6. de quo ſ. dictum eſt. Item, niſi procurator eẽt datus ad negocia uſq; ad certum tẽpus, quia geſta poſt illud tempus non tenebunt, etiamſi non fuiſſet facta per dominum alia reuocatio, uel reuocationis intimatio, quoniam finito illo tempore, eſt reuocatum mandatũ, & reuocatio præſumitur nota parti, cum præſumatur uidiſſe mandatum limitatum ad tempus. Ita declarat Pan. conſ. 331. Viſis & ponderatis omnibus. ¶ Quarta regula. Quan
23 do † procurator non erat deſtinatus ad certam perſonam, ſatis eſt ipſum procuratorem fuiſſe certificatum de reuocatione, unde agat contrahens contra ipſum falſum procuratorem, ut l. falſo procuratori. ff. de condi. ob cauſa. & facit l. ſi procurator. ff. de cond. inde. Debuit enim ille contrahens cum ipſo cogitare hoc euenire poſſe, arg. l. ſi quis domum. ff. loca. ſecundum Ioan. Andr. & omnes alios hic, uolentes, quòd in caſu iſto non ſit opus publicare aliter reuocationem. Et idem ſentit gloſ. in d. cle. j. in uerſi. facienda. in fin. dum dicit, uel ſaltem procuratori. & ibi Imol. uerſic. ſi uerò non fuit expreſſa. Ibi tamen loquitur in procuratore conſtituto, non ad actus uniuerſales, ſed ſimpliciter ad actum unum expediendum, non determinata perſona, cum qua actus geri debebat, & paulò j. uerſic. dicit do. Anto. tenet aliter in procuratore dato ad actus uniuerſaliter expediendos. Et cum iſtis concordat Rota de procu. deci. 2. in no. in addi. Idem Bart. & Bald. in l. j. C. de ſatiſdat. dum dicunt, quòd ſi eſt incertus ille, qui poteſt lædi ex tali reuocatione nulla, requiritur notificatio reuocationis, per l. fi. §. pen. & fi. ff. de anic. Idem Cyn. in l. mandatum. in pen. col. C. man. dicens hanc fuiſſe opi. Mart. Sil. in quadam ſua diſpu. Idem tenet Io. Fabri in §. adhuc. in penn. col. uerſi. quæritur iuxta hanc gl. Inſti. man. & ibi dicit, quòd text. in l. ſed & ſi pupillus. §. proſcribere. ff. de inſtito. non militat in procuratore, ſed inſtitore. Et quòd inter iſtos non procedat parificatio, patet, ſecundum eum: quia per mortem domini non reuocatur inſtitor, ſed bene procurator generalis, §. morte. Inſti. man. Et ſic uidetur habere magnas authoritates iſta pars, uidelicet quòd diſpoſitio d. §. proſcribere. non habet locum in procuratore: & ſic nõ eſt opus publicè intimare reuocationem procuratoris conſtituti generaliter ad non contrahendum

a Quando] Adde in limitando iſta, niſi ſit procurator ciuitatis, uel uniuerſitatis, conſtitutus ab adminiſtratoribus ciuitatis, quia propter mutationem ſtatus non tollitur, neque deſinit eſſe procurator, ut eſt caſus in l. quod ſi forte. ff. de ſolut. Adde Bald. in l. mandatum. C. manda. & Bartol. in d. conſil. A. mo.

cum

cum certa perſona. ¶ Sed in contrarium uidetur eſſe communior * opinio, quòd imo ſit publicè notificanda reuocatio procuratoris etiam non dati ad gerenda negocia cum certa perſona, & debet ſeruari d. §. proſcribere. Et ita tenent Bar. & Paul. in l. qui hominem. §. ſi Titium. ff. de ſol. & Bald. in l. mandatum. uerſus fi. C. man. & in l. ſi procuratorem. ad fi. uerſi. quid ergo in procuratore. ff. de procur. Bart. in l. non ſolùm. §. morte. uer. quandoque per hanc proteſtationẽ me exonero. ff. de ope. noui nunc. Salic. in d. l. mandatum. uer. aut in mandato non continebatur, dicens, quòd debẽt fieri proclamata per loca publica, & edicta proponi in locis, in quibus omnes frequenter conueniunt, per d. §. proſcribe re. Idem tenet Domi. in c. ex inſinuatione. uerſ. hoc uerum, niſi fuiſſet conſtitutus. j. de procur. & Imol. in c. mandato. in pe. col. uer. in alijs autem conclude. eo. tit. & in cle. j. aute penul. col. uer. dicit tamen Antonius de renunc. & Franc. de Alber. in d. §. proſcribere. Et in quantum dicit Bart. in d. §. ſi Titium. & Salic. in d. l. mandatum. quòd ſufficit intimatio per uocem præconis: hoc reprehendit Raphael. Cu. in d. §. ſi Titium. quia uox præconis paucis innoteſcit, authen. qui ſemel. C. quomodo & quãdo iud. Ideo requiritur edictum. Ad quod uide Innocent. in c. fi. poſt princ. de maio. & obe. Bart. in extrauag. ad reprimendum. in uerſi. per edictum. in fi. & latiſſimè Maria. in rubr. de dilat. argu. 25. princip. cum ſuis concord. ¶ Et iſta adde ad Alexan. in d. §. morte. uerſi. item Bartol. noluit. ubi ſequitur hanc partem, addens quòd Bartol. poteſt ſaluari à contrarietate in hoc puncto, intelligendo id, quòd ipſe dicit in §. morte. quando talis procurator fuit deputatus ad exercenda negocia in uno certo loco: ſed ubi nõ fuit datus ad certum locum, tunc procedit prima opi. quam poſuit Bart. in d. l. unica: quia impoſſibile eſt dicere, in quo loco debeat fieri iſta publicatio, ut ibi per eum. Pro quo uideatis Bald. in l. ſi procuratorem. ad fi. ff. de procu. ubi dicit, quòd iſto caſu quidam aduocatus Florentinus conſuluit, quòd nullum erat remedium, niſi conſideretur procurator: quia ſub prætextu mandati non debent contrahentes decipi, ſed falſum & ſubtile conſilium fuit, ſecundum eum, quia ſufficit, quòd tunc intimetur ipſi procuratori, ut d. l. ſi mandaſſe. ff. manda. & not. in d. cle. 1. Alias eſſet abſurdum dicere, quòd iſtud mandatum eſſet irreuocabile, niſi per mortem domini, uel procuratoris curioſus debet eſſe, qui contrahit, ut inquirat an mandatum ſit reuocatum, uecne, argu. l. 3. §. ſed ſi ſic. ff. de in rem uerſ. ſm eum. Et de modo, & uiribus edicti reuocatorij, de quo ſ. uide, quæ dicta ſunt in prima regula. ¶ Et unum nouum conſidera, quia ſi dominus conſtituens procuratorem ad negocia in certo loco expedienda, eſſet informatus de perſonis, cum quibus procurator iam incepit gerere negocia, fortè iſto caſu non ſufficeret publicare reuocationem per edictum, ſed debet intimari illis perſonis primò per id, quod not. Imol. poſt Ant. in d. cle. j. uer. quod intellige ſecundum do. Anto. de renunc. ubi loquens de procuratore cõſtituto ad certum actum nõ determinata perſona, cum qua actus debet geri, dicit, quòd ſi dominus eſſet certificatus, cum qua perſona cœpit procurator actum gerere, debet illi certificare reuocationem. Et facit, ſecundum eum, c. paſtoralis. §. fi. ſ. eod. ubi poſtquam genus eſt ſpecificatum, requiritur maior ſolennitas in reuocatione. Et idem uidetur dicendum in procuratore conſtituto ad actus utiles propter paritatem rationis. Secundò per id, quòd no. Domi. poſt Pet. de Aneb. in c. j. in fi. de elec. in 6. ubi dicit, quòd citatio per edictum non arctat, quando eſt certus, uel uerìſimilis contradictor, quem materia tangit, quia ille eſt ſpecialiter citandus, per le. ſi eo tempore. C. de remiſ. pig. Et concordãt multi, quos dixi in ca. 2. ſ. ut. prosi. Tamen quia iſta eſt magna reſtrictio ad d. §. proſcribere. loquentem indiſtinctè, ideo non eſt firmanda nimis aperta fronte, maximè æquiparando inſtitorem & procuratorem, ut faciunt Doc. allegati paulo ante in uerſic.

24 ſed in contrarium. ¶ Quinta regula. Reuocatio † procuratoris iudicialis debet intimari iudici, uel parti: aliàs geſta per eum tenent, quo ad præiudicium reuocantis, ſed non, quo ad eius commodum, c. mandatum. de proc. cum concor. de quibus ibi in gloſ. 2. & per gl. fi. in l. ſi procuratorem. ff. de procur. Et hoc latè diſtinguunt omnes in d. c. mãdato. & Bar. Bal. & Sal. latiſſimè in l. unica, C. de ſatiſdat. & Ang. Are. in §. rectè. in ulti. col. Inſti. mand. & Petr. de Anchar. in cle. j. de renunc. & aliquid per do. Abb. in c. ex inſinuatione & in c. in noſtra. de procur. Et proſequere diſtinctionem iſtorum, cui nihil addo. ¶ Sed illud inter alia bene no. quòd notitia iudicis de reuocatione inducit nullitatem proceſſus ipſo iure: notitia autem ſolius aduerſarij inducit nullitatem proceſſus ope exceptionis. Ita dicit gloſſ. fin. in medio in l. ſi procuratorem. ff. de proc. quæ eſt aurea, ſecundum Bald. ibi. Sed contra ipſam opponitur hoc modo: Dolus partis magis reddit actum nullum, quàm dolus tertij, l. eleganter. ff. de dolo. Ergo quando reuocatio peruenit ad partem, magis debet eſſe proceſſus nullus, quàm quando ad iudicem. Reſpõdet Pet. & ſequitur Bal. in d. l. ſi procuratorem. ꝙ in ſubſtantia iudicij non eſt iudex tertia perſona: imo eſt fundamentũ iudicij, & defectus iudicis magis reddit proceſſum nullum, ꝗ defectus partis. Hinc eſt, ꝙ excõmunicatio iudicis reddit proceſſum nullum, c. ad probandũ. de iureiur. Secus in excõmunicatione partis, c. j. de except. in 6. Et hoc tene mẽti, ſm Bal. dicentem, ꝙ pro illa gl. facit l. uir bonus. ff. iud. ſol. Et iſtam concluſionem firmat etiam Bald. hic: quia iudex ſcienter procedens cum perſona illegitima, nihil agit. Allegat pro ſing. gloſ. in d. l. ſi procuratorem. Idem etiam tenet gloſſ. & Bartol. in d. l. unica, C. de ſatiſdat. Et pro eo, quod dicitur de iudice, facit c. ſi duobus. de ap. ubi probat, quod ſi iudex ſcit iuriſdictionem ſibi non competere, uel exceptionem competere abſenti, non ualet, quod agit. ¶ Sed do. Abb. in c. in noſtra. & in c. mandato. in penul. col. de procura. ſequendo gloſſ. in d. c. mandato. tenet indiſtinctè, quod etiamſi aduerſarius ſolus ſcit de reuocatione, iudicium ſit nullum, per text. hic, qui uidetur ad hoc apertus, ſecundũ eum. Item eſt, quid imputetur aduerſario, quare litigauit cum procuratore reuocato. Unde cum non habuerit ille procurator reuocatus facultatem deducendi ius domini in iudicium, non apparet ratio, quare debeat ualere iudicium. Seipſum enim decepit, ut in ſimili dicitur in l. ſi, qui ſe obtulit. & in l. qui ſe liti. ff. de rei uen. Nam ſi aduerſarius ſcit, quòd reus non poſſidet rem, & nihilo minùs uoluit agere contra eum, non obligatur reus ad intereſſe. Inducit d. c. in noſtra. Nam ibi Papa ignorabat illam reuocationem, & nihilo minùs dicit, quòd illa exceptio reuocationis intimatæ aduerſario reddebat iudicium retro nullum. ¶ Sexta re-

25 gula. Geſta † per procuratorem reuocatum non poſſunt per dominum ratificari. Gloſ. fi. hic in princip. & not. Spec. in tit. de defenſore. in princip. uerſic. ſed pone, egiſti. Allegat gl. in l. diſpenſatorem. in uerſic. non puto. ff. de ſolut. quam etiam notat ibi Bar. licet non firmet: & facit, quòd eſt dictũ ſ. in j. fallen. 2. regulæ. uerſic. amplia quartò, dum fuit facta mentio de illis conſilijs in facto regis Cypri. Et hanc regulã ponit etiam Paul. de Caſt. in l. ſi procuratorem. ff. de procur. dicens, quòd dominus qui reuocauit procuratorem, non poteſt ratificare ſentẽtiam in ſuum fauorem latam, etiamſi reuocatio nulli fuerit intimata. Allegat d. l. diſpenſatorem. cum gl. ¶ Fallit primò dicta regula, niſi actus, qui ratificatur, tendat ad præiudicium ratificantis, [a] ſecundum Spec. ubi ſ. & Imol. in c. mandato. ad fi. de procurat. Et ita loquitur l. quæcunque. §. Iulianus. ff. rem rat. hab. ¶ Fallit ſecundò, ubi agitur de commodo non principaliter, ſed in quandam conſequentiam: quia tunc poteſt quis approbare geſta per procuratorem reuocatum, ſecundum Imol. in d. c. mandato. ita intelligẽtem uerba Bar. in d. l. diſpenſatorem. dum dicit, quòd poteſt hic cadere ratificatio ad finem exceptionis, per ea, quæ habentur in d. §. Iulianus. ¶ Et ideo infert, quòd ſi procurator reuocatus exigit debitum domini, & promiſerat de rato, ſi procurator ſoluit domino illud, quod exigit, & dominus habeat ratam ſolutionem factam procuratori, non poterit procurator conueniri ex ſtipulatione de rato: & conſequenter, ſi repetatur id, quod fuit ſolutum, obſtabit exceptio. Quod dictum declara, ut per Bal. in l. falſus. uer. tertiò quæritur. C. de fur. ¶ Fallit tertiò, quando talis eſt actus, qui a quocunque factus fuiſſet, poſſet ratus haberi: quia tũc licet procurator fuiſſet reuocatus, ualet ratificatio, ſecundum Ang. in l. Pomponius. in prin. uer. ſed uidendum eſt. ff. de neg. geſt. Et dicit, ꝙ Innoc. uidetur hoc tenere hic.

a *Ratificãtis*] *Ad de text. in l. cum pater. §. Mæuius. ff. de leg. 2. & Bald. in repertio. Spec. uerb. ratificatio. & per Bart. in l. certè. §. 2. de precario. & in ſuo conſi. factum tale eſt, etc.*

Et

Et tene menti: quia amplius non audiuiſti, ſm eū. Ergo procedet regula in actu, ꝙ non potuiſſet fieri ab illo ꝓcuratore reuocato, niſi uirtute mandati, ꝙ reuocauerā: ſecus in actu, quem quilibet potuiſſet gerere ſine mandato, & per meam ratificationem ualuiſſet. Et hoc mō fortè intelligenda ſunt uerba Bar. in d. l. Pomponius. in fi. priu. dum firmat, ꝙ illud, ꝙ eſt factum per procuratorem reuocatum, pōt haberi ratū: quia ſicut nihil prohibet mandatum nouum inſtitui, ita nihil prohibet factū poſt reuocationem ratum haberi. Tamen mens Bar. uidetur fuiſſe indiſtinctè, ꝙ ualet poſt reuocationem, licet Ang. & prædicti non faciant mentionem de dicto Bar. Et no. ꝙ in iſta materia tantum operatur ſnīa, quantum ratificatio, ſm Ab. hic, & Car. in d. ele. j. præſuppoſito pro uero dicto Inn. hic, de geſtis per falſum procuratorē me ſciēte. Et ad hanc regulam uide ēt aliquas remiſſiones in repe. Firma. in uer. procurator reuocatus ad fi. An aūt poſſint ratificari geſta per falſum procuratorem in fauorem ratificantis, eſt quæſtio longior, de qua uide Pe. de Anc. conſil. mihi 127. Vnus procurator noīe Baldaſar. Imol. in c. cūm l inter in 53. & ult. col. de offi. dele. Ro. de proc. deciſ. j. in no. & eo. ti. 13. in antiquis, Bald. Salic. & Flor. in l. ſi tutor. C. in qui. cau. in inte. reſti. non eſt neceſ. Ang. in l. licet. ff. de iudi. cum conc. quas dedi in c. cām. lo j. ad fi. de iudi. ubi poſui in hoc regulam affirmatiuā cum duodecim fallētijs. Et ibi dictis adde, quæ allegat Firma. in uer. procurator falſus. Et ad intellectū l. 3. §. falſus. ff. rem rat. ha. multa nouiter reduxi in d. c. cām. & quædam alia poſtea addidi in c. 1. ad fi. de regul. in 6. ubi uide: quia poteris apoſtillare apoſtillantes d. §. falſus. & d. l. licet. & d. l. ſi tutor.

6 Postremo aetas, Quòd in illis † caſibus, quibus nō tenent geſta per procuratorem reuocatum, etiamſi ignorat reuocationem, tn̄ ſi in aliquo intereſt ipſius mandatarij, ſeu recipientis mandatum, ꝙ ſciuiſſet reuocationem, fortè quia fecit aliquas expenſas, quas non feciſſet, non nocebit ſibi talis reuocatio, quo minus poſſit agere actione mandati ad intereſſe, ex quo nō fuit certificatus de reuocatione, ſm Imo. in d. c. mandatum. & per id, ꝙ habetur in §. rectè. & in §. item ſi adhuc. In ſi. mand. Idem notat Sal. in d. l. mandatum. mandati. in uerſic. aut ignorauit. dicens, quòd ſi procurator eſt damnum incurſurus ex implemento mandati, certiorandus eſt de reuocatione ipſius, per l. inter cauſas. in princip. & §. j. & l. ſi tibi mandaſſem. ff. mand. in d. §. item ſi adhuc. & dn̄s tenebitur ei mandati. Idem tenet Imol. d. clem. 1. de renunc. dicens, ꝙ quoties intereſt aduerſarij, fortè rōne aliquarum expenſarum, ſemper oportet reuocationē mandati in eius notitiā tranſiſſe, ut euitetur petitio illius intereſſe. Allegat gl. pe. in c. fi. de proc. in 6. & d. l. ſi mandaſſem. Scias etiam, ꝙ reuocationes, quæ publicè fiunt, debent fieri tali tpe, ꝙ ad notitiam poſtea contrahentis priùs potuerint peruenire: aliàs adſcriberetur moræ & culpæ, ſm Salic. in d. c. mandatum. per l. ſi pecuniam §. ſi quis dederit. ff. de condit. ob cau. & l. obligari. §. tutor. ff. de author. tu. Adde ēt Ludo. conſil. 353. ubi ponit, ꝙ procurator ad negocia non poteſt reuocari re non integra, l. ſi quis prohibuit. ff. de Pub. & l. ſi pecuniam. §. item ſi quis dederit. ff. de cōdi. ob cau. Et adde, ꝙ ſi procurator utitur mādato reuocato ſcienter, aduerſario ignorante, tenetur actione de dolo ciuiliter, & crimine ſtellionatus criminaliter, ſecundum Albe. in l. quidam debitor. per illum text. ff. de dolo. Et hæc ſufficiant pro ordinanda hac materia intimationis reuocationis procuratoris, quàm alibi ita ordinatam non inuenies. Cætera proſequere, ut per Doct. in locis ſ. allegatis, & per Paul. in l. ſi procuratorem. ff. de proc. in gl. in uer. ſuſpicionem. ibi, quia iūe ſine cauſæ

27 cognitione remouetur. ¶ Not. ex gl. quòd † in reuocatione procuratoris, quæ fit poſt litem conteſt. requiritur cauſæ cognitio, niſi ipſe conſentiat reuocationi, uel reuocetur ante lit. conteſt. Et de hac materia, uide pleniùs in text. & gl. in c. 2. de procur. in 6. Et dicit ibi Petr. de Anch. in 3. not. quòd quando reuocatio fit poſt lit. conteſta. non ſufficit, quòd fiat uolente procuratore: ſed etiam requiritur conſenſus aduerſarij: quia per lit. conteſta. procurator quaſi contraxit cum eo, l. 3. §. idem ſcribit. ff. de pecu. quem quaſi contractum non poteſt dominus uel procurator diſſoluere aduerſario inuito, ut ibi idem dicit do. Abb. in c. auditis. uerſ. ſed ſaluando. de procur. quia intereſt aduerſarij, ut quia procurator ſine cauſa non reuocetur, ne uarietur iudicium immutatione perſonarum. Allegat l. poſt litem. iuncta gl. & l. quæ omnia. & ibi glo. ff. de procu. Et de materia uide text. gl. & Scribentes in l. a ante litem.[a] cum l. ſeq. & in l. 15, cuius. ff. de ꝓcu. & Domi. poſt alios in d. c. 2. ¶ Et not. ꝙ ſicut ualet reuocatio procuratoris ſine cauſa, licet ſit lis conteſtata, qn̄ ipſe expreſſe conſentit, ut per gl. hic: ita etiā, quando ipſe ſcit, & tacet, ut no. gl. maior in c. ſi quem. de procu. in 6. Et illud eſt rationabile, qa ſicut tacens non uidet̄ acceptare mandatum procuratorium, cum ſit onus, l. filius familiàs. §. inuitus. ff. de proc. niſi alios actus interueniat, cle. j. de proc. ita tacens uidet̄ cōſentire reuocationi, tāquā ſibi alleuatiua oneris. & inductiua rei acceptabilis, iuxta doctrinā Inn. in c. in geneſi. de elect. de qua per gloſ. in c. is, qui tacet. de reg. iur. in 6. cū concord.

Et nota, Quòd ſi dominus ueniēs ad cauſam, nō ut aſsiſtat procuratori, ſed b ut eam tractet, reuocaret procuratorem,[b] d. c. ſi quem. §. j. intellige hoc procedere ī actu uolūtario, ſecus in neceſſario, ī quo dominus agit ſufficientiùs, quàm procurator: quia tunc per talem actum non uidetur reuocari procurator, ſecundum Rotam in tit. de procur. deciſ. 22. in antiqui. Et licet uideatur hoc intelligere, quando procurator eſt abſens: ſecus, ſi præſens, tamen Rota ibidem deciſ. 31. indiſtinctè firmat, ꝙ ſi aliud non apparet, non uidetur in dubio reuocare procuratorem, faciendo actum, qui fit ex aliqua neceſſitate. Ad idem, ꝙ not. Rota, de procu. deciſ. 25. in nouis. quæ dicit, ꝙ ſi procurator qui alium ſubſtituit, compellitur per iudicem reſpōdere articulis aduerſarij, fortè ut melius inſtructus, uel aliū actum facere, non uidetur per hoc reuocare ſubſtitutū, dū mō poſtea non ipſe, ſed ſolus ſubſtitutus in cā procedat: qa ea, quæ cōpulſus facit, non imputant̄ ad præſumptam reuocationē. Et aduerte, qa nō capit in propoſito actus uolūtarius & neceſſarius eo mō, quo capit Aegi. Bel. deciſ. 179. licet proc. Intelligitur tm̄ hic actus uoluntarius, quē proc. facit non compulſus: & neceſſarius, quem facit compulſus. Aegi. uerò capit actū uoluntariū, id ē, qui fit ex pōtate gratioſa & uoluntaria. Et iſtum actum non pōt proc. exercere: puta offerre ſe ad uoluntarie cōfitendum, uel facere gratiā, ꝙ ad uidendum iurare teſtes ipſe uel dn̄s non euocent̄. Iſta enim talia non tranſeunt in generali mandato, ſm eum per

28 rōnes & authoritates, quas ibi uide. Et idem † ipſe not. cōcluſ. 182. Licet in cā bn̄ficiali. & dicit Bart. in l. Titius. circa fi. uer. extra gl. ff. de proc. ꝙ defenſor, qui ſatiſdedit, habetur loco domini etiam ante lit. conteſ. Et ideo talis defenſor nō pōt reuocari ante lit. conteſt. niſi rā cognita, per l. 15, cuius. eo. ti. quia p conteſtationem ē dn̄s litis, ſicut proc. Et idem ponit Bar. in l. 15, cuius. dicens, iura, quæ dicūt procuratorem poſſe indiſtinctè reuocari ante li. cōteſ. loquunt̄ in procuratore cū mādato, cuius factum præiudicat dn̄o. Ideo pōt indiſtinctè remoueri ante lt. conteſt. Sed in defenſore eſt ſecus, per illam l. cuius rō, eſt, quia defenſor comparet ſine mādato, cuius factum nō præiudicat dn̄o, & poteſt dominum liberare inuitū ſuſcipiendo iudiciū, ut l. ſoluendo. ff. de neg. geſt. & l. ſolutionē. ff. de ſol. Et ideo uertitur illa cauſæ cognitio, an defendat reum, tanquam gerens negocia ſua aīo re-

29 petendi, an animo donandi. ¶ Et no. ꝙ † quæ dicta ſunt de lit. cōteſt. quo ad reuocationem, habent locū in procuratore ad iudicia. Sed procurator ad negocia pōt quandocunque liberè reuocari: qa in negocio nunquā fuit ſibi ius acquiſitū, l. ſi cūm Cornelius. ff. de ſol. c. fi. de proc. in 6. & no. Ang. in l. poſt litem. in 1. col. de proc. Cætera, quæ generaliter poſſent dici de reuocatione procuratoris, uide in locis prællegatis per Firma. in uerbo, procurator reuocatus. ¶ In gl. in uerbo, dicebant. circa ea, quæ tangit hic latè Imol. ad intellectum regulæ, ea eo. de reg. iur. in 6. Vide, quæ dixi ſ. eo. 2. ubi feci mentionem de dictis ſuis, ponendo multa ad intellectum dictæ regulæ. ¶ In gloſſ. in uerbo, ſine mandato. De hoc, utrùm habens generale mandatum cum libera, poſſit re-

[a] In l. ante litem] uide ibidem Io. de Pra. et adde, ꝙ ad hoc per eum habetur in l. quæ omnia. §. ſi aduerſarius. eo. tt. ff. de procur.

[b] Reuocaret procuratorē] Et adde do. Soc. cōſ. 24. in c. niſi diligenter & maturè. uer. ſecūdo, quia poſito. in j. parte, char. 45. ꝙ ſi procurator poſt litem conteſtatā cōparuerit partes. & actiua uerit, nulla facta proteſtatione in forma conſueta, uide licet circa renouationē procuratoris ſuorum, intelligitur procurator reuocatus.

quirentia ſpeciale mandatum, dixi in c. nonnulli. §. ſunt & alij. in prima ampliat. §. eo. ubi fuit facta mentio de hac gloſ. a ex dictis Doct. hic.

SVMMARIVM.

1 *Reſcriptum impetratum contra hominem alicuius diœceſis, non extenditur ad hominem eiuſdem nominis alterius diœceſis.*

2 *Impetrans reſcriptum ſuper eccleſia contra presbyterum, ſi errauit in nomine presbyteri, licet conſtet de eccleſia, nõ ualet reſcriptum quia eſt ſtricti iuris.*

3 *Demonſtratio falſa ſi dat cauſam conceſſioni, licet conſtet de corpore, non ualet diſpoſitio.*

4 *Si in actu requiritur, quod conſtet nedum de corpore, ſed ẽt de intrinſecis qualitatib. corporis, q̃a ad eos refertur implicite mens diſponentis, tunc error circa illa intrinſeca uitiat, licet conſtet de corpore.*

5 *Error nominis proprij licet non uitiet, ſi conſtat de corpore, tamen error in nomine appellatiuo uitiat.*

6 *Procurator ſi renunciat beneficio, non refert, ſi dicat, renuncio beneficio tanquam procurator, uel tanquam nuncius, quia ſimplicitas Canoniſtarum non facit differentiam inter apices iuris.*

7 *Error cognominis non uitiat diſpoſitionem, ubi conſtat de ueritate.*

8 *Papa ſi mãdat ꝓuideri ĩ diœceſi Bononienſi B. ſcholari Bononiẽſi, et ille B. ſcholaris ſit Paduanus ſtudẽs Bononiæ, an ualeat reſcriptũ.*

CAPITVLVM XXXIIII.

1 SIGNIFICANTE. ¶ Reſcriptum † impetratũ contra hominem alicuius diœceſis, non extenditur ad hominem eiuſdem nominis alterius diœceſis. H. D. Concludit Hoſt. Imol. & * communiter alij, quòd ſi in caſu iſtius decre. conſtaret de corpore, ualeret reſcriptum, ut latiùs hic per But. Imol. Abb. Domi. exemplificantes, ut hic per eos, non habito reſpectu ad diſtinctionem Io. And. Et hanc concluſionem, quo ad reſcripta, firmat etiam Hoſt. in ſum. de reſcri. præſen. §. quæ poſſunt. uer. idem, ſi erretur. quem ſequitur Specul. eod. tit. §. fi. uer. quid ſi indubitatè. & Bar. in l. demonſtratio falſa: uerſi. quinto quæro. ff. de condi. & demonſt. Et ſentit Bart. in l. patronus. §. libertis. ff. de leg. 3. & no Rota de reſcrip. 16. in nouis, & 48. in antiquis: ibi, quia conſtat de certo corpore, quæ eſt etiam in ti. de reſcrip. 12. in antiquioribus. Et ex iſtis dictis infert Rota de conceſ. præb. 15. in antiquis, quòd error in expreſſione nominis defuncti, non uitiat acceptationem, ſi de corpore beneficij acceptati conſtat. Similiter dicit Aegi. Belle. deciſ. Rotæ 643. error, &c. ꝙ error nominis proprij poſſeſſoris, contra quem commiſſio impetratur per conditionem dictæ poſſeſſionis deſignati non uitiat, argu. l. ſi quis in fundi. ff. de lega. j. & l. nominatim. ff. de libe. & poſth. Similiter dixit Imol. poſt Steph. in cle. ſi de beneficio. uer. quærit Stephanus. de præb. ꝙ ſi mandatur prouideri de certo beneficio in ſpecie, putà de tali ſpectante ad collationem epiſcopi, poterit conferri beneficium, licet ex negligentia epiſcopi ſit deuoluta collatio ad capitulum: quia falſa demonſtratio non uitiat gratiã Papæ, ubi conſtat, de quo beneficio intellexit Papa arg. l. falſa demonſtratio. ff. de condit. & demon. Secus, ſi in genere dixiſſet de beneficio ſpectante ad collationem epiſcopi non demonſtrato certo beneficio, ut ibi per eum per illum tex. Tamen hoc dictum Steph. reprobat ibi Card. in 3. np. dicens. ꝙ inter iſtos duos caſus non eſt differentia, quia uerba reſtringunt gratiam, & non poteſt dici, ꝙ uoluerint grauare capitulum, c. cum in illis. de præb. in 6. & ſeruanda eſt forma mandati, ut ibi per eum. Similiter etiam dixit Io. An. in c. quamuis. in j. ad fi. de præben. in 6. ꝙ licet non exprimatur nomen ſancti, quando mandatur prouideri in eccleſia cathedrali, tamẽ ſecus in eccleſijs inferioribus, ut ibi per gl. magnam in fin. niſi ſint eccleſiæ in locis ſolennibus habentibus matricem eccleſiam, quia intelligitur de illa, ex quo poteſt conſtare de tempore abſque alia demonſtratione nominis ſancti: & exemplificat in eccleſia Pratenſi in Tuſcia. Et ſequitur Lap. alle. 16. in fi. & Domi. in d. c. quamuis. in ult. col. adducens ad idem c. cauſam. de uerb. ſign. & c. j. de mu. pett. & idem no Imol poſt Car. in c. cùm adeo. in ult. notabili, per illum tex. ĩi. eo. Similiter dixit Bal. in l. pen. ff. de re. dub. ſe dixiſſe in facto, quòd ſi dux ducatus fecit inquiſitionem cõtra Titium poteſtatem Aſſiſij, & in ueritate uocatur Sẽpronius, ꝙ magis inſpicimus hanc dignitatem, quàm nomẽ propriũ: a quia nomen proprium non habet mentio, ut ibi: & ſic magis accipitur demõſtratio, quàm nomen proprium. Remittit etiam ad dicta per ſe in d. l. falſa demonſtratio.

DECLARA Quinque modis prædicta 2 & ſimilia. ¶ Prima declaratio eſt, ꝙ † ſi impetrans reſcriptum ſuper eccleſia cõtra presbyterum, ſi errauit in nomine presbyteri, licet conſtet de eccleſia, non ualet reſcriptum, quòd eſt ſtricti iuris. Ita dixit Ioan. de Deo in j. lib. Quæſtionum. q. 41. quem ſequitur Ioã. An. in addi. Specul. de reſcrip. præſen. §. ratione cauſæ. uerſi. quid ſi indubitatè. Allegat tex. hic, & ĩ. c. proxi. Et dicit Io. Andr. ꝙ uerè ſic ſeruarunt: quia ne fierent in lite, procuraturi reformatio literæ ¶ Secunda declaratio. Licet error circa expreſſionem diœceſis rei non uitiet reſcriptum, quando conſtat de corpore, ut ſ. tamen ſecus in errore commiſſo per actorem in expreſſione propriæ diœceſis. Ita expreſſè ſentit Io. An. ĩ. c. proxi. ſuper uerſi. cùm eſſes. quia tolerabilior eſt error in alieno nomine, quàm in proprio: argu. ca. ab excommunicato. ĩ. eod. & l. fi. C. de hæred. inſtitu. Et pro hoc facit: quia licet error in noĩe proprio alterius non uitiet diſpoſitionem, ſi de corpore conſtat, l. ſi quis in fundi uocabulo. de lega. j. tamen b ſecus, ubi eſſet error proprij nominis [b] ipſius diſponentis, quia uitiabit actum, d. l. fi. & ibi notant Bart. Bal. & Angel. C. de hæred. inſtit. & ibi pleniùs declarat Phil. Corneus in j. col. poſt Raph. ¶ Tertia de- 3 claratio. Quando † falſa demonſtratio dat cauſam conceſſioni, tunc etiam ſi conſtat de corpore, diſpoſitio non ualet. Lu. cõſil. 327. iſtæ ſunt rationes. in fi. per tex. in l. ſi pater. & in l. nec apud. C. de hæred. inſt. & in l. eam, quam. C. de fideicom. ubi eſt ex- c preſſum, ꝙ nulla [c] eſt inſtitutio hæredis, putà Titij, quãdo teſtator eum inſtituit, quia falsò ſibi fuerat demonſtratum eius fuiſſe filium, nec aliàs eum inſtituiſſet, & tamẽ conſtabat certitudinaliter teſtatori de corpore Titij. Et uide Scribentes in d. l. ſi pater. Et ita etiam põt intelligi l. j. ff. de nat. teſt. ¶ Quarta declaratio. Quando 4 † in actu requiritur, ꝙ conſtet nedum de corpore ſed ẽt de intrinſecis qualitatibus corporis, quia ad eas refertur implicite mens diſponentis, tunc error circa illa intrinſeca uitiat, ſi conſtet de corpore. Ita poteſt colligi ex deciſione Hoſt. in ſumma de baptiſmo. §. quæ ſit. uerſicu. quid ergo, ſi quis putet. ubi dicit, quòd ſi baptizans intendit baptizare maſculum, & ei imponat nomen Petrus, cùm ſit puella, non uidetur baptizatã ipſa puella, quia oportet, quòd mentio baptizantis fundetur ſuper uerò, ut per ſe ponit ibidem uerſic. ſed cùm paruuli. Secus, ſi de hoc non cogitabat, ſed ſimpliciter baptizabat, quia tunc uidetur baptizata, ut ibi per eum ¶ Quinta declaratio. 5 Licet † error nominis proprij non uitiet, ſi cõſtat de corpore, per prædicta, tñ error * in nomine appellatiuo uitiat, * d. l. ſi quis in

a *Quam nomen propriũ*] *Ad quod adde Bar. in l. quã habebat. ff. de re. dub.*

b *Error proprij nominis*] *Adde quod idem eſt in teſtamento. Bart. in l. fi. C. de hære. inſtit. in j. no. Adde, quod idẽ eſt error proprij nominis filij teſtatoris. Quod intelligo, niſi filius eſſet natus patre abſente, & nutritus: arg. l. Titius, §. Lucius. & quod ibi not. Bal. ff. de lib. & poſth. Adde do. Alex. in d. l. fi. C. de hæred. inſtit. in princ.*

c *Nulla*] *Adde tu, ꝙ ſi eſt falſa demonſtratio, quæ dat cauſam inſtitutioni, inſtitutio eſt nulla. Bart. in l. ſi pater. C. de hære. inſtit. Adde ad iſtam l. ſi pater. l. cum hic ſtatus. §. ſi. ff. de donat. inter uirum et uxo. quia debet probare ſe uxorem eſſe: aliter non ualet donatio. Et adde, quod illud, quod dicitur in d. l. ſi pater. C. de hære. inſtitu. in ultima uolũtate habet locum in contractu, ut not. Bald. in l. nec apud. C. de hære. inſtit. Adde, ꝙ idem eſt, quando relinquitur aliquid alicui ſub aliquo qualitate, puta, relinquo c. Titio ſacerdoti, debet probare ſacerdotẽ eſſe. Bald. in l. eam quã. C. de fideicommiſ. Et hoc modo limitabis illud, quod dicitur, quod error non uitiat, ſi conſtat de corpore. Iſtud uerum eſt, niſi falſa demonſtratio adſit, uel aliqua qualitas, quæ inducit ad illud faciendum, ut hic per exempla, poſita, quia tunc uitiaret error.*

* *Vitiat*] *Adde An & quando Error in nomine proprio uel appellatiuo uitiat, Oldr. conſil. 256. Quare autem error in nomine proprio non uitiet, ſed in nomine appellatiuo ſic, uide Bald. in l. ferendianum. C. de leg.*

in ſundi. Et iſtud limitatur quinque modis, quos reducit latè ibi Alexen.& eum aliter deſcribendum non duxi: quia multiplicata & magnificata ſunt opera ſua. Sed in quantum examinat copioſè opti. Hoſtien.in c. petitio.de procur. & ſaluat eam ſolùm in uno caſu, uidelicet quando ille, qui fuit conſtitutus procurator per illa uerba, Conſtituo te factorem meum, uel clericum meum, uel aſinum meum, fuiſſet præſens actui: quia tunc ualet mandatum, aliàs non, & inducit gloſ.ſing.in l.quæ extrinſecus. ff. de uerb.obl. ut per eum, quem uide, nam certè uidetur poſſe teneri dictum Hoſt. indiſtinctè, quòd etiamſi tale mandatum mittitur abſenti, ualet: quia qua ratione ualet mãdatum in hac forma præſenti, uidelicet quia conſtat de mente nõ obſtante æquiuocatione circa expreſſionem officij, profectò eadem ratione uidetur dicendum ualere mandatum in abſente, cùm ex uerbis mandati exprimentibus nomen proprium & appellatiuum procuratoris conſtet apertè de mente conſtituẽtis, licet circa denominationem officij procuratorij uſus fuerit uerbis improprijs: nam talis impropriet as uidetur tantum debere operari erga præſentem, quantum erga abſentem: & econuerſo. Non eſt enim æquiuocatio, uel ineptitudo uerborum in demonſtratione perſonæ procuratoris, ſed officij, licet debuiſſet dicere, Conſtituo te procuratorẽ. Non erat ſic in caſu l.quæ extrinſecus.cum gloſ. Nam ſi dico, promitto tibi equum abſentem, & ibi eſt bos, non ualet ſtipulatio: quia error nominis appellatiui inducit æquiuocationem in corpore. Secus ubi eſt præſens bos, & dico, Promitto iſtum equum: quia tunc propter præſentiam equi & abſentiam bouis conſtat de errore circa demonſtrationẽ, non circa corpus rei demonſtratæ. Et ideo hæc eſt una de illis limitationibus, in quibus error nominis appellatiui non nocet in re præſenti.

VLTRA ALEX. Qui multa allegat, ubi ſ. pro Hoſt. adde Bald. ſ. c. proxi. ubi dicit, quòd non refert, utrum procurator renuncians beneficio, dicat, renuncio tanquam procurator, uel dicat, Renuncio tanquam nuncius, quia ſimplicitas Canoniſtarum non facit differentiam in ſpeciebus nominum, ſed ius ciuile facit differentiam, ſecundum eum. Tamen in iſta materia uidetur, quòd idem ſit de iure ciuili, ſecundum eum per prædicta, & per j. dicenda. Et illud dictum Hoſt. ſequitur Ab.in d.c.petitio.& ſentit Abb.in c.in per tractandis.ibi, hæc procedunt.de ui.ca. Facit, quòd in ſimili dixit Bal.in l.teſtamentum.circa prin. C.de teſta. quòd ſi teſtator uocatis ſeptem teſtibus dicat, Vos eritis præſentes huic contractui, & hæredem inſtituit, erit teſtamentum, licet teſtator uocauerit ipſum contractum. Et idem ſi uocauerit ipſum codicillum, uel donationem. Circa quod uide Ioan.And.in addi. Spec. de inſtru. edi.§. compendioſè.addi. in c.ad intellectum.& Bald.in l.filij.ad fi.ibi, ſed ſi tabellio. C.fa.er.& in l.quærebatur. ff. de teſti.mil.& Paul. in l.nemo poteſt.j.colum.de legi.& in l.ſi. C.de codicil.& Bart.in l. j. in 16.q.ff.de iure cod.& Ange.in l.illud.§ tractus.ff. de iure codicil. Similiter etiam dixit Bar.in l. j.§. j. ff. quòd cuiuſque uni.no. quòd ſi uniuerſitas dicat, Facimus talem procuratorem, uel talem ſyndicum, cùm debeat dicere Actorem, non uitiatur conſtitutio, quia licet ſit erratum in nomine contractus, ſi tamen uerba de ſe contractum important, talis error non uitiat. Allegat l.ſi uno.in prin. ff.loca. ubi ponitur donatio pro tranſactione, & l.ſi olei. C.loc. ubi ponitur locatio pro contractu nominato, & l.2. de ſuſpect.tuto. ubi exponitur cura, ideſt tutela. Similiter dixit Bal.in l. ante ſententiæ.in ultim.q.C.quorum appel.non reci.quòd ſi iudex ita pronunciauit, Per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam dicimus & pronunciamus appellationem eſſe deſertam, iſta uerba iudicis non poſſunt facere, quòd interlocutoria ſit diffinitiua, & ideo appellabitur, ut ab interlocutoria. Et idem conſuluit Pet.de Aneb. non allegando Bar.conſil.mihi 339. Præmitto dicens, quòd licet iudex dixerit diffinitiuè, non tamẽ attenditur iudicis intentio, ſed natura rei adductæ in iudicio, quam non mutat, nec mutare poteſt æſtimatio iudicis. Allegat l.ex diuerſo.§. ſi in iudicio. ff. ſolut. matri. Similiter dixit Rota de appell.deciſ. 30. in antiquis, quòd ſi appellaui ad Bonifacium IX. & moritur, poſſum proſequi appellationem coram ſucceſſore, quia licet aliàs expreſſio perſonæ faciat diſpoſitionem non tranſmitti ad ſucceſſorem, ca.ſi gratioſe da reſcrip. in 6. tñ inſpecta mente appellantis uidetur potiùs noluiſſe adire Papam reſpectu dignitatis, quàm perſonæ. Sequitur Domi. confirmando dupliciter in d.c.ſi gratioſæ. Similiter dixit gl.in l. j.§.item illud. ff.ad Syl. quòd ualet inquiſitio non exprimens nomen occiſoris, dum modo conſtet de corpore, & ſequitur Aret. quem uide in §. quadrupli. Inſtit.de act. Idem dicitur de corpore occiſi, ut per gl.j. in c. libellorum.in uerſ. Caio. Seio. 2.q.8. eum conc. quas dixi in c. 2. uer. ſecunda concluſio. de libel.obla. Plura alia penè infinita poſſent in ſimili adduci ad probandum illud generale, de quo in c.intelligentia. de uerb. ſign. ubi non ſermoni res, ſed ſermo rei ſubijcitur, & quæ de impropriatione uerborũ libelli ſcribit Butr. in c.examinata. de iudic. cum concor. & facit in ſpecie. quòd not. Abb.in c.2.ibi, pone ſecundò.de libel. oblat. De errore autẽ nominis proprij, an & quando uitiet, proſequere, ut per Alex.in d.l.ſi quis in ſundi. j. col.

7 ET DVM Alex. iuxta hæc concludit, quòd † error confinium non uitiat diſpoſitionem, ubi de ueritate conſtat, [a] Allegando gl.in l.forma. in prin. ff. de cenſi.& Bal.in l. j.in prio. ff. de eden. & Bald.in l.etiam.in penult.col. C.de execut. rei iudic. Adde, quòd circa hoc ſcribit Oldr.conſil. 197. In conceſſione cuiuſdam donationis, ubi eleganter dicit, quòd ſi loquens incipit explicare conceptum mentis nominibus explicantibus numerum & menſuram, & tunc non uidetur actura de maiori quãtitate, quàm denotet numerus præmiſſus. Vnde ſi dico, Concedo tibi tot mẽſuras terræ expreſſis confinibus, licet inter illos confines ſit maior menſura, non ueniet, niſi quod eſt expreſſum. Allegat l.ſi quis teſtamento.in princ. ff. de leg. j. ¶ Aut incipit à nominibus deſignantibus certam ſpeciem, uel corpus determinatum: puta, cõcedo tibi totam inſulam, & in expreſſione menſuræ terræ eſt error, & tunc cùm adiectio menſuræ ſit loco demonſtrationis, dato quòd dicat de minori quantitate, quam ſit ille locus in ſpecie nominatus, illa falſa demonſtratio non nocet, & debetur. Et pro hoc inter alia allegat text. in l.ſi uẽditor. in prin. ff. de actio. empt. & gloſſ. in l.pe.§.fin. ff. eo.tit. Et hanc dec. Old. ſequitur Ioan. Andr.in addi. Spec.in tit. de empt. & uen.§. ſciendum.& Bald. in rubr. C.de contrah.empt. in 12.q. & Petr. de Anchar.I.col.& Abba.in fin. c.per tuas. de donat. & Salic.in l.2.C. de contrah. empt. & Paulus de Leaza. in repe. c.fin.uerſi. quid ſi minus reperiatur. de emp. & uen.& Alex. conſil. mihi 268. Viſo proceſſu cauſæ principalis. Et plenius per eundem conſil. mihi 492. Omnipotens, &c. uidetur fortaſſe ſub dubitatione &c. ubi uide. ¶ Et caue, quia eo caſu, quo eſt facta uẽditio fundi, & dictum eſt, quòd decem ſunt iugera, licet ſi ſint 12. intelligantur etiam eſſe uendita illa duo, tamen ſi fuit ſtatutum in uenditione certũ pretium pro quolibet iugere, debet emptor ſupplere pretiũ illorum, ſecus, ſi ſimpliciter fuit uenditus ager totus pro certo pretio, non impoſito pretio iugeribus, quia tunc non tenetur emptor pretium ſupplere, ſecundum Paul.de Caſtr. in l. ſi ſeruum.§. j. ff. de actio, empt. dicentem hæc eſſe quotidiana, & plures ſe uidiſſe dubitari. ¶ Poſtremo de materia prædicta, an & quando falſa demonſtratio uitiet in alijs materijs? dic, ut plene per Bartol. in d. l.demonſtratio falſa. & per omnes Scribentes in d.leg. ſi quis in fundi.& in l.ſi in nomine. C.de teſta. maximè per Ludo. ibi, & latè per Angel.& Aug. in lib. Maleſ. fol. 38. in uerbo, Caium Sempronij. 3. col. uerſic. quæro, quid ſi plures, quam ſufficiat. & Paul. in l.in teſtamento.la j. ff. de cond. & dem. & Bald. hic, & quæ allegantur in Apoſtillis Alexand. in d.l. demonſtratio. Vide, quod ipſe no. poſt Raph. I d.l. ſerui electione.§. ſi. in ſi. ff. de leg. j. ubi dicunt, quòd illud, quod dicitur falſam demonſtrationem non uitiare legatum, d.l.falſa. eſt uerum, quando eſt falſa in totum, ſecus, ſi in parte, quia uitiat illã partem falſam, per illum tex. quem Alexan. ad hoc extollit. Vide etiam Petr. de Aneb. conſil. mihi. 355. Viſa plena facti narratione. in pen. col. ubi ponit de teſte, qui dat duas demõſtrationes, quarum una eſt falſa, & allegat, quod not. Bart. in l. 1. ff. de dote præle.

a De ueritate conſtat] Ad quã materiam uide, et ad de do. Alex. de Imol. in ſuo conſil. 8. 4. parte. & Ang. Aret. in tractat. maleficiorũ. uerſic. in platea communis.

8 QVAERIT Compoſt. ſi † Papa mandat prouideri in diœceſi Bononienſi B. ſcholari Bononienſi, & ille B. ſit Paduanus ſtudẽs Bononiæ, utrum ualeat reſcriptum, uide-

ſus, quòd ualeat, per c.quia in cauſis. de procur. ubi Papa ſtudentes Pariſijs uocat ſcholares Pariſienſes. Item ſi dictio Bononienſi, reſpiciens illud nomen B. eſt falſa: ſi illud nomē Scholari, eſt uera: interpretemur ergo, ut res ualeat, c.abbate. de uerb.ſign. ¶ Contrarium tenet hic Compoſt. per hanc decretalem, & quia magis congruit negotio, de quo agitur ſcilicet de iſto beneficiando, q Papa uoluerit per illud uerbum Bononienſi, determinare locū originis potiùs, quàm ſtudij: nec in beneficiando quærimus, ubi ſtudeat, ſed unde ſit, ut ibi beneficietur congruentiùs, c.nullus. 61. diſt. & quo ties idem ſermo, &c. l. quoties. ff. de uerb.obl. Et talia reſcripta ſunt odioſa, c.quamuis. lo j. de præb. in 6. Et pro Compoſt. inducit Io.An. ſtylum curiæ, dum dicit de regno Alemaniæ, &c. & c.bonæ. lo 2. ad ſi. de poſt.præ. & gloſ. ſi. j. eo. ſi proponente. Ceſſarent autem rationes Compoſt. quando Papa ipſum B. ſcholarem Bononienſem mandaret beneficiari extra diœceſim Bononienſem, & tunc procedunt allegata priùs, ſm Io.An. & ſequitur But.Car.Imol. & Domi.hic, licet Ab. non tangat. Et ſubdit Bal. ſecus, ſi diceret Petro Bononiēſi, quia ſignificaret originem, quoniam uerbum debet naturaliter intelligi, & non accidentaliter. Allegat gl. in l. & reprobari. §. amplius. ff. de exc.tu. quæ incipit, Comaneus, idest de Comanea: ſicut ſi dico, Talis de Peruſio, intelligitur naturaliter, ſecundum eum. Habes ergo ex iſtis, q iſta uerba Titius Bononienſis, important, q Titius eſt ciuis originarius Bononiæ. Et ita gl. in d. §. amplius. circa quā uide Imol. in ſub. ſol. matr. & ibi Mod. Sed ſecus, ſi diceretur ſcholaris Bononienſis, quia ſi ſit ibi ſtudium, non infertur, quòd ſit ciuis, ſecus, ſi non ſit ibi ſtudium, per prædicta, quæ bene no. ¶ Eſt uerum q An. Sic. hic reprobat glo. in d. §. amplius. per d. c. in cauſis. ubi Papa ſtudentes Pariſijs appellat ſcholares Pariſienſes, & tamen non ſequitur, q ſint ciues Pariſienſes. Ergo nec iſta uerba Titius Pariſienſis, probāt eum eſſe Pariſienſem. ¶ Sed poteſt reſponderi, q ſi dicitur Titius Peruſinus, denotatur origo ex Peruſio: ſecus, ſi dico Scholaris Peruſinus: quia iſta denominatio qualitatis ſcholaſticæ poteſt congruere etiam non ciui, d. c. in cauſis. & ibi per Io. An. nomē enim proprium coniunctum cum nomine terræ, eſt magis aptum importare ciuitatem illius terræ, quàm cōiunctum cum qualitate ſcholaſtica, quando eſt ſtudium in illo loco. Inſiſtit etiam Aod. Sic. hic in reprobando Bald. ſed non intellexit ipſum: quia fortè habebat corruptum. Non enim loquitur, ut ipſe refert: propter quod impugnatio eſt ſuperflua, ut uidere poteris. Et circa iſta uide omnino Lud. in rub. ff. ſol. mat. io j. col. ¶ Vlteriùs tangit hic Abb. utrùm falſitas expreſſa circa expreſſionem beneficij, habeat uitiare, ſi conſtat de corpore, & refert Rotam, quæ hodie eſt poſita in tit. de præb. 19. in antiquioribus de eo, qui dicit ſacriſtiā eſſe dignitatem, cùm non eſſet: & pulchrè declarat c. ſuſceptum. de reſcrip. in 6. dando intellectum, quem multi ignorāt, ſecundum eum. Adde, quæ opportunè ſcripſi in c. ſuper literis. uerſic. limita quarto. ſ. eod. ubi Abba. eadem ponit. ¶ Vltimò dicit hic Io.An. q ſi impetrans ignorat diœceſim rei, & exprimat caſtrum, uel uillā domicilij ſui, prætermiſſa diœceſi, nō ualet reſcriptum, per c. ſtatutum. de reſcrip. in 6. ubi ponderatur diœceſis. Sed do. Ant. hic dicit, q nō uidet, quomodo illa decretalis repugnet, quando aliter conſtat de diœceſi. Et cum hoc dicto trāſit hic Imol. & dicit hic Domi. q dubitatio reſidet in hoc, an impetrans neceſſitetur exprimere diœceſim in reſcripto. Et iſte text. uidetur uelle, q ſic: quia dicit, q non fecerat mentionem aliquam de diœceſi. Vnde non poterat de iure conueniri, ſed dicit Domi. ſe non credere, q de iure arctetur impetrans ad expreſſionem diœceſis, nec c. ſtatutum, arctet ad hoc, ſed dicit, q debent cauſæ committi in eadē diœceſi, ſi ſunt eiuſdem actor & reus, præterquàm in caſibus ibi exceptis. Vnde ſi exprimit caſtrū per alias circunſtantias, ita quòd euitetur æquiuocatio, & conſtet de caſtro, licet non fiat mentio diœceſis, ualebit reſcriptum, quia ex quo non reperitur iure cautum, ut debeat fieri mentio de iſta qualitate, erit taciturnitas non uitiabit reſcriptum, iuxta no. per glo. in clem. j. de præb. Et ad iſtum tex. de facili reſpondetur, q hic expreſſerat malè diœceſim, & exurrexerat uitium, cùm iſte nō eſſet de diœceſi expreſſa, ſed de alia, non uenit, ſecundum eum. Et ſic remanet uera opin. glo. in c. noſſe. 63. diſtin. quæ dicit per illum text. quòd non uitiatur reſcriptum, licet epiſcopus nominetur nō ſub nomine cathedræ, quia ibi appellatur epiſcopus Imolenſis, licet ille epiſcopatus non haberet tunc ſedem Imolæ, ſed in caſtro ſancti Caſſiani, & uocabatur olim epiſcopus Cornelienſis, ſecundum Archi. ibi.

SVMMARIVM.

1 *Ciuitatis appellatione id ſolum intelligitur, quod murorum ambitu terminatur. & nume. 2.*

3 *Teſtator ſi legat mihi frumentum, quod eſt in ciuitate, non comprehenditur frumentum, quod eſt in comitatu.*

4 *In diſpoſitionibus non late, interpretatiuis, in quibus uerba debēt intelligi in ꝓprio ſignificato, unum non uenit nomine alterius. Et ſi unum uenit nomine alterius, hoc fit per extenſionem.*

5 *Verba debent intelligi cum effectu.*

6 *Statutum non intelligitur ſtrictè, ſi per hoc redderetur eluſoriū.*

7 *Ciuitas de ſua ſignificatione an comprehendat etiam portum.*

8 *Ciuitas in materia larga, quamuis ueniat appellatione diœceſis, ſecus tamen in materia ſtricta puta in literis ad beneficia.*

9 *Ciuium appellatione non ſolum comprehenduntur ciues, ſed illi de territorio.*

10 *Priuilegium ſi ſit conceſſum ciuitatibus, uel ciuibus regni, an extēdatur ad caſtra, & uillas, & comitatenſes.*

11 *Repræſaliæ conceſſæ contra ciues, an debeant exerceri contra comitatenſes.*

12 *Comitatini an ſua ſignificatione comprehendant ciues.*

13 *Priuilegium ſi datur diœceſi, uel hominibus de comitatu, an comprehendatur totus comitatus, uel diœceſis.*

14 *Filius quātūcunq; natus extra locum originis paternæ ultra ciuilitatem, quam habet ex perſona patris, efficitur ciuis loci originis propriæ.*

15 *Territorium qualiter diffiniatur.*

16 *Proprietas dicitur nudum dominium à formali uſufructu ſeparatum, & nume. 18.*

17 *Diſtrictus eſt id, quo arctatur, ſiue diſtinguitur originarius & incola.*

19 *Comitatus quid ſit, & uſquequò extendatur.*

20 *Ad euitandam nimiæ prolixitatis nauſeam ſufficere remittere ad loca opportuna, non extendendo quid in eis dicatur.*

21 *Foreſta quid ſit.*

22 *Hortus eſt locus ſine reditu, factus ad amœnitatem, & dicitur prædium urbanum.*

23 *Fouea, & foſſatum, quid ſint. Verba quando important, actum eſſe nullū, uel annullandum. Vide poſt nu. 23. uer. ultimo, ꝗa tort.*

24 *Verba, Latæ ſententiæ, quid importent. Verbum Cadat, quid importet. Poſt. nume. 24. uerſic. cadat.*

25 *Verbum futuri temporis importat latam à lege ſentētiam, quando eſt uerbum executiuum, ueluti Careat.*

26 *Verbum Fiat, eſt præſentis temporis. Verbum Subiaceat, quid importet. Vide poſt nu. 26. uerſic. ſubiaceat.*

27 *Verba, Careat uiribus, important ipſo iure. Verba, Nullas uires obtineat, quid importent. Poſt. nu. 27. uerſic. Nullas uires obtineat. Verba Sciat ſe excommunicatum, quid importent. Vide poſt num. 27. uerſi. ſciat ſe excommunicatum.*

28 *Verba, Excommunico te, ſunt latæ ſententiæ. & nu. 29.*

30 *Verba, Non obtineant roboris firmitatem, quid importent.*

31 *Verba, Nullus ei communicet, ſunt uerba latæ ſententiæ.*

32 *Verba, Nihil agit, hæc uerba inferunt nullitatem ipſo iure.*

33 *Verba, Sit anathema maranatha, ſunt uerba latæ ſententiæ.*

34 *Verba, Non facto, uel eo ipſo cadat, quid importent.*

35 *Sentētia declaratoria requiritur etiam in pœnis ipſo iure incurſis.*

36 *Vaſallus ſi commiſit cauſam, propter quam eſt ipſo iure priuatus feudo, tamen oportet ipſum priuari per ſententiam.*

37 *Et hoc limita, niſi factum eſſet ita notorium, quod nulla eſſet opus declaratione.*

38 *Item limitatur ratione fructuum, quia ad hoc, ut debeantur fiſco, non requiritur declaratoria ſuper priuatione ipſo iure impoſita, ſed ſtatim à die incurſæ pœnæ debentur.*

39 *Excommunicatus ad hoc, ut ab alijs debeat euitari, ut excommunicatus, opus eſt ſententia declaratoria.*

40 *Iudex ſi eſt excommunicatus & occultus, & non denunciatus, ſententia non ualet.*

41 *Citari debet pars, quando ſententia declaratoria profertur pœna incurſa. Hoc intelligitur & declaratur tribus modis, ut ſequitur hoc eo. nume. & nume. 42.*

43 *Ab hac tamen interlocutoria appellari poteſt.*

Capi-

CAPITVLVM XXXV.

RODVLPHVS. ¶ Per reſcriptum impetratum contra homines diœceſis, non poſſunt conueniri homines ciuitatis. H. D. Et totam materiam collige per quinque ordinatas & plenas concluſiones reſecatis ſuperfluis ſequendo 4. articulos tactos per dominum Abb. inſertis pluribus alijs ultra ipſum, & And. Sic. & additis alijs concluſionibus ultra illos quatuor articulos. ¶ Prima con-
1 cluſio. Appellatiõe † ciuitatis in materia ſtricta uenit ſolùm id, quòd murorum ambitu terminatur, & non ſuburbia, neque diœceſis. [a] Abb. hic in j. q. per cap. ſi ciuitas. à ſpeciali, de ſent. excommu. in 6. quamuis de ſuburbijs aliter dicerit ibi Io. An. Et dicit Arc. in c. felicis. de pœnis. in 6. quòd ciuitate priuata epiſcopo, nõ eſt priuata diœceſis. Vnde in ea poterit epiſcopus exercere epiſcopalia. Et fuit additio Arch. propter caſum d. Neapollionis Bononienſis: & ſequitur ibi Io. And. uer. ſed dubitatur hic. Dicunt tamẽ, ꝙ hoc egeret declaratione. Et dicit ibi Domi. in pen. col. ꝙ epiſcopus, qui tunc eſt, poteſt exercere pontificalia in loco non ſubdito illi ciuitati, ſed eo mortuo non eligetur alius ſine licentia Papæ: quia ea quo ciuitas eſt priuata epiſcopo, non poteſt diœceſis dici habere epiſcopum, etiamſi non delinquit, per c. ita nos. 25. q. 2. & facit, quod dicetur j. in prima reſtrictione huius concluſionis. Et de hoc dicto Arch. & Io. And. meminit Petr. de Anch. in repe. regulæ, acceſſorium. ibi, prò & contrà facinnt notata. de regu. iur. in 6. ¶ Similiter dicit Bal. hic, ꝙ ſi quis impetrat primam uacaturam in ciuitate, non continetur eccleſia ruralis. Pro quo uide gl. j. in c. ſi. de præb. quæ dicit, quòd literæ ad uacaturam in ciuitate, non comprehendunt uacaturam in diœceſi, niſi exprimatur. ¶ Et iſtud ampliatur
2 ex alio dicto Bal. hic paulo antè, etiamſi † ciuitas eſt aucta poſt impetrationem, adeo quòd noui muri attingunt quandam eccleſiam ruralem, propter gl. ſi. in l. ſed & reprobari. §. ſi. ff. de excuſ. tut. quam appellat ordinariam: & facit lex, in lege, ff. de contrah. empt. Quod not. ad cle. ſin. de reſcrip. ¶ Similiter dicit hic Bal. ꝙ ſi ſtatutum dicit, quòd maleficia commiſſa in ciuitate puniantur arbitrio poteſtatis, iſtud Arbitrio, non extenditur ad maleficia commiſſa extra ciuitatem: quia eſt extraordinarium, & contra ius commune,
denotant per ſententiam. per tex. ibi, & in auth. principales.
C. de iur. cal. & gl. in c. fi. de iu. cal. in ibi per eum. Sequitur
Pau. de Caſt. conſi. 21. Super primo quæſito. Sed quod imo deno
tent dicta uerba lata à lege ſententiam, uide Dom. in c. 2. in
fi. de confeſ. in 6. quia iſta uerba, Habeatur pro tali, lata ab
eo, qui habet poteſtatem inducendi qualitatem, æquipollẽt
iſti, Eſſe talem. Patet in c. ex patre, de ſponſ. & in c. tãta. qui
filij ſint leg. Ergo idem eſt dicere, Habetur pro confeſſo, quod
dicere, Eſt confeſſus, ſecundum eum: requiritur declarato-
ria iudicis, quæ declarat eum eſſe confeſſum, ſecundum eũ.
Allegat Bar. in d. l. eius, qui delatorem. Sed non aduertit ad
alia uerba Bar. dum tenet de directo contrarium eius, quod
tenet Dom. Et propter authoritates primò adductas multi
tenerẽt, quod eſt dictum, uidelicet quod hæc uerba, Habea
tur pro priuato, denotent per ſententiam, per d. l. eius, qui.
& per alia iura. Et iura allegata per Dom. loquuntur in ma-
teria, quæ non requirit ſententiam, ſed ſolum animum di-
ſponentis. Et pro opi. Bar. uide omnino Bal. in c. 1. in fi. de
lit. conteſta. ubi pro ipſo adducit, quia ubicunque ponitur
uerbum, Habeatur, intelligitur per ſententiam, quia eſt fu-
turæ ſignificationis, niſi adiungeretur uerbum Sit, ut ſi ſta-
tutum diceret, Habeatur & ſit, ut l. ſi tutor. C. de inter. ma.
Et ſimile dicit Bal. in l. conſtitutione. ff. in fi. prin. de ſtatuto
dicente, Talis habeatur pro ciue & ſit. In aliquibus tamen
libris Bal. in d. ca. 1. utitur uerbo Habetur, ſed puto, quod uelit
dicere Habeatur: & ſi dicit Habetur, eſt etiam no. deciſio, quod
lex dicens, qui non ſic fecerit, habetur pro confeſſo, quod in-
telligatur per ſententiam, quod non credo, quod ſit præſentis
temporis. ¶ Et quid importent iſta uerba, Habeatur pro ta-
li, uide in alia materia Bar. in repe. l. ſi is, qui pro emptore.
ff. de uſucap. Bar. in l. ſi maritus. in 2. §. 1. ff. de adul. But. in c.
nuper. in fi. de biga. Dom. in c. in nomine Domini. 23. diſt.
Bal. in d. conſt. ff. cum ſimilibus. Et caue, quia pro opin. Do
mi. in d. c. 2. quod dicta uerba, Habeatur pro tali, denotent ipſo
iure, facit, quod dico ĩ. in uer. ſed declaratoria. firmando, quod
in caſu d. c. 2. de confeſ. in 6. ille habeatur pro confeſſo ipſo
iure, nec ſit opus ſententia, niſi neget contumaciam. Et te-
nendo hoc tollitur fundamentum Matheſi. de d. §. quod cõ-
ſeruari. qui loquitur in terminis c. 2. Tamen cogita propter
uarietates prædictas non concordatas à Modernis. ¶ Sciat
ſe excommunicatum, niſi fecerit hoc, iſta ſunt uerba latæ ſẽ-
tentiæ in caſu inobedientiæ. Dom. in c. 1. 2. q. 3. & in c. En-
gelrundam. 3. q. 4. per c. 2. de teſti. cog. & c. præterea requiſi-
ſti. de ap. & c. excommunicationi. de rap. & per d. c. Engeltru
dam. in uerbo, noſcas te excommunicatum. ¶ Excommuni-
28 co † te, eſt latæ ſententiæ, gl. pe. in ext. auag. Benedicti XI.
in electionis. Et ita intelligitur c. 1. de depoſ. & c. Salonita
næ. 63. diſt. Et hoc eſt indubitatum. Secus, ſi dicitur Excom
municationem ſe nouerit incurſurum, per cap. relatum. de
iure pa. & alia, de quibus ibi. Et uide tex. in uita beati Bene
dicti abbatis, uer. nam nõ longè ab eius monaſterio. ubi di-
xit beatus Benedictus. Corrigite linguam ueſtram, quam ſi
non emendaueritis, excommunico uos. Et dicit Hiſtorio-
graphus, quam uidelicet excommunicationis ſententiam
non proferendo intulit, ſed interminando, quaſi uelit dicere,
quod fuerit comminatio de excommunicando, non autem la-
ta ſententia, ut in ſimili per gl. c. 1. de fagit. & in c. ſicut tuis.
de ſimo. cum ſimi. Tamen illud uerbum Excommunico, e-
rat præſentis temporis, & erat ac ſi diceret, Ex nunc, prout
ex tunc, excommunico, ſi non obedieritis, ut firmant om-
nes in d. c. præterea requiſiſti. Cogita ſuper illo tex. nunquã
ad hæc allegato. ¶ Publicata ſint bona, intelligitur ipſo iure,
ſecus, ſi dicit Publicentur. Barto. in l. 1. ff. ad l. Iul. de ui. pri.
¶ Non ualeat ſine ope exceptionis, æquipollent iſta uerba
iſtis, Non ualeat ipſo iure, glo. in cle. 1. de reſcr. in uer. ipſo
iure. & ibi Abb. in fin. ¶ Caſſum & irritum, importat ipſo iu
re. Bal. in l. non dubium. uer. ſextò not. per illam text. C. de
leg. ¶ Amittat, importat per ſententiam, ſecus, ſi dicit Amit
tit. Bal. in c. 1. §. 1. ad fi. de feu. ſine cul. non amit. niſi aliud
ſit alibi declaratum, prout in exemplo, de quo ibi. Item de
uerbo Perdat, & de uerbo Amittat, conſuluit rer do. Card.
loquens de uaſallo, qui infra annum & diem non petijt in-
ueſtituram: notat uerba iurium feudalium de hac materia
loquentia, ut ipſe ponit conſil. 94. Nobiles uiri domini de
Vincigneria. in 3. dubio, & conſi. 76. dominus Abbas ſancti
Benedicti de Mantua. in 1. dubio, & conſi. 154. io q. quæ uer
titur. & etiam Pau. de Caſt. conſi. 157. Quæſtio iſta uertitur.
ad fi. Et de hoc uerb. Amittat, dixi etiam ſuprà, in princip.
huius materiæ. Et dicit ſing. Car. in d. conſi. Nobiles uiri. quod
licet quædam bulla Apoſtolica diceret, Deuolutum fuit, lo-
quendo de feudo, cuius inueſtituram non petierat uaſallus,
tamen debent illa uerba exponi Deuolutum, ſ. eo modo,
quo ius diſponit, ſ. quo ad poteſtatem reuocandi. Quod no.
bene. Et facit c. cauſam. cum concor. ibi datis ſ. eo. ¶ Nullas
uires obtineat, important latam ſententiam. But. in c. ad au
res. ſ. eo. facit l. v. C. quando prouo. non eſt neceſſ. quæ eſt
melior de iure, ſecundum And. Sic. in cle. 1. de elect. ¶ Eo ip
ſo, importat abſque alia ſententia, ſecundum Zenze. in d.
cle. 1. per illum tex. pro quo allegat etiam ibi Card. c. nullus.
29 & c. ſi religioſus. de elect. in 6. ¶ Quoties † ratione ſtatus eſt
incompatibilis quis, priuatur eo caſu ipſo iure. Bald. in cap.
1. §. qui clericus. in princ. ſi de feu. ſue. contro. io ter do. & a-
gna. ibi in tex. loquitur de uaſallo effecto clerico, uel mona-
cho, qui feudum amittit, & tunc dicit Bald. quòd feudum
amittit ſine alia licentia per dictam rationem. Et ita dicit eſ
ſe tex. not. ibi in uerbo, hoc ipſo. Quod not. ad ſimilia: quia
etiam ubi non eſſet illud uerbum, Hoc ipſo, onis Bal. quòd
incompatibilitas inducta per mutationem ſtatus, inducat
priuationem ipſo iure. ¶ Præcipimus, & omnino contradici
mus, ſunt uerba latæ ſententiæ. Domi. poſt Archid. in capit.

præter

præter hæc. 32. diſt. Dicunt enim, quòd ille text. prohibens
dictis uerbis, nulli missam cantent, ſuſpendit ipſo iure, &
ſententiam profert. ¶ Sine aliquo facto, uel aliqua ſententia
cadant in malitiam, denotant latam ſententiam, l. fi. C. loca
ti. ¶ Debet litem perdere, denotant per ſententiam: ſecus, ſi
dicit, lis perdita ſit. Bar. in l. j. §. 1. quaſi in medio. ff. de calū.
¶ Interdicimus, eſt latæ ſententiæ: glo. 1. in c. peſſimam. 24.
q. 7. poſtea exponit, id eſt prohibemus. ¶ Literæ de iure non
obtinent: exponitur illud De iure, id eſt ipſo iure: Ioan. An.
poſt Goff. in cap. cæterum, de reſcrip. exponendo antiquam,
quæ ſic dicebat ibi. ¶ De iure non tenet, Importat, id eſt, ip-
ſo iure. Ita nolunt expreſsè prædicti, dum dicunt illud De
iure fuiſſe reſecatum in cap. cæterum. ne denotaret ipſo iu-
30 re. ¶ Non † obtineant roboris firmitatem, denotat irritum
ipſo iure. Domi. in d. c. cæterum. per cap. ne captandæ. de cō
ceſ. præben. in 6. niſi per alia iura declararetur, quòd denotent
per ſententiam, ut in d. c. cæterum. ubi ſunt talia uerba, iun
cto c. ſi autem. eod. tit. ubi per negligentiam annalem ille li
teræ conualeſcunt: quod non eſſet, ſi à principio eſſent nul-
læ: regula, non firmatur lib. 6. ¶ Nouerit ſe ſuſpenſum, eſt fe-
rendæ ſententiæ. Domi. contra Imo. in c. 1. §. fi. de elect. in 6.
quia ubi participium præteriti temporis iungitur ſubiuncti
uo, quod poteſt eſſe modi præſentis & futuri, exponitur, id
eſt futuri: & ſic ferendæ ſententiæ, per regulam, in pœnis,
cum glo. libr. 6. niſi ex uerbis diſpoſitionis conſtet, quòd ue
lit eſſe latæ ſententiæ, ut fuit in dict. capitu. 1. ubi tex. addit,
quòd ſi poſtea adminiſtrat, ſit priuatus ipſo iure: & ſic apparet,
quòd ex quo punit eum de adminiſtratione, quòd uult eſſe
canonem latæ ſententiæ, de quo etiam dicit eſſe tex. optimū
in c. quiſquis. de elect. Aliàs ſi non appareret per ſequentia,
quòd ſit latæ ſententiæ, erit ferendæ per dictam regulam, &
per no. in c. 1. de iur. cal. Quam doctrinam no. ad multa in
hac materia. ¶ Denuncia talem ſuſpenſum. Hoc mandatum
ſuperioris inducit ſuſpenſionem ſimul & ſemel. Fran. de A-
re. egregiè in c. tam literis. de teſti. per illum tex. ubi licet il-
li non eſſent ſuſpenſi ipſo iure, tamen Papa committendo
executionem ſententiæ ſuſpendit per dicta uerba. Cum e-
nim procedatur imponendo hanc pœnam ſine proceſſu, &
figura iudicij, poteſt iudex incipere ab executione, & com-
mittendo executionem uidetur pronunciare. Nec habet tūc
locum l. j. C. de exec. rei iu. prohibens incipere ab executio-
ne, ut tradit Bartol. in extrauagan. ad reprimendum. ſuper
uerb. ſigna, ſecundum eum. Quod nor. ¶ Fruſtra aliquid fie-
ri, denotat, quòd actus erit ipſo iure nullus. Sal. in l. quam-
uis. ad fin. C. de adul. per l. cum ea. & l. donationis. C. de trā
ſact. & idem not. Anto. de Alex. doct. Neapolitanus, in d. l.
cum ea. notans, quòd dictio Fruſtra, ſignificat actionem ip-
ſo iure non competere, quod dicunt aliqui probari in l. pen.
§. ad crimen. ff. de pub. iudic. ubi dicitur, iudicium crimina-
le agitatum cum procuratore, eſſe ipſo iure nullum, propter
uerbum Fruſtra, ibi poſitum. Et eſt ponderatio Salic. licet ip
ſe non dicat, in d. l. quamuis. Et idem dicit Domi. in capit.
1. ult. col. de accuſ. in 6. ponens poſt Ioan. And. uim huius di
ctionis Fruſtra, quæ ſonat, In uanum, In caſſum, & ſine effe
ctu. Aliquid Firma. in uerbo, Fruſtra. Et uide Imo. in d. §. ad
crimen. in pe. char. ubi poſt Bald. firmat hanc dictionē Fru-
ſtra, denotare nullitatem ipſo iure. Et licet det poſtea caſus,
in quibus teneat iudicium criminale agitatum cum procu
ratore in cauſa criminali, ſi pars non oppoſuit, tamen non
mutat ; quod dixit de uerbo Fruſtra : quia, ut ipſe dicit in
uer. nec obſtant contraria : uariatur quandoque ſignificatū
uerbi ratione ſubiectæ materiæ. Et ſic uult, quòd propter ſal
uationem aliorum iurium dictio Fruſtra, mutet uim in il-
lis caſibus : cum quo tamen ſtat, quòd de ſui natura ſit an-
nullatiua in continenti non reſiſtente ſubiecta materia. Et
ideo ſentit Ana. in c. quia fruſtra. j. char. de uſur. Eſt uerum,
quòd Domi. in c. j. circa fin. de iudic. in 6. dixit, quòd dictio
Fruſtra, non denotat ipſo iure. Vnde uariat ab opi. Legiſta-
rum in d. §. ad crimen. & inducit d. c. quia fruſtra. & eum ui
detur ſequi Mari. in repe. c. ueniens. 26. char. uer. dominus
Dominicus. de accuſ. addens et tex. & Bald. in l. j. C. de non
nu. pec. Tamen prædicta fortè præualerent, per ea, quæ ipſe
Domi. dicit in d. c. 1. de accuſ. Et ad c. quia fruſtra. poteſt re-
ſponderi ex dictis Ana. ibi, uel ad illum tex. Et ad d. l. j. po-
teſt dici, ut etiam dicit Abba. in d. c. ueniens. ulti. col. quòd
ſubiecta materia elicita ex alijs iuribus, mutet quandoque
uim propriam uerbi Fruſtra, ſicut & aliorum, ut dictum eſt.
Multa alia ſignificare poteſt dictio Fruſtra, de quibus per Al
be. in Dictio. in uerſi. fruſtra. ¶ Omnibus modis, id eſt, ipſo
iure, etiamſi iungeretur hoc uerbum uerbo futuri temporis,
Ange. in authen. ut defun. ſeu fu. per illum text. Lud. in ſin-
gul. 2. Maria. in c. Iudæi. lo a. C. de Iudæis. ¶ Irritum ſit, & re
tractetur: denotant hæc uerba nullitatem ipſo iure, & irrita-
tionem de facto fiendam. Text. & Archi. in capitu. irritam.
3. q. 6. ¶ Alioquin excommunicatum te eſſe cognoueris, im-
portat ipſo iure. Bald. in l. qui uolebat. ff. de hære. inſti. per il
lum text. & per capitu. præterea. de ap. ¶ Noueris te anathe
mate percuſſum, eſt latæ ſententiæ. Gloſſ. penul. in capi. quo
31 niam. de offi. ord. & ibi Doct. ¶ Nullus † ei communicet,
eſt latæ ſententiæ. Car. in clemen. fin. in princip. in 3. q. de
ſent. excom. ¶ Eo ipſo, protinus, prorſus, funditus, ſunt latæ
ſententiæ. Domi. in cap. quàm ſit. in fi. de elect. in 6. ¶ Mox,
eſt latæ ſententiæ. Angel. in l. idemque. § ſicut. ff. qui po. in
pig. ha. & in authen. de inceſt. nup. in prin. & ibi. ¶ Alias po
teſtatem tibi noueris interdictam, denotat abdicationem po
teſtatis ipſo iure. Old. conſi. 291. Hæ ſunt rationes. ¶ Nul-
lius ſit momenti, denotat ipſo iure actum eſſe nullum. Car.
conſi. 138. Ad quendam in carcere. Inferens, quòd obligatio
carcerati eſt ipſo iure nulla, per l. qui in carcerem. ff. quod
met. cau. in uer. nullius momēti. quæ uerba, ut ſint cum mi
niſterio, iuxta c. ſi Papa. de priui. in 6. ſonant nullius momē
ti, id eſt, nullius uigoris, per c. ordinarij. in fi. de off. or. in 6.
ubi hoc not. Archi. & pro hoc ff. de hære. inſtit. ſi quis Sem
pronium. in fi. ſecundum eum dicentem, caſum l. qui in car
cerē. debere addi ad alios, in quibus obligatio facta per me-
tum ipſo iure, non tenet, qui no. ff. quod met. cau. l. ſi mu-
lier. §. ſi dos. ¶ Sit excōmunicatus, importat ipſo facto. Bald.
In l. j. C. de ſecun. nup. dicens, quòd in illo tex. uerbum, Sit
infamis, eſt latæ ſententiæ. Vnde infert, quòd ſi ſtatutum di
cit, qui ſic fecerit, ſit bannitus contrafaciens eſt ſtatim ban
nitus. Sentit glo. ord. in c. quicunque. in uer. innodetur. de
hære. in 6. niſi proferatur in materia, quæ per alia iura indu-
cat excommunicationem per ſententiam, ut per Abb. in c.
a. in fi. de ſo. comp. propter glo. ibi, quæ dat ſingul. intelle-
ctum ad c. 1. cum ſeq. 50. diſt. Similis glo. in c. ſi quis ex cleri
cis. in uerb. ſit. de oit. & ho. cle. Cogitabit, quibus iuribus ſit
declaratum, quòd illa capitula, quæ ſunt 50. diſt. ſint feren-
dæ ſententiæ, adeo quòd per ipſa oporteat Impropriare illud
uerbum præteritū. Et iſtis adde glo. in c. licet canon. In uer.
ſit priuatus. de elect. in 6. quæ exponit ipſo iure: & uide glo.
Matthæi 18. quæ exponit illa uerba, Sit tibi ſicut Ethnicus
& Publicanus: id eſt, ſeparetur ab alijs fidelibus per excom
municationem: & ita etiam exponunt Docto. in cap. nouit.
de iudi. uolentes, quòd per illa uerba non eſſet prolata ex-
communicatio ab Euangeliſta, fortè, ut puto, quia excom-
municatio formalis non eſt de more Euangelij, non autem,
quia illa uerba præſentis temporis nō ſint apta denotare la
tam ſententiam, ſi proferuntur ab excommunicante. Vnde
dicit alia gloſſ. ſuper illo tex. ut refert ſanctus Thom. de A-
qui. in ſuo continuo, aliàs dicitur cathena aurea ſuper Euan
gelijs. Poſt hæc omnia ſequitur excommunicatio, quæ fie-
ri debet per os eccleſiæ, id eſt, per ſacerdotem, quo excom-
municante tota eccleſia cum eo operatur. Vel dicamus, quòd
illa uerba non important excommunicationem latam, ſed
ferendam, quia excommunicatio non infertur, ut quis ſe-
paretur à communione unius tantum, ſicut eſſet ibi, dicen-
do, Sit tibi, ergo non alijs. Ideo ille corrigens habebit illum
pro ethnico, id eſt, peccatore ex tunc, Reliqui autem poſt ex
communicationem à prælato latam. Et ita illud uerbum Ti
bi, notat etiam Origenes, ut refert Tho. ubi ſupra, in fi. quā
uis Aod. Sic. in d. c. nouit. fol. ult. uelit, quòd Euangelium ſta-
tim illum excommunicet propter illud uerbum præſentia
32 temporis. ¶ Nihil agit. Iſtud † uerbum infert nullitatem ip-
ſo iure. An. Si. in c. ſuper literis. ē. eo. per tex. & Bald. in l. niſi.
ff. de tu. & ra. diſ. & in l. ſi in uer. nihil agit. ff. de lib. & poſt-
hu. In quibus locis dixit Bal. per illum tex. quòd iudicium ſun
datum in libello inepto eſt nullū, quia tex. dicit, nihil agit.
Et iſta ēt ipſe Ang. ponit in c. prudentiam. in prin. de of. de-
le. exclamans de illo tex. ad hoc propoſitū, in uer. nihil agit.
Et alia ēt allegat. Limita ex tex. & quod ibi Bar. in prin. in
l. ſi quis obrepſerit. ff. de fal. retuli ē. eo. nonnulli. §. j. in 3. am
pliatione, & faciunt, quæ dicta ſunt ē. de uerbo, fruſtra agit.

in ciuitate, aut eſt propinquum ruri, & tunc dicitur factum in rure, arg.l. quæ religioſis.ff.de relig. & ſump.fu. ¶ Declaratio quarta. Habens iuriſdictionem in territorio cohærente mari, habet etiam in ipſo mari, & in inſulis, quæ diſtant modico ſpatio à territorio. Bartol. in tract.de inſula. uerſic. ad quod uidendum eſt per.l.notiorem.§.1.ff.de uerb.ſign. ubi inſulæ, quæ à prouincia modico ſpatio diſtant, dicuntur illius prouinciæ, ſicut inſulæ Italiæ. Putat autem Bar. modico diſtare ſpatio mare & inſulas, quando diſtant per centum milliaria. Vicinus enim locus dicitur,l.4.§.ſi tam uicinum.ff.de dam.infec. Cui conuenit c. nonnulli. §.1. ī. eod.ubi dicitur, quod infra duas dietas non dicitur locus remotus. Conſtat autem, quòd centum milliaria per mare minus eſt duabus dietis, ſecundum ipſum. De quo facit feſtum Bar.Cep.in tract. De ſeruitutib. ruſt.fol.55. ſub rubri. de mari, ubi pulchrè ſcribit dicēs, ſe habuiſſe de facto,& obtinuiſſe, ꝙ quidam eſſet malè captus, tanquam in mari dominorum Venetorum, cum ille locus maris diſtaret ab eorū territorio ultra centum milliaria. Ad quòd etiam inducit dicta Ang.in d.l.ſi inſulæ. dum dicit, ꝙ locus maris attribuitur illi territorio, cui eſt propinquus. Adde etiam iſtis cōſilio Abb.conſil.in ordine meo,159. Venio ad quartum dubium. in fi.ubi cōſuluit pro duce Auſtriæ, ꝙ portus poteſt acquiri per præſcriptionem. Et ſic etiam ius exigendi uectigalia in porto. Reliqua autem de mari uide per Cæpolam in d.uerſi. cum duobus ſeq.ubi ponit de littore maris,& de portu. Sed prædictorum accumulationem habeas pro noua & utili ad apoſtillandum Dominic.in d.§.porto. ¶ Tertia concluſio.

8 † Quamuis in materia larga appellatione diœceſis ueniat ciuitas,[a] ut in iuribus ſ. allegatis, maximè in uer.ſecundò limita. tamen ſecus in materia ſtricta, puta in literis ad beneficia, ſecundum Hoſt. Ioan. An.Butr.Imol.Ab.& Domi.hic,& Compoſt.ī.eo.abbatem.& Arc. in c.quamuis. lo ȷ.de præb.in 6.& eſt gl. fi.in d.c.accepimus. in uerbo eccleſia. in fin. de ætat.& quali. Et probatur in d.c. quamuis.cum ſua gl.& Idem in priuilegijs odioſis, uel quæ ſunt in præiudicium tertij; ſecus in priuilegijs non odioſis, ſecundum Ab.hic per notata in c.olim.de uerbor.ſigni.& per gl.in c.ſi canonici.de offic.ord.in 6. Vult allegare in c.ordinarij.eod. tit.& li.in uer.diſpenſationes. quæ facit differentiā inter beneficia principis odioſa, & non odioſa. Et eam ſequitur etiā Ab.in c.dilecti.de foro compet.& dixi ſatis plenè in c. cūm. uerſic.quarta declaratio.ī.eod. Et pro iſta concluſione facit tex.cum gl.in c.ſi.in uerbo, ciuitate.de præb. quam ad hoc ibi no.Imol.& Ab.allegantes etiam glo.in d.c. accepimus. ¶ Et ſubdit Imol. ꝙ iſta concluſio procedit etiam in priuilegijs, cùm illa ſint reſtringenda, quatenus concernunt præiudicium tertij, per c.ſuper eo.de offi.deleg. & de hoc aliquid ī.prope uer.aduerte etiam,&c. ¶ Et ſi ſit mentio de diœceſi in iure communi, uidetur etiam comprehendi ciuitas, ut uoluit gl.2.in c.j.de re.permut.in 6.ſecundum eum. Et ipſum etiam ſequitur Abb. in c. cùm contingat.in 2. uot. de for.compet.ubi nonus text.ad hoc. Et illam gloſ.not.etiam Domi.in d.c.j.ſubdens, quòd illa gloſ.non intendit dicere, quòd reſcriptum ſub uerbo Diœceſis, includat ciuitatem, ſed intendit, ꝙ impetraretur reſcriptum in ciuitate ſuper beneficio uacaturo per id, quod dicitur ibi de impetrante in diœceſi. Idem diceremus de impetrante in ciuitate. Et ſic uerbum Diœceſis poſitum in text. non intendit excludere ciuitatem, ſi daretur iſte caſus impetrationis in ciuitate. ¶ Et ad iſtam concluſionem uide etiam Domi.poſt Io. And. & Io.de Fan.in d.c.quamuis.§.j.poſt prin.de præb.in 6.ubi dicit, ꝙ ideo exprimitur ibi ciuitas & diœceſis: quia non expreſſo reliquum non includitur in literis beneficialibus, ſicut nec in reſcriptis ad lites, ut hic, & per gl.in d.c.accepimus. Dicit etiam poſt Ioā. de Fan.quòd uerbum Diœceſis, comprehendit ciuitatem, quando exprimitur à lege, uel conſtitutione. Allegat c.j.cum ibi not.de offic.ord.& glo.2. in d.c.j.de re.permu. Secus, ſi ponatur in literis Papalibus, ut hic. Et uide Imol.in clem.j.de ſeq. poſ.& fru. ubi dicit, ꝙ uerbum Diœceſis, in priuilegijs comprehendit ciuitatem, ut no.in c.j.de offic.ord. Secus in literis contentioſis beneficialibus, ut hic, & in c.accepimus.de ætat.& quali. & not. ſingu.ſecundum eum,in c.j.de re.permut.in 6. Et uide Butr. in d.c.accepimus.in ult.not.ubi colligit ex gl. præallegata, ꝙ iſte tex.habet locū in literis ad beneficialia. Et dicit Bald. in c.j.penul.col.de offic.ordi. ꝙ licet in conſtitutionibus & priuilegijs ciuitas contineatur ſub nomine diœceſis, ſecus eſt in reſcriptis contentioſis, ſecūdum Io.An. Et ſi ſtatutum punit ſpoliantem aliquem in diœceſi, includit ſpoliantem in ciuitate. Sed ſi ſtatutū loqueretur prohibitiuè, ut nemo exeat de diœceſi,non comprehenditur ciuitas. Vnde exiens de ciuitate non punitur, ſi non exit de diœceſi. Eſt autem diœceſis territorium epiſcopi, ſecundum eum. Vide etiam Card.in cle.dudum.uer. ciuitates. in j.q.de ſepul. ubi ponit diffinitionem ciuitatis. ¶ Not. etiam, quòd ſi eſt datus primus iudex ſuper præſtimonijs ciuitatis & diœceſis, & ſurrogatus fuit ad eam cauſam alius, non facta mentione, niſi de præſtimonijs diœceſis, nihilo minus cognoſcere poterit de præſtimonijs ciuitatis. Aegi. Belle.concl. 148. Si primus. per l.qui ex uico. ff.ad munici. Reſpondet ad iſtum text. ꝙ eſt ſpecialis caſus in noua impetratione reſcripti ad partes & ad lites. Allegat gl.2.in d.c.j.de rer.permut.in 6. Secus in commiſſione, quæ non eſt noua, nec uoluntaria, ſed iuſta & fauorabilis, ut ibi per eum: quod nota ad multa. ¶ Eſt uerum,[b] ꝙ ſolus And. Sic. hic reprehendendo communem opi. uoluit, ꝙ imo literæ ad beneficia, includant ciuitatem facta mentione diœceſis. Et ad hoc facit octo motiua, ne tempora ſua uideantur fuiſſe fruſtratoria, ſed quia parum urgent, ideo non puto de eis curandum. Tamen ut ſcias illa motiuis reſpondere, deſcendo ea ſimpliciter, adiecta unicuique breui ſolutione. ¶ Primò ponderat uerba Bar.in l.urbis.ff. de uerbor.ſig. ubi ſentit, ꝙ in beneficijs appellatione ciuitatis uenit totum territorium, & appellatione diœceſis uenit ciuitas. ſol. Concedo, ꝙ in beneficijs uenit ciuitas, capiēdo beneficium eo modo, quo in l.beneficium.ff.de conſt.prin.& in regula, indultum.de re iu.in 6. & in c. cùm dilecti. de do. Non tamen loquitur Bar.in literis ad beneficia: quia licet ſint beneficia principum, tamen ſtrictè interpretantur, cùm ſint ambitioſæ, ut expreſſè dicitur in cap. quamuis.lo j. ¶ Secundò inducit gloſ.in cle.ut hi,qui.de ætat.& quali. quæ dicit, ꝙ appellatione capituli uenit caput. Ergo in ſimili appellatione diœceſis, uenit caput, & ſic ciuitas. ſol. Gl.ibi,in uerbo, eiſdem. in ſi.uult contrarium in materia reſtringibili. Sic facit pro opinione cōmuni: & de ea dixi in proœmio Decretalium, ponendo quando appellatione collegij ueniat caput. ¶ Tertiò inducit l.j.§. cum urbem.ff.de offi.præf.urb.ubi commiſſa cura ciuitatis,eſt commiſſa cura diſtrictus. Ergo idem econtrà. ſol. Illa lex loquitur in materia larga: & ita illam l. allegat hic Abba. in fin. primi membri. ¶ Quartò inducit gl. in d.c.j.de re.perm. l.6. nam tex. loquitur de eo, qui impetrat in diœceſi.& gl.dicit idem, ſi impetrat in ciuitate. Ergo in impetrationibus beneficiorū, ciuitas uenit appellatiōe diœceſis. ſol. Non dicit glo. ꝙ expectans in diœceſi, expectet in ciuitate, ſed ꝙ ille text. loquens de expectatore in diœceſi, procedit in expectatore in ciuitate. ¶ Quintò allegat Hoſt.in c.j.de offi.ord. ſol. Ab. reprobat ipſum ibi,in j.col.& hic. ¶ Sextò adducit:nam de iure communi appellatione diœceſis uenit ciuitas,ut ſ.dictum eſt, & probatur in c.cùm clerici. de uerb.ſig. Sed non reperitur lex aliud in uerbis in beneficialibus. Ergo, &c. ſol. Imò reperit in d.c.quamuis.lo j.de præb.in 6. & in d.c.ſi.de præb. ubi ponuntur, ut diuerſa. ¶ Septimò inducit dicta Bald.in l.be-

a *Veniat ciuitas*] *Pro qua materia uide omnino per Gemi.in c.felicis. §.fin. de pæn. in 6. & do. Alex. de Imo.ī l.ij. de uer. ſignif.*

b *Verum*] *Adde tu, quod communis opinio eſt in contrarium, & communis * concluſio eſt iſta, quod appellatione ciuitatis in reſcriptis ad lites, et in reſcriptis ad beneficia, non uenit diœceſis, nec econtra, ut in tex. iſto, & glo.pen.in c.accepimus.de ætat.et quali. & gl. in c.fin.de præbē. & ibi Doct. no. et in c.j.de re.perm. in 6. & in c.gratiæ.§.quanquam. de præbē.in 6. Et hoc communiter tenetur, licet Pau. de Leaz.in cle. ne Romani. de elect. & Ioan. de Lig. hic in iſto text. teneant oppoſitum, & male, ſecus in materia larga, ut ī beneficio cōceſſo à principe, ut puta, ſi conceſſa eſt ciuitas uni, intelligitur conceſſa cū ſua iuriſdictione, & ſic cum ſua diœceſi, l.j.§.cū urbe.ff. de offi.præf. urb. & in l.ſi quādo. C. de bo. ua. lib.10.l. ſin.de cōſti. prin. & ibi Bart. & Adde Bar. in materia iſta melius, quam alibi, in l.2.ff. de uerb.ſig.*

l. beneficium. ff. de conſt. prin. dum uult, q ſi princeps donat mihi ciuitatem, uidetur donare diſtrictū, & omnes pertinentias, ſecus dicit in odioſis. Ergo uult, q in beneficijs appellatione diœceſis uenit ciuitas. Ad 2. Reſponde ad hoc, ut eſt reſponſum in primo motiuo, quod habet eundē uim. ¶ Similis reſponſio tollit octauum motiuum, quod facit de tex. in auth. ut liberti de cætero. ubi conceſſio principis de beneficio largè interpretatur. ¶ Eſt etiam uerum, q Bar. in l. j. C. de priua. car. opponit de iſto tex. contra illum, & nō ſoluit: quia ibi iſta uerba Aegyptiacum diœceſin, comprehendunt ciuitates Aegypti, & eſt materia odioſa. Sed poteſt reſponderi dupliciter. Primò, q uerba ibi ſequentia, dum dicit tex. Omnibus terris noſtro imperio ſubiectis, declarant uerba, de quibus ſuprà. Secundò, q ibi ſunt uerba iuris cōmunis, quæ ſub uerbo diœceſis, includunt indiſtinctè ciuitatem, per d. c. j. de re. permu. in 6. & dixi ſ. Et hanc ſolutionem ſentit Salic. in d. l. unica, in prin. dum ſimpliciter dicit, credo, q ſubiectu materiæ huius rei ſit interpres l. ſi uno. ff. locat. Aduerte etiam, dum dicit in prin. huius cōcluſionis, q in priuilegijs non odioſis appellatione diœceſis uenit ciuitas: nam Imo. hic, dum reprobat Ioan. And. in c. 1. de off. ord. uidetur uelle indiſtinctè, q in priuilegijs appellatione diœceſis non ueniat ciuitas, quia priuilegia ſunt ſtrictè interpretanda, cum ſint contra ius, ſicut ſtatuta, & ſimilia, ut in iuribus per eum allegatis. Sed tamen uerius puto, quòd ipſe prædixit, & ipſe etiam hoc ſentit in d. c. ſi. de præb. Nā quando in hoc puncto loquitur de priuilegijs, addit, quatenus cōcernunt præiudiciū tertij, & ſic non loquitur de omni priuilegio abſolutè. Et pro hoc facit, quia quando priuilegia non offendunt, niſi concedentem, uel ſonant in beneficio, non interpretantur ſtrictè, ut latè per Butr. in c. olim. de uerb. ſig. & ſatis plenè ſcripſi ſ. eo. cauſam. uer. tertia declaratio. & pulchrè Imo. in ſimilibus terminis in rub. ſolut. matr. uerſ. ſed fortè poteſt dici pro cōcordia. Et ex his infert hic. Abb. q in literis de iuſtitia appellatione diœceſis uenit ciuitas, quando mandatur ei, qui erat obligatus. Et iſtud etiam uidetur uoluiſſe Compoſt. in c. abbate. ſ. eo. ut refert ibi Imo. Vnde ſi ſcribitur epiſcopo, dando ei nouam iuriſdictionem in cauſa, ut faciat iuſtitiam contra hominem diœceſis, non ueniet ciuitas, ſecus, ſi reſcriptum non dat iuriſdictionē nouā, quod quū ſit, dixi in c. licet. de off. or. Scias ēt, q ſi nobilis prohibitus ſit morari in ſuo caſtro, pōt morari in ciuitate. Bal. in l. ēt. C. de excep. rei iu. ¶ Quarta cōcluſio. Ap-
pellatione [a] ciuiū † ueniunt nō ſolū illi de
9 comitatu, ſed ēt illi de territorio, ut l. qui ex uico. ff. ad muni. & l. qui in cōtinētib. ff. de uer. ſig. & p Bar. in l. i. ff. ad muni. & in l. 2. ff. de uer. ſig. & in l. nō dubito. ff. de cap. bona gl. in c. i. de uſur. in 6. Et hoc in materia larga, uel ſaltem indifferenti. Secus putat Abb. in materia reſtringibili [b], per ea, quæ ſ. dicta ſunt, licet aliter ſentiat Bar. in d. l. 2. ubi dixit, q condemnata ciuitate uidentur condemnati comitatini. Sed illud poteſt procedere in materia communi ciuibus & comitatinis, ſecundum eum. Et refert hic do. Cat. ſe reſpondiſſe Paduæ, q ſtatutum diſponens, ne ciuis obliget ſe pro foreſti, comprehendit comitatenſem. Refert etiam unum conſ. Bar. inci. Ciuitati Camerini. & eſt in ordine 196. in quo dicit, q nomine ciuiū continentur comitatini, per l. qui ex uico. ff. ad muni. coniuncta l. ciues. C. de incol. libro. x. Et quia idem eſt dicere, ciues Camerinenſes, & Comitatenſes ut probatur in l. i. ff. ad munic. Sed ille, qui eſt de comitatu, dicitur Camerinenſis, d. l. qui ex uico. ubi gl. dicit de Virgilio. Ergo Comitatēſes ſunt ciues. Præterea quando aliquid relinquitur ciuibus, non debetur tantum illis, qui ſunt iuxta muros, ſed omnibus. Ideo adminiſtratores reipub. capiunt. l. ciuibus. ff. de rebus dub. Et ſic patet, q etiā comitatenſes continentur. ¶ Præterea aliquando ciuitas ponitur pro loco muris circundato, & muro finitur, l. 2. ff. de uerb. ſig. & c. ſi ciuitas. de ſent. exc. in 6. Quandoque ciuitas ponitur pro coadunatione hominum, & tunc continentur etiam ruſtici. Caſus eſt in l. ſi. ff. de nundi. Ita in propoſito. ¶ Nec obſtat iſte tex. quia fatetur Bar. q appellatione eorum; qui ſunt in diœceſi, non continentur ciues, & illi qui ſunt in ciuitate, argum. C. ne ruſtici ad ullum obſeq. aduoc. l. 1. libr. 10. Sed appellatione ciuium bene continentur Comitatenſes, quia tunc ponerentur, ut ſeparatæ ſpecies. Ita reſidet pulchrè Bar. in d. conſi. Et de ipſo meminit Petr. de Anc. in repe. c. j. ſ. tit. prox. in 43. char. uer. ſuper alio dubio conſului. & in c. ſi ciuitas. de ſent. exc. in 6. & in c. 1. de cōſt. eo. li. ¶ Et iſta faciūt ad q. nn. & dubiū,
10 utrum † priuilegium, ſi eſt conceſſum ciuitatibus, uel ciuibus regni, extendatur ad caſtra, uillas, & comitatenſes? Ad quod uide Bar. in l. 2. in 1. col. ff. de uerb. ſignif. cum concor. & addit. de quibus per Alex. in rub. ff. ſolu. matrim. Et quia puto eum optimè loqui, & pauca eſſent addenda, ideo pro ſtricta iſta cōcluſione ſufficiat allegaſſe eum, qui etiam repoſuit concluſionem ſuam cum pluribus remiſſionibus in l. ſi finita. §. ex hoc edicto. ff. de dam. infect. & aliquid per eundē in eadem l. ſi finita. §. ſi de uectigalibus. ff. de dam. infect. dīt refert Ludo. ibi, quem omnino uide. Et ei adde Pet. de Anc. in repe. regulæ, acceſſorium. ubi latè reaſſumit dicta Bart. in l. ij. ff. de uer. ſigni. & Bal. de pa. Conſt. circa prin. & in c. j. de cap. qui cu. uen. Et de dicta q. uide plenius, quam alibi, per Aloe. in 2. parte ſtatutorum, q. 177. rex ex ſtatuto, ſeu priuilegio conceſſit. ubi refert totam diſpu. Iac. de Bell. allegatā ab omnibus de hac materia loquentibus. ¶ Faciunt etiam hæc ad dictum Bal. in l. ſi in aliquam. poſt prin. ff. de off. procon. & lega. & omnino in 7. col. ibi, ſed hic dubitatur. C.
11 ne uxor. pro mari. ubi dicit, q † repreſaliæ conceſſæ contra ciues non poſſunt exerceri contra Comitatenſes, [c] cum ſint odioſè & ſtrictè interpretandæ. Et idem uo. Lud. in d §. ſi de uectigalibus. allegando Ang. qui hoc non ponit in l. inſulæ. ff. de iudi. De quo tamē per Bar. in tract. repreſaliarum in 1. q. 7. q. principalis, & Domi. in c. præſenti. ſuper glo. prim. de præb. in 6. & in c. ſtatutum. §. cum uerò. de reſcri. in 6. ¶ Adde etiam Domi. in c. j. circa medium, de uſur. in 6. ubi ex gl. in uerbo, alienigenas, plura colligit in propoſito, maximè q ille dicitur ortus de ciuitate, qui oritur ex uico ciuitatis: quod dicit notandum pro ſtatutis dantibus priuilegium natis in ciuitate: quia procedunt etiam in nato extra ciuitatem, dum tamen in uico ciuitatis. Dicitur autem uicus, pars urbis carens muris, ubi ſunt uillæ ac frequentes domus, ſi modò ſuburbanæ non ſint, ut per Vallā elegantiarum c. 201. Dixit tamen Albe. in ſuo Dictionario in uerbo Villa, q differunt uicus & uilla, per l. uicum. ff. de uerb. ſign. Nam uicus eſt congeries habitationum, ſicut in ſuuce muris, quaſi uix cuſtos: uilla eſt quilibet ruralis locus. Et uilla quandoque ſumitur pro ædificio ruſtico, ut ibi latius per eum. Et de his ſ. latius. ¶ Dixit etiam Domi. in c. ius Quiritum. per illum tex. j. diſt. q ſi conceduntur repreſaliæ contra Romanos, tunc includuntur omnes ſubditi Romanorum appellatione perſonarum loci, ut dicendo Bononienſes uel Romani: ſecus, ſi fieret expreſſio ſub nomine loci, ut dicendo, Concedimus Bononiæ tale priuilegiū, quia tunc nō comprehenderet, niſi habitantes in ciuitate [d]. Et inducit textum cum gl. ſ. in procœmio Decretalium, in uerbo, commorantibus. & uide Domi. in d. procœmio ſuper ſalutatione, in fin. ubi poſt Butr. not. ex gl. in uerbo, commorantibus, q appellatione Bononienſis non comprehenditur habitans in caſtris. In contrarium inducit glo. hic, cum qua dicit concordare Barto. in l. prouincialis. ff. ad munic. Voluit dicere in l. j. ubi dicit, appellatione Peruſinorum comprehendi illos de comitatu Peruſino: quod intelligit uerum Domi. poſt Butr. niſi adijciatur aliqua qualitas adaptabilis ſolis ciuitatib. ut in d. ſalutatione, dum dicit Scholarib. quia intellexit

a *Appellatione*] *Adde tu, quod ciuiū appellatione ueniunt illi, qui ſunt de ciuitate, diœceſi, uel comitatu. Doctores in rub. ſolu. matrim. dicunt gloſſ. in iſto textu, contrariam ſententiam, ſecundum Bart. in l. i. ff. ad muni. Adde, quòd Bar. in l. 3. C. de natu. lib. dicit ibi per illum text. quòd ille, qui ex uico eſt, ſortitur originem ex ipſa ciuitate, cui ſubeſt uicus.*

b *Reſtringibili*] *Adde Bar. in conſi. ſuo. Ciuitati Camerini, &c. & Bal. in Marg. uerbo, Ciuitas. uerſi. 9 & Ioan. de Peruſ. in l. quia tale ff. ſol. matr.*

c *Comitatenſes.*] *pro qua materia uide Alex. in l. prouinciales. de uer. ſigni. & Soc. conſil. 131. incip. cū in præſenti cōſultatione. uerſic. circa ſeptimam et ult. q. cum uerſ. ſequen. uſque ad ſi. in 2. parte.*

d *In ciuitate*] *Adde ad hanc materiam Soc. conſ. 25 incip. circa prædictam conſultationem. uerſi. ſeptimo probatur. in i. parte. & conſil. 130. incip. præſtantiſſimi iuris uerſi. tertio reſpondetur. in d. parte. & conſil. 121. incip. abundè & ſubtiliter. uerſi. ſed his non obſtan-*

ſtan. circa prin. cum uer. ſeq. in d. par.

de ſtantib. io ciuitate, cũ iure non teneat ſtudiũ, ſecus, ſi iure teneret ſtudiũ, ut ſecit la. Bal. Et ita ꝓcedat gl. ĩ d. proœ. ſm cos. ¶ Et pro dic. Bar. allegat Dom. gl. l d. c. ins Quiritum. quæ dicit, ꝙ Romanorum appellatione comprehendantur omnes ſubiecti Romanis. Vel poſſet dici, quòd gl. in d. procemio procedit, quia tex. ponderat habitationẽ, quæ ſit Bononiæ, non in comitatu. Et uide Abb. in d. ſalutatione in fi. ubi no. illam gl. quod appellatione Bononienſium, ſeu commorantium in Bononia, non comprehenduntur comitatiui, quando adijcitur aliqua qualitas proportionabilis ciuitatenſibus. Et uide Lucam de pẽna in l. prouincialium. C. de ero. mil. an. ubi dixit, ꝙ ruſtici per ſe faciunt plebem. Allegat §. legitimi. in auth. quib. mod. natur. effic. legit. Tamen etiam ruſtici dicuntur plebani epiſcopi. c. decernimus. 18. diſ. ibi, cunctam diœceſim, ſiue plebem aggregare. Quem tex. notat ad hoc Paris de Puteo in tractatu De ſyndicatu, fo. 4. uer. deinde uerò eligunntur. ¶ Quinta conclu

12 ſio. Appellatione † comitatinorum non ueniunt ciues, quia comitatiui ſunt obligati ad ſtrictiora onera, quàm ciues, l. i. & ibi no. C. ne ruſtici ad aliquod obſ. aduo. Notat Bar. in l. i. ff. ad muni. ibi, ad declarationem iſtius. & Abb. hic. Et hãc concluſionem tenet etiam Bar. in d. conſi. 196. Ciuitati Camerini. & in d. l. 2. circa medium, ibi, breuiter dicimus. ff. de uerb. ſig. & quæ dicta ſunt in 4. concluſ. de diœceſi reſpectu ciuitatis, conueniunt etiam huic concluſioni de comitatiuis, ſecundũ eum. Et dicit Ang. in §. ſi quis igitur. in auth. quib. mod. natur. effic. ſui. quòd licet per illum textum comitatiui non ſint ciues ciuitatis, ſunt tamẽ ciues comitatiui, [a] & hoc uidetur uoluiſſe gl. in l. prouinciales. ff. de uerb. ſig. ſecundum eum. Et dicit Bar. in l. ſi quis. per illum textum. C. de natur. lib. ꝙ qui oritur ex uilla, uel uico, ſortitur originẽ ex illa ciuitate, cui illa, uel uicus ille ſubiacet. Et allegat etiam glo. in l. nulla. §. ꝙ ſi in uico. C. de epiſc. & cleric. & text. in l. qui ex uico. ff. ad muni. quem etiã ad hoc no. Et ſentit Bal. in l. i. poſt prin. C. quæ ſit lon. conſue. dum dicit, quòd conſuetudo ciuitatis operatur etiam in uillis. Et eſt ad hoc glo. fi. ultra ipſum in l. ex ea. ff. de poſtu. quam habui à Firmano in uerbo, comitatiui. ubi uide de his. ¶ Hanc concluſionem limitat hic Abb. duobus mo-

13 dis. Primò, niſi eſſemus in materia larga. Vnde † ſi datur priuilegium diœceſi, uel hominibus de comitatu, comprehenditur totus comitatus, ſeu tota diœceſis. per ſuprà dictũ. ¶ Secundò limitat, niſi aliquis eſſet natus in comitatu ex ciuibus, quia tunc dicitur ciuis, nam quo ad iſta onera, nõ inſpicimus locum originis, ſed perſonas, ex quibus naſcitur. Ita dicit dixiſſe Bar. in l. i. ff. ad muni. Si autẽ aliquis eſt natus in aliqua ciuitate ex parentibus, qui non conſtituerunt ibi domicilium, ſed erant tranſeuntes, uel ad tempus trahebant ibi moram, non dicitur ciuis illius ciuitatis, ut uidetur inclinare Bart. in l. filios. C. de muni. & ori. lib. 10. Oportet enim ad hoc, ut acquirat ciuilitatem, ꝙ parentes conſtituant ibi domiciliũ. Quod dictum eſt ſing. & menti tenendum, ſecundum Abb. hic, qui per hoc adducit, nam ex quo habet animum ſe transferendi, fingitur non eſſe in illo loco, ut l. quæſitum. in fi. ff. de leg. 3. & l. hæres abſens. ff. de in dic. & c. Romana. cum ſua gl. de for. compet. in 6. Et prædicta no. ſecundum eſt, cum quo tranſit mera relatione Andr. Sicul. hic ¶ Addatis Nic. de Nea. Bal. & Ang. idem tenentes in l. huiuſmodi. §. legatum. de leg. j. Dicunt enim, ꝙ licet alias quis efficiatur ciuis loci per propriam originẽ, l. ciues. C. de incol. lib. 10. & l. i. ff. ad munic. cum ſi. Tamen fallit, ubi aliquis, putà ciuis Peruſinus, cum uxore ſua prægnante, tranſibat caſualiter per ciuitatem iſtam, & uxor eius hic peperit, nam partus cenſetur ciuis originarius Peruſinus, quoniam fingitur natus Peruſii, per d. §. legatum. Et cũ hoc

14 dicto trãſit Pan. de Caſt. ibi in lec. Bononienſi. ¶ Sed † Imo. & Pan. de Caſt. latè in lec. Paduana, & Alex. in d. §. legatum. tenet contrarium, & ſic non procedit dictum Ab. hic, & fundatur per regulam d. l. ciues. & per no. per gl. in l. aſſumptio. §. j. ff. ad munic. & in d. l. filios. ubi filius quantumcunque natus extra locum originis paternæ ultra ciuilitatem, quã habet ex perſona patris, efficitur ciuis loci originis propriæ. Et ſecundum hanc opin. fuit practicatum io facto, ut dicit Pan. de Caſt. in d. §. legatum. & Raph. in l. cætera. §. fi. eo. tit. Et ſubdit Pau. in §. legatum. ꝙ filius doctoris Paduani legentis alibi, natus in loco, ubi pater legit, nõ minus dicitur originarius Paduanus, per prædicta. Quod reputat benè no. ad ſtatuta, quæ requirunt, ꝙ ſit ciuis originarius ille, qui eſt de collegio doctorum. Et ita uidi ſeruari in pluribus doctoribus, & in me in collegio Ferrarienſi, in quo uiget tale ſtatutum, licet mihi origo fuit caſualis ex Felina oppido diœceſis Regienſis, origo uerò utriuſque parentis ex Ferraria, aui autem paterni ex Venetiis, proaui & aliorum maiorum ex Luca, & facit, quod not. Dom. in c. i. §. i. ultra medium, de uſur. in 6. & uerſi. ſecundò no. quem retuli in præcedenti cõcluſ. ¶ Et ſi diceres, Iſte non eſt merè originarius, ſed fictè, & in ſtatutis uerba intelliguntur propriè, non fictè[b], l. 3. §. hęc uerba. ff. de neg. geſt. ergo intelligitur ſtatutum de originario uero, reſpondetetur, quod quando ſtatutum loquitur in materia iuris communis & ab eo non exorbitat, tunc ſi ius cõmune æquiparat caſum uerum & caſum fictum, idem erit in ſtatuto, ut declarat Imo. in c. ad audientiam. in i. uo. de cle. nõ reſi. per illum tex. iuncto c. cum dilectus. eo. titu. inducendo, ut per eum, quẽ ſequitur Alex. in l. i. §. lex Falcidia. in antepe. col. ff. ad le. Falc. Et in iſto caſu habemus ius commune æquiparans caſum uerum, & caſum fictum l. aſſumptio. §. filius. ff. ad muni. ¶ Præterea reſpondetur ex dictis Sal. in l. ſiue poſſideris. in 4. q. C. de prob. dũ dicit. quòd quando diſpoſitum poteſt conuenire caſui uero, ſicut ficto[c], & mens & ratio diſponendi ita hẽt locũ in uno caſu, ſicut in alio tũc ſtatutũ habet locum in utroq;, ſiue diſpõ ſit fauorabilis, ſiue odioſa. Vnde ſtatutũ, ꝙ nullus ex ciuibus uadat ad ſalem locũ ſub certa pœna, uel non poſſit agere contra commune, niſi certa forma ſub certa pœna, locum habebit illud ſtatutum in ciuibus, nedũ originariis, ſed etiam ex conſtitutione, & ſic fictis. Secus, ubi in facto nõ poteſt habere locum eadem ratio, prout apparere poteſt ex uerbis ſtatuti, ut ſi diceretur, quòd ciues originarii gaudeãt certo priuilegio, uel immunitate, nam ciues ex conſtitutione non debent hoc priuilegio gaudere. Modò in propoſito, cum de iure cõmuni paria ſint eſſe ciuem originarium uerè, uel eſſe natum alibi ex parẽtibus originariis, d. §. filius, uidetur eſſe eadem ratio faciendi de collegio iſtum ſicut uere originarium, non ſic in ciue ex priuilegio, quia ſtatutum loquẽs de originario, uoluit expreſſe iſtum excludere.

EXPEDITIS Concluſionibus tactis hic per Ab. collige multa hinc inde ſparſa, ex quibus declarantur uocabula concernentia diuerſa genera locorum. In quibus ſi in uitium inculcationis in me non uſitatæ nunc uidebor incidere, excuſatum me reddat inopinata & repentina ad curiam Romanam uocatio cuius notitia reperit me in principio huius ultimæ aggregationis, in qua eodem contextu ordiri oportuit, & texere, ut finito huius decretalis commento fiat punctus, & practicetur lex, contra pupillum. §. ſi qui ad maius. ff. de re iud. cum concor. de quibus ibi in c. cũ terneamur. de præb. ¶ Dicatis ergo remiſſiuè tantùm in primis de hoc uerbo.

TERRITORIVM. Recurritur ad tex. gl. & Bar. in l. pupillus. §. territorium. ff. de uerb. ſign. & ad apoſtillam Alex. ibi, quam ex inſra ſcriptis reiterato calamo latè apoſtillaui. Et

15 † dicitur territorium uniuerſitas agrorum intra fines cuiuſque ciuitatis[d], quia magiſtratus eius loci ius habet terrendi, ideſt ſubmouendi intra eos fines. Quem tex. allegat gl. i. in c. ſi quis epiſcoporum. 16. q. 5. Et per illum tex. dicit ibi Bar. ꝙ ſi ciuitas iuit ad exercitum, & aliquis in illo exercitu deliquit, poteſtas ciuitatis poteſt punire illum, qui deliquit in illo exercitu, quia territorium

a *Comitatiui*] *Adde idem tenentem Socin. conſi. 288. incip. circa primã. quæſt. uerſi. confirmatur quia. in 2. par. ubi etiam ponit quæ differentia ſit inter Comitatenſem & ciuẽ de iure communi.*

b *Non fictè*] *Adde idẽ tenentẽ do. Socin. conſi. 129. inci. Præſtantiſſimi iuris. uer. ſecũdo oſtenditur. in fi. in i. part. char. 200.*

c *Ficto*] *Adde facere quod habetur per Soc. conſ. 260. incip. in cauſa magnatenſi circa principium. uerſicul. ſed quod aliter. in 2. part. & conſil. i. inci. in caſu ſupra narrato. uerſi. præterea circa fin. & uer. non obſtant. circ. med. in i. parte.*

d *Ciuitatis*] *Adde idem tenentem Soc. conſil. 86. incip. in cauſa communitatis. uerſ. ſecunda concluſi. in fi. in i. par. & ad de*

de quod habere ius territorij denotat habere exercitium iuriſdictionis. ai per eund. Soc. in conſ. 185. incip. aſſis capitulis tranſactionis. uerſ. confirmatur in 2. par.

dicitur à terrendo: & ſic quia iſta ciuitas, locum terret, poteſt cognoſcere de ibi cōmiſſis: & ſequitur Ab. in c. fi. uer. item dubitatur, quid ſit ciuitas. de for. compe. ¶ Limita, niſi ille exercitus mouiſſet bellum iniuſtum, ſecundum Gab. de Oſoletis in l. j. §. effractuiæ. ff. de offi præſe. uigi. quem ſequitur Alb. in 1. parte ſtatu. q. 161. ciuitas ſtatuit: licet ſubdat Ric. tenere, ꝙ tunc ſaltem habet iuriſdictionem ſicut caput & rector exercitum gubernans.

Et dicit Ab. conſi. 20. inc. ſuper quæſtione uertente. in prin: ꝙ ubicunque quis habet poteſtatem terrendi ſeu diſtringendi, totum illud dicitur de territorio, ſeu diſtrictu ſuo, per d. §. territorium. Vide etiam quod no. Ab. in c. cum contingat uer. & primò ponam. de fo. compe. Dicit etiam Bal. in rubr. quæ ſint regalia. ꝙ territorium non eſt aliud, quàm ſpatium terræ munitum iuriſdictione. Et ſubdit de mari, ut retuli ſ. in prima declaratione ſecundæ concluſionis. Et dicit Bal. in l. 2. poſt medium, ff. de of. præſi. ꝙ quælibet iuriſdictio deſiderat ſuum territorium, l. fi. C. ubi, & apud quem. quia[a] territorium à iuriſdictione & terrendo dictum eſt: unde habet iuriſdictionem inhærentem glebæ ex ui ſermonis. Quomodo tamē iuriſdictio ordinaria poſſit eſſe ſine territorio, uide Alexan. in l. ſolet. ad fi. ff. de iur. om. iud. dum inducit auth. habita. C. ne fi. pro pa. ubi doctor eſt ordinarius ſine territorio. Et uide Old. conſi. 176. Factum tale eſt: in uertice cuiuſdam montis. ubi dicit, ꝙ ſub appellatione territorij & diſtrictus proprietates non continentur, quia iſta uerba ſonant ſuperiorem coerctionis, ſ. d. l. pupillus. §. territorium. c. licet cauſam. de prob.

16 ¶ Proprietatis †uerò appellatio dicitur dominium nudum, a formali uſufructu ſeparatum, l. proprietatis. C. de prob. An autem conceſſo territorio, uel caſtro, uideatur conceſſa iuriſdictio, uide copioſè Alexan. in l. j. in fi. ff. de iur. om. iu. Dixi aliquid in c. quod ſedes. in fi. de of. or. Et ibi dictis adde Alb. latiſſimè in l. imperium. uerſi. item quæro, utrùm recognoſcēs caſtrum. ff. de iur. om. iud. ubi concludit cū Old. in conſ. alleg. in dictis locis, quòd inueſtitus de caſtro, nō eſt inueſtitus de territorio & mero imperio. Et inter alia allegat iſtum tex. in c. quamuis. §. 1. de præb. in 6. Et in quò differat territorium contentioſum à territorio fori pœnitentialis, uide Abbat. in c. cum contingat. uer. & hæc ſunt quæ in hac materia. de for. comp. Et ſi ſcribitur epiſcopo, ut puniat exemptos ſui territorij, intelligitur de illis, qui ſunt in ſua diœceſi, non in alienis: quamuis illa ſit de territorio nominato. Maria. in c. ad abolendam. de hær. cum territorij appellatione quandoque diœceſis contineatur, maximè in ſimilibus cōmiſſionibus 16. q. 7. omnes baſilicæ. licet ſirmatur latius in d. l. pupillus. §. territorium. Et de hoc uerbo Territorium, dicetur etiam aliquid paulò poſt ponendo de diſtrictu. Et dicit Bal. in c. j. in prin. ibi, ſed contra ſecundum. qui. mo. feu. amit. quod ubi eſt rex irruens, tanquam in hoſtes, cum exercitu, ibi eſt territorium regis: & hoc, ſi bellum eſt iuſtum: nam ius gentium hoc dictat, & ipſa naturalis iuſtitia. Et tale territorium dicitur à poteſtate terrendi, ſicut diſtrictus dicitur à diſtringendo, ut not. gl. in §. rurſus. in uerſ. poteſtate. Inſtit. de act. & in cle. ne Romani. §. ſanè. in uerſic. diœceſis. de elec. in cle. paſtoralis. in uer. diſtrictum. de re iudic. & per gl. in c. prouinciæ. 99. diſtin. Dicit etiam Alb. in uer. territorium. ꝙ diœceſis aliquando uocatur territorium. Allegat c. ſi quis epiſcoporum. 16. q. 5. & ibi gl. & c. omnes baſilicæ. 16. quæſ. 7. & d. cle. ne Romani. ut ibi per eum. Certas etiam quæſtiones de materia territorij ponit Bria. in uer. territorium. quas hic tranſplantare non expedit. ¶ De uerbo autem.

a *Quia] Adde tu, quòd per iſta uerba Feli. uidetur, quòd iuriſdictio inhæret territorio, & non perſonis. Adde, quod Io. And. in c. cum contingat. de foro comp. ſuper gl. dicit quod licet quis non habeat territorium, ſi tamen habet poteſtatem in certas perſonas, propter illas dicitur habere territorium. Adde, quod idem tenet Barto. in l. 2. ff. de iu. om. iu. in fi. ubi dicit, quòd iuriſdictio non cohæret proprie territorio ſed dicitur quod cohæret territorio: quia terminatur territorio. Sed ſi diceretur, imo res cohæret: nā uidemus, quod ciuitates & caſtra habent iuriſdictionē: dic, quòd ibi populus eorum et communitates eorū, quia ſunt perſonæ repreſentatæ, quæ habent iuriſdictionem. Et ſic dic, quòd iuriſdictio inhæret perſonis, & non glebæ, & perſona uā, ut eſt caſus de hoc in l. qui furere. ff. de ſtatu. ho. ſecundum Gui. de Cu. & Bar. in d. l. 1. ff. de iu. om. iud. in fi. Et ſic ſoluta eſt quæſtio, quæ quæritur, quomodo iuriſdictio ordinaria poſſit eſſe ſine territorio: de qua hic per Feli. in uerſ. quomodo tamen.*

17 Districtus, Dicit† Bald. in c. licet cauſam. de proba. quòd eſt id, quo arctatur, ſiue diſtringitur originarius & incola: & eſt uocabulum præciſum, ſecūdum eum. Alle. no. in §. rurſus. Inſtit. de act. & in l. j. C. ubi de poſſ. agi opor. item diſtrictus eſt etiam in mari. Allegat glo. in c. ubi. de elect. in 6. de qua dixi ſupra. in 2. concluſione. Item ambitus territorij comprehendit quædam loca, quæ non ſunt de diſtrictu, ut monaſteria & eccleſias. Item diœceſis eſt clericorum, diſtrictus eſt clericorum & laicorum. Alleg. hoc c. concludens in his uocabulis ſtandum eſſe conſuetudini uulgi. Et dicit Abb. ibi in princ. quòd diſtrictus ſignificat etiā executionem pœnarum & quamlibet coactionē actualem. Sed hoc dictum impugnat ibi Aret. in pri. no. quem potes uidere cōcludentem, ꝙ ibi diſtrictus importat merum & mixtū imperium. ¶ Et dicit Bal. in l. j. §. cum urbem. ff. de off. præf. urb. quòd diſtrictus eſt latius uocabulum, quā comitatus. Hinc eſt, ꝙ clerici dicuntur de diſtrictu iudicis laici, & per quod aliquando diſtringit eos. Allegat no. in c. fi. de offi. deleg. in 6. de quo aliquid paulo poſt. Quandoq; tamen diſtrictus capitur pro diœceſi. Item quandoq; pro comitatu. Allegat c. prouinciæ. 99. diſt. Et ibi dicit Bald. ꝙ nullus dicitur habere territorium, niſi qui habet miſtum imperium, quia poteſt in poſſeſſionem mittere re ipſa, l. iubere cauere. ff. de iu. om. iud. Proprium enim accidens territorij eſt, in poſſeſſionem mittere. Et ideo conſules artium propriè non habēt territorium, quia non poſſunt in poſſeſſionem mittere, niſi cōſuetudo, uel lex municipalis aliud eis permitteret. Et per hoc uidetur, ꝙ archidiaconus, licet in ſuo archidiaconatu habeat iuriſdictionem ordinariam, tamen quia territorium eſt epiſcopi, non archidiaconi, non poſſet mittere in poſſeſſionem ex ſuo decreto in territorio alieno. Ad quæ ultima uerba uide Alex. in l. ſolet. ad fi. ff. de iu. om. iud. dum ponit, an de eſſentia iuriſdictionis ſit territoriū.

b ¶ De hoc uerbo Diſtrictus, [b] uide etiam Bald. in rub. quæ ſint regalia. quem retuli ſupra in prima declaratione ſecundæ con-
cum ea. notans, quòd dictio Fruſtra, ſignificat actionem ip-
ſo iure non competere, quod dicunt aliqui probari in l. pen.
§. ad crimen. ff. de pub. iudic. ubi dicitur, iudicium crimina-
le agitatum cum procuratore, eſſe ipſo iure nullum, propter
uerbum Fruſtra, ibi poſitum. Et eſt ponderatio Salic. licet ip
ſe non dicat, in d. l. quamuis. Et idem dicit Domi. in capit.
1. ult. col. de accuſ. in 6. ponens poſt Ioan. And. uim huius di
ctionis Fruſtra, quæ ſonat, In uanum, In caſſum, & ſine effe
ctu. Aliquid Firma. in uerbo, Fruſtra. Et uide Imo. in d. §. ad
crimen. in pe. char. ubi poſt Bald. firmat hanc dictionē Fru-
ſtra, denotare nullitatem ipſo iure. Et licet det poſtea caſus,
in quibus teneat iudicium criminale agitatum cum procu
ratore in cauſa criminali, ſi pars non oppoſuit, tamen non
mutat; quod dixit de uerbo Fruſtra: quia, ut ipſe dicit in
uer. nec obſtant contraria: uariatur quandoque ſignificatū
uerbi ratione ſubiectæ materiæ. Et ſic uult, quòd propter ſal
uationem aliorum iurium dictio Fruſtra, moret uim in il-
lis caſibus: cum quo tamen ſtat, quòd de ſui oatura ſit an-
nullatiua in continenti uoo reſiſtente ſubiecta materia. Et
ideo ſenſit Ana. in c. quia fruſtra. j. char. de uſur. Eſt uerum,
quòd Domi. in c. j. circa fin. de iudic. in 6. dixit, quòd dictio
Fruſtra, non denotat ipſo iure. Unde uariat ab opi. Legiſta-
rum in d. §. ad crimen. & inducit d. c. quia fruſtra. & eum ui
detur ſequi Mari. in repe. c. ueniens. 36. char. uer. dominus
Dominicus. de accuſ. addens ei tex. & Bald. in l. j. C. de imm
nu. pec. Tameo prædicta fortè præualerent, per ea, quæ ipſe
Domi. dicit in d. c. 1. de accuſ. Et ad c. quia fruſtra. poteſt re-
ſponderi ex dictis Ana. ibi, uel ad illum tex. Et ad d. l. j. po-
teſt dici, ut etiam dicit Abba. in d. c. ueniens. ulti. col. quòd
ſubiecta materia elicita ex alijs iuribus, mutet quandoque
uim propriam uerbi Fruſtra, ſicut & aliorum, ut dictum eſt.
Multa alia ſignificare poteſt dictio Fruſtra, de qoibus per Al
be. in Dictio. in uerſi. fruſtra. ¶ Omnibus modis, id eſt, ipſo
iore, etiamſi iungeretur hoc oerbom uerbo futuri temporis,
Ange. in authen. ut defun. ſeo fu. per illum text. Lud. in ſin-
gul. 2. Maria. in c. Iudæi. lo 2. C. de Iudæis. ¶ Irritom ſit, & re
tractetur: denotant hæc uerba nullitatem ipſo iure, & irrita-
tionem de facto fiendam. Text. & Archi. in capito. irritam.
3. q. 6. ¶ Alioquin excommuoicatum te eſſe cognooeris, im-
portat ipſo iure. Bald. in l. qoi nolebat. ff. de hære. inſti. per il
lom text. & per capitu. præterea. de ap. ¶ Noueris te anathe
mate percuſſum, eſt latæ ſententiæ. Gloſſ. penul. in capi. quo
31 niam. de offi. ord. & ibi Doct. ¶ Nullus † ei communicet,
eſt latæ ſententiæ. Car. in clemen. ſin. in princip. in 3. q. de
ſent. excom. ¶ Eo ipſo, protinus, proſus, funditus, ſunt latæ
ſententiæ. Domi. in cap. quàm ſit. in fi. de elect. in 6. ¶ Mox,
eſt latæ ſententiæ. Angel. in l. idemque. §. ſicut. ff. qui po. in
pig. ha. & in authen. de inceſt. nup. in prin. & ibi. ¶ Alias po
teſtatem tibi noueris interdictam, denotat abdicationem po
teſtatis ipſo iure. Old. conſi. 291. Hæ ſunt rationes. ¶ Nul-
lius ſit momenti, denotat ipſo iure actum eſſe nullum. Car.
conſi. 138. Ad quendam in carcere. Inferens, quòd obligatio
carcerati eſt ipſo iure nulla, per l. qui in carcerem. ff. quod
met. cau. in uer. nullios momēti. quæ uerba, ot ſint cum mi
niſterio, iuxta c. ſi Papa. de priui. in 6. ſonant nullius momē
ti, id eſt, nullius oigoris, per c. ordinarij. in fi. de off. or. in 6.
ubi hoc not. Archi. & pro hoc ff. de hære. inſtit. ſi quis Sem
pronium. in fi. ſecundum eum dicentem, caſum l. qui in car
cerē. debere addi ad alios, in qoibus obligatio facta per me-
tum ipſo iure, non tenet, qui no. ff. quod met. cau. l. ſi mu-
lier. §. ſi dos. ¶ Sit excōmunicatus, importat ipſo facto. Bald.
in l. j. C. de ſecun. nup. dicens, quòd in illo tex. uerbum, Sit
infamis, eſt latæ ſententiæ. Unde infert, quòd ſi ſtatutum di
cit, qui ſic fecerit, ſit bannitus contrafaciens eſt ſtatim ban
nitus. Sentit glo. ord. in c. qoicunque. in uer. innodetur. de
hære. in 6. niſi proferatur in materia, quæ per alia iura indu-
cat excommunicationem per ſententiam, ut per Abb. in c.
2. in fi. de ſo. comp. propter glo. ibi, quæ dat ſingul. intelle-
ctum ad c. 1. cum ſeq. 30. diſ. Similis glo. in c. ſi quis ex cleri
cis. in uerb. ſit. de uit. & ho. cle. Cogitabis, quibus iuribus ſit
declaratum, qoòd illa capitula, quæ ſunt 30. diſt. ſint feren-
dæ ſententiæ, adeo quòd per ipſa oporteat improptiare illud
uerbum præteritū. Et iſtis adde glo. in c. licet canon. in uer.
ſit priuatus. de elect. in 6. quæ exponit ipſo iure: & uide glo.
Matthæi 18. quæ exponit illa uerba, Sit tibi ſicut Ethnicus
& Publicanus: id eſt, ſeparetur ab alijs fidelibus per excom
municationem: & ita etiam exponunt Docto. in cap. nouit.
de iudi. uolentes, quòd per illa uerba non eſſet prolata ex-
communicatio ab Euangeliſta, fortè, ut puto, qoia excom-
municatio formalis non eſt de more Euangelij, non autem,
quia illa uerba præſentis temporis nō ſint apta denotare la
tam ſententiam. ſi proferuntor ab excommunicante. Unde
dicit alia gloſſ. ſuper illo tex. ut refert ſanctus Thom. de A-
qui. in ſuo continuo, aliàs dicitor cathena aurea ſuper Euan
gelijs. Poſt hæc omnia ſeqoitor excommunicatio, quæ fie-
ri debet per os eccleſiæ, id eſt, per ſacerdotem, quo excom-
municante tota eccleſia cum eo operatur. Vel dicamos, q
illa uerba non important excommunicationem latam, ſed
ferendam, quia excommunicatio non infertur, ut quis ſe-
paretur à communione unius tantom, ſicut eſſet ibi, dicen-
do, Sit tibi, ergo non alijs. Ideo ille corrigens habebit illum
pro ethnico, id eſt, peccatore ex tunc, Reliqui autem poſt ex
communicationem à prælato latam. Et ita illud uerbum Ti
bi, notat etiam Origenes, ut refert Tho. ubi ſupra, in fi. quā
uis And. Sic. in d. c. nouit. fol. ult. uelit, q Euangelium ſta-
tim illum excommunicet propter illud uerbum præſentis
32 temporis. ¶ Nihil agit. Iſtud † uerbum infert nullitatem ip-
ſo iure. An. Si. in c. ſuper literis. 3. co. per tex. & Bald. in l. niſi.
ff. de tu. & ra. diſ. & in l. ſi. in uer. nihil agit. ff. de lib. & poſt-
hu. In quibus locis dicit Bal. per iſtum tex. q iudicium ſum
datum in libello inepto eſt nullū, quia tex. dicit, nihil agit.
Et iſta et ipſe Ang. ponit in c. prudentiam. in prin. de of. de-
le. exclamans de illo tex. ad hoc propoſitū, in uer. nihil agit.
Et alia ēt allegat. Limita ex tex. & quod ibi Bar. in prin. in
l. ſi quis obrepſerit. ff. de ſal. tetuli ē. eo. nonnulli. §. j. in 3. am
pliatione, & faciunt, quæ dicta ſunt ſ. de uerbo, fruſtra agit.

33 ¶ Sit † anathema maranatha. Eſt uerbum latæ ſententiæ, & uerbum Maranatha, importat, id eſt, uſque ad aduentum Domini ſit excommunicatus: ſupple, donec pœniteat. Glo. in c. Guiliſarius. 23. q. 4. Et incidenter no. quod licet tex. Decreti dicat Guiliſarius, puto eum corruptum. Vocabatur enim Beliſarius ille, qui Sylueſtrum Papam carceri tradidit, mox ad inſulam Pontiam relegauit, & fuit ille Beliſarius, qui in bello Gothorum pro Romanis miranda fecit, ut per Leonardum Aret. in lib. de Bello Gothorum. Et de iſta carceratione meminit Pius Papa in ſuo dialogo uerſus finem, appellando illum Beliſarium. Et de dicto uerbo Maranatha, dicit Hiero. in epiſtola ad Marcellam, quæ incipit, Nuper cum pariter eſſemus. & eſt fo. 78. ſecundi uol. impreſſionis Parmēſis, quòd eſt uocabulum magis Syrum, quàm Hebræum, & interpretatur, Dominus noſter uenit, ut ſit ſenſus, ſi quis non amat Ieſum, anathema ſit, & illo complemento deinceps inferatur, Dominus noſter uenit, quòd ſuperfluum ſit aduerſum eum odijs pertinacibus uelle contendere, quem uenisſe iam conſtet. Quæ uerba ſunt expoſitiua uerborum Apoſtoli, 1. ad Corin. 16. in fi. ubi dicitur, Si quis non amat, &c. Et quamuis glo. Nicolai de Lyra ibi ponat dictam communem expoſitionem, quod idem eſt Maranatha, quod Dominus noſter uenit, tamen Burgenſis ibi in ſua longa addi. cū qua tranſit Replicator, reprehendit hanc communem expoſitionem. Vnde Iauus ſcribens de hoc uerbo concludit, Maranatha idem eſſe, ac ſi diceretur, Deſtructio bonorum ſuorum, quod in Hebraico dicitur Macharam, ut ibi latius, quæ dicta notaſſe non pigeat, ut loqui ſcias, quando eris in conſpectu maiorum de talibus te interrogantium. Eſt enim turpe ius, in quo uerſamur, ignorare. ¶ Verbum præſentis temporis ſimpliciter non facit canonem latæ ſententiæ. Domi. in c. ſi quis. in fi. 63. diſt. propter glo. ibi, quæ exponit, Sit, id eſt, fiat. Sed poteſt dici, quod illud eſt, ut nunc diſcrepet ille tex. à iuribus in ea allegatis, ſicut in gl. c. 1. de for. comp. cum ſi. Sic etiam procedit gl. quam allegat in c. ſi quis. de ui. & ho. cle. Vnde credo librū meū Dominici eſſe corruptum, & deficiat uerbum Non ſemper: & ſic debeat dicere, quod uerbū præſentis temporis non ſemper eſt latæ ſententiæ, cum regulariter ſit latæ ſententiæ, ut omnes dicunt. Et ita clarè Imol. in d. c. ſi quis. colligens ex illa glo. quod uerba præſentis temporis, interdum ſunt ferendæ ſententiæ ſubiectæ materiæ. Sic etiā intellige gl. quam allegat Domi. in c. 1, 2. q. 3. dum exponit illum tex. in uer. ſciat ſe iacturam infamiæ ſuſtinere. non ipſo iure, propter leges in ea allegatas, per quas impropriatus illud uerbum præſentis temporis, aliàs latæ ſententiæ, ut ibi etiam per Domi. ¶ Mox ipſo iure, ipſo facto, & ſimilia ſunt latæ ſententiæ. Bal. in l. iubemus. la 2. §. ſanè. circa medium, C. de ſa. ſan. eccl. & ibi pulchrè docet alios modos, & eſt iſta remiſſio trita. ¶ Spolietur, an ſit latæ, uel ferendæ, eſt quæſtio dubia: dixi in c. 2. in prin. ſ. eo. ¶ Incurrat excommunicationem, denotat latam ſententiam: gl. in cle. 1. in uer. incurrant. de uſur. quæ dicit, quod incurritur incontinenti ſine temporis interuallo: & ſequuntur ibi Docto. Pro hoc facit: quia, ut ſ. dictum eſt ſub uerbo Subiaceat. uerbum executiuum non indigens hominis miniſterio, eſt latæ ſententiæ: facit c. ſi quis ſuadente. in uerb. ſubiaceat. 17. q. 4. Cecidiſſe, pronuncietur: tunc erit ſententia hominis non iuris, & poterit appellari: ſecus, ſi dicit, Ipſo facto, uel, Eo ipſo cadit. Car.

34 in cle. j. ad fi. in 1 s. q. de ſeq. poſ. & fru. ¶ Non erit proceſſus irritus, nec irritandus: denotant, quod nec ipſo iure, nec per ſententiam: gl. pe. & fi. in cle. ſæpe. de uer. ſig. ¶ Omnino, impoſtat ipſo iure: gl. trita, & ibi Bal. in l. ſi pecuniam. ff. de condi. inde. Lu. in ſing. j. Arch. in c. ea enim. §. hoc ius, uer. qui uerò. ſuper uerb. omnino. 2. q. 1. Mart. in c. Iudæi. lo 2. de Iud. An. Sic. latè in c. qualiter. de iudi. Iaſ. May. in repe. l. ij. C. de iu. emphy. Et ſic etiam iunctum uerbo futuri temporis, denotat latam eſſe ſentētiam. Idem gl. in c. licet canon. in uer. carere. de ele. in 6. & tex. in c. ſi religioſus. in uer. uacuet omnino. de ele. in 6. & gl. in c. 1. in uer. uacuamus omnino. quod me. cau. in 6. no. But. in c. ſi diligenti. de fo. comp. & Ang. in §. fi. in auth. de litigioſis. & Alex. & An. Sic. in locis ſ. in principio nominatis: & eſt cōcluſio trita. ¶ Conſidera, quòd aut uerbum futuri temporis eſt uerbum denotans exercitium, & miniſterium hominis: & tunc fortè non mutat naturam, quando proferetur in futuro tempore cum dictione Omnino, ſiue præcedente, ſiue ſequente. Vnde dicit, priuetur, Deponatur, Expellatur, Condemnetur, & huiuſmodi, & ſemper ſit uerbum Omnino: certè, illa uerba non mutant naturam, ſed accenditur uis executionis per dictionem omnino quæ etiam alia multa importat, ut potè remotionem diſpoſitionis, quæ aliàs poſſet competere ſuperiori, ut in concor. alle. ab Ana. in cap. qualiter. lo j. in prin. ibi, alia ſo. de accuſ. poſt Abb. ibi. Sicut dictio Penitus, iuncta cum uerbo Excludatis, non importat excluſionem ipſo iure, ſed plenam excluſionem hominis, ut dixi ſ. in uer. uerbum Aliàs, importans, &c. Aut uerbum futuri temporis prolatum a lege, non indiget miniſterio hominis: & tunc operabitur dictio Omnino ei iuncta, priuationem ipſo facto: ut ſi dicatur, Omnino perdant, uel Omnino amittant, ut in ſimili dicitur in ca. in quibuſdam, in uerſi. prorſus amittant. de pœ. Vel ſic dicitur, Omnino careāt. Dato enim, quod de uerbo Careant, ſit dubium, tamen illa adiectio erit clara. Facit glo. in d. cap. licet canon. in uer. uiribus omnino carere. Ex quibus infero, quod in caſu c. ſi religioſis. de elect. in 6. in uer. uacuetur omnino, non eſſet per illū tex. nulla electio, ſed irritanda. Sic etiam in c. ſi quis uxorem. 27. q. 2. in uer. ſeparentur. omnino opus erit ſeparatione hominis, per c. porro. de diuor. quia in hoc caſu, & ſimilibus, uideretur incongruus ſenſus, dicere, quod non eſſet opus ſeparatione per ſententiam, cum expreſſè canon eam iniungat iudici. ¶ Cogitabis, quia nunc occurrit. Ideo non pono pro conſtanti, propter authoritates, præalle. quas cum non reperiam mutatas, attribuerem temeritati eas primus alterare. Ex qui eas uelles imitari, diceret, quòd illa uerba futuri temporis, etſi dirigantur ad iudicem, tamē importent euacuationem facti, non iuris, eum, ſecundum eos, dictio Omnino, reddiderit actum de iure nullum, ſicut multa de ſui natura irrita relaxantur de facto, gloſſ. in uerſicu. relaxata. in capitu. dilecto. de teſt. & in capitu. auditis. de electio. in capitu. accedens. ut lit. non conteſta. cum ſimi. Alias uires dictionis omnino [a], omitto, quia nihil facerent ad rem, & in propoſito habet aliam uim, quòd ibi aliàs actus tenet ex aliqua parte, non in totum, ut renunciatio facta non ſuperiori, quæ tenet ſaltem, quo ad renunciantem, cap. quod in dubijs, de renunciat. ¶ Si dicitur, Nullius omnino ſit firmitatis, non tenebit etiam, quo ad renunciantem, gloſſ. in clemen. ſecunda, in uer. nullius omnino. de pœnis. ¶ Prædicta ſufficiant poſt plenitudinem Moder. in locis primò alleg. & caue, quia Andr. Sicu. in dict. capitu. ſi diligenti. uult, quòd uerbum futuri temporis ſit canon latæ ſententiæ, & multa allegat, quæ non probant, ut uidere potes. Ideo omitto, & ſi eſſet opin. uera, euerterentur omnia præalleg. ¶ Prædicta etiam plenius & firmius inſeruient, quam ea, quæ in dictis locis glomerantur, & fortè ſupra facta eſt mentio de aliquibus allegatis ab eis tranſcurſim, & inuenies per eos, quod uerbum futuri temporis geminatum, denotat ipſo iure, poſt Bald. in titul. de pace Conſtan. in princip. quæ extollit Ludo. in l. ſi uerò. §. de uiro. 13. ſallen. ſolu. matrimo. Alia etiam inuenies, quæ iuncta cum præmiſſis, facerent nō paruum tractatum.

a Omnino] De hac dictione Omnino, uide etiam, quæ habentur per do. Socin. conſilio 249. inc. Materia præſentis conſultationis. uer. præmo in effectu. circa fi. in 2. parte, char. 136. & conſilio 31. incip. Viſis, & diligenter lectis. uer. uerum prædictis no. circa fin. in 2. parte, char. 37.

35 Sed Declaratoria ſententia † requiritur etiam in pœnia ipſo iure inflictis, per c. cum ſecundum. de hæret. in 6. & nō requiritur, quòd iudex per ſententiam puniat, ſed ſatis eſt, quod pronunciet delictum commiſſum. Pœna autem ſequitur à iure. Bar. in l. eius, qui delatorem. ad fi. in prin. ff. de iu. fiſ. Pro quo uide Ioan. And. ca. j. de homi. in 6. quem refert ibi Domi. in §. fi. ubi dicit, quod ita debent intelligi omnia iura canonica & ciuilia, quæ dicunt, Ipſo iure, uel ipſo facto aliquem puniri confiſcatione bonorum, uel quacunque alia pœna, ut ſcilicet ſufficiat illum pronunciare & declarare illius criminis eſſe culpabilem, & locus erit pœnis iuris, etiā ſi in ſententia non exprimantur. Et ita intelligit d. c. j. & d. c. cum ſm. Et per illum tex. dicit Abb. in cap. uerum. ad fi. de fo. comp. quòd eo caſu, quo res data eccleſiæ habet reuerti ipſo iure ad laicum propter pœnam reuerſionis in alienatione appoſitam ex non ſeruatis conditionibus: requiritur prius ſententia declaratoria ſuper ipſa inobſeruantia. Et

idem

idem de poſſeſſione tributaria laici, quę tenetur ab eccleſia, & incidit in commiſſum, ut per Abb. in capitu. qualiter. in fin. de iudic. Et dicit Bald. in capitu. 1. in princ. de feud. ſine cul. non amit. quòd ubi aliquis cadit à iuribus ſuis, non eſt ferenda ſententia ſuper amiſſione bonorum, ſed ſuper declaratione & executione ipſius amiſſionis, & ſiue iudex dicat Priuamus, ſiue Priuatum declaramus, idem eſt ſenſus. Et laudat, quòd contra bannitum, qui ipſo iure ex ſtatuto habetur pro confeſſo, feratur ſententia declaratoria identitatis perſonæ. Et dicit Bald. in authen. qui ſemel. in j. col. C. quomodo & quando iu. quòd nunquam lex præſumitur cõdemnare, niſi iudicis miniſterio. Vnde etiam, ubi quis priuatur ipſo iure, tamẽ ad hoc deuenitur cauſa cognita. Quod declara ex infrà dicendis. Vbi autem lex non priuat ipſo iure, ſed mandat priuari, tunc iudex non declarat ſolum, delictum eſſe commiſſum, ſed priuat. Bald. in authen. hoc amplius. j. col. C. de fideicom. Et pulchrè Bald. in dict. capitul. j. in princ. de feu. ſine cul. non amit. & in l. tranſigere. ad fin. C. de tranſac. Et per hoc dicitur, quòd in caſu c. 2. de confeſ. in 6. requiritur declaratoria, quòd quis habeatur pro confeſſo, & ſufficit pronunciare illum eſſe contumacem in non reſpondendo, Barto. in d. l. eius, qui. & Domi. in d. capitu. 2. in fin. dicens, quòd per hoc Barto. uidetur tandem uelle, quòd habeatur pro confeſſo ipſo iure, ex quo non uult, quòd pronuncietur confeſſus, ſed contumax. Ergo ſi declarata contumacia ſtatim habetur pro confeſſo, ſequitur, quòd pœna eſt prius incurſa, nunc autem patefacta per ſolam declarationem contumaciæ. Et pro hoc, quòd habeatur ipſo iure pro confeſſo contra glo. & Ioan. Mo. in d. capitu. 2. uide Bald. in l. unica, uer. ſed nunquid contumax. C. de confeſ. quia contrariorum eadem eſt diſciplina, ſed ubi habetur pro negante, non requiritur interlocutoria. Ergo nec ubi pro confitente, niſi aliqua iuſta cauſa allegetur, quare non debeat haberi pro confeſſo, uel negante, quia tunc fatetur Bald. interlocutoriam requiri, quia eſt quæſtio emergens, quæ in facto conſiſtit. ¶ Et ſecundum hæc ultima uerba poteſt intelligi alia opin. eiuſdem Bald. in hoc, in capit. uaſallus. lo. 2. ſi de feu. fue. contro. inter do. & agna. Aliàs eſt in titul. ſi uaſallus ſeruitium domino. ſecundum impreſſionem Papienſem, ubi approbat Bar. in dict. l. eius, qui. quia quoties aliquid cõmittitur motu iudicantis, ibi requiritur iudicis declaratio. Sed hic committitur motu iudicis, quia d. capitu. 2. dicit abſq; rationabili cauſa. Ergo requiritur iudicis declaratio. Vnde ſi iudex non declarat, non habetur pro confeſſo, ſecũdum eum. Idem ipſe uult in l. j. poſt priu. C. de pœ. iud. qui malè iud. Erit ergo diſtinguendum ex hoc, an allegetur rationabilis cauſa, & oporteat pronunciare, an habeatur pro confeſſo, uel non: aut non allegatur, & ſufficit pronunciare eum contumaciter non reſpondiſſe. Sed tenendo, quòd iſta uerba, Habeatur pro tali, non denotent ipſo iure, uideretur, indiſtinctè, quòd non haberetur pro confeſſo, niſi p ſententiam. An autem hoc ſit uerum, eſt tactum ſuprà ſub uerſi. habeatur pro priuato. Et ut uides, ipſe Bart. non eſt re uera clarus in d. l. eius, qui. Ex quo non uult, quòd pronuncietur aliud, quàm ſuper contumacia. Ergo uult, quòd hoc conſtito pœna ſit incurſa. Propter quod, & propter authoritatem Domi. & Bald. in d. locis, fortè ſuſtineretur, quòd ipſo iure habeatur pro confeſſo, niſi opponatur non ſubeſſe rationabilem cauſam. Et ita apertius decidit Bald. in l. j. uer. ſcias etiam, quòd quandocunque. C. ne ex deli. defun. dicens, quòd ſi negatur contumacia, eſt pronunciandum: aliàs non eſt neceſſe, ex quo ex actis apparet, quia ſi non negatur, iſta quæſtio non eſt emergens. Ideo non eſt pronunciandum, iuxta no. in l. j. C. de ordi. iudi. Quod uerbum extollunt Moder. in lib. Maleficior. in uer. qui iudex uidens. uerſi. & aduerte. ubi uide. Et ſic ex iſtis uidetur fortè uerius dictum Dom. in dict. capitu. 2. quòd generaliter iſta uerba, Habeatur pro tali, ſint latæ ſententiæ, quia ſic ſentiunt iſta apertè. Cogita: quia iſta inueſtigatio traheret nos de materia extrauaganti ad extrauagantiorem. ¶ Concluſionem etiã prædictam firmat Mart. in dict. capitu. Iudæi. de Iudæis. dicens, quòd licet canon, uel lex loquatur per uerbum præſentis temporis, & ſic ſit latæ ſententiæ, tamen eſt neceſſaria ſententia declaratoria illum ſic feciſſe. Vnde ſi lex imponat pœnam priuatiuam bonorum ipſo iure, non auferuntur bona ſtatim, niſi præcedente declaratoria ſententia deli-

36 cti, per dicto capitu. cum ſecundum. ¶ Concordat † cum iſtis domi. Card. conſilio 128. Habui hunc punctum à quodam Cardinali, &c. ubi dicit, quòd etiamſi uaſallus commiſit cauſam, propter quã iura expreſsè priuant ipſum feudo, non eſt priuatus, niſi declaretur per ſententiam, eo prius conuicto. Facit etiam elegans conſil. eiuſdem 132. T. archipresby. Dictam concluſionem de declaratione pœnæ incurſæ deducit etiam Lap. latè, licet obſcurè, allega. 127. primò quæritur. ad fin. & Specu. de loca. §. nunc aliqua. uer. 47. & Specu. & Ioan. And. de pet. & poſ. §. quoniam. Bald. in l. quæ ſub conditione. §. fin. ff. de condi. inſti. & in capitu. j. §. uel ſi cum filia. qui. mo. feu. amit. & latè Petr. de Ancha. & Domi. in d. capitu. cum ſecundum. & eleganter Ange. de Are. in li. Maleſic. in uer. qui iudex, uidens, quòd inquiſiti. uer. quæritur tamen, an tale ſtatutum. & ibi pulchrè Auguſt. in addit. & Petr. de Ancha. in clemen. 1. in 6. not. de pœnis. & Angel. pulchrè in authen. de inceſt. nup. in princ. ibi, ex primò dictis dico, quòd ſi ſtatutum. & Domi. poſt Ioan. And. in capitu. 2. de præſcrip. in 6. Abba. & Phil. in capitu. peruenit. lo j. de app. & pulchrè Card. conſi. 76. domi. Abb. Sancti Benedi. de Mantua. in princ. & Bald. in l. iubemus. la 2. §. ſanè. ad fi. uer. adde tamen. C. de ſacroſanct. eccl. & alleg. per Alexand. in d. l. eius, qui. in apoſtillis, & alijs infrà allegan. ¶ Limita
37 primò † prædicta, niſi factum eſſet adeo notorium, q nulla eſſet opus declaratione, quia tunc non habet locum dict. capitulo cum ſecundum. Item not. domi. Abb. in capit. cum non ab homine. uerſic. ſed certè ſi ſubtiliter. de iud. quia in certis non eſt opus coniecturis, capitu. 2. de regu. iur. in 6. Vnde text. in dict. capitu. cum non ab homine. non dicit aliquid de declaratione præmittenda traditioni curiæ ſeculari, quia uidetur notoria incorrigibilitas, quando præmiſſo triplici gradu pœnæ ille reperitur inhærere ſuis iniquitatibus. Idem in illis terminis ſentit Bart. Zab. Archiepiſcopus Spalatenſis conſi. 53. Proponebatur caſus. ubi eleganter conſuluit, quòd clericus poteſt tradi curiæ ſeculari propter crimen læſæ maieſtatis attentatum contra Papam. Et ibi dicit unum, quod non legi alibi, uidelicet quòd ille clericus declaratur incorrigibilis ex eo, quia confitendo, quòd uolebat dare caſtrum Sancti Angeli uni Colonienſi, qui cum uiris armatis ingrediens faceret tumultum, dixit, quòd res habuiſſet effectum, ſi non fuiſſet uilitas animi unius illorum, qui fuit requiſitus, & obiurgabat reuelatorem de uilitate animi. nam per hæc uerba oſtendebat ſe non pœnitere. Ergo erat incorrigibilis. Et ita refert ſe cum pluribus epiſcopis & auditoribus Rot. quos nominat, concluſiſſe apud Sanctum Petr. ſuper podiolo ſuperiori uerſus uineam. Tene mẽti, quia cum his honoraberis. Bene faciunt antea uerba domi. Abba. in clemen. præſenti. de cenſi. ubi dicit, quòd dicta Barto. in dict. l. eius, qui. putat uera, niſi conſtare poſſet iudici ſaltem præſumptione legitima, illum incidiſſe in pœnam, utputà, quia citatus ſub pœna, ut compareat certa die, non comparuit, nam præſumitur contumax, & illico poterit iudex eo non comparente in termino declarare illũ contumacem abſque alia citatione, licet ipſe poſſit ſe defendendo allegare cauſam, quare comparere non potuit. Allegat alia, de quibus per eum ibi, & in capitu. peruenit. lo primo, ad fin. ibi, ſi uerò exceſſus notorius. de appel. & ibi Phi. Quos adde ad Auguſt. ad additiones factas in dict. lib. Maleſic. loco præl. ¶ Pro tanto dixi Domi. in dict. capitu. cum ſecundum. §. 1. in 2. not. quòd ubi factum eſſet notorium, & iudex aſſignaret terminum ad excuſandum factum, & non fieret excuſatio, poſſet fieri executio abſque alia declaratione. Et ita poteſt uno modo intelligi text. in capitu. ordinarij. uerſicu. quòd ſi fortè. de offic. ord. in 6. & in capitu. peruenit. & capitu. conſuluit. de appel. ſecundum eum, qui idẽ repetit in d. uerſi. quòd ſi fortè. in ult. not. dicens per hoc haberi unam limitationem ad d. cap. cum ſecundum. ¶ Et hoc declarat ibi dominus Paul. infrà, poſt Ioan. And. concludẽs, quòd priuatus ipſo iure, uel ſententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam, poteſt à beneficio amoueri, & alteri beneficium conferri. Et intellige, quando hoc eſt notorium. ¶ Et ita etiã intellige tu gloſſ. in cap. commiſſa. in uer. iuſto impedimento. de elect. in 6. dicentem, quòd in caſu cap. licet canon. eo. titul. poteſt collator conferre beneficium ipſo iure uacans abſque alia pronunciatione ſuper priuatione incurſa. Eſt enim notoriè incurſa illa pœna priuationis, & ſequitur

Lap.dict.alleg.127.Et dicit Domi.in d. c. commiſſa.§.1.in fi.quòd cautè facit ordinarius ſic conferendo ante uocationem. Allegat in ſimili Ioan. And.in duobus locis, pro quibus ibi facit etiam glo fi.in c.pro humani.de homi.in 6.ubi beneficia illorum conferuntur non uocato poſſeſſore, propter uerbum Liberè,ibi poſitum. Similis caſus in c.ubi periculum.§.præterea.net.ipſos.de elect.in 6. Qui caſus uidetur ſpecialis in hac materia,ut innuit ibi Domi.in ult. not. ¶ Cæterum ubi lex imponit pœnam per ſententiam, etiamſi factum eſſet notorium, ſemper opus eſt ſententia priuationis. Inno.in c.cum noſtris.de conceſ. præb. dixi ſatis ſuprà eo.ſciſcitatus. poſt Bald.in l.cum fratrem.C. de his,qui ut indi.& alios. ¶ Secundum prædictu puto procedere id, quod obtinuit in facto Alb.de Roſ.ut ipſe ponit in 4. parte ſta.q. 93. Duo ſunt ſtatuta.nam cum ſtatutum diſponeret,ut uulnerans cum armis ad effuſionem ſanguinis ipſo facto eſſet in banno, & alio ſtatuto permitteretur impunè occidi bannitum, liberauit occiſorem illius banniti à pœna, qui eum poſt illatum alteri uulnus occidit ante illam declaratoriam iudicis ſuper banno,quia tantum operatur ſententia facta à lege,quantum ſententia lata ab homine, l.eū quaſi.§.ſi plures.ff. de fideicom.li. Et facit ſit iura canonica excommunicātia ipſo facto.Opponit tamen,& non ſoluit de d. c. cum ſecundum. Sed poteſt dici, quòd ſi erat notorium de uulnere,non habeat locum d.c.cum ſecundum.per prædicta. Meritò ergo Bal.in d.l.iubemus.§. ſunè. quando loquitur de iſtu declaratoria,utitur uerbis qualificatis, uidelicet, ſi tamē reuocatur in dubium, ſentiens,quòd ſi res eſt in dubio, non ſit opus declaratione. Quod autem dicit Domi.in dictis locis de aſſignatione termini ad excuſandum,non puto neceſſarium, ubi notorium eſſet abſenti, excuſationem non competere,ut ſentiunt prædicti. Imo generaliter extra caſum d. §.quòd ſi fortè.uidetur ſufficere pœnam eſſe notoriè incurſam,licet poſſit excuſari delinquēs, quoniam gl.in d.c.commiſſa.præſupponit,quòd poſſit excuſari ille,per impedimentum iuſtum,& tamen non arctat ſuperiorem ad aſſignationem termini ſuper excuſatione. Sic etiam Doct. ſuprà alle. in materia c.2.de confeſſ.in 6.non arctant iudicem ad terminum rationabilis cauſæ probandæ, quæ tamen poſſet in caſu illo competere,ſed in illo, & ſimilibus caſibus notificata parti priuatione iudicis erit ſaluum ius allegandi iuſtas excuſationes. Intelligo ſanè, niſi executio eſſet irretractabilis, quia tunc poſſet procedere dictum Do. ceſſante ratione proximè dicta. Et facit,quod in ſimili de ſpecialitate præiudicij irretractabilis ſcribit Card.poſt Paul.in clemen.prima,in 3. quæſt.de re iudic.& Imol.in l.qui à latronibus §. 1. in ulti. colum.ff.de teſta.& Petr.de Anch.in regula,ea, quæ.libr.6. cum concordan.de quibus latè per Alexan.in l.non ſolum. §.morte.ff.de ope.no.nun.& in l.iiij.§.condemnatum.ff.de re indic.& conſi. 17. Quod autem executio ſententiæ facta per iudicem debeat notificari huic ad eam non uocato, probatur ex uulgato dicto Bal.in l.eos.§.apoſtolos.uer. & ideo conſului.C.de app.cum concord.quas ſoleo ponere in cap. cum olim.de re indi. Et memento, quòd ea, quæ ibi reduat, tractando,an & quando in facto notorio requiratur citatio ſeruituri optimè ad hanc limi. Secundum prædicta debes etiam intelligere uerba Bal.in l.ſi maritus.la j.C. de don.inter uirum & uxo. dum dicit, quòd clericus ipſo iure priuatus,non repellitur ſine cauſæ cognitione & citatione, & ſequitur ibi Ange.& Ana.poſt Card.in cap. 2. de ſimo.addēs Bald.in l.ſi deſerta.C.ſi propter pu.pen. Et pondera, dum dicit Bald.quòd non expellitur. Et ſic requirit notificationē fiendam priuato ſolum circa expulſionem, & de declaratoria nihil dicit,per quod confirmatur gloſſ. in dicto capitul. commiſſa. ¶ Limita ſecundò dictam regulam, dummodo qualitas inducta ipſo iure præceſſerit lit. conteſt. ſecus, ſi competeret lite iam inchoata. Ita limitat dict. capitu. cum ſecundum. Ioan. And.in addi. Spec.in rub.de app.in fin.ubi dicit,quòd ſtantibus impedimentis, propter quæ datur ipſo iure biennium appellanti, iuxta authen.ei qui. C.de tempo.& repar.ap.non eſt opus,quòd procedat alia declaratoria iudicis, quia non eſt opus à iudice poſtulare, quod à iure communi eo ipſo conceditur. Si ergo opponetur ei de deſertione, replicabit de impedimento, & de hoc cognoſcetur. Reſpondet ad dicto capitu. cum ſecundum,quòd ibi agitur de inchoando nouo proceſſu, hic autem de proſequēdo iam inchoato. Ideo alia declaratoria prima non requiritur. Et hoc dictum ſequitur etiam Domi. in dicto cap. cum ſecundum.§.1.in prin.& Lap.d.alle. 127. ad fin.& Imol. in cap.ex ratione.de appel.& ibi Phil. uerſi.ſed dubitatur. ¶ Li

38 mita tertiò † reſpectu fructuum: quoniam ad hoc, ut debeantur fiſco, non requiritur declaratoria ſuper priuatione ipſo iure impoſita: ſed ſtatim à die incurſæ pœnæ debentur fiſco.Ita tex.gloſſ.& Ang. in authen.de inceſt.nup.in prin. Et ibi infert, quòd non ualet inſtrumentum confectum à tabellione priuato ipſo iure tabellionatu, cum confectio inſtrumentorum ſit fructus officij, niſi fuiſſet occultè toleratus,ut per eum:& eſt glo.in §.pe.in authen. de tabelli.multum notata per Ana.in c.fraternitatis.de hæret. Hanc limitationem firmat etiam Domi.poſt Ioan. And.in c.felicis.in prin.de pœnis.in 6.per tex.in d.authen. de nup. & quæ etiā ad hoc allegat Maria.in dict.capitu.Iudæi.lo 2. de Iudæ.dicens,quòd in hoc eſt utile, quòd conſtitutio puniat ipſo iure,quia interim delinquens etiam nondum declaratus, non faciet fructus ſuos. Allegat etiam ad idem tex.in authen.de nup.mul.circa fin. Facit etiam pro hac limitatione, quod dixi poſt Abb.in cap.1.de conſti. in 6. fallen. in prima reſtrictione data ad gloſſ.in cap.fraternitas.12.q.2.dicendo poſt domi.Abb.quòd ubi pœna priuationis bonorum eſt impoſita ipſo iure, non eſt tutus in foro conſcientiæ, etiamſi non ſit declaratus, ut etiam per Abb.latius in c. dilecti. de arbi. Et hanc limitationem firmat etiam Petr. de Ferrariis in ſua practica Papienſi,fol. 183.in uerbo,ipſo facto. dicens,quòd à tempore criminis habetur ratio fructuum: & interdictu eſt alienatio bonorum, prout eleganter not. ſecundum eū, Iaco.de Bel.in d.§.1.authen. de inceſ.nup. Ad idem dicit facere no.maximè per Bar.in l.poſt contractū.ff.de donat.nā uult ibi Bart. uer. ſecundum tempus.quòd ubi confiſcatio eſt facta ipſo iure, non ualet donatio, uel alienatio bonorum:quia non habet dominium, cum ſtatim amiſerit. ¶ Procedunt iſta, ubi à iure inducta eſt ſtatim pœna confiſcationis:ſed ſi eſt per iudicem imponenda, ſecus:ſecundum Bal. in l.non ſolum.in fin.ff.de reſtitu. in integ. ubi dicit per illum text.quòd licet bona homicidæ debeant confiſcari, tamen hoc non intelligitur inuito fiſco. Et ideo, donec fiſcus agnoſcat, non intelliguntur confiſcata:arg.tex.ibi, & in l.j. §.an bona.ff.de iure fiſ. Et ideo dicemus, quòd licet facta ſit confiſcatio uerbalis, niſi fiat incorporatio, confiſcati utuntur bonis, ſecundum eum. Et ad hoc uide etiam Domi.in dict.capitu.ſecundo,§.j.de præſcrip.in 6. & facit ſequens limitatio. ¶ Limitā quartò reſpectu effectuum executiuorū, quos abſque hominis miniſterio ſecum trahit pœna ipſo iure impoſita: quoniam iſti uim ſuam infligunt abſque declaratione iudicis. Ita tex.& ibi Bald.in l.quæ ſub conditione. §.fin.ff.de condi.inſt.ubi remiſſo ſemel iuramento à prætore, non eſt neceſſe amplius ipſum adire. Ideo dicit ibi Bald. in ſua pulchra diſtinctione ſuper quæſtione, an & quando ſuper diſpoſitis à lege oporteat iudicem adire? quòd ubi ultra prouiſionem legalem non requiritur aliquod miniſterium iudicis in exequendo, non oportet adire iudicem, per illum textum. Secus, ubi requiritur miniſterium iudicis in exequendo. Propterea dicit Imola in capitu. felicis.de pœnis.in ſexto. prout recitat ibi Domi.in princip. quòd quicquid ſentiat ibi Ioan. Andr. non eſt neceſſaria aliqua declaratoria ſuper pœna ipſo iure impoſita, quo ad effectus, qui immediatè trahunt executionem ad factum:nec de ſui natura expectāt aliam extrinſecam executionem poſt ſe. Hinc eſt, q irrogata à iure, ſtatim infamia, ille eſt inteſtabilis ante declaratoriam:ſecus,ubi expectatur hominis miniſterium, ut in confiſcatione bonorum,uel priuatione beneficij:quia tunc requiritur ſententia declaratoria, & procedit dicta regula. Pro qua limitatione facit optimè,ſecundum Dom.ibi, quod not. Inn.in c.qualiter.lo 2.de accuſ.ad fi. ibi,itē not. q ſententia lata. ubi dicit, q ſententia lata ſtatim ſortitur quoſdam effectus:uerbi gratia, ſi talis ſit pœna alicui impoſita, quæ libertatem aufert, ulterius eius teſtamentum non ualet, neque aliquid ex teſtamento capiet. Quæ uerba pulchrè reaſſumit Benedictus de plumbino in quadam diſputatione, Titius habens Germanum legitimum.8. columna. Videmus enim in pœna excommunicationis à iure impoſita, quòd ipſo iure affligit & inhabilitat, quo ad omnes ſuas potentias, illum, qui in eam incidit abſque alia declaratione

ne, per c. paſtoralis. in fi. de app. ubi trahit ſecum executionem. Et facit c. cum non ab homine. de ſen. excom. Vnde reſpectu ipſius excommunicati ſtatim excõmunicatio operatur, repellendo eum à communione, celebratione, cæteriſq; actibus excommunicato uetitis, per prædicta, ſicut in ſimili dicitur in c. fi. de coha. cle. & mul. ¶ Aduerte tamen attentiſſimè,

39 quoniam† iſta procedunt reſpectu ipſius excommunicati, ſed quo ad hoc, ut ab alijs debeat tractari, repelli & euitari, ut excommunicatus, opus eſt ſententia declaratoria iudicis declarantis eum eſſe à iure excommunicatum. Ita ſatis audacter decidit Petr. de Anch. conſi. mihi 185. Tribus de cauſis dominus epiſcopus Fauentinus. 2. colũ. per d. cap. cum ſecundum. & per id, quod not. Ioan. Andr. in c. 2. de præſcrip. in 6. etiam in pœnis afficientibus perſonam, ut eſt infamia. de qua tamen aliter ſuprà: Concludit ergo generaliter Pet. de Anch. quod ſententia canonis, uel ſtatuti, non priuat quem exercitio actuum permiſſorum, niſi poſt ſententiam declaratoriam. Quod dicit eſſe not. ¶ Sed re uera non erat tempore Petri de Anch. concluſio iſta iure aperte fundata, imo deſiderauit Ioan. And. quòd ita ſtatueretur, ut in ſua glo. in clem. 1. in gloſſ. 3. in fi. de ſent. exc. nec putauit per d. c. cum ſecundum. eſſe deciſum apertè, quòd excõmunicatum à iure, uel interdictum non teneremur euitare ante denunciationem. Imò, in excommunicato eſt caſus in d. cap. cum non ab homine. cum concord. ibi in gloſſ. alle. quòd excommunicatum etiam non denunciatum tenemur euitare, contra quæ iura puto per inaduertentiam ſcripſiſſe Pet. de Anch. in dicto conſi. Dictum tamen ſuum hodie eſt uerum, & ſatisfactum eſt deſiderio Ioan. And. in d. glo. quoniam atteſtatur dominus Abb. in d. clem. 2. fuiſſe hodie hoc ſtatutum in concilio Baſilienſi, in 20. ſeſſione, ubi ſtatutum fuit in hæc uerba, Inſuper ad euitanda ſcandala & multa pericula, quæ conſcientijs timoratis contingere poſſent, miſericorditer indulgemus, ut nemo deinceps a communione alicuius, ſacramentorum adminiſtratione, uel receptione, aut alijs quibuſcunque diuinis intus, uel extra, prætextu cuiuſcunque cenſuræ à iure, uel ab homine generaliter promulgatæ, teneatur abſtinere, uel aliquem uitare, aut interdictum eccleſiaſticum obſeruare, niſi ſententia, uel cenſura huiuſmodi fuerit publicata, uel denunciata ſpecialiter & expreſſè, non obſtantibus conſtitutionibus, &c. ſaluo, ſi quem pro ſacrilega manuum in clericos iniectione ſẽtentiam latam à canone adeo notoriè conſtiterit incidiſſe, quòd factum non poſſit aliqua tergiuerſatione celari, nec aliquo ſuffragio excuſari: nam à communione illius, licet denunciatus non fuerit, uolumus abſtineri, iuxta canonicas ſanctiones. Et ita ſtatuit Martinus V. in concilio Conſtantienſi, & refert ad literam Archiepiſcopus Florentinus in 3. parte 3. partis ſuæ ſummæ, titu. 26. capitul. ultim. & ſubdit, quòd licet quidam dicerent hanc conſtitutionem fuiſſe propoſitam, ſed non acceptatam, præcipuè ab Italica natione, tamen duo uenerabiles uiri, quos nominat, & qui interfuerunt concilio, dixerunt ei, quòd fuit acceptata ab omnibus ut perpetua: & ita refidet ibi ſubdit Archiepiſcopus idem latius ponens in tractatu De cenſuris, cap. 83. uer. not. diligenter, quòd iſta conſtitutio facta Conſtantiæ, fuit approbata in concilio Baſilienſi, ante quam ſciſſuram faceret. Et refert eam, ſubdens, fuiſſe approbatam per Eugenium tunc Papam, ut ſibi retulit do. Iulianus, qui ibi legatus fuit, & etiam unus alius, & ibi diſputat, an Papa potuerit hoc ſtatuere? & concludit, quòd ſic. Et ſubdit, quòd cùm quidam uiſitans Martinum Papam V. dixiſſet, quòd audiuerat illam conſtitutionem fuiſſe pro quinquennio, Papa dixit, Ego uolo, quod ſemper duret. Et idem dixit dixiſſe quendam famoſum auditorem Rotæ, & alia narrat circa robur huius conſtitutionis, quæ re uera eſt importantiſſima, & multum correctoria dictorum iurium. ¶ Sed nouiſſimè mecum ſæpe in uno cogitaui, & uiros grauiſſimos conſulens non inueni ſaturantem admirationem meam, nam Archiepiſcopus uidetur in relatione ſua excipere duos caſus, in quibus ſtat adhuc ius commune. Primum colligo ex illo uerbo, generaliter promulgata. Ergo ſecus, ſi ſpecialiter. Secundus clarè patet in uerb. ſaluo, uidelicet in percuſſore notorio clerici: & pondera, quia dicit ſe hanc conſtitutionem habuiſſe à Iuliano Cardinali, qui, ut legatus, interfuit eius promulgationi. Conſidero, quòd domi. Abb. in dict. clem. ſecunda, non loquitur ſic: ſed dicit, quòd excipitur ille, quem conſtiterit incidiſſe in excommunicationem, ita ut nulla poſſit tergiuerſatione celari. Non ergo excipit ſimpliciter notorium clerici percuſſorem, ſed omnem notoriè excommunicatum. Ecce ergo diſcrepantiam maximi ponderis: nam ſecundum primam relationem, notorium excommunicatum non denunciatum non teneor euitare, excepto dicto percuſſore: ſecundum ſecundam teneor euitare omnem notorium, quod quantum importet, bene guſtant, qui de caſibus conſcientiæ quotidie pulſantur. ¶ Salua ueritate, quæ ex originali apparere poteſt, & ſalua deciſione dominorum curialium, adhæreo ſecundæ relationi propter duo. Primò, quia notorius excommunicatus non eſt neceſſariò denunciandus excommunicatus, ut paulo ĩ. uer. limita primò. & not. Ab. & Phil. in c. peruenit. lo j. de ap. Ergo notorius rarò euitaretur. Secũdò, quia uenerabilis uir frater Nicolaus de Auſmo in ſupplemento Piſanellæ in uerbo, clericus. 3. in fi. referens hanc conſtitutionem, & dicens eſſe magnam innouationem in hac materia, dicit apertiſſimè in hæc uerba, niſi aliquem ita notoriè excommunicationis ſententiam incurriſſe conſtiterit, ꝙ nulla poſſit tergiuerſatione celari, &c. Et ſic concordat cum relatione Abbatis, & dicit ſe extraxiſſe hanc conſtitutionem de libro do. Iuliani Cardinalis, qui uulgariter dicebatur S. Angeli, qui præfuit dicto concilio, & ſibi oſtendit hanc conſtitutionem in camera ſua & ſtudio ſuo Florẽtiæ, 1440. die 31. Decembris. Et pondera mirabilius, dum Archiepiſcopus & iſte hanc exceptionem uario modo referentes, allegant authoritatem, & informationem eiuſdem Iuliani, & profectò nunquam uidi rationem concludentẽ, quare magis debuiſſet excepturi caſus notorij percuſſoris, quàm alius notorius excommunicatus. Cogitabis adhuc, non hic enim tetigi, ut uiderer rerum nouarum detector, ſed ut habentes raritatem librorum informentur de pluribus, & qui unum librum habet, non credat ſe omnia habere, & caueat, quomodo loquatur, maximè in prædicationibus. Subdit utiliter frater Nico. ubi ſuprà. Per hoc tamen huiuſmodi excommunicatos, ſuſpenſos, interdictos, ſeu ꝓhibitos non intendit dicta conſtitutio in aliquo releuare, nec eis quomodolibet ſuffragari. Idem dicit Archie. in d. tractatu De cenſuris, paulò ante relationem dictæ conſtitutionis, dicens, ꝙ per hanc conſtitutionem non tollitur, quin ipſe excommunicatus debeat ſe ſubtrahere à communione fidelium in diuinis, & extra. Et hoc eſt utile, per id, quod dixi in princ. huius quartæ limitationis, uidelicet ꝙ excommunicatio operatur, quã tum ad ſe. Vnde iſte non poterit eſſe in iudicio, nec eſſe teſtis [a], nec contrahere [b], & generaliter nihil facere de prohibitis excommunicato. Non enim intendit dicta conſtitutio in aliquo ſuffragari excõicato, ſed ſolum ſuccurrere cõicãtibus cum eo. ¶ Et guſta unum nouum. Nam tu ſcis

40 ꝙ ſi † excõicatus eſt iudex, & occultus, & non denunciatus, ſententia ſua ualet [c], cap. ad probandum. de re iud. Dicit autẽ ſingulariſſimè Cal. ibi, & omnes referunt ꝙ ſi pars, quæ coram eo litigat, ſcit eũ eſſe excommunicatum, geſta pro illo ſcienter non tenent. Et eſt aurea limitatio ad l. Barbarius. ff. de off. præto. ut ibi ſatis ſcripſi. Modò conſiderabam, ꝙ dictum Cald. fortè non procedit reſpectu excommunicationis, ſed procedit in alijs inhabilitantibus, occultis cæteris & parti notis, quoniam tunc non procedet l. Barbarius. Sed in excommunicatione etiam nota parti, ſecus, per dictam conſtitutionem. Et ſi diceres, Ipſe iudex eſt inhabilis, & dicta cõſtitutio nõ habilitat inhabilem, ut paulò ante, reſpondeo, ꝙ dictum Cal. non fundatur in fauore iudicis, nec hoc reſpicit, ſed ſolum eſt dictum in odium ſcientis iudicem excommunicatum, & eum non euitantis, ut non teneatur, d. c. cum non ab homine. Hoc autem odium eſt ſublatum per dictam cõſtitutionem nouã, per

a *Teſtis*] *Adde do. Alex. in l. 3. §. lege Iulia. ff. de teſti. & do. Soc. conſ. 45. incip. Viſa appellatiõe. uerſi. præterea iſti, ibi, ſed exiſtes, in prima parte, chart. 86. quod eſt uerũ, niſi tempore ferendi teſtimonij abſoluatur, quod fieri poteſt, quando eſt ſolus, ne probatio pereat, arg. l. ſeruus. ſol. mat. ſecundum Ange. in repet. uerb. teſtis. uerſi. teſtes, quorum. Quod tamen intellige, ſi ſit data ꝑtãs abſoluendi, nõ aliter, ſecũdũ Old. cõſi. 145.*

b *Nec contrahere*] *Adde dom. Alex. de Imo. in l. ſi quis arbitratu. de uerb. oblig.*

c *Valet*] *Adde Bald. in l. id, quod pauperi-*

pauperibus. C. de epiſ. & cle. 2. col. & Bal. in l. 4. uer. ſic. iuxta hanc l. quaero. C. de ſent. & Bald. in leg. 1. uer. unam omiſſ. C. de iuris & facti. igno. et Ioan. Pa. in ſumma in libello uer. uerſic. publicè excommunicatus. & Bald. in Marg. uerb. ſententia. Et adde domi. Soc. conſi. 32. incip. Ex his, quae ſuperius. uer. et ex ipſa. in fi. in 1. parte, char. 65. Vide gl. 14. q. 1. in ſumma, & in q. 8. ubi habes, q. iſtae ſententiae latae ab excommunicato ualent, donec detegatur infamia, poſt non.

quam licitè communicat quis excommunicato non notorio non denunciato. Et ſic eſt limitatum dictum Cald. Et iſta oo. quia ſunt recentia, & nouiſſima, & de pane lucrando.

41 Citatus etiam pars, quando † proferetur ſententia declaratoria poenae incurſae. Gloſſ. not. in clemen. praeſenti. in uer. conſtiterit. de cenſi. & ibi pulchrè domi. Abba. poſt alios: & gloſſ. in clemen. 2. in eodem uerbo, de poenis. & utrobique Doct. Petr. de Anch. conſil. praealle. Bald. Gaſp. Cardi. & Moder. in cap. ſecundo, de ſpon. & omnes ſtatim allegandi ſub hac concluſione: & Rota de lit. conteſta. 3. in nouis: & Imol. poſt Card. in d. capitu. extirpandae. de praeb. ¶ Et adeo eſt uera iſta concluſio, quòd licet excommunicatio lata ſine citatione, & ſine monitione, uel iuris ordine, teneat, quamuis iniuſta, 11. q. 3. c. 1. §. cum ergo. Imol. latè in capi. fin. de praeben. Rota. de ſenten. excommu. 8. in antiquis, & 3. in antiquioribus: glo. 2. q. 1. in ſumma. Imol. infrà, cum ab excommunicatu. cum concor. Nihilominus ipſa ſententia declaratoria excommunicationis à iure latae incurſae eſt nulla, ſi non praeceſſit partis citatio, ut per Imol. poſt Card. in c. extirpandae. de praeben. Et rationem differentiae inter cenſuram & declarationem ſuper cenſura, accuratè ponit Franc. de Are. conſi. 165. ubi uide dictam regulam etiam dilatatam. ¶ Intellige primò, dummodo debeat diſcuti factum, propter quod quis dicitur excommunicatus: Ita loquuntur d. gloſſ. Sed ubi praeſuppoſito delicto pro indubitato quis declaratur excommunicatus ad finem, ne magis innoteſcat, uel ut budie euitetur ab alijs, non eſt opus eum citare, ſecundum Ludo. conſi. 482. In caſu praemiſſo. ad fin. licet multi aliter allegent dictas gloſſ. non intelligentes eas, ſecundum eum: Inducit c. reprehenſibilis. de ap. quem tex. not. ibi Abb. & Moder. ſecundum eum: quem uide. Sic etiam intellige Rotam de ſenten. excom. 19. in antiquis. dū allegat dictas glo. uolens, quòd ſi petitur declarari per ordinarium, quem incurriſſe canonem, ſi quis ſuadente. 17. q. 4. debet praemitti cauſae cognitio & partis citatio, non tamē litis conteſtatio: quia hic nihil petitur adiudicari, uel auferri. Et ita etiam uidetur haec intelligere Nic. Myl. auditor Rotae, in ſuo reper. in uerbo, citatio. §. 81. incip. citatio. ſic dicens, quòd iſta citatio fit, ubi negatur factum, ex quo à iure poena infligitur, & per eundem ibi in §. 98. citari debet quis, &c. Et adde Ludo. in l. is, cui bonis. ff. de uerb. obligat. Allegat ad haec d. cap. reprehenſibilis. & ibi uide Phi. ¶ Intellige ſecundò, niſi declaratoria excommunicationis fiat ſuper exceſſu notorio, quia non eſt opus citare excommunicatum. Tex. in cap. peruenit. lo 1. de ap. & ibi latè Ab. & Phil. & not. Abb. in cap. parochianos. in 1. col. de ſen. excommu. Et licet tunc denunciatio non ſit neceſſaria, ad hoc, ut talem ariteut, per d. §. in 4. limitatione proxima, tamen fit denunciatio, ut innoteſcat his, qui neſciunt factum eſſe notorium. Et intellige, quòd ſit certum, non competere aliquam iuſtam excuſationem excommunicato, ut per Abb. in ſimili in cap. accepta. de reſti. ſpo. & in c. ueſtra. in fi. de cohab. cle. & mu. cum concor. quas dedi in c. cum olim. de re iudi. Secus, ſi poteſt competere aliqua excuſatio, ut latè per Franciſ. de Aret. in d. conſi. 165. & dixi in d. c. cum olim. Et ſic intelligerem, quod not. Imol. poſt Card. in d. c. extirpandae. 7. col. allegando Guil. in d. clemen. praeſenti. qui dicit, quòd etiamſi factum ſit notorium, tamen pars eſt citanda, quia multa dicuntur notoria, quae non ſunt, ut dicitur in cap. ad noſtram. lo 3. de iureiur. Et idem dicit Imo. poſt Guil. in d. clemen. praeſenti. penul. col. Dicitur autem notorium Inexcuſabile illud factum, quod nullo caſu eſt licitum, puta, trāſitus epiſcopi ad aliam eccleſiam ſine licentia Romani pontificis, c. quanto. de tranſla. praelat. & adulterium, blaſphemia, & ſimilia, quae ſi apparent notoriè fuiſſe perpetrata, nō
42 cadit ibi excuſatio. ¶ Intellige tertiò, niſi † ſit dubium de fuga citandi, quia tunc poteſt declarari incurriſſe poenam omiſſa citatione. Abba. in dicto capitu. cum non ab homine. 1. colum. de iudi. & Domi. in capitu. 1. §. fin. in penult. colum. de homi. in 6. ubi dicit, quòd omittitur citatio, ubicunque ex ea induceretur impunitas criminis. Not. Bald. in l. conſentaneum. 6. col. uer. quaero una cum But. C. quomodo & quando iu. dicens, quòd iſto caſu poſſent recipi teſtes parte non citata. Et eſt ſpecialiſſimum, ne fuga inſtruat eū, ſecundū ipſum. Unde dicit Bal. in l. cunctus. C. de ſumma trinita. in lect. quòd ubi quis eſt ſuſpectus de receſſu, non eſt neceſſe, quòd edictum ad eius notitiam deueniat. Allegat Innocent. qui hoc dicit in cap. ex literis. de exceſſib. praelato. Et dicit Salicet. in l. abſentem. C. de accuſ. quòd iudices moderni prouident, quòd habita informatione à teſtibus ſuper crimine, incipiunt à captura, ne ex citatione reus factus certior incipiat à fuga. Faciunt multa, quae ob ſuſpicionem fugae ſunt inducta, de quibus in l. ait praetor. §. ſi debitorem. ff. de his, quae in frau. cre. cum concord.

43 Et appellari poteſt † ab iſta declaratoria, gloſſ. fin. in capitu. cupientes. §. quòd ſi. in uer. priuatos. de electio. in ſexto. licet à poena ipſius leg. in quam dicitur partem incurriſſe, appellari non poſſet, l. ſi qua poena. ff. de uerborum ſignifica. & capitu. quia nos. de app. Et dictam gloſſ. ſequitur Abba. in dict. clemen. praeſenti. & conſi. in impreſſis 101. Ad claram & luculentam. Et ibi dixit, quòd licet in facto uerè notorio non poſſit appellari, capitu. cum ſit. de appellat. tamen à ſententia declarante factum eſſe notorium appellari poteſt, per dictam gloſſ. quam etiam ipſe ſequitur in dicto capitu. peruenit. & ibi Philip. & Ana. in capitu. ſuper his. 7. colum. de accuſa. & in capitu. prohibeas. prima column. de magiſt. Et idem Bald. in capitu. ad noſtram. in fin. de appel. Et caue, ne dicas, Appello ab iſta poena, ſed dicas, Appello, quia non ſum culpabilis, uel, quia non fuit probatum, ſecū dum Bald. in leg. unica, uerſicu. ſed hic reſtat dubium. C. ne ex delic. defun. & dictam gloſſ. ſequitur etiam Ludouic. conſilio 482. & Abba. in capitu. fina. 7. colum. de iuramen. calū. & Imo. poſt Card. in dict. capitu. extirpandae. 7. colum. Operabitur etiam inter alia magnum effectum dicta appellatio, quoniam licet ſententia, per quam quis excommunicatur, non ſuſpendatur per appellationem, capitu. paſtoralis. de appel. quia tunc conſtat de excommunicatione, quae ligat, etiamſi eſt iniuſta, tamen ſi appellatur à declaratoria excommunicationis incurſae, & ſic eſt dubium ipſum factum, per quod dicitur quis excommunicatus, & declaratio poteſt eſſe non uera, ideo in dubio, uel cum conſtat eam non ueram, appellatio ſuſpendit, & nullatenus euitabitur, niſi appellatione deſerta, uel finito articulo appellationis, & proſecutionis, & non probatis deductis in appellatione. Ita dicit Domi. poſt Lapum in clemen. prima, in ulti. char. uerſiculo undecimò quaero. de ſequeſt. poſſeſ. & fruct. dicēs hoc eſſe ſingulare & utile in practica, & tranſit ibi Imol. in fin. Caeterum ſi argueretur ſic in contrarium, licet ſententia declaratoria ſuſpendatur, tamen excommunicatio non ſuſpenditur, quia ſi ſtatim tenuit, aut ſtatim erat incurſa, nulla appellatio ſuſpendit eam, dict. capitu. paſtoralis. aut non erat incurſa, & tunc, quòd tenet, non ſuſpenditur, capitu. ad diſſoluendum, de deſponſ. impub. Licet enim ueritas excommunicationis apud nos non ſit certa, ſed pendeat à futuro euentu, qui dubius eſt, l. quod debetur. ff. de pecu. tamen re uera aut ſtatim tenuit, aut ſtatim fuit nulla? quia lex eſt certa de omni eo, de quo ex certa natura, l. ſi pater. ff. de ſolu. & l. cum ad praeſens. ff. ſi certum peta. Ergo non cadit hic ſuſpenſio. Reſponde, licet non reperiam tactum, & aſſumam uerba Abb. in dict. cap. paſtoralis. §. fin. quinta colum. uer. ad ſecundum dubium. & ibi etiam Imol. & latius Phil. & dic, quòd ſi pendente appellatione alij ſecum communicant, non peccant. Idem, ſi ipſe ingerit ſe diuinis. Excuſatur enim ab irregularitate, quia iſti non dicetur cō tempſiſſe, ex quo pendebat appellatio. Excuſatur itaque ex probabili ignorantia, cap. pen. cum glo. de cler. excom. mi. Sed ſi gerit aliqua, uel cum eo geruntur ratione priuati iuris, ſeu officij, & ſunt de actibus prohibitis excōicato actiuè, uel paſſiuè, ut collatio beneficij, uel acceptatio, talia erūt nulla conſtito de ueritate excommunicationis etiam prius occultae, traheturque effectus declaratae excommunicationis retrò, etiam ſi talis ignorabat ſe excommunicatum, ſecundum glo. in d. c. pe. Non enim habet locum l. Barbarius.

ff. de

ſi. de offi. præto. in his, quæ geruntur iure priuato ab inhabili: quia in illis tantum nocet inhabilitas occulta, quantum manifeſta. Inno. ſingulariſſimè in c. cum dilectus. de conſue. quem ſequitur Io. And. in c. j. de reſcrip. in 6. & ibi Domi. j. col. Pau. de Leaza. io commento c. ſi celebrat. 12. co. de cle. excom. mi. Abb. in c. ſi uere: in ſi. de ſent. excom. in c. nouitatis. ad ſi. de dolo & contu. in c. conſultationibus. de iure pa. in c. poſt ceſſionem. de prob. in c. Cumana. quaſi in ſi. de elec. in c. exceptionem. in antep. col. de excep. in c. intelleximus. de iudic. in c. conſulti. de procur. & in c. ad probandũ de re iud. Notat etiam Inn. in c. cum Vintonienſis. prope. ſi. de elect. Phil. in c. ſæpe. 2 t. col. uer. ſecundò patet. de appel. Inno. in c. cum dilecta. in j. gl. 7. eo. & in c. nihil. in j. gl. ad ſi. de ele. Car. in cle. j. ad ſi. de reg. Lud. in ſing. 725. iura faciũt. omnes. in d. l. Barbarius & in c. pia. de excep. in 6. Quas quotas diuerſimodè Inno. guſtantes & declarantes non adduxi aliàs, nec fortè ab alio audiuiſti. Itaq; in propoſito oportet concludere, q non habeat maiorem uim appellatio interpoſita à dicta declaratione, quam appellatio interpoſita ante excommunicationem. Illa autem ſicut in caſu non iuſtificatæ demum appellationis non reddit ualide geſta ab appellante, ut priuato, ſecundum prædictos: ita nec iſta. Secus ſi in his, quæ excuſantur propter non contemptum, ut celebratio, in obſeruantia excommunicationis, & ſimilia. Et ſic propter argumentum præfatum remanet reſtrictum dictũ Lapi non conſuetum ita ab alijs commentari. Et hæc ſufficiant. ¶ Per quæ omnia habetis, Cõmilitones amantiſſimi, quod toties petijſtis, uidelicet ineptias meas circa materiã pœnarum incurſarum, uel incurrendarum, quomodo uidelicet hoc cognoſcatur. Demum duas concluſiones ſuperinde neceſſarias: unam, quando ſit opus declaratoria ſuper pœna incurſa: alium, quãdo ad eam ſit pars citanda. Quæ duo ſi memor ſim, tetigi aliàs in uoce legendo d. c. cum non ab homine. Tamen repetijſſe hic non piget: tum quia plenius dictum eſt, quam ibi, & collecta tunc in ſcholis pauci habent, & inepte: tum, quia defectuoſa fuiſſet cumulatio noua ſuprà facta abſque coniunctione harum concluſionum, quæ per hoc ab impertinentia excuſantur, compenſantes etiam utilitatem inſertorum cum prolixitate in loco minus proprio ſituata ſed uehementiore calami tranſcurſu ampliata ad inſtar nauis portui appropinquantis, maiori plerunque, quam expediat, remigatione exaggerata.

¶ Expeditum eſt igitur hoc. Rodulphus. cum ſua dote, ſicut, & cætera præcedentia: quibus nihil detrahit octo capitulorum ſequentium omiſſio, à nobis non magniſaciendarum, quia materiam habent ualde tenuem, excepto c. ab excommunicato. reperito ſolenniter per Car. Bu. & nouiſſimè per Iaco. Zochum: tum, quia me excuſat ratio præallegata ſuprà, in hoc cap. in uer. expeditis.

Laus indiuiduæ Trinitati.

Felinus de Sandeis Canonicus Ferrarienſis anno domini. 1484. ex 17. lectionibus quas ordinariè legit partim Ferrariæ, partim Piſis. ætatis autem ſuæ anno. 40. Piſis. Licet ſuper 2. par. primi decret. uidelicet de offi. dele. & ſuper prima ſecũdi collecta fuerint multa in ſcholis Domini Felini, qui his illas partes publice legit Piſis tamẽ ea ab impreſſoribus publicari noluit quoniam, cum in uoce legerit uario & confuſo modo collecta fuerunt uerũ quia in fine anni quo ſecũdo legit de offi. deleg. rogatus ab auditoribus dedit in ſcriptis à c. ad reprimendam. de off. ord. uſque ad c. 1. de pact. incluſiue. & ſeq. anno idem fuit à tit. de lit. conteſt. uſque ad c. quoniam. §. in alijs excluſiuè. Ideirco quoniã in dictis ſcriptis ſunt aliqui paſſus nouo ſtylo utiliſſimè exarati, non recuſauit ut impreſſoribus darentur.

De officio et poteſtate iudicis delegati.

TITVLVS XXIX.

SVMMARIVM.

1 *Maius dignum ratione communionis, trahit ad ſe minus dignum.*
2 *Iuriſdictionem habens ex commiſſione alterius, an ſemper dicatur delegatus.*
3 *Statutum ſi dicat, quod nullus poſſit habere duo officia, an habẽs cuſtodiam arcis, poſſit habere aliud officium? tenet, quod non.*
Cardinalatus an dicatur officium. Vide poſt nu. 3.
4 *Cardinalatus officium & poteſtas, qualiter differunt.*
Auditores Rotæ an dicantur ordinarij. Vide poſt nu. 4. uer. quæro, utrum auditores Rotæ.
Quid de uicario epiſcopi. Ibidem, uer. uicarius etiam epiſcopi.
Appellari an poſſit à delegato epiſcopi ad eius uicarium. Vide in rubrica de off. deleg. poſt nu. 4. uer. utrum à delegato epiſcopi.

Continua hic iſtam Rubricam, ut per Doct. ſed uidetur ultra Abb. quod iſta rubrica nõ ſit bene ſituata, quia iudex ordinarius hẽt iuriſdictionem generaliorem delegato. Sed rubrica de offi. ord. poſtponitur. Ergo &c. Ad iſtud cõtrarium reſpondet Ioan. And. hic, quòd ideo anteponitur rubrica de offi. deleg. rubricæ de offi. ord. quia iudex delegatus eſt dignior: ſed Ant. hic mordet iſtam reſpõſionem, & adducit rationem: quia in iſta rubrica ſunt aliqua capitula, quæ loquuntur de delegato ab ordinario. Ergo nõ debebat antepont. Sed ipſemet poſtmodum ſaluat, dicens quòd ſunt tam multa quàm plura capitula in iſta rubrica quæ loquuntur de delegato Papæ, quàm quæ de delegato ab ordinario: & ideo præponitur iſta. ¶ Dicunt hic Moder.
1 quòd † ratione communionis & mixtionis, maius dignum attrahit ad ſe minus dignum [a]. Allegant tex. in l. ſi communem. ff. quemad. ſerui. amit. & dictum Bart. in l. præcipimus. §. pen. C. de appel. ubi ratione clerici laicus gaudet illius priuilegio in re communi: & dictum do. Car. in c. Ioannes. de teſta. ubi dicit, quòd ratione mixturæ clericus trahit laicum ad forum eccleſiaſticum. Facit gloſſ. in ca. 1. de offi. deleg. in 6. uer. fratribus. ¶ Vltra ipſos adde ad hoc gloſſ. in c. 1. uer. fratribus. de renun. in 6. quæ dicit, quòd Papa loquendo in cõmuni Cardinalibus, uocat ipſos fratres: quia ibi ſunt aliqui epiſcopi. Adde Ioan. de Lig. in c. ex literis. de conſti. ubi dicit, quòd ſi agitur de conuenienda uniuerſitate ſcholarium conuenitur corã eccleſiaſtico: quia in ſtudio ſunt aliqui clerici. Ergo in propoſito. Et uide dictum beati Tho. 2. 2. q. 69. arti. 1. ubi ſi partes compromittunt in ordinarium, qui potuiſſet cauſam diffinire ſine compromiſſo, an procedens intelligatur procedere ſecundum poteſtatem ordinarij, uel ſecundum poteſtatem compromiſſariam? & dicitur ibi, quòd præſumitur procedere ſecundum poteſtatem ordinariam quia ordinaria eſt potentior & generalior. Adde dictum do. Ab. in c. ad audientiam. de præſcrip. ubi dicit, ſi laicus habet rem cõem cum clerico, puta ciuitatem cum curia Romana, poteſt ſe tueri præſcriptione centum annorum. Alle. d. l. ſi cõmunem. & c. de quarta. de præſcrip. ubi ſi laicus habet rem cõmunem cum epiſcopo, nõ currit præſcriptio uacante ſede. Adde do. Abb. in c. ſi. de iure pat. ubi dicit, q ſi ſunt duo patroni, unus clericus, alter laicus, q reſcriptum Papæ præiudicabit ambobus. Et dicit, quòd ratione maioris fauoris fit denominatio à laico: quia eſſet damnoſum clerico, ut fieret denominatio ab ipſo clerico. Allegat tex. in d. l. ſi cõmunem. Vide tex. in c. ſacris. de ſepul. ubi non exhumãtur corpora excommunicatorum, ne exhumentur corpora non excommunicatorum. Facit optimè text. in cap. per tuas. de arbi. ubi in materia ſpirituali poteſt compromitti in laicum ſimul cum clerico. ¶ Vltra prædicta dicunt hic Moder. quòd

a *Minus dignũ] Adde tex. in l. 2. § prin. C. de legi. et ibi uide Bal.*

etiam uidetur eis, quòd iſta rubrica non ſit bene ſituata, quia in ff.uet. primò ponitur rubrica de ordinario, & poſtea de offi.dele.& dicunt, ꝙ uidetur, quòd iuriſdictio ordinaria ſit capacior, quia capit plura. Ergo eſt dignior. Allegant glo. in c.in nouo.21.diſt.& Bal.in l.j.ff.de offi.præfe.urb.ubi patriarcha æquiparatur regi.¶ Ad argumentum Moder. quod fuit Lud.Roma.in rub.ff.de offi.eius, cui mand.eſt iuriſdi. reſpondetur, ut ibi per Lud. ubi dicit, quòd in iſto titulo cõmuniter tractatur de delegato principis, qui eſt dignior ordinario, ſed in d.tit.de offi. eius, cui manda.eſt iuriſdictio, tractatur de delegato à uicarijs, ſeu iudicibus ordinarijs, & cum hoc ſit, patet, ꝙ bene ſituata eſt hæc rubric. Ergo, & cæ.

2 ¶ Quæro, utrum † habens iuriſdictionem ex commiſſione alterius, dicatur ſemper delegatus [a]? Dic, ꝙ non quia aliquando dicitur iudex extraordinarius, c.de cætero. de tranſact. & eſt tex.in c.induciæ. §. ſpatium. uer.ci autem.3.q.3.quia delegata iuriſdictio eſt extraordinario modo inuenta. Et multis modis ponitur uerbum Delegare, in c.uiſis.16.q.2.ubi uide. ¶ Quæro, quare rubrica dicat potius De officio & poteſtate, & non iuriſdictione? Reſpõdet Io.An. dicens, ꝙ ſi rubrica diceret de Iuriſdictione, rubrica eſſet generalior nigro, quia in ca. fin. j.eod.datur miniſterium nudum, ideo non ponitur de iuriſdictione.

a Delegatus] Quis autem dicatur delegatus? Vide, quæ habentur per Anch.in cap. quoniã.ſuprà, de reſcr.& quod ibi dixi in apoſt.

3 ¶ Super † uerbo Officio, quæro, quid ſi ſtatutum dicat, ꝙ nemo poſſit habere duo officia, utrum habens cuſtodiam arcis, poſſit habere aliud officium? Dic, ꝙ non, ſecundum Moder. hic. qui allegant Pet.de Anch.in c.2.de conſtitu.in 6. & gloſſ. in l.ne quis.in uer.officiorum.C.de digni.li.12. & allegant, quod no.Bal.in c.1.de feu. guardiæ. Arbiter etiam dicitur habere officium, c.uno delegatorum.j. eo.Et procurator dicitur habere officium, c. ſi quem. de procu.in 6.Et ibi Domi. Et prædicator dicitur habere officium, c.quod Dei timorem.de ſtatu reg.Et notarius habet officium, c.ut officium, de hær.in 6.Fallit in notario principis, ut in leg.j. de manda.princ.Et multi alij ſunt, qui dicuntur habere officium, ſecundum Moder.hic.Sed uide Dom.in ca.1. de conſue.in 6.ubi enumerat omnia iſta iura allegata hic per Moder. & ibi ultra ipſos enumerat quinque officia.Et uide Pe.de Anch.in repe. regulæ, ea quæ.de regul.iur. in 6. ¶ Tribus modis ſumitur hic terminus Officium, ut per Bar.in leg.j ff. de iuriſd.om. iud. Officium uerò, prout capiunt Canoniſtæ, eſt adminiſtratio rerum eccleſiarum, ſine prærogatiua chori. Ita Archi.in c.1.de conſue.in 6.& ſequitur Ant.in c. de multa.de præb. & Abb.in clem.diſpendioſam, de iudic.in apoſtillis, reprobans glo.ibi, quæ dicit monachum habere officium.Et adde Cal.in c.poſt ceſſionem.de proba.& ibi Ab.in 2.col. Alber.in 4.parte ſtatutorum, quæſt.23. ubi dicit, quòd ſi ſtatutum prohibet quem habere officia, non poterit habere orationem apud populum.Et Cald.in titu.de tranſla.prælat. conſi.1.ubi dicit, ꝙ Cardinalatus non dicitur beneficium, ſed officium. Facit cap. per uenerabilem, qui fil.ſint legi.& conſilium Pet.de Anch.340.incip. Viſo themate prædicto. ubi dicit, quòd ſi ſtatutum facit mentionem de officialibus populi, ueniunt officiales eccleſiaſtici, ſi materia non eſt odioſa.Ioan.And.in c.1.de ſagitta.ubi dicit, quod coquus delicatorum ciborum dicitur habere officium & artem. Allegat tex.in c.ne tales.de conſec.diſtin. 5. & uide Ludo.ſing. 655.incip.nunquid eſſe coquum.& ibi dicit, ꝙ coquus imperatoris, uel principis, habet dignitatem*, Allegat Bald.in c.1.de feu.guar.

** Dignitatem.] Adde quod coquus delicatorũ ciborum uenit in ſtatutis facientibus mentionem de artificibus.ut l.ſi quis uenditor. §.fi.ff.de ædil.edic. quam allegat Cremens.ſing.99.ſtatuto caueſ. et Capo.in d.§.fi.alias 8. & alibi Rom.*

4 ¶ Quæ † differentia ſit inter officium, & poteſtatem? Omnes hic ponunt, & dicunt, quòd officium reſpicit illud, quòd delegatur. Poteſtas concernit id, quod poteſt per delegationem, ſecundum Petr.de Anch.in dicta regula, ea quæ. Ioan. And. dicit, quòd poteſtas capitur pro eo, quod eſt in habitu: officium uerò, eſt ipſe actus. ¶ Et hoc uerbum Poteſtas, ponitur multis modis. Quandoque importat actum iuriſdictionalem, c. qui reſiſtit. 11. q. 3. Aliquando Poteſtas capitur pro homine, ca. tua nos.de homic. & eſt text. in cap.1.de ſiue int.in 6.& in capit.ſed nec.ne clerici, uel mona. Aliquando capitur poteſtas in genere fœminino, c.fi.de iudi.c.præcaria. 10.quæſt.2.& uide Pau. de Caſt.in l.eum qui [b].ff.de iuriſ.om.iud.ubi dicit, ꝙ ille debet uocari Poteſtas, qui habet merum, & mixtum imperium, alij uerò, qui non habent, uicarij uocari debent, uel alio nomine, ut ibi per eum. Aliquando importat poteſtatem patris, ut Inſt.de patria poteſt. Aliquãdo ponitur ad beneplacitum. Et de iſto uerbo uide tex. in leg. poteſtatis.ff.de uerbo.ſignifi.& ibi attenditur ſubiecta materia, & gloſſ. in §.rurſus.in uerbo, poteſtate. Inſtit. de actio. & Inſtit.de tute.§.j.in uerbo, poteſt. ¶ Quæro, utrum auditores Rotæ dicantur delegati, uel ordinarij [c]? Vide glo.in c. 1. in uer. iudicio. de re iudica. in 6. quæ dicit, ꝙ auditores ſacri palatij non ſunt iudices, gl.1.in cle. auditor.de reſcrip.Arch.in cap.experientiæ. 11.q.1.qui dicit, quòd auditor eſt delegatus. Bar.in l.præcipimus.C.de appel. §. 1.ubi dicit, quòd habent ordinariam Bal.in l.fi.C.ubi ſena. uel clariſſ. Et uide de hoc deciſionem dominorum de Rota, 13.in nouis, in titu. de offic.deleg.incip. Item ſi cauſa, ubi dicunt, quòd ex quo habent iuriſdictionem in habitu, cenſentur quaſi ordinarij, & diſpoſitio c.1.de reſcr. in 6.non habet locum in auditoribus Rotæ. ¶ Dicit etiam Spe.in tit.de offi.or.§.1.quòd in audiendo habent ordinariam, in iudicando delegatam. Cum hoc tranſit Anto. in c. fi.de re ind. Domin.de Rota deciſione 16.in nouis, in ti.de re indi.incipiente, Item dubitat. Adde Domi. in c. ſtatutũ. §.notariũ de reſc.in 6. Vbi ponit, an licitè recipiant ſalariũ. ¶ Legatus uerò de latere habet ordinariam iuriſdictionem, tex.eſt in cap.2.de offi.leg.in 6.Spec.in tit.de legato.§.nunc oſtendendum.uerſi.legatus.ubi dicit, quòd legatus de latere concurrit cum quocunque ordinario.

Sing.814. incip. Tu habes. cũ ſim. & nota quod iſtud dictum Bald. allegatum a Fel. eſt in Rub.de feu. guar. in add. quæ non eſt in originale inſerta.

b l.eum, qui] Et ibidem etiam ad hoc uide dominum Alex. de Imo. & adde Arc. plenius 11. q. prima.magnum omen.

c Ordinarij] Adde Ludo. pon. in l.1.§.ſi quis ſimpliciter. de uerb.ob. & ibi ad hoc uide omnino dom. Alex.de Imol. & in l.more.de iuriſdi. omn. iu.in 5. col. ubi etiam per Bar.et adde Guil. de Cu. l. ſæpe. de re iud.

¶ Vicarius etiam epiſcopi ordinariã [d] habet, glo.in cap.2.de offi. uic.in 6.in uerb. Officialem.& glo.in cap.perlectis.in uerbo, & inſign.25.diſtinct.& in capitu. Romana.in uerbo, generaliter. de appella.in ſexto.quas ſequitur Abb.in cap.decernimus.de iudi.& in cap.ſi quis contra clericum 12.col.de fo. comp.Et ratio eſt, quia facit unum tribunal cum epiſcopo, capi. 2.de conſuet.in 6. ¶ Limita, ut habeat locum in uicario, generali, ſecus in foraneo, quia dicitur delegatus. Ita Innocẽ. in c.Romana.prope.fi.de offi.ord.in 6. gloſſ. in clement.2. in uerbo, foraneo. de reſcript. ¶ Secundo limita, niſi eſſet deputatus ad uniuerſitatem cauſarum, ut per gloſſ. in ca.cum cauſã de appel.in uerbo, delegatus.in fin.quia tunc eſſet delegatus habens inſtar ordinarij. ¶ Item limita, niſi uicario committeretur aliquid ſpeciale ultra generale mandatum, quia in illo ſpeciali uicarius dicitur delegatus. Ita Domi. in dicto c.perlectis.in 2.col.Allegat Ioan.And.in addi. Spe. in tit.de offi.uica.§.1.& Lap.in c.2.de offi.uic.in 6. ¶ Vtrũ à delegato epiſcopi poſſit appellari ad uicarium eius? Dic, quòd non, ut per Abb.in d.c.ſi quis contra. de foro compe. & ponit Ioan.And.in tit.de accuſa. in additionibus, in ultima additione. ¶ Si Papa alicui mandat aliquid fieri, in dubio præſumitur potius excitare ordinariã poteſtatẽ, quàm nouam tribuere. Fallit, niſi in literis Papa ponat Authoritate noſtra, per tex.in c.cum aliquibus.de reſc.in 6.Intellige, dum modò iſtud uerbũ Authoritate noſtra, ponatur in medio, non in fine, quia ſi apponatur in fine, non intelligitur delegatum facere ſed ordinarium excitare, Ita Innocẽ.in c. quoniam Abb.j.eo. ¶ Quibus perſonis poſſit à Papa committi: & ſic, qui poſſunt eſſe iudices delegati, habes text.in c.ſtatutum.de reſcrip.in 6.& in cle.2.eod.ti. ¶ Quæ cauſæ poſſunt delegari, habes tex.in l.iubere cauere. de iuriſ.om. iudi.& ibi Doct.dicentes, quòd omnis cauſa, quæ eſt cognoſcibilis, eſt delegabilis: & Doct.in c.quod ſedes.de offi.ord.

d Ordinariam] Adde, quæ ad hoc habentur per Alexand. de Imol. in rubri.de offi.eius. & in leg.& quia ante fin. de iuriſdictione om. iud.

q[ ]ia

¶ In quibus locis poſſit expediri cauſa delegata, uide d. c. ſtatutum. de reſcrip. in 6. & tex. in c. ſtatuimus. de offi. lega. eo. lib. ubi plenè tangitur.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus exercet iuriſdictionem, non ſolum inter partes, ſed in quoſcunque iuriſdictionem ſuam impedientes.*
2 *Minæ & terrores an inducant iuſtum metum?*
3 *Negligens ad obuiandum delicto, qualiter puniatur.*
4 *Et an quis teneatur obuiare delicto? dicit regulariter, quòd non, fallit multis modis.*
5 *Negligens ad obuiandum delicto, punitur de iure canonico, ut delinquens, ſed mitius.*
6 *Negligentia in prælato, an ſit peccatum mortale.*
7 *Clericus, cuius inuitis aliquis eſt percuſſus, an ſit irregularis.*
8 *Conſilium præſtans ad delinquendum, an & qualiter teneatur.*
9 *Et quid in delictis atrociſſimis.*
10 *Et an habeat locum in eo, qui conſilium reuocauit.*
11 *Et an puniatur conſulens, ſi ille, cui conſulitur, erat alias facturus.*
12 *Conſulēs aliquid, ex quo ueriſimiliter nō debet ſequi homicidium, ſed conſuluit rem illicitam, ex qua poſtea ſequuta eſt mors, an ſit irregularis.*
13 *Niſi ille, cui clericus conſuluit, eſſet alias facturus, quia clericus non eſſet irregularis. Præſentia ſola ſine operatione, an ſufficiat ad aliquem puniendum. Vide poſt nu. 13. uer. tertium membrū.*
14 *Opem præſtare uidetur, qui armatus aſſiſtit, etiamſi nihil faciat.*
15 *Delegatus licet habeat iuriſdictionem in impedientes ſuam iuriſdictionem, tamen non habet poteſtatem contra teſtes coram eo falſum deponentes.*
16 *Delegatus quando debeat imponere cenſuram, uel non.*
17 *Delegatus non poteſt imponere pœnam confiſcationis bonorum.*

CAPITVLVM I.

1 QVIA QVAESITVM. ¶ Delegatus † iuriſdictionem exercet, non ſolùm inter partes, ſed in quoſcunque ſuam iuriſdictionem impedientes. ¶ Not. hic ſecundum Modernos in verſi. quid ſit faciendum. quòd interrogatus per iſta uerba, poteſt non ſolùm pronunciare ſuper principali, ſed etiam ſuper appendițijs & dependentibus. Et allegant Angel. in l. eius, qui in prouincia. ff. ſi cert. pet. Et pro hoc dicunt eſſe text. hic. Vltra ipſos uide Angel. & Imol. in l. ſi fundum ſub conditione. §. 1. ff. de lega. 1. & Angel. in l. quærebatur. ff. de teſta. mili. ubi dicit, Iuriſconſultus de aliquo conſultus poteſt non ſolùm reſpondere ſuper illo caſu, ſed etiam ſuper alio. Et Angel. in l. is, qui quadraginta. ff. ad l. Falcid. Confirmo per cle. 1. de iudi. ibi, quoquo modo tangentibus, & glo. in c. accuſatus. de hære. in 6. in §. cùm uerò. in uerbo iudicari. ¶ In quantum dominus Abba. ponit hic differētiam inter minas & terrorem, ultra ea, quæ ponit hic, uide gloſ. in c. j. 74. diſtin. quæ ponit differentiam inter inuitum & reclamantem, & eam facit ſingularem Ab.
2 in c. ueniens. de ſponſa. ¶ Dicit hic Bal. quòd † minæ & terrores faciunt metum exceſſiuum. Dicunt hic Moder. quòd ſolæ minæ [a] non inducunt metum, niſi eo modo, quo dicit hic Ab. in ſecundo notabili. Allegant Bart. in l. 1. §. quæ onerandæ. ff. quarum rerum actio non da. & dictum Bald. in l. fi. ff. de hære. inſtitu. ubi dicit, quòd ſi aliquis eſt minatus alicui mortem, & poſtea ille reperitur mortuus, an præſumatur mortuus ab eo? Eſſet diſtinguendum circa qualitatem perſonæ, ut ibi per eum. Vide hic per Doct. diſtinctionem, quàm ponunt. Item allegant l. 1. * C. ſi quis impera. maledi. ubi dicit tex. Ex perſonis hominum dicta penſemus: & gloſſ. in c. cùm dilectus. j. ꝙ metus cau. Et ampliant dicendo, quòd blanditiæ etiam inducunt metum. Allegant l. 1. C. ſi rector prouin. ubi gloſ. dicit, quòd blanditiæ inſtantiſſimæ principis habent uim minarum. Allegant tex. in c. cùm inter R. de elect. ¶ Vltra illos uide Ab. plenè in c. abbas, in prin. j. quòd met. cau. & Bart. in l. famoſi. ff. ad l. Iul. maieſt. & Imol. in l. qui in aliena. §. Celſus. de acqui. hær. Cum iſtis concordat Domi. in c. fuerunt. 7. diſtin. Facit in ſimili dictum Bart. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. ff. de ope. no. nun. ubi dicit, quòd ſi unus dicit ſe per metum non appellaſſe, attenditur perſona iudicis, an ſolitus ſit iraſci, uel non. Et uide Salic. in d. l. 1. C. ſi quis impera. male. & quæ ſequuntur. ¶ An autem preces potentum inducant metum, ponit Imol. in c. cum inter R. de elect. & in c. petitio. in princ. de iureiur. & gl. in l. 1. in uerſi. quædam. ff. quòd iuſſu. Et hæc no. & dicas, quòd ſic in principe ſeuero, aliàs in dubio non præſumitur, quòd princeps ſoleat malè tractare ſubditos. Hoc dicit Ioan. Andr. in cap. inſinuante. qui cleric. uel uouen. & ibi Ab. in fi. ¶ De metu reuerentiali dicetur in cap. cùm cauſam. infrà, eod. ¶ Probat hic textus quòd agentes & conſentientes, pari pœna puniuntur, & de hoc ponit hic domi. Abb. ¶ Vltra ipſum ampliа primò, quòd hoc habeat locum in pœna impoſita ipſo iure. Ita Abb. in c. quantæ, de ſenten. excom. in ſecundo nota. ¶ Et in quantum Abb. tangit hic de metu: dicunt hic Moder. quòd metus ſtatuti eſt iuſtus metus * Allegant Bald. in l. omnem. in fin. C. ad Tertul. ubi dicit, quòd metus ſtatuti eſt terribilis, & Cyn. in l. 2. C. quod metus cauſa, & Bal. in l. falſus. in pe. col. C. de fur. Abb. in cap. dilectus. el 2. in penul. notabili, de ſimo. Et uide Ioan. Andr. in c. præterea. 2. de iure patr. ſuper uerb. extorquentem. ubi dicit, quòd non dicitur ſponte ſoluere, qui ſcit ſe poſſe compelli ad id faciendum, &c. De quo facit ſcitum Petr. de Anch. in cle. præſenti. de cenſi. Illud dictum Ioan. And. allegat etiam Anto. in cap. ſicut cuis. de ſimo. & in cap. 2. 14. col. de delic. pue. & ibi allegat text. & Bald. in l. nouiſſimæ. ff. quod fal. tu. author. Et uide Petr. de Anch. conſil. 64. incip. In cauſa, quæ uertitur. & Abba. conſil. 60. in penul. col. uol. j. ubi dicit, quòd ſoluens ad edictum tyranni excuſatur, & uide Bald. in l. j. circa fin. C. de condi. ob tur. cau. ubi dicitur, quòd tandiu durat metus tyranni, quandiu ille uiuit, per text. in c. j. quòd me. cau. Et idem dicit durante ſtatuto tyrannico. ¶ Not. hic Anto. in uerſic. manifeſtè. quòd iudex poteſt punire & compellere impedientes iuriſdictionem ſuam, & ex coniecturis, quanquam manifeſtè non appareat illos impedire. ¶ Dicunt hic Moder. quòd hoc dictum non eſt uerum, ſi datur alicui poteſtas cum certa qualitate, nam oportet, quòd adſit illa qualitas, aliàs nō poteſt poteſtatem exercere. Allegat Innocen. in c. cùm ſit. de foro compe. Modò ſic in text. noſtro datur poteſtas iudici, ſi manifeſtè conſtiterit. Ergo, &c. ¶ Glo. in uerſi. compellunt. Tenendo cum do. Ab. & contra gl. ſcilicet quòd iſte, qui impetrat auxilium potentiorum, non perdat cauſam, eſt una ratio, quia rubrica, ne lice. poten. loquitur in actore, text. noſter loquitur in reo, & alias rationes ponūt Moderni hic. ¶ Illud, quòd dicitur, quòd non licet actori impetrare auxilium potentiorum, limita, niſi actor haberet cauſam cum uno æquè potenti. Ita Paul. de Caſtr. in l. 1. C. ne lic. poten. per l. cùm pater. §. filio. ff. de leg. 2. ¶ Glo. in uerſ. pari pœna.
3 In quantum Ab. tangit, an † teneatur, qui per negligētiam non obuiat delicto? Mod. allegant tex. in §. alia. Inſtitut. de publi. iu. & dicunt ſoluendo, ꝙ ille text. loquitur in delicto, quòd committendum eſt contra temp. quia quilibet etiam extraneus tenetur pro ſep. Probatur hoc modo, Offendens clericum, offendit ius publicum, l. 1. ff. de inſtit. & iur. Sed omnis perſona debet obuiare, ne clericus interficiatur, cap. quantæ, de ſent. excom. Ergo, &c. Et dicunt Moder. ꝙ hoc tangit do. Ab. in c. 1. de reſt. ſpol. & dicunt, quòd dicta Bart. allegata hic per Abba. ſunt multùm crudelia in Allegando Bald. in quodam conſil. incip. Quàm eleganter. ubi dicit, ꝙ nō reperitur lex, quæ dicat, quòd per ſcientiam quis debeat mori, non reuelando illud, quòd ſcit. Allegant & Angel. in l. 1. ff. de pari. ubi dicit, quòd multi per Italiam fuerunt decapitati propter dictum Bar. in d. l. utrum. ubi dicit, ꝙ per ſolam ſcientiam debet quis puniri, ſi non obuiat delicto, Et
4 ibi dicitur, ꝙ propter hoc anima Bar. etc. ¶ Concludet ergo, quòd ſecundum l. non tenetur quis obuiare delicto, glo. eſt in c. quantæ. in uer. interpretari. de ſent. excom. & text. in l. metum. §. ſed licet. ff. quod met. cau. ¶ Fallit primò, niſi agatur

a *Sola minæ] Adde in ad iſta, pone, pater eſt terribilis & furioſus, & contrahit matrimonium pro filio, qui non audet dicere contra patrem, an poterit uenire contra matrimonium, tanquam contractum per metum? Vide per dominum Abb. in cap. nonne. de præſumpt. & per Innocent. in cap. in cauſam. infra, eo. tit.*

* *L. j.] Adde ibi Ang. et Saly. poſt Cyn. & Bald. in l. metum. C. quod met. cau.*

* *Metus.] Adde Bar. in l. hæredibus. ff. de ſolut.*

tur de damno ſubditi: quia dominus tenetur ipſum iuuare: glo.eſt in d.l.culpa.& Doct.hic. Adde, ꝙ ubi ſuperior eſt negligens, punitur. Ita Bal.in l.illicitas.§.ueritas.ff.de off.præſi. ubi dicit, ꝙ ſi poteſtas uidet, ꝙ unus interficitur,& poteſt obuiare,& non obuiat, poteſt puniri. Concordat Bal.in l.nullus.C.de ſum.trin.in uer.item not.contra poteſtatem. & l.j.§.qui es.ff.de offi. præſe.urb. Tempera: dummodo commodè poſſit dirimere rixam. Item tempera, dummodo uideat, ꝙ rixa ſit talis, ꝙ poſſit ipſam impedire. Facit, quod dicit Hoſti.in c.ſolet.de ſent.excommu.in 6. ubi dicit, ꝙ excommunicatio non debet ferri à prælatis, quando uident, ꝙ non poſſint iuuare: nec ipſi, in quos fertur, eam timeant. Et ibi exclamat contra quendam epiſcopum, qui excommunicauit quoſdam armatos bellantes,& multi excommunicati mortui fuerunt. ¶ Secundò fallit in ſubito offendenti: quia ſubditus debet auxiliari. Barto.in l.utrum.ff. de pari.& hic Doct. Ideoque Bar.in d.l.utrum.uoluit, ꝙ ſola ſcientia æquiparetur perpetrationi delicti. Sequitur Abb.in c. i. de reſti. ſpolia. Cum Bar.concordat Domi.in c.negligere.2. q. 6.& ibi dicit, ꝙ qui ſcit crimen committendum contra remp.& non obuiat, debet puniri. Allegat Bart. in extrauag.qui ſint rebelles. Concor. Pau. de Caſt. in l.fi. C.de his, qui.ut indi. ¶ Contrarium tenuit Bal.in d.conſi.Quàm elegantet.& Ange.in l.ij.ff.de pari.& Sal.in l.j.C.de rapt.uirg. ubi dicit, ꝙ ſequentes Bar. occidunt proprias animas. Vide Io.de Ana. in rub.j.de his, qui fil.occi. Tamen in practica ſeruatur opinio Bar.quia non inuenitur caſus deciſus de hoc. ¶ Limita, ꝙ non habeat locum in patre ſciente filium uelle committere crimen læſæ maieſtatis, per text.in l. milites.§.deſertorē. ff.de re mil. Et per illum text. dixit Sal.in l.propter inſidias. C.qui accuſ.dando cautelam, ꝙ ſi pater dubitat, ne filius accuſetur de crimine, uadat pater & ipſum præſentet,& debet ipſi pœna remitti, ne pater filium uccidere uideatur. ¶ Fallit tertiò in criminibus atrocioribus, in quibus non obuians, cum poteſt, punitur, ſed non morte ſed alia graui pœna. Ita Bal. hic. Allegat text.in d.l.utrum. & uide tex.in §.alia. Inſti.de pub.iud. qui ſic poteſt intelligi. Et ꝙ in atrocioribus conſcius puniatur, facit text. in l.quiſquis.C.ad l.Iul.maieſta. & text.in c.ſi quis Papa in fi.75.diſt. ubi eſt tex.ꝙ ſi quis ſcit de tractatu mortis pontificis, etiamſi ſit particeps, liberatur, & debet præmiari, ſi reuelat. Et eſt mirabile, ꝙ ſocius reuelans præmietur. Ex quo limitatur deciſio Bart.in l.3.ff. de condi.ob tur.cau. ubi dicit, ꝙ præmium datum reuelantibus, non datur participi reuelanti. Et ſic patet, ꝙ ille, qui non reuelat, tenetur. Dic hoc uerum, ſi eſt ſubditus. Ita Ange.in l.2.ff.de patrici. ¶ Confirma hoc per glo.in cle.paſtoralis. in uer. non ſufficit. de re iud. quæ dicit, ꝙ crimen læſæ maieſtatis non committitur per non ſubditum.* Et da illa exclamat Bal.in l.nihil C.de manumiſ. & in l.2. C. de fal. mone.

5 & Old.conſi.43. ¶ De † iure canonico nõ obuiãs delicto punitur, ut delinquẽs, ſed mitius. gl.& omnes Doct.hic. licet aliqui dicant, ꝙ de iure canonico punitur eadẽ pœna, ſi non obuiat delicto. Ita Inn. hic. Mouetur per c.quantæ. de ſent.exc. Sed dic, ꝙ non obſtat dictum ca. quantæ. per locum a ſpeciali, & uide Ang. in l.j.C. de Nili agge. non rump. Et niſi eſſet tex.in d. c. quantæ. poſſet dici, ꝙ non haberet per iſta locum in illo caſu c.ſi quis ſuadente. Vel dic, ꝙ c. quantæ. non ponit aliquid ſpeciale, ſed ponit ius commune,& explicatur illud, ne aliquis excuſetur. Et ꝙ non ſit caſus ſpecialis, eſt tex. in c. dilecto. de ſent.excommu.in 6. Hoc tenet Archid.in c.negligere: 2. q.7.& eſt text. in c.error.cum duobus cc.ſeq.83. diſt.& gl.in c.non inferẽda.23.qõ.3. Imò plus eſt, ꝙ de iure canonico tenetur quis obuiare præiudicio proximi, etiã proximo inuito: & ſi quid expendit in facto, poteſt repetere illas expenſas, puta in infirmitate. De hoc eſt gl.83.diſtin.in ſumma, & tex.in c.ipſa pietas.23.q.4.& tex.in c.& qui emendat.45.diſt. ¶ Declara primò illud, quod dicitur, ꝙ quis tenetur obuiare delicto: intellige, ſi poteſt ſine incommoditate. Ita Bald. in l.j.C.de

6 ſeruis fugi. ¶ Declara ſecundò principaliter, ꝙ † illud uerbũ Mitius, non procedit in prælato: gl. hic in prin. Confirma ꝑ glo.in c.ex, quæ.de offi.archi. ubi negligentia in prælato eſt

* Subditum] Ad de Alex.in l.i.ff. ad leg.iul.maieſ. & per quem qualiter, & quando committatur, ui. copioſè & no. per Soc.conſi. 22.incip.ſequendo ordinem.uerſic. & ex prædictis cum uerſi.ſeq.in 1.par.

* peccatum mortale:* & gl. in c.clericis.de immuni. eccle.in 6.in uer.diſſimulationẽ Et ibi diſſimulatio prælati eſt peccatum mortale. ¶ An uerò per negligentiam prælatus poſſit deponi? diſtingue, ut per Domi.in c.grandi.de ſupple. negli.præla. in 6. Et dic, aut loquimur in prælatis ſecularibus: & iſti non deponuntur propter negligentiam, niſi ſit annexa alicui alij delicto, & tunc ſunt deponi: aut in prælatis regularibus, & iſti poſſunt deponi propter negligentiam ſolam: quia facilius deponuntur regulares, quàm ſeculares tex.in c.qualiter.el 2. de accuſa.in c.ſi quis.13.q.2. & glo.in c.cum ad monaſterium.de ſta.mona. in uerb. negligens. ¶ Declara tertiò, niſi ſimus in caſu, in quo lex ſignanter requirat dolum: quia non ſufficit negligentia, nec punietur etiam de iure canonico: quia negligentia non eſt dolus. Ita Inno.in c.quantæ.de ſent.excom. Pro quo faciunt, quæ dixi in c.2.de conſtit. ubi plenè hoc dictum ſequitur do. Ant. ¶ Vtrùm uerò in dubio quis præſumatur negligens, uel fuiſſe in dolo? tangit hoc Abb.in d.c.quantæ. ubi dicit, ꝙ ſi per coniecturas non apparet negligentia, præſumitur in dolo. Faciunt glo.in c.innotuit. in uerb. ignorantia. de elec. & alia in c.uenientes.de fil. præsby.& in ca. eos.in uerb. ſcienter. de tempo.ordin. in 6. quæ dicunt, ꝙ qui potuit ſcire, & noluit ſcire, non excuſatur ab ignorantia. ¶ Quarta declaratio eſt, ꝙ illud uerbum Mitius, non habeat locum in delicto cõmittendo intuitu meo, quia debet pariter puniri. Ita Ioan.

7 And.in c.Petrus diaconus. de homi. ¶ Sed dubitatur, an † clericus, cuius intuitu aliquis fuit percuſſus, ſit irregularis? & dic, ꝙ ſi per dolum tacuit, eſt irregularis, ſi percuſſus ex tali percuſſione moriatur, & ꝙ in dubijs præſumitur dolus. Ita Ioan. And.in d.c.Petrus.& uide ibi Abb.& Ioan.de Ana. ¶ Contra iſta dicta facit tex.in ca.ſicut dignum. de homi.in §.illi etiam. ubi Inno. dicit, ꝙ de iure canonico negligens pariter debet puniri. Sed reſponde, ꝙ Papa ibi allegat illam authoritatẽ in illo, qui tulit opem, ſeu auxilium: & authoritas ibi allegata intelligitur de eo, qui potuit liberare, ſcilicet leuando auxilium, quod præſtabat dante operam, &c. ¶ Secũdum membrum glo. eſt de præſtante con-

a ſilium[a]. Dicit hic Hoſt. ꝙ ſi † ille, cui con-

8 ſulitur, erat omnino facturus, tunc punietur conſulens, ſed non in tãtũ, ſi uero nõ erat facturus, punitur pari pœna. Et Legiſtæ tenent, ꝙ conſulens pariter punitur.

* Sed communis* opinio eſt, ꝙ non puniatur pari pęna, ſed ſecundum diſtinctionẽ ſuprà poſitam. ¶ Moder. dicunt, ꝙ Sal. in leg.j.C.de rap.uirg. tangit hunc paſſum, & allegant, quod ſcribit Bald.in l.j.C.de ſer.fugi.& Car. in cle.j.de pœnis. q. 11.& Ang. in dicta leg.j. C. de Nili agge. non rump. Omnes iſti tangunt hoc, an conſulens teneatur pari pœna, uel minori. ¶ Concluſio ſit iſta, Conſulens facturo, non punitur æqualiter, ſecus, ſi non erat facturus. Tex. eſt in l.non ſolum. §.ſi mãdato. ff. de iniurijs. in uerb. perſuaſeram aliàs nolenti.& eſt text.in c.ſicut dignũ. de homi.in uerb.non ita. & tex. in l.fi.ff. de ſeruo corrup. ubi dicit, ꝙ plus eſt perſuadere, quàm facere,& gl.in §.opr. Inſti. de oblig.quæ ex delict.naſcun. ¶ Limita,

9 ut † non procedat in delictis atrociſſimis per tex.in c.felicis.de pœnis.in 6.in prin. & per cle.j.de pœnis. Fortè illi tex. debẽt reſtringi, per prædicta, ut intelligãtur de conſilio dato non facturo. Et ꝙ ſic poſſũt reſtringi, moueor per c. ſicut dignum. de homi. ¶ Limita ſecundò, niſi perſona conſulens mereretur ex forma ſtatuti maiorẽ pœnam, quia tunc nedum punietur pari pœna, ſed maiori. Ita Sal.in l.j. C.de rap. uirg. Allegat text.in §.hi, qui parentum. uer.ſi uerò ope. Inſti. de oblig.quæ ex de.li.& tex.in l. qui ſeruo.§. item placuit. ff. de fur. ¶ Limita hoc, niſi ſtatutũ diceret,

* Mortale] Adde quæ habes per Anch.in ca.ſicut. ſupra de reſcrip. & in c.i. de treu. & pa.

a Conſilium] Ad quod adde, quæ habentur per Flo. in l.ſeruus.quemadmo.ſerui. a mis. pen.col. Item adde Ange. pulchrè in conſili. 12.ubi ponit de eo, qui miſit ad Titium, et dixit: Ego nolo interficere Sempronium. Titius reſpondit: Quod uis facere, cito facias aliter res tua non bene ſuccedet: iſte iuit, & interfecit, qualiter teneatur Titius? Ibi uide. Et an teneatur conſulens alias facturo, uide Barto. in conſilio 165. & Bald. in conſilio 220. 3. lib. Et an ſtatutum puniens dantem auxilium, conſilium et fauorem ad maleficium, habeat locum in eo, qui dedit conſilium, licet maleficium non ſit ſecutum, uide Bald.in conſilio. 256. 4. lib.

lib. Et nunquid ſtatutum puniens dantem auxilium habet locũ in eo, qui materiam ueneni præparauit, uide per eundem Bald. in conſilio 103. libr. 4. Item ad materiam iſtã adde, quæ copioſe & not. habentur per Socin. in conſilio 187. incipi. Viſa bulla Pauli II. uerſi. ſed iterum inſtari poſſet. cum uerſi. ſeq. in 2. parte. chart. 61.

ꝙ nullus alius teneatur, niſi delinquens. ¶ Limita ſecundò, ut non habeat locum in ſtatuto dicente & loquente in faciente ſolum: quia non ligatur cõſulens. Probatur per Bar. in leg. j. ff. de ſicar. ubi dicit, ꝙ licet ſit communis concluſio, ꝙ in atrociſſimis conatus habeatur pro effectu, tamen non habet locum in ſtatutis. Hoc dictum Bar. allegat dominus Abb. in c. mulieres. de ſent. excom. & in c. inter ſollicitudines. de purga. canoni. ¶ Limita tertiò principalem concluſionem, niſi in delinquente apponatur pœna duplicata: quia tunc ad multiplicatam pœnam non tenetur conſulens. Ita Salic. in l. j. C. de rapt. uirg. ¶ Limita quartò, ut non [a] habeat locum in interdicto, Vnde ui: quia conſulens non tenetur, ut faciens. Ita Imol. in c. querelam. de elect. Mouetur per text. in c. cum ad ſedem. de reſtitu. ſpolia. Hoc ſequitur Abb. in c. ſicut dignum. de homic. Ego crederem, talem limitationem non procedere: quia ſatis dicitur ſpoliare, qui ſpoliat aliquem per conſilium ſuum. ¶ Li-
10 mita quintò, ut † non habeat locum in eo, qui poſt conſilium datum reuocauit: quia tunc non ponitur. Ita Inno. in ca. ad audientiam. de homic. Et eſt opus, ꝙ reuocatio notificetur, non ſolum illi, cui dedit conſilium, ſed ei etiam, cui erat damnificaturus per conſilium, ſecundum Inno. ibi. Non eſt ſic in mandato, quia ſufficit, ꝙ notificetur mandatario, glo. in d. c. mulieres. gl. 2. in c. cum quis. de ſen. ſen. excom. in 6. Ratio differentiæ eſt, quia quando mandaui alicui, ille, qui habet mandatum à me, non facit aliquid ſuo animo. Ideo ſi reuoco mandatum, deſiſtet. Sed ille, cui conſului, eſt paſſionatus, nec reſiſtet pro reuocatione mea. Ideo neceſſe eſt, ut reuocatio conſilij notificetur etiam illi, in cuius præiudicium datum fuit conſilium. Et circa hæc notandum eſt primò, ꝙ conſulens tenetur ad emendationẽ damni ſicut principalis. Inno. in c. ſicut dignum. de homic. ¶ Amplia hoc, etiam ſi competeret actio contra principalẽ damnificatorem. Et declara hoc eſſe uerum, niſi is, qui damnũ intulit, liberaretur, quia conſeruit. & tunc liberatus conſulens. Secus, ſi liberaretur conſulens, quia non eſt liberatus principalis. Ita Inn. in d. ca. ſicut dignum. Et ibi dicit, ꝙ indiſtinctè tenetur conſulens ad emendationem damni. Et ibi ſequitur Abb. dicens hoc eſſe contra conſilia multorum principum. Pro quo adduco dominum Anton. in c. ad aures. de ætate & qualitate. ubi dicit, ꝙ ſi aliquis doctor cõſuluit, & non bene, & per illud conſilium fuit aliquis damnificatus, tenetur conſulens ad intereſſe. Et idem Ant. in c.
11 tua nos. & ibi Ana. de homic. ¶ Limita, ne † habeat locum, quando ille, cui datur conſilium, non erat aliàs facturus. Credo, ꝙ ſic debet reſtringi dictum Inn. ſuprà poſitum, ſecus [b], ſi, cui conſulitur, erat omnino facturus. Moueor, quia lex ciuilis ſimpliciter loquens, ſi eſt iuſta, habet locum in foro conſcientiæ, glo. in c. quæ in eccleſiarum. de conſtitu. Ioan. And. in c. 2. de uerbor. ſig. in 6. & Ant. in c. nauiganti. de uſur. cum ſi. Tunc ſic. lex ciuilis non grauat conſulentem, niſi aliàs ille, cui conſulitur, non erat facturus. Ergo ſtabimus legibus. Præterea licet l. ciuilis tractet ſolũ de corpore, lex tamen canonica tractat & de anima, glo. & Doct. in c. cum contingat. de iureiur. Sed lex canonica non punit conſulentem, niſi ille, cui conſulitur, non erat aliàs facturus. Ergo, &c. ¶ Verũ autem ratione conſilij clericus incurrat irregularitatẽ, quando conſuluit aliquid, quod ſi ab eo fuiſſet perpetratum, induceretur irregularitas. Dic, quod ſic, per text. in §. ille etiam. in c. ſicut dignum. de homi. & tex. in c. ſi quis uiduã. l. diſt. & tex.

a Vt non] Adde tu, quod contrarium fuit deciſum per dom. de Rota per cap. ſicut dignum. de homic. Ita Ludou. Ro. in ſingu. ſuis in uer. conſi. & in uer. cõtractibus.

b Secus] Adde tu, quod opinio iſta magis mihi placet: quam ſequor, & eam confirmo iſtis medijs: ſi quis dedit conſilium, ſiue operam aliàs facturo non tenetur. Tex. eſt clarus in §. at ubi ope. Inſti. de ob. quæ ex delict. naſ. Nec obſtat l. 1. §. ſi quis. ff. de ſer. cor. quia eſt caſus ſpecialis. Vel põt dici, ꝙ ibi non ſolum conſuluit, ſed etiam laudan

in c. 2. de cler. pug. in duel. ¶ Amplia etiã nedum in homicidio, ſed etiam ſi conſuleret aliqua re, ex qua poſſet ſequi mors putà, ſi diceret, tale inſtrumentum bellicum deberet poni in tali loco, & ſimilia. Ita Inn. in d. c. ad audientiam. de homici.
c ¶ Secundò amplia [c], etiamſi † conſuluit
12 aliquid, ex quo uerisimiliter non debet ſequi homicidium, ſed conſuluit rem illicitam, ex qua poſtea ſecuta fuit mors, nam & iſto caſu eſt irregularis, quia conſuluit rem illicitam. Ita Spe. in tit. de lega. §. iuſta. uerſi. ſed quæritur, quando occaſione. ¶ Amplia, etiamſi diceretur conſulenti ſolum, ſi talis occideretur, ſequeretur utilitas, uel, putà ſi diceretur, multum proſperabit, ſi uiuet. Ita Io. And. in ca. felicis. de pœnis. ¶ Amplia, etiamſi occideretur ille, cui conſuluit. Ita Card. in d. c. ad audientiam. Pro quo eſt tex. in c. ſi. de homic. in 6. ¶ Limita illum tex. quando ille, cui mãdatur, fuit monitus, non ut percuteret talem cum enſe, uel non percuteret eum in platea, quia non tenetur, quando mandatarius non potuit excedere fines mandati. ¶ Limita omnia prædicta, niſi clericus conſuleret aliquid, ex quo poſſet ſequi mors, ſed nedum licita, ſed appetibilis, putà pro fide. Ita Spec. in tit. de legato. §. iuxta. uerſi. porro ſi quis aliquid ſuadeat. Et infert ad inquiſitores hæreticæ prauitatis qui poſſent tradere hæreticum curiæ ſecu-
13 lari, ut interficiatur. ¶ Limita, niſi † ille, cui clericus conſuluit, eſſet aliàs facturus, quia clericus non eſſet irregularis. Abb. in c. ſicut. in fi. de exceſ. prælat. ¶ Limita etiam, dummodo conſilio clerici fuit paritum, ſecus, ſi obeditum non fuerit, quia non eſt irregularis. Ita Ioan. And. in Spec. in titu. de lega. §. iuſta. uer. quærebatur ¶ Limita etiam, niſi clericus conſuleret homicidium, non ad hoc ut talis moreretur, putà interrogatus, an talis committens tale quid debeat mori? reſpondit, ꝙ ſic, quia reſpondens generaliter in caſu non occurrenti, ſed occurſo, aliàs non eſt irregularis. Ita Ioan. And. in d. c. ſicut ex literis ¶ Verum autem præſumatur in dubio, an eſſet facturus, uel non? Credo, ꝙ in dubio præſumitur facientem aliàs non facturum, & ſic tenetur conſulens, nam in dubio ne-
d mo præſumitur uelle delinquere [d], l. meritò. ff. pro ſocio. c. 1. de ſerui. Si ſic eſt, ergo non præſumitur, ꝙ ille uoluerit delinquere. Ergo tenetur conſulens. Ita moueor per dictum Bar. & Ang. in l. ſi in uentre. ff. de priuil. credi. ubi dicunt, nobilis eſt allocutus aliquem in aure, & inconti-nenti ille commiſit homicidium, & dicunt, ꝙ ſi ille erat ſubditus, præſumitur feciſſe de mandato illius, qui allocutus fuit in aure. Et Bar. in l. j. ff. de ſer. fug. dicit, quod ſi ille qui commiſit homicidiũ, erat inimicus, ſed non capitalis, præſumitur, quod fecerit de mandato illius, qui locutus fuit in aure. Ad idem Innoc. in d. ca. ad audientiam. ubi dicit, quòd ſi clericus mandauit, ꝙ unus interficeretur, ille, cui fuit mandatum, tardauit executionem, & poſtea commiſit homicidium, teneretur clericus, & conſulens, niſi poſſet probari, ꝙ ille aliàs erat inimicus capitalis. Et moueor per dictum Bal. in c. j. §. iniuria. de pa. iur. fir. ubi dicit, ꝙ ſi unus interfecit aliquem, & dicit, ꝙ tales conſuluerunt, ſed omnino erat facturus, dicit ꝙ non ſtatur eius dicto, niſi eſſet præſumptio contra facientem. ¶ Fateor, ꝙ ubi erat cõiectura, ꝙ ille erat facturus, putà ſi conſtat, ꝙ erat inimicus capitalis, ꝙ non tenetur conſulens de occiſo. Ita Bal. in l. metum. in ſi. ff. quod me. cau. Idem, ſi ille, qui commiſit homicidium, parauiſſet omnia ad commit-

do ſeruum incitauit, quod magis eſt. Et pro hoc facit quod no. in l. ſæpe. §. fi. ff. de uer. ſignif. et in l. 1. in fi. ff. mandati.

c Secundò amplia] Adde tu, ꝙ inuenio quod irregularitas non cõtrahitur, ſi quis caſualiter occidit alium. Ita Bar. in l. illicitas. §. ſicuti. ff. de offi. præſi. Et eſt glo. ſing. in ca. Maximianus. 21. q. 3. quæ dicit quod clericus accuſans de leui crimine coram laico iudice, quod non inducit mortem, ſi iudex ipſum morti tradit, hoc non nocet clerico. & tamen dabat iſto caſu operam rei illicitæ. Cõſidera propter authoritatem Spec. hic allegatã per Fel.

d Delinquere] Adde do. Alex. de Imol. in l. 1. de his, qui. ut indig. et in conſ. 74. & in cõſ. 190. 2. par. & § conſ. 106. 4. parte. & in conſi. præcedenti, quod eſt do. Vincẽ. Paleo. ubi dicit, quòd nunquam quis ex actu, quem facit, præſumitur delinquere, niſi quando delictum eſſet ſibi fauorabile, per gloſſ. ſing. in l. qui interfecit. §. ſi pater, de iure iur. & adde dom. Alex. in conſ. 70. 1. parte, 2. col.

committendum homicidium. Ita gloſ. in l. apud Celſum. in prin. uerſi. cauſæ. ff. de do. excep. quam allegat Ang. in l. j. ff. de eo, per quem fac. ¶ Et in quantum dicitur, quod debet ſtari dicto rei in dependentibus ab animo, eſt uerum, quando non eſt præſumptio in contrarium: & ſic in caſu iſto. ¶ Tertium membrum gl. eſt de conſenſu operationis. Doc. hic ponunt, & ultra eos Moder. allegant hic Cardinal. in cle. i. de pœnis. ubi ſocius in delicto conſideratur duobus modis, ut per ipſos, & ultra eum dicunt, quod ſola præſentia ſine cooperatione non ſufficit, nec punitur, quia ad hoc non uenit, & allegant pro hoc dictum Ang. in l. j. C. de Nili agge. non rūp. ubi dicit, quod dictum Bart. de hoc non procedit, quando cooperans non ſciebat illam qualitatem ultra homicidium. Mouetur per tex. in l. utrum. ff. de pari. & in leg. j. ff. de recepta. Et ſic dicit obtinuiſſe Peruſij, quod unus, qui dederat auxiliū alteri, non punietur in qualitate, quam ignorabat. Dicunt hic Moder. quod Ang. malè conſuluit, & quod imo debebat puniri cooperans: ratio, quia dedit operam rei illicitæ. Et dicunt, quod qui dat operam rei illicitæ, non excuſatur à qualitate rei illicitæ, leg. eum, qui innocentem. ff. de iniur. Item ſola ignorantia, quæ cauſatur ex defectu iniuriati, excuſat: putà, ſi unus diceret iniuriā uni uirgini, quæ eſſet ueſtita in habitu meretricali: aliàs ſecus; ut hic plenè per eos. Sed tu dicas, quod præſtans opem punitur, ut faciens. Ita gl. in cle. j. de pœnis. in uerb. defenſauerit. & probant iura hic per Doct. allegata. ¶ Amplia primò, ut habeat locum, etiamſi delinquenti debeatur maior pœna, quam debebatur ipſi auxilianti. Ita Docto. hic. Sed Baldus hic contrarium dicit, quia hoc ſolū habet locum in atrociſſimis. Sed contra Bald. communiter tenetur iſta ampliatio, & adduco, quod ipſe ſcribit in l. ſi ueſtris. C. de ſid. inſtr. Intellige autem hoc, dum modò iuuans ſciuerit illam qualitatem, quæ aggrauabat delictum, ſecundum Ang. in d. l. j. C. de Nili agger. ¶ Mod. hic tenent contrarium, quos ſequor: & moueor per c. ſi. de homi. in 6. & confirmo per gl. in c. merito. j. q. j. ubi ſi unus cognouit unam, & poſtea dicit, quod neſciebat illam maritatā, punitur de adulterio, licet uideatur tex. contrarius in c. ſi uerò. de ſent. exc. Si ergo in propoſito noſtro ille, qui credit aliquid facere, & maius facit, debet, quo ad illud puniri. Ad d. c. ſi uerò. reſpōdet, quod ille tex. loquitur in excommunicatione, & in pœna ſpirituali, ubi attenditur animus. Et per hoc reprobatur glo. in d. c. meritò. Ita Ioan. And. in regula, cum quis. de reg. iur. in 6. per text. in c. ſi quis ſororem. 34. q. ſi. Et ſic ille, qui dat auxilium in foro contentioſo, punitur, quando dat operam rei illicitæ. ¶ Amplia, etiamſi iſta qualitas, quæ eſt in iſto auxiliante, ſit apta augere delictum. Ita Sal. in l. j. C. de rap. uirgi. Allegat tex. in l. qui ſeruo. § item placuit. ff. de ſor. ubi ſi mortuo uiro mulier extrahat aliquas res de domo, non dicitur facere furtum, ſed contra eam datur actio rerum amotarum. Sed ſi nihil amouit, ſed dedit opem faciendi furtum, agetur contra ipſam actione furti[a]: & ſic attenditur qualitas, quæ magis aggrauat. Allegat etiam tex. in §. hi, qui parentum. Inſti. de obli. quæ ex delic. ¶ Amplia etiā, ſi qualitas aggrauans ſuperueniret poſt delictum. Ita Bart. in l. is, qui opem. ff. de fur. per glo. in l. j. §. perſuadere. ff. de ſeruo corrupto. ¶ Limita primò, dum modò auxilium dederit cauſam delicto, aliàs, ſi delictum aliter committebatur punitur mitius. Ita Sal. in d. l. j. de rap. uir. in ultima ebar. per tex. in §. illi etiam. in c. ſicut dignū. de homi. & ibi Io. de Ana. Confirmo per dictū Bal. in l. iudices. C. ad l. Iul. pec. ubi auxilians nō punitur, niſi ex actu proximo: ſecus ex actu remoto. Facit gl. in c. felicis. in uerb. ſimplici. de pœnis in 6. quæ uoluit, quod ſit dare gradum inter dantes fauorem. Et tenet Card. in cle. i. de pœ. & uide Bal. & Ludo. in l. j. §. ſed in eo. ff. ad Syll. ubi dicit, quod ad hoc, ut inquiſitio procedat, requiruntur iſta uerba Præſtitit opem, ut habilius maleficium committeretur. Et uide Bal. in l. nō ideo minus. in pe. col. C. qui accuſ. ubi dicit, quod inquiſitio nō procedit contra fautorem, niſi exprimatur modus fauoris, quātùs dicatur, quod fuerit fautor & auxiliator. ¶ Limita ſecundo, dum modò de ope conſter per ſententiam: ut putà, fuit captus ille, qui dedit auxilium, & confeſſus eſt, & ſententia lata. Ita Bart. in l. ſi is, qui rem. §. ſi tu Titium. ff. de fur. ubi nō ſufficit, quod principalis ſit condemnatus, ſed ſententia ferri debet ſuper auxiliante. Ideo conſuluit Bal. quod confeſſio malefactoris non nocet auxiliantibus & fautoribus, in cōſilio ſuo quod incipit, Aſſeſſoris delicto. Et quod ſententia lata contra principalem conuictum non nocet fautoribus, ſed requiritur nouus proceſſus, & ſententia, tenet Pet. de Anch. conſi. 216. incip. Nos Bartolomæus & Marianus. in repetitione c. qualiter. el a. de accuſ. in 10. q. ¶ Limita, dum modò auxiliū fuerit datum in commiſſione delicti, uel ante: ſecus, ſi præſtitiſſet opem poſt delictum: quia non punietur. Ita Bart. in l. non ſolum. §. ſi mandam. ff. de iniur. dicens, quod multi iudices erant in hoc, & in l. ſi quis in graui. §. ſi quis. ff. ad Sylla. ubi idem uoluit. Verum eſt, quod contra illū auxiliantem poſtea poterit procedi ad torturam. Ita Bal. in l. non ideo. C. de accuſ. in pe. col. ¶ Limita, niſi præſtans auxilium ignoraſſet de delicto committendo. Ita Lud. conſi. 473. incip. In Chriſti nomine, circa propoſitum. & Barto. in l. omnes. C. de agri. & cenſi. lib. 11. quia ad hoc, ut inquiſitio contra auxiliantes procedat, debet poni hoc uerbum, Scienter præſtitit opem. ¶ Limita, niſi eſſemus in materia repellente homicidam, putà quod homicida non promoueatur ad ſtatum & dignitatē 25
nam auxilians homicidæ non eſt homicida: & ideo poterit promoueri. Ita Bart. in d. l. is, qui opem. ff. de fur. per gl. ibi. Hoc eſt uerum de iure ciuili: ſecus de iure canonico. Ita Bar. ibi ſuper eadem gl. Quod nota diligenter. ¶ Limita niſi ita procederet aliter contra principalem, quam contra fautorem, ut in l. j. C. de rapt. uirg. & ibi Salice. & Angel. in dicta l. prima. C. de Nili agge. ¶ Limita etiā, niſi ex pœna auxiliatorum ſequeretur ſtrages multorum: quia tunc punirentur ſolùm delinquentes. Ita Inno. hic per tex. in ca. ſicut dignum.
24 de homi. ¶ Et nota, quod ille etiam[b] uidetur
b præſtare opem, qui armatus aſſiſtit,[*] etiā
* ſi nihil faceret, ſed ex eius præſentia magis redderetur timidus inſultatus, & animaretur inſultans. Ita Inno. in c. continentia. de ele. percuſſ. & ibi Ant. in 7. colū. & Petrus de Anch. in repeti. regulæ, acceſſorium. in 7. oppoſ. de reg. iur. in 6. & alij, quos retuli in d. c. ſicut dignum. de homicid. ¶ Quartum principale membrum eſt, quando quis conſentit authorizando, uel defendendo: nam defendens, ſiue authorizans magis delinquit: gl. eſt in c. notū. 2. q. j. gl. in cle. j. de pœ. in uer. defenſauerit. in ſi. Et dic, quod in atrociſſimis defenſio ſine authorizatione ſufficit, per text. in d. cle. j. in uerb. authorizatur. & in c. pro humani. circa medium, de hom. in 6. ¶ Et nota, quod ille, qui aſſeuerat peccatum non eſſe peccatum, poteſt puniri, tanquam hæreticus. Tex. eſt in cle. j. de uſuris. & ibi gl. in uerb. hæreticus. & tenet Dom. in c. accuſatus. §. ſanè. in ſi. de hæret. in 6. ubi dicit, quod ſi habens uxorem aſſeuerat aliam poſſe capi, poteſt puniri, ut ī. ¶ An uero ille, qui mandat aliquid, teneatur, uide quæ ſcripſi in c. mulieres. de ſen. excō. & ibi Abb. & Bald. & Sal. in d. l. non ideo minus. & Bart. in l. non ſolùm. §. ſi mandante. ff. de iniur. Et diſtinguūt Docto. in dictis locis quod aut uerba ſunt ſcripta in ſe, & tunc non punitur mandans, aut in perſonam, & tunc punitur. ¶ De modo conſentiendi
c per ratihabitionem[c], uide Pet. de Anc. in regula, ratum. & regula, rati. de reg. iur. in 6. & Bald. in l. ſi. C. ad Macedo. qui ponit

a *Actione furti*] *Faciunt ad hæc, quæ habentur per do. Vin. in conſil. ſuo incip. Saluatoris, etc. uiſa inquiſitione. quod eſt poſt conſi. Alexā. cv. in quarta parte, et per Alex. in l. 3. §. ſi procurator. quod quiſque iur.*

b *Illo etiam*] *Adde tu, quod illi etiam dicitur opem præſtare, qui ſuis uerbis robur præſtat, & aduerſarijs timorem incutit. Ita Inn. in c. i. de homic. Adde etiam, qualiter puniatur, qui præbet auxilium, conſilium uel fauorē. Bonus text. in c. homo, 23 quæſ. 5. & in c. periculoſō. de pæn. diſt. 1. Et adde etiam, an præſtans teſtimonium pro aliquo, dicatur præſtare auxilium? Vide Bart. in l. poſt legati. §. hic uero. in fi. ff. de his. qui ut ind. Adde etiā quod quando aliquis eſt præſens, et aſſiſtit alicui ſimpliciter, non dicitur opem ferre. Text. eſt in l. 1. §. ſi i eo. & ibi Bart. ff. ad Sylla.* 36

* *Aſſiſtit*] *Adde Alex. in l. ſi in rixa. ff. de ſicar. & ibi Bart. & Ang. in l. quoniam multa facinora. ad leg. iul. de ui. & omnino per Pau. de Caſtro. conſilio 393. incip. in cauſa incarceratorū.*

c *Per ratihabitionem*] *Sed nunquid delicti ratiſicatio æquiparetur mandato, uide Spe. in tit. de abo 11. §. 2. uerſi. ſi igitur. & Salice. in l. non ideo minus. C. de accuſa. ubi etiam uide per Bald. uerſi. undecimo quæritur, an in delictis. & Ange. in trac. maleſi. uerb. mandatorem.*

regulam cum ſeptem fallentijs,& Inn.in c.cum uos.de his quæ fiunt à præla. ſine conſenſu cap.¶Capio gl.ſi.in uer.ex pedire. Concluſio ſit.ꝙ delegatus poteſt exercere iuriſdictionem ſuam etiam contra impedientes, etiamſi non ponatus in reſcripto.¶Amplia primò, etiamſi in reſcripto nõ ſit clauſula, Contradictores compeſcas,ut per Spe.in tit.delegato. §.ſequitur.uerſi.item ad officium ¶ Item non ſolum poteſt imponere cenſuram, quoties dicitur, ſed poteſt etiam aliàs pœnas imponere. ¶ Item poteſt turbatores priuare beneficijs de hoc eſt tex.in c.quia ſicut.de conceſ.præb. Ita tenet ibi Inno. per illum tex. Dom.tenet contrarium in c.pro humani.§.j.de homi.in 6. Et dicit, ꝙ in ca.quia.fuis ſpecialis commiſſio: ergo ſecus in alijs. Tamẽ hoc non obſtante opi.Innocẽ. ſuſtentari poteſt, quia poteſt imponere pœnam, quam uult,ut dicunt hic Doct. Ergo imponere poterit etiã priuationem beneficij. Et dicamus, ꝙ in c.quia.fuit poſita ad abundantem cautelam, & non fuit ſpecialis commiſſio. ¶ Prima tamẽ declaratio ſit ad hæc, ꝙ delegatus poteſt coercere impedientem iuriſdictionem ſuam. Fallit, niſi turbans ſit ſuus collegæ. De hoc ẽ deciſio Bar.in l.j.§.j.in ſi.ff.ſi quis ius dicen. Pro hoc eſt gl.magna circa mediũ in c. cum cauſa.j̄.eo.& eſt tex. in c.ſtudeat.in uerb.perſuadere.l.diſtinct. & ibi ponderas Dom. & eſt tex. in c.prudentiam in §.adijciamus.j̄.eo.in uer.augendum. Et ratio eſt, quia par in parem non habet imperium. Et eſt tex.in l.qui proprio. ff. de procur.ubi unus procurator non poteſt exigere ab alio procuratore. Et hoc intellige, niſi ſint delegati dati cum clauſula, Quòd ſi non omnes, dum modò iſte delegatus, qui turbator, ſis certus, ꝙ illi nolunt procedere, quia ſi non conſtat, non poteſt procedere. Ita limitat Dom.in c.ſi contra unum. eo.tit.in 6. Et antequam conſtet de uoluntate, hoc non poteſt Tex.eſt in c.prudentiam.j̄.eo. & in d.§.adijciamus: Ad
25 de, quæ dicam in c.ſi.j̄.eo.¶ Secunda declaratio eſt, ꝙ†licet delegatus habeat iuriſdictionem in impedientem ſuam iuriſdictionem, tamen non poteſt punire teſtes coram eo falſum deponentes. Ita uoluit Inno.in c. dilectus.j̄.de pœnis. per.§.ſi uerò ignoti.in auth.de teſti.& Abb.idem tenet in c. præterea.j̄.eo. Et hoc limita, niſi falſitas induceret turbationem ſuæ iuriſdictionis. Ita Abb.in d.c.præterea. ¶ Tertia, ubi non ſit turbatio,ſed oritur ſuſpicio turbationis, ſufficis ſatisdatio. Hoc uolunt Doc. omnes hic, & Ioan.And.tenet hoc in addi.ad Spec.in tit.de legato.§. ſequitur.uerſi.porro. Pro quo facit dictum Bar.in l.illicitas.ff.de offi.præſi.§. ne potentiores.¶ Intellige, cauſa cognita ſuper legitimitate ſuſpitionis, & ſigna hoc uerbum, per ea, quæ ponit latè Ioan.
26 de Imo.in l.2.§ j.in ſi.ff.ſol.ma.¶ Quarta†eſt do. Ant.& Io. de Imol.hic, niſi ſit tanta crudelitas, ꝙ ſit uerisimile, ꝙ impediens non timebit cenſuram, quia tunc delegatus debet deſiſtere, & non imponere iſtam cenſuram, quia cenſura eſt medicina. Sed hic non eſt ſpes purgationis. Ergo, &c. Sed expectet delegatus,ꝙ tempora mutentur, uel uicarius Chriſti apponat manus. Poteſt quidem coercere ſed eſt hoc conſiliũ quod melius eſt, ꝙ deſiſtat. Confirmo hæc per dicta Ab. In c.j.de diuor.ubi iudex cogit uxorem ad ſatiſdandum,ꝙ nõ occidet maritum,& dicit,ꝙ ſi tanta eſt crudelitas uxoris,ꝙ hoc faciet, dicit,ꝙ debet deſiſtere. Et allego Hoſtiẽ.& Ioan. And.in c.ſolet,de ſent.excom.in 6.ubi idem dicunt,ꝙ non debet imponi pœna excommunicationis,quoties non timetur, & hoc uerisimiliter apparet. Facit,quod poſuit in ca.ab excommunicato.de reſcr.ꝙ etiam inuitus abſoluitur ab excommunicatione. Ergo fortius in caſu noſtro. Expedita iſta gl. non debet imponi,quoties apparet, ꝙ non timebitur ¶Quinta declaratio eſt,ꝙ delegatus non poſſit bannire, neque relegare turbatores. Hoc uoluit Bald.in l.j.in j.col.C. quomodo & quan.iu. & monetur per text. in l. nulli. C.de ſent.& interloc.om.iud.ubi tex.dicit, Nulli, cui ſtatutum facere non licet, extra patriam imponere licet. Sed delegatus non poteſt facere ſtatuta. Ergo,&c. Sed conſidera, ꝙ banniti ✶ æquiparantur relegatis,✶ ut eſt glo.in §.relegati. Inſtit.quibus modis ius pat. Et excommunicatus æquiparatur relegato,gl. in c. paſtoralis.§. ſi uerò.de appel.quod allegat Car.in c.perpendimus.de ſent.exc. Si ergo poteſt excõmunicare, ergo poteſt
27 & relegare, Cogita.¶ Sextá†declaratio ẽ, ꝙ non poteſt imponere pœnam confiſcationis bonorum. Ita tenet hic Bal. & mouetur per tex. in l.j.C.ne ſine iuſſu princ. Confirmo hoc per aliud dictum eius in c. j.de pace.tenen.ubi dicit,ꝙ habens generale arbitrium puniendi, non habes poteſtatem confiſcandi, per d.l.j.¶Limita niſi confiſcaret exequendo pœnam legis, quia tunc poterit cõfiſcare,putà, ſi eſt datus delegatus ſuper crimine,quod meretur confiſcationem, tunc poteſt. Caſus eſt in l.2.C.de modo mulct. Ita declarat Sal.in d.l.j. C. ne ſine iuſſu prin. ¶Septima eſt, ut non habeat locum in turbatione non manifeſta. Ita no.Ant.hic.Idem Spe.eo.tit.§.ſequitur. uerſi.item ad eius officium.Idem tenet hic Dom.ubi dicit,ꝙ iſtud aduerbium, Manifeſte, debet habere qualitatem iſtam, ꝙ ſic manifeſta turbatio. Tamen teneo contrarium,ꝙ etiamſi nõ eſt manifeſta,ꝙ poteſt coercere quia non requiritur iſta qualitas, quòd manifeſtè cognoſcat. Sed probatio facit rem manifeſtam. Modo ſi iudex cognouit in iudicio, ꝙ turbauit, dicitur manifeſta,& ſic poterit cognoſcere.per tex.in c.j.de teſtit.in integr.in uer.manifeſtè apparet.& Bart.in l.j.ne lice. potent.ubi dicit,quòd ſufficit, ꝙ clauſula Potens,præſtiterit auxilium, & non quòd uenerit in iudicium, & rogauerit iudicẽ,ſed ſufficit, ꝙ proberur in iudicio. Et pro hoc eſt expedita iſta gl.¶ Dicit hic Bal. Verum interficiens poteſtatem ciuitatis ſit rebellis? Dicit, quòd ſi interficit ob priuatã utilitatem,quòd non punitur, tanquam rebellis. Sed,ſi interficis ob publicam utilitatem, poteſt puniri & eſt rebellis. Sal.idem uoluit in l.quiſquis.C.ad l.Iuliam maieſt.& Bar. in extrauag.quoniam nuper.in uer.rebellando. ¶Secundò dicit, pone, ꝙ unus interficit ambaſciatores alicuius populi, quòd dicitur incurriſſe crimen læſæ maieſtatis, & allegas tex.in l.oſſa.§.ſi. ff. de reli.& ſum. fune.ubi text.dicit,quòd prohibens procuratorẽ meum, ne aliquid faciat me dr impedire. Ergo in propoſito, & in c.ex literis.j̄.eo.dicit,quòd ille qui non permittit præſentari literas alterius dicitur facere iniuriam ſcribenti. Et allegat d.l. oſſa. Pro iſto dicto arguo, Rumpens ſecuritatem datam à principe, incurrit crimen læſæ maieſtatis. Tex.eſt in l.j.ff.ad l.Iul.maieſt. Modò ſic ambaſciatores dicuntur hanc habere, l.2.ff.de iud. Ergo offendendo iſtos, dicitur offendere ipſum principem. ¶ Vltimò dicit ibi Bal. quòd quilibet de populo poteſt capere clericũ de manibus familiæ poteſtatis, & ubi eſſes pœna impoſita capienti, & eripienti aliquem de manibus eorum, non incurrit iſtam pœnam eripiens clericum. Rationem ibi allegat fauore religionis.

✶ *Relegatis] ad de Bar.in l.ad cognitionem. ff. ex quib.cauſ. in poſ. eatur.& Alex.in l.ſi cum dotem. in §.ſi patri.verſ.&*

pendet etiam deciſio.ff.ſol.mat.

SVMMARIVM.

1 *Iudex dubitans de ſua iuriſdictione, procedere non poteſt.*
2 *Cauſæ cognitio quæcunque, poteſt largo modo dici executio.*

CAPITVLVM II.

SANE. ¶ Cum diuerſæ literæ ſub eadem data & forma contraria impetrantur, & præſentantur à diuerſis ad eoſdem iudices, ſuperſedetur utriſque, donec Papa conſulatur. Hoc dicit. ¶ Dicit hic Pet.de Anch.quòd ratio iſtius tex.eſt iſta,quia
1 † iudex dubitans de iuriſdictione procedere non poteſt. Allegat Bar. in l.multum. ff. de cond.& demonſtra. ubi dicit, Citatus eſt Sempronius, dicit ſe nolle uenire, ante quam nuncius referat iudex fert ſententiam, ante quàm nuncius redeat, dicit Bar.ꝙ illa ſententia non ualet, & eſt nulla, & ſic iudex dubius de iuriſdictione ſua, non poteſt illam exercere.¶ Vltra Pet.de Ancha. ſequuntur multi Doct. Sequitur enim Ant.in c.cum dilecti.de dolo & contu.& eſt gl.de hoc in c.ſæpe. de appell. ſuper uerb. peremptoriè.in ſi.& eſt unica & ſola in iure canonico. Et allegat Bar.illam in l.ſed ſi de ſua.ff.de acquit.poſſ. & eſt de hoc text.in l.hæc autem.§.j. ff. ex quibus cauſ. in poſ.ea. ubi tex.dicit,ꝙ non ſufficit, quòd aliquis ſit contumax, ſed debet conſtare liquereque prætori. No.hæc diligenter.¶Confirmo hoc, quòd quoties dubitatur, recurritur ad Papam, per dictum Spec.in tit.de lega. in §. nunc oſtendendum.uerſi.34.ubi dicit, ꝙ in caſu huius decretalis, legatus de latere non poteſt interpretari dubietatem. Vos allegatis tex.in c.ſi ordinarij.de oſt.or.in 6. uerſi.ſi uerò. Ad idem eſt tex.in c.ſi.de conceſſ.præben.in 6. ¶ Sed quòd hoc non ſic uerum, quòd ſi cõſulendus Papa, primò arguo de c.duobus.

de

de reſcrip. in 6. ubi tex. dicit, quòd ſi duo habent reſcripta, ꝙ ſtatur præſentationi, ſi ambo præſentauerint eodem tempore, eſt locus gratificationi. Ergo non eſt opus ire ad Papā. Ad o. 1. Ibi loquitur de gratia facienda, & non de facta, & tūc poteſt utraque ualere. Sed loquimur nos in gratia facta: quia impoſsibile eſt, ꝙ ambo habeant id, quod petunt. Et ita intelligas. ¶ Secundò opponitur de d. c. ſi à ſede. de præb. eo. li. ubi ſi reperitur, quòd uno eodemque die Papa contulit beneficium, & etiam legatus dicitur, quòd præcedit illius gratia, qui primò incipit poſsidere: dicas, ꝙ ille text. loquitur in gratia diuerſorū, nos loquimur in reſcripto emanante ab uno & eodem. Et ita reſpondeas ad dictum c. Et no. quòd licet ſit eadem data, tamen non eundo ad Papam, adhuc ratione horæ apparere poteſt, quis ſit prior & poterit per teſtes probari hæc prioritas. De hoc eſt gl. in d. c. duobus. in uerbo ſi non appareat. & in c. ſi à ſede. in eo. uerbo. Facit dictū Bal. in l. ſi poſthumus. C. de liber. & poſth. ubi dicit, quòd ratione unius horæ dicitur quis prior: & allegat tex. in l. ſi plurib. ff. de ſol. in uer. hora ſexta, albeſcente cælo. Et ibi dicit, quòd ubi ſumus in dubio, ſemper præſumitur priuatio poſterior, ſi in una materia hæc concurrunt, priuatio ſ. & habitus. Allegat gl. in l. cum proponat. C. de codicil. ¶ Idem tenet in prima conſtitutione Codicis, in §. quibus. ubi dicit, quòd ubi non apparet, quod ſit prius, uel poſterius, recurritur ad ordinem naturæ: & ibi dat exemplū, ubi dicit, quòd reſeruatio præſumitur poſterior. Et tenet idem in c. paſtoralis. ī. de reſcrip. & inde ibi, & in c. capitulum ſanctæ Crucis.
a de reſcrip. ¶ Secundò † no. ſecundum Dom. in uerbo. executioni ſuperſedeant. ꝙ omnis cauſæ cognitio largo modo poteſt dici executio[a]: quia iſti nondum incœperant cognoſcere, & tamen dicit executioni. Et dicit hic quod per hoc, obtinuit dominus ſuos in facto & dicebat ualere libellum, in quo Petit exequi inſtrumentum: nam dicebat aduocatus, ꝙ libellus eſt ineptus: quia prius petebat executionem, quàm incœpiſſent cognoſcere. Dicit Dom. ꝙ obtinuit dominus ſuus p tex. hic, ubi optimè probatur inducendo; ut induxi. ¶ Et per iſtum tex. limitat hic Dom. tex. in l. j. C. de exec. rei iud. & pro hoc allego conſilium Pet. de Ancha. 353. ubi dicit, quòd ſuperior in ſuo mandato nunquam cenſetur uelle tollere cauſæ cognitionem: & mouetur per l. nimis propetè. C. de execu. rei iud. ponendo exemplū, ut ibi per eum, in quo conſuluit pro Domi. & Ant. in c. examinata. de iudic. & Imo. Sed Bar. in l. ſi cum nulla. ff. de re iudica. noluit contrarium. Ioan. de Imo. ibi dicit, ꝙ hæc opi. de qua ſ. procederet, ubi eſſet in libello poſita clauſula, Omni meliori modo, &c. Sed in l. ſeq. dicit, ꝙ etiam procederet, ſi non eſſet clauſula illa, Omni meliori uia & forma, &c. Abb. ponit hæc in cap. j. de lit. conteſt. & Abb. idem tenet in c. olim. de cenſi. Et dicit ibi eſſet tex. Et dicit, ibi, quòd ille tex. facit contra Bar. in d. l. nulla. ¶ Limita, niſi eſſemus in cauſa, in qua procederetur abſq; figura iudicij: quia ſi ſuperior committit executionē, tunc uidetur pronunciaſſe, etiamſi non tunc tulerit aliquā pronunciationem, uel ſententiam: & non eſt tunc opus aliqua præambula cauſæ cognitione. Allego Bar. pro hoc in c. ſtatuag. ad reprimendā. in uer. abſque figura iudicij. quem allegat do. meus in c. tam literis. ubi uide per eum qui optimè loquitur, de teſtibus.

a *Executio*] *Sed nunquid cauſæ cognitione commiſſa uideatur cõmiſſa executio? Dic quod non, ut per Flo. in l. item ſic. §. qui haberet. de ſeru. ruſt. prædi. & eſt tex. in l. de quare. de iud. Sed an econtra? Dic idem, niſi a principe, ut eſt text. in l. et ſi cognitio. C. ſi contra ius, uel uti. publ. Ad quod uide plenè per do. Alex. de Imo. in l. 1. de off. eius.*

SVMMARIVM.

1 *Delegatus an quando, & quam cauſam poſsit ſubdelegare.*
2 *Delegatus legati an & quando poſsit ſubdelegare.*
3 *Delegatus ex certa ſcientia Papæ, non habens qualitates à iure requiſitas an poſsit ſubdelegare alteri nõ habenti eaſdẽ qualitates.*
4 *Cauſa quando dicatur grauis ſtatur arbitrio iudicis.*
5 *Impedit dicto an ſtandum ſit uel teneatur fidem facere de impedimento.*
6 *Iudex iudicans ſecundum conſilium iniuſtum, an teneatur in ſindicatu.*
7 *Sententia iudicis commiſſarij non ſequentis conſilium iniuſtum an ſit nulla.*
8 *Statutum uolens quod iudex teneatur ſequi conſilium ſapientis an ualeat, et ut. in uer. ſecundo fallit.*
9 *Doctor an poſsit inuitus compelli ad conſulendum, & ibi uſque in finem, uide fallentias & limitationes.*

CAPITVLVM III.

1 SI PRO debilitate. ¶ Delegatus † impeditus ſubdelegare poteſt cauſam, quæ ſine eo commodè terminari poteſt. ¶ Primò limita, niſi in commiſſione Papa dicit, Præcipimus: quia tunc non poteſt ſubdelegare[b]: per glo. in l. ſæpe. ff. de off. præſi. quam ſequitur ibi Bar. & in l. 2. C. commu. de lega. & Bal. in l. j. C. quomodo & quando iudex. & Lud. in l. j. §. j. ff. quod quiſque iuris. Pro illa gl. facit gl. in c. dudum 18. q. 2. ubi dicit, quòd uerbum Præcipimus, magis ſtringit, quàm uerbū mando: quam ſequitur Imol. in cle. ſæpe. de uerb. ſig. ¶ Tamen non credo, quod illa gl. ſit uera: quia gl. in l. j. §. j. in uerſ. quēadmodum. ff. quod iuſſu. dicit, ꝙ quomodocunque aliquid iniungat ſuperior, ſēper præceptum eſt. Et Bal. allegat illam in l. ſi mandato. C. quod cum eo. Ergo ſiue dicat Mando, uel Præcipio, ſemper habebit uim præcepti. ¶ Secundò allego glo. in cle. j. de teſt. in uerb. hortamur. quæ dicit, ꝙ hoc uerbum importat neceſſitatem. Ergo præceptum. Et gloſſ. in c. rogo. 11. q. 3. quæ dicit, ꝙ uerbum Rogo, habet uim præcepti. Et Roſtre. tenet hoc in libellis ſuis in rub. de actio. manda ubi dicit, ꝙ in commiſſionibus non eſt differentia inter uerbum Præcipio, & Mando: & reprobat gl. in l. more. ff. de iuriſd. om. iudicum. Et ſic credo, ꝙ gl. illa non ſuſtentaretur in d. l. ſæpe. Tamen omnes Legiſtæ tenent, ſed ego tamen non teneo, &c. ¶ Secundò limita,
2 † quòd delegatus[c] legati non poteſt ſubdelegare. Ita Dom. in c. s. de off. deleg. in 6. ¶ Limita hoc, niſi ſubdelegaret nudum articulum, putà examinationem teſtium quia hoc poteſt, ut no. gl. fi. in cle. j. de off. deleg. ſicut omnes delegati inferiorum. ¶ Secundò limita, niſi eſſet ſubdelegatus legati, ad uniuerſitatem cauſarum: quia tunc poteſt ſubdelegare, ut eſt gl. fin. in l. imperium. ff. de iuriſd. om. iud. Pro iſta fallentia eſt tex. in c. cum cauſam. prope fi. de appe. & in c. ſuper quæſtionum. §. ſi uerò. cum gloſ. ī. eo. ubi dicitur, quòd ſolus delegatus principis ſubdelegare poteſt. Pro hoc gl. magna in ca. fi. ad fi. de hæret. in 6. ubi legatus non poteſt committere cauſam appellatione remota, nec ſummariè. Et gl. in cle. ſæpe. in uer. mandamus. de uerb. ſign. & Anto. in cap. paſtoralis. in prin. ī. de appel ¶ In contrarium, ꝙ poſsit ſubdelegare delegatus legati, hoc uoluit Bal. in l. à iudice. C. de iud. expreſſē, ubi dicit, quòd delegati legati poſſunt ſubdelegare: quia legati Papæ æquiparātur procōſuli, c. 2. de offic. leg. in 6. Sed delegatus proconſulis ſubdelegare poteſt, l. cū prætor. §. j. ff. de iud. Ergo & delegatus legati ſubdelegare pōt. ¶ Secūdo adducitur tex. in c. cū Bertoldus. de re iud. ubi delegatus legati ſubdelegauit examinationē teſtium: & Abb. ibi expreſſè firmat hoc, & non facit mentionem, neque de Bald. neque de Dom. ¶ Tertiò idem tenet Ang. in d. l. cū prætor[d]. §. j. ¶ Tamen primam partem puto ueriorem. Ad arg. Bal. fateor, quòd legati Papæ æquiparantur proconſuli: ſed ego nego, ꝙ delegatus proconſulis poſsit

b *Subdelegare*] *Adde do. Alexā. de Imol. in l. quia pe. colum. in ſi. de iuriſdict. om. iu. & plenius & ſingulariter in rub. de offici. eius cui manda. eſt iuriſdi. & in add. ad Barto. in l. prima eodem titu. & uide per do. Socin. conſ. 60. incip. Viſo elegantiſsimo conſilio. uerſic. circa quintam dubitationem. cū uerſicu. ſeq. in i. parte.*

c *Delegatus*] *Adde tu, quod hoc fallit in delegato legati Cardinalis, quia talis poteſt ſubdelegare, & ſic committere ut ut ſuas alteri. Ita Bal. in l. à iudice. C. de iudic. & do. Abba. in ca. cum Bertoldus. de re iudica. in uer. quintā lecturam. Adde, an delegatus inferioris a principe cū poteſtate ſubdelegandi, poſsit alteri ſubdelegare? Bar. in l. more maiorum. ff. de iu. om. iudic. in uer. quæro, quid ſi. te nuit, quod ſic. Adde, quod idem tenuit domi. Abba. in d. ca. cum Bertoldus de re iudi. in uerſi. an delegatus.*

d *l. cum prætor*] *Et ibidem. uide ad hoc Angel. & Adde do. Alexand. in d. l. more.*

ut. ſ. allega. in tex. et ſeq. de arm. iud.

ſubdelegare: quia tex. in d. l. cum prætor. dicit, quòd delegatus proconſulis poteſt cognitionem ſuam alijs demandare, non dicit ſubdelegare, & loquitur in deputatio ad uniuerſitatem cauſarum. ¶ Ad c. cum Bertoldus. dicas quod ibi fuit ſubdelegatio ſuper uno articulo, & hoc iam

3 diximus ſ. & ſic non eſt contra. ¶ Quæro, Papa † committit cauſam non habenti qualitates neceſſarias in delegatione, non ualet delegatio, niſi Papa illi ex certa ſcientia committat, quæro, utrum delegatus non habens illas qualitates à iure requiſitas, cui Papa commiſit ex certa ſcientia, poſſit ſubdelegare uni non habenti ipſas qualitates à iure requiſitas. ¶ Primò arguo, quod poſſit committere non habenti illas qualitates, quia ſubrogatum debet ſapere naturā illius, cuius loco ſubrogatur. Tex. eſt in c. eccleſiæ. ut li. pen. & in cle. j. de ſupplen. negligen. prælatorum. & in c. ſtatutum. §. in nullo. de reſcrip. in 6. Et tenet Bal. in l. ſi puellam. C. ſi mancip. ita alien. ſue. Tunc ſic, ſi ſubrogatum debet ſapere naturam ſubrogantis, ſufficit quòd ſubdelegatus ſubrogatus habeat qualitatem delegati ſubrogantis, licet non habeat qualitates à iure requiſitas, cum ſuus ſubrogans etiam illas nō haberet. Secundò arguo, dicit tex. in c. ex literis. de teſti. in integ. q̃ præpoſitus ſubdelegauit decano partes ſuas in cauſa matrimoniali, quæ non poteſt committi niſi epiſcopis. Tertiò confirmo per dictum Bar. in l. j. ff. de iuriſd. omn. iudic. ubi dicit, quòd cauſa meri imperij non delegatur, quæ ut ibi Bar. princeps ex certa ſcientia delegauit cauſam non delegabilem, dicit Bart. quod iſte poteſt ſubdelegare, ex quo princeps ex certa ſcientia fecit delegabilem, argumen. text. l. cum pater. §. quindecim. de leg. 3. Ita in propoſito noſtro arguendo de re ad perſonas. ¶ In contrarium arguitur primò, quia commiſſio facta alicui inhabili, eſt quid perſonale ſicut eſt certa diſpenſatio facta perſonæ illius. Sed iura perſonalia non poſſunt in aliam perſonam transferri. Text. eſt in regula, priuilegium. de reg. iur. in 6. & in l. quia tale. ff. ſolu. matr. Si ergo eſt perſonalis, non poteſt ad alium tranſire. ¶ Secundò pondero text. in c. ſtatutum. in uer. duntaxat. de reg. iur. in 6. Modò ſi reperitur, quòd Papa commiſerit non habenti qualitatem, non debet hoc extendi ad alias per iſtā dictionem taxatiuam. ¶ Tertiò arguo, & fortiter, de text. in c. ſuper quæſtionum. §. porro. & §. ſi uerò. j. eo. ubi Papa commiſit cauſam duobus cum clauſula, Appellatione remota, dicitur ibi, quòd illi non poterunt ſubdelegare cum clauſula iſta appellatione remota, & ratio eſt, quia qualitas appoſita reſpectu illorum, non tranſit in illum, de quo Papa nō cogitauit. Et fortius dicit tex. ibi, quòd duo delegati non poſſunt uni ex alteris committere uices ſuas, ut cognoſcat ſolus appellatione remota. Et eadem ratio eſt, quæ ſ. Ergo in caſu noſtro non datur poteſtas tranſmittendi iſtam ſpecialitatē in aliū. Et iſtud teneo. ¶ Ad argumentū primū dicas, q̃ debet ſapere naturā ſubrogati, ſcilicet naturā primordialē. Secus, ſi naturam accidentalē, quia non trāſit in ſubrogatū. Ita dicit do. Ant. in d. c. eccleſiæ. el j. ut lit. pen. Sed qualitas, quæ eſt in me, non poteſt trāſire in alium primordialiter, ſed accidētaliter ſic. Ergo, &c. ¶ Ad tex. in c. ex literis. de teſti. in integ. ubi Papa diſpenſauit de cauſa matrimoniali cū illis, qui cognoſcere non poterant, non fuit mirum, quia Papa iam diſpenſauerat cum decano, ſed deſtruitur, per d. c. ſuper quæſtionum. ubi etiam collegæ non poteſt committi, q̃ cognoſcat appellatione remota. ¶ Sed reſpondetur ſic, quòd licet de ſtylo curiæ ſolis epiſcopis committantur cauſæ matrimoniales, tamen fallit, ubi alias commiſſa eſſet, non epiſcopo, quia tunc poteſt non epiſcopo committi. ¶ Ad argumen. Bar. dic, quòd omnes Doct. tenent contrarium, ut dicam in c. quod ſedes. j. de offi. or. quòd imò, ſi princeps cōmiſit cauſam non delegabilem uni, non poteſt ille ſubdelegare, licet per principem ſit facta delegabilis, quia uidetur, & eſt in hoc electa induſtria perſonæ. Et

4 ſic reſpondeas. ¶ Quando † cauſa dicatur grauis, ſtatut arbitrio iudicis[a]. Ita do. Anto. in c. quod ſedes. de offi. ord. Confirmo, per dictum Ant. in c. edoceri. de reſcript. ubi dicit, quòd quæ dicantur arduæ, ſtatur arbitrio iudicis, & per dictum eiuſdē in c. ſi. de iureiuran. ubi dicit, quòd ſtatur arbitrio iudicis, quæ dicatur cauſa grauis, & in c. querelam. de iureiuran. ¶ Et uide Bal. in l. j. ante fi. ff. de offi. præfe. præt. ubi dicit, quod magnitudo cauſæ eſt ſignum electæ induſtriæ perſonæ. Et ubi agitur de cauſa matrimoniali non poteſt hæc cauſa ſubdelegari. Ita Ioan. And. hic, & in cauſa matrimoniali poteſt committi examinatio teſtium, etiam non per uiam nudi articuli. Tex. eſt in c. ſignificauit. de offi. or. & in c. j. in fi. de teſti. cog. & tex. in clem. j. de offi. delega. cum gloſſ. in uerbo, ciuili. ¶ Capio gloſſ. primam ſuper uerb. liberum. Sed qualis debet eſſe iſta debilitas? Et primò dico, quòd debet eſſe grauis, quę cauſet impotentiam ad laborem, & moueor per iſtum textum, quando dicit graui neceſſitate. Et pro hoc ſecundò allego tex. in l. longius. ff. de iudic. ubi tex. dicit, quòd onus iudicandi iudex diuidere nō poteſt, niſi grauiter ſit oneratus. Et facit tex. in c. querelam. de iureiuran. & eſt text. in l. quæſitum. ff. de re iud. & gl. in c. communis filius. 23. diſtinct. Pone, aliquis eſt debilis, quia fuit antè infirmus, utrum poſſit ſe excuſare. Dicas, q̃ ſic. Tex. eſt in c. ſi qui teſtium. j. de teſt. ubi æquiparantur debiles, uel in infirmitate conſtituti. Secundò allego l. 2. §. ſi quis in iudicio. ff. ſi quis caut. in uerbo, quaſi ualetudine impedita. Et per illam l. dicit Bar. in l. prægnantes. ff. de pœ. quòd etiam illa, quæ peperit, poſt 40. dies non poſſit torqueri. Ad idem adduco dictum Ant. in c. quoniam. ut li. non conteſ. ubi quærit, an ualetudinarij examinari poſſint? Et dicit, quòd non, quia æquiparantur infirmis. Confirmo hæc per tria dicta in ſimili. Primò allego tex. in §. j. 48. diſtinctio. ubi tex. dicit, q̃ ſicut Iudæus non debet promoueri ad ordines ſacros, eodem modo de illo, qui nouiter eſt conuerſus ad fidem, ſed debet expectari, quod ſua contritio ſit firma. Et eſt gl. in c. conſtitutus. 17. q. 4. ubi gl. dicit, q̃ non debet de recenti ueniens ad fidem promoueri ad ſacra. Et eſt tex. in c. accuſatorem. 3. q. 5. ubi tex. dicit, q̃ paria ſunt, eſſe inimicum, uel quòd de recenti ſit reconciliatus. Et eſt gl. in c. per tuas. el grande, in uer. capitales. in fi. de ſimo. Et idē no. Abb. poſt Inno. in c. cum oporteat. de accuſat. ¶ Tertiò allego Hoſt. in ca. olim. de reſtit. ſpolia. ubi dicit, quòd hæc paria ſunt, quòd eccleſia ſit uacans, uel habeat prælatum de nouo creatum, qui nondum ſit adeptus poſſeſſionem, quia, quo ad alienationem rei eccleſiaſticæ, dicitur eccleſia uacare, & mouetur per tex. in c. cum uenisſent. de inſtitu. in uer. ipſe uerò timens. Et allegat hoc Ioan. Andr. in c. j. de rebus eccleſ. non alien. ¶ Modo poſſet quis opponere de text. in l. a. §. corporis debilitas. ff. de uac. mu. ubi tex. dicit, quòd corporis debilitas excuſat à muneribus, quæ exercentur corpore, ſed ubi eſt neceſſaria ſola prudentia, non excuſat debilitas. Sed ſic eſt, q̃ eſſe delegatum, eſt exercere memoriam & prudentiam, & non corpus. Ergo nō excuſabitur delegatus. Facit tex. in c. j. de renunc. ¶ Reſponde, q̃ imo fatigat corpus officium delegationis, quia habet ſtudere & uoluere libros, & aſſiſtere partibus. Præterea poſſet occurrere, q̃ debe-a ret exire locum. Ideo dicitur eſſe labor. Et ſic tene, quæ dixi de graui neceſſitate, &c. ¶ Quæ dicatur grauis neceſſitas,

b primū eſt tex. in l. j.[b] ff. de in ius uoc. Secundò eſt tex. in l. ſi longius. ff. de iudi. in uerſi. ſine rei familiaris periculo. & glo. in c. fi. de uerb. ſig. in 6. in fin. quem uide & gl. in c. ex parte. el 2. de cle. nō reſidē. quæ dicit, q̃ etiamſi clericus iuraſſet ſe non abſentare ab eccleſia, poſſet tamen pro ſua propria neceſſitate ſe abſentare, & eſt intelligendum de illa neceſſitate, in qua imminet periculum: ſecus, ſi eſſet talis neceſſitas, cuius expeditio eſſet facilis. Hāc declarationem ponit Ant. in c. prudentiā. in

c fi. j. eodem. ¶ Quæritur, utrum[c] debeat

5 † ſtari dicto eius, qui dicit ſe impeditum? uel poſſit cogi ad faciendum fidem de impedimento? Ioan. And. tangit hoc in c. paſtoralis. j. eo. Et dicit ibi Imol. q̃ debet ſtari dicto ſuo, niſi ſint aliquæ coniecturæ, quæ præceſſerint, quod non facit ratione impedimēti, ſed ne diſpliceat alteri ex partibus. Ad idem allego Bal. j. in c. proſima ubi dicit, quòd creditur literis iudicis dicentis eſſe occupatū ex cauſa. Et pro hoc facit tex. in c. prudentiam. j. eo. in uer. lite.

a *Arbitrio iudicis*] *Adde, quæ per authen. habita, tur in repetit. in cauſis. j. de teſti. circa princip. & quod in Apoſtil. lis dicam.*

b *l. j.*] *Idem omnino uide per do. Alexand. de Imo. & per eum in l. exigēdi. C. de pro cur. & in l. benignius. de lib. cauſa. & adde Barto. in l. cum ſcimus. C. de agr. & cēſ. libr. 11. in princ. & Bald. in repe. ca. ſi pater. de teſta. in 6. 18. column.*

c *Vtrum*] *Adde tu, quòd Specu. in titu. de appell. §. nunc breuiter. uer. ſi. quid ergo. uidetur dicere, quod probatur impedimentum per iuramen-*

d n

ratoriæ deſtinatum. Tamen credo, quòd licet iſti ita dicant, quòd debet fieri fides de impedimento, quia Inno. in c. ex tranſmiſſa. in prin. de præſcrip. dicit, quòd ubicunque quis allegat impedimentum, ſemper oportet probare, quia in dubio quis non præſumitur impeditus. Et eſt de hoc tex. in l. 2. §. quod diximus. ff. ſi quis cauti. ubi cogitur quis probare impedimentum, qui dicit ſe impedimentum ratione uiarum, uel inundationis aquarum, aut aliqua alia cauſa iuſta. Et eſt tex. in l. qui commeatus. ff. de re mili. Et ita teneo, quòd iſte debet probare ſuum impedimentum. Et ratio eſt: quia non ſtatur dicto alicuius, ubi agitur de præiudicio tertij. tex. eſt in c. cum in iure peritus. infrà. eo. Sed in propoſito noſtro agitur de præiudicio huius tertij: quia non vult delegatus acceptare. Non obſtat tex. in c. prudentiam. quia debent illæ literæ eſſe ſigillatæ ſigillo ordinarij, per tex. in c. ſciſcitatus. de reſcrip. Secūdò dicas, quòd loquitur, quādo ex pluribus collegis unus nō vult acceptare: quia ſtatur eius literis, quia nō agit de ſubdelegatione. Et ita tene mēti. ¶ Capio gl. in uer. cōſulere. Bal. hic dicit no. quòd ſi appellatur ab iſto ſubdelegato, nō appellabit ad delegantē quia ſi reſeruauit ſolū cōſiliū, nō eſt amplius delegatus, quia dicitur in totum ſubdelegaſſe. ¶ Vtrum ualeat commiſſio facta delegato cum hoc, quòd procedat cum conſilio talis, & prout talis cōſuluerit? omnes tenent, quòd ualet talis commiſſio, præter Innoc. & Andr. Barba. hic. Ego in c. ea parte. de conſt. poſui aliqua de iſta materia. ¶ Vtrum autem is, cui facta eſt talis commiſſio teneatur ſequi conſilium iniuſtum? Et quòd non teneatur[a], allego Bart. & Angel. in l. ſi conuenerit. ff. de re iudic. & Anto. idem tenentem in c. intimaſti. de appel. & in ca. cum olim. de arbi. & Bald. in l. manifeſtiſſimi. C. de fur. & Ang. conſi. 186. & conſi. 188. & Paul. de Caſtr. conſil. 15. Confirmo per id, quòd no. dom. Anto. in ca. ex literis. j. de ſponſ. ubi dicit, quòd iudex, qui commiſit cauſam iudici imperito, non excuſatur in ſyndicatu. Secundò allego Ang. in l. ſi filius. ff. de iud. ubi dicit, quòd ſi iudex iudicaret ſecundum conſilium iniuſtum, non excuſaretur in ſyndicatu. ¶ Limita,

6 niſi † iudex arctaret ad illud ſequendum. ita dicit Bar. in d. l. ſi cōuenerit. Et ſi non arctatur, ē cautela, quòd faciat, quòd partes dicant, quòd contentantur, quòd iudicet de conſenſu ipſarum, ſecundum illud cōſilium. Et hoc replicat Bal. in rubrica, C. de exercitor. Et ſic non tenetur ſequi conſilium iniuſtum: & excuſatur, ſi nō eſt euidenter iniuſtum. Et ſequitur ita Bal. in l. obſeruare. §. proficiſci. ff. de offi. procōſul. & leg. Et ita declarat Imol. in d. l. ſi conuenerit. & Bal. in l. ſi mancipia. C. de ſer. fug.

7 ¶ Vtrum † uerò non ſequendo conſilium iniuſtum ſententia ſit nulla? dicatis, quòd ſic quia contra formam commiſſionis. Ita Ant. in c. cum olim. j. de arbit. Quòd no. ¶ Vtrū autem ſtatutum uolens, quòd iudex ſequatur conſilium ſapientis, ualeat[b], Imol. hic tenet, quòd ualet, dummodò iudex recipiat poteſtatem à ſtatuentibus, quia qui eligit iudicem, poteſt ei dare iſtā formam: alias autem non, ut hic per ipſū qui allegat Io. And. in add. Spec. in tit. de requiſitione conſilij. §. quid ergo in aduocato. Confirmo per dictum Ant. in c. paſtoralis. de appel. ubi quærit, Vtrum ualeat ſtatutum, quòd à ſententiis iudicis non appelletur? & dicit, quòd ſi eſt factum ab illis, qui dāt iuriſdictionem iudici, ualet: aliàs non. Et Bar. in l. pen. ff. de aqua plu. arc. ubi idem tenet, & Bart. in l. ſi. C. de ſenten. & inter loc. omni. iudic. & in l. omnes populi. in 6. & 11. col. ff. de iuſti. & iu. in uerſi. iuxta præmiſſa. ¶ Sed nunquid ualeat iſta ſententia, Pronunciamus prout in tali conſilio continetur,* & in illo conſilio dicebatur, Talis uidetur mihi eſſe abſoluendus? Bat. in l. j. C. ſi aduerſ. liber. dicit, quòd non ualet: quia omnis ſententia debet continere aut condemnationem, aut abſolutionem. Et ſequitur Abb. in ca. illa præpoſitorum. de accuſa. & Spec. tetigit in tit. de except. in §. uiſo. uerſi. porrò in Italia. & Ioan. And. ibi diſtinguit, quem uide. Sed quòd ualeat talis ſententia, tenet Ant. in c. cum venerabilis. in §. quia uerò. de excep. & ibi Abb. in quinta col. Hāc opinionem tenet Bal. in l. teſtamento. ff. de hæic. inſti. Bal. in c. cum eccleſia Sutrina. de cauſ. poſſ. & propri. & idem tenet Bal. in l j. C. ſi aduer. liber. & Bal. in l. cū iudex. circa ſi. C. de ſenten. Confirmatur: quia uerba ſententiæ impropriantur, ut ſalnetur intentio iudicantis[c]: glo. in l. & puto. ff. fami. erciſc. §. j. in uer. communicari. ¶ Fallit primò, ubi deducta eſſent duo conſilia contraria: tunc enim ſententia nō tenet. Hoc poſuit Bal. in l. duo iudices. ff. de re iudic. & ſequitur Bal. in ca. ſi. j. de iudic. Et ſubdit Paul. de Caſt. in d. l. duo. quòd ubi ſunt producta duo contraria, poteſt iudex eligere unum.

8 ¶ Secundò fallit, ubi † conſilium nondū eſt in actis productū: quia oportet quòd fuerit in actis productum. Hoc poſuit Lando. in repetitione l. j. ff. de re iudic. & allegat tex. in l. mdea. C. de ſenten. iſtam fallentiam ſenſit Abb. in d. c. illa de accuſat. in uer. maximè. Pro hoc adduco glo. in l. quantum. §. Pomponius. ff. de arb. ubi dicit, quòd ſententia, quæ non poteſt certificari ex actis, dicitur eſſe incerta. Et adduco Anto. in c. cum uenerabilis. de relig. do. ubi dicit, quòd ſi iudex refert ſe ad inſtrumentum, nō productum in actis, dicitur ſententia incerta. Et allegat Ioan. And. in tit. de ſenten. prolat. §. qualiter. uerſic. ſed pone. ¶ Tertiò limita, niſi conſilium productum adhuc eſſet clauſum: quia tunc non ualet talis ſententia. Ita dicit Bald. in l. j. C. de ſenten. ex breuic. recit. Confirmo per dictum Bal. in l. tribunus. §. cum quis. ff. de teſt. mil. pone, epiſcopus uidit ſententiam latam per uicarium. Et dicit quòd confirmat unam ſententiam, an uideatur per hoc alias reprobare. Et dicit, quòd ſic, dummodō uiderit & legerit omnes alias.

9 ¶ Sed † nūquid doctor poſſit inuitus compelli ad conſulendum? Dicas, quòd ſic[d], per glo. in l. 2. C. de præpoſ. ſacro. cubic. lib. 12. Sed Io. And. in tit. de requiſit. conſi. §. j. uerſi. ſed nunquid. & Bal. in l. ſancimus. la j. C. de aduoc. diuerſ. iudic. & Spec. in loco prælegato tenent contrariam partem. ¶ Prima pars eſt uera, quòd poteſt compelli, quia ad officium neceſſarium poteſt quis compelli, ubi non habet iuſtam excuſationem, ut per totum titulum, ff. de mun. & hon. Modò, quando conſilium eſt neceſſarium, dicitur offitium neceſſariū. Probo argumen. c. j. ſuprà eod. Ergo, &c. Et ita tenent Barto. & Salice. in d. l. ſancimus. & Bar. in d. l. 2. tenet. ¶ Fallit primò,

mentum. Et idem tenet Guilel. de Cug. in l. 2. §. quod diximus. ff. ſi quis caut. Adde tu, quòd opin. Specul. & Guil. eſt uera, ubi aliter probari nō poteſt. Ita Bald. Ango. & Rom. in d. l. 2. §. quod diximus. & uid. de mēte Bart. in l. ex argentarij. §. fin. ff. de edend. uide Paul. de Caſtr. in dict. §. quod diximus. qui optimè declarat doctrinam Barte. & aliorum in d. l. 2. §. quod diximus. ff. ſi quis cautio. Adde, quòd doctrina Bart. & aliorum in dicto. §. quod diximus. eſt bona, quando illo, qui iurat, non eſt periurus, per text. in ca. paruuli. 22. quæſtio. ult. quia talis amiſit omnem facultatē probādi per iuramētum. Ita Rom. in l. admonendi. 27. & 28. colum. de iureiuran. Saluatur dictum Specu. quando agitur de modico præiudicio. Ita Paul. de Caſtr. in d. §. quod diximus. & Bartol. in extrauag. ad reprimendum. in uerbo, ſummaria.

a *Quod non teneatur*] *Adde idē tenentem dn. Soci. conſilio 24. incip. Viſis diligenter et maturè. uerſi. & quia, ut dixi, in prima parte char. 43.*

b *Valet*] *uide domi. Alexan. de Imol. in l. maiorem. ff. de pact. & in l. filiusfamilias. §. ſi plures. de exercitor. & Paul. de Caſtr. in l. & ſumm. §. hodie. ff. de pact. & Pet. de Suz. in l. ſi filiusfami. la 2. de iudic. & Ludou. pō. in l. 2 ff. quod quiſque iur. & Paul. de Caſtr. in conſilio. 85. & domi. Alexā. in conſil. 51. 4. parte. & adde Bart. Cep. in rub. de uerb. ſign. & Angel. in d. l. filiusfamilias. Sed quid ſi unum ſtatutum dicat prout hoc, quod iudex teneatur dare quamlibet ſententiam cum conſilio ſapientis, & aliud ſtatutū dicat, quod debeat in quibuſdā cauſis procedere ſummariè, an conſeatur repetitum, quod debent dare ſententiam cū conſilio ſapientis. uide not. per Soc. conſi. 95. incip. capiendo primam. in ſi. i. col. in i. parte.*

* *Continetur*] *Adde, Quid ſi iudex qui tenetur iudicare ſecūdum conſilium ſapientis ſit in fine termini, & conſiliū in tempore haberi nō poſſit, An ſi pronūciet ſecundum conſilium reddendum ualeat, dic quod ſic tūc, licet alias nō poſſet ſecundū Se. conſi. 124. incip. præſens conſultatio. uerſ. ſi ſecunda ratio. quia circa me. in 1. parte.*

c *Iudicantis*] *Facit, quòd not. habetur per Seci. conſil. 545. incip. Circa primum conſultationis articulum. uerſic. 4. ut inquit Bald. in ſecunda parte, chart. cxxvi. ubi uide.*

d *Quòd ſic*] *Adde Ludouic. in ſingul. uerſic. conſilium. & Barto. in l. ſi. §. fin. in princi. ff. de uaca. mu. & Bald. in l. ſi pater. in ſi. C. ſi pen. app. mors interue. & Spec. in tit. de requiſ. conſi. uerſic. ſed nunquid poteſt.*

niſi

niſi iſte requiſitus pro conſilio, fuiſſet aduocatus alterius partis. Hoc uoluit Barto. in l. proximè. in fi. ff. de his, quæ in teſta. del. Idem uoluit Sal. in l. ſi aſcribatur. C. de appel. ¶ Secundò limita, niſi iſte doctor non eſſet ſubditus iudici ordinario in loco, quia ſi non eſt ſubditus, non poteſt cogi. Ita uoluit Iac. de Are. in tractatu De conſilio ſapientis, in uer. quid ſi iudex. per l. ij. C. qui pro ſua iuriſdict. ¶ Tertiò limita, niſi eſſet aduocatus unius partis, quia iuſtè ſe excuſat. Ita uoluit Iacob. in dicto tractatu, allegat. c. poſtremò. de appel. ¶ Vtrum autem doctori hoc modo coacto debeat dari ſalarium? dicatis, quòd ſic. Tex. eſt in l. unica, C. de ſuffrag. & in cap. non licet, 1. q. 3. niſi partes eſſent adeo pauperes, quòd ſoluere non poſſent. Hoc uoluit Hoſt. in cap. 1. j. de offi. iudic. Et refert ibi domi. Abb. ¶ Quærit Bal. hic, utrum doctor, qui fecit conſilium, poſſit reuocare, ante quàm ſit pronunciatum. Primò arguitur, quòd ſic, quia ſapientis eſt mutare a propoſitum[a], c. in malis. 23. quæſtio. 5. In contrarium, Conſilium ſapientis æquiparatur teſtimonio. Sed teſtis non poteſt reuocare dictum ex interuallo. Ergo, &c. Tamen dicit poſtea, quòd poteſt addere, uel declarare. Et uide Bar. in l. de tutela, circa med. C. de in integ. reſtitu. mino. ubi dicit, quòd non poteſt reuocare ſine cauſæ cognitione, & Iacob. de Are. in dicto tractatu, ubi dicit, quòd non poteſt reuocare, quia præſumitur in fraudem uelle reuocare, niſi incontinenti uellet. Allegat cap. officij. de elect. & l. lecta. ff. ſi cert. pet. Quæ enim incontinenti fiunt, dicuntur eadem[b], ut eſt gloſſ. in c. prædicator. 17. q. 1. ¶ Secundò limita, niſi uellet reuocare ex ratione expreſſa, per tex. in l. nonnunquam. C. de colla. bono. ¶ Tertiò limita, niſi uellet conſilium declarare, per tex. in l. hæredes palàm. ff. de teſta. Ita ſentit Bal. hic, ubi dicit, quòd qui declarat, nihil de nouo addit.

a *Mutare propoſitum*] *Adde tex. in c. cum ceſſante. de appel.*

b *Eadem*] *Adde quæ habentur de hoc in uerbo, incontinenti. per auth. in c. ueniens. infra de teſtibus. & quod ibi in apoſt. dicã, & per auth. etiam in cap. prætera. eod. tit. per domi. Soc. conſilio 68. incip. Fruſtra uerſi. circa ſecundam quæſtio. circa prin. in i. parte, char. 187.*

SVMMARIVM.

1 *Prorogatio poteſt fieri apud delegatum de tempore ad tempus.*
In imponenda pœna an iudex debeat mutare legem, uel conſuetudinem. Poſt nu. 1. uerſi. tertiò addatis.
Tempus quando incipiat currere delegato. Poſt num. 1. uerſi. gloſſ. in uerb.
2 *Prorogatum tempus releuat debitorem a periurio.*
3 *Prorogatio non ualet, ſi dicatur, Prorogamus ad tale tempus incipiendum finito iſto. nu. 4.*
5 *Prorogatio ſicut uitiatur errore de perſona ad perſonam, ita etiam de tempore ad tempus.*
6 *Solennitates iudiciorum poſſunt tolli renunciatione partium in totum, & tunc iudex eſt, quaſi arbitrator.*
7 *Partes poſſunt per pacta renunciare nullitati ſententiæ, & poſſunt ſe obligare, quòd non opponetur per eos de ſententiæ nullitate.*
8 *Sententia lata poſt tempus præfixum a ſtatuto, eſt nulla, quando tempus præfigitur cauſæ.*
9 *Delegati an poſſint mulctare. Et quid in delegato ab inferiore a principe. Ibidem.*
10 *Statutum in dubio uenit ad corrigendum ius commune, & ubi pro delicto imponuntur pœnæ diuerſæ, ſufficit unam imponere.*

CAPITVLVM IIII.

De cauſis. ¶ Si committatur cauſa decidenda in certum diem, niſi partes prorogent diem, expirat iuriſdictio. Secundò: ubi certa pœna non eſt impoſita, poteſt iudex arbitrio ſuo illam imponere. Dicit Domi. hic in uerſi. committuntur, ſcilicet à quocunque. Ergo omnes inferiores delegare poſſunt cum præfixione temporis. Bald. in l. properandum. C. de iud. Allegat Inno. in c. noſtro. & ſubdit ibi Bal. quòd finito iſto tempore non eſt finita inſtantia, ſed ſuperior poterit cognoſcere ſuper actis: quia licet expiret tempus, non expirat inſtantia. Allegat l. j. C. de peda. iudi. & Ab. etiam hoc tenet in c. uenerabilis. j. de iudic. & Domini de Rota deciſ. 56. ¶ Not. in uerbo, prorogare. quòd apud delegatum poteſt fieri prorogatio de tempore ad tempus. ¶ Not.
1 quòd † duplex eſt contumacia: ut eſt text. in capitulo, cauſam. de re iudic. uerſicu. adire, uel iudicio parere, &c. ¶ In arbitrarijs iudex imponit pœnam arbitrio ſuo. Text. eſt hic. Dic tamen, quòd pœnam arbitrariam tollit conſuetudo, ubi per illam eſt limitata ipſa pœna. Tex. eſt in l. ſi quis ſeſi. ff. de cuſto. reo. ubi dicit tex. quòd ſi quis non dederit reum criminis, pro quo fideiuſſerat, punitur arbitrio iudicis, niſi ſit impoſita pœna à conſuetudine. Et hoc tenet dom. Anto. quòd ceſſat pœna arbitraria, ubi eſt conſuetudinaria, in capitu. primo, de conſtit. & Abba. in capit. licet. infià, de pœnis. & gloſſ. in l. ſi barſatorem. C. de fideiuſſo. ¶ Secundò no. quòd ubi iudex habet arbitrari pœnam ſimpliciter, debet procedere de ſimilibus ad ſimilia. Gloſſ. eſt in capitulo, inquiſitionis. in uerb. alioquin. de accuſa. & eſt de hoc text. in clemen. prima, §. uolumus. de pœnis. Secundò eſt text. in capitu. non ſolum. in fin. de reg. iur. in ſexto. ¶ Tertiò addatis quòd ubi iudex reperit, quòd l. in ſimili caſu imponit pœnam, & aliam ſimilem imponit conſuetudo, quòd tunc iudex debet imitari ſimilem legis. Ita dicit Ioan. And. in capi. fin. de conſuet. dummodo utraque ſit rationabilis. Et hoc ſequitur Ioan. de Imol. in l. ſi uerò. §. de uiro. in penult. col. ff. ſolu. matrimo. & Bald. in l. de quibus. ff. de legib. niſi conſuetudo concurreret præciſè in eodem caſu: quia conſuetudo derogat legi in caſu ſuo, in quo lex imponeret pœnam. Tunc enim imitabitur iudex conſuetudinem. Ita dicit domi. Anton. in capitu. fin. de conſuet. ubi dicit, quòd conſuetudo uincit legem, quoties eſt abrogata. ¶ Item aduerte: quia ſi pœna alterat iuriſdictionem iudicis, tunc reſcribet ſuperiori. Text. eſt in l. diuus. la 2. ff. de falſis. Et non poteſt imponere pœnam, quam non patitur ſua iuriſdictio. ¶ Gloſſ. in uer. in certum tempus. Tempus incipit currere à die præſentationis: ſecus, ſi eſſet limitatum tempus, ut ſi dicatur Vſque ad Paſcha, quia currit de momento ad momentum. Sed text. in capitu. audita. de reſtitu. ſpol. ubi text. dicit, quòd ſi iudex delegatus eſt reuocatus per delegantem. Et ad hæc ipſe fert ſententiam, ante quàm ſciat, quod ualent omnia acta ſua. & allegat Bald. in l. prima, C. ut lit. pen. & in l. falſus. C. de fur. & Panor. in capitu. ex conqueſtione. eodem titul. de reſtitu. ſpol. ubi dicit, quòd delegato non confertur iuriſdictio, niſi à die receptionis literarum, & ſic notificationis. Si ergo, ut ex prædictis liquet, iuriſdictio non confertur, neque aufertur, niſi à die notificationis. Ergo ſiue ſimpliciter ſiue ſpecificè datum ſit tempus, uidetur, quòd non currat hoc tempus, niſi notificetur ipſi. Et ſic non uideo rationem differentiæ inter hæc. Cogita: hoc enim dixi collationis gratia. ¶ Dicunt hic Doct. quòd prorogatio debet fieri durante primo tempore. Allegant tex. in l. ſed ſi manente. ff. de precario, & text. in l. bonorum. ff. rem ra. hab. In hoc allegabitis quatuor deciſiones ad hoc propoſitum. Specu. in titu. de lega. §. excipe. uer. item quòd iuriſdictio expirauit. & Angel. conſil. ſuo 236. incip. Punctus, duo compromiſerunt. Ad idem allego, quod ſcribit Anto. in capitu. præterea. in fin. de dilatio. ubi dicit, quòd ſi iudex nondum finito tempore prorogauit, non dicitur noua dilatio, ſed dicitur illa met prorogata. Ad idem adduco Bar. in l. iiij. in prin. ff. de dam. infe. ubi ponit hoc exemplum, Eſt commiſſum arbitrium poteſtati, ut poſſit arbitrari in certa materia, deinde electores prorogauerunt ipſum in officio, nunquid arbitrium ſibi datum durante officio dicatur durare? Dicit, quòd ſi prorogauerunt, dicitur durare illud idem officium, & ſic arbitrium. Secus, ſi finito tempore de nouo eligatur, quia tunc non habet amplius illud arbitrium à partibus, dummodo eligentes dicant, Prorogamus, non autem, Eligimus. Hoc idem dicit Imol. in c. ſi. j. de precar. & allegat text. l. ſi cum dies. ff. de arbi. in prin. ubi ſi durante primo compromiſſo partes dicunt Compromittimus in Titium, dicetur nouum compromiſſum, ſecus, ſi dicant, Prorogamus, & conſi. Old. 122. inci. Citato. ubi dicit, quòd ſi illi de capitulo aſſignauerunt tempus unius menſis abſentibus, & finito iam primo menſe prorogauerunt tempus, quòd non ualet talis prorogatio, quia fuit potius nouus terminus, in quo requirebatur eadem ſolennitas. ¶ Prima tamen declaratio ſit, quòd † tempus prorogatum, eſt idem tempus. Et ſequitur ex hoc unum, quòd no. Hoſtien. in capitu. præterea. j. de appell. ubi dicit, quòd iudex præcepit uni, quòd ſolueret intra decem dies, aliter erit

excommunicatus, & tandem iudex prorogat illud tempus, quod ex quo prorogauit, & ſic ſuit idem tempus, quod non incurrei excommunicationem. ¶ Secundò uide Card.in cle. 1.de iureiu. ubi dicit, q ſi ille, cui iuraui ſoluere intra x. dies prorogauit tempus, non incurro periurium, ſi non ſoluo intra illos x. dies. Et facit tex. in l. proponebatur. ff. de iud. ubi iuriſconſultus dicit, q ſemper populus eſt idem, &c. Et ſic facit, q ſi moriuntur omnes de aliquo populo, uel collegio, qui iurauerāt ſuper aliquo, q alij, qui ſuccedunt, omnes obligantur ad iuſiurandum præſtitum per illos, qui præceſſerunt, etiamſi nullus ſit nunc ex illis, qui iurarunt. ¶ Et adduco domi. de Rota deciſ. 20. ad ſi. in nouis, in tit. de præb. incip. ſuppoſito facto. ubi dicitur, Papa pronunciauit unum epiſcopum, qui habebat alia beneficia, & Papa diſpenſauit, ut retineret, ſed uni alij conſignauit omnia beneficia, dicitur ibi, ex quo Papa eodem contextu pronunciauit illum epiſcopum cum retentione beneficiorum, non fuit noua collatio, ſed fuit ueteris collationis confirmatio, & ſic remā ſerunt illi epiſcopo illa beneficia ¶ Tertiò uide Card. in cle. ſtatutum. de elect. ubi dicit, q ubi uni diſpoſitioni fit una additio, q cenſentur replicata omnia, quæ ſunt in principali, quia ſit pars illius, cui additur. Ita in caſu noſtro, quia iuriſdictio prorogata cenſetur idem & eadem. ¶ Primò limitabis hoc, ut non habeat locum in materia odioſa, quia tunc tempus prorogatum non dicitur idem. Hoc uoluit Bal. in l. ſi à te. C. de pa. inter empt. & uen. ubi dicit, Eſt ſtatutum in ciuitate Senenſi, q poteſtas non poſſit cognoſcere de maleficijs tempore ſuo non commiſſis, pone, populus eligit eum de nouo, utrum poſſit cognoſcere de delicto commiſſo tempore primo, quo fuit in officio? Et dicit Bald. quòd fauore liberationis in materia odioſa non dicitur idem officium & non poterit punire in ſecundo officio, ex quo non ſciuit in primo officio, quia habetur pro nouo Poteſtate, & ſic in propoſito noſtro. ¶ Secundò limita, quòd prorogatio debet fieri cum ſuis qualitatibus, aliàs non tenet, tanquam prorogatio, ſed tanquam quid nouum. De hoc eſt gl. in cap. hi, qui. de præben. in 6. ubi dicitur, quòd non dicitur prorogatio, ubi fit cum una qualitate noua. Et Dominic. ibi dicit, & refert Petrum, qui dicit, quòd præceptor ſuus dicebat iſtam gloſ. ſcribendam eſſe literis aureis. Et uide Bald. in cap. fin. de conſuet. ubi dicit, pone, quòd eſt compoſitum tempus, ut talis cauſa expediatur intra menſem, nunquid poſſit prorogari uſque in infinitum? Dicit Bald. quòd non poteſt prorogari, niſi per alium menſem, nec poterunt etiam partes prorogare ad duos menſes, ſed bene poſſunt prorogare hodie ad unum, & poſtea ad alium menſem. Hoc etiam uoluit Bald. in capitu. præſentata. de teſti. in cap. tua nobis. de appel. & in l. j. C. ut in poſſeſ. leg. & in cap. uenerabilis. de elec. ſemper allegando d. glo. & Abb. allegat illam in capitulo, cæterum. de iudic.

3 ¶ Limita tertiò, quòd † in præiudicium tertij prorogatio non dicitur eſſe idem tempus, pone, tu contrahis cum Sempronio, ego fideiubeo pro eo, uenit tempus quòd ille debet ſoluere, ut creditor prorogas tempus uſque ad tempus Paſchatis, poſtea finito tempore uis exigere à me fideiuſſore, quia ille fortè interim effectus eſt pauper, non potes, quia imputabitur tibi, qui prorogaſti tempus. Et ſic not. Arch. in capit. te quidem. 11. quæſtio. 1. ubi dicit, quòd fideiuſſor ad tempus non tenetur ad tempus prorogatum. Adde Angel. in l. ſi unus §. ſi cum eo. ff. de pact. & Docto. in capitu. conſtitutus. de fideiuſſ. Ioan. de Imol. in l. ubicunq;. ff. de fideiuſſo. & Barto. in l. Lucius. §. Paulus. ff. de adminiſ. tu. & Ioan. Andr. in capitu. præterea requiſitis. de appel. Dy. & Barto. in l. mora. ff. ſolu. matri. & eſt text. in l. item quæritur. ff. loca. & tenet Hoſtien. Abb. & Ioan. de Imol. in d. cap. conſtitutus. & Specu. in tit. de fideiuſſo. §. 1. uerſicu. illud autem. & ibi Ioan. And. & Bald. in addi. & Barto. in l. ij. §. fin. ff. de præto. ſtipula. & facit tex. in l. Labeo. aliàs incipit, ſi arbiter. §. fin. ff. de arbit. ¶ Contrarium tamen uidi conſultum per domi. Marianum Senenſem. Adde etiam prædictis text. l. ſi cum Hermas. C. loca. ubi text. idem probat notabiliter, quòd tempus prorogatum non grauat fideiuſſorem. Et allego Ioan. Andr. in rubric. de fideiuſſo. §. 1. ubi dicit, Quidam princeps commiſit cuſtodiam cuidam, & fideiuſſit aliquis pro ipſo, poſtea confirmauit ipſum in aliud tempus, & interim ille tradidit arcem alij, dicit ibi Ioan. And. quòd nō tenetur ille fideiuſſor in tempus prorogatum, ſecus, ſi ſimpliciter fideiuſſit, non apponendo tempus, quia ſemper erit obligatus, quamuis prorogentur tempora. Et ita uult etiā Abba. in capit. conſtitutum. infrà de fideiuſſo. Et hoc etiam ſentit Hoſtien. in cap. requiſitus. de appell. ubi dicit, quòd prorogatio dependet poteſtate partium. ¶ Secunda declaratio ſit, quòd prorogatio poteſt fieri etiam ultimo momento temporis. Hanc ponit Bald. hic per tex. in l. ſecunda, & in l. quod certatum. C. de poſthu. hære. inſtitu. ubi poſthumus, qui uixit parum, rumpit teſtamentum, ac ſi uixiſſet per decem annos. Facit tamen unam differentiam Bald. quæ reſtringit iſtam declarationem, in l. ſi à te. C. de pac. inter emp. & uendi. & orda text. pro illa differentia Bald. in capit. commiſſa. de electio. in ſexto. ¶ Tertia declaratio ſit: quòd licet in prorogatione requiratur conſenſus partium ante lapſum terminum, tamen conſenſus iudicis poteſt interuenire etiā poſt lapſum terminum, ut eſt gloſſ. in capitu. cauſam. in uer. ſpeciem. poſt medium. infrà de re iudic. ubi dicit, iudex debet conſentire ante, uel poſt. Et ratio eſt, quia ubi conſenſus interuenit per uiam ſimplicis conſenſus, poteſt interuenire etiam poſt, ut eſt gloſſ. in capitu. cum conſuetudinis. de conſue. Ergo & hic cum conſenſus requiratur, ut ſimplex conſenſus.

4 ¶ Quarta declaratio ſit, quòd † non ualet prorogatio, ſi dicatur, Prorogamus ad tempus tale incipiendum finito iſto. Ita Bald. hic. Confirmo per text. in capitu. de uoce. de ſepul. & ibi Abba. ponderat, dicens, quòd paria ſunt, a quòd aliqua fiant tempore inhabili [a], uel fiant tempore habili, & referantur ad tempus inhabile. Ergo in propoſito, ſicut partes finito tempore prorogare non poſſunt ita etiam prorogare non poſſunt, nondū finito tempore, conferendo tamen prorogationem in tempore finito. Et pro hoc adduci poteſt gloſſ. in element. ſecunda, in uerbo, ſequentes. de magiſtr. ubi ſex menſes incipiunt currere pēdente prima ſuſpenſione. Et ita conſuluit Oldra. conſilio l. & tenet Bartol. in l. ſenatus. §. quanquam. ff. ad Turp. & Docto. in capit. eos. de temp. ordi. in ſexto. in princip. & Ioa. Andr. in capitu. cum in cunctis. de elect. ubi plenè examinat hoc. ¶ Secundò pro Bald. eſt deciſio Paul. de Caſtr. in l. ſiue pars. C. de dila. ubi dicit, quòd ſi iudex aſſignauit terminum decem dierum, & poſtea aſſignauit alios decem dies, quòd ſecunda incipit pendente prima, & non finita prima: quia potius uidetur quædam prorogatio, quæ debet incipere currere pendente prima. ¶ Quinta declaratio ſit, quòd iuriſdictio temporalis ordinarij prorogari non poteſt de tempore ad tempus. Bald. ponit hoc in l. ſi qui ex conſenſu. C. de epiſco. audi. ¶ Limita hoc, niſi finito illo tempore haberet iuriſdictionem, ſiue adminiſtrationem: quia tunc, cum hæc ſit iuriſdictio in habitu, de facili habitus reducitur ad actum. Ita dicit Ioan. de Imo. hoc in c. P. & G. j. eod. & non facit mentionem de Bal. & allegat Specu. in tit. de compe. iud. adi. uer. ſi duo Piſani.

5 ¶ Sexta declaratio eſt: q † ſicut error uitiat prorogationem de perſona ad perſonam, ut eſt text. in l. ſi per errorem. ff. de iur. om. iud. ita etiam de tempore ad tempus. Hoc dicit Inn. in c. prudentiam. in prin. j. eod. Idem uoluit Barto. in l. j. in fin. ff. de iudic. & allegat ipſum Innoc. in c. ad petitionem. de accuſ. & in d. c. prudentiam. dicit, quòd in prorogatione ſufficit tacitus conſenſus partium, putà per acceptationem termini tranſcendentis metam, & iuriſdictionem delegati, ut ſi delegatus eſt datus per menſem, ſi partes aſſignant alium menſem, & acceptant, non contradicentes, uidentur prorogare. ¶ Septima declaratio eſt, quòd in prorogatione de tempore ad tempus, requiritur conſenſus iudicis: ſecus in prorogatione de re ad rem, uel de perſona ad perſonam. Text. eſt in l. ſecunda. §. & ſi iudex. ff. de iudic. ubi Barto. declarat optimè hoc, quem uide, & Imol. in dict. capitu. P. & G. ¶ Vltima declaratio eſt, quòd in prorogatione de tempore ad tempus ſufficit conſenſus litigantium, licet tertius, de cuius intereſſe agitur, non conſentiat. Ita dicit Bald. hic, & allegat l. uenditor. ff. de iudic. Pro hoc eſt text. in l. prima, § denunciari. in fin. ff. de uen. inſpi. ubi dicit text. quòd ſufficit citare principales, quos materia tangit. Et allego Bald. in capitu. fin. de maio. & obedien. & ibi Innocen. ubi uoluit hoc,

a *Inhabili*]. Adde tex. in l. in tempus. de hære. inſtit. & in l. quod ſponſæ. C. de donat. ante nupt. quod limita, niſi natura repugnet, ut eſt text. & ibi dicit Alexand. de Imol. in l. inter ſtipulantem. §. ſacram. de uerbor. obligat.

hoc, quòd ſufficit citare illos, quos res principaliter tangit,
non ſecundariò: & Dominic. in cap. fin. de elect. in 6. & eſt
glo. fin. in c. quamuis. de pact. in 6. uer. detrimentum, ſcili-
cet principale. Et dicit ibi Domi. ꝙ ubi dicitur de præiudi-
cio, dicitur de principali præiudicio, non ſecundario. ¶ Ca-
6 pio gloſſ. in uerſicu. partium. Prima concluſio ſit, quòd † ſo-
lennitatibus iudiciorum renunciari poteſt in totum, & tũc
iudex eſt quaſi arbitrator. Ita glo. in cap. fin. in uer. illuſtriũ.
de re iudic. in 6. Secus ſi in parte, per l. ij. C. communia u-
triuſ. iudi. ubi tanquam pactum, poſſunt comprobare ſen-
tentiam nullam. Idem glo. in cap. ſtatutis. 2. quæſt. j. & hic.
¶ Secunda concluſio ſit, quòd licet partes non poſſint renũ-
ciare ſubſtantialibus iudiciorum, tamen poſſunt approbare
aliqua acta nulliter facta, putà atteſtationes nulliter factas.
Ita uoluit Innocen. in cap. cum cauſam. de teſtib. Sequun-
tur Domini de Ro. deciſ. 453. Si auditor. in nouis, & deciſi.
421. incip. Item not. in antiquis. Et dicunt, ꝙ etiam tacitè
iſtæ atteſtationes probari poſſunt. Et illam declarationem ſe
quitur Bald. in l. fin. C. de teſtib. & Bartol. in l. prima. ff. de
ſer. ¶ Tertia concluſio eſt, quòd ſi reuocatur in dubium, u-
trum ſolennitates ſubſtantiales interuenerint, ſtatur dicto
eorum. De hoc eſt tex. in cap. fin. ĩ. de proba. & eſt ſingu. ibi,
cum non reuocentur partes in dubium. Et illum text. facit
ibi ſingul. domi. Abb. ad iſtam glo. illum tex. allegat domi.
Cardi. in d. cap. cum cauſam. infra de teſti. ¶ Quarta conclu-
7 cluſio eſt, quòd † partes poſſunt per pactum renunciare nul
litati ſententiæ, & poſſunt ſe obligare, quòd non opponetur
per aliquam illarum de nullitate ſententiæ. Ita dicit Auge.
in l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pact. in uer. ulterius
ultra prædicta. & allego tex. cum glo. in l. ſi creditoribus. C.
de ſer. pig. da. Et idem conſuluit Auge. conſi. 187. incip. A.
& B. Pro quo facit dictum Barto. in l. properandum. C. de
iudic. in princip. ubi quærit, ſi partes promittunt non alle-
gare peremptionem inſtantiæ, an ualeat tale pactum? & di
cit, quòd ſic, quo ad ipſas partes, licet non, quo ad iudicem.
Ita dicit etiam Imol. in capit. uenerabilis. de iudic. & ualet
hoc igitur regulariter. ¶ Fallit primò, ubi nullitas ſententiæ
appareret ex tenore ipſius ſententiæ. Ita dicit Ange. in d. §.
qui prouocauit. allegans tex. in l. Carmelia Pia. ff. de iur. pa.
¶ Secundò fallit, quando nullitas cauſaret perplexitatem,
uel repugnantiam: & hoc per tex. in l. ubi repugnantia. ff. de
reg. iur. ¶ Tertiò fallit, niſi nullitas cauſetur dolo aduerſarij:
quia fortè participauit de precio cum iudice corrupto. Ita
limitat Angel. in loco præalleg. Allegat not. in l. tres fratres.
ff. de pact. ¶ Quartò fallit, ubi nullitas cauſatur ab incompe
tentia iudicis. Angel. in dicto conſilio 187. & allego gloſſ.
prima, in clement. 1. in uerb. nullatenus. de ſequeſt. poſſeſſ.
& fru. ¶ Gloſſ. in uer. prorogetur. utrum ceſſante prorogatio
ne ſemper iuriſdictio finiatur finito tempore iudici præfixo.
8 ¶ Concluſio ſit, quòd † ſententia lata poſt tempus præfixũ
à ſtatuto eſt nulla: & hoc, quando tempus præfigitur cau-
* ſæ. Ita omnes * hic. Et tenet hoc Bald. in l. obſeruare. §. pro-
ficiſci. ff. de offi. procon. in 3. q. Idem tenet etiam Bald. in ca
pitu. 1. ſi de inueſti. inter do. & uaſ. lis or. Et idem tenet in l.
properandum. in princ. C. de iudic. Idem tenet Paul. de Caſ.
conſilio 353. incip. Videtur dicendum. & Lud. approbat hoc
conſilio 425. & 427. ¶ Limita primò, niſi ſtatutum impone-
ret pœnam iudici non expedienti: quia tunc ſententia la-
ta poſt tempus præfixum ualet, dummodo feratur in inſtan
tia iuris communis, ut omnes hic. ¶ Secundò limita, niſi
poſt tempus ferretur ſententia abſolutoria: quia poteſt ferri
etiam poſt tempus præfixum. Ita poſuit Angel. in d. l. prope
randum. C. de iudic. Et dicit eſſe text. ſingul. in l. final. C. ut
intra certum tempus. ubi dicit reat. biennio elapſo, & non
terminata cauſa, reus abſoluatur. Et hoc eſt uerum, præter
quàm in caſu l. penult. C. de naufrag. libr.
11. ubi Angelus dicit, quòd eſt ſpeciale in
caſu illo: & ita reſpondet. ¶ Tertiò limi-
ta, niſi reus in iudicio eſſet confeſſus:
quia tunc licet pereat tempus, non perit
illa confeſſio, ſed poteſt ferri ſententia
poſt lapſum terminum. Hoc uoluit Bald.
in dict. l. properandum. De hoc eſt text. in
capit. 1. & 2. de accuſ. in 6. & fuit dictum
Innocen. in capitu. qualiter. el 2. de accuſ.
& allegat ipſum Bartol. in l. ſi confeſſus,

ff. de cuſt. reo. ¶ Vltimò de iſta materia ui-
de per do. Mari. de Sen. in rep. c. uenerabi
9 lis. de iud. ¶ Gl. in uerb. certa. Verum † de-
legatus poſſit mulctare, uide glo. mag. in
fi. in c. peruenit. 11. q. 1. quæ dicit, ꝙ ſecũ
dum iura noſtra delegatus habet coertio
nem, ut quia põt interdicere & mulctare.
Et allegat c. ex literis. ĩ. eo. Idem tenet Spe
cu. in ti. de lega. §. ſequitur. uer. itẽ ad eius
officium Idem tenet Bal. in c. 1. ĩ. eo. ubi
do. Ant. idem tenet. & Inn. in c. paſtoralis
ſuper uer. punire. ĩ. eo. ¶ Contrarium tenet
Hoſt. in c. pro humani. de homici. in 6. &
ibi Domi. in §. j. ¶ Concluſio ſit iſta, ꝙ de
a legatus [a] principis mulctare poteſt *. Sed
* utrum delegatus inferioris à principe, poſ
ſit mulctare, eſt dubium: & ꝙ non poſſit,
conſuluit Ang. conſ. 8. & iſtam teneo. ¶ Li
mitatur quatuor modis, in quibus delega
tus inferioris poſſit mulctare. Et primò igi
tur fallit, ubi iuriſdictionem aliàs exerce-
re non poteſt. Ita limitat. Ang. in l. ſi quis
ius dic. & d. conſ. 8. ¶ Secundò fallit in de
legato ad uniuerſitatem cauſarum, etiãſi
eſt delegatus inferioris. Gl. eſt in l. ij. C. de
ſpor. pro qua gl. eſt gl. in c. cum cauſam. ĩ.
de app. quæ dicit, ꝙ æquiparatur ordina-
rio. ¶ Tertiò fallit quãdo poteſtas mulctã-
di eſſet ſibi ſpecialiter commiſſa, l. ij. in fi.
ff. de iud. ¶ Quartò fallit, ubi uellet mul-
ctare officiales ſuos, putà nuncium, uel
alium. Ita dicit Ang. in d. l. ſi quis ius di.
¶ Sed ꝙ indiſtinctè poſſit mulctare delega
tus inferioris, probatur per tex. in c. ex li-
teris. ĩ. eo. ubi tex. dicit, eluſoria eſſet iuriſ
dictio, ſi coerctionem aliquam non habe
ret: ergo poteſt excommunicare. ¶ Bar. in
l. imperium. ff. de iur. om. iu. ponit ſex gra
dus meri imperij: & ibi dicit, ꝙ relegatio
& deportatio ſunt in quarto gradu meri
imperij: in ſexto gradu ponit impoſitionẽ
mulctæ: ſed excommunicatio eſt meri im
perij. Ita dicit Ino. hic. Excommunicatus
æquiparatur relegato: gl. in c. paſtoralis. §.
uerum. de appel. Sed delegatus poteſt ex-
communicare. Ergo ſi poteſt illud, quod
eſt in quarto gradu, fortius poteſt illud,
quod eſt in ſexto gradu: & ſic mulctare.
Not. hoc argumentum: quia eſt ſtringens:
& uide Ange. in d. conſi. 8. ubi ponit mul
ta bona. ¶ Sed intellige, ꝙ poteſt delega-
tus mulctare: uerum ubi contumacia im-
pedit proceſſum, uel damnificat aduerſa-
rium: aliàs nunquam poteſt mulctare. Ita
uoluit Bal. in l. j. §. j. ff. ſi quis ius dic. Ita
ibi exclamat de iſto dicto Pau. de Caſtr. &
ita tenent domini de Rot. deciſi. 279. ubi
expreſſè tenent hoc: & allegat hanc deci-
ſionem Domi. in c. 1. §. 1. de elect. in 6. ni
ſi iudex uideret, ꝙ idem non compareret
in contemptum ſui, quia tunc mulctare
poteſt, l. ſi prætor. ff. de iud. Pro iſta decla-
ratione habetis gl. in c. cupientes. §. ꝙ ſi.
in uer. opponente. de elect. in 6. ubi dicit
gl. ꝙ ubi poteſt expediri actus in abſentia
partis, poteſt expediri etiam in præſentia
unius partis. Et illam allegat Abb. in c. fi.
de do. & contu. in prin. ¶ Io gl. ibi, quid ſi
diuerſæ ſunt pœnæ. Moder. allegent gloſ.
in cap. eos. in uer. per annum. de temp. or
di. in 6. ubi dicit, quòd de iure antiquo
erat alia pœna, & tamen non eſt correcta
per hoc, & Pet. de Ancha. in capit. 1. ĩ. de
conſtit. Sed uide Salicet. in l. qui ſepul-
chra. C. de ſepulch. uio. ubi dicit, ꝙ † in
10 dubio ſtatutum uenit [b] ad corrigendum
b

Fel. j. pars.

a *Delegatus] Adde tu, quod in quã tum tenet hic Fel. ꝙ delegatus poteſt mulctare, ꝙ Bar. in l. i. ff. ſi quis ius dicen. non obtem. tenuit, quòd delegatus non poſſit mulctare, niſi iſta poteſtas ſit ei conceſſa per delegantem, per tex. in l. 2. ff. de iudic. in §. fin. Adde gloſſ. in l. ſi qua pœna. & ibi Bartol. ff. de uerb. ſigni. & gloſſ. in l. eos. C. de mod. mul. Adde tamen, quod ueritas eſt iſta, ꝙ delegatus principis poteſt mulctare. Et ita loquitur glo. in ca. paſtoralis. ĩ. eodem in gloſſ. antepen. Adde etiam, an iudex delegatus poſſit contra contumacem, uel inobedientem bannum imponere? Bartol. in l. illicitas. §. fi. ff. de offic. præſid. tenet, quòd ſic. Conſidera, quia bannũ mulcta æquiparatur. Glo. eſt in l. 1. §. ex hoc. ff. de uent. inſpi. & in l. iij. § ergo. ff. de ſuſpe. tuto.*

* *Poteſt] Adde ad hoc Alexand. in l. ij. ff. de iuriſdi. om. iud. & in rubr. de offic. eius, cui man. eſt iuriſdi.*

b *Statutum uenit] Pone, quod plures ſint pœnæ impoſita pro uno delicto à lege cõmuni, poſtea ſuperuenit ſtatutum, quod imponit aliam pœnam nouam pro eodem delicto, an per pœnam ſtatutariam ſit ſublata pœna iuris communis? Bald. in repeti. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de infa. & in l. non eſt nouum. ff. de legi. dicit, ꝙ indiſtinctè pœna ſtatuti eſt ſequenda, & non pœna iuris communis. Et ratio eſt, quia poteſtas iurat ſeruare ſtatuta, & iuramentum obligat in forma ſpecifica. Tor. in ca. ad mortem. de iureiuran. Vide per Spe. & Io. And.*

in ti. de pœ. teme. li. per Bald. in l. i. in t 1. oppo. C. de ſum. trinit. & ſi de ca. & in l. placet. C. de ſacroſan. eccle. per do. Alexan. in l. quicunque. C. de ſer. fugi ti. Adde, q Bald. in l. data opera. C. qui accuſa. non poſ. tenet, quòd pœna ſtatuti facit ceſſare pœnam legis communis. Et iſtã opinionem Bal. ſequitur Pet. de Ancha. in ca. canonũ ſtatuta. de conſti. in verſicul. quæro utrum.

lus cummune. Et q ubi pro delicto impo nantur pœnæ diverſæ, ſufficit imponere unam, & non omnes. Ita dicit Sal. a bi ſ. contra Bar. & Mod. Et de hoc ponit Ioan. And. in addit. Spec. in tit. de pœna teme. liti. in §. j. ¶ Sed utrum ſemel punitus poſſit iterum puniri, tex. eſt in cap. felicis. de pœ. in 6. ubi probatur, q ſic. Abbas, ponit in c. tuæ. de procur. in s. col. ¶ In gl. in ver. infringas. Abb. hic facit hanc glo. ſingul. videlicet q delegatus non poteſt diſpenſare ſuper pœna, ſecus in ordinario. Dicit hic Hoſt. q ordinarius non debet remitte re pœnam iuris communis, & ſi remittit, efficitur infamis, l. ſeruos. C. ad l. Iul. de ui priua. Hoc dictum Hoſt. allegat Rom. ſing. ſuo 78. incip. Veni qua tu ubi multũ exclamat. Et ibi ſubdit, q eſt etiam una alia pœna, quam infamiæ, qua punitur talis index, ſcilicet, quia punitur eadem pœna, qua puniendus erat delinquens, per l. fin. C. ne ſac. baptiſ. reiter. ¶ Dicunt hic Moder. q ex cauſa permittitur, q procurator generalis rumpat mandatum ſpecialis. Allegant l. ſi hominem. ff. manda. Vide in c. 1. de conſtit. ubi dicit anno præterito 10 ſcriptis.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus poteſt citare per ſimplicem cauſæ commiſſionem, & exercere reliqua ad cauſam pertinentia. Et ibi etiam, quæ dicatur ſimplex commiſſio, in verſi. & dicit hic Card.*
2 *Delegatus an poſſit punire teſtes falſum coram ſe deponentes.*
3 *Et quid in delegato inferiori à principe.*
4 *Commiſſo uno, cẽſentur omnia commiſſa, ſine quibus commiſſio exerceri non poteſt.*
5 *Diſpenſatio extenditur ad cõnexa, ſine quibus diſpenſatio ſtare non poteſt.*

CAPITVLVM V.

1 PRAETEREA. ¶ Per ſimplicem commiſſionẽ cauſæ poteſt delegatus citare † contumacẽ, punire, & reliqua ad cauſam ſpectantia exercere. Et eſt bona decret. in text. ibi, poſtquam ei cauſa ſimpliciter iuncta glo. not. ¶ Et dicit hic Card. q illa dicitur ſimplex commiſſio, quæ nullam formam habet, & quaſi generalis. Et dicit, q hoc probatur, q per verbum Simpliciter, imponitur, id eſt iuſtitiam facias. Et dicit, q dictum in ſe eſt uerum, ſed q gl. iſta hoc non probat. Vos allegabitis tex. cum gl. in c. is, qui. de elect. in 6. iuncto tex. in c. ut circa. eo. tit. & lib. & ibi Domi. Secundò de hoc eſt text. in c. ei, cui. de præb. in 6. & ibi glo. dicit, q Papa dicitur ſimpliciter ſcribere, quoties nõ derogat ſtatutis, uel conſuetudinibus. Et uide Bal. in l. j. C. de ædil. act. ubi ponit 9. ſignificationes iſtius uerbi. Et dicit ibi pone, q ſtatutum dicat, q debeatur reſponderi poſitioni ſimpliciter, tunc ſi eſt captus unus pro homicidio, index uult, q reſpondeat ſimpliciter, ille dicit, non occidi, ſed ſi occidi, feci ad defenſionem meam, & dicit q iſta reſponſio eſt ſimplex, quanquam in hoc Bal. contrarium voluit in l. unica, C. de confeſ. & etiam Bald. & Ang. in l. manifeſtiſſimi. C. de fur. Tamen veritas eſt, q omnino illa reſponſio ualet, quantum ad hoc, q ſatisfaciat ſtatuto, quo cauetur, q ſimpliciter reſpondeatur poſitionibus. ¶ Vlterius de iſto uer. ſimpliciter. uide Barto. in l. prima, §. ſi quis ſimpliciter [a]. ff. de uerb. oblig. ubi dicit, q ſi unus interrogatus, Habuiſti pecuniam, reſpondet & dicit, Non habui: ſed ſi habui, expoſui in utilitatem tuam, q non dicitur reſpondiſſe ſimpliciter. Sed Paul. de Caſt. & Rap. dicunt ſe conſuluiſſe contra Bart. in d. §. ſi quis ſimpliciter. dicentes, q iſta eſt una ſimplex negatio cum una modificatione, & q eſt ſimplex locutio. Et in hoc exemplo eſſet ſatisfactum ſtatuto, de quo uerbo ponit etiam Lud. Roma. in d. §. ſi quis ſimpliciter. & Ang. in l. apertiſſimi. C. de fur. ¶ In tex. ibi, Seueritate

a *§. Si quis ſimpliciter] Et ibidẽ uide do. Alex. de Imo. ad fin. & in l. ea, quæ 11. q. C. de condi. indeb. et in d. l. manifeſtiſſimi. in prin. in ul timis uerbis.*

eccleſiaſtica. Dicunt Doct. q importat condemnationẽ hoc verbum, & ſic eſt plus, quàm ſi diceretur cenſura eccleſiaſtica.
a ¶ In tex. ibi, † plenariam poteſtatem. Dicit hic Bal. q delegatus poterit coram ſe teſtes falſum deponentes punire, per l nullum. C. de teſti. & poterit eligere locum, nuncium, & tabellionem. Inn. in c. dilectus. j. de pœnis. dicit, q poteſt punire officiales delinquentes in officio iuriſdictionis, aliàs habet remittere ad ordinarium. ¶ Moder. ſuper iſto ver. plenariam. primò allegant glo. in l. ſi in aliam. §. cum pleniſſimã. ff. de off. proconſ. ubi gl. dicit Pleniſſimam, id eſt, merũ & mixtum imperium. ¶ Secundò allegant glo. in clem. 1. in verb. feciſſe. in fi. de proba. quæ dicit, q ubi lex dicit, q talis probatio habeat pleniſſimam fidem, q non admittetur probatio in contrarium, & allegant glo. in c. 2. 11. diſtin. quæ dicit, q Papa habet plenariam poteſtatem, & epiſcopus ſemiplenam. Et allegant gloſſ. in c. conqueſtus. de for. compe. & tex. in c. ſuborta. in ver. plenariam libertatem. de re iud. Ludo. de Ro. in l. qui bona. §. qui damni. ff. de dam. infect. ¶ Sed ultra omnes allegabitis uos glo. in clemen. j. in ver. omnimodam. de fo. compe. ubi gloſſ. dicit, q ſi alicui conceditur omnimoda iuriſdictio, quòd venit omnis iuriſdictio [b], & Inno. in ca. paſtoralis. prope fin. de priuileg. ubi dicit q uerbum Pleno iure, importat temporalia & ſpiritualia, &c. Bald. in l. j. in princ. C. de reuoc. don. ubi dicit, q ille poſſidet pleno iure, qui colligit fructus & diſponit pro libito ſuo [c]: & Ang. in conſi. ſuo. 29. ¶ Quærit hic Abb. an delegatus poteſt punire teſtes delinquentes coram ſe? & dicit, quòd ſic. Bar. uerò in l. diuus. la 2. ff. de fal. ubi quærit, ſi poteſt punire falſum teſtem? dicit, quòd non: ſed quòd debet remittere ad ordinarium. Et idem uoluit in l. ij. ff. de iuriſdic. om. iu. & idem uoluit Ang. in l. ſi uacantia. C. de bon. uac. lib. 10. in repeti. In contrarium eſt glo. in cle. 1. in gloſſ. 1. de off. dele. quæ dicit, quòd delegatus poteſt punire teſtes. ¶ Sed dicas, quòd † delegatus principis poteſt punire teſtem falſum deponentem; delegatus uerò inferioris non poteſt, niſi propter illam falſitatem impediretur proceſſus, ut dicit Ioann. Andr. in Specu. in titu. de teſte. §. j. ver. quid de delegato. Hanc diſtinctionem ſequitur Ioann. de Ana. in capitu. 1. de cri. fal. & facit, quod not. Imol. in clemen. 1. de hære. ubi dicit, quòd inquiſitor poteſt punire teſtem coram ſe falſum deponentem. ¶ Sed quòd omnis delegatus poſſit punire teſtem coram ſe falſum deponentem, facit, quia ratione incidentiæ index efficitur de incompetenti competens, ut de hoc eſt text. in capit. cauſam. in 2. reſponſo, de teſti. in inte. & tex. in l. cum propones. C. de rebus cre. & ponit Bartol. in l. interdum. §. qui furem. ff. de fur. ubi allegat tex. in l. iiij. ff. fini. reg. Vnde licet delegatus non ſit ordinarius, ſi tamen teſtis deponit falſum coram eo, ratione iſtius falſitatis incidentis debet poſſe punire. Sed reſponde ad hoc de incidentibus, quòd eſt uerum reſpectu partis, non autem reſpectu tertij, & ſic teſtis: quia non eſt iudex ipſius, ſed partium, quæ litigant inter ſe, & ſic efficitur iudex de eo, quod incidit inter partes: quia cauſa commiſſa cenſetur, &c. non autem tertij.
4 ¶ Not. quòd † uno commiſſo cenſentur omnia commiſſa, &c. Moder. allegant hic Bal. in l. prima. C. ſi rector prouinc. ubi dicit, quòd ſi eſt data poteſtas prioribus ſuper iuſtitia miniſtranda, quòd eligere poſſunt poteſtatem. Secundò Bartol. in lege, ſeruus. ff. de alt. & cib. leg. ubi quærit, ſeruus agere non poteſt, tamen de iure naturali aliqua permittuntur ſibi: nunquid poterit agere ſuper ipſis ſibi permiſſis? & dicit, quòd ſic: & tex. & ibi In. And. in cap. ex parte. de accuſat. ubi monachus accuſat abbatem. Tertiò allegant Abba. in cap. 5. de procur. ubi dicit, quòd ambaſciatores ad componendum pacem poſſunt appoſere pœnam rumpenti pacem. Quartò Angel. in l. bene à Zenone. C. de quadri. præſcript. ubi procurator ad uendendum poteſt promittere de euictione. Ita reſident Modern. ¶ Vltra quos ego primò adduco ad hoc conſilium Angel. cclxxxix. incipien. Thema. ubi dicit, quòd de hoc eſt caſus in l. prima, C. de naute. lib. 11. Quod not. diligenter, ſecundum ipſum. ¶ Secundò Bar.

b *Omnis iuriſdictio] Adde, quæ habẽtur per auth. in ca. graue. j. de offi. iu. ord.*

c *Pro libito ſuo] Sed quid, ſi ponatur in ſubſtitutione? Dic, quòd ſatis eſt intelligi directã, ut per Pau. de Caſt. in conſil. 148. aliàs 258. in ci. An cauſa, quæ uertitur. ubi etiã, an excludat Falcidiam?*

Barto. in l. ambitioſa. ff. de decre. ab ordi. faci. ubi quærit, ſi ſunt deputati officiales ſuper abundantia, utrum poſſint antecedentia, & etiã ſequentia ad hoc: & ibi dicit, quod ſic, quod omnia poſſunt, per quæ deuenitur ad ipſam abundãtiam, quia illud dicitur principale in una commiſſione, per quod deuenitur ad finem ipſius commiſſionis. Item Pau. de Caſt. conſi. 322. incip. Quoniam adiectione. ubi dicit, quòd per priuilegium datum uni ſuper charitatiuo ſubſidio à quibuſcunque, poteſt etiam inuitos cogere, quod ſoluant, & Abb. in cap. cum oporteat. de accuſat. ubi uide. ¶ Capio glo. in uer. ſimpliciter. quæ declarata eſt in not. j. ¶ Glo. in uer. coercere. clara eſt. ¶ Capio glo. ſi. Conceſſo uno, uidentur omnia conceſſa, ſine quibus illud expediri non poteſt [a], & uide Ino. in c. cum Bertoldus. in uerb. alijs. de re iudi. ubi dicit, quòd commiſſa examinatione teſtium, poteſt ille facere interrogatoria. ¶ Secundò Bald. in c. ſi pro debilitate. j. eo. ubi dicit, quod ſi ſtatutum dat antianis poteſtatem iudicãdi cũ conſilio decem bonorum uirorũ, quòd ipſi poterunt eos eligere, quia ſi non eligerent, nihil poſſent facere. ¶ Tertiò Ioan. And. in rub. de exe. ſenten. in addi. ad Specu. ubi dicit, erãt duo fratres, qui ſucceſſerant in dominio, regnum non diuiditur, ſed exercitium iuriſdictionis, unus uolebat erigere furcas in territorio alterius fratris, dicebat ille, non potes, & ille dicebat, quod non habebat locum, ubi poſſit erigere, & dicit ibi Io. Andr. quod ille poteſt erigere furcas, ex quo cõmodè non poteſt exercere iuſticiam. Et allegat iſtum text. ¶ Quarto Ange. in l. in quæſtionibus. ff. ad l. Iul. maieſt. ubi dicit, quod ſi in ſtatuto dicitur, quod in crimine adulterij admittantur teſtes, nunquid per iſtos teſtes poſſint probari adminicula adulterij? & dicit, quod ſic, ſi adulterium ſine iſtis adminiculis probari non poteſt. Et allegat iſtum tex. Secus, ſi adminicula non eſſent neceſſaria. Et Bald. in auth. ſi dicatur. C. de teſtibus. ¶ Limita omnia prædicta duobus modis. Primò, dummodo principale nullo modo expediri poſſet, ſecus, ſi expediri poteſt, ſed non ita commodè & bene. Ita uoluit Domi. in c. ſolet. de ſenten. excom. in penul. col. in 6. ubi dicit, quod delegatus non poteſt abſoluere teſtes excommunicatos ad tempus, quia ſola abſolutio temporalis pertinet ſolum ad Papam, c. ueniens. de teſtibus. Et dicit, quod licet cauſa expediri non poteſt ita commodè, quod hoc non obſtat, quia inuenientur alij teſtes. ¶ Secundò allego pro iſta limitatione Ang. in l. ij. ff. de int. om. iudic. ubi dicit, quòd teſtis, qui debet examinari ſuper principali, & iurauit ſuper hoc, poteſt examinari etiam ſuper cõnexis, intellige neceſſarijs, ſecus, ſi illa connexa non eſſent neceſſaria. Et pro iſta limitatione eſt conſilium Lud. 461. in cap. In eo, quod quæritur, an per. ubi conſuluit, quod ambaſciator Senenſis iuit ad regem Apuliæ, & obtinuit, quod poſſet extrahere frumentum ex regno Apuliæ, ille emit unam magnam quantitatem frumenti, & obligauit populum, & conſuluit Lud. quod teneretur ille de ſuo proprio, quia non uidebatur ei conceſſum hoc, quod poſſet emere: quia qui uult antecedens, non uidetur uelle conſequens. Unde illa emptio fuit imputata ſibi. Et ibi dicit, Conceſſo conſequenti, non uidetur conceſſum antecedens, quãdo antecedens per ſe etiam ſtare poteſt. Et allegat l. j. §. igitur. ff. de exercit. ¶ Item allego Anto. in c. at ſi clerici. §. de adulterijs. de iudic. ubi dicit,
5 Diſpenſatio † extenditur ad connexa, ſine quibus diſpẽſatio ſtare non poteſt, ſecus, ſi diſpenſatio ſtare poſſet ſine connexo, putà, ſi eſt diſpẽſatum cum uno illegitimo, quòd poſſit presbyterari, ubi dicitur de diaconatu, & ſubdiaconatu, Dicit, quod iſta connexa neceſſaria ueniunt ad diſpenſationem. Sed ubi non ſunt neceſſaria connexa, non ueniunt, ut ſi impetrauit diſpenſationem ſuper natalibus, non poteſt habere beneficium, ex quo non fuit diſpenſatum ſuper hoc, & impetrauerit, qui non impetrauit diſpenſationem ſuper beneficio, quia bene poteſt eſſe, quod quis ſit presbyter, & tamen ſit ſine beneficio. ¶ Secunda limitatio, niſi illa talia eſſent de reſeruatis Papæ, quià & ſi iuriſdictio nullo modo expediri poſſet, illa tamen non uiderentur conceſſa. Dicit Abb. in c. prudentiam. §. ſexta. j. eo. ubi dicit, quod excommunicatus à Papa non poteſt abſolui à delegato. Et ſi dicas, hoc modo iuriſdictio expediri non poterit, dicit ipſe, fateor hoc, ſed tamen, quia hoc eſt reſeruatum Papæ, non poterit delegatus, & imputet ſibi excommunicatus, cur non uadit ad Papam, & facit ſe abſolui. Pro quo facit c. quo ad tranſlationem. de offic. deleg. ¶ Tertiò limita, niſi ea, ſine quibus non poteſt negotium expediri, ſint alio iure ſibi prohibita. Ita Domi. in capitu. 2. penult. colum. de hære. in 6. Et de hac materia uide Io. And. in regula, cum quid una uia. de reg. iur. in Mercu. ¶ Secundò Cald. in diſputatione, quæ incipit, Papa dedit conſeruatores monaſterio.

a *Non poteſt] Adde, quæ ad hæc habentur per authẽ. in c. ſane & alij. ff. de reſcript. & quod ibi in apoſtillis dixi.*

SUMMARIUM.

1 *Delegatus poteſt uices ſuas collegæ ſuo, aut alteri committere.*

CAPITULUM VI.

Q Uamuis. ¶ Si cauſa pluribus eſt commiſſa, poteſt quilibet eam cãm delegare. H. D. ¶ Utrum † iſte coniudex, cui unus commiſit uices ſuas, poſſit ferre diuerſas ſententias, ex quo fungitur uice duarum perſonarum? Vincen. dicit hic, quòd non, ſed debet ferre unã ſententiam, per cap. penul. de elec. in 6. ubi ille, cui committitur uox alterius, & ſic habet duas uoces, non poteſt eligere duos, nec uariare. Pro hoc allego Abb. in c. conſtitutus. eb 3. de appel. ubi dicit, quod ille, qui habet eligere unum nomine alterius, peccat mortaliter, ſi non eligit optimum nomine illius, quem & ipſe nomine ſuo tenebatur eligere, & fundat ſe ſuper illo c. pen. Secus, ſi ille dixiſſet, Do tibi uocem meam, ut eligas talem, quia tunc debet dicere, Eligo talem nomine talis. Secundò Abb. in c. cum olim. in 5. col. de re iudi. ubi dicit, putà eſt unus archipresbyter & canonicus, pone, quod habet duas uoces, non poteſt dare unam uocem tanquam canonicus, & aliam tanquam archipresbyter. Et Lu. ſingu. 78. incip. ſcholaris, cui commiſſa eſt [*]. ubi dicit, quod in electione rectoris unus ſcholaris non poteſt dare uocem ſibi commiſſam uni, & alteram, ſ. ſuam alij. Quod not. & Lud. in l. ij. in prin. ff. de uerbo. ob. ubi dicit, quod ille, qui habet duas uoces, non poteſt dare, niſi uni, aliàs non ualet, & Lapus allegat. 22. inci. An ſufficiat ubi dicit, quod procurator trium patronorũ non potuit tres eligere, unumquenq; nomine unius patroni, ſed debuit eligere unũ ſolum. ¶ Quærit hic Bald. pone, quòd ſtatutum eſt, quod conſules mercatorum nõ poſſint iudicare, niſi tres ex eis interſint, & dicit Bald. quod non poſſunt alteri committere uices ſuas, quia commiſſio corporalis delegari non poteſt, quia ſtatutum conſiderat induſtriã pſonæ. Vide Soc. in ſcriptis in hoc c. & tex in c. licet ex quadã. de teſt. ubi dicit, quod teſtis debet corporali iuſiõ iurare, quia uſ induſtria perſonæ electa. Vide hoc in c. ſequenti.

* *eſt] Adde quod eſt ſing. 77. ubi ad hoc dicit eſſe caſũ uniconum in capit. ſi quis ſuſto. §. porro cum declaratione ibi in tex. poſita. de ele. li. 6.*

SUMMARIUM.

1 *Delegatus inferioris à principe, an poſſit exequi ſuam ſententiam.*
2 *Delegatus an poſſit inuocare brachium ſeculare pro executione ſuæ ſententiæ.*
3 *Delegatus ſi uult per ſe exequi ſnĩam in habitu militari, an poſſit.*
4 *Epiſcopus an poſſit tenere familiares armatos.*
5 *Rector uniuerſitatis an & quando poſſit exequi ſententiam ſuam.*

CAPITULUM VII.

S Ignificaſti. ¶ Delegatus Papæ exequitur ſuam ſententiam, quam non exequitur is, cui commiſerat exequendam. ¶ Verum † delegatus inferioris à principe poſſit mandare executioni ſententiam ſuam? Concluſio ſit, quod non poteſt exequi, nec mittere in poſſeſſionẽ. ¶ Põt tamen exequi comminando ſub pœna, uel excõicãdo, per c. ex literis. j. eo. in uerb. ſi nullã haberet coertionẽ, fruſtratoria eſſet cõmiſſio. Et tenet in c. cũ ab eccleſiarum. j. ti. prox. & tenet Io. And. Ant. & Imo. in c. ſi quis contra clericum. de foro comp. & hoc communiter * tenetur. ¶ Sed Io. de Imo. in l. à diuo Pio. ff. de re iudi. dicit, quod delegatus inferioris à principe, de iure canonico poteſt exequi omni modo, etiam mittẽdo in poſſeſſionem, quia de iure canonico, quicquid eſt cognoſcibile, eſt delegabile. Ergo poterit exequi mittendo etiam in poſſeſſionem. Anton. in d. capitu. ſi quid contra clericum. tenet contrarium, quia licet de iure Canonico poſſit mittere in poſſeſſionem, eſt uerum, ſi expri-

matur, ꝙ poſſit mittere in poſſeſſionem. Et allegat Specu.in tit.de execu.ſenten.§.nunc dicendum.ubi hoc uoluit.¶ Sed ego teneo cum Ioan.de Imo.loco præalleg. ꝙ delegatus inferioris à principe de iure Canonico poſſit exequi ſententiam eo modo, quo delegatus principis, quia ceſſat ratio meri & mixti imperij, quam Legiſtæ conſiderant. ¶ Vtrum delegatus Papæ per ſe poſſit exequi ſententiam ſuam[a]? Tex. iſte uidetur dicere, ꝙ non, quia hic requiritur, ꝙ prius inuocet auxilium ordinarij. ¶ Contrarium tenent omnes hic, ꝙ imò lata ſententia poſſit exequi. Et ad iſtum text. dicunt, ꝙ fuit ita accidentia facti, quia ita accidit, ꝙ iſte delegatus ita impetrauit auxilium ordinarij. ¶ Vtrum † delegatus poſſit inuocare brachium ſeculare[b] pro executione ſententiæ ſuæ latæ per ſe? Primò habetis allegare Arch.in c.adminiſtratores.23.q.5.ubi dicit, ꝙ delegatus poteſt inuocare auxiliū brachij ſecularis, omiſſo ordinario loci. ¶ Secundò allego Feder.de Sen.conſ.163. incip. In Chriſti nomine, ſuper inuocatione.ubi idem tenet, ꝙ Arch.& eſt in terminis illud conſilium ¶ Tertiò allego Card. qui plenius loquitur,in cle.1. in 10. q.de offi.delega.ubi dicit, ꝙ aut executio eſt facienda in poſſeſſ. laicorum,& tunc debet requirere auxilium ſeculare per uiā ſimplicis requiſitionis, hoc eſt, ꝙ executio committatur ſimpliciter eis. Si uerò de rebus eccleſiaſticis, & tunc ſi non poteſt, tunc inuocet eccleſiaſticum ordinarium, & ſi non poteſt, inuocet brachium ſeculare, & ſic ſunt tres gradus. Primò per ſeipſum, poſtea per ordinarium eccleſiaſticum, poſtea ſi non poſſunt ambo, inuocet tunc brachium ſeculare, quod no. etiā ad ſuperiora. Et habes tres deciſiones. ¶ Quartò Domi.in c.ut officium.§.denique.de hæret.in 6. ubi dicit, ꝙ Lap.ibi dicit, ꝙ curia ſeruat, ꝙ delegati non inuocant brachium ſeculare, niſi in delegatione exprimatur. ¶ Vltimò allego conſilium Paul.de Caſt.39.incip. In Chriſti nomine, uiſis actis tractatis in captura Thomaſij. & ibi eſt de hoc bona deciſio, & dicit ibi Pau. delegatū poſſe inuocare brachiū ſeculare, eſt uerum, & etiam, ꝙ poſſit incipere ab inuocatione brachij ſecularis, niſi ſit data forma in reſcripto. Pone enim, ꝙ reſcriptum dicit, Excommunices, ſi non timet, tunc inuoces brachium ſeculare, ille uero prius incœpit à captura, conſuluit Paul. contra iſtum delegatum, ꝙ tenetur ad expenſas quas fecerat ille ratione capturæ, & ad omnia damna, quia non ſeruauit formam reſcripti, & ſic proceſſus fuit nullus, per c.cum dilecta.de reſcri. Quod not. Et hæc eſt limitatio ad materiam. ¶ Vltimò Ant.in c.tanta.de exceſ.prælat. dicit no.pro & contra, ꝙ delegatus poteſt inuocare brachium ſeculare. Tamen teneatis prædicta hoc non obſtante,& tene menti. ¶ De ordinario dicam in c.1.de offi.or.quando poteſt inuocare

5 ¶ Vtrum † delegatus, ſi per ſe uult exequi ſententiam in habitu militari, poſſit, dicas, ꝙ cōiter* tenetur, ꝙ non. ¶ Moder.allegant Ang.in l.1.in princ.ff. ſi quis ius dic.& in l.qui reſtituere.ff.de rei uen. & in l.iuſtè poſſidet.ff.de acquir.poſſeſ. Ego pro hac opin.communi allego Inn.in c.cum olim. el 2.ſuper uerbo,per portarium. de priuile.in princ. ubi dicit, ꝙ merus executor Papæ non poteſt mouere arma pro executione, ſed ſi reſiſtitur ei, teneatur. Et uide Ang.in l.ordo.C.de execu.rei.iudic. ubi dicit, quòd non poteſt mouere arma delegatus. Secundò Ang.in d.l.iuſtè.ubi dicit,neque merus executor, neque delegatus mouebit arma. Allegat Inn.in d.c.cum olim & uide etiam Ange. in l.à diuo Pio.ff.de re iudi.ubi dicit, ꝙ executor principis non infert uiolentiam, niſi ſibi ſpecialiter committatur, & Ang.in l.ſi quis miſſus.ff.ne uis fiat ei.ubi tenet idem,& allegat Innocen.in dict.capitu.cum olim. ¶ Sed gloſſ. in cap. ex literis. infrà eod. dicit, quòd ſi delegatus exequitur ſententiam iniuſtam,poteſt ei reſiſti. Ergo ſi eſt iuſta,non poteſt ei reſiſti, & ipſe eis poteſt iuſtè reſiſtere. Secundò uide Abb. in capitu.de cæterò.de re iudic. ubi ponitur materia executorum. Et ibi dixit Abb.quòd Angel. non intellexit Innoc. in dict.capitu.cum olim.quia Innocen.uult,quòd ubi ſententia lata fuit in præſentia partium, ſi reſiſtitur huic executioni, poteſt mouere arma, & dicit, quòd merus executor non poteſt mouere arma: ſed ſi lata eſt ſententia ſuper re illa, ſuper qua fienda eſt executio, quòd poteſt mouere & cogere. Abba. hic loquitur de delegato: & in capitu. de cæterò. de re iudic. loquitur de executore. ¶ Nunc uideamus, ſi eſt idem in delegato. Et quòd ſit, arguitur ſic. Delegatus poteſt committere executionem. Sed executor ſuper re iam ſententiata & iudicata poteſt mouere arma. Si ergo executor delegati poteſt mouere arma ſuper re, ſuper qua lata eſt iam ſententia: ergo & delegatus: quia propter quod unumquodque tale, & illud magis, ut iuribus uulgatibus. ¶ Secundò arguitur: appellatione delegatorum ueniunt executores, capitu.ſi ſuper gratia.eo.tit.lib.6.iuncta gloſſ.tunc ſic, ſi executor eſt delegatus: & executor ſuper re iudicata poteſt mouere arma: ergo & delegatus.

4 ¶ Vtrum † epiſcopus poſſit habere familiares armatos? Abba.tenet, quòd non, niſi haberet iuriſdictionem temporalem. Moder.dicunt, quòd Abb.malè loquitur: primò dicunt ipſi, Miramur de do. Abba.quòd non allegauit Bald.in l.nam ſalutem. §.fin. ff. de offic.præ.uigi. ¶ Secundò contra Abb.eſt conſilium Old 89. ubi dicit, quòd eccleſiaſticus non debet inuocare ſeculare, niſi quando aliud non poteſt. Ergo ſignum eſt, quòd quando fecit, quicquid potuit, quòd etiam mouit arma. Item conceſſo principali conceditur acceſſorium, capitu.præterea.ſupra eod. Item cum fuit interdicta poteſtas gladij Petro, debet intelligi, ſcilicet de illicita ſecus, ſi de licita. Sed uide Abba.in capitu.cum non ab homine.in pe.no.de iudic. ubi replicat opin.ſuam,quam poſuit hic,quòd epiſcopus non poteſt tenere familiam armatam. Et ita teneo cum Ab.pro quo facit capito.inter hæc.34.q.2.& cap.ſi filius.de teſta. ¶ Vtrū delegatus Papæ poſſit dare poſſeſſionem in rebus laicorum. Innocen.hic dicit, quòd delegatus Papæ non dat poſſeſſionem in rebus laicorum,ſed mandat, ut exequantur à iudice laico. Moder.hic allegant Angel.in l.fin. C. de iudic. ubi retulit dictum Innocen.& ſequitur. Et limitat, niſi ille locus eſſet ſubiectus Papæ temporaliter: quia tunc poteſt mittere in poſſeſſionem laicorum[c]. Secundò allegant Innocen.in capitu. pro humani. de homi.in 6. ubi dicit, quòd epiſcopus non debet exercere iuriſdictionem temporalem contra laicum ſibi non ſubiectū. Item allegat Bald.in l.eos.C. de uſu.& allegat glo.in clemen.2.de iudi. in uer. eccleſiaſticus. ¶ Sed Mod. tandem tenent, quòd delegati Papæ poſſunt mittere in poſſeſſionem prædiorum laicorum. Mouentur per dictum Innocen.in cap. 1.de mutu.peti. ubi dicit, quòd iudex laicus exequitur ſententiam ſuam in bonis clerici coram eo reconuenti. Ergo ſi ſecularis non committit executionem epiſcopo, eodem modo eccleſiaſticus non committet laico. Secundò mouentur per tex.in l.magis puto.§.illud.ff.de reb.eorum. ubi pupillus,qui uoluit alienare fundum, acceſſit ad iudicem, ut interponeret decretum ad fundum alienandum, qui tamen non erat in territorio iudicis domicilij. Sicut ergo ibi iudex domicilij potuit dare authoritatem: ergo eodem modo erit in propoſito noſtro. ¶ Pro communi* opinio.quòd non poſſit exequi in bonis laicorum, allego Card.in clemen.1.de offi.deleg.in 2.quæſt. Sed dicas, quod iudex eccleſiaſticus modeſtè facit non exequendo ſententiam in bonis laicorum: Si uerò exequitur, executio tenebit. Sed communis opi.procedit de urbanitate: Moder.uerò loquuntur de rigore: & poteſt. Et bene dicunt, quia epiſcopus poteſt punire laicū non ſibi ſubiectum pro crimine ſpectante ad eccleſiam. Ergo eodem modo poterit in bonis laicalibus exequi ſententiam ſuper rebus, ſuper quibus poſſunt ferre ſententiam. Et uide Domi.in cap.cum epiſcopus.de of.or.in 6.ubi dicit, ꝙ epiſcopus pro crimine poteſt retinere laicum in pœnam in perpetuos carceres. Quod no.

5 ¶ Vtrum † rector poſſit ſententiam ſuam exequi? Bald.hic dicit, quòd non. Imò non poteſt capi facere ſcholares, niſi ſtatuto, uel conſuetudine aliter caueatur. ¶ Et Card.ſimpliciter ſequitur, Moder.uerò allegant Spec.in tit.de execut.ſen.§.nunc uidendum. ubi dicit, ꝙ ordinarius debet exequi ſententiam rectoris contra ſcholarem, niſi ſcholaris habeat bona mobilia. Sed Abba.in c.ſi quis contra clericum.de for. compe. dicit, quòd rector habet merum, & mixtum imperium, & poteſt exequi ſententiam ſuam. Et ſic Bald. uoluit potius dicere, quòd ordinarius

a *Sententiam ſui*] *Vide omnino do. Alexan. de Imol. in rubri. ff. de off. eius. & in l.1.19. colum. de iuriſdi. om.iud.*

b *Seculare*] *Quid autem poſſit, uide Bal. in addi. ad Spe. in l. 2.de deleg. uer. delegatus, an poſſ. 1. & in Marg. uerb. delegatus. uerſ. a. & do. Alexan. de Imo. in l.2. de iuriſ.om.iu.*

c *Laicorum*] *Vide Bald. in Marg. uerſ. deleg. uerſi. 11. & dom. Alex. de Imol. in l. 2. de iuriſ.om.iu.*

narius ſit ſibi obediens. Et Bar. idem tenet in l. à diuo. §. 1. ff. de re iud. & uide Abb. in c. cum olim. in fin. de conſue. & uide, quæ ibi dixi, de quo feci magnum feſtum, quod rector habet cognoſcere ſuper cauſa criminali, niſi conſuetudo ſit in contrarium, ſicut eſt Bononiæ, & alibi, per quam derogatur auth. habita. C. ne fi. pro pa. quæ quidem auth. habet locum in ſtudio nouo, ubi non eſt derogatum per conſuetudinē. Ideo non potuit poteſtas procedere cōtra illos ſcholares anno præterito, & potuit puniri in ſyndicatu, ſi eſſet alibi, quā Piſis. Quod bene no. & tene menti. ¶ Capio gl. in uerbo, non ualt. clara eſt, quia allegat iura, quę uidebūtur in ti. hoc examinando.

SVMMARIVM.

1 *Sententia notoriè iniuſta, an ualeat.*
2 *Reſiſtere an ſit licitum iudici.*
3 *Delegatus an poſſit mandare executioni trāſactionē cōtra ſe factā.*

CAPITVLVM VIII.

S 1 Quando. ¶ Si ordinarius ſcit eum non canonicè inſtitutum, quem delegatus iubet mitti in poſſeſſionem, non reſiſtet uiolenter, ſed precibus inſtabit, ut differatur, donec conſulatur Papa. ¶ Vtrum † ſententia [a] notoriè in-
1
a
iuſta ualeat, tangitur in c. inter cæteras. de re iudic. & examinatur Bald. in l. ciues. C. de ap. & Lud. in l. admonendi. ff. de iureiur. Abb. ponit in c. 2. de purg. uul. & in capi. quoniam contra. de proba. ¶ Secundò no. quod delegato procedenti iniuſtè, non reſiſtitur. Tex. eſt hic. ¶ Abb. hic tangit hoc, & Mod. referunt Ab. & poſtea allegant Bal. hic, ubi dicit, quòd coloni & inquilini licet non poſſideant, habent ius reſiſtendi. Secundò allegant l. quoniam. C. de appel. ubi dicitur, quòd aſſeſſores debent reſiſtere poteſtati, quoties uult aliquid iniuſtè agere, & ſi non deſiſtit, punietur in ſyndicatu, & ſic ſubditi ſuis prælatis: & Bar. in l. prohibitum. C. de iure fiſci. lib. 10. ubi dicit, quod aut iudex procedit ſub uelamine iuſtitiæ, & non poteſt reſiſti: aut nō, & tunc reſiſti poteſt. Item allegant glo. in l. ut uim. ff. de iuſti. & iur. ubi glo dicit, Vim ui repellere licet, ſcilicet contra priuatum, non autem contra iudicem. Et allegatur gloſ. in l. ſi quis prouocationibus. C. de ap. ubi dicit, quòd ante grauamen illatum irreparabile reſiſti poteſt iudici, & licitum eſt appellare. ¶ Sed faciamus con-
2 cluſionem, quòd † iudici non eſt licitum reſiſtere. Tex. eſt hic. Ad idem eſt tex. in c. qui reſiſtit. 11. q. 3. ubi qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. Et pro hoc eſt una glo. ſingularis, in c. præſentium. 7. q. 1. ubi glo. dicit, quòd contra iudicem non competit interdictum Vnde ui: & allegat illam Abb. in cap. ex inſinuatione. in prima colum. de procur. & facit eam ſing. Et eſt pro hoc tex. in l. addictos. C. de epiſco. aud. ubi lex dicit, quòd non debent clerici reſiſtere poteſtati & ſententijs latis per eum. Et dicit ibi Bald. quòd ille, qui eripit aliquem reum condemnatum de manibus familiæ poteſtatis, punitur, ac ſi fideiuſſiſſet pro illo, & patitur illam pœnam: & allegat An. de Barullo in lege j. C. de exac. tribu. Imò debet puniri, tanquā committens crimen læſæ maieſtatis. Ita dicit Barto. in l. iiij. in fin. ff. ad l. Iul. maieſt. & hoc ſequitur Angel. de Aret. in §. pœnales. Inſtitu. de act. ¶ Fallit primò, niſi eſſet appellatum. Ita uoluit Innocent. hic: ratio, quia poſt appellationem uidetur procedere, ut priuatus. Hoc dictum Innocent. ſequitur Bald. in l. addictus. & dicit, quòd ſi conſanguinei illius, qui ducitur ad mortem, appellant, & iudex non admittit, poſſunt uiolenter reſiſtere, dummodo ille tertius, qui præſtat auxilium, ſi uocatus ab oppreſſo. Ita uoluit hic Abba. ¶ Conſidera: quia Bartol. in l. prohibitum. expreſsè tenet contrarium: ſed habet locum opin. Bartol. quando præiudicium eſt irreparabile: ſecus, ſi eſt reparabile. Et pro hoc eſt Barto. in l. non tantum. ff. de appel. recip. ubi dicit, quòd pro reo iniuſtè condemnato poteſt tertius inuito reo appellare: quia quis non eſt dominus membrorum ſuorum, l. liber homo. ff. ad l. Aquil. Et hinc eſt, quòd Ioan. And. in capit. cum C. laicus. de for. compe. in 6. dicit: pone, reus eſt condemnatus in 10. & ſi non ſoluit intra 10. dies, incidetur ſibi pes, pone, quòd ille dicit, non expectetis iſtos 5. dies, incidatis mihi pedem: dicit ibi Ioan. Andr. quòd non poteſt: imò tertius eo inuito poteſt pro eo ſoluere, & poſt liberationem repetere. Ergo eodem modo poteſt appellare non ſolum eo petente, ſed & eo inuito. Et quòd in criminalibus reus non poſſit renunciare, probo per l. pactum inter hæredem. in gloſ. magn. de pact. & Bartol. in l. Stichus. ff. de pec. leg. ¶ Item declara iſtam fallentiam, dummodo certum ſit appellationem tenere. Ita dicit hic Abba. Quod intellige, dummodo grauamen ſit reparabile. ¶ Secundò fallit, niſi iudex procedat extraiudicialiter grauando: quia licet non ſit appellatum, dummodo grauamen ſit irreparabile, indiſtinctè reſiſti poteſt. Ita tenent omnes hic, ita intelligentes l. prohibitum. C. de iur. fiſ. Pro hoc eſt text. in capitul. ſecundo, de conſti. in 6. in fin. ubi dicitur, quòd extra territoriū iudicis poteſt quis non ei parere. Ergo reſiſtere. Et ſic intelligo, quòd ubi datur prærogatiua uni ratione certi officij, illa prærogatiua nihil operatur, quatenus ille aliquid quærit, & facit extra officium. Hoc probat iſtud dictum, pro quo allego Barto. in extrauag. quæ ſunt rebel. ſuper uer. rebellando. in princip. ubi dicit, quòd ſi officialis facit extra officium aliquid, & reſiſtitur, non eſt rebellis reſiſtens: ſed bene eſſet rebellis, ſi faceret in officio. ¶ Secundò adduco Bald. in l. ab executione. in penul. colum. C. quo. app. ubi quærit, utrum liceat reſiſtere executori? & dicit, quòd aut exequitur ſine authoritate ſuperioris, & tunc eſt licitum reſiſtere: aut cum authoritate ſuperioris, & tunc non eſt licitum. ¶ Tertiò allego Abba. in capitu. dilectus. el j. ſuprà de reſcript. ubi dicit, quòd ſpoliatus à iudice non reſiſtit, ſaluo niſi ſit ſpoliatus à iudice, non tanquam iudice, ſed tanquam priuato. Item allego Bald. in l. ſi quis in tantam. C. unde ui. ubi tex. dicit, quòd rapiens rem ſuam exiſtentem apud alium, perdit eam: pone, dicit ipſe, iudex expellit unum de re aliqua, & habet partem in illa re: dicit, quòd ſi ille expulit, aut illam rem abſtulit, ut priuatus, tenetur ea l. & perdit partem, quam habet. ¶ Item allego Innocentium V. in extraua. Apoſtolicæ. ubi dicit, quòd officiales Papæ non tenentur reſpondere, niſi coram Papa. Dicit ibi Innocent. hoc eſt uerum, quoties per hoc turbatur officium eorum, ſed pone, quòd ſunt aliqui, qui non exercent officium, tunc poſſent

a *Vtrum ſententia] Adde tu, quod cōmuniter ° tenetur per Scribentes in c. inter cæteras. de re iud. et per Inn. in c. fraternitatis de frigid. & per do. Ant. de But. in c. ſuam. de pæn. et per Bal. in l. 1. i penul. col. in uer. ſed quid. C. ne fil. pro pat. quod notorietas iniuſtitiæ reddit ſententiam nullā. Adde, quod Inno. in c. plerumq;. de im. mu. eccl. dicit unū ſingulare dictum, quod ſi pars, pro qua lata eſt ſententia, confitetur eam iniuſtam, quod debet retractari. Fortius dicit ipſe, retractāda, eſt ubi notorie conſtat de eius iniuſticia, & maxime de iure Canonico, quem non debet permittere, quem retinere rē cum pacto. Et iſta eſt cōis opin. Adde tu, quod pulchrum eſt uidere, utrum ſententia lata contra ius litigatoris, quæ tranſiuit in rem iudicatam, poſſit retractari, uel aliquo remedio ſubueniri parti, contra quā lata eſt ſententia? Hoſtien. in cap. 2. de purg. uul. tangit iſtam diffinitionem, & dicit, quod licet nō debeat iure ordinario retractari, poteſt tamen peti reſtitutio in integrū ex clauſula generali, ut in c. ex literis. de reſti. in integ. et in l. 1. ff. ex quo. cau. ma. Et idem ſentit gloſ. in l. fideiuſ. §. in omnibus. ff. man. Et iſtam opin. Hoſti. Canoniſtæ communiter ° ſequuntur in d. c. 2. Adde, quod Doct. iuris ciuilis tenent contra Hoſti. & dicunt, quod quando ſententia eſt lata contra ius litigatoris, ſi tranſiuit in rem iudicatam, ex quo fecit ius inter partes, nō poteſt tolli illud ius. Ita Bar. in l. ij. C. quando prouoc. non eſt nec. Et adde not. per Scribentes in l. 1. C. de cōd. inde. Adde & limita, quod ſi a principe petatur hæc reſtitutio in integrum, & concedatur, quod ualet conceſſio, nam ſolius principis eſt hoc concedere, ut eſt text. in l. diui. ff. de pæn. & ibi Bar. Nam ſententia facit ius inter partes, ut in c. cū inter. de re iudic. & l. res iudicata. ff. de reg. iur. Inferior a principe non poteſt tollere ius partis quaſi tum, ut in l. 1. & ij. C. ſent. reſcin. non poſ. Et iſtud inter partes ius ſe nunt domi. Abb. in cap. ſecundo de pur. uul. in fin. Adde ad iſta, quòd do. Alex. in l. ij. C. quādo prouo. non eſt ne. in apoſtillis ſuis, ponit quatuor limitationes, in quib. etiā ſententia lata contra ius litigatoris eſt nulla ipſo iure. Adde do. Abb. in c. 1 de reg. iu. ubi dicit, quod qui eripit aliquē reū cōdēnatū de manib. familiæ*

poteſtatis, punitur Adde tu, qualiter puniatur, qui abſtulit a familia poteſtatis aliquē condemnatum? Vide per Inn. in c. ſanè. ȷ. eo. Bar. in extrauag. ad reprimendum. in uer. tangit. & plenius per do. Alex. in l. iij. §. transfugas. ff. de fica. Adde, qua pœna ſint puniendi, qui faciūt fugere mercatores pro debitis priuatis? Dic, quòd tenētur ſatisfacere creditoribus. Tex. eſt ſolennis in l. quoties C. de exactor. trib. lib. 10.

a *Quia non tenebitur] Sed nūquid idem ſit in epiſcopo, qui tenetur de delictis uicarij, uel officialis ſui? Dic, quòd ſic, ut per Rotam in deciſ. 272. ſi uicarius. in no. Vide Bal. in l. ij. C. ubi de cri. agi oport. & in rubr. C. de pœ. iu. qui ma. iu. in uer. quæro, nunquid epiſcopus & in l. nulli. C. quorum app. non recip.*

conueniri etiam apud alios iudices. Et allego pro hoc Car. in cle. 1. §. fin. in 4. q. de hære. ubi tex. dicit, quòd inquiſitores debeant habere familiam armatam, pone, quòd unus habebat priuatam inimicitiā cum uno officiali, & percuſſit eum, quis puniet ipſum percutientem? Dicit ibi Inno. quòd ordinarius puniet, quia tunc ille percuſſus non exercebat officium, & ille percutiens nolebat impedire officium, ſed ex priuata inimicitia eum offendit, & ratio eſt, quia tunc ceſſat illa prærogatiua. ¶ Item allego Bartol. in l. fin. ff. nau. cau. ſta. ubi dicit, quòd poteſtas tenetur de delicto familiæ, l. nec magiſtratibus. de iniur. dicit ibi, quòd tenetur de delicto exercendo officium, ſecus, ſi cōmiſit non exercendo officium ſuum, quia non tenebitur a. ¶ Vltimò allego Lud. in conſi. 205. incip. In punctu. ubi dicit, ſtatuto cauetur, quòd debet ſtari libris mercatorum: modo unus mercator fecit unam partitam, quæ non concernebat factum mercantiæ, conſuluit, quòd non daretur fides, quia intelligitur, quòd datur fides in rebus mercantiæ non autem in alijs rebus data eſt illa prærogatiua, quia limitata cauſa limitatū parit effectum, l. in agris. ff. de acqui. re. do. ¶ Tertiò fallit, ubi grauamen eſt irreparabile, quia tunc poteſt indiſtinctè iudici reſiſti. Ita omnes hic. Pro quo primò allego tex. in c. non inferenda. 23. q. 4. ubi tex. dicit, eripe eum, qui ducitur ad mortem, dicit glo. hoc eſt uerum, quando ducitur iniuſtè, ſi eſt dubium, debet ſupplicari. Secūdò gloſſ. in c. hi, qui. 14. q. 6. ubi gloſſ. dicit, iniuſtè condemnatum omnibus modis eripe. Et Pet. de Anc. in repe. regulæ, ea quæ. in 11. col. de reg. iur. in 6. ubi idem tenet, & de hoc tex. in l. ſi quis prouocatione. C. quo. appel. ubi Bal. idem tenet, & Car. in cle. 1. in 3. oppo. de re iud. ubi dicit, quòd non auditur ille, qui uult opponere contra tres ſententias latas, niſi eſſet grauamen irreparabile. Et eſt dictum Paul. de Leaza. ibi. Idem tenet Bald. in l. per hanc. C. de temp. app. ubi dicit, quòd in interlocutoria à grauamine irreparabili non debet cauſa exprimi in appellatione, & ualet appellatio, ſi non exprimatur. Item allego tex. in l. ij. §. 1. ff. de app. non recei. ubi tex. uult, quòd poſſit etiā de iure ciuili appellari ab interlocutoria, quoties eſt grauamen irreparabile. Quod bene no. ¶ Vltimò allego Bar. in l. ſi alius. §. belliſſimè. ff. quod ui, aut clam. ubi dicit, quòd nemo debet dicere ſibi ius in cauſa propria. Hoc uerum, niſi unus inferat mihi damnum irreparabile, putà, ſi auferuntur animalia, uel inciduntur mihi uineæ, & eſt bo. tex. in l. ait prætor. §. ſi debitorem. ff. de his, quæ in frau. cre. Imò Pet. de Ancha. uoluit, quòd de captura facta de ſuſpecto à iudice incompetenti, non poteſt opponi de incompetentia fori iudicis. Et ita conſuluit in conſi. 192. Incip. In auxilium uertiatis. ¶ Quartò fallit, ubi ſententia notoriè eſt iniuſta, quia tunc eſt licitum ſibi reſiſtere, & allegat gl. Abb. bre. c. ex literis. in uerb. ex hoc. ȷ. eo. Confirmo hoc per glo. ſimilem in ca. non debet. 11. q. 3. ubi gl. dicit, ſi tibi conſtet, quòd iudex iniuſtè procedit, reſiſte ei uiolenter, & Arch. ibi dicit, ſi conſtet, ſ. notoriè. Allegat d. l. nec magiſtratibus. de iniur. Sed Ioa. de Imo. declarat hoc in c. ex literis. ȷ. eo. quòd debet intelligi glo. quando iniuſticia eſt notoria, & damnum eſt irreparabile. Et ita dicit tenere hic do. Car. poſtea dicit, conſidera, quòd alterū iſtorum uidetur ſufficere, & ſic ſenſit iſtam fallentiam. Ego dicerem, quòd quando non eſt notorium, tunc eſſet opus etiam appellare, ſed ſi poſt appellationem grauat, licitum eſt ei reſiſtere, quia ex quo notoriè grauat, non dicitur tunc eſſe iudex. ¶ Capio gloſſ. in uer. tranſactione. Moder. hic allegant Pet. de Anc. hic, qui facit tria motiua ad probandum, quòd
3 † delegatus poteſt mandare executioni tranſactionem corā ſe factam, & primò mouetur per iſtum tex. quia æquiparat ſententiā tranſactioni. Secundò allegat, quòd actus, qui ſit in præſentia iudicis, habet maiorem uim, quàm ſi ſit extraiudicialis. Tex. eſt in l. cum oſtendimus. §. fi. ff. de fideiuſ. tut. ubi fideiuſſor datus in præſentia iudicis, & tacens, non poteſt renunciare illi officio. Eodem modo tranſactio facta coram iudice, habet maiorem uim, quàm ſi fieret extraiudicialiter. ¶ Secundò allegans Pet. de Anc. in c. contingit. de arb. & Pet. de Anc. in c. fi. de maio. & obe. ubi dicit, quòd compoſitio facta coram iudice, habet executionem paratam, ſicut ſententia iudicis. Et idem tenet in c. 1. de offi. iudi. ubi allegat iſtum tex. Moder. præterea hic dicunt, quòd mirātur de omnibus, qui dixerunt, quòd delegatus, qui habet ferre ſententiā non habet inducere partes ad concordiam. Imò dicit ipſe pro hoc, quòd poſſit. Eſt caſus in c. 1. de teſti. in uer. concordia, uel ſententia. Secundò allegant tex. in c. 1. de teſti. in uer. concordia, uel iudicio. tex. in c. querelam. de ſimo. in uer. concordia, uel iudicio. & loquitur de delegato. Ecce tibi in iſtis tribus cc. præmittit primò Papa concordiam, & poſtea ſententiam, ecce, quòd debet prius concordare, ſi nolunt iudicem. ¶ Et per hæc Moder. hic, tenent opi. Vin. hic, quòd delegatus poſſit exequi tranſactionem coram ſe factam. ¶ Sed conſidera quatuor caſus. Primus, quando in commiſſione datur expreſsè poteſtas reducendi partes ad concordiam, ut in illis iuribus allegatis per Moder. tunc poteſt delegatus exequi. ¶ Secundus caſus eſt, quando ceſſante tali commiſſione partes tranſigunt poſt ſententiam, & tranſactio tendit ad executionem ſententiæ, & tunc compellere poteſt. Et hæc fuit opin. Ioan. de Imo. hic allegantis l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pact. ¶ Tertius caſus eſt, quando ex permiſſu partium delegatus compoſuit eas, quia tunc poteſt ipſas cogere ad obſeruantiam tranſactionis, dummodo tranſactio ſit ſecundum ius. Et de hoc eſt dictum Bal. in c. 1. §. inter partes. in pe. col. de l. Conra. ubi dicit, quòd partes cōpromittendo in delegatum, non uidentur renunciare reſcripto. Allegat Inn. qui hoc dicit in c. innotuit. de arbi. Secus, ſi tranſactio facta à delegato uirtute compromiſſi, eſt contra ius, quia tunc nō poteſt cogere partes, ut obſeruent, ſed adhibunt ordinariū. Caſus eſt in c. niſi eſſent. de præb. & ibi Abb. ¶ Quartus eſt, de quo loquuntur Doct. hic, quando partes tranſigunt coram delegato, qui authorizat ſuper ea. Et tunc dicēdum eſt, quòd non poteſt partes cogere ad obſeruantiam tranſactionis, quia poteſtas ſibi data in reſcripto non extenditur ad tranſactionem, ſed bene differt iſta tranſactio ab extraiudiciali, quia habebit iſta coram ordinario executionem paratā, ſicut ſententia. De hoc eſt deciſio Bal. & Pau. de Caſtr. in l. cum, pro quo. ff. de in ius uoc. & idem tenet do. Ant. in cap. P. & G. in notabilibus, ȷ. eo. & in c. ad reprimendam. de off. or. & Bal. in l. ſi. §. j. C. de uſu. rei iud. & idem uoluit Bal. in l. qui crimen. C. qui accuſ. non poſ. Idem tenet Bar. in l. j. ff. iudi. ſol. Et ita intelliga hic.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus an poſt ſententiam diffinitiuam poſſit ſe intromittere cognoſcendo.*

2 *Delegatus ſi pronunciat nulliter per errorē facti, poteſt reuocare ſententiam ſuam.*

3 *Iudex ordinarius non poteſt reuocare ſententiam ſuam. Fallit in caſibus, ut ibi.*

4 *Iudex nullitatis quis eſſe debeat.*

5 *Interlocutoria nulla nō poteſt reuocari, niſi per illum, qui eam tulit.*

CAPITVLVM IX.

IN Literis. Poſt diffinitiuam executioni mandatam expirat iuriſdictio. H. D. ¶ Capio glo. contra quam Doct. opponunt, & dicunt non rectè intellexiſſe iſtum tex. & declarat hic Abba. & alij. ¶ Glo. 2. eſt declaratiua, quæ indiget memoria & ſola recitatione, & ponit Spe. in tit. de legato. §. finitur. ubi enumerat 18. caſus, & Hoſt. ponit etiam in Summa eo. tit. & §. ¶ Vtrum
1 † delegatus poſſit ſe intromittere poſt latam ſententiam cognoſcendo? Vltra omnes Scribentes hic, dicas, quòd poſt ſententiam executioni mandatam delegatus functus eſt officio, & etiamſi non eſt executioni mandata, eſt functus officio ſuo reſpectu cognitionis. Ad idem eſt tex. in l. ſi ut propoſuiſti. C. quomodo & quando iu. & ponunt do. de Ro. in nouis, deciſ. 341. incip. Dubitatur,

Dubitatur, utrum. ¶ Fallit primò in delegato principis, quia iſte poteſt reuocare ſententiam nullam, ut uoluit Ang. in l. poſtquam iudex. ff. de re iud. & mouetur, quia iſte æquiparatur ordinario, l. a iudice. C. de iud. c. ſanè. j. eod. Sed ordinarius reuocat ſententiam nulla. Ergo & iſte, & in text. noſtro non fuit ſententia nulla. ¶ Contrarium firmat Bald. in d. l. ſi ut proponis. la j. C. quomodo & quando iu. & mouetur, quia poteſtas delegati eſt momentanea, quia pendet ſolum ab illo reſcripto. Sed iuriſdictio ordinaria durat etiam poſt latam ſententiam. Hanc opi. Bal. ſequitur Imol. in d. l. iudea, poſteaquã. quòd delegatus etiam principis eſt functus officio ſuo & non poteſt reuocare. ¶ Secundò fallit in delegato ad uniuerſitatem cauſarum, quia ſi tulit ſentẽtiam nullam, poteſt reuocare. Hoc uoluit Bal. in d. l. ſi ut proponis. & mouetur, quia remanet ſibi iuriſdictio aliarum cauſarum. Vos allegabitis duas gl. de hoc. Prima eſt in c. qualiter. el j. de accuſ. ibi erant generales, id eſt, ad oẽs cauſas. Et ibi Ant. dicit no. quòd c. in literis. nõ habet locum in delegato ad uniuerſitatẽ cauſarum. Et tenet Abb. & Imol. & glo. pe. in c. cum cauſam. de app. Et ibi Abb. dicit, quòd per illam glo. limitatur d. l. a iudice. Tertiò Ang. in l. 2.[a] ff. ſi quis in ius uoc. ubi dicit, quòd ſicut ordinarius poteſt reuocare ſententiam, in qua pronunciauit ſe incompetentem, ita delegatus ad uniuerſitatem cauſarum. ¶ Tertiò fallit, niſi delegatus pronunciauit contra formã mandati, quia tunc poteſt talis ſententia reuocari per eũ. Ita dicit Abb. hic per uer. puto. per l. quid tamen. ff. de arb. Hoc dicitur in arbitro. Sed Car. expreſſè idem tenet in cle. j. in 10. q. de re iud. Idem tenẽt Bal. & Sal. in d. l. ſi ut proponis. Idem Ange. & Imo. in d. l. iudea. Idem tenet Paul. de Caſt. in l. cum quærebatur. co. tit. & Sal. in l. ſi accuſatoribus. C. de accuſ. Et ſic non fuit dictum Abb. Et ibi limitat Sal. dummodo tempus ad iudicandum non præterierit, per c. de cauſis. ã. eo. Idem tenent Inno. & Abb. in d. c. qualiter. & Imo. in l. ſi expreſſim. ff. de app. ¶ In contrariũ eſt Ant. & Cal. in d. c. qualiter. & Pe. de Ant. in d. cle. j. de re iud. Hanc partẽ tenet Imo. hic, & mouet, quia iſte tex. ſimpliciter loquit & non dicit, quòd non ſeruauit formam mandati. Ad l. quid tamen. loquitur in arbitro, ſecus in delegato. ¶ Pro iſta ratione ultra omnes dico ego, quòd hoc modo omnem ſuam ſententiam poſſet delegatus reuocare: quòd eſſet abſurdum. Nam ſententia delegati iniuſta eſt contra formam mandati: quia reſcriptum dicit, iuſtitiam facias. Si ergo eſt iniuſta; ergo contra formam: & per conſequens, nulla, c. cùm dilecta. de reſcrip. Et hoc refert Card. in c. fi. de præb. & dicit tres ita tenuiſſe, & conſuluiſſe, Gaſ. ſ. Cal. & Ioan. Cal. & Ioann. de Lig. & obtinuiſſe. Sed dicatis ſic, quòd iſtis non obſtantibus ſeruanda eſt communis opi. & reſpondeatis, quòd hoc non procedit, quòd ſententia delegati iniuſta, dicatur nulla: nam cõtra hoc tenet Imo. & Abb. in d. c. fi. de præb. negando, quòd illa uerba, Iuſticiam facias[a], dent formam, ſed monitionem. Et de hoc eſt caſus in c. cum dilecti. ã. de reſc. & allegant Inno. in c. prudentiam. j. eo. ubi dicit, quòd ſi dicatur in commiſſione, ſi conſtiterit, quòd Titius ſit debitor iſtius, condemna ipſum, quòd etiamſi non conſtiterit, & ille iudicauit, & condemnauerit ipſum, quòd non diceretur ſententia nulla, licet iniuſta: & ſic nõ eſt contra formam mandati. Ideo poteſt eam reuocare: quia dicere, Iuſtitiam facias, non dat formã. Ergo, &c. Et ſic extendimus l. quid tamen. Et pro hoc, quòd ſi non ſeruat formam mandati, quòd poteſt reuocare, allego tria dicta. Primò Bal. in l. poſt aditam. C. de imp. & alijs ſubſt. & allegat Inno. hic. ubi dicit, quòd commiſſarius, qui non ſeruauit formam mandati, poteſt de nouo agere id, quod faciebat propter formam non ſeruatam. Et idem in l. quiſquis. C. de proc. ¶ Secundò allego Bal. in l. qui per ſalutem. ff. de iureiu. ubi dicit, quòd nuncius, qui citauit non ſeruata forma, poterit iterum citare abſque alia commiſſione. ¶ Tertiò Ioan. de Imol. in cle. 2. de teſti. ubi dicit, quòd teſtis, qui nulliter fuit examinatus, poteſt iterum examinari. Et Bar. in auth. qui ſemel. C. de prob. Et mouentur iſti per tex. in d. clemen. 2. in uer. ritè examinans. Ergo rita examinatio tollit aliam examinationẽ: ſecus, ſi nulliter: pro qua faciunt, quæ dicam in 8. limitatione. Et ſic ſi delegatus pronunciauit nulliter, nõ poteſt reuidere ſententiam, niſi pronunciauerit contra formam mandati, quia tunc poteſt reuidere & reuocare.

2 Quod no. ¶ Quartò fallit, niſi † delegatus nulliter pronunciaſſet per errorem facti: quia tunc poteſt reuocare ſententiã. Et hoc uoluit Inn. in c. j. j. de re iud. ubi dicit, eſt datus delegatus, quòd cõferat beneficiũ uni, quando uacabit: pone, quòd ille, qui expectabat, iuit ad illũ delegatũ, & habuit noticiam, quòd erat ille mortuus: re uera nõ erat mortuus: iſte delegatus cõtulit, utrum poſſit iterũ conferre? Inno. quòd ſic: quia fuit error facti. & Pau. de Caſt. allegat in l. cum quærebatur. ff. de re iudic. Innoc. in d. c. j. & allego Car. conſi. ſuo 32. incip. In deciſione & elucidatione. Hoc idem tenet Bar. in d. l. iudex. & Pet. de Anc. in d. cle. j. de re iudic. Et ibi dicit Pet. quòd pro hoc facit lex, error. ff. de iur. & fac. igno. Inno. hoc modo expreſſè tenet contrarium: & ipſum ſequitur Imol. in d. l. iudex. C. quomodocũque iudex delegatus ferat ſententiam, licet ſit error facti, dicitur functus officio ſuo, in eodem exemplo de beneficio collato illi, qui expectabat, & reuera ille non erat mortuus, utrum iterum poſſit conferre, an dicatur functus officio ſuo? & dicit Inno. hic, quòd iterum non poterit conferre quia dicitur functus officio ſuo, & tenet contrarium. Sed dicatis, quòd ſic, quòd eſt functus officio: & quòd iſta ſecunda opi. eſt uerior. Et cõtra ipſam ſunt tria argenta: & primò text. in d. l. ſi ut proponis. quia ibi iudex credebat illum eſſe reum, & cõtumacem, & non erat contumax: dicit ibi tex. quòd delegatus eſt functus officio ſuo: & ibi Bal. dicit not. iſtum tex. contra Inno. in ca. j. de re iud. quia hic iudex errauit in facto male pronunciando, & tamen functus eſt officio ſuo. Secundò tex. in l. dicere. in fi. cũ duabus ſeq. ff. de arb. ubi tex. dicit, quòd arbiter, poſtquam laudauit, functus eſt officio ſuo, ſiue bene, ſiue malè, etiamſi pronunciauit per errorem. Tertiò contra Inno. tenent Hoſt. do. Ant. & Abb. in d. ca. j. in hoc, quòd error facti non facit, quòd delegatus poſſit retractare ſententiã, ſi pronunciauit nulliter, quia omnino dicitur functus officio ſuo. Dicas tamen, quòd delegatus datus ad conferendum beneficium, ſi nulliter confert, quòd non facit iſta collatio nulla, quin ipſe iterum poſſit conferre, ſi primò nulliter contulit, & ſic ſaluatur Inno. in ſuo exemplo in d. c. j. Sed non eſt uerum generaliter, quòd delegatus nulliter pronunciando per errorem poſſit retractare ſententiam ſuam, quia imo tenet contrarium, per dicta ſ. quia dicitur functus officio, etiamſi pronunciauit nulliter, & errauit in facto. Quod not. diligẽter. Sed in exemplo Inn. in d. c. j. ille erat executor, nõ delegatus. Et ita dicit hic Ant. Et ſic ſaluatur Inno. in caſu, & exemplo ſuo poſito in d. c. j. Quæ no. & ſigna. ¶ Quintò limita, niſi delegatus omiſiſſet pronunciare ſuper eo, quod erat tacite ſibi commiſſum expediendo ſolum commiſſum expreſſè, quia tunc põt pronunciare ſuper illo tacito. Ita dicit Car. in c. 3. de do. inter ui. & ux. reprobata opi. glo. mag. ibi in fi. ubi uide, & ſequuntur Moder. hic. ¶ Sextò limita, dummodò ſententia habeat figurã ſentẽtiæ, ſecus, ſi nõ haberet figurã ſniæ. Ita uoluit Bal. in l. ſi ut proponis. la j. C. quõ & quando iudex. Et de hoc dicit eſſe ibi gl. Pone, delegatus cõdemnauit dominum, qui nunquam fuit in iudicio, ſed ſemper egit per procuratorem, non dicitur functus officio ſuo, ſed poterit iterum ferre. Idem tenet Bal. in add. Ad Spec. in titu. de ſent. in j. col. ubi dicit, quòd ſnia delegati, quæ non habet formam ſententiæ, non facit delegatum functum officio ſuo. Et dat exemplum, ſi non eſt lata in ſcriptis. ¶ Cõfirmo per unum tex. in l. non putauit. § non quæuis. ff. de contra tab. ubi Bar. dicit, quòd ubi fit mentio de mãdato procuratoris, nõ intelligitur de oĩ mãdato, ſed ualido. Et ſic, ubi fit mẽtio de ſnia, nõ intelligitur de ſnia oĩ, ſed ualida. Ita dicit ibi Bar. per illum tex. Ergo ita in propoſito noſtro. ¶ Septimò limita, niſi delegans ſententiam latam à delegato, reuocaret ea eiſdem actis, quia hoc põt, ſicut ſi ipſe iudicaſſet. Ita uoluit Imo. in l. ſi expreſſim. ff. de app. ubi dicit, quòd delegans poteſt reuocare ſentẽtiam delegati nullam nullo reiterato proceſſu, & ſic erit hic modus reuocandi ſententiam, quoties nulliter pronunciauit delegatus, & ratio, quia propriam etiam delegans reuocare poſſet. Imo plus dicit Imo. ibi, quòd delegans etiam committere poteſt iſtam reuocationem ipſi delegato, per tex. in c. ab excommunicato. de reſcrip. in arg. ubi ſi illa

[a] In l. 2.] Adde ad hoc Paul. de Caſt. Alexan. poſt Bart. & Doct. in l. quod iuſſit. ff. de re iudic. & in l. 1. de appel. recip. & adde quæ habentur per auth. in c. ſignificantibus infra. eo.

[a] Iuſtitiã facias] De hac clauſula uide, quæ per auth. habentur in c. cauſam, quæ. j. de teſti. in c. paſtoralis. §. cum autẽ. infra. eo.

ſi illa nullitas cauſaretur à delicto delegati, putà propter cor-
ruptionem, per l.4.C.de accuſat. Ita Imol.ibi. Et plus dicit,
q poteſt etiam uni alteri committere iſtam reuocationem.
¶ Octaua limitatio eſt, ut iſta decretalis habeat locum in ſẽ-
tentijs delegati, ſecus in factis & in actis iudicialibus, quia
tunc illud, quod fit, ſi non rectè fit, poteſt iterum fieri. Ita di-
cit Inno. hic in medio ſui commenti. Hoc dictum Inno. pri-
mò Bal. refert in l.ſi.in pe.col.C.de eden. ubi quærit, nota-
rius edit inſtrumentum, in quo erat commiſſus error in ſub-
ſtantialibus, dicit illi, reſtituas mihi inſtrumenta, & ego refi-
ciam format ibi Bal.q. utrum poſſit? & dicit Bal. Videtur, q
ſic, quia ubi exercetur actus ſine iuriſdictione, nunquam di-
citur functus officio ſuo, niſi actu ſolenniter expedito. Sed
ſic eſt in notario, q non dicitur functus officio, ſi non rectè
fecit. Ergo, &c. Bal. tamen contrarium tenet, & dicit, q hoc
non habet locum in perſonis, quæ non poſſunt uariare, ſed
in alijs bene uerum eſt, q exercentes actum ſine iuriſdictio-
ne, non dicuntur functi officio, niſi actum ſolenniter expe-
diuerint. Ita ibi Bal. per dictum Inno. hic. ¶ Secundò uide
Bal. in l.quod quis.propè ſi.C.de procur. ubi dicit, procura-
tor habet poteſtatem ſubſtituendi ex forma mandati: ſubſti-
tuit unum inhabilem, qui non poteſt eſſe procurator, facta
iſta ſubſtitutione dicit, Erraui, uolo alium ſubſtituere, mo-
do dicit aduerſarius, es functus officio tuo, dicit Bal. nõ eſt
uerum, quia ille eſt actus factus ſine iuriſdictione, & ſic pro-
curator, qui nulliter ſubſtituit, poteſt reuocare ſubſtitutum
quia actus non eſt iuriſdictionalis. Et ita Allegat Inno. hic.
Et Bal. ibidẽ ponit unũ aliud dictũ, quærit ibi de hoc delega-
tus in totũ ſubdelegat, & ſic eſt functus officio ſuo & ſi illa
ſubdelegatus incœperat procedere, nõ põt reuocare delega-
tionẽ, ſecus, ſi nõ incœperit. Sed pone, q ille incœpit, ſed ap-
paret, q ille ſubdelegatus eſt inhabilis: delegatus uult reuo-
care, utrũ poſſit? Dicit ibi Bal. q ipſe põt reuocare iſtã dele-
gationẽ nulliter factã quia non eſt functus officio ſuo, quia
delegatio nulliter facta reuocari poteſt etiam re nõ integra.
Et allegat Inno. hic. Vide etiam Bal. in l. ſi ut proponis. la j.
ubi allegat Inno. hic: & ibi dicit, poteſtas eligendi non capi-
tur per electionem nullam: & pro hoc faciunt tria dicta alle-
gata in tertia limitatione ſ. allegando Bal. in l. qui ſalutem.
ff. de iureiur. Vide ibi. ¶ Sed q Inn. hic non rectè loquatur,
eſt tex. in c. ſi compromiſſarius. §. j. de elect. in 6. ubi ſi com-
promiſſarius elegit nulliter, ſiue ſcienter, ſiue ignoranter, ele-
ctio reuertitur ad eligentes. Ergo contra Inno. Et ſic eſt fun-
ctus officio ſuo. Imo. hic dicit, q Inno. hic loquitur in actu
facto de mandato Papæ, & ideo, ſi actus fit non efficaciter,
non dicitur functus officio ſuo, ex quo hæc eſt gratia Papæ.
Sed c. ſi cõpromiſſarius. loquitur in actu inferiorum a prin-
cipe. Et hoc eſt dictum Anto. hic. Sed hæc ſol. eſt friuola.
¶ Sed tu dicas, q Bar. in l. 2. §. j. ff. de op. leg. format unã q. ſci-
licet, populus Peruſinus habens eligere prætorem, dederat
poteſtatem eligendi prætorem, ſimpliciter ipſi elegerunt &
fecerunt electionem nullam: quæritur, utrũ iſti poſſint ite-
rum eligere, an dicantur functi officio ſuo? Dicit ibi Barto.
aut iſti errauerunt in forma, & tunc non ſunt functi officio
ſuo, & poterunt iterum eligere, c. cum dilecta. de reſcrip.: Si
uerò aliter peccauerunt, & fuit nulla electio, ut quia elege-
runt infantem, tunc ſunt functi officio ſuo. Et iſta habẽt lo-
cum, quando eſt data poteſtas per iſta uerba, Eligatis, ſe-
cus, ſi eſſet data poteſtas prouidendi, quia ſi eligunt nulliter
poterunt iterum eligere, ad hoc, ut ſit ſatisfactum, & alle-
gat Bar. Inno. hic, & Inno. hic dicit, habens eligere, ſi nulli-
ter eligit, non dicitur functus officio ſuo ¶ Ad tex. in c. ſi cõ-
promiſſarius. dic, q ibi fuit data poteſtas eligendi, non autẽ
prouidendi, & gl. in terminis hoc uult in d.c. ſi compromiſ-
ſarius. ſuper uer. conſentire. Et ſic non obſtat d.c. ſi compro-
miſſarius. quia loquitur in eo, cui non eſt data poteſtas exer-
cendi totum negocium, quia tunc eſt bene functus officio
ſuo, per illum actum inchoatũ nihil peccaſſet in forma, ſm
Bart. in d.l. 2. §. j. ff. de opt. leg. Et hinc eſt, q cõpromiſſarius
ad prouidẽdũ non eſſet functus officio ſuo, niſi prouiſione
expedita totaliter, ut eſt glo. in d.c ſi cõpromiſſarius. in uer.
cõſentire. in ſi. ubi Domi. dicit, q ubi datur uni poteſtas eli-
gendi, non datur tota poteſtas, quia eſt opus cõfirmare, ſed
ubi datur poteſtas prouidendi, ſi ille prouidet, non requiri-
tur authoritas alterius. Not. hæc diligentiſſimè, quæ non
3 ſunt alibi ita collecta. ¶ Quid† de ordinatio? Ordinatus nõ
reuocat ſententiam ſuam, l. iudex poſtea. quam. ff. de re iud.
¶ Fallit in 8. caſibus, quos habeatis proſequi, ut per do. Ma-
ria. de Senis in c. qualiter. el j. de accuſ. ¶ Primò, niſi uellet
eam declarare. ¶ Secundò, niſi incontinenti uellet reuocare,
& uide Soc. filium, qui in hoc ca. ſcripſit notabiliter. ¶ Quis
dicatur eſſe competens iudex in cauſa nullitatis? Concluſio
4 ſit, quòd ſi † nullitas deducitur principaliter, tunc poteſt adi-
re ſuperiorem, ut dicit Bar. in l. ſi expreſſim. ff. de appel. q in
optione condemnati eſt, agere aut coram ſuperiore, aut co-
ram condemnatore, de nullitate; & ſicut cauſa appellationis
deuoluit totam, cauſam, adeo q poteſt ſententiam reforma-
re, eodem modo poteſt hoc iudex aditus per uiam nullita-
tis principaliter, quia poteſt reformare etiam hanc ſenten-
tiã. Et allegat Bart. Inn. in c. cũ coniungat, ĵ. eo. & Bar. et in
l. ſi ut ꝓponis. allegat Inn. in d.c. cũ coniungat & dicit Bar.
in d.l. ſi ut proponis. nunquã à me audiſti tale uerbũ, & ſic
Ab. hic dicit, q archiepſ põt adiri ita per uiã nullitatis ſicut
ꝑ uiã appellationis. ¶ Cõcluſio ſit iſta, q iſte, qui habuit ſen-
tentiam nullam contra ſe, poteſt, ſi uult, adire iudicem ſupe-
riorem, uel illum, qui iudicauit. Ex quo
a ſequitur, q ita deuoluit [a] totam cauſam
nullitas, ſicut appellatio. Idem tenet Sali.
in d.l. ſi ut proponis. Idem Imol. in d.l. ſi
expreſſim. de appel. do. Abb. plene in c. di-
lecto. de appel. Car. in cle. j. in to. q. de re
iud. Sal. in l. 4. C. de accuſ. ¶ Primò tamen
5 declara hæc, q † interlocutoria nulla non
poteſt reuocari, niſi per illum, qui tulit.
Hoc uoluit Inno. in d.c. dilecto. Sequitur
Pet. de Anch. in cle. j. de re iudic. ſequitur
Ange. in l. j. C. quando prouoc. non eſt ne.
niſi interlocutoria lata eſſet per corruptio-
nem, ſecundum Ang. & Imol. in d.l. ſi ex-
preſſim. per d.l. 4. C. de accuſ. ¶ Secundò declara, q in tan ſi
iudex poteſt cognoſcere de nullitate, q etiamſi primò tu it
condemnatoriam, poteſt modo ferre abſolutoriam. Caſus
eſt in l. ſi. C. de ſent. quæ ſine cer. quanti. & Bal. in l. poſt ſen-
tentiam. C. de ſent. ¶ Tertio declaratio eſt, q illud, quod di-
citur, iudicem aditum ſuper nullitate, poſſe reformare ſen-
tentiam eſſe uerum, niſi fundamentum primæ ſententiæ eſſet
nullum, quia tunc non poteſt eam reformare, putà quia li-
bellus fuiſſet ineptus. De hoc eſt tex. ſing. in c. cũ dilecta. de
emp. & uend. per quem ita determinauit ibi Pet. de Ancha:
ubi dicit, quòd ibi ſententia Papæ non poterat eſſe confor-
mis libello. Ideo Papa ibi non potuit ferre ſententiam per
ſe; ex quo erat lata ſententia ſuper libello inepto. Quod no.
diligenter. Allegat & illum tex. Bal. in l. 2. in 14. q. C. de re-
ſcin. uen. in repetit. dicens, q iudex nullitatis non poteſt re-
tractare ſententiam, quando libellus fuit ineptus, imo nec
ipſe iudex, qui tulit ſententiã illam nullam De hoc eſt tex.
in d.c. cum dilecti. Secundò uide Pet. de Anc. in c. cum à re-
pulſione. de app. ubi dicit, q exceptio inepti libelli poteſt op-
poni etiam poſt ſententiam[b]. Tertiò Bal.
in auth. ſi quis litigantium. in 3. no. C. de
epiſc. audi. ubi dicit, q iudex reformatu-
rus primam ſententiam, debet inſpicere,
ſi libellus eſt ineptus, & Bald. in l. j. C. ut
quæ deſũt aduo. ubi dicit, q exceptio ine-
pti libelli, quandocunque poteſt opponi,
reddit iudicium retro nullum, & Pett. de
Anch. in clem. conſtitutionem. de elect. &
Bald. in l. edita. C. de eden. in repe. Padu.
Quod no. ¶ Quarta declaratio eſt, q ita demum poteſt ſupe-
rior adiri per uiam nullitatis, ſicut poſſet adiri per uiam que-
relæ, ſecus, ſi in iuriſdictione ſunt gradus diſtincti, ſeu ex-
cluſiui, quia tunc gradatim eundum eſt. Iſta ſunt uerba. Bal.
in l. ſi ut proponis. la j. ad ſi. C. quomodo & quando iu. Alle-
gat no. in c. cum ab eccleſiarum. ĵ. tit. j. de offi. ord. ¶ Et uo.
q parta ſunt dicere de nullitate, & adita per uiam querelæ,
gl. eſt in c. concertationi. in uer. debitam. de ap. in 6. Facit l.
4. C. de accuſ. Et ita tenet Arch. & Io. And. in d.c. concerta-
tioni. Et ibi dicit, q quando nullitas eſt fundata in ſordibus
poteſt adiri ſuperior per uiam nullitatis, per c. j. de offic. leg.
Et quòd epiſcopus, qui tulit ſententiam nullam per ſordes,
non cognoſcit, ſed ſuperior: allegat d.l. 4. Et ſic ſentit ſecus
eſſe, ſi non pronunciauit per ſordes: ſed imo adhuc eſt du-
bium

a *Ita deuoluit*] *Adde tu, q hoc habet locum coram ordinario; ſecus eſt in delegato, niſi ſibi expreſſe cõmiſſum ſit. ut not. Salicet. in l. ſi præſes. C. quomodo et quando iud. in uer. quarto ſententiam.*

b *Poſt ſententiam*] *Adde, quæ ad hoc habentur per authen. in cap. quoniam contra. ĵ. de proba. in col. 14. & ibi uide in apoſ.*

bium iſto caſu. ¶ Primus itaque caſus ſit ubi iudicauit epiſcopus per ſordes, & tunc non poterit adiri, & hoc per tex. in c. j. de ſup. neg. præla. in 6. ubi eſt caſus, q epiſcopo impedito ex delicto ſuo, archiepiſcopus non cognoſcit. ¶ Secundus caſus eſt, quando epiſcopus tulit ſententiam nullā, non per ſordes, ſed aliter, & tunc archiepiſcopus etiam adiri nō poteſt, licet aliter dicat hic dn. Abb. quia ſi non eſt appellatum, aditur per uiam querelæ. Sed archiepiſcopus non poteſt adiri per uiam querelæ. Caſus eſt in c. j. de offi. leg. & in c. uenerabilib. de ſent. excom. in 6. & in c. paſtoralis. in prin. de off. ord. Ergo nec per uiam nullitatis. ¶ Ad dictum Bart. in l. ſi expreſſim. dicas, q procedit in ſuperiore non habente limitatam poteſtatem, ſecus eſt in archiepiſcopo, qui habet limitatā iuriſdictionem. Præterea no. do. Bar. q iudex appellationis poſſit adiri ſeorſum intentando nullitatem, ſed bene poterit appellari & produci nullitas. Et pro hoc eſt tex. in c. j. in prin. de ſo. cōp. in 6. ibi, cum minimè appellatū extiterit. Et uide ibi gl. 2. Et ipſum allegat Abba. in c. ad reprimendam. de off. ord. ubi dicit, q archiepiſcopus non poteſt adiri citra remedium appellationis.

SVMMARIVM.

1 *Obligatus ſtare in aliquo loco, ſicut beneficiatus, & maritus, ſi ibi non reperitur, in dubio præſumitur abeſſe ex malitia.*
2 *Sententia dicitur quaſi diffinitiua in poſſeſſorio.*
3 *Abſens ex iuſta cauſa, ſi reuertitur poſt annum, recuperat poſſeſſionem, dato quod alter effectus ſit uerus poſſeſſor.*
4 *Secundum decretum antequam decerni alicui poſſit, quatuor ſunt neceſſaria. nu. 5.*
6 *Secundum decretum an poſſit reuocari per iudicem.*
7 *An ſecundum decretum ſit interlocutoria, uel diffinitiua.*
8 *Miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto, an poſſideat.*
9 *Et an lucretur fructus.*
10 *Statutum dictans, quod miſſus ex primo decreto lucretur fructus, an ualeat.*
11 *Statutum quod hæredes mariti ſoluant tantum pro centenario, donec reſtituant dotem, an ualeat.*
12 *Ordo iuris an debeat ſeruari in poſſeſſorijs?*

CAPITVLVM X.

Conſvltationcavs. ¶ Reo abſente non per contumaciam, delegatus datus etiam ad diem non reſtituit actorem, licet probare uolit poſſeſſionem & electionem. H. D. ¶ No. ibi abſque iudicio. tex. à contrario ſenſu, quòd iudex poteſt ſpoliare, & eſt de hoc tex. in c. tuæ. de cle. non reſi. in uer. ſpoliatur. & tex. in c. ſi. in uer. ſpoliari. j. de poſtu. & tex. in c. cū quidam. de iureiu. in uer. temonenſes. & glo. in c. præſentium. 7. q. j. quæ dicit, q iſta nō uocatur propriè ſpoliatio. Et hinc eſt, q contra ipſum non datur interdictum, ſed opus eſt appellatione. ¶ No. ſecundò ibi, cauſa ſtudiorum, uel peregrinationis. Nam Spec. in titu. de iudic. §. nunc ſpecialia. uer. quid ſi fideiuſſor. dicit, q eſt iuſta cauſa inſtandi, ut liberetur fideiuſſor, & exprimatur, ſi uult ire ad ſtudium. Ita Spec. ibi. Vide gl. in l. aut religioſis. ff. de procu. quæ dicit, q ſunt tres abſentiæ: una neceſſaria, ut in bannitis: una probabilis, ut ſtudentium, una uoluntaria, ut errantium. ¶ No. q abſens ex cauſa non iuſta, non excuſatur. ¶ Ad hoc not. unum dictum Inno. in c. ſi. de eo, qui mit. in poſſ. cauſa rei ſer. ubi dicit notabile uerbum, quòd
1 † ubicunque quis eſt obligatus ſtare in loco, ſicut beneficiatus, uel maritus, ſi non reperitur, in dubio præſumitur abeſſe ex malitia, & allegat hoc Car. in cle. pe. in v. q. de iud. & Imol. in cle. cauſam. de elect. & do. Abb. in c. prolatum. qui fil. ſint leg. & Ant. in c. unica. de ſyndico. & Mar. de Sen. in repe. c. ex tuæ. de cle. non reſi. ¶ Pro hoc facit dictum Bal. in l. quoties. C. de rei uen. ubi dicit, quòd ſi uocatus ad iudiciū uendidit bona, uel ſi eſt ſpes, q de proximo citabitur, iſta eſt coniectura, quòd in fraudem uendiderit, pro quo eſt tex. hic ibi, antequam literis ipſius notitiā habuerit. ¶ Vltimò no. ibi, tempus præfixum. quod tempus labitur iudici, ſi nō poteſt cognoſcere. Tex. eſt hic. Sed ſcias cautelam, q in nō præſentes reſcriptum. Ita docet Ioan. And. in c. ſuper eo. de appel. ¶ Item ſi iuriſdictio eſt tempore peritura, ante quā pars eſt præſens, pōt iudex ēt non petitus ferre ſnīam ex officio ſuo. Hoc uoluit Bar. in l. Seius & Aurelius. ff. ad l. Fal. quod dictū allegat Imol. in rep. c. cū cōtingat. in 4. mēbro, de iureiu. Sed hic pars aduerſa nō erat præſens. Et Bal. alleg. hoc dictū in l. j. C. ut quæ deſūt aduo. ¶ Capio gl. j. in ſi. uerb. antequā. iſta gl. eſt declaratiua. ¶ Capio gl. in uer. reſtitutionē. Iſtā materiā tangit Spe. in tit. de primo & ſcdo decre. & Bar. in l. ſi finita. §. Iulianus. de dam. infect. & Ab. in c. quoniam frequenter. §. in alijs. ut lit. non conteſt. & ibi omnes in iſtis tribus locis pleniſſimè. ¶ Prima concluſio ſit in hac materia per gl. ibi, boni uiri arbitratu. q primum decretum in actione perſonali interponitur arbitrio iudicis. Ita ponderat Ab. & allegat Inno. in c. dilecto. de uer. ſignif. & glo. tenet idem in l. cum proponas*. C. de bo. au. iu. poſ. ubi dicit, quod tempus dandi ſecundum decretum eſt arbitrariū. Facit. l. ſi finita. §. non autem ſtatim. ff. de dam. infect. Addatur tamen, ſecundum Imo. hic, quòd ſi iubentur bona poſſideri, & præceſſit primò miſſio in poſſeſſionem cauſa cuſtodiæ, quod in primo decreto ſufficit probare debitum ſimpliciter, in ſecūdo uerò decreto requiritur citatio, & ſummaria fides de debito, &c. ut ibi per ipsū.

* *Proponas] Ad de Saly. in d. l. cū pponas. col. 3. circa med. verſ. nunc quæro cum gloſſ. Barto. & Bal. poſt Iac. But. & Bal. in l. ordo. de execu. rei iudic. in verſ. quæro nunquid.*

¶ Item tempus expectandi iſtum, qui latitat, eſt in arbitrio iudicis, glo. eſt in d. l. ſi finita. §. non autem ſtatim. & ponit Bar. in l. cum proponas. ff. de bo. author. iu. poſ. Idem tenet in l. à diuo Pio. §. in uenditione. ff. de re iud. Inno. tenet, q ſolum per annum debet expectare, in c. dilecto. de uer. ſign. Imo. in l. ſi finita. §. Iulianus. dicit, quòd bene faceret iudex arbitrari uſque ad annum. Ioan. And. idem tenet in d. §. in alijs. & Spec. idem tenet in tit. de primo decre. §. iuxta. uer. ſequitur. Et uide Ioa. de Imo. hic, ubi dicit, quòd æquum eſt expectare per annum, niſi alia cauſa aliud ſuaderet, & iſta ē communis* opi. ¶ Finito tempore arbitrario in perſonali iudex mittet in poſſeſſionem ex primo decreto, ſi iſte petit, & tunc debet fieri plena fides de debito. Et ita dicit hic Ioā. de Imo. ¶ In ea. glo. ibi, nec ea uendere poſſunt. Dicunt Ab. & Imol. not. quòd contra abſentem etiam ex cauſa iuſta fit miſſio in poſſ. ex primo decreto, ſi nō defenditur. Et rō eſt, quia ſibi imputetur, cur non dimiſit procuratorem. Secundò, quia iſta miſſio eſt modici præiudicij, & fit etiam contra abſentem cauſa reip. Paul. de Caſtr. limitat iſtam gloſſ. in l. ſi prius. ff. de ope. nou. nun. ubi dicit, hoc uerum eſſe in miſſione in actione perſonali, quòd non requiritur latitatio, quia ille miſſus non poſſidet, ſecus in reali, quia non poteſt mitti in poſ. niſi contra latitantem contumacem, ex quo in actione reali efficitur ille poſſeſſor. ¶ Sed nos habemus iura, quæ ubi agitur de reali, data contumacia, mittitur in poſſeſſionē rei, & non dicunt, quòd requiritur iſta qualitas, quam ponit ibi Paul. de Caſt. per tex. in l. conſentaneum. C. quomodo & quando iu. ubi agitur reali, in miſſione in poſ. ſolum ponderatur cōtumacia, l. 2. in ſi. C. ubi in rem act. & eſt tex. in c. contingit. de do. & contu. Et ſic contra Paul. de Caſtr. ¶ In ea. gloſſ. ibi, interrogandi amici. Not. quod ad hoc, ut quis mittatur in poſſ. in reali debent uocari amici, & eſt gl. in c. cauſam. de do. & contu. ¶ Multi uolunt contrarium, & dicunt, quòd illa iura loquuntur in caſibus particularibus, & ſic non eſt opus uocare amicos, & ita omnes. ¶ In ea. gl.
a ibi, quaſi diffinitiuè. Not. quòd † in poſſeſſorio ſententia dicitur, quaſi diffinitiua, alibi dicit, quòd eſt diffinitiua, in c. cum ad ſedem. de reſt. ſpo. alibi dicit, quòd eſt interlocutoria, c. cum ueniſſent. de iudi. ¶ Vos allegate Dom. in ſum. 2. q. j. ubi dicit, quòd iſta glo. eſt ſing. & dicit, quòd de facili non inueniretur ſimilis, quòd ſententia lata in poſſeſſorio non eſt diffinitiua, nec interlocutoria, ſed quaſi diffinitiua, hoc eſt, habet uim diffinitiuæ, non autem poteſt baptizari diffinitiua, & ita teneo. ¶ Tamen Ioan. de Imol. in d. c. cum ueniſſent. dicit, quòd ſi eſt intentatum petitorium & poſſeſſorium ſimul finito petitorio, & tunc eſt interlocutoria, aut fuit intentatum ſolum petitorium, & tunc eſt diffinitiua mera. Tutior eſt prima opi. & glo. hic. Et ita dicit hic Ioan. de Imol. non facta mentione de opi. ſua in d. c. cū ueniſſent
3 de iudic. ¶ No. aliud, quòd ſi † abſens ex cauſa iuſta reuertitur poſt annum, recuperat poſſeſſionem, dato q ille ſit effectus uerus poſſeſſor. Gloſſ. hic, & allegat Abb. hic Inn. in d. cap. cum dilecto, & ita Mod. hic. ¶ Communis* concluſio[b] eſt,

b *Concluſio] Ad de ſa, quod ſi aliquis*

quis eſt abſens ex iuſta cauſa, & nõ fuit defenſus? Quod intellige, quia nõ relinquit procuratorem, uel relinquit, & non defendit, quia ex quo eſt abſens ex iuſta cauſa, probabilis & neceſſaria, quod debet reſtitui ad totam cauſam. Ita tenet Barto.in l. 3. in ij.oppo.C. quomodo & quando iu.& in l.quia abſente.C. de procu. Et ideo tene opinionem Abb.hic.

a *Latitare] Adde do. Alexan.de Imol. in l. iij. §. prætor. de dam. infec.ubi etiam uide Barto.& adde gloſſ.in l.fatis.C. de in ius uoc.& Bal.in l.fi.§.neceſſitate.1.colũ.C.de bo.quæ lib.*

quod in ſecundo decreto ille reus reuertens non auditur aliquo modo: & de hoc eſt glo.fi.in c.quoniam.ut lit.non conteſ. & eſt deciſio Imol.in l. creditoribus.ff. de re iud. & probatur ratione: quia ſententia ſecundi decreti, habet uim diffinitiuæ. Ergo tranſit in rem iudicatam. ¶ Limita hoc duobus modis: niſi reus doceat factã eſſe miſſionem ex falſa cauſa: quia tunc audietur non obſtante ſecundo decreto, ut ſi probat ſe non fuiſſe debitorem. Gl. eſt in l. Fulcinius.§.s.ff. ex qui.cau. in poſ.ea. & ibi Bart.ſaluo, niſi ſecundum decretũ eſſet interpoſitum pro executione ſententiæ diffinitiuæ, quia tunc non poſſet allegare debitum non ſubeſſe, quia ſententia diffinitiua facit de non debito debitum. Ita Sal.in l.cũ proponas.C.de bo.author.iu.poſ.¶ Secundò limita, niſi paſſus ſecundum decretum fuiſſet abſens ex cauſa iuſta. De hoc eſt gl.hic,& credo, ꝙ non ſit alibi. Et ita tenet etiam Ab.hic, & ita uidetur uelle Bal.in l. s. C. ſi ex nox.cau.ag. ¶ Vlterius no. ꝙ ille dicitur latitare[a], qui uocationi iudicis non obtemperat, dummodò latitet in fraudẽ creditorum. Tex. eſt in l. Fulcinius. §.quid ſit latitare.ff.ex qui. cau.in poſ.ea. Et ita tenet Ab.hic Ad datis Imo.in l.ſi finita.§.Iulianus. ad fin, ff.de dam.infect.ubi quærit, utrum contra contumacem nõ latitantem poſſit perueniri ad ſecundum decretum, & dicit, ꝙ poſſit fieri miſſio,& allegat Inno.in c.dilecto.de uerb.ſig. & ibi dicit, ꝙ omnis non obediens uocationi principis, poteſt dici latitare. Allegat tex.in l.ſi creditores.ff.de priui.credi.ubi hæres inſpectus de alienando, ſi nõ obedirit iudici in ſatiſdando, patitur miſſionem in poſ.t.c. ꝙ, quòd non latitabat, & proceſſum fuit ad ſecundum decretum. Ad idem alle.l.eum,qui.ff eo.¶ Et ex hoc ſequitur quòd ſi reus eſſet in iudicio, & diceret ſe non uelle defendere, tunc poteſt fieri miſſio in poſ.quia præſens,qui non uult reſpondere, habetur pro contumace: & uide Bald. in l.2.ſi ex nox. cau.aga.C.¶ Regula ſit iſta, ꝙ ad hoc, ut perueniatur

4 ad † ſecundum decretum, requiruntur quatuor ¶ Primum, quòd præceſſerit primum decretum ¶ Secundò, ꝙ quis latitet animo fraudandi actorem. ¶ Tertiò, quòd plenè conſtet de debito, licet certo reſpectu dicatur iudicium ſummarium quia fit parte abſente.¶ Quartò, ꝙ tempus anni uel arbitrarium, ſit elapſum & ſufficit, ꝙ latitauerit tempore ſecũdi decreti, licet non primi, per tex.in l.non ignotæ. C.de teſta.mi

5 ¶ Illud† quidem dictum de latitatione limita, niſi expediret abſenti potius peruenire ad ſecundum decretum, q̃ defendi: quia tunc fiet miſſio, & ſi non latitat, etiamſi eſſet abſens ex cauſa iuſta: putà, propter debitum, quod tempore creſcit, ut in uſura. Hoc eſt dictum Inn.in d.c.dilecto.ut refert ipſum Ioan.And.hic, & alij. Vnde Bal.in authẽ.ei,qui. in ult.col.C.de bo.autho.iu.poſ.dicit, ꝙ ubi ſecundum decretum concernit commodum tam actoris, quam rei, interponi poteſt contra non latitantem: & allegat Inno.in d.c.dilecto. Item Lud.ſing.588. incip.In hoc conſului pridie. ubi dicit, ꝙ ubi periculum eſt in mora, datur ſecundum decretum: & ibi dicit, quòd nullus dicit hoc, niſi Io. And.in c.conſultationibus. hic: ſed fuit Inno. qui hoc dixit, ſed eum refert Ioan.And.hic,& Bal.allegat hoc dictum Inno.in c.j. de mil.uaſ.qui contu.eſt Imol.in l.contra pupillum.ff.de re iudi.ubi idem dicit, ꝙ indiſtinctè poteſt dari ſecundum decretum contra non latitantem, quoties eſt magis utile reo, ꝙ mittatur in poſſeſ.ſecundi decreti. Lud.Rom.conſi.554.incip.In re præſenti.in quo allegat hoc dictum Inno.in d.c.di

6 lecto. Dicit hic Abb. quod †ſm decretũ poteſt reuocari per iudicem deceptum, & Inno.in d.c.dilecto. Bart.idem tenet in l.non uidetur.ff.de iud.& idem tenet Lud. Ro.in ſingu.

7 617.& Lud.Ro.in conſi.præal. Et ꝙ † ſecundum[b] decretum ſit interlocutoria, eſt glo.in l.præſenti.C.de his, qui ad ec.confu.Secundò probatur; diffinitiua non poteſt ferri contra minorem indefenſum, l. contra pupillum.ff.de re iud. Sed contra[c] pupillum datur ſecundum decretum. Ergo non eſt diffinitiua. Præterea diffinitiua non fertur, niſi præcedat litis conteſtatio. Sed ſecundum decretum datur lit.nõ conteſt. Ergo non eſt diffinitiua. Ita Lud. Ro.in d.conſi. Et ſubdit, ꝙ miſſus in poſ. ex ſecundo decreto iniuſtè, non facit fructus ſuos, nec authoritas iudicialis excuſat eum, & mouetur per tex.in l.filio.§.contra tabulas.ff.de inof. teſt. ubi irritata ſententia, cuius iure quis tenet rem, oportet reſtituere rẽ ſimul cum fructib. Et Inno.expreſſè tenet hoc in c.conſultationibus.de iu. pa. ubi expreſſè dicit miſſus in ordinatè in poſſeſſionem ſecundi decreti, non facit fructus ſuos: & Bal. allegat hoc in l.s.C.de ſer.& aqua.& Pe.de Anch.conſil.157. incip. Satis inaduertenter. Et iſta intelliguntur, dummodò reus compareat intra s. dies: quia ſi compareret, poteſt recurrere ad remedia, per Inn.in loco præal. quia interlocutoria poſt a. dies tranſit in rem iudicatam, c.cum ceſſante. de ap.

Abb. ibi multum not. Et cum iſtis eſt glo. in ca. pro illorum. in uer. contradictores. de præben. & ibi Abb. ubi dicit, quòd iſta clauſula, Eccleſiaſtica cenſura contradictores compeſcas, intelligitur contradictores, qui iniuſtè contradicunt, ſed ſecus, ſi iuſtè *. Arch. in §. quid ergo. 17. q. 2. Confirma per dictum Bald. in l. j. C. de his, quæ pœn. no. ubi dicit, quod ſi teſtator dixit, quod uxor ſua non poſſit moleſtare, intelligitur de iniuſta moleſtatione, ſecus, ſi iuſta eſt. Hoc uerbum Moleſtent, intelligitur de moleſtia facti, non de moleſtia iuſta, glo. in c. 1. aliàs 2. de ſta. mo. Vltimò allego glo. in uer. præiudicium. in c. olim. de conſue. Et iſta amplıat prædicta, quæ probat, quod ubi ſit mentio de præiudicio, intelligitur de modico, & ibi Domi. ad hoc notat eam. ¶ Limita omnia prædicta, ut eleganter per Cald. in diſput. ſua, quæ incip. Dominus Papa conceſſit eccleſiæ Rauennatenſi. ubi dicit, quod prouiſio Papæ legitima iuri illorum (quod ſi falſum eſſet, conceſſio eſſet uana de iure) derogat. Iſta enim ſunt uerba ſua, ut ſi Papa mandat, quod duæ eccleſiæ debeant uniri, dicit ille, Papa non præſumitur derogare iuri meo, mō quid operaretur hoc reſcriptum & hoc modo omnino derogat, ſecus, ubi reſcriptum poſſet aliquid operari. ¶ Capio nunc gloſſ. in uer. ordinet. Varia hic per Scribentes dicuntur, quod poteris uidere circa intellectum huius decret. Sed iſtud uerbum operatur hic iſtum effectum, quod poterit delegatus ordinare de perſona idonea, nihil habens ordinare contradicat, nec mirum, ſi taciturnitas nocet in præiudicialibus, quia iſtud tolleratur ratione diuini cultus, per tex. in §. ſi ſeruus. 54. diſt. ubi ualet ordinatio ſerui domino ſciente non contradicente, & ita in caſu noſtro, quia ordinare eccleſiam, eſt fauor diuini cultus, & cle. auditor. de reſcrip. habet locum in omni auditore, etiam extra curiam dato, quoties beneficium eſt deuolutum ad Papam, in alijs omnibus procedit text. noſter. Ita dicit Card. in d. cle. & ſolutionem habes in c. 2. & in glo. pen. in d. cle. quas uide. ¶ Glo. in uer. intentionis. De hoc habes in notabilibus.

reſcrip. in corollario 36. in 12. not. & quod ibi in apoſtil. dixi.

** Si iuſtè] Adde not. in c. pro illorum. de præben. & Car. in clemē. 2. §. contradictores. de relig. dom. ex quo not. quod delegatus habet iuriſdictionem etiam in non comprehenſos in reſcripto. cōtra tex. in c. P. & G. infra eo. ut per Ab. in d. c. pro illorū. ſuper d. gl. & per Auth. in c. cauſā quæ. 2. de reſcrip. uer. non obſtan. & debent hoc caſu executores tales contradictores citare. ut per Bar. in l. fi. col. 1. C. de edic. di. Ad. tol. & Bal. in l. fi. col. 1. C. qui adm.*

SVMMARIVM.

1 *Cauſæ ſi duobus ſimpliciter committitur, ſententia unius non ualet.*
2 *Confeſſio mulieris an noceat ſibi extra cauſam matrimonij, ceſſante metu corporis.*
3 *Metus reuerentialis an irritet contractum.*
4 *In caſibus, in quibus quis uidetur tacēdo conſentire, illi caſus nō habent locum, ubi perſona, quæ reuerentiā præſtare debet, taceret.*
5 *Imperium parentum ſolum cauſat ſufficientem metum, ut irritetur actus, qui dependet ex libera uoluntate.*
6 *Præſentia coniunctorum quando interuenit, uel amicorum perſonæ, quæ debet reuerentiā, nō reſcinditur actus propter metū reuerentialem, etiamſi præceſſiſſent uerba, uel perſona eſſet terribilis.*
7 *Actus etiam à libera uoluntate dependens, non uitiatur, quando ille, qui timetur, potuiſſet ſine cauſa facientem actum priuare.*
8 *Delegatus unus ex pluribus ſi tulit ſententiam in præſentia collegarum, ſententia autem ſua non placeret illis, ſi illa diſcedit, & poſtea alij ferunt ſententiam, ualet, etiam illo non uocato.*
9 *Delegatus unus ex pluribus ſi tacet ſibi de cauſa non liquere, alij poſſunt in cauſa procedere.*

CAPITVLVM XVI.

1 CAVSAM Matrimonij. ¶ Si † cauſa duobus ſimpliciter committitur, ſententia unius non tenet. ¶ Iſte tex. habet locū in interlocutoria, cō tra gl. in l. ſi unū. ff. de re iud. Bal. in l. cū magiſtratus. C. quando prouoc. non eſt ne. Paul. de Caſ. Imo. & Ro. in l. ſi uni. Idē Bal. in l. j. ff. de off. cōſ. Bal. in l. fi. C. de author. pſtā. ubi dicit, quod ſi fine iudices in ſimul dati, ſpāliter nō pōt unus interloqui ſine altero, quia eēt contra formā mādati, niſi tenor reſcripti aliud importat.

Allegat c.prudentiã.j.eo. Itẽ, niſi eſſent delegati ad uniuerſitatem cauſarum, ut j.dicetur. ¶ In ordinarijs ſaluatur gloſſ. in d.l.ſi uni. quia dicit, q; poteſt interloqui ſine alio, ſecus in delegatis, quia unus ſine alio interloqui non poteſt. Et q; 3 ſaluetur in ordinarijs, omnes ibi tenent, & Bald.in d.l.cum magiſtratus. ubi dicit, excepta litis cõteſtatione & receptione teſtium, cætera omnia citra ſententiam per unum ordinarium altero abſente expediri poſſunt, & hoc modo intelligitur dictum glo.in d.l.ſi uni. ¶ Limita primò, ut habeat locum in interlocutoria mera, ſecus in interlocutoria habẽte uim diffinitiuæ, quia tunc omnes ferre debent. Bald.in d.l.cum magiſtratus. pro quo eſt glo.in c.fi. in uer. inanes. de elect.in 6. quæ dicit, q; interlocutoria habens uim diffinitiuæ, regulatur, ſicut diffinitiua. Cum qua concordat Abb.in c.peruenit. de app.& Bal.in l.minoribus. C.de his, quibus ut indi.& domi.Car.in cle.appellanti. de app. ¶ Secundò fallit in citatione ad audiendum ſententiam, quia requiritur, q; omnes citent, & non ſufficit unus ordinarius, ſecundum Imo.in d.l.ſi uni. quia ſicut non iudicat ſolus, ita nec citat

2 ſolus. ¶ Glo.in uerb.inuita, &c. Vtrum † confeſſio mulieris noceat ſibi extra cauſam matrimonij, & ceſſet metus corporis? Abb.dicit hic, referendo Inn.hic dicentem duas opin.& dicit ipſe, nunquam præſumitur metus

a *Niſi probetur*] a in actu mulieris in fauorem mariti, niſi probetur [a]. Et non ſufficit, q; dicatur, feci per reuerentiam mariti. Ita Inn. hic. Dicunt hic Moder. q; Card. hic dicit, quòd ſi uir & uxor obligant ſe in eodem inſtrumento, non præſumitur mulier ſponte ſe obligaſſe, & Spe.in tit.de obl. & ſol. §.i. Tamen Card. tenet contrarium per dictũ Inn.hic. Mod. hic dicunt eſſe caſum in c. ex reſcripto. de iureiuran. ubi ualet contractus à uiro ſimul cum uxore, & allegant Mod.tex.in c.cum contingat. de iureiur.in uer.niſi ui, aut dolo. Et hoc facit pro Ino.hic, & ſic ibi illum, qui allegat uim, uel dolum, oportet probare, & allegant Abb.ibi, qui dicit in uxore, clerico, famulo, ſola reuerentia ſuperioris non irritat contractum, & allegant Barto. in l.j.C.de prædi.curia.lib.a.& ibi Bar.& Sal. idem tenent. Sal.ibi limitat, niſi illa perſona, quæ habet alium in reuerentia, contraheret propriè cum illo, quem habet in reuerentia quia tunc ſufficit ſola reuerentia, ſecus in alijs extraneis, quia tunc non ſufficit reuerentia ſola. Moder.hic reprobant dictum Sal.& allegant contra Sal.tex.in c.quamuis.de pac. in 6.ubi ualet renunciatio filiæ in manibus patris, quando traditur nuptui. Ergo Sal.malè loquitur, quia ibi fit renunciatio in manibus patris, quem filia habet in reuerentia. Allegant Ioan.de Imo.in l.ſi cum dotem.§. eo autem tempore.ff.ſol.ma.ubi opponitur contra dictum glo.in l.j.§. quæ onerandæ.ff.quarum re.act.non da. & primò dubitat. in l.ſi patre cogente. ff.de ritu nup.ubi tex.probat, q; ualet matrimonium contractum per coactionem patris, & intellige de coactione leui, quæ cauſatur ex reuerentia. Secundò dicit ibi, q; contra illam glo.eſt tex.in c.inſinuante. qui cleri.uel nouen.ubi ſolum imperium regit, & non cauſat metum, niſi ſunt ſecuta uerbera: deinde concordat, breuiter dicens, Aliquando timetur ſolum indignatio ſuperioris, & nõ aliud, & tunc iſte ſolus timor non irritat contractum. Ita tranſeat tex.in l.ſi patre. præalleg.& d.c.inſinuante. Aliquando timẽtur uerbera, & tunc iſte eſt iuſtus metus ratione maximæ reuerentiæ. Ita Imo.in d.§.eo autem tempore. Lud. Rom. ibi non dignatur eum referre: & non curat de iſta diſtinctione? & dicit, tu uerò diſtingue, q; aut filius, uel uxor contrahit cum marito, uel patre: aut contrahit cum extraneo. Si contrahit cum patre, uel marito: & hic eſt iuſtus metus: aut ſi cum extraneo ad inſtantiam patris, uel mariti, & tũc ſecus. Mod.ſtatim reprehendunt Lud.Rom.per d.c. quamuis. de pact.in 6. ulterius dicunt Mod. q; Pet. de Anch.in rep.cap.ſi propter.de reſcrip.in 6.in a.oppo.dicit, q; in ciuitate Venetiarum occurrit iſte caſus. Moleſtabatur quædam mulier à marito, ut conderet teſtamentum, & eum hæredem inſtitueret: mulier uerò clàm facit teſtamentum: & dixit, q; uolebat, q; illud eſſe ultimum teſtamentum: poſt fecit ſecundũ teſtamentum ad inſtantiam mariti, non reuocando primum teſtamentum coram domino Venetorum producebantur iſta duo teſtamenta: dubitabatur, quid iuris? & dixit, q; fuit lata ſententia pro ſecundo teſtamento, & ſic pro marito: & ſic dicit, q; ĩ alia ciuitate aliter fuiſſet determinatũ: & ſic uolunt dicere, q; Pet.de Anch.ſentiat, q; ſolus metus non ſufficiat. ¶ Mod. hic dicunt, q; † ſolus metus reuerentialis irritet contractum, per gl.in l.j.§. quæ onerandæ. ff. quarũ re. act.non da. Mod.hic faciunt duo motiua. Primò uxor eſt famula uiri, c.hæc imago.33.q.5. & in c. uxore. eadem cauſ. & q. Si eſt famula uiri, debet eum habere in magna reuerentia. Faciens ergo actum reſpectu illius, quem habet in magna reuerentia, non præiudicat ſibi. Eſt text.in l.pen. ff.de ſur.in uerb.magna reuerentia. Sed ſi mulier habet maritum in magna reuerentia, & facit actum cum eo, non præiudicat ſibi. Et tex.in illa l.dicit, q; non dicitur conſentire furto, qui non audet contradicere propter magnam reuerentiam. Et ſic in propoſito. Secundò mouentur per tex. in l. tranſactionem.C.de tranſact. ubi tex.dicit, q; non præſumitur metus, ubi eſt præſentia propinquorum. Ergo ubi non eſt præſentia propinquorum, præſumitur metus: & ſic ſolum reuerentia irritabit contractum. Mod. dicunt non obſtare c.quãuis.de pact.in 6.quia ibi non grauabatur mulier, & non erat præiudicium ſuum: nos loquimur in ſubdito, qui facit actum oneroſum. Sed iſta reſponſio non ualet: quia etiamſi habet dotem, renunciat illi, quod habet extra dotem: & ſic præiudicio ſuo. Ad d.c.cum contingat.de iureiur.dicunt, q; ille tex. loquitur in marito: quia non erat talis, qui conſueuerat cogere, nec uerberare mulierem. Secus eſſet in alio marito. Et ad c.inſinuante.qui cle.uel nouen.dicunt, q; eſt metus in profeſſione: & eſt ſpeciale per gl.24.q.3.a.parentes. Et ſic reſident tenendo opi.illius gl.in §.quæ onerandæ. Et pro iſta opi.Mod.allegã gl.in c.unuſquiſque. in uer. ſaltantium.in fi.22.q.4.ubi gl.dicit, q; promiſſio facta propter reuerentiã, non ualet: & ſic metus reuerentialis irritat contractum. Secundò Bal.in l.j.ult.col.C.de bo.ma.ubi dicit, ſilentium interueniens propter patris reuerentiam, reputatur contradictio. Allegat glo.in d.§.quæ onerandæ. Tertiò Bal. in l.ſi ſpe.in prin.C.de adul.ubi dicit, q; nimia reuerentia tantum importat, quantum iuſtus metus. Vnde ſilentium uxoris coram marito, non nocet ſibi. Allegat gl.& dictum Bal.in d.c.t.§.item ſacramenta.de pace iu.fir.in uſi. feud. ubi dicit, q; metus tacitus parentis, uel domini, cuius quis non auderet contradicere, irritat contractum. Quæ adde ad Modernos. Tamen iſtis non obſtantibus dico, q; ſola reuerentia ſuperioris non ſufficit ad inualidandum contractum. Fuit dictũ Inno.hic: & primò Barto.in d.§.quæ onerandæ. deſtruit illam glo.& dicit, intellige de reuerentia, quæ cauſatur à minis, uel uerberibus: & idem tenet in l.interpoſitas. C.de trãſact.& Bal.in l.ſi.ff.de condi.ob tur.cau.ubi Bal.tenet idẽ, & dicit, mulier permittat ſe percuti à marito, quando non uult alienare fundum, & ſic, ſi alienat, præſumetur ſemper timuiſſe illum. Et allegat Inn.hic. Et ſic ſentit, q; ſola reuerẽtia non ſufficit. Item Abb.in c. inſinuante. qui cler. uel uo. Et ibi eſt gl.in uer.metu regio.ubi gl.dicit, q; iuſſus principis non inducit iuſtum metum. Et dicit ibi gl.nec etiam imperium patris. Et ibi Io.An.& do.Ab.dicentes, niſi princeps ſit talis, qui ſolet barbaricè tractare ſuos ſubditos, qui inducit iuſtum metum. Item Anto.in c.Quintaualis.in 18.col. de iureiu. ubi dicit, q; metus reuerentialis non irritat compromiſſum. Allegat Inn.hic, & do. Abb.in c. Abbas. in ulti. not.quod met.cauſa.ubi dicit, q; iuſſus regis non inducit iuſtum metum, niſi rex ſoleat ſæuire omnino in non obedientes. Ab.in c.ueniens.el 1.in ult.notabili, de ſponſ. & allego do.Ant.in c.accedens.in 1.notabili, de cõuerſ.coniug.& idẽ tenet Abb.in locis.j. allegandis. Modo probatur iſta opin. per tex.in l.ſi patre.ff.de ritu nupt.iuncto tex. in c.cum locum.de ſponſ. Quæ iura dicunt, q; matrimonium contractũ patre cogente, ualet & tenet, & hoc, quando fuit coactio leuis, & ſolum per uiam indignationis. Probatur etiam per tex.in l.ſi fideiuſſor.§.pater.ff. de pignor. in uerb. pater filio facilè perſuaſit.& ibi dicit idem. Ad idem cap. quamuis.de pact.in 6.& c.cum contingat.de iureiur.ubi oportet probare metũ. Ergo ſola reuerentia non ſufficit. Et eſt iſta cõmu-

* nis [*] opinio. Primò declara hoc, quòd ſola reuerentia irritat contractum, quando actus geritur cum illo propriè, cui debetur reuerentia, ſecundum Ludo. Roma. in dict. §. eo autem tempore.& Salic.in d.l.j.C.de prædi.curi. Et ita ſaluãt. l.ſi patre cogente. ¶ Tamen iſta declaratio non procedit

Vide per do. Alexand.de Imo.in l.ſi cum dotem.§.eo autem.ſol.matri. & adde Barto.in l.ad inuidiam. C. quod met.cau.

per

per capit. quamuis. de pact. in 6. Ita hic Moder. Et ad text. in §. quæ onerandæ. reſpondebitur in 2. declaratione. ¶ Secũda declaratio.
4 In † omnibus caſibus, in quibus per ſcientiã & patientiam uidetur quis conſentire: de quibus in regula, is qui tacet. de reg. iur. in 6. in c. nonne. de præſumpt. nunquam illi caſus habent locum, ubi perſona, quæ reuerentiã præſtare debet, taceret: quia non uidetur conſentire. Eſt deciſio Bart. in l. quæ dotis. in pen. col. ff. ſol. mat. per tex. in d. §. quæ onerandæ. & per l. pen. ff. de fur. Idem tenet Bal. in d. l. ſi fine. & do. Ant. in d. c. non ne. de præſumpt. ad fi. Et ſic tacens propter reuerentiam, irritat contractum. Et ſic his cadit primum arg. Moder. Abb. in d. c. nonne. impugnat iſtam declarationem per text. opti. in c. unico, in §. porro. de deſponſ. impu. lib. 6. ubi filius tacens, dum pater contrahit matrimonium pro eo, obligat ſe, & matrimonium tenet: ecce, quòd ſi tacet, præiudicat ſibi contra dictam limitationem: & reſpondet Abb. ad §. quæ onerandæ. q loquitur cum limitatione, ubi tex. dicit, cauſa cognita prætori liquido conſtiterit, quòd libentiùs conſenſerit. Ergo tex. uult, q prætor cognoſcat, q fuit factum per reuerentiam: & ſic prætor debet inſpicere circunſtantias: putà, quia patronus erat homo terribilis. Sed nunquid tex. in d. §. porro. reciperet iſtam limitationem, ſi pater eſſet perſona terribilis: & debet irritari? Dicit Abb. q ſic, & tenet, q non ualet matrimonium cõtractum à filia in præſentia patris, ſi poteſt probari, q pater erat perſona terribilis, & ſolebat filiam malè tractare, & ſic tenet, & dat iſtam limitationem. ad d. §. porro. Quod ſola reuerentia non irritet actum etiam tacentis, eſt text. in l. adoptionibus. ff. de adop. & in l. fi. & ibi Bart. C. eo. ubi text. dicit, ualet adoptio facta de filio non contradicente per patrẽ, & ſic Ab. deſtruit limitationem Bart. niſi ille eſſet homo terribilis, quia tunc procedet, ſi tacet, q fecerit per reuerentiã: alias non ſufficeret. Sed tex. in d. l. pen. de fur. uult ſimpliciter, q ille, qui tacet propter reuerentiam alicuius, non præiudicat ſibi: & ſic pro opi. Bart. qui allegat d. l. pen. Et Abb. non reſpondet ad iſtam l. ſed reſpondet ad §. quæ onerandæ. Et tex. in d. §. porro. non probat, q ibi fiat actus præiudicialis: quia imo matrimonium eſt fauorabile: & ſic ſola taciturnitas propter reuerentiam non nocet ſibi. Glo. eſt de hoc in d. c. unuſquiſque. in uer. ſalrantium. in prin. Secundò gl. in c. plerique. in uer. tacent. 2. q. 7. ubi gl. dicit, non nocet ſilentium ei, qui erubeſcit loqui, allegas d. l. pen. de fur. & allego dictum Arch. in c. de eo. 1. diſt. Eam ſequitur Dom. ibi in fi. ubi dicit, Epiſcopus contulit unam præbendam in præiudicium canonicorum ipſis præſentibus & tacentibus, mortuo epiſcopo uolunt irritare illam collationem, dicentes, q non conſenſerunt, dicit ibi Arch. q canonici mortuo epiſcopo poſſunt agere contra inſtrumentum, quia de facili uiuente epiſcopo contradicere non poterant propter reuerentiã. Tamen in practica applaudet opi. do. Abb. q ad omnis intra loquentia de rubore, ſemper erit attendenda perſona. Sed ego credo, q de rigore iuris contrarium ſit uerum, & ſic, q tacens propter reuerentiam, non præiudicat ſibi, ut in exemplo. & in dicto Arch. & optimè facit tex. in l. j. §. ſi quis imbecillitate. ff. quod ui, aut clàm. in uer. ne te offenderet, uel eum, quem magnifaciebat. & Iac. de Aret. in d. l. penul. ff. de
5 furt. ¶ Tertia declaratio eſt iſta. Solum † imperium parentis cauſat ſufficientem metum ad irritandum actum à libera uoluntate dependentem, & ſic, ubi requiritur ſola uoluntas ſola reuerentia irritat. Ita Ant. in c. cum uirũ. de reg. & tráſ. ad reli. Et dicit ipſe, q doctrinu Inno. hic, & Bart. in d. §. quæ onerandæ. dicentiũ, q requiritur metus uerborum, uel uerberum, non habet locum in actu liberæ uoluntatis. Et dicit caſus eſt tex. ibi, q puellæ coactæ profitem, non ualet profeſſio. Abb. ibi deſtruit iſtud dictum, & primò allegat d. §. porro. quia ibi matrimonium requirit omnimodam libertatẽ, & tamen obligatur filius, ſi tacet, cum pater dicit, & contrahit matrimonium pro filio tacente, ualet. Ergo multò fortius obligabit imperium patris, & ſic ualebit illa profeſſio facta per filium. Ad text. in d. c. cum uirum. præceſſerunt ibi uel uerba, uel uerbera: quia tex. ibi dicit, coactè profeſſæ. Et hoc teneo, pro quo allego gl. in c. præſens. 20. q. 3. ubi dicit, q leuis coactio patris non impedit profeſſionem. Ergo multo minus imperium, quia plus, &c. & allegat tex. in l. patre cogente. alleg. 3. Et ſic iſta declaratio non procedit. Abb. allegat dicto capitulo inſinuante. ¶ Quarta declaratio eſt ubi
6 † interuenit præſentiu coniunctorum, uel amicorum perſonæ debentis reuerentiam, non reſcinditur[a] actus propter merum reuerentialem, etiamſi præceſſerint uerba, uel perſona eſſet terribilis. Hoc uult Bar. in l. tranſactionem. C. de tranſact. & Auto. hic, pro quibus ẽ Bar. in l. fi. uer. quæro, quæ coactio. ff. ſi quis ali. teſt. probi. & dat remedium, q ad hoc, quòd non poſſit dicit teſtamentum factum per metum nocet conſanguineos. Idem tenet Bal. in l. fi. C. ſi quis ali. teſt. probi. Imol. uerò negat hoc, ex quo præceſſerunt minæ, & intelligit d. l. tranſactionem. ubi non præceſſerant. Tamen teneo, quod dictũ eſt, quia, ſecundum id, quod vult Imo. iſta declaratio nihil importaret, : iſta præſentia propinquorum non tollit, quin metus poſſit allegari, ſed aggrauat allegantem metum duriore onere probandi. Ita declarat Bal. in d. l. tranſactionem. Et ita ſaluatur iſta declaratio, quæ not. ¶ Quinta declaratio.
7 Actus † etiam à libera uoluntate dependens, non uitiatur unquam, quando ille, qui timetur, potuiſſet etiam ſine cauſa facientem actum priuare. Ita Ant. in c. cum inter R. de elect. cum gl. Inno. ibi, & ibi habes exemplum. Et hæc ſufficiant. ¶ Capio aliam gloſ. in uer. ſolummodo. Doct. faciunt multa ad iſtam gloſſ. De præſentia Mod. quærunt, utrùm omiſſio præſentiæ alienius uitiet actum, quando illa præſẽtia erat ad utilitatem ſuam? & Primò dicunt, q iura allegata per Abb. loquuntur de conſenſu, non autem de præſentia & ideo non faciunt, & ipſi allegant dictum Bal. in l. i. C. qui admit. ad bon. poſ. dicentis, q ſi ſtatutum requirit præſentiã propinquorum, q actus factus in abſentia non ualet, imo poſtea non poteſt ratificari, & ſic non ſufficit ratificatio, ubi requiritur præſentia. Secũdò allegant Bal. in l. fi. §. neceſſitatem. C. de bo. quæ lib. ubi dixit, q ubi requiritur præſentia corporalis, non poteſt mittere procuratorem[b], uel alium. Et allegant gl. ſing. in l. ſi tutor. ff. de bo. poſ. ubi dicit. q ubi requiritur præſentia, debet intelligi cum intelligentia, & ſic non ſufficit, q intereſſent, niſi intelligerent, & allegant pro hoc Car. in c. fi. de maio. & obe. ubi dicit, q ſi conſanguineus eſt præſens in contractu mulieris, & contractus eſt ſimulatus, & iudex interponit decretum, non dicetur factum in eorum præſentia, quia ſi erat ſimulatus, non intellexerunt, quia intelligitur de præſentia & intelligentia. Et allegant dictum Aug. in §. œconomus in auth. de aliena. & emphyteut. ubi dixit, q ſi ſtatutum prohibet mulierem teſtari ſine uiri præſentia, non poteſt inſtituere uirũ præſentem, uel alium recipientem pro uiro in præſentia uiri ratio, quia non ſufficit menti ſtatuti, quæ eſt, ut ille aſſiſtat, ne decipiatur. ¶ Quod actus extraiudicialis nõ ualet, non præſente illo, qui erat uocandus, Abb. hic dicit. Pro ipſo allego tex. opt. in c. decernimus. 16. q. 7. ubi collatio beneficij facta abſente patrono, eſt irrita ipſo iure. ¶ Ad illud, quod ratificatio non ſufficit, ubi requiritur præſentia, Pan. de Cal. in l. cum non ſolum. C. de bon. quæ lib. in §. neceſſitatem. ubi idem tenet. Sed pro hoc uide Phi. de Peruſ. in c. cum teneamur. de ap. & eſt gl. in cle. dudum. in uer. præſentari. de ſepul. ubi gl. dicit, q hoc uerbum præſentari, intelligitur de pſentia corporali. Dom. in c. cum conſuetudinis. de conſue. Abb. ibi plene per illam glo. Et dicit, q ſi patronus uult præſentare unũ, non poteſt præſentare cum literis, bene poteſt dare literas clerico, & dicere, Præſento tibi iſtum, ſed nõ põt præſentare per procuratorem, & ratio, quia examinanda eſt perſona clerici, non patroni. Item quando Mod. dicebant, q maritus non poteſt authorizare in facto proprio, Ang. Imo. & Lud. Ro. hoc examinant in l. j. §. fuit quæſitum. ff. ad Sena. conſu. Treb. Ad illud, q cum præſentia requiritur intelligentia, eſt gloſſ. in cap. in primit. 2. quæſtio. j. & ibi Dom. Sed utrum allegata & probata præſentia, intelligatur probata intelligentia, ponunt Card. & Imol. in capitu. præterea. de teſtib. cog. Ludu. & Imo. in l. 3. in prin. de uerb. ſignifi. ¶ Gloſſ. in uerb. unius. Quærit hic Abba. utrum iſte text. habeat locum in delegatis ad uniuerſitatem cauſarum, utrũ, ſi duo

dati

a *Non reſcinditur*] *Adde Ang. in l. quæro. §. ſeruum. ff. de adi. edict. & do. Alexand. in l. ſi cum dotem. §. eo. autẽ. ſol. ma.*

b *Procuratorẽ*] *An, & quando actus, qui ad eius ſolennitatẽ requirit præſentiã alicuius, poſſit fieri per procuratorẽ, uide not. & plenè per do. Soc. conſi. 48. inci. In præſenti conſultatione. uer. ex primo aſpectu. circa prin. in 1. parte.*

a dari[a] ſunt, unus ſine alio interloqui poſſit. Dicunt hic Mod. quod Ab. malè loquitur, quòd iſte tex. non habet locum in de legato ad univerſitatem cauſarum. Primò allegant gl. in cle. 2. de reſcrip. in uer. ſolitaneo. & dicunt, ꝙ illa glo. uult, quòd iſti dicuntur delegati, & dicit, ꝙ illa gl. reprehenditur, & dicunt, quod imo uocantur ordinarij, & allegant Pet. de Anch. ibi tex. reprehendentem illam gl. Ergo ſi dicuntur ordinarij, poteſt unus incipere ſine alio. Ergo & iſti delegati, qui dicuntur ordinarij poterunt unus ſine altero procedere. Secundo allegant Ang. in l. iudex. ff. de re iud. ubi dicit, ꝙ delegatus ad univerſitatem cauſarum poteſt iterum cognoſcere, ſicut ordinarius in ſententia lata, & Pet. de Anch. in c. licet. j. eo. æquiparat iſtos ordinarijs: & allegant Angel in l. qui procuratorem. ff. de procu. ubi dicit, ꝙ delegatus ad univerſitatem cauſarum, cui eſt commiſſa cognitio, poteſt etiam decidere: & allegant Bart. in l. more. ff. de iur. om. iud. ubi dicit, quòd cui committitur deciſio cauſarum, præſumitur ordinarius & Abb. in c. ſi quis contra clericum. de foro compe. ubi dicit, ꝙ foraneus uicarius epiſcopi, dicitur quaſi ordinarius, quia eſt ad univerſitatem cauſarum, & Ang. in l. a. C. de ſent. & interlo. om. iud. ubi dicit, quòd l. Barbarius. ff. de off. præt. habet locum in delegato ad univerſitatem cauſarum, & reſpondent ad ca. ut officium. de hære. in 6. ꝙ eſt ſpeciale in inquiſitore, ꝙ habeat ordinariam, ſed quod ſolus poſſit procedere, eſt ius commune. Ita reſident hic Mod. ¶ Pro opi. Abb. uide eundem in c. ſi. in pen. col. de re iud. & in ca. prudentiam. j. eo. tit. ubi ponit eadem, quæ hic; & addit, ꝙ delegati repreſentant perſonũ delegantis. Unde iuriſdictio non eſt fundata in ipſis, ſed in perſona delegantis, merito qualitercunque ſint delegati, cenſendi ſunt habere exercitium pro parte, non in ſolidum, cum ſint loco unius. Unde ſi ſerui ſententias contrarias, non diſtinguitur, prout ibi, in c. ſi. ſed recurretur ad delegantem. Et Ioan. de Imol. in l. ſi uni. ff. de re iudi. dicit, quòd licet aliquando delegatus ad univerſitatem cauſarum æquiparetur ordinario, ut in ſubdelegando l. j. ff. qui, & à quib. appell. non licet. nõ ſequitur, quòd per omnia debemus dicere, ꝙ quicquid dicitur de ordinarijs, dicatur de delegatis ad univerſitatem cauſarum; & Imol. in ſimili in l. iudex. ff. de ſent. & re iud. reprobauit Ang. ibi, & Abb. in ſimili in c. relatum. j. eo. ubi dicit, quòd iſti ad univerſitatem cauſarum non æquiparantur per omnia ordinarijs. Iſtis non obſtantibus teneo opi. gl. & Bart. in d. l. ſi uni. pro quo allego Bal. in l. ſi. C. de authen. præſt. ubi in terminis tenet idem, ꝙ unus delegatus ad univerſitatem cauſarum, poteſt procedere. Idem Car. in c. prudentiã. j. eo. & Bar. in repetit. l. j. §. ſi plures. in 2. col. ff. de exercit. Et quod quandoque delegati ad univerſitatem cauſarum æquiparentur ordinario, allego Ioan. de Ana. in c. j. archiepiſcopatu. in 3. col. de raptor. poſt Pet. de Anch. ibi: Abb. in c. cum Bertoldus in 9. col. in uer. ergo ad hoc allego. de ſen. & re iud. Imol. in c. ſerietatus. de reſcrip. in ſi. Bal. in l. ſi ut propoſuiſti. j. C. quomodo & quando iud. & in l. à iudice. uerſ. tertio fallit. C. de iud. & eſt gl. in c. ſtatutum

§. inſuper. in uer. moderatus. ibi quid dicemus. de reſcrip. in 6. & eſt glo. j. in c. qualiter. el j. de accuſ. & gl. in c. cum cauſam. de app. & ibi do. Abb. ¶ Et quòd unus delegatus ad univerſitatem cauſarum procedere poſſit ſolus, ſi incœpit, ratio eſt, quia delegata univerſitate plurium cauſarum cenſetur commiſſum exercitium iuriſdictionis in ſolidum, ſicut quando committitur pluribus aliqua univerſalis negociatio. Tex. I d. §. ſi plures. & ibi in terminis Bar. Sed quando delegatur una cauſa pluribus, non uidetur commiſſum exercitium in ſolidum, ſed inſimul, ut hic in tex. Nõ ſic, quando conſtituuntur plures, non ad univerſitatem negociationum, ut d. §. ſi plures. & ſic probatur, ꝙ ratio do. Ab. nõ ſtringit, & non eſt ualida. Et Moder. bene reſponderunt ad c. ut officium. de hære. in 6. ꝙ ex pluribus ordinarijs & delegatis unus ſolus poſſit procedere, ſi incœpit. Hoc intelligitur, quando competit à principio iuriſdictio pluribus ordinarijs, ut ſingulis, ſecus, ubi competit, ut univerſis: quia tunc ſecus, quoniam unus ſolus non poſſet, ut ſolus, neq; incipere, neque procedere. Et ita limita prædicta. Ita Bar. in l. ubi abſunt. ff. de tut. & cur. dat. ab his. & clarè Bald. in l. j. in 4. q. cum ſeq. ff. de offic. proc. Generaliter autem, quando plures habentes actum expedire, poſſint ſeparatim procedere, uidebitis id c. prudentiam. j. eo. ¶ Tertiò limitat hic Ab.
8 niſi † unus ex pluribus delegatis dixiſſet ſententiam ſuã in præſentia collegarum, & ſententia ſua non placeret illis: ille diſcedit: alij ſi poſtea fuerunt ſententiam, ualet, etiamſi non uocant illum. Ita dixit Inno. in c. Raynaldus. de teſta. Dicit hic Abb. quòd Bar. tenet contrarium in l. duo ex tribus. ff. de re iud. & Abb. allegat tex. in c. cum ab uno. de ſen. & re iud. in 6. Et ſic tenet contra Inno. Mod. hic dicunt. ꝙ examinabunt hunc paſſum in c. Raynaldus. & repetierũt illud c. & ibi ponunt, & reuocatur Ioannina. & ibi dicunt, ꝙ contra Inn. tenuit Pet. de Anch. & Abb. ſ. ꝙ eſt uocandus ille, qui dixit ſo ita ſentire, & ille noluit, &c. Secũdò allegãt Imo. in d. l. ſi duo ex tribus. ff. de ſent. & re iudic. ubi primò tenuit contra Inn. & ibi uidetur uariare, & remittit ſe ad c. 2. de arb. in 6. & alleg. Imo. in c. uno delegatorum. j. eo. ubi dicit, ꝙ hodie iſte paſſus non eſt examinandus: quia eſt ibi deciſus in c. 2. de arb. in 6. & allegant Bal. in l. item ſi unus. §. ſi. ff. de arbit. ubi tenet contra Inn. ꝙ imo oportet iſtum eſſe præſentem: & Guil. de Cu. tenuit ibi etiam contra Inno. Et dicit ibi Bal. ꝙ licet conſtet de intentione abſentis, tamẽ propter formam compromiſſi eſt, ꝙ omnes iudicent: & ſic contra Inn. Mod. uero tenent opi. Inn. & primo dicunt, omnis denotatur à fine, c. cum ceſſante. de appel. cum dicitur eſſe finis, ceſſante cauſa ceſſat finis, tunc ſic iſte iudex debet intereſſe propter iſtum finem, ut flectat alios in ſententiam ſuam: ſi non potuerit eos trahere, cur eſt uocandus? ergo fruſtra uocatur. Secundò dicunt, ꝙ pro iſto dicto Inn. eſt caſus in c. 2. de arbit. in 6. ubi tertius arbiter ſi fuerit uocatus, qui erat tamen abſens propter malitiam, alij procedere poſſunt. Sed ſi ſola abſentia uoluntaria ſufficit, ꝙ alij poſſunt procedere, eodem modo in caſu noſtro, quãdo ille eſt abſens, qui dixit ſententiam ſuam in præſentia aliorum. Sed opi. communis & uera eſt contra Inn. ꝙ eſt uocandus ille, qui dixit ſibi non liquere de cauſa. Pau. de Caſt. in l. duo ex tribus. ff. de ſent. & re iud. & Pet. de Anch. in ca. 2. de dol. & contu. in 6. Et idem in c. cum ab uno. de ſent. & re iud. eod. lib. & Dom. in c. 2. de arbit. in 6. & Abb. in c. j. in ult. col. de arbit. & ponderat gl. 2. aliqualiter ibi dum dicit, ſufficit præſentia alicuius, licet contradicat, & ibi Abb. eam ponderat, & dicit, ꝙ lex requirẽs præſentiam tertij, non fuit mota ſolùm, quia poſſet alios flectere in ſuam ſententiam: ſed ex eo, quia omnes habent poteſtatem in ſolidum, ſed non pro parte. Ergo oportet, ꝙ omnes ſimul iudicent. Et poſſet dici alia ratio quia ſi eſſet præſens, fortè ipſe traheret eos in ſuam ſententiam, licet non potuerit primò trahere. Ad c. 2. de arb. dicas, quòd uerum eſt, quod poſſunt procedere, ſi ille eſt abſens, intellige, eo uocato, & tunc conſolidatur eorum iuriſdictio. Nec poteſt reſponderi ad c. cum ab uno. de ſent. & re iud. in 6. Sic teneo communem opi. Et ſic iſta tertia limitatio eſt re-

pro-

a Si duo dati] Adde tu, quòd mihi uidetur, quod ſi ſint iſti delegati ad univerſitatem cauſarum, non poſſit unus ſine alio à principio cognoſcere: quia iu hoc non æquiparatur ordinarijs: & hoc, quia iuriſdictio non eſt radicata in ipſis, ſicut eſt in ordinarijs, ut tenet hic Ab. Quam opinionem confirmo iſtis medijs, pone quod delegatus ad univerſitatem cauſarum ſubdeleget in totum à ſententia ſubdelegati, non appellabitur ad ipſum delegatum datum ad univerſitatem cauſarum, l. i. §. fin. ff. qui & à quib. ap. Quod ſecus eſt in ordinario, quia a ſententia delegati ordinarij ad ipſum ordinarium appellatur, ut in d. l. i. et l. unica, in fin. C. qui pro ſua iuriſdi. & ibi Scribentes. Adde ad idem quod iuriſdictio ipſorum non ſit fundata, probo, quia delegatus ad univerſitatem cauſarum, poteſt recuſari, ut ſuſpectus de iure ciuili. Iacob. But. & Bald. in l. ſi. C. de iudi. & tamen ordinarius non poteſt recuſari, ut ſuſpectus, de iure ciuili, d. l. ſi. & auth. ibi poſita, C. de iudic. Adde etiam, quod iuriſdictio ordinarij non expirat re integra morte concedentis l. more. ff. de iur. om. iu. et in c. quoniam: Abb. de offi. deleg. Adde dom. Abb. in c. relatum de offi. dele. in uer. ſi. concludit ſic. 1. col. et tamen iuriſdictio delegati ad univerſitatem cauſarum re integra morte concedentis expirat, & in hoc omnes Docto. con-

cordant. Vide Barto. in d. l. more. in penu. col. & aliter ibi, & eſt bonus tex. in c. ſi. §. ut officium. de offi. delega. in 6. Ex iſtis ergo mihi uidetur, quòd opinio dom. Abb. hic ſit uerior, & eam ſequor, reprobata opinione in l. ſi uni ex plurib. ff. de re iudic. & opinione Feli. hic.

9 probata. ¶ Quartò fallit, quòd † non habet locum, quando unus delegatorum iurat ſibi de cauſa non liquere: quia tūc eo ipſo, quòd unus iurat ipſi ſoli non liquere, poſſunt alij procedere. Ita Abb. hic, qui alleg. tex. in l. ſi uni. ff. de ſen. & re. iud. Et ſi eſſet etiam uocatus, nil ibi ageret: & Allegat Io no. idem tenentem in c. Raynaldus. de teſta. Pro dicto Abb. alleg. Ang. in d. l. ſi uni. ubi dicit, ꝙ ſi imminet finis inſtātiæ iudex non eſt plenè informatus, poteſt tunc iudex iurare ſibi de cauſa non liquere: & ſic peremptio Inſtantiæ nō eſt perempta cum præiudicio partis. Et Pau. de Caſ. ibi dicit, ꝙ per iſtam practicam euitaint pœna impoſita iudici non expediēti cauſam. Et hoc tenet Bal. in c. ſancimus. in titu. quo tem. mil. inueſt. pe. deb. & in l. ſi de meis. §. fin. ff. de arbit. Et ibi dicit, niſi poſſet imputari culpa iudici, quòd non perquiſiuit, ꝙ ſibi liqueat. ¶ Glo. in uerb. recipiat. Nihil hic examinaut. Doct.

SVMMARIVM.

1 *Iudicibus pluribus datis, ſi ſit unus ſuſpectus, an omnes recuſari poterunt.*
2 *Cauſæ ſuſpicionis contra iudicem quæ & quot ſunt.*
3 *Iudex ordinarius non poteſt eſſe iudex in cauſa ſui familiaris.*
Fallit octo modis, ut uidere licet per ordinem uſque ad c. ſequens.

CAPITVLVM XVII.

CAVSAM, quæ. ¶ Delegatus, qui eſt dominus
a ſpetrāus, recuſari pōt. H. D. ¶ Not. ꝙ ſi † ſunt dati plures iudices, ſi unus eſt ſuſpectus, omnes recuſari poſſunt. Mod. hic dicunt, quòd Abb. dicit, unus de uniuerſitate reprobari poteſt, etiamſi omnes alij ſint habiles. Et dicūt, quòd iſte tex. hoc non probat. Et ſic contra Abb. quia ſi eſt unus collega ſuſpectus, dubium eſt, quod non corrumpat alium. Sed in uno collegio non eſt uerſimile, ꝙ unus corrumpat totam uniuerſitatem. Imo, dicit, ꝙ propter integritatem aliorum cooperietur malitioſus & ſuſpectus, per tex. in l. ſi quis ex argentarijs. ff. de eden. ubi dicitur, quod teſtis inhabilis palliatur propter alios idoneos. Bene fatentur, ꝙ ſi prior, uel rector uniuerſitatis eſſet mihi ſuſpectus, tunc bene poſſet recuſari, ſecus, ſi eſſet ſimplex. Ad illud de doctore dicunt, ꝙ unus doctor non poſſet repelli de collegio, licet ſuſpectus ſit ſcholari doctorando, quia ibi archidiaconus, uel prior collegij poſſet dicere, illum eſſe approbatum ab omnibus, etiamſi ille contradiceret, qui eſt ſuſpectus. Sed ego teneo opin. Abb. & allego gl. unam in c. j. de iud. ubi dicit, ꝙ collegium non poteſt recuſari: ſed reprobatur ibi per Abba. per tex. in cle. paſtoralis. §. Piſana ciuitas. de ſent. & re iudi. ubi recenſatur populus. Et eſt gl. in c. in ſingulis. de ſtat. monac. & cano. regu. Et ſic fuit ſibi gl. contraria, ubi ſynodus poteſt recuſari. Et ſubdit ibi Abb. quod propter ſuſpicionē aliquorum illi recuſari poſſunt ſed non tota uniuerſitas, & ſic collegium: & ſic contra Mod. Et non obſtat illud, quod dicunt de teſte: quia ibi eſt ratio, quia teſtes idonei non debent reprobari propter dictum unius inhabilis: & ſic tunc non poſſunt repelli, ex quo bene depoſuerunt: & bene, antequam depoſuiſſent, poſſent repelli: ſecus, poſt quam depoſuit. ¶ Ad illud dictum de doctore dicas, doctor eſt teſtis: ſed teſtis ſuſpectus recuſari poteſt: ergo & doctor. Et ſic Ab. hic tenuit, quòd unus ſcholaris doctorandus, poteſt allegare ſuſpectum unum doctorem, quòd repellatur ex collegio pro illa uice. ¶ Ad illud de priore, ꝙ poteſt approbare ſolus ſcholarem, idem tenet Sal. in l. nemini. C. de aduo. diuerſo. iud. & allegat Ioan. de Ana. in c. nemo presbyterorum. de ſimo. Et idem tenet Imo. & ibi dixi, in c. ex literis. de conſtit. Ergo fruſtra repelletur doctor, &c. Dico, ꝙ habent iſta locū, quando aliquid ſit manifeſtè, & liquet de malitia nota: ſecus, ſi eſt occulta, prout ſit: quia uoces dantur in ſecreto. Et ſic teneo cum Ab. hic. ¶ Gl. j. in uerbo, ſuſpectus dominus. Notant Docto. iſtam gl. quæ accumulat ſex caſus ſuſpicionis: & Ioan. And. in c. legitima. de appel. in ſextò, & Spe. in
2 tit. de excep. Quando uultis uidere, quæ † ſunt cauſæ ſuſpicionis, poſuit Philip. de Perusio in c. poſtremo. de appel. ubi Ponit al. cauſas ſuſpicionis. ¶ Secundò not. ꝙ recuſatio, de qua hic, in nullo maculat opinionem iſtius epiſcopi: hoc ē, non infamatur, quia recuſatur à iure, quia lex ita uult, ꝙ domini non iudices in cauſa famuli. Ita Bal. hic. Confirma per tex. in c. cum in iure peritus. j. eo. ¶ Tertiò not. quod ad
3 iſtud dictum, quòd † ordinarius non po-
a teſt [a] eſſe iudex in cauſa ſui familiaris, dātur octo limitationes. Prima fallit in iuriſdictione uoluntaria, putà, uolo emancipare filium meum, ſolus iudex poteſt facere, prætor, & iudex ordinarius. Tex. in l. ſi quid. ff. de adopt. l. apud filium. ff. de manu. uind. ¶ Secundò fallit in cauſis breuiſſimis, l. ſenatus. de offi. præſid. in uer. parciſſimè. ſecundum intellectum Angel. & Fulgoſ. in d. l. qui iuriſdictioni. ff. de iur. om. iud. quia in iſtis non poteſt recuſari. ¶ Tertiò fallit, ubi lis eſſet perituta, glo. in d. l. qui iuriſdictioni. ¶ Quartò fallit, ubi filius non ageret coram patre, ſed conueniretur coram patre, quia tunc non poteſt pater recuſari, l. ille, à quo. §. j. ad ſenatuſ con. Trebel. & gloſ. in d. l. qui iuriſdictioni. Et ſequentes fallentiæ procedunt etiā in delegato. ¶ Quintò fallit ubi eſſet dominus actoris & rei, glo. magna. in c. poſtremò. de app. ad ſi. & loquitur in coniūcto, in quo eſt par ratio, & tex. in l. non ſolū. §. demonſtratio. ff. de rit. nupt. ubi dicit, par cauſa affectionis tollit ſuſpicionem, & gl. c. j. 3. q. 5. ¶ Sextò fallit, niſi perſona iudicis eſſet talis qualitatis, quòd omnē ſuſpicionem purgaret, puta, ſi eſſet monachus Ciſtercienſis. Ita Spec. in tit. de delegato. §. ſupereſt. 2. col. uerſ. ſed quid ſi nō eſt conſanguineus. quem ſequitur Antonius in d. ca. poſtremo. dicens, idē in omni alio, in quo eſſet una magna ſanctimonia. Et allegat l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re milit. & tex. in l. 3. in prin. ff. de teſti. ibi, nam ſi careat. Et de hoc uide tex. in c. 2. de ope. noui. nun. ibi, credere non poſſumus ipſas per maliciam litigaſſe. pro quo allego Ant. in ca. finem litibus. de dolo & contu. ubi dicit, uictus uictori condemnatur in expenſis. Dicit, hoc fallit, niſi eſſet una perſona, de qua non præſumeretur, quòd malicioſè litigaret, & Car. in clemen. j. in 38. q. de priuile. ubi excuſauit religioſum magnæ ſanctimoniæ ab illa cle. pro quo Cal. de uer. ſig. conſ. 4. dicit, quod ſacerdos celebrans non præſumptuoſè, ſed ſimpliciter & bona fide, non incurrit pœnam. ¶ Septimò fallit, ubi non opponitur, quia poteſt eſſe iudex, gl. in c. j. 3. q. 5. & Pau. de Caſt. in d. l. qui iuriſdictioni. licet aliqui uolunt contrarium. Idem tenet Ioan. Andr. in d. c. poſtremò. & Abb. in c. cum contingat. de fo. com. Octauò fallit in eo, qui fuit dominus olim, ſed non eſt hodie: & idem tex. dicit pro eo. quod dominus eſt. Hoc ponunt Mod. hic, & allegant Bal. in l. etiam. C. de teſt. ubi dicit, * in repellendo teſtem domeſticum dicas, teſtis eſt nunc familiaris, & Angel. conſi. j. Bart. in l. j. C. de teſta. Reliqua reſpectu familiaritatis dicā infrà in c. inſinuante. eod. titu.

SVMMARIVM.

1 *Appellari an poſſit ad Papam à quolibet iudice, omiſſo medio.*
2 *Delegatus poteſt pluribus delegare.*

CAPITVLVM XVIII.

CVM ta conſulente. ¶ Not. hic Abb. caſum, in quo non appellatur ad Papam, omiſſo medio, licet alias appellari poſſit de iure canoni-

a *Ordinarius nō poteſt*] *Adde tu pro ampliatione iſtius regulæ, ꝙ ſicut nō poteſt quis eſſe iudex in cauſa propria, uel familiæ ſuæ, ita non poteſt eſſe arbiter. Text. eſt in l. pen. ff. de arb. Secus eſt tamen in arbitratore, l. ſi libertus. ff. de ope. lib. Adde etiam, quod non ualet cōſuetudo, quod offēdens ponat ſe in manibus inimici, qui habeat ſententiare, qua pœna ſit puniendus offendens. Tex. eſt in c. contingit. de ſent. exc. Et quamuis ille tex. loquatur in clerico, tamen indiſtinctè tenetur. Vide Barto. in l. i. §. i. in fi. ff. de iniur. & Ludo. Rom. in l. qui iuriſdictioni. ff. de iuriſdict. omn. iud. in fi. Adde tamen, quod regula iſtius tex. non procedit. niſi opponatur à parte, ut tenet Feli. hic in 7. fall. Quam opin. tenuit Alb. in d. l. qui iuriſdictioni. Fulg. Paul. de Caſt. & do. Alex. Sed Ant. de Bu. in c. dilecti. de appel. tenuit contrarium, uidelicet ꝙ nullo modo ualet ſententia in cauſa propria, uel filiorum, etiamſi nō opponatur exceptio. Tamen tene primā opinionem quia communis.* * *Adde etiam, quod regula iſtius quæſtionis procedit in ordinario, ſecus, in delegato. Et hoc de iure ciuili. Gl. & Bart. in d. l. qui iuriſdictioni. Adde etiam, ꝙ Felin. dicit hic in prima fallentia, quòd iſtud nō procedit in iuriſdictione uolūtaria quia in ipſa ordinarius poteſt eſſe iudex ſua familiæ.*

co,bene appellatur gradatim,ſicut de iu-
5 te ciuili: ſed † à quolibet iudice poteſt ap
pellari ad Papam omiſſo medio,non tamē
poteſt appellari ab epiſcopo ad patriarchā
quia omitteretur medium, ſcilicet Archiepi
ſcopus. Et ſic intellige Doct.omnes in c.
dilecti.el 2.de appel.¶ Secundò not.q̄ de-
legatus facit medium inter ſubdelegatū
& Papam,& hoc,ſi iſtud medium eſſet u-
tile,quia ſi non eſſet,putà ſi eſſet excom-
municatus, uel quòd non haberet iuriſdi
ctionem. De hoc eſt tex. in c.ſi à ſubdele-
gato.de off.deleg.in 6.& c.ſi is,cui eo.tit.
a & lib.¶ Not.ibi,una, uel pluribus.q̄ † dele
legatus poteſt pluribus delegare, c.paſto-
ralis.ꝟ.eod. Eodem modo plures delegati
poſſent pluribus,quàm ſint ipſi,ſed quā-
do eſſent duo delegati,uel plures,utrùm
unus tantum poſſet ſubdelegare? & utrū
poſſet ſubdelegare pluribus, ut ſimul cū
collega procedant? Abba.hic tenet,q̄ iſta
unus poteſt pluribus ſubdelegare, & hoc
ſi committit illis pluribus in totum. Mo-
der.hic idem tenet, & dicunt, quod non
erit aliquid abſurdum, quia illi plures ſo
lum habent eandem iuriſdictionem, quā
habet ille ſolus, & ſic ſtatur maiori parti.
¶ Sed pone, quòd ego ſubdelegaui duo-
bus: & iſti duo ſunt diſcordes inter, ſe ſi
tu dicis,ſtatur maiori parti,hic non datur
maior pars,ſi dicis,recurretur ad te nō po
teſt:quia delegaſti in totum. Ego dico, q̄
iſti duo ſunt loco unius , & ſunt diſcor-
des:iſti ſunt loco mei, qui ſubdelegaui,&
ſic delegatus determinabit, & procedet
c.ſi.de ſent.& re iudi. quia nihil aliud eſt
dicere, quam ſi collega unus ſit diſcors cū
alio, meritò recurretur ad delegantē.¶ Gl.
in uer.perſonis. Dicunt Doct.pone, quòd
deſtruxiſſet ſententiam,uel executionem
ſententiæ , tunc etiam habet locum iſta
decretalis: & hoc habes in c.ſi delegatus.
de off.deleg.in 6.

hæc Adde, q̄ pro ſua opi. facit di-ctū ſingulare Archi. per glo.ibi in c.omnes. 30. q.i. quod ſacerdos poteſt abſoluere propriam concubinā. Et adde etiam illud , quod dicit Bal.in l.ſi conſul. in 4.q.ff.de adop. uidelicet quod comes Palatinus poteſt legitimare filium ſuum naturalem coram ſeipſo , & multo fortius filiū fratris. Et idem tenet Io. de Ana.in conſil. ſuo 29.incip.Vrbis imperialis.Adde tamen quod in cōtrarium eſt tex. in c. per uenerabilē § inſuper. qui filij ſint legiti. & ibi gl.in uer.gratiam.quæ dicit,q̄ rex non poteſt legitimare filium proprium.Tamen conſidera. Adde etiam , quòd Feli. hic in 3. fallentia dicit,quod ordinarius poteſt procedere in cauſa propria ; ubi lis eſſet peritura. Intellige iſtud uſq; ad litis conteſtationem,l.ſenatuſconſulto. ff. de officē. præſid. Adde etiā quòd iudex ordinarius, poteſt eſſe iudex ſuæ familiæ in crimine notorio. Bartol.in l. nulli. C. quorum app. non reci. & Ang.ibi. Idem tenuit etiam Ang: Sal. & do.Alex. in d.l. qui iuriſdictioni.Adde etiā, quod ordinarius poterit eſſe iudex in cauſa propria, & familiæ ſuæ in caſu c.1.de pœnis, in 6.Adde etiam, quòd epiſcopus ; qui eſt ordinarius poterit eſſe iudex in cauſa eccleſiæ ſuæ.Gl. eſt in c.ſi quis erga.in ſi.2. q.7. & in ca.cum uenisſent.de iudi. Inno. in c.noſtri. de electio. Adde etiam , quod epiſcopus ordinarius .v.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum extraiudiciale ſicut expirat morte mandantis re integra,ita etiam mādatum iudiciale expirat morte mandantis re integra.*

2 *Mandatum factum fauore dotis, nō expirat morte mandantis.*

3 *Similiter dicit de mandato facto fauore mādatarij.*

4 *Mandatum factum procuratori , in quibus caſibus differat à mādato facto delegato. Vid. nu.5.6.7.8.9.*

10 *Citatio an ſit neceſſaria ad perpetuandam iuriſdictionem.nu.11.*

12 *Actus quilibet an ſufficiat ante citationem ad perpetuandam iuriſdictionem.*

13 *Iuriſdictio delegati perpetuatur etiā abſq; citatione , quando pars ſponte facit aliquem actum in iudicio cum impetratorē reſcripti.*

14 *Adiuncti ſi datur ordinario, non expirat poteſtas adiuncti per mortem Papæ.*

CAPITVLVM XIX.

RELATVM.¶ Morte delegan
tis expirat iuriſdictio dele
gati, coram quo lis nō eſt
conteſtata. Hoc dicit.¶ No
4 ta, quòd ſicut mandatum
extraiudiciale expirat mor
te mandantis re integra, eodē modo man
datum iudiciale expirat morte mandātis
re integra.§.rectè Inſtit. manda.& de hoc
caſus eſt hic, ſi mandatum eſt iudicialē.
5 ¶ Primò oolo uidere, utrum † ſit aliqua
fallentia, quòd mandatum extraiudiciale
expiret re integra morte mādantis, & ſic,
ſi ſemper expirat mandatum extraiudicia
le morte mandantis. Dicas ſic, quòd man
datum extraiudiciale. expirat re integra
morte mandantis,l.mandatum.C.māda.
sea.in l.ſi quidem.C.de act.& oblig.¶ Fal
lit primò in mandato ad pias cauſas , ut
ſi mandem alicui, ut dotares eccleſiam,&
iſte conſtituens moritur re integra : hoc
mandatum non expirat. De hoc eſt text.
ſolitarius in c.exijt, q̄ ſeminat.in c.char.
in §.in eo uerò caſu.de uerbo.ſign.in 6.&
iſtum tex.alleg.Bal.in auth.ſi qua mulier
in ult.col.C.de ſacr.ſanc. eccle. & allegat
pro ſingulari. & idē tenet in l. mandatū.
C.mand. Idem Lud.Rom.in auth.ſimili-
ter:C.ad l.Fal.in 17.priuilegio primæ cau
ſæ circa contractus, licet dicat, non pro-
bari in cle.exiui. Nec mirum:quia Bal.il-
lam non allegat & ipſe Lud.Rom.allegat
pro hoc l.ſi pater filio.ff.de manu.uindic.
ubi tex.dicit, quòd in libertate non expi
rat mandatum re integra morte mandan
tis fauore libertatis. Ergo eodem modo ra
tione piæ cauſæ. Ang. in l.traditionibus.
2 C.de pact.¶ Secundò † fallit fauore dotis,
quia mandatum factum fauore dotis, nō
expirat morte mandantis. Bal.in c.cū oc-
ciſſet.de teſtib.Et ad idem eſt etiam text.ſingularis in l. ſi
ego.ff.de iure dot.& idem Bal.in l.ſicut.in j.col. C.de acti.
& oblig.& in l.mandatum.C. manda.Et quando uis uide-
re certa priuilegia dotis,ponit Ludo.Rom.in l.j.ff.ſol.mat.
3 ¶ Tertiò † fallit in mandato facto fauore mandatarij: putà,
ſi mando uni, ut accipiat tenutam unius rei,& ſit ſua. Hoc
uult Innoc.in c.in cauſis. poſt medium, uerſi.ad hoc ſic re-
ſpondeo.de elec.& uoluit idem Ioan.in c.conſtitutus. in uer
ſi.contra formam.de conceſ. præb.& facit l.ſi eum fundum.
ff.de pact.facit c.ſi cui nulla.de præb.in 6.¶ Quartò fallit in
mandato poſt mortem de ſui natura poſt mortem expedibi
li:putà, in mandato concernente ſepulturam. Caſus in l. ſi
uerò non remunerandi.§.ſi.ff.mand.¶ Quintò fallit,quan-
do in mandato expreſſè ſit mentio de duratione ſua , etiam
poſt mortem:ut ſi dico,Facio te procuratorem meum,etiam
poſt mortem. Bal.in l.id, quod pauperibus.C.de epiſc.& cle
ri.& in l.quoties.C.de ſideicom. Sed eſt bona cautela ad fa-
ciendum,quòd mandatum duret. ¶ Limita iſtam fallentiā,
niſi taliter mandans decedat ſine hærede: quia tale manda-
tum expirabit eo mortuo. Ita Ang.practicauit Florentiæ, &
obtinuit in quadam cauſa domini Parini de Strotis. Et hoc
uoluit in diſpu.ſua,quæ incip. Aſtenſis miles. in j.col.Et ra-
tio eſt:quia nec eius hæreditas eſt, ſed uocantur bona uacā
tia, quæ non repreſentant hæredem,l.j.§.qui bona ff.de iur.
fiſc. Et ſic ille eſſet procurator nec à domino uero, nec à do-
mino repræſentato. Ergo erit nullius procurator,& fallentia
procedit, quando conſtituens habet hæredem. Et de hoc di
cit Ang.eſſe tex.in l.j.C.de act.& oblig.q̄ expirat hoc man-
datum , ſi non reperiatur hæres iſtius conſtituentis. Quod
not. diligenter. Vbi autem mandatum extraiudiciale occur
rit in primo, uide quæ ponit Lud.Rom.in l. eius,qui in pro
uincia.ff.ſi cer.pet.& Bal.in l. beneficium.ff.de leg.& in l.j.
C.de erro.aduo.& in l.j. C.de poſtu. & omnes poſt Bar.in l.
fundi. ff. de acquir.poſ.& unum caſum dicam ꝟ.ſecundum
Abb.¶ Vtrum ſit bona æquiparatio mandati procuratoris ,
& mandati delegati? Dicas,quòd ſic. De hoc eſt text.in l.&
quia.ff.de iuriſdict.om.iud.Inn.in c. cum olim Abb.ꝟ.cod.
ubi dicit,quòd ſicut poteſt dari procurator ad futuras lites,
l.3. ff. de procur.ita poteſt dari delegatus ad futuras lites.
4 Melius Inn.in c.in noſtra.de proc.ubi dicit,quòd † iſta duo
mandata ſunt multum ſimilia. Et ſubdit, & hinc eſt,q̄ utrū
que mandatum eſt ſtricti iuris, quia nō ueniunt, niſi expreſ
ſa.

qui uendit rem eccleſiæ ſuæ, ſi uult talem uenditionē retractare , poterit coram eius uicario litem mouere,quamuis ſit idē conſiſtorium, c.1. de conſue.in 6.De hoc uide Bal.in l. i.C.ne quis in ſua cauſa. & in l.ſi quis ad declinandam.C.de epiſc.et cle.quamuis Inn. contra in c.ex parte.de uerb.ſig. & malè Adde tu, ꝗ quoniam Feli.tenet hic in 6.fallētia, quòd ſi perſona iudicis eſſet talis, quòd omnis ſuſpicio ceſſaret q̄ tunc poteſt eſſe iudex. Fallit hoc in impetratione reſcripti ſurreptitia quia non præſumitur bonitas Bal. in l.i.in ſi.ut lit. pend.

ſu. Tertiò eſt gl. in uerb. ſuſpitione. in c. ex parte decani. in prin. de reſer. ubi dicit, quòd ſicut delegatus poteſt recuſari
5 ſuſpectus, ita & procurator. ¶ Prima differentia eſt iſta. Mandatum † procuratoris non poteſt reuocari poſt litem conteſtatam, l. poſt litem. ff. de procur. Secus in delegato, quia quandocunque reuocari poteſt, l. iudicium ſoluitur. ff. de iud. Et
6 iſtam primam ponit glo. in c. j. in uer. procurator. in fi. de procur. in 6. ¶ Secunda differentia. Mandatum † procuratoris expirat ante litem conteſtatam morte mandantis, gl. in uer. re integra. in cle. j. de procu. in fi. Secus in delegato, quia ſufficit citatio, c. proximo Rationem differentiæ ponit Imo. & Car. ¶ Tertia. Mandatum procuratoris ad petendum reſtitutionem in integrum requiritur eſſe ſpeciale mandatum, l. i. iud. §. j. ff. de min. Secus in delegato, quia ſufficit generale mandatum, ut poſſit cognoſcere de cauſa reſtitutionis in integrum, l. fi. C. ubi & apud quem in integ. reſti. poſt. ¶ Quar-
1 *Iudex an poſſit recuſari, ut ſuſpectus, per tertium.*
2 *Electus ſi prætendit ſe electum, an ſufficiat, ſi oſtendat electionem, licet non doceat eam eſſe canonicam.*
3 *Cauſa ad recuſandum iudicem quot ſint? Quarum prima eſt inimicitia, ut in verſ. hic ſeq. ſed caue.*
4 *Secūda cauſa eſt denegatio humanitatis ſolitæ exercere cum æqualibus, ſicut denegatio oſculi.*
Tertia eſt, cum minatur iudex dicendo, quid nocebit parti, ut verſ. ſeq. tertia cauſa.
5 *Quarta cauſa eſt in illo, qui non ſalutat.*
6 *Epiſcopus ſi facit ſtatutum, quod bona eccleſiæ non poſſunt obligari, niſi ad certum tempus: & ſi quis locauit ad maius tempus, quid iuris?*
7 *Delegati duo ſi ſunt, & ſit dubium, an alter ipſorum ſit delegatus, alter delegatus indubitatus debet proteſtari, quod intendit ſolus procedere, in quantum habeat ſolus poteſtatem procedendi.*
8 *Actus collegij non redditur inutilis propter inhabiles.*
9 *Actus quando dubitatur, an valeat, quod remedium eſt adhibendum?*
10 *Actus ſi peccat in ſolennitate, iuramentum facit eum valere eo modo, quo poſſit: ſecus, ſi in ſubſtantia.*
11 *Clauſula omni meliori modo & forma, &c. quid importet.*
12 *Et ponit hic quinque effectus huius clauſulæ: in tribus tamen caſibus nihil operatur, nu. 13. & 14.*

CAPITVLVM XXIII.

CVM SVPRA. ¶Si duo ſunt delegati cū clauſula, Quod ſi ambo, uno recuſato, alter ſolus procedere poteſt, nec tenet proceſſus, ſi eum recuſato procedat. H. D. ¶Gl. t. ponit caſum Abb. hic facit feſtum de illa glo. & ex ea no-
1 tat quatuor. ¶Primò, q † tertius [a] poteſt etiā recuſare iudicem ſuſpectum, & ſic ita poteſt allegare ſuſpicionē tertius, ſicut principalis. Ad hoc addo, q hoc habet locum etiam poſt lit. cont. quia poteſt audiri tertius. Ita Ange. in l. quidam conſulebant. in fi. ff. de re iud. quod eſt pulchrum, quia ſecus eſſet in parte, quæ non recuſat poſt lit. cont. niſi ſuſpicio ſuperueniat. c. inſinuante. j. eo. ¶Secundò not. q ad hoc, ut audiatur tertius pro intereſſe ſuo, ſufficit docere apparenter in primis de intereſſe
2 ſuo, licet non doceat exiſtenter. Vnde † prætendens ſe electum, ſufficit, ſi oſtendat electionem, etiamſi non doceat eam eſſe canonicam. Ita dicit Inn. in c. ueniens. el 2. de teſti. in princ. de quo exclamat ibi do. Car. dicens, ſigna hoc cum ceterorum manibus, & ita dicit ſe Florentiæ allegaſſe in cauſa arduiſſima. Ita hic in caſu noſtro. Et adde Car. conſi. 7. incip. In cauſa fratrum omnium ſanctorum mota per Simonem Veſpuci. & refert Abb. do. Car. in d. c. ueniens. in lectura Parmenſi. ¶Secundò eſt
3 notanda iſta glo. quæ † ponit tres cauſas recuſandi iudicem, & prima quidem eſt, ſi habet litem mecum. Mod. hic pro hoc allegant glo. in c. 1. de iudic. ubi ille dicitur aduerſarius meus, qui mecum contēdit in iudicio, & ibi do. Ant. ponderat, dicens, not. ad ſtatuta. & glo. in c. propoſuiſti. de for. comp. ubi glo. nihil dicit de hoc ſed bene Abb. ibi per illum tex. in 4. nota bili, & gl. in c. ſi. de iur. calum. in vi. & gl. in c. hi, qui. ut lit. penden. in 6. quæ dicūt, q aduerſarius dicitur ille, qui mecum in litem contendit. Ego allego gl. in l. ſi appellationem. in uerb. ſententiam. C. de appella. quæ dicit, q etiam iudex appellationis dicitur aduerſarius meus, quando non detulit appellationi, iuxta l. quoniā iudices. eo. tit. Et ſic amplia dictum hoc. Et enim iſta glo. concordat Spe. in titul. de delega. §. ſupereſt. in uer. idem, ſi non altera. & Io. An. in c. legitima. de appel. & Abba. in c. 1. de iudi. & Philip. in c. paſtoralis in penul. col. de appel. ¶Sed caue: quia talis inimicitia præſumpta, nō ſufficit ad repellendum teſtem, niſi cum eo haberem litem criminalem. Ita Spe. in tit. de teſte. §. 1. uer. ſi uerò odioſus. Ratio differentiæ colligitur ex gl. in c. inſinuante. j. eo. quæ dicit, q facilius repellitur iudex, quàm teſtis. ¶Et nota, q nedum dicitur inimicus, qui habet apparentia ſigna odij: ſed etiā qui habet cauſam odij ſine ſignis, etiam ſi oſtendat amorem. Ita Inno. in c. cum I. & A. de re iud. Et hoc ſequitur Bal. in l. præſcriptione. C. ſi contra iur. & Lud. in tub. de arbi. in 2. col. & uide Inno. in c. cum P. de accuſa. ubi dicit, q ſuſpectus de inimicitia repelli poteſt: & Bal. in auth. ſi dica-
4 tur. C. de teſti. ¶Secunda cauſa, eſt † denegatio actus humanitatis ſoliti exerceri cū æqualibus meis: puta, denegatio oſculi. Addunt hic Mod. Aug. in l. j. C. de ſenat. paſſ. ubi dicit, q Vrbanus Papa admiſit ipſum ad oſculum pacis: quoſdam uerò alios ad oſculum pedis. Et eſt tex. cum gl. in c. dilecto. de præb. in uerb. ad oſculum. & uide cle. ſi. in uerb. oſculo. de ſent. exc. qui tex. corrigit dictum Inn. in c. cum olim. el j. in uerb. ad oſculum. de priuileg. Et q oſculum denotet cōſenſum, eſt tex. in c. pacem. de conſec. diſt. 2. ubi dicitur, q in miſſa mortuorum non dicitur Pax. Et gl. ibi dicit: ratio eſt, quia mortui non ſunt in turbatione huius mundi. Et ibidē dicit glo. in miſſis mortuorum non datur pax, ex quo ſunt mortui in mundo. Et ſequitur illam gl. Car. in cle. paſtoralis. de re iud. & eſt tex. in c. ſi inimicus. 94. diſt. ubi probatur, q per oſculum firmatur pax inter inimicos. Facit tex. in l. ſi a ſponſo. C. de donat. ante nupt. uer. interueniente oſculo. ubi probatur, q eſt differentia inter donationem uxori factam ante oſculum, uel poſt. ¶Iuxta hoc not. q ueant copulæ non cauſat matrimonium, c. ſi. de ſponſa. Tamen oſcula faciunt, q ubi ſponſalia fuiſſent uerbis & mente per uerba de præſenti, ſed iuris interpretatione de futuro, tranſeant in matrimonium de præſenti ſuperueniente ætate. Ita dicit Io. And. & Domi. in c. 1. §. idem quoque. de deſponſ. impu. in 6. & Cal. cōſi. 2. & 4. in tit. de ſponſ. & Ant. in c. is, qui fidem. de ſponſa. Et eſt tex. etiam de oſculo in c. non oſculatur. 5. q. 5. ¶Tertia cauſa eſt, quando eſſet minatus, dicendo, q noceret, ſi poſſet: & uide Bal. in l. j. C. ſi quacun. prædi. poteſ. ubi dicit, q non ſolum eſt inimicus, qui fecit iniuriam, ſed etiam qui conatus facere. Allegat glo. in l. athletæ. §. dat remiſſionem. ff.
5 de excuſat. tut. ¶Quarta † cauſa eſt de illo qui non ſalutat [b]: quia præſumitur inimicus. Dicunt Mod. q intelligunt hoc, quādo ſolitus erat ſalutare. Pro Moder allego Ab. in c. ad hæc. el j. in pe. col. de appe. ubi

a *Tertius*] *Adde tu, an tertius comparens pro ſuo intereſſe, poſſit opponere exceptiones competētes ex ſua perſona: ut puta, uenditi fundū & tenetur de euictione, ſum nominatus in iudicio ab emptore contra cōſanguineū meū qui uult uendicare fundum ab ipſo emptore: quæritur, an poſſum declinare forum, & petere cauſam cōpromitti, tanquā uertentē inter conſanguineos: et hoc ratione ſtatuti, qd diſponit, quod cauſa uertentes inter conſanguineos compromittātur. Io. And. in c. quoniam. ut lite non conteſt. tenuit quod non: ſed cogatur defendere, ubi nominatus conabatur. Et ſolē uidetur tenere Io. de Imo. in l. non ſolū §. quod uulgo. ff. de uſucap. Bar. tāgit iſtam materiam in l. procurator ad exhibendum. §. 1. ff. rem rat. hab. & in l. uenditor. in prin. ff. de iud. Et in iſtis duobus locis non bene diſcutit materiam, remittendo ſe: ſed in l. 1. C. ubi in rē actio. in uerſ. ubi mò hoc uidetur tacitus: dicit, quod ille, qui ex neceſſitate defendit aliū in iudicio, pōt oēs defenſiones, exceptiones et beneficia ex ſua perſona in iudicio deducere, quod ſecus eſſet, ſi uoluntarie ad defendendum ueniret nō nominatus. Et idē tenet I diſputatione ſua inci. Conſilium ciuitatis Piſanæ. Adde, quod idem tenet do. Ab. in d. c. quoniā. in uerſ. & faciunt hic. ad quod Adde, q idē tenet Spe. in ti. de primo decreto. §. reſtat. uer. quid ſi dominus. & uerſ. ſeq. Adde Bald. in d. l. 1. C. ubi in rē actio. & in l. emptori. C. de euic. Petr. de Anc. in c. ſignificaſti. de for. cōpe. Adde ad iſta, an clericus uenditor defendens emptorē in cauſa euictionis poſſit declinare forū laici, et trahere partē aduerſam ad forum eccleſiaſticum? Vide per Ang. in d. l. uenditor. de iud. Spe. in loco præalle. et de. Ab. in d. c. quoniā. ut li. non cōteſta. in 30. col. Ad de gl. in c. clericū. 11. q. 1. & ibi Archi. qui omnes tenent. q ſic. Adde Bal. in d. l. emptori.*

b *Non ſalutat*] *Adde gl. ſingu. in c. Adrianus. el 2. 63. diſt. gl. 95. diſt. c. ſi inimicus.*

dicit,

dicit, ꝙ intelligit, quando ſolitus erat ſalutare, uel ſi ſalutatur, non uult reſpōdere. Et quos effectus ſalutatio importet uideas in prœmio Gregoriano ſuper uerbo Salutationē. De inimicitia poſui in c. cum oporteat. de accuſat. ¶ Capio gl. in uerbo, aduerſantibus. Dicunt hic Mod. quod in quantum Abb. allegat c. j. de deſponſa. impub. in 6. quod malè reprehendit Bart. & dicunt, quod ponit caſum ſpecialem in matrimonio, nō autem ſic in alijs materijs. ¶ Modo dicunt ipſi Mod. ꝙ iſta materia poteſt adaptari ad quæſtiones. Et primò facit ad q. Spe. in tit. de ſent. §. iuxta. qui dicit ibi, eſt unus iudex, qui non poteſt cognoſcere a x. libris ſ. pone, ꝙ iudicauit in una quæ erat de 15. an ualeat eius ſententia, & decide, ut per Spec. ubi ſ. & ipſos Mod. hic, quos uideas. Secundò dicunt, ꝙ facit ad dictum Bald. in l. certi condictio. ff. ſi cert. pet. ubi ponit de illo qui miſſus eſt in poſſeſſionē ex primo decreto, partim uero, partim falſo, ꝙ eſt nulla miſſio. Tertiò allegant Bar. in quodam conſi. 154. incip. Viſa qua-
6 dam conſtitutione. ubi dicit, ꝙ † ſi epiſcopus facit ſtatutum quòd bona eccleſiæ non poſſint obligari, niſi ad certum tempus, ponè, quòd unus locauit ad maius tempus, dicit ipſe, ſi locatarius uult, quòd ualeat, ut ualere poteſt, tunc procedet, ꝙ ſi non uult, uitiabitur in totum. Et ſequitur Lap. allegatione 80. Referunt hic Mod. ipſi 23. dicta, quæ poſuit Lu-
7 do. Rom. in loco proximè allegando. ¶ Not. illam † theoricā Abb. hic, quòd ſtante dubio, an alter ex delegatis habeat poteſtatem, delegatus indubitatus proteſtetur ꝙ intendit ſolus procedere, in quantū habeat poteſtatem ſolus alias cum collega, quia hic nulla eſt contrarietas. Et hoc facit ad j. dicenda. Idem conſuluit do. Marianus de Senis conſi. 79. inci.
8 Sapientes. ¶ Actus † collegij non eſt inutilis propter inhabiles. Ita Ioan. And. in regula, quod alicui gratioſe. in fi. de reg. iuris. in 6. Et idem tenet Abb. in cap. fi. de procur. Quod not. Et adde c. 2. de æta. & qual. & cle. j. de reg. ubi dicitur, ꝙ non habentes uocem, non inficiunt actum licet tunc nō augeant numerum. Et ſic habes duas limitationes. ¶ Tertiò limita, niſi ſint habentes poteſtatem in ſolidum, quia tunc mixtura unius inhabilis non uitiat actum in dubio. Probatur in l. j. ff. quod fal. tut. aut bo. quam ita intelligit hic Abb. in 2. & 4. ſolutione, & idem tenet Lapus allegatione 88. incip. Commona Florentiæ. & probatur ex dicto Bal. in l. imperator. ff. de ſtatu hom. ubi dicit, ꝙ inſtrumentum confectū à duobus notarijs, quorum unus eſt condemnatus de falſo, tenet*, & idem Bal. in c. tertio loco. in fi. de probat. ¶ Secundò allego Bal. in ca. j. quib. modis feud. amitt. ubi dicit, ꝙ per negligentiam unius ex duobus uaſallis, non priuatur alius qui fuit diligens*, & hoc allegat Ludo. ſingulari 244. ¶ Tertiò confirmo per l. ſi quis. ff. de eden. ubi probatur, ꝙ dictum teſtis non integri, nō corrumpit dictum teſtis integri*, & ita allegat Ang. conſi. j. & Sal. in l. in bonæ. C. de rebus credit. & Bald. in l. j. C. de teſtibus. Hæc & ſimilia intelligo, ubi habens poteſtatem in ſolidum, ſimpliciter facit actū, ſed ubi ex coniecturis apparet, quòd intēderet facere, nō tanquam ſolus, ſed cum inhabili, ac ſi ſolus non poſſet, tunc actus erit nullus, propter iſtum text. & ita probat doctrina ultima Abb. hic. ¶ Et generaliter, quando utile uitiatur per inutile a, dic, ut per gl. & Ioan. And. in regula, utile. de reg. iuris. in 6. & Lud. in l. j. §. ſi ſtipulanti. in pen. char. & ſeqn. de uerb. obl. ubi lautiſſimè ponit illa 51. dicta, quæ referunt hic Mod. eo non nominato: & uide Dom. in c. j. §. idem quoque. de deſpōſ. impub. lib. 6. ubi ipſe proſequitur hanc regulam, ſi actus non ualet, prout agitur, &c. & dicit, primus eſt defectus cauſæ efficientis, ut quia non potui facere eo modo, quo feci, bene potuiſſem facere alio modo, & tunc dicit, aliquando l. reſiſtit in totum potentiæ, & tunc non ualet ullo modo, neque ut agitur, neque ut ualere potuiſſet. Aliquando l. nō reſiſtit, neque aſſi-

* *Tenet*] *Adde Bal. in l. imperator. ff. de ſtatu homin. in 4. col. in uerſic. nota etiam. ſi quitur Barb. in repe. rubr. de fi. inſtru. col. ult. Anch. conſi. 241. inci. primo de uerbis.*

* *Diligens.*] *Adde quod ita ibi dicit Bal. col. 4. nu. 32. & allegat l. ſi is qui duos de liber. lega. pro quo uide Aret. in conſ. 29. incip. Diligenter & mature per totum conſ. & præſertim n. 12. et pro notatis hic ab Anth. adde quod quando ſimul in aliqua re concurrit inhabilis cū habili ipſe inhabilis ſuſtentatur per habilem, & gaudet beneficio habilis cō ceſſo. l. ſi communem, quēadm. ſeru. amit. ea. per tuas.*

ſtit: & tunc illud, quod agitur, differt in tā tū ab eo, quod agi potuiſſet, ꝙ neq; proprie, neq; impropriè uerba actus facti importāt illud, quod agi potuiſſet, & tunc nō ualet ullo mō. Si uerò poteſt includi propriè, uel impropriè, & lex nō reſiſtit, tūc ſi non ualet ut ago, ualet eo mō quo ualere pōt. Tex. eſt in c. ex inſinuatione. de appe. ¶ Secūs defectus eſt materiæ, id eſt, in mō & qualitate rei: & iſte defectus non uitiat quia ſi non ualet, ut agitur, ualet, ut ualere poteſt, exēplum in l. tam anguſti. ff. de ſeruit. allegata in gl. ¶ Tertius defectus ē in forma, & tūc ſi illud, qđ agitur, differt ab eo, qđ agi potuiſſet, in quantitate, tūc nō uitiatur, ſed ſi non ualet, ut agit̃ ualet, ut ualere pōt, per tex. in l. ſancimus. C. de donat. Et pro hoc Dom. allegat tex. in illo c. j. de deſpōſ. impu. Et ratio eſt, quia iſto caſu intentio ſuper eo, quòd fit, non excluditur ab eo, quod fieri poſſet, ſecus, uero, ſi excluderetur, quia tunc, ſi non ualet id, quod agitur, ut agitur, non ualet etiā, ut ualere poteſt, ut ibi per ipſum Domin. Quod no. ¶ Quartus eſt defectus formæ & cauſæ efficientis actus, & tunc ſi nō ualet, ut agitur, neque etiam ualet, ut ualere poſſet. De hoc eſt caſus hic in iſto delegato. Aliquando eſt defectus materiæ, & materiæ efficientis, & tunc ualet, ut ualere poteſt, ſi non ualet, ut agitur. Caſus eſt in d. c. j. de deſponſ. impub. Et pro pleniori doctrina dicas, quod diximus non ualere, quia deficit forma. ¶ Limita, niſi apponatur clauſula, Si non ualet, ut ago, ualeat, ut ualere poteſt. Tunc enim actus ualet eo modo, quo ualere po-
b teſt b. Allegat Dom. ibi tex. in l. j. C. de iure codicillo. dummodo utraque forma ſit ſimul permiſſa a lege. Sed ubi oportet faciētem actum alterā tantùm ſeruare, etiāſi exprimantur dicta uerba, non ualet. De hoc tex. in c. j. de poſtul. lib. 6. ¶ Not. etiā,
9 quod † ubi dubitatur, quod actus non ualeat, facias in eo adhiberi iuramentum*, quod importat tantum, quantum, ſi apponatur clauſula, Si nō ualet, ut ago, ualeat ut ualere poteſt. Text. eſt de hoc in l. cum pater. §. filius matrem. ff. de leg. 2. Et dicit ibi Bart. no. quia iam feci de hoc magnū feſtum, & uide Barto. in l. ſi quis pro eo. uerſi. ſeptimò prohibetur. ff. de fideiu. ubi dicit, quòd ſi ſuper teſtamento iuratur, & ibi deficit ſolennis numerus teſtium, perinde eſt ac ſi teſtator dixiſſet, ſi non ualet iure teſtamēti, ualeat iure codicilli. Quod bene not. ſecundum eum. Et de hoc exclamat Imo. in repet. c. cum contingat. uerſi. nunc reſtat deſcendere ad textum de iureiuran. & etiam uerſi. & aduerte. quia uolui ſcribere Cyn. & Ang. in l. rationes, C. de probat. ubi dicit, quòd licet uerba enunciatiua defuncti non noceant hæredi, ut ibi, tamen fallit, ſi iurauerit, quia iuramentum habet uim clauſulæ, &c. per dict. §. filius. & in l. ſi unus. §. ſi acceptilatio. ff. de pact. ubi dicit. ſis cautus, ut facias apponi iuramentum, quia ualebit omni meliori*, &c. & uide Barto. in l. omnes populi. in 3. q. de inſtit. & iur. & Bart. etiam in l. eam quam. uerſi. ſextus caſus. C. de fideicommiſſ. & Ang. in l. hi, qui. ff. de fideiuſſ. & Bald. in l. ſi mater. C. de teſtam. manum. & Ab. in c. fi. de eccleſ. ædifican. & Abb. in ca. ex literis. el 2. in j. col. de ſponſ. ubi dicit, ꝙ promittens factum alienum, & iurans, intelligitur promittere ſe facturū & curaturum, quia iuramentum habet uim clauſulæ, &c. Vos habetis pro hoc duas gloſſas, dicētes hoc unam ſcilicet & final. in ca. tibi. domino.

de arbitr.

* *Teſtis integri*] *Adde Bal. & Angel. poſt eum in d. l. ſi quis §. i. quia integra fides unius ſupplet defectus alterius. Bal. in l. i. col. 2. C. de teſtibus alleg. in tex. Rom. conſilio. 400. incip. in caſu. in fi. & Ang. in conſil. 2. Paul. Caſt. conſi. 93. inci. nō ſequendo in fi. Alex. conſi. 56. uiſo proceſſu. 2. ca lum. uol. 2. & Barbat. in ca. teſtimonium. in 5. car. col. 2. in repet. de teſt.*

a *Per inutile*] *Ad quod uide do. Alexan de Imol. in d. l. 2. §. pe. ff. de uerbo. oblig. in i. col. cum nonnullis cōcordantijs ibidem per eum ſignatis. Et adde Hier. in l. proprium. Cōmu. prædio.*

b *Valere poteſt*] *De qua clauſula uide plene per Alexā. de Imo. in l. i. §. ſi quis ita ff. de uerb. obl.*

* *Iuramentum.*] *Adde Rom. conſil. 517. incip. in caſu propoſito. nu. 24. & conſi. 520. circa propoſitam. in fi. quod tamen intellige ut dicam infra in addit. ſuper uer. ſi in ſubſtantia.*

* *Meliori*] *Adde Saly. in l. 2. & ibi Bal. col. 8. C. de rē uen. quæ pro eo ꝙ intereſt. Im. in l. ii. ff. de donat. Alex. in l. 2. §. ſi quis. ff. de uerb. obli. & in l. ſciendum. eo. tit. & in l. ſi commemoris. de iuriſdi. om. iud. col. i. & adde*

quæ

que per eum ad hàc materiam habentur in l. ſtipulatio iſta in prin. et ibi Fulg. & Roma. de uerb. obl. et in conſi. 31. in 4. parte. & omnino per Soc. conſ. 163. incip. non fuiſſet apud. uerſi. confirmantur præmiſſa. in a. par.

iuncto prin. tex. 63. diſtin. & aliam & ſecundam in ca. ubi non eſt. 38. q. 2. & not. Abb. in c. ex reſcripto. de iureiuran. ſecũdum intellectum gl. fi. Adde Imol. in l. 3. in prin. ff. de dam. inſect. ubi dicit, q̃ ſi finito compromiſſo partes dicunt, Prorogamus poteſtatem, non ualet prorogatio, niſi iuraſſent, quia & ſi non ualet, ut prorogatio, ualet tamen ut renouatio: & ſic ut ualere poteſt. Pro quo uide Bal. in l. 3. uer. quæro poſt lapſum. C. de tem. appel. & in l. Titio centum. per illum text. ff. de lega. 2. Et ibi ſentit idem, ſi non iuraſſens. Et Bal. in l. j. C. commo. ubi dicit, q̃ ubi non ſufficit conſenſus generalis, ſed requiritur ſpecialis, q̃ iuramentum habet uim ſpecialis conſenſus: qui facit actum ualere omnimodo, uia, & forma. De quo tamẽ melius ponitur in l. ſed & ſi quis §. quæſitum. ff. ſi quis can. & Imo. in c. fin. de cõmo. & uide Bar. in l. ſi quis maior. C. de tranſa. ubi dicit, q̃ licet tranſactio ſimplex facta de re iudicata, non ualeat, neque ut tranſactio, neque ut pactum, ſi iurauit, ualet tamen, ut nuda conuentio, per d. §. filius matrem. ¶ Limita

10 † hæc, ut habeant locum quando actus peccat in ſolennitate, ſecus, ſi in ſubſtantia*, quia iuramentum tunc non facit ualere eo modo, quo poſſit. Vnde non ualidaret conſenſum infantis. Ita limitat Lodo. conſi. 517. incip. Omnipotentis, &c. in caſu propoſitæ conſultationis. col. 6. in fi. De iſta materia uide Abb. in ca. quod autem. de iure patro. ubi dicit, q̃ ſi aliquis habet ius in re, putà uſumfructum: & donat iſtam rem cum animo donandi ipſam rem totam, q̃ ſi iſta exprimit, quòd donat totam rem, non ualet, ut ualere poteſt: ſed ſi donat hoc modo, Donorem, & ius, quod habeo in ea, ualet ut ualere poteſt: quia donatum erit ius, quod habet in re, & uide Lud. conſil. 446. ubi multa ponit, inci. Primus propoſitæ cõſultationis articulus. & ibi dicit, q̃ ſi procurator alicuius, habens duo mãdata uniuerſa, unũ ſufficiens, & aliud inſufficiẽs cõtraxit cũ aliquo, q̃ ualet actus: quia nõ noluiſſe contrahere per illud mandatũ ſufficiens. Scias etiam hoc, quod eſt optimum & ſingulare in contractibus, q̃ ubi partes ſciunt actum non ualere, non uidẽtur uelle, quòd nunquam ualeat eo modo, quo poteſt, ſi non ualet, ut ſit ſimpliciter. Ita probat tex. elegans in l. an inutilis. ff. de accepti. ibi, ſcientem prudentemque nullius eſſe momenti. Et tenet ibi Raph. Et idem tenet Paul. de Caſtro, & Raph. in l. prima, §. quis ita. ff. de uerbor. obligation. quia partes, ex quo ſciunt actum non ualere, uidentur noluiſſe facere actum nugatorium: argu. l. non ſolum. ff. de act. & ob. ubi tex. dicit, q̃ ſi in contractu appono conditionem impoſſibilem ſcienter non ſum obligatus ex tali contractu, &c. Et ſubdit notanter Raph. in d. l. an inutilis. q̃ in dubio præſumitur ignoraſſe iuris diſpoſitionem uolentem actum eſſe nullum, niſi cõtrahentes eſſent iure periti. Et licet dicatur, q̃ omnes debẽt ſcire iura, l. leges. C. de legi. tamen intelligitur illud, ſecundum quod dicitur in l. in bonorũ. & ibi per Bar. ff. de bon. poſſ. tit. gene. Et hoc uidetur uerum, per dictam l. an inutilis. licet Bar. ibi, & in l. non fatetur. ad fi. ff. de confeſſ. aliter ſentiat. Et no. q̃ ubi agitur de obligatione inducenda, ſi eſt defectus in cauſa efficienti*, ſemper ualet actus eo modo, quo ualere poteſt. tex. eſt in d. c. j. de deſponſ. impub. in 6. in §. idem quoque. Quod fallit niſi concurrat defectus formæ. Ita eſt tex. hic, & in l. 3. §. ſi quis ita. ff. de uerb. oblig. Et de iſta materia ponit Sal. in l. non codicillum. C. de teſta. & Bald. in l. ſi abſentis. C. ſi cer. pet.

11 ¶ Quid † autem importet[a] iſta clauſula, Omni meliori modo, forma, &c. Dic, q̃ primus eius effectus eſt, licet ſit dubium da ordinario procedente, ut delegatus, utrũm ualeat proceſſus? ut plenè in c. cum ex officij. de præſcrip. & plenè Rom. in d. §. ſi quis ita. Tamen ſi iudicando apponit clauſulam, Omni meliori modo, &c. ualet, tanquam ex poteſtate uera, non tamẽ ex putatiua. Hoc eſt ſingulare dictum do. Car. in c. ex literis. j. eo. & ibi Imo. Ex quo credo dici poſſe, q̃ ita etiam limitari põt iſta decretalis: quia ſi iſte Abba. hic dixiſſet, Omni meliore uia, &c. & ui deſur hoc ſentire Abb. quando hic dixi de proteſtatione, q̃ ualeret præceſſus. ¶ Secundus effectus eſt, licet non ſufficiat relinquere hæredi neceſſaria, quando relicti titulo, niſi dicatur iure inſtitutionis, ut in §. aliud. in auth. ut cum de appell. cog. & p omnes in c. Raynutius. de teſt. tamen ſi eſt relictum ex alio titulo, & apponitur d. clauſula, Omni meliori modo, &c. ualet teſtamentum tanquam ſi eſſet facta inſtitutio[b]. Ita eleganter Bal. in l. quoties. in fi. C. de hæred. inſtit. quod ſequitur Paul. de Caſt. conſi. 345. in pen. col. & Raph. in l. his uerbis. ff. de hære. inſtit. ¶ Tertius inſtitutus hæres in duobus teſtamentis qui dubitat de inualiditate ſecundi, ſi dicat, adeo hæreditatem ex primo & ſecundo omni meliori modo &c. ualet aditio, & tranſmittit hæreditatem. Ita conſuluit. Pet. de Anch. conſi. 303. incip. Ex themate prædicto elicio. q̃ intelligo, ut per eum, conſ. 357. inci. Quia præſupponitur p ueritate. niſi ſe ſolum fundaret ex ſecundo teſtamento, & nõ faceret mentionẽ de primo: quia tunc non prodeſt. Pro quo facit prima limitatio ſequens: quia non mutat ſubſtantiam rerum non neceſſaria uerborum multiplicatio, l. pediculis. §. Labeo. ff. de auro & arg. leg. ¶ Quartus effectus eſt, q̃ iſta clauſula, Omni meliori modo, &c. æquipollet clauſulæ codicillari*. Ita Bal. & Imo. in l. cum pater. §. filius matrem. ff. de leg. 2. Quod uer. ad intellectũ Bar. in l. j. ff. de iure codicillo. & confirma per tex. in l. codicillis. §. fi. & ibi Bar. & Imo. ff. de leg. 2. ubi dicunt, q̃ ſufficit clauſula æquipollens clauſulæ requiſitæ: & hoc intellige in omni materia, & hoc, quãdo non requiritur pro forma, ſed ubi ſimpliciter requiritur. ¶ Quintus effectus. Arbiter & arbitrator, qui in ſua ſẽtentia appoſuit dictam clauſulam, uidetur pronunciare tanquam arbiter. Ita Imol. in l. nemo poteſt. ff. de leg. j. ¶ Sextus effectus eſt: legatus exequẽs mandatum Papæ, ſi mandato dicit, ſe facere, ut legatus, nihil agit, ſed ſi narrat ſe legatum cũ clauſula, Omni meliori modo, uidetur ſa cere anthoritate Papæ. Ita Ioan. de Lig. in c. hi qui. de præbẽ. in 6. dicens ſuſtinuiſſe coram Clemente Papa, qui huic dicto annuit, & ſequitur ibi Dom. in pen. col.

12 ¶ Aliquando † tamen nihil operatur, puta quando in diſpoſitione eſſent expreſſi modi inepti, & modi apti nullatenus condeſcenderẽt ex expreſſis: quia tunc clauſula, Omni meliori modo, intelligitur de expreſſis, & ſi illa non ſufficiunt, clauſula eſt inanis. Ita Cal. in conſilijs ſuis in titulo, de accuſatio. conſil. j. Pro quo facit conſilium Pet. de Anch. 357. ſuperius allegatum, & quod ſtatim dicetur. ¶ Secũdò,

13 quando † quis uellet per iſtam clauſulam q̃ intentio loquentis comprehenderet incognita, quia tunc non poteſt. Ita Ludo. conſi. 194. incip. Hæc confeſſio, in qua ſic fundamentum. ubi dicit, q̃ iſta clauſula non trahitur ad incognita. ¶ Tertiò, ubi

14 † lex exigit certam formam uerborum, quia omiſſa illa uitiatur actus, licet iſta clauſula ſit appoſita, Omni meliori mõ. Ita Domin. in c. unico. in notabilibus, de poſtulat. prælat. in 6. De iſta clauſula po-

* *Si in ſubſtantia*] *Adde Rom. conſi. 520. inci. circa propoſita in fi. Iaſ. in l. ſed & ſi quis §. quæſitum. in fi. ſi quis caut. in l. ſancimus. nu. 20. C. de teſta. in l. tãquam poſt nu. 18. uer. 8. limita. C. de fideicom. Ratio ponitur ab auth. nam iuramentum non ſupplet cõſenſum, nec operatur ultra conſenſum, ſed ſtandum eſt Reg. l. ſi ego. ff. ſi cer. peta. uolentis unam conuentionis ſpeciem nõ poſſe ex ſeipſa in aliam tranſire.*

★ *Efficienti*] *Adde quod iſta eſt doctrina Bar. in l. i. §. ſi quis ita. ff. de uerb. oblig. quam ſequitur Rom. conſi. 446. incip. primus propoſitæ co. 2. uer. ultimo principaliter uidetur. et al*

a *Importet*] *Vide Bar. in auth. ex cauſa. in ultima. col. & do. Alexan. de Imo. ibi in 2. col. ubi Bal. etiam in 7. col. legat l. quæſitum cum ibi no. de ſpõſal.*

b *Inſtitutio*] *Adde do. Alex. de Imo. in l. nam quod §. non omnis. ff. ad Trebel.*

★ *Codicillari.*] *Adde quod iſta clauſula in teſtamentis operatur quod uerbum relinquo importat inſtitutionẽ. Bal. in l. quoties co. 2. uerſ. quæro ſi pater, & ibi doct. C. de hær. inſtit. Caſ. conſi. 345. inci. ſu per puncto. Cum. in l. his uerbis de hære. inſtit. Alex. in l. nam quod. §. non omnis ad treb. Et nota, quod iſta clauſula ſubauditur in acceptatione hereditatis. Bal. in l. i. co lum. 2. uer. ex prædictis apparet. C. quan. nõ pet. par. Nota etiam quod iſta clauſula ſubauditur in teſtamentis ſeu diſpoſitionibus ultimis factis inter filios gl. in uer. non ualebit. in l. coheredi. §. cum filiæ. ff. de uulg. & pupil. & ibi Imo. & Alex. in 5. column. in prin. & Imo. in c. Raynutius. de teſtam. col. 28. poſt Ant. de Butr. Alexan.*

uan. in l. hac conſultiſſima. §. ex i. perfecto. in fin. de teſta. ubi allegat etiam gl. in l. fin. C. fam. herciſc. ubi intelligunt etiã ab inteſtato l. codicillos. §. ſi. et ibi Bar. de lega. 2. & adde Inn. in c. cũ eccleſia. col. 1. in gl. in uer. conſueuerit. de cau. poſſ. & propr. Bald. in marg. uer. poſtro. uer. 7. Bar. in Auth. ex cauſa. & ibi Alex. col. 2. C. de liber. præter.

uit Bar. in l. ſi ita. in fi. ff. de auro & argẽ. leg. & in l. 3. §. 1. ff. de duobus reis. & in l. codicillis. §. Lucius. ff. de leg. 2. & in l. j. C. ſi plur. una ſent. & Bal. in l. uinum. ff. ſi cer. pet. & in l. Gallus. §. 1. ff. de liber. & poſthu. & Ant. I c. examinata. in 22. co. de iudic. & in c. literæ. 10 4. co. de dilat. & Imo. in l. ſi cum nulla, ff. de re iud. Et prædicta uo. tanquam prius non reducta.

SVMMARIVM.

1 *Iudex habet poteſtatem parcendi contumaci, expectando eum etiã actore inuito. Limita iſtum tex. ut nu. 4.*

2 *Proclama dicitur fieri clam, quando denunciãs dixit ſe facturum una hora, et fecit alia.*

3 *Iudex citans in uno loco uel una hora, et facit in alio, an propter hoc actus dicatur factus non citata parte. & nu. 4.*

5 *Citatus ſi quis fuerit ad aliquem actũ expediendum, & non determinatur hora, intelligitur de ea hora, qua actus poſſit incipi & expediri.*

6 *Notarius non committit falſum, ſi in inſtrumento confecto de nocte dicat, datum & actum die tali. Et ſuper hac materia ponit ſex concluſiones, quas facile eſt uidere per ordinem.*

7 *Reus qui uenit, & non reperit actorem, habet duo remedia, de quibus hic.*

8 *Citatio ad audiendam ſententiam non ſufficit unica, ſed trina eſt neceſſaria, uel peremptorium. Et ponit ab hac regula 11. fallentias ut nu. 9. 10. 12. 13.*

13 *Citatio trina ubi requiritur, ſi ſit una pro omnibus, ſufficit, hoc tamen exprimendo. Et ab hac regula ponuntur quinque fallentiæ, ut numero hoc 14. & 15.*

16 *Citatio ſi fiat ad audiendam ſententiam, non ſufficit dicere, Ad audiẽdam uoluntatem iudicis.*

17 *Monitus a iudice, & non comparens, an ſit uerus contumax, ita ut non poſſit appellare.*

18 *Sententia arbitratoris lata de nocte, ualet, ſecus in ſententia iudicis, quia non ualet lata de nocte, nec eſt opus appellare.*

19 *Sententia interlocutoria lata de nocte, an ualeat.*

20 *Collatio beneficij facta de nocte, tenet, nec, eſt irritanda, licet ſit ſuſpecta.*

21 *Prælati uiſitantes curiam Romanam in habitu diſsimulato ſunt ipſo facto excommunicati.*

22 *Clam fieri, quot modis dicitur.*

23 *Occultum quomodo cognoſcatur.*

CAPITVLVM XXIIII.

CONSVLVIT. ¶ Si iuriſdictio delegati expirat in termino peremptorio partibus aſſignato, poſt congruam horam termini iudex non expectabit contumacem ſi uerò non expirat, poterit expectare, ſi uult, in diem alteram, & iterum citare, ſi uult. Hoc dicit. ¶ No. iſtum tex-
1 tum, ꝙ † iudici datur poteſtas parcendi reo contumaci, expectando eũ, etiam actore contradicente, & ratio quia pars non poteſt clamare iudice exequente ſecundum legem. No.
2 ſingulariter. ¶ Primò † iſtum tex. in l. aut qui aliter §. ſi. ff. quod ui, aut clam. ubi dicit, quòd dicitur clam feciſſe proclama, qui denũciauit ſe una hora facturum, & fecit alia hora, uel in uno loco, & fecit in alio: & uno modo, & facit alio mo-
3 do. Et dicit ibi Bar. ¶ No. pro † iudice, qui citat in uno loco, uel in una hora, & facit in alio: dicitur enim ex hoc factus actus non citata parte, & dicit ibi eſſe textum ſcribendum, literis aureis: & ſic, ſi unus citatus pro una re, & fiat alia res & ille non compareat, dicitur factum eo non citato. Ant. in c. j. in 9. col. de iud. allegat hoc dictum Bar. Et idem uoluit, Bar. in l. conſentaneum. in fi. C. quomodo & quando iudex. Bar. in l. ſtatu. liberi. §. Stichus. ff. de ſtatuliberis. Et idem uoluit etiam Bart. & Ang. in l. ſi §. ſi. ff. quod ui, aut clam. Pro tanto dicit Bar. in conſ. 171. incip. Plures contingit, ꝙ ſi iudex citat aliquem, ut compareat in nona, intelligitur poſt nonam inchoatam, & ante completam, in tantum, ꝙ actus factus ante horam nonam, dicitur factus ante horam nonã. Cum hoc eſt Bal. in l. j. in 4. col. C. q̃uo & quãdo iudex & in l. & poſt edictũ. ff. de iud. & do. Ant. in c. cũ dilecti. in 3. col. de do. & contu. Et iſta ſit concluſio. ¶ Intellige, q̃ñ præuenit horã, uel diem ſtatutã, uel proceſſit alio die non facta gratia prorogationis termini, ut purà, ſi uno die nõ ſedit & procedit alio die ſine noua citatione, ſecus ubi prorogaſſet diẽ, uel horã, per textum ſingularem, hic quem ita declarat do. Ab. pro quo uide Imo. I d. c. j. in 5. co. de iud. ubi refert Ant. & uide Bar. in l. ſi finita. §. Iulianus. uer. quæro, utrum primum. ff. de dam. infec. ubi dicit, ꝙ ſecundũ decretum debet interponi die peremptorij, niſi ex æquitate differatur in alium diem. Et adde Io. And. in additio. in titulo, de ſent. pro lat. §. iuata uerſi. eſt etiam nulla. ubi dicit, ꝙ ſi citatus comparuit, & iudex fuit impeditus, poteſt differre ad diem ſequẽtem. Allegat hoc c. & dictum Bal. in l. ſi. ff. de fer. ꝙ ſecunda dilatio ualet de facto conceſſa: quia in dilationibus põt iudex gratiam facere. Allegat iſtum textum. ¶ Sed tu dicas, ꝙ iſte textus loquitur in dilatione expectatoria ad comparendum, quæ non exigit cauſæ cognitionem, quia fit etiam abſente parte, l. ſed interpellatur. §. arbiter. & ibi notatur. ff. de arbit. Secus in dilatione probatoria, quæ requirit cauſæ co-
4 gnitionem, d. l. ſi. in uer. cauſa cognita. ¶ Iſtum † textum limita tribus modis, dum dicit de prorogatione. Et primò, ut iſte textus procedat, quando eſt aſſignatus terminus ad cõparendum certa die, ſecus, ſi certa hora diei, putà, compareas in aurora, quia tunc inuito actore non poterit iudex in beneficium rei differre in diem ſequentem, ſed bene in horas ſequentes, cum plures horæ diei ſuperſint. Ita expreſſe limitat Bal. hoc c. in l. cum non eo. C. quando prouoc. non eſt neceſſ. & ponderat iſtum textum qui loquitur, quando eſt aſſignata dies, in uerbo, Die data. Idem tenet in l. terminato. C. de fruct. & lit. expenſ. ¶ Tu conſidera, quod forte iſta limitatio non procedit, quando eſſet data ultima hora diei: quia ceſſat ratio Bal. quod aliæ ſuperſint horæ. Et hoc no. ¶ Secundò limita, niſi per non comparitionem in die termini deſerta eſſet appellatio, & ſic acquiſitum ius parti, nam tunc nõ poſſet iudex differre terminũ, uel prorogare, ut habes gloſſam quæ expreſsè ſentit hoc in c. ſæpe. in uerſi. peremptoriæ ibi, In hoc tamen differunt. de appel. de qua facit ibi textum dn. Abb. dicens, hoc eſſe bene notandum ad limitationem c. conſuluit. de offi. deleg. Et ratio eſt, quia ſolus princeps poteſt auferre iura parti, & hoc ſentit hic Abba. ſuper gl. in uer. gratiam dum dicit, quod iſta prorogatio eſt modici præiudicij, & ſic a contrario ſentit, quòd ubi eſſet magnum præiudicium, non haberet locum iſte tex. Do. Philp. ibi tenet contrarium, & dicit, ꝙ iudex poteſt ante finem termini prorogare, ſecus, ſi eſſet facta prorogatio poſt terminum, quia tunc procedet gl. Sed tamen credo opinionem glo. eſſe ueram per ea, quæ habentur in l. cum ſtipulatus. ff. de uerb. obliga. ubi eo ipſo, ꝙ quis eſt obligatus ad diem, dicitur, ꝙ illi quæſitũ eſt ius, qui expectat illum diem, eo modo in caſu noſtro licet, &c. de appellato & appellante, & ſic indiſtinctè teneo illam gloſſam in c. ſæpe. ¶ Tertiò limita, dummodo in termino citationis expreſsè proroget, ſeu differat in ſequentem diem, ſed abſque expreſſa prorogatione non poſſet expectare. Ita dicit Ang. in l. de unoquoque. ff. de re iud. ubi dicit eſſe limitandum iſtum textum, & allegat l. & poſt edictum. ff. de re iud. ubi dicitur, quòd ſi poſt edictum peremptorium actor non comparuerit, debet eum iudex circumducere. Et idem tenet Ant. in c. cum dilecti. de dolo & contu. ¶ Contrarium tenet Imol. in d. l. de unoquoque. dicens, quòd abſque expreſſa prorogatione, iudex poteſt iudicare die ſequenti, & reſpondet ad legem, & poſt edictum, quòd loquitur in impetratore, qui non comparuit, ſecus, ubi reus. Et idem uidetur uelle Bal. in d. l. & poſt edictum. Ego dico, quod ante factum tenenda eſt prima opinio, ſcilicet, quòd prorogetur expreſsè poſt factum, dico, ꝙ benigna eſt iſta opinio, quòd iudex poſſit iudicare, tanquam durauerit citatio, & ratio, quia expeditio actus facta die ſequenti declarat animum iudicis præcedentem. Facit l. 2. C. de impo. lucra. de reſcrip. l. ſi. x. quæ dicit, quòd poſterior euentus declarat præcedentem titulũ. Secundò moneor iſtum tex. dum dicit, poteris expectare, & non dicit, prorogare, & ſic not. pro concordia. Et not. quod illa die ſecunda expectata de benignitate: non debet ferri ſententia, niſi circa finem illius diei, ſed ipſa die benignæ expectationis elapſa, licet diſtulerit eam ad conuincendam malitiam, die ſequenti poteſt quacunque hora iudicare. Ita Bal.

Bal.in l.j.in ultima col.C.quando prouoc.non eſt neceſſ. Et
uide Ang.in d.l.& poſt edictum.ubi dicit, quòd Paduæ ui-
dit unam extrauag. Feder. ubi determinat, quòd citatus ad
audiendam ſententiam certa die, debet habere totam diem
illã integram, & ante illam diem non poteſt ferri ſententia,
ſed ſequenti, niſi ex cauſa iudex eſſet ſe abſentaturus, ſed e-
go credo, quòd habeat iſta decretalis noſtra locum, quia illa
extrauagans non eſt nota. ¶ Not.ibi in textu ea hora, qua,
5 &c.quod † ubi quis citatur ad faciendum actum, & non de
terminatur hora, ꝙ intelligitur de ea hora, qua actus poſſit
incipi, & expediri. Ita dicit Abb. hic, & ſic ſecundum quali
tatem actus uidetur hora præfixa. ¶ Confirmo primò per gl.
j.in c.2.de teſtib.cog.& ibi Abb.ponentem eadem, quæ hic,
& allego Bal.ponentem etiam hoc in c.j. de mili. uaſal.qui
cont.eſt.& ibi dicit, quòd in citatione non eſt opus expri-
mere horam, & uide etiam Baldum in l.j.& in l.ſicut propo
nis.la 2.C. quomodo & quando iudex & in l.3.net.ſed niſi
quid.C.de fruct.& lit.expenſ. ¶ Et ubi eſſent plures horæ, ui
detur, ꝙ citatio non arctet tanquam incerta, per id, quod
ſcribit Bart.in l.ante calendar.ad ff.de uerb.oblig.ubi dicit,
quòd citatio habens tempus incertum, non arctat, ſed hoc
eſſet uerum, tenendo opinionem ſuam, ꝙ citatio ſine termi
no non ualeat. ¶ Sed tenẽdo opinionem, quod ualeat etiam
* citatio ſine termino, & hoc communiter* tenetur, ut per
omnes in c.ut cum parati.de app.& in l.liber homo.§ decẽ.
ff.de uerb.obliga. Et intelligitur, quam citò commodè põt,
per textum in c.eos.de ſen.excom.in 6. & illum allegat An
ge.in l.j.§.hæc ſtipulatio.ff.ſi cui plus quam per l.Falcidiã.
Et ideo in propoſito intelligitur de illa hora, in qua poſſet
quam primum commodè comparere, & ſic nota iſtam decla
rationem. ¶ Limita hoc, niſi eſſemus in caſu, in quo compu-
taretur tempus de momento in momentum. Vnde appel-
lans decimo die, debet exprimere horam, qua appellat, quia
elapſo momento diei tranſiuiſſet ſententia in rem iudicatã.
Ita Raph. Fulgoſ.in l.j.§.dies.ff. quando appel.ſit.& ibi An
ge.de Aret.dicens, ſe ſemper ita practicaſſe, & allegat gloſ-
ſam, quòd lapſus momenti facit tranſire ſententiam in rem
iudicatam. Et uide gl.2.in cle.ſicut appellationem.de appel
lat.in clement.ſi appellationem.eo.tit.de appellat.& alia gl.
eſt etiam de hoc in l.præſes.ff.de re iud. Quod no. ¶ Genera
liter autem, quando omnes actus humani recipiant inter-
pretationem à conſuetudine, uide quæ dixi in cap.cum M.
Ferrarienſis.de conſtitut.in 4.notabili, & ponit Bal.in l.libe
rorum.ff.de his, qui not.infam.ubi ponit de illo, qui capi-
tur poſt ſonum campanæ. ¶ Not.hic, ꝙ iudicium eccleſiaſti-
cum, & ſeculare non exercentur in tenebris. ¶ Nota. ibi in
qualibet parte lucis, quòd ubi dies artificialis non eſt de ſub
ſtantia, illud, quod fit de nocte, dicitur factum de die. Ita no
6 ta.hic Abb. ¶ Prima concluſio ſit circa hæc, quòd † notarius
non committit falſum ſi in inſtrumento confecto de nocte
dicat, De die tali. Ita Inno.hic. Hoc dictum allegat Barto.&
Ang.in l.more.ff.de fer.& Bal.in l.non minorem.C.de tran
ſact.& in l.fi.C.de his, quibus ut indign. Angel. in l.j.ff.de
manumiſſ.& Ang.in l.uſucapionibus.ff.de uſucap.& Ang.
allegat hoc dictum etiam in l.Titius.§.j.ff.de libe.& poſth.
& Imo.in l.qua ætate.ff.de teſtam. ¶ Dicit tamen Bald.hic,
quem refert Dom.quòd utile eſt exprimere hoc de nocte, &
horam noctis, ad hoc ut poſſit dici, quòd inſtrumentum an
tea ſit factum, quia ratione unius horæ, quis dicitur prior
altero. Gloſ.eſt in l.ſi ex pluribus.§.fi.ff.de ſol.& Bal.allegat
ipſam in c.paſtoralis.& in c.quoniam.de reſcrip.& in c.li-
cet.& in c.quoniam.de probat.& in c.ego N.de iureiuran.
& Bal.allegat etiam ipſam in l.præſcriptione.C.ſi contra ius
uel utilitat.publ. Et ſi ignorat notarius, utrum ſit tranſacta
media nox, dicet inter diem penultimam & ultimam. Ita di
cit Ange.in d.l.j.de manumiſſ.& in d.l.in uſucapionibus.
Quod not.diligenter. ¶ Secunda concluſio. Creditor non co
gitur recipere ſolutionem de nocte. Gloſ.ſingul.in d.l.more
Romano.quam ſequitur Bart.ibi, & Abb. in c.2.de fer.In-
telligo, dummodo ſit paratus prorogare ſolutionem in diẽ 7
ſequentem, uel, ſi locus eſſet inſidioſus creditori, puta in pe
riculo hoſtium, uel ſi dubitauit decipi iſtis ceſſantibus, de-
bet debitor poſſe ſoluere etiam de nocte. Ita declarat Ang.
in d.l.more.& Sal.in d.l.non minorem.& Bal.in l.acceptã.
in 2.q.C.de uſu. De hoc habemus gl.quòd in ſolutione du-
rat dies uſque ad mediam noctem, cap.pronunciandum.de
conſe.diſtinct.3.quam gloſſam allegat Bal.in c.ego N.de iu
reiurand. Hoc idem tenet Arch. in ca.quod in pluribus.75.
diſtinct.& ibi dicit, quòd ad euitandum periurium nõ com
putatur dies de ueſpera ad ueſperam, ſed a media nocte, uſ-
que ad mediam noctem. Et dicit, quòd d.l.more.debet ſer-
uari in contractibus, & alijs actibus, &c. ¶ Tertia concluſio
eſt, quòd quo ad diuina officia, computatur dies de ueſpera
ad ueſperam. Ita dicit gl.j.in c.j.de fer.& gl. in c.2.in uerſi.
incipit.eod.tit. Et adde idem, quo ad ſolennitatem diei feſti
ui. De hoc eſt tex.in d.c.j.& Ant.ibi, & Imo. Textus autem
in d.l.more Romano.intelligitur de die nõ feſto. ¶ In pœnis
legijs uerò includitur utraque ueſpera, incluſiuè. Tex.eſt in
clem.j.in fin.in uerſic.in primis autem feſtis.de reliq.& ue-
ner.ſanct.& glo.in c.alma.in uerſ.aſſumptionis.de ſent.ex-
com.in 6. Et ita tenet Cald.in tractatu De eccleſiaſtico inter
dicto.in 6.membro, q.56. Item no.quòd ubi imponitur pro
pter reuerentiam diei feſti pœna facienti actum, non incur
rit pœnam is, qui fecit talem actum de nocte, quia ceſſat ra-
tio, propter quam fuit factum illud. Ita Feder. conſi.44.inci
pit. Factum tale eſt: ſtatuto cauetur, & ibi dicit, quòd maleſi
cium commiſſum de nocte, non dicitur factũ de die, & hoc
propter communem uſum loquendi. ¶ Quarta concluſio.
Quo uerò ad ieiunium & eſum carnium, incipit dies à ter-
mino cœnæ diei præcedentis, ita, quòd fiat cœna ante me-
diam noctem, & terminetur in media nocte ſequẽti. Ita Ab
bas in c.2.de ferijs. Sed uide text. in c.de eſu.de conſec.di-
ſtinct.3.ubi tex.dicit, uſque ad diluculum quintæ feriæ.
¶ Quinta concluſio ſit, in actibus, qui commodè geri poſ-
ſunt de nocte, dies computatur artificialiter, non naturali-
ter. Ita Ant.in c.j.de treug.& pac.& mouetur per illum tex-
tũ, ibi, poſt occaſum ſolis. Et adde Bal.in l. terminato.in pe
nul.col.C.de fruct.& lit.expenſ.ubi dicit, quòd l.Paulus. la
j.ff.de re iud.in uerſic. eodem die.intelligitur de artificiali,
non naturali, & ſic tulit ſententiam in crepuſculo, non facit
condemnationem expenſarum in nocte ſequenti, quia non
poteſt. Quod not.quia allegat notata hic, & ſic bene tene
menti omnia hæc. ¶ Si per aliquod ſignum ſeparatur dies à
nocte, tunc illi ſigno ſtandum eſt, puta, in pulſatione campa
næ, altae autem ceſſante hoc ſigno, quicquid fit ante lucem
diei, ſiue ante ortum ſolis, ſiue poſt occaſum, dicitur de die,
dummodo perſona diſcerni poſſit. Ita Car. in c.ſi perfodiẽs.
de homicid.in uerſi.diſcerni poterat. Ad idem Bal.in l.uni-
ca.C.de emend.Iuſtini.Codi.ubi dicit, non eſt nox, ubi non
eſt obſcuritas naturalis: & Angel.in l.j.C.de cuſtod.reo.ubi
dicit, quòd ante ortum ſolis dicitur mane, quia incipit an-
te cantum galli: & nox incipit poſt tene-
a bras[a]. Et tangit Bald.in l.fi.C.de his, qui-
bus ut indign.& Bar.etiam in l. aut facta
b §.tempus[b].ff.de pœnis.& Bal.Ang.& I-
mol.in l.Titius.§.Lucius.ff.de libe.& po
ſthu.ubi dicunt, quòd factum in aurora,
non dicitur factum de nocte, per illũ tex-
tum, ibi, albeſcente cœlo. & ponit Ioann.
And.in c.alma.de ſentẽ.excomm.in 6.&
Bal.in l.1.ad finem.C.quibus res iudi.nõ
nocet.ubi dicit, ꝙ ſi in aliqua diſpoſitiõe
dicitur actũ inter diẽ & noctẽ, intelligitũ
factum de die, per glo.in l.j.ff.de fur.bal-
ne. ¶ Vltima concluſio. Terminus dierũ,
poſitorũ in citatione ſine expreſſione ho-
ræ, durat uſque ad mediam noctem, & ſic
citatus poterit uſque ad mediam noctem
comparere. Ita ſentit gl.in d.l.more.quã
intellige dummodo citatus non fuerit in
culpa, ſecus ſi fuit in culpa ſe arctando adeo, quòd iudex de
nocte non poteſt ſui copiam facere, per l.j.§.dies.uerſi.quid
ergo.ff.quando appellandum ſit. Sed ubi non fuit in culpa,
poſſet illa gloſſa ſuſtineri per iſtum textum. Ita ibi Lud.per
l.2.§.ſi quis, cum poſſit.ff.ſi quis caut. ¶ Gloſſa in uerbo, ter
7 minum. In † quantum dicit Abbas, quòd reus, qui uenit, &
non reperit actorem, habet duo remedia, de quibus hic per
ipſum, dic, quòd Petr.de Anch.hic dicit, quod ſola cõtuma
cia actoris non eſt ſufficiens, neque iuſta cauſa, quòd reus
abſoluatur ab inſtantia. Et dicit, ꝙ legale remedium eſt, in
auth.qui ſemel. C.quomodo & quando iud. Ergo tenet ip-
ſe, quòd non poteſt ferri iſta abſolutoria. Idem tenet hic
Iaz.ol.

a *Poſt tenebras*] *Vide omnino ad hoc Bartol. Cepo. in l. 2.§.final.de uerborum ſignifi-cat. & adde quæ habentur Marc. 13. in fin. & ca. 15.*

b *§.tempus*] *Et ibidem ad hoc uide domi. Alexan. de Imo. & in d. l. more alleg.in tex. de fer. ibi etiam uide Paul. de Caſtro.*

Imo. Sed tamen Ang.in l.& poſt. ff.de iudic. tenet cum Inn.
hic, dicens: quod iſta abſolutoria eſt ſolum ab obſeruatione
iudicij: auth. uerò, qui ſemel in eo loquitur, qui petit ſe ab-
ſolui à tota cauſa. Et uide Bart. in auth. quod fieri. C. de di-
lat. ubi dicit, quòd reus cõparens actore abſente, habet tria
remedia, de quibus ibi eleganter per eum. Hæc ſunt om-
nia Mod. dicta, qui dicunt, ꝙ ante finem triennij nõ poteſt
fieri abſolutio ab inſtantia, quia tex. in l. properandum. C.
de iud. dicit finito triennio, ſi liquet de cauſa, debet abſolui
à tota cauſa, ſi uerò non liquet, debet abſolui ab inſtantia
iudicij. Ergo actus abſolutionis durat uſque ad finem iu-
dicij. Ita Mod. hic. ¶ De iure ciuili poteſt peti abſolutio ab
inſtantia ante finem triennij. Text. eſt in auth. quod fieri. C.
de dilatio. uerſus finem, ubi tex. dicit, actore non comparen
te, & reo inſtãte, debet reus abſolui. Non obſtat auth. qui ſe
mel. quia loquitur, ubi petitur abſolui à petitione actoris.
Nec obſtat l. properandum . quia loquitur, ubi reus non
petijt abſolui ab inſtantia. Ideo datur ibi forma ab im-
peratore. Et ita declarat ibi Salic. ¶ De iure uerò cano-
nico uide Rotam deciſ. 402. incip. ſi actor præſens. ubi fir
mat, quòd ſi actor obtinuit cauſam beneficialem committi
& receſſit non relicto procuratore, ſi reus etiam non cita-
tus compareat, & docet de cauſa ſeruatis debitis terminis,
8 poteſt abſolui à petitione actoris. ¶ Ad † audiendam ſentẽ-
tiam non ſufficit unica citatio, ſed peremptorium, uel trina
citatio. ¶ Fallit primò in cauſis ſummarijs: quia ſufficit uni-
ca. De hoc eſt gl. in clem. ſæpe. in uer. peremptoriam. alia in
uer. ad id. & in uer. citatione. de uerb. ſign. Hoc intellige in
cauſis, in quibus proceditur ſummariè ſimpliciter, & de pla
no: ſecus, ſi proceditur ſimpliciter tantùm: tunc enim requi
ritur peremptorium: quia non eſt ſublatum. Iſta fuit limita-
tio Bal. in auth. ei, qui. uerſi. quæro, an poſſit. C. de bon. au-
tho. iud. poſſ. & Bal. in l. 2. C. ubi in rem actio. ¶ Secundò fal
lit, ubi citatus [a] perſonaliter non compa-
ruit: quia non uidetur amplius citandus.
Ita Inno. in c. ad petitionẽ. de accuſ. quia
incertis locus eſt cõiecturis: ſecus, in cer
tis, quia non eſt locus coniecturis, l. ille,
aut ille. §. cum in uerbis. ff. de leg. 3. Sed
in hoc reprehenditur Inn. Contra eum e-
nim tenet hic Ant. & in c. fin. in 4. col. de
eo, qui mittitur in poſſeſ. cauſa rei ſeruã.
& Ioan. And. in Spec. in tit. de contu. §. j.
& gl. magna ad fi. in l. fi. ff. de reſti. in in-
teg. & ibi Bart. & omnes. Ratio: quia ex
quo fuit citatus ſemel tantùm, fortè expe
ctauit alias citatiões: quia ſciebat adhuc
ſe bis citandum. ¶ Tertiò fallit, quando
9 † citatus dicit ſe nolle comparere, quia
non eſt amplius citandus: * glo. eſt in c. de
illicita. 24. q. 3. tenet Inn. & Hoſti. in d. c.
ad petitionem. de accuſ. & Bart. in l. ſi fini
ta. §. Iulianus. ff. de dam. infec. & Bar. Au
ge. & Sal. in l. tres denunciationes. C. quo
modo & quando iu. Communis opi. * eſt
in contrarium. Ita Ioan. And. in Spe. in ti
tu. de contu. §. j. alleg. 3. & Aug. in l. ad pe
remptorium. C. de iud. & Imol. in d. §. Iu-
lianus. & do. Anto. & Imo. in d. c. ad peti-
tionem. per rationem præcedentis fallen-
10 tiæ. ¶ Duo † caſus excipiuntur ab iſta ne-
ta opinio. quorum unus eſt dubius, ſcili-
cet quando dixit illa uerba, Nolo uenire
in iudicio: glo. in c. uenerabilibus. in uer.
in iudicio. de ſent. excom. in 6. quam ſe-
quitur Bar. in l. ex conſenſu. ff. de app. &
Bal. in l. conſentaneum. uer. quæro. utrũ.
C. quõ & quando iud. & no. gl. magna in
cle. ſi ante. de dol. & cont. Tamẽ ſm Imo.
in l. ex conſenſu. ff. de appel. eadem rõ ui-
detur quãdo protulit in iudicio, & qñ ex-
tra: & fortè non eſt uerum hoc. ¶ Secun-
dus caſus eſt, quãdo uteretur uerbis futuri temporis & præ
ſentis, ut nolo comparere amplius coram iſto iudice, uel nõ
comparebo, tunc amplius non debet citari. Ita ſaluat Imol.
in d. §. Iulianus. Pro quo facit c. 2. de dol. & contu. in 6. ubi

a *Citatus*] *Adde tu, an citatus per edicta, iuxta cle. ſi. de iud. uidelicet in caſu præmiſſo, ut ibi, utrum dicatur uerus contumax: text. ibi cum glo. in uerbo, perſonaliter, uidetur tenere, quòd ſic. Adde tu, quòd do. de Rota tenent cõtrarium in deciſ. ſua 71. ubi uoluñt, quòd taliter citatus dicatur fictus contumax, & per conſequens, quòd admittatur ad appellandum: & uide etiam dom. de Rota. in deciſion. 61.*

* *Citandus*] *Adde Alex. in l. qui Romæ. in prin. de uerb. oblig. & plenius in conſi. 62. 4. par. Oldr. conſi. 63. incip. hic de duobus. & Soc. cõ ſi. 195. incip. circa primum conſultationis articulũ. uerſ. accedit, nam ex quo par. 3.*

appellans friuolè ab interlocutoria, non eſt amplius citan-
11 dus per iudicem a quo. ¶ Quartò fallit, ubi † ſemel citatus
ſtatim aſcendit equum, uel nauem, & arripuit iter ad partes
longinquas: quia talis non eſt amplius citandus. Ita Bart.
expreſsè in l. 2. in fi. C. quomodo & quando iudex. ¶ Quin-
tò fallit in notorijs: gl. & Ioan. Andr. in ca. cum ſit Romana.
de app. ¶ Sextò fallit, ubi par citat parem: & eſt in actu præ-
iudiciali, ubi requiritur peremptorium, ſufficit unica: gl. in
12 cle. j. in uer. requiſierunt. de hære. ¶ Septimò fallit, ubi † iu-
dex ore proprio citauit: quia tunc ſufficit unica citatio. Ita
gl. a. hic. ¶ Octauò fallit, ubi citandus ſe occultat, uel nõ pa
titur ad ſe citationem peruenire: tunc non eſt amplius citan
dus. Ita Inno. & Hoſt. in d. c. ad petitionem. per c. quoniam.
§. porro. ut lit. non conteſt. Idem Inno. in c. Romana. §. con-
trahentes. de fo. comp. in 6. & do. Ant. in c. fi. de eo, qui mit.
in poſ. ¶ Nonò fallit, ubi citatur tyrannus, uel extraneus p-
mittens cauſam dicit, Expedias, uel per te, uel per alium. Ita
tenet glo.fi.in c.is, cui ab Apoſtolica.eod.tit.lib.6. Abba.in
d.c.cum Bertoldus, & Abb.hic in princ.& in §.porro. Idem
Dom.de Ro.deciſi.368.in nouis, & eſt in iſto tit.24.quæ in
cipit, Item ſi epiſcopus. in fi. Idem Bart. & Ful.in d.l.& quia

Bal. idem in l.non diſtinguemus.§.quæſitum. ff.de arb. Idẽ
tenet Bald. & Sal.in d.l.à iudice. Sentit gl. j.in l.ſolet. & ibi
Bar.ff.de iuriſd.om.iud. Imo.in cle.j. uerſi.ſed an hoc ſit ue
* rum.de offi.deleg. Et ibi dicit, hanc eſſe communem* opi.
Et ratio eſt, quia non uidetur tunc ipſe delegatus ſubdele-
gare, ſed ordinarius: quia ſibi expreſsè commiſit, argu.l.u-
num ex familia.§.j.ff.de leg.j. Bonus tex.in c.j.de procur.in
6. ¶ Limita, niſi daret poteſtatem ſubdelegandi nomine ip-
ſius ſubdelegati: quia tunc impoſſibile eſt in perſonam ſuã
fundare iuriſdictionem & potentiam ſubdelegandi. Ita An
ge. in d.l.& quia. puta, ſi dicitur ſubdelega nomine tuo.
Item fallis, ſi delegatus inferioris ſubdelegauit ordinario
ſciente quia ualet, quod agit. Guil.de Cu.in l.j.in prin.ff.de
exercito. De hoc dicetur infra eo.tit.in cap.cum olim.el j.in
uer.reuertere ad concluſionem. Contra iſtam fallentiam te-
net Spec.in tit.de delegato.§.2.uerſi.quid ſi in delegatione.
uer.ſeq.& Arch.in c.quamuis. de offi.delegat.in 6.& multi
antiqui regulati per Ioan. And.in d. c.is, cui. Idem Card.in
d.cle.j.in 12.q.tenet contrarium. Idem tenet Imol.in §.quẽ
uero.ſ.eo.licet Ioan.And.& Anto.nihil firment: & Ful.in d.
l.à iudice.uer.j. Allegatur ratio: quia conceſſa à lege ſpecia-
liter, ſeu in priuilegium iudicibus ordinarijs, non poſſunt
per eos in aliũ transferri: tex.in l.j.ff.de offi.eius, cui mand.
eſt iuriſ. tunc ſic poteſtas delegandi conceditur ſpecialiter à
lege ordinaria, d.l.cum prætor.§.j. ff.de iud. & d.l.à iudice.
Ergo talem poteſtatem non poſſunt in alios transferre. Do-
mi. idem tenet in d.c.is, cui. Secunda ratio eſt, quia ſequere
tur, quòd poſſit dari delegatus incertus, contra c.ad hæc.de
reſcrip. Tertiò mouetur propter gl.in uerbo, transferre totã.
in §.porro.ſ.eo.quæ dicit, quòd delegatus Papæ non ſubde
legat cum poteſtate ſubdelegandi. Ergo nec ordinarius.
¶ Quartò, quia hoc modo elideretur regula noſtra, quia ſem-
per euaneſceret regula, quòd delegatus inferioris poſſet ſub
delegare. ¶ Non obſtant iſta, & primò reſpondetur, quod iſtud
non eſt conceſſum ſpecialiter in priuilegium, quia hoc non
dicit d.l.cum prætor.§.j. quia tunc eſſet in priuilegium, quã
do concederetur ſolum maioribus magiſtratibus. Sed iſta
poteſtas competit minimis, qui poſſunt ſubdelegare, tex. &
glo.in auth.de exhib.reis §.ſi uero. Item delegare eſt ſimpli
cis iuriſdictionis, l. imperium.& ibi Bar. ff.de iuriſd.omn.
iud. Sed ea, quæ ſunt ſimplicis iuriſdictionis, poſſunt in a-
lium transferri: d. l.j.ff.de offi. eius, cui mand.eſt iuriſd. Et
ſic tollitur primum argumẽtum. ¶ Ad ſecundum de incerto
delegato.ſol. Eo ipſo, quòd delegatus ordinarij ſubdele-
gat ex eius mandato, ſatis dicitur delegatus certus, quia nõ
eſt ſubdelegatus nominandus per partem, ut loquitur ca.ad
hæc. ſed debet nominare delegatus, & per illam ſubdelega-
tionẽ certificatur, quis ſit futurus ſubdelegatus. ¶ Ad tertiũ
de poteſtate ſubdelegandi, dicas, quòd loquitur in delegato
principis, nos in ordinario delegante. Et in hoc iſti differũt,
ſecundum Rotam, ubi ſ.358. Rationem differentiæ ponit
Abb.in §.porro.ſ.eo. quia delegatus non habet iuriſdictio-
nem ordinariam ultra ſibi commiſſa. ¶ Ad ultimum, quod elide
retur regula, dicas, quòd procedit regula, quando non da-
tur illa poteſtas. Ergo ſtat firma illa fallentia, & per hoc ſal-
uantur commiſſiones epiſcoporum, quæ fiunt ab epiſcopis
dicentibus, Committo tibi hanc cauſam expediendam per
19 te, uel per alium? Quæ tota quia diſputabilis. ¶ Fallit † quin
tò in delegato inferioris ſubdelegante unum articulum tã-
tum. Fuit deciſio Bar.in d.l.more.ff.de iuriſ.om.iu. Sed com
muniter reprobatur. Sed remanet uera in articulo non iuriſ
dictionali: quia illum ſubdelegare poteſt. Vidiſti in prin.hu
ius c. ¶ Sextò fallit, niſi conſuetudo aliter diſponat. Tex.eſt
cum glo.in l.cum prætor.§.j.ff.de iudi. De quo exclamat ibi
Ang. dicens eſſe meliorem tex.de corpore iuris: nec mirum,
quia conſuetudo poteſt dare iuriſdictionem priuatæ perſo-
næ, etiam in his, quæ ſunt meri & mixti imperij, c.cum cõ
tingat.de foro compe. Sic ergo ſortitur poteſt ampliare iuriſ-
dictionem habentis. ¶ ultimò fallit, niſi lis eſſet conteſtata
coram delegato inferioris: gl.in l.legatus. ff.de offi.procõſ.
& leg. Alia in l.& quia.ff.de iur.om.iu.& alia ſentit in d.c.cũ
Bertoldus. ſed communiter reprobatur. Et contrarium uo-
luit glo.in d.c.cum cauſam.de appella. per illum tex. ubi tã
erant recepti teſtes. Ergo lis conteſtata. Idem ſentit gl.in c.j.
de procur.in 6. in uerbo, ab eo. ¶ Gl.in uerb.ſi non poſſunt
omnes. alias, ambo, &c. Quod lex debet eſſe de dubitabili,
proba-

a *Delegatus] Adde tu, ꝙ iſte tex. ponit regulam, uidelicet ꝙ delegatus Papæ, uel principis põt ſubdelegare. Ita dicit Ab. hic in 1. not. et alij. Sed pulchrũ eſt uidere, quæ ſit ratio. Itẽ in quib. caſib. fallit hæc regula. Ex primò ratio eſt: quia in cauſa delegata ipſe delegatus eſt maior quocunq; ordinario, l. ſi. §. po. ff. de mino. in ſi. & tex. in c. ſane. el 2. ſuprà eod. & c. paſtoralis. de offi. ord. Si ergo ordinarius poteſt delegare, multò fortius delegatus Papæ, uel principis. Extẽde iſtã regulam quatuor modis. Primo, ſiue princeps ex officio ſuo, uel motu proprio, ſiue etiã de conſenſu partium dederit delegatum, utroq; caſu poteſt ſubdelegare. Tex. eſt not. in c. ſi. in princ. j. eod. & ibi do. Ab. in 1. not. Secundo modo extende ut, quãdo ſubdelẽget ex iuſta cã, ut in c. ſi pro debilitate. ſ. eo. ti. ſed etiã, ſi nulla cauſa iuſta exiſtat, poteſt ſubdelegare, ut dicit gloſ. in iſto tex. in uerbo, exoneratus. Et de hoc uide hic dom. Abb. in verſic. in gloſ. 1. Tertio extende, etiam inuitis partibus: ut dixi ſupra. Quartò extende, non ſolum, quando unus ſolus eſt datus delegatus, ſed etiã, ſi habet collegã, qui uelit per ſe procedere. Hoc nõ obſtãte poteſt procedere ad ſubdelegationẽ. Text. eſt in c. quamuis. ſupra. eo. & ibi do. Ab. ¶ Limita modo iſtam regulam 13. modis. Primo in ipſo delegato Papæ, uel principis immediato, ſecus in ſubdelegato delegati, quia ille non poteſt ultra ſubdelegare. Tex. eſt in c. ſuper quæſtionum. §. ſi uero ſupra, eo. ubi omnes. Limita ſecundo iſtam regulam, ut procedat, quando delegatus uult delegare totam cauſam, tunc enim poteſt, ſecus, ſi ſolam audientiam, uel proceſſum, reſeruata ſibi ſententia, quia hoc de iure ciuili non poteſt auth. ad hæc. C. de iudic. De iure canonico poteſt & totam cauſam, & medium & etiam reſeruare ſententiam ſolam, ut eſt tex. in d. c. ſuper quæſtionum. & melior tex. in c. ſi delegemus. eo. tit. in 6. Limita tertio, & hanc bene ligna, ut procedat in delegato à ſummo principe: putã, Papa uel Imperatore, uel alio non recognoſcente ſuperiorem de facto, uel de iure, ſecus in delegato epiſcoporũ, comitũ, baronũ, marchionis, uel ducũ, nam iſti non poſſunt ſubdelegare, ratio, quia eorum leges, uel conſtitutiones cenſentur ius prætorium, & non ciuile, ut per Bar. in l. ij. ff. de uer. ob. Sed ad hoc, ut delegatus a principe poſſit ſubdelegare, & ſic ad hoc, ut habeat locum regula iſtius text. eſt neceſſe, quod delegatio fiat a tali principe, cuius conſtitutio cenſeatur ius ciuile, & non prætorium. Ita ſingulariter dicit Bart. in l. 4. §. 1 ff. de dam. infe. & ibi Io. de Imol. multum extollet, & ſequitur do. Alex. in l. 1. ff. de offi. eius, cui man. eſt iuri. Limita quarto iſtam regulam, ut procedat, quo ad illas cauſas, quæ alias de ſui natura ſunt delegabiles, ſecus, ſi non ſunt delegabiles, prout regulariter ſunt cauſæ meri, uel mixti imperij, quia non poſſunt delegari de iure ciuili. Limita quinto, niſi eſſet electa induſtria perſonæ delegati: & hoc apparet ex uerbis delegationis. Item ex qualitate perſonæ & ex qualitate facti. Text. eſt in c. ſi. infra. eo. ti. et ibi per gl. Et Doc. declarans, quando dicatur induſtria perſonæ electa, et ſic in iſto caſu nõ poteſt fieri ſubdelegatio, ut dixit tex. etiam partib. conſentientibus. Inter cætera dicit ibi Imol. & dom. Abb. quod per iſta uerba, Conſcientiam tuam oneramus, quæ quotidie apponuntur in reſcriptis Papæ, cenſetur electa induſtria perſonæ, adeo ꝙ tunc ſubdelegare non poteſt, propter quod multum exclamat do. Alex. in l. a iudice, C. de iud. Sed aduerte, ꝙ Ange. de Aret. tenet contrarium in d. authen. ad hæc. ubi dicit, quod in contingentia facti ſuit dubitatũ, nunquid ſi ponerẽtur iſta uerba Oneramus, &c. in reſcriptis Papæ, an poſſit ſubdelegatio fieri? & dicit, ꝙ fuit obtentum, ꝙ ſic. Breuiter tene primam opi. quod per talia uerba, Oneramus conſcientiam tuam, prohibetur ſubdelegatio. Ita tenet in terminis Bal. in c. ſi pro debilitate. ſupra eo. Vide tamen do. Abb in c. cum in ueteri. de elect. in uerb. & facto. ubi uidetur tenere, quòd non ſit ſublata facultas ſubdelegandi. Vide etiã Lud. in ſing. ſuo. uer. executor. in verſi. quæro, utrum. Concludo ergo quod ſi in reſcripto ſunt iſta uerba, quæ communiter ponuntur, Conſcientiam tuam oneramus, prohibita ſit ſubdelegatio. Iſtam concluſionem limitat dominus Abb. in c. ſi. infra, eo. in §. 1. in ſi. quam no. pro authoritate ſua, quamuis Bal. teneat contra, ut ſuprà, & forte ★ communis * opi. eſt. Limita ſexto, quando eſſet dictum, Per teipſum cognoſcas, quia non poſſet alteri ſubdelegare, ut dicit do. Abb. in d. c. ſi. infra eo. & Spec. in tit. de iudice. §. excipio. uer. idem. Limita ſeptimo, quando uerba Papæ in reſcripto dicerent, quod talis cognoſcat, & non alius. Vide do. Alex. in l. 1. ff. de offi. eius. Limita octauò ſi princeps diceret, Authoritate noſtra cognoſcat, quia ſubdelegare non poteſt. Ita in ſimili no. Bal. in c. ſi. in pe. col. de dolo & contu. Limita nonò in reſcripto dicente. Tu, uel, per te cognoſcas, ſecundum Bald.

probetur in c. cum in iure peritus in parte deciſa infrà eod. Et hoc eſt uerum in tãtum, ꝙ ſi præſentando in uno loco non eſt dubitabilis, debet præſentari, ſi poteſt in eo loco, quo ſit de dubitabili. Vide gl. in c. j. in uerbo, clericum. de temp. ordine. in 6. Et hoc uoluit Ludou. Roma. conſil. 511. quod incipit, Omnipotentis, &c. propoſita, &c. Et hæc gloſſ. fuit uerboſa.

§. Prvo aroo. ¶ Si delegatus Papæ ſubdeleget non in totum, pars a ſubdelegato nõ poterit appellare, ex eo, quòd ſit datus ſine conſenſu, poteſt tamẽ recuſari oſtendendo cauſam coram delegato, qui eam diffiniet, a quo, etiam ſi uoluit recuſationem admittere, appellabitur ad Papam. Hoc dicit uſque in fi. ¶ Not. quòd 20 † attentata poſt appellationem ob interlocutoria, non ſunt nulla. ¶ Limita, niſi iudex ad quem, inhiberet, text. in c. non ſolum. in ſi. de appe. in 6. Et hoc eſt uerũ, dummodo inhibitio ſit facta canonicè. Hoc notant dom. de Rota in nouis, deciſio. 412. Et ita ego uidi practicari.

SVMMARIVM.

1 *Dignitati deferri debet.*
2 *Fallit in pœna pecuniaria, quia eam ita ſoluit nobilis, ſicut plebeius.*
3 *Item fallit in poediore, quia æqualiter ſuſpenditur furca, ſicut plebeius.*
4 *Item fallit in pœnis relatiuis. Alias fallentias uide ſubſequenter.*
5 *Statur aſſertioni ſurrogantis aliquem ratione impedimenti.*
6 *Acceptato munus iudicandi quis non cogitur in tribus caſibus. Adde nu. 7.*
8 *Aliqua, hoc uerbum uerificatur in omni parte.*
9 *Deferri cui magis debeat, abbati, uel canonico?*
10 *Abbatia an ſit dignitas.*
11 *Diſpenſatio epiſcopi, de qua in c. 1. de filijs presby. in 6. non extenditur ad canonicatus, nec etia Papales, niſi dicatur, Quæcunque beneficia.*
12 *Canonici ſunt collaterales epiſcopi.*
13 *Item, hæc dictio eſt continuatiua.*
14 *Papa ſi ſcienter admittit appellationem interpoſitã a ſuo delegato dato cum clauſula, Appellatione remota, iuriſdictio primi delegati eſt interim ſuſpenſa.*
Iudex appellationis an poſſit ſtatim inhibere. *Poſt nu. 14. uerſi. ſecũdo allegatur.*
15 *Conſentiens inſtrumento de proprio delicto confecto, nõ poteſt conſentire, quo ad pœnas corporales, ſecus autẽ, quo ad alias.*
16 *Executor mixtus cognoſcit de concernentibus executionem ſentẽtiæ. Fallit, ut hic.*
17 *Executor mixtus non iudicat ſuper exceptionibus.*
Executor merus nullam exceptionem admittit. Poſt n. 17. uerſ. executor merus. Quæ regula fallit multis modis, ut hic, n. 18.
18 *Renuncians expreſſè appellationi an poſſit conqueri de iudice.*
19 *Pars, quæ potuit appellare, & non appellauit, uel appellauit bis non poteſt amplius appellare, poteſt tamen adhuc iudicem conuenire.*
20 *Arbiter malè arbitrando facit litem ſuam. Quod in arbitratore. Ibidem. Quod limitat, niſi læſiſſet in modico, nu. 21.*
22 *Doctor poteſt conueniri propter conſilium iniuſtum, dolo, uel culpa datum, etiamſi adhibuit omnem diligẽtiam pro cliente.*
23 *Iudex an debeat pronunciare ſecundum acta & probata, omiſſa cõſcientia? Hanc materiam protendit uſque ad §. ſequentem. Eſt quæſtio uulgaris apud omnes Doctores. Ponit autem hic regulã, deinde fallẽtias, quas uidebis nu. hoc, 24. & 25.*
26 *Obedire quis debet maiori potius, quam minori, niſi utrique obedire poſſit, niſi minor iudex præoccupaſſet iuriſdictionẽ, quia uocatus a maiore, excuſabit ſe ratione præuentionis. nu. 27.*
28 *Remotio appellationis facta a partibus, tollit, omnem appellationem, ſed facta per reſcriptum, ſolum appellationes a iure nonpermiſſas.*

CAPITVLVM XXVIII.

a Pastoralis. ¶ Delegatus * Papæ, niſi malitiosè ſe exoneret, ſubdelegatum compellit ad ſuſcipiendam delegationem, in concluſione tamen defert dignitati. Hoc dicit uſq; ad §. item cum totum. ¶ Nota hic ex iſto
1 tex. quòd † defertur dignitati. Abb. hic, & glo. ¶ Dicunt hic Moderni, ꝙ limpuntur regulæ ratione nobilitatis: & primò allegant, quòd deferatur dignitati. Text. eſt in l. quoties. C. de digni. lib. 12. ubi tex. dicit,

conſtituti in .dignitate debent in ſcriptis
citati. ¶ Secundò glo. in l. deſertorem. §. j.
ff. de re mili. ubi gl. dicit, conſtituti in di-
* gnitate non ſuſpenduntur in furca:* & al-
legant l. quicunque. C. de procu. ubi di-
citur, ꝙ perſona illuſtris non poteſt litiga
* re per ſe, ſed per procuratorem, * & alle-
gant l. medicos. C. de profeſſo. & medi. li.
10. ubi dicit tex. quòd doctores excellen-
tes ſunt immunes à collectis. Et allegant
tex. in c. de multa. de præben. in fi. & Bal.
in l. ſed & reprobari. ff. de excu. tut. in §. &
ſi maximè. Et dicit ibi iuriſconſultus, ꝙ
non excuſantur doctores à muneribus, pu
ta a tutela, ſaluo dicto gl. niſi ſint docto-
res, maximè diſciplinati, uel ſi legant Ro
mæ. Et ibi dicit glo. idem, ſi in aliqua ur-
be regia: non ſi Mutinæ, uel regij. Allegãt
etiam glo. in l. j. C. de anno. ciuili. libr. 11.
ubi dicit, ꝙ ſcholaris doctus debet præce
dere doctorem ignorantem: quæ nota. Et
hæc ſunt Mod. Sed regula ſit, in pœnis de
fertur dignitati. Textus hic. Ad idem tex.
cum glo. in uerb. nobilitati. in c. fi. de pœ
nis. glo. in clem. multorum, de pœnis. uer.
inferiorum. & gl. in c. cum beatus. 45. di-
ſtin. & eſt gl. in c. qui contra pacem. 24. q.
j. & omnes in locis allegatis. Non obſtat
ꝙ iſta uideatur exceptio perſonarum, cõ-
tra c. nouit. de iudi. quia exceptio eſt pro-
hibita, quo ad miniſtrãdam iuſtitiam: ſed
conſideratur exceptio in coactionibus &
pœnis: quia non fit in hoc ulli iniuſtitia,
ſecundum Ioan. And. in c. 1. de offi. deleg.
in 6. & ibi textus pro regula noſtra. Et nõ
obſtat, quòd pœna non correſpondet deli
cto, contra c. non afferamus. 24. q. j. & de-
lictum iſtorum eſt maius, per gl. j. in c. cũ
quidam. de iureiur. quia pœna, quæ eſſet
parua in minore, eſt multo maior in ma-
iore. gl. in c. j. de cle. uenat. & gl. fi. in d. c.
1. de offi. deleg. in 6. Et hoc deferre non fa
cit, quin delictum augeatur, ſecundum
Card. in d. cle. multorum. in j. col. in pri-
ma oppoſ. & 12. q. Et iſta ſit regula. ¶ Fal-
2 lit † primò in pœna pecuniaria: quia in
hoc ita ſoluit nobilis, ſicut plebeius, glo.
in d. c. qui contra pacem. & Doctores om
nes in locis præallegatis. Ideo Bal. in l. fi.
circa medium, C. de ſumma trinita. dicit,
quòd ſtatuta duplicantia pœnam contra
nobiles, debent intelligi de pecuniaria.
Allegat l. illicitas. ff. de offic. præſi. in fi. in
uer. remiſſa propter inopiam mulcta. ¶ Se
3 cundò † fallit in proditore: quia ita ſuſpẽ
ditur furca nobilis, ſicut alius. Ita Bal. in
ca. cum quidam. de iureiur. & ibi dicit, ꝙ
in regno Franciæ nobiles committentes
proditionem, ſuſpenduntur in altioribus
furcis. ¶ Tertiò fallit, ubi quis deliquit de
rogãdo & dehoneſtando officium ſuum.
Hoc uoluit Barto. in l. quædam. per illum
text. ff. de pœnis. & pro hoc facit ſequens
fallentia. ¶ Quartò fallit ubi agitur de pu-
niendo tranſgreſſore ſuperioris: quia ita
punitur nobilis, ſicut plebeius. Bal. in ca.
1. §. ſi quis non temerario. de pace iura-
men. firma. ¶ Quintò fallit, ubi eſſet exceſ
ſiua contumacia. Tex. in c. 2. in fi. de offi-
cio deleg. in 6. Et ita dicit Ant. in cap. ea,
quæ. de ſtatu monacho. & cano. reg. ubi
bona gl. in uer. rebellibus ¶ Sextò fallit in
errante in fide: quia punietur ſecundum
formam iuris. Arch. in c. qui contra. 24. q.
j. ¶ Septimò fallit in Papa cõmittente cri-
men depoſitione dignum, quia contra ip

*Bald. in d. c. fi. in-
frà eod. & ibi ſe-
quitur Im. & do.
Car. & dom. Ab.
ibi. Limita decimò,
ut d. regula
procedat, quando
delegatio fit per
uerbũ Mãdamus:
ſi autẽ fieret per
uerbũ Iubemus,
uel Præcipimus,
quæ uerba neceſ-
ſitatẽ important,
tũc non poſſet ſub
delegare: glo. eſt
in l. ſæpe de offic.
præſi. Bald. & I-
mol. in clem. ſæpe
de uer. ſig. & pro
pter eam exclamant.
Limita un-
decimò, quod ſi re
ſcriptum diceret,
Poſſit & debeat,
quia iſta duo im-
portant neceſſita-
tem, c. 1. ut eccle.
benef. l. prætor. in
prin. de eden. cle.
j. & ibi gl. in uer
bo, debet: de ſta.
mo. dom. Alex. in
conſil. 364. incip.
Viſis uerbis. Vi-
de Bal. in 1. eo ti.
de reſcrip. in uer.
circa hoc. Limita
duodecimò, quan
do Papa delegaſ-
ſet officiũ ſine iu-
riſdictione. Hoc
probatur in c. fi.
j. eo. Vide ibi Bal.
& do. Abb. Bart.
in l. Imperium. in
8. oppo. ff. de iur.
omn. iud. Limita
decimotertio, quã
do Papa delegaſ-
ſet ea, quæ ſunt ſi
bi reſeruata in ſi
gnum ſupremæ di
gnitatis: quæ con
numerat Bald. in
l. 1. C. de iure aur.
annu. & in l. re-
ſcripta. C. de pre-
ci. imp. offe. quia
tunc non poſſet al
teri ſubdelegare.
Adde Ant. de Bu.
& Imo. in c. quod
ad ſedem. de offic.
ord.*

* *Furca] Adde
Barto. in l. capi-
talium. §. ſerui.
ff. de pœn.*

* *Procuratorem]
Adde Spec. in ti.
de actore. uer. ibi
quod eſt illuſtris.*

• *Statur] Adde
tu, quòd ſtabitur
aſſertioni delegati*

ſum non ſolum proceditur æquali pœna,
ſed magis aſperius, & etiam non ſeruato
ordine iuris: gl. 2. q. 4. in c. præſul. ¶ Octa
4 uò † fallit in pœnis relatiuis: putà, ſi nobi
lis deficit in accuſatione plebei: quia pu-
nietur eadem pœna, qua ueniebat puniẽ
dus plebeius. De hoc eſt gl. ordinaria in l.
ad commentarienſem. ff. de cuſto. re. Bal.
allegat eam in l. athletas. §. item calumnia
tor. in fi. ff. de his, qui not. infa. Et Bal. ibi
per illam gl. infert, ſi ſtatutum punit ma-
gnatem in quadruplo, & plebeium in ſim
plo, pro uno delicto: pone, quòd accuſa-
uit plebeium, & defecit, punietur in ſim-
plo, & non in quadruplo. Quæ pœna rela
tiua non mutatur. Hanc fallentiam ſen-
tit etiam Bal. in leg. 2. in fi. C. de fid. inſtr.
¶ Nonò fallit in foro conſcientiæ in con-
feſſionibus: & de hoc eſt gl. in cap. homo
Chriſtianus. 40. diſt. & gl. in d. c. cum qui
dam. de iureiur. Et ibi Imo. dicit, ꝙ etiam
in nobili, committendo maius delictum,
etiam maiorem ingratitudinem aduerſus
Deum committit. ¶ Gl. in uer. exonerare.
a Nota ſingularem glo. ꝙ ſtatur [a] aſſertioni
ſurrogantis alium ratione impedimenti,
& de impedimẽto creditur ſibi. Et hoc eſt
utile ad ſtatuta, ꝙ notarij, uel officiales
impedimẽti poſſint ſubſtituere alium, ut
ſtetur dicto eorum de impedimento. Et
cum iſta gloſ. concordat Alber. in l. j. ff. de
offi. eius, cui. Et ratio: quia creditur lite-
ris officialis, l. diuus. ff. de offi. præſi. uer-
ſi. cum autem ex literis. Et concordat Bal.
in l. imperium. in 1. col. ff. de iuriſdictio.
omni. iudic. & Bal. in c. de cauſis. j. eo. &
facit dictum Bar. in l. ambitioſa. in pc. co.
uerſi. uiſis & examinatis. ff. de decret. ab
ord. facien. ubi ſtatuentes fecerunt ſtatu-
ta, & appoſuerunt procemia, utrùm creda
tur illis procemijs? & ibi dicit Bart. ꝙ ſic,
quia illa eſt una aſſertio extraiudicialis. Et
iſta confirmant iſtam gl. Hoc dictum Bar.
allegat Bal. & Car. hic, & dicit, Car. ſecus
in iudicialibus, per c. cum in iure. j. eo. Li
cet credatur excuſanti, tamen admittitur
probatio in contrarium, Tenuit Bar. in d.
l. ambitioſa. ¶ Fallit in Papa: cle. j. de pro-
ba. ¶ Gl. in uer. compellere remittentem.
6 Nota ex glo. tres caſus, in † quibus quis
non cogitur acceptare munus iudicandi.
¶ Primus in homine alterius iuriſdictio-
ni aſtricto ab ordinario. ¶ Secũdus in ad
uocato ¶ Tertius in arbitro. ¶ Limita hoc
de arbitro, niſi appareret uerìſimile, ꝙ ar-
biter acceptãdo imponeret finẽ cõtrouer-
ſiæ, quia nõ acceptãdo peccat mortaliter.
Ita Imo. hic: & eſt gl. in c. ſicut. 12. q. j. Mo
der. dicunt hic, ꝙ illa gl. dicit totum contrarium. Et dicunt,
ꝙ qui peccat authoritatẽ legis, non peccat. Ergo contra I-
mo. Sed Arch. & gloſſ. ibi dicunt illud, ad quod eam allegat
hic Imo. & illam, quæ hoc dicit, ſequitur Imo. in c. ſuſpitio
nis. j. eo. & Arch. in d. c. ſicut. Et limitant primò in ſeruo: qa
non poteſt eſſe arbiter, 3. q. 7. ſi quis uerò. Idem in monacho
7 qui æquiparatur ſeruo, c. non dicatis. 12. q. 1. ¶ Eſt † alius ca
ſus, in quo arbiter peccat, ſ. in arbitro iuris: gl. in c. ſuſpicio-
nis. j. eo. quia iſti coguntur acceptare: ratio, quia habẽt mu
nus de publico. ¶ Eſt alius in arbitris ſtatutarijs, ut ſi ſtatu-
tum dicat, ꝙ in conſanguinei cogantur compromittere, &
non litigare, & iſti arbitri coguntur acceptare. Ita Imol. &
Inn. in d. c. ſuſpicionis. Pro quo facit dictum Bar. in l. fi. C.
de iud. ubi dicit, ſe millies dixiſſe, ꝙ ab iſtis arbitris appella
ri poteſt. Et eſt alius caſus, in quo quis cogetur acceptare in
coniuncto electo à coniunctis in arbitrum etiam uolunta-
riè. Ita Bal. in l. j. §. quamuis. ff. ubi pupil. edu. deb. per illum
tex. ubi coniunctus compellitur educare pupillum coniun
cti.

*tis, qui dicit ſe de
legare ob cauſam
neceſſariæ abſen-
tiæ. Imo ultra hic
allegatos per Fel.
tenet Gui. de Cu.
in l. 1. de offi. eius.
& idem tenet Ab
ba. in conſilio ſuo
519. incip. Conſul
tus. Alias ego te-
neo contrariã opi
nionem, quia regu
la eſt, ꝙ quando
quis non poteſt fa
cere libere aliquẽ
actum, niſi in cer-
to caſu ſpeciali,
non ſtatur eius aſ
ſertioni, l. ſi forte.
ubi Bar. ff. de caſt.
pec. Bart. in l. per
diuerſas. C. man-
da. & in auth. ſi
quis in aliquo. in
fi. C. de eden. Bal.
in authen. hoc ius
porrectum. C. de
ſac. ſanc. eccle. &
in l. cum aliquis.
C. de iure delib. et
in leg. iubemus.
C. ad Treb. & in
prælud. ſeu. Io.
And. in add. ſpe.
in tit. de rebus ec-
cle. non alie. ſuper
rubrica: niſi dixe
ris, quod illa regu
la procedat in per
ſonis priuatis, ſe-
cus autem in iudi
ce, de quo uoleun
lex confidit, ut in-
quit Bald. in rubr.
de offic. delega. in
pen. col. Adde ta-
men, quòd ſecun-
dum omnes admit
teretur probatio
in contrarium, ubi
doleret quod non
ſit cauſa neceſſa-
ria, in l. diuus. C.
de cuſto. reo. l. 1.
cum gl. C. de ſi. in
ſtru. lib. x.*

cti. Et pro hac ſit expedita iſta gl. ¶ Gl. in uer. coerctione. No
8 ta, q † uerbum Aliqua, uerificatur in omni parte: gl. in cle. j.
de foro comp. Sequitur illam Bal. in cle. j. de controuer. inue
ſti. in uſib. feu. & ſequitur illam Bal. in c. j. de aliena feu. Illã
facit ſingularem Car. in d. cle. j. in 9. q. & Dom. in c. a. de de-
cimis. in 6. ubi appellatione partis uenit
dimidia[a]. & Bartol. in l. j. per illum tex. C.
quando, & quibus quarta pars debili. ro.
& Abb. in c. cum ſint homines. de deci. &
in c. ſuper eo. de eo, qui cog. conſang. uxo
ris ſuæ. per gl. ſi. in fine, in ca. j. de conſe.
diſt. 2. & per Dom. in c. j. §. j. in 2. notabi-
li. de cenſi. in 6. ¶ Glo. in uer. ſuperiores,
9 Bal. hic quærit, cui † magis deferri debet,
uel abbati, uel canonico? Et dicit, q abbas
dicatur dignior. ¶ Et primò dicunt Mod.
quòd abbas dignior eſt canonico. Allegãt
textum in c. decernimus. de iud. ¶ Secun-
dò dicunt, quòd uidetur tex. in auth. habi
ta. C. ne filius pro patre. ¶ Tertiò allegant
tex. in c. præſenti. de offi. ord. in 6. ¶ Quar
tò c. finale, de offi. deleg. eodem li. ubi ſta
tus primò nominat abbates, quã qui ha-
bent perſonatus. ¶ Ad contrariam partem
quòd dicatur dignior canonicus, eſt tex-
tus in c. quãuis, el 1. de præb. in 6. Et ibi
Dom. de ſancto Gemi. dicit, not. q abbas
non poteſt habere honorabiliorem locũ,
quam canonicus. ¶ Modò dicunt Moder.
aut ſumus extra eccleſiam cathedralem,
& extra actus proceſſionales: & tunc ab-
bas præcedit canonicũ. Aut ſumus in
proceſſionibus, & tunc aut conſuetudo
eſt, quòd abbas præcedat, & tunc illi ſtan
dum eſt. aut non eſt conſuetudo, & tunc
abbas debet habere locum ſupra canoni-
cos. Et hoc per iura primò allegata. Et re-
ſpondẽt ad textum in c. quamuis. de præ-
ben. in 6. quòd uerum eſt in caſu illo: qa
textus dicit hoc caſu, & ſequeretur abſur
dũ, q capellani deberent præcedere quoſ
10 cunq;. Ita reſidens hic Mod. ¶ Vtrũ † uerò
abbatia ſit dignitas? uide Ab. in c. decerni
mus. de iu. & ibi dicemus. Placet mihi di
ſtinctio Mod. præter quam in uno, uideli
cet qñ dicunt, q ſi non eſt conſuetudo,
debet præcedere abbas, hoc non placet, &
probatur: quia eſt contra rationem c. quã
uis. Item contra rationem cle. j. de elect.
Tertiò eſt contra c. j. 12. diſt. ubi membra
non ſeparantur à capite, iuncto c. nouit.
de his, quæ fiunt à præla. conſiderantes ca
nonicos tanquam capitulum, & non tan
11 quam ſingulos. ¶ Nota † modo unam de-
ciſionem Dom. de Rota, in antiquis, deci
ſi. 489. in tit. de offi. ordina. ubi dicunt, q
diſpenſatio epiſcopi, de qua in ca. j. de fil.
preſby. in 6. non poteſt extendi ad cano-
nicatus: nec etiam papalis, niſi dicat, quę
cunque beneficia. Et allegant Ioan. And.
in Spe. in rubrica, de filijs preſby. Itẽ Ho
ſti. in c. 2. de officio archipreſb. ubi dicit,
quòd ſitus eſt conſuetudo & ordo curiæ
Romanæ, quod nullus Cardinalis poteſt
eẽ, niſi ſit in ſacris, eo modo in canonico
hodie. eſt text. in clemẽ. 2. de æta. & qual.
12 ¶ No. † tex. in l. 3. C. de peti. bono. ſubla. li.
to. in uer. quos noſtri lateris decus illu-
ſtrat. & ibi Bal. dicentem, nota pro cano-
nicis, qui ſunt collaterales epiſcopi, &
Bal. in rube. ff. de offi. proconſ. & leg. dicẽ
tem, q Cardinalis eſt dignior in curia,
quam extra, niſi ſit legatus. Et eſt tex. in l.
2. ff. de excuſa. tuto. Tamen canonicatus
non eſt dignitas, c. ſtatutum. in prin. de re
ſcrip. in 6. & ibi Dom. & uot. Domini de
Rota deciſi. 444. in nouis: eſt in tit. de præ
ben. 21. quæ incipit, Item ſi legatus. ubi
dicunt, licet canonicatus nõ ſit dignitas,
tamen ponitur in magno honore. Sed lar
go modo canonicus dicitur habere digni
tatem, maximè in choro: gl. in c. ſi canoni
ci. de offi. or. in 6. ibi, priuabitur dignitate
& eſt gl. pro.
13 §. ITEM CVM TOTVM ¶ Notant † hic
Doct. q iſta dictio item, eſt continuati-
ua[b]. Bar. in l. j. ff. de pub. & in l. repeten-
dis. ff. de leg. 3. in his locis pleniſſimè po-
nit. ¶ No. ibi, quòd citans dicitur habere,
officium, per text. in uerb. citationis offi-
cium. Adde ad hæc, quæ diximus ſ. eo. in
rub. quando diximus de habentibus offi
cium. ¶ No. ibi glo. j. quæ arguit de toto
ad partem: ideo illi, cui committitur totũ
fortius & pars, per l. quæ de tota[c]. ff. de rei
uend. Vnde ſi uni prohibetur totum, ergo
& pars. ¶ Et utrum prohibitus in totum,
ſit prohibitus in parte? Vide Cal. in diſpu
ta. quæ incipit, Vſurarius emit. gl. in l. q
ſeu fundum: ff. de uſuf. & glo. in c. ſi quis
epiſcopus. j. q. 3. Bal. in l. iudices. C. de fi-
de inſtru. in ſi.
14 §. PRAETEREA. ¶ Si † Papa ſciens ad
mittit appellationem interpoſitam à ſuo
delegato dato cum clauſula Appellatione
remota, iuriſdictio primi delegati eſt inte
rim ſuſpenſa, quo ad executionem. Hoc
dicit. ¶ No. hic in uerſi. uidemur recipere.
Pau. de Caſt. conſi. 27. q incipit, In Chri-
ſti nomine, uiſo puncto. ubi allegat iſtum
textum ad propoſitum. ¶ Secundò allega-
tur iſte tex. utrũ iudex appellationis poſ-
ſit ſtatim inhibere? Abb. hoc ponderat in
c. dilectus. el 2. de reſcrip. ad finem. ¶ No-
ta, quod per commiſſionem appellationis
uidetur reuocata iuriſdictio. ¶ Vtrum ap
pellatio ſuſpendat pronunciationem, uel
extinguat? ¶ Concluſio ſit, inſpecto præſẽ
ti ſtatu ſententia per appellationem dica
tur extincta, ſeu reſciſſa, ſed inſpecto fu-
turo ſtatu, dicitur ſuſpenſa, ſeu pẽdere*.
Iſtam concluſionem collegi ex dictis Bal.
in rub. C. de appella. & Ange. in l. tale pa-
ctum. §. qui prouocauit. ff. de pact. & ibi
pleniſſimè Bal. in repet. Anto. & alij in c.
uenientes. j. de iureiurand. & idem tenet
Imol. hic, & in rub. ff. de appella. & Ludo.
Rom. in l. j. ff. de re iudi. & in rubr. de ap-
pella. Petr. de Anch. in c. ſi a iudice. de ap-
pellat. in 6. Bald. in l. ita demum. C. de p-
cur. & in l. 3. C. ne ex delic. defunc. Et hæc
intelligo in appellatione à diffinitiua, ſe-
cus in interlocutoria. Ita Ioan. And. in c.
ſi. de appella. in 6. & Ang. in l. 3. in q. 2. ff.
de appel. recip. & Ang & Bart. in l. furti. ff.
de his, qui no. infa. Spec. in tit. de appell.
§. reſtat uidere. in ſi. Et iſta ſufficiant.
¶ Gl. in uerb. ex certa ſcientia. De hac ma
teria poſui in c. ad hæc. de reſcrip. anno e-
lapſo. ubi uidere poteris. ¶ Glo. in uer. di-
ſcuſſa[d]. Coram primo iudice poteſt peti.
executio ſententiæ, ſi eſt ordinarius, inſtẽ
tando actionem iudicati, tanquam coram
iudice ordinario in genere, ratio, quia ubi
que intentari poteſt. l. ſi. C. de præſcrip. lõ
gi temp. Ita Inn. in c. Romana. in ſi. de ap
pella. in 6. declara, ut dixi, dummodo agẽ
do, ſecus, ſi intentatur officium iudicis
pro executione ſententiæ, iuxta nota, in
leg. intra dies. ff. de ſent. & re iud. quia il-
lud officium non poteſt intentari, niſi co-
ram eo, qui tulit ſententiam exequendã

a *Dimidia*] *Adde idem ſenſit eum do. Soc. conſi. 215. incip. Viſa prædicta facti. uer. nec obſ. l. ſi. circa. ſi. in 2. parte, char. 91. Et intelligo, ſecundu eum ibi, ſimpliciter loquendo. Si uero dicatur aliqua pars, tunc ue nit etiam minima ſecundum eum in conſi. 272. incip. Non proſequendo. uerſicul. ſeptimo iſta concluſio. uer. nam licet. in d. parte, cha. 185. Ad quod adde id do. Alex. de Imol. in conſi. 56. 2. parte. Vide tamen Bald. in l. ſi nunquam C. de reuo. do. ibi, partem aliquam idest dimidiam.*

b *Eſt continuatiua*] *An, & quando dicto item, adijcitur præcedentibus, noua oratio in ſe perfecta omni perfectione, nõ repetitionem, ſed continuatione in ducat, uide pleno, & no. per do. Soci. conſil. 10. inci. Quamuis quæſtio nes ſupra dictæ. circa princip. ibi, ſed ad hoc reſpondetur. in 1. parte, char. 14. De qua dictione etiam ui de per Ang. de Peruſ. in d. l. 1. & in l. Seiæ. §. Caio. & ibi Barto. de fun. inſtr. & in conſilio, Quidam Thadeus, &c. & Pa. de Caſt. in conſil. 72. incip. Viſo pũcto ſuprascripto, &c.*

c *Quæ de tota*] *Et ibidem ad hoc uide do. Alex. de Imo.*

* *Pendere.*] *Adde quod iſta eſt cõmunis* opinio cum Bar. in l. ſi. in fin. ad Turpil. l. ſiuerit. in prin. & ibi gl. Bar. et doct. ff. de inſa. cap. Sæpe. de appell. Bald. in l. ſi cauſa cognita C. de tranſact. & alibi in Rubr. C. de appell. et hanc eſſe communem teſtatur Alex. conſ. 188. incip. Viſo. col. 4. uerſ. & licet & conſil. 97. incip. Viſo themate col. 2. uol. 4. Soci. conſ. 76. incip. & uiſa col. 2. Aret. in d. l. ſi cauſa cognita. Concl. tamen non procedit quantum ad liti(s) conteſtationẽ, nam illa indiſtincte non extinguitur nec ſuſpenditur per appellationem, Bar. in l. ita demum. col. ſi. per illum tex. uerſ. de inde concludo. C. de procurat. Abb. poſt Bar. in c. exceptionem. co. 5. uer ſi. item ſcias. de except.*

d *Diſcuſſa*] *Addo tu, aliud caſum notab. ultra iſtos quatuor caſus tactos hic per Felinum: de quo ipſe nullam facit mentionem, quod multum admiror, uidelicet, ad quem pertinet executio ſententiæ, ſi fuit appellatum, et ſententia prima remanet firma per curſum fatalium, an ad primum iudicem, an uero ad ſecundum? & dic, q aut quæritur de iudice ordinario, aut de delegato? Primo caſu, ſi de ordinario. et in hoc nõ eſt dubiũ: quia ipſe ordinarius poteſt exequi. Ita Bar. in l. tale pactũ. §. qui prouocauit. ff. de pact. in uer. aut ſententia prima. Et ibi cum eo trã ſeunt omnes. Secundo caſu de delegato. Et de iſto magis dubitatur. Guil. de Cu. ibi in d. §. qui prouocauit. conſiderauit tres caſus. Tamẽ iſtam ſuam conſiderationem. reprobauit*

benit Iaco. Butri. Barto. & Pal. ibi, in d. §. qui prouocauit. Alb. et Bar. in l. præcipimus. §. officijs. C. de ap pel. Ego puto, quod bona ſit diſtinctio Guil. & bona ſit ratio, quam ipſe aſſignauit in d. §. qui prouocauit. quia quãdo appellatio deſeritur per lapſum fatalium, certe ipſe iudex delegatus datus in cauſa appellationis nihil reperit coram eo factum, propter quod habeat ſe intromittere de aliqua executione: ideo tunc executio ſpectat ad primum iudicẽ delegatum, quia tunc bene fingitur, ac ſi non eſſet appellatum. Et iſtam opin. tenet Ange. in l. ſi contra maiorem. C. de appell. ubi dicit, quòd iudex delegatus primus poterit mandare ſuam ſententiam executioni, nec erit opus pronunciare ſuper deſertione appellationis, & idem tenuit in cõſil. ſuo 227. incip. Viſis omnibus dicas. Adde Fel. ca. ex parte. 2. de reſcri. in uer. declara tamen.

& iſte fuit ſecundus, iuxta gl. in l. eos. in prin. C. de appella. Ita declarat Bal. in l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pact. & in d. l. eos. C. de appella. ¶ Secunda concluſio eſt, ubi confirmatur ſententia prima, dicendo, appellationem fruſtratoriam, primus habet exequi, & non ſecundus, gl. & ibi tex. in c. cum eccleſia. de appella. Item, ſi pronunciatur appellationem fore deſertam, quia ea prima tantum oritur actio, l. ſi. §. illud. C. de temp. appella. ibi, tanquã ſi ab initio. ¶ Tertia concluſio ſit, ſi de cõſenſu partiũ fuit ab appellatione receſsũ, primus exequit. Ita Iac. But. & Bar. in d. §. qui prouocauit. & Bal. in l. præcipimus §. officijs. C. de appella. ¶ Limita, niſi appellans promiſiſſet coram ſecundo iudice parere ſententiæ, quia ſecundus poterit exequi, ex quo liquet ſibi, primam meruiſſe executionem. Hanc limitationem ponit Bart. in l. à diuo Pio. in prin. uerſ. quæro. ff. de re iud. & ibi Imo. & Ant. hic dicẽtes, iſtum eſſe ſingularem intellectum dicti §. qui prouocauit. Tamen Bal. tenet cõtrarium in d. §. qui prouocauit. Et ibi Bal. aſſignat duas rationes: & tenet, quod primus exequatur. Et ita tenet hic Imo. ¶ Quarta concluſio ſit, ſententia condemnationis expenſarum confirmata à ſecundo iudice, non poteſt per eum exequi, ſed primus. Ita Bart. in d. l. a diuo Pio. in prin. & in l. 3. in ſi. ff. de appel. recip. Ant. & Card. hic. Contrarium tenet hic Imo. quia in cõpetens in principali, eſt competens in expenſis, c. ſi. & ibi gl. de reſcrip. clem. j. eod. tit. Sed de hoc dubito, quia illa iura loquuntur, ubi non præceſſit illa ſententia. Bene uerum eſt, quòd ubi de nouo condẽnaſſet in expenſis, confirmando primam ſententiam, quia tunc habet locum executio rotius, ut hic per Abb. ¶ Extra iſtas quatuor concluſiones tranſeo cum dictis do. Abb. hic. Tangitur etiam de materia, per Bar. in l. j. in ſi. ff. nihil no. appel. pẽd. & Bar. in d. l. præcipimus. §. officijs. Bal. in l. 2. C. de rei uxo. act. Cy. & Bald. in l. eos. C. de appel. & in l. ſi contra. C. eodem tit. & Bal. in authent. ſi quis litigantium. C. de epiſc. audi. & Bald. in l. addictos. C. de app. Imo. hic plenè in omnibus, & Imol. & Roma. in d. l. a diuo Pio. Et iſta ſufficiant.

§. Qvia vero. ¶ Ordinarius ad mãdatum delegati exequitur ſententiam & ſi ſciat eam iniuſtam. H. D. ¶ Aequieſcentia rei non nocet reo in criminalibus. Et ſic limitatur iſte tex. Hoc dicit hic Abb. quòd iſte tex. fallit in criminali, quia nemo dominus eſt membrorum ſuorum, l. liber homo. ff. ad l. Aquil. ca. cum contingat. de ſent. excom. Voluit hic Inno. & Domi. de ſan. Gemi. in c. ſicut. 2. q. j. glo. in cap. non inferenda. 23. q. 3. & uide in ca. ſi quãdo. ĩ. eo. & Abb. in c. cum olim. de ſent. & re iud. reprobat dictum Cy. in l. reſcripto. C. ſi contra ius, uel uti. pub. ¶ Dicit Inno. hic. & Ioan.

25 Andr. in regula, Semel malus. de reg. iur. in 6. quod † conſentiens inſtrumento confecto de proprio delicto nõ poteſt cõſentire, quo ad pœnas corporales, ſecus, quo ad alias. Allegat hoc Abb. in c. cum in eccleſiis ultra medium, de maio. & obe. Secondò Ioan. And. in c. cũ C. laicus. de fo. com. in 6. ubi dicit, quòd reperi poteſt ſolutum pro reo inuito, incurſuro alias pœnam corporis. De quo dicto facit textum Bald. & Sali. in l. ſi. C. de nego. geſt. Hoc allegat Paul. de Caſtr. & Lud. Ro. in l. quamuis. ff. ſol. ma. & Im. in c. lator. de pig. Ad idem eſt gl. in ſum. 83. diſt. quæ dicit, quod medicus petit mercedẽ ab infirmo curato contra uolũtatem ſuam & etiam medicinam[a]. Tex. in c. ipſa pietas. 23. q. 4. Ad idem, quòd ſcribit Angel. in l. quicunque. C. de ſer. fug. ubi dicit, quòd condemnatus ad pecuniam, uel pedem alternati

nè, non habet opinionem, ſi eſt ſoluendo. Ita dicit Bart. conſuluiſſe, & eſſe menti tenendum. Bal. ibi tenet idem, & dicit, quòd poteſt cogi inuitus, ut uendat bona & ſoluat: de quo. Ang. & Imo. in l. ſub conditione. ff. de ſol. Bald. in l. data opera. C. qui accuſ. non poſ. Ioan. de Ana. in c. ſicut. de iud. Et eſt de hoc gl. in c. cũ homo. 23. q. 5. ubi dixit, quod pro reo, cui imminet pœna corporalis, ſi eſt nocens, nõ poteſt quis fideiubere: Illã gl. ſequitur Bal. pro ſingulari in c. ex reſcripto. de iureiur. & Sal. in l. ad commentarienſem. C. de cuſt. reo. & Pet. de Anc. & Imol. in rub. de fideiuſ. ¶ Ad idem eſt gl. in l. pactum inter hæredem. in glo. magna, circa mediũ. ff. de pac. ubi glo. dixit, quòd reus non poteſt renunciare termino ſibi dato ad defendendum: cum qua concordat Bart. in l. cuſtodias. ff. de publi. iu. & examinat hoc in l. Stichus. ff. de peculio leg. Bal. & Sal. in auth. iubemus C. de iudi. ubi idem tenent, quòd illa gl. & Maria. de Sen. in repe. c. qualiter. el 2. de accuſ. q. 12. artic. 92. ubi omiſſa inuenies, & cætera, quæ ſequuntur. ¶ Limita prædicta, niſi reus eſſet repertus in fragranti crimine, quia nulla ſibi debet dari defenſio. Bal. in l. ut uim, ff. de iuſtic. & iu. Allego gl. in l. ictus fuſtium. ff. de his, qui no. infa. quæ dicit, quòd ſine aliquo proceſſu puniri poteſt, quam glo. allegat do. Abb. in c. ad noſtram. el 3. de iureiur. Facit dictum Bal. in c. quoniam. in antepe. col. de proba. ubi dicit, quod ſi latro, uel homicida inſtat ad defenſam, ut res protrahatur, debet interfici, & poſtea inquiri, & hoc, ſi conſtat de calumnia. Et tene menti omnia iſta.

incip. Et his, quæ in facto. circa fin. 6. col. in i. parte, char. 51. ubi etiã habes, qua actiõe petat, & quod actione negotiorum geſtorum ſumptus pro eo factos.

16 ¶ Gl. in uer. & ſi ſciat. Concludo ergo, quod † miatus executor cognoſcit de concernentibus executionem ſententiæ. Ita Abb. hic, & ultra Abb. eſt gloſ. in §. ſunt, quorum. uer. ob executore. 2. q. 6. & ibi Domi. & eſt gl. in c. & ſi nõ cognitio 25. q. 2. ¶ Fallit iſta concluſio, quòd iſte non admittit exceptionem, quo ad merita cauſæ, niſi ſit cauſa criminalis, alias niſi opponatur exceptio per maliciam. Hoc ponit Abb. in c. de cætero. de re iud. quia non debet eam admittere. ¶ Secun

17 da concluſio eſt, Executor † mixtus ſuper exceptionibus nõ iudicat. ¶ Fallit primò, niſi eſſet iudex deputatus ad plures ſnĩas exequendas uniuerſaliter. Glo. hic, & Bar. in l. à diuo Pio. ff. de re iud. in prin. reprobat iſtam gl. dicens, quod non eſt ſibi commiſſum, niſi ut exequatur, & Dom. in c. ſicut. ad ſi. 2. q. j. niſi ſaluetur per ſequentem limitationem. ¶ Secundò limita, niſi executor ſit ſuperior eius, qui iudicauit, quia tũc poteſt iudicare & admittere exceptionem. ¶ Iſta fuit limitatio Spec. in tit. de execu. ſen. §. 1. uer. ſi mandetur. Approbat hoc Imo. in d. l. a diuo Pio. Sequitur Dom. in d. c. ſicut. Sequitur Abb. in c. de cætero. de re iud. & ibi Ant. & Imol. ſequuntur dictum Spec. ¶ Executor merus nullam exceptionem admittit. Text. hic, & gl. ¶ Fallit primò niſi ſi exceptio notoria, quia iſta poteſt admitti. Glo. eſt in d. c. & ſi non. 25. q. 2. Hanc limitationem ponit Imo. in cle. j. de ſen. & re iu. Intellige, niſi ſentẽtia eſſet lata præſentibus partibus, quia tunc etiam notoria iniuſticia opponi non poteſt. Ita Abba. in d. c. de cætero. ¶ Secundò fallit in exceptione excommunicationis, quia iſta quandocunque & coram quocunque opponi poteſt propter periculum communionis. Dom. in dict. capitul. ſicut. gloſ. in ca. pia. in uerbo, executionem. de except. in 6. ¶ Tertiò fallit in cauſa criminali, ut hic per Inn. ut ſ. dixi plenè. ¶ Quartò fallit, quando coram executore mero proponeretur exceptio ex cauſa rationabili nouiter orta, quia iſtam admittere poteſt, & ſi forte primus iudex ſciuiſſet hoc, non tuliſſet ſententiam, Abb. in d. c. de cætero. de re iud. ¶ Quintò fallit I exceptiõe falſitatis[b] reſcripti: tex. eſt in ca. ſuper eo. de cri. fal. & ibi Ioan. de Ana. ¶ Limita, dũmodo pars ipſam opponat, ſed iudex ipſe de hoc non inquirit, ſecundum Hoſti. in c. cum contingat. de reſcri. & ibi Imol. in ult. col. ¶ In ea gl. ibi. quod ſi per iniuriam iudicis ſit damnatus. Omiſſio appellationis non uitiat in tantum, quin poſſit haberi regreſſus contra ipſum iudicem: quia non ſequitur: non appellauit, ergo non poteſt de iure conqueri. ¶ Si pars non iuſtè oppreſſa conſentit ueræ ſententiæ, non poteſt conqueri de iudice: ſecus, ſi tacitè, puta, non appellando. Gl. eſt hic. Dicunt Mod. caue, quia hon

a *Medicinam*] *Ad idem ſententiam do. Soc. conſi. 26.*

b *Falſitatis*] *Vide ad hoc omnino Comp. in c. ſuper literis ſupra. de reſcrip.*

gl.

gloſſ. non dicit: & uerum dicunt: ſed do.
18 Abba. dicit. & bene. ¶ Vtrum* † autem renuncians expreſſè appellationi, poſſit conqueri de iudice, & contra eum habere
a regreſſum[a]? Abb. hic dicit, quòd non. Pro hoc allegat Bal. in c.j.§.iudicet.in fin.de pace iur.fir.ubi dicit, q renuncians appellationi, uidetur fateri ſententiam fuiſſe iuſtam Allego l.3. C.de fide inſtru.ubi ſi aduerſario uolente arguere inſtrumentũ de falſo, ego dico me non uſurum, uideor dicere, q ſit falſum. In contrarium, q expreſſè renuncians poteſt conqueri, & habere regreſſum contra iudicem, eſt deciſio Bal. in l.fi.§.ſin autem. C.de temp.appel. ubi dicit, q renunciare appellationi nõ tollit quin iudex faciat litem ſuam. Hoc idem uoluit Bal. in c.ſæpe.in pen.colũ.de app. ubi ſentit idem Pet. de Ancha.ſecundum eos:& allegant Bal.in ſuo Repert. Inn.in uer.appellans.Idem Sal.in l.fi.§.ſin autẽ. & §.illud.C. de tẽp.app.& allegant conſilium Ang.185.quod incipit, Sed & nunc uidendum teſtat. in pen. col. ubi dicit, aliud eſt, promittere ſententiæ non contrauenire, & aliud, promittere non conqueri de iudice. Allegat etiam Barto.in l.j.ff.de appel.in lectura noua.iſtæ ſunt deciſiones Mod. hic. ¶ Quando uero omittens appellare, poſſit conqueri de iudice? Remitiſit ad Bal.in l.fi.de pœna iudi.qui malè iudi. & in l.j.ff.quod quiſque iur.& in l.obſeruare,§.proficiſci.ff.de offi.proconſ.& leg. & in l.fi.§.illud. C. de temp.ap.& in l.pe.
19 C.de pac. ¶ Conclude ergo, q † pars, quæ potuit appellare, & non appellauit, uel appellauit bis, & non poteſt amplius appellare, tamen poteſt adhuc iudicem conue-
b nire[b]. Cum iſta gl.concordat Inno.in ca. ſæpe.in fi.gl. magnæ, de appel.& ibi Ab. & Imo.gl. eſt de hoc in l.j.in uer.noui intis.ff.quod quiſque iuris. Pro qua allegat ibi rationem, quia non appellando fuit in culpa, iudex uero iniuſte iudicãdo fuit in dolo l.a.eo.tit. Ergo dolus iudicis præpõderat culpæ ipſius partis, l. item ſi obſtetrix.§.fi.ff.ad l. Aqui.& eſt deciſio Bald.in l.item ſi res.in prin.ff.de aliena.iud.mut. cau.fac. Ad idem eſt pleniſſima diſputatio Bar.quę incipit, Iudex,qui per imperitiam.alias incipit, A ſententia iudicis, qui ibi plenè loquitur. Idem Bar.in l.j.ff. de appel.& ſentit glo.j.in c.fi.de emp. & uen.& ibi Imo.Idem, ſi expreſſe renunciauit appellationi, per prædicta, quòd intelligo ſic, niſi expreſſe conſenſiſſet ſententiæ, approbando eam ¶ Item dicit Abb. q
20 † arbiter[c] male arbitrando facit litem
c ſuam,* & poteſt contra eum agi, gloſſ.&
* text. & ibi Doc.in l.pen. C. de arbi.& eſt gl.in c.j.de re iud.in 6. ¶ Arbitrator uerò tenetur ſolum de dolo, & lata culpa, ſecũdum Abb. hic, & lata culpa eſt ignorantia iuris. Ita tex.& ibi Bar. in l fin.ff.ſi menſ. fal.mod.dixe. Iſtam concluſionem firmãt Imo. & Roma.in l. diuus. ff. de ſen.& re iud.reprobata gl.j.in l.fi.C. de contrahẽ.
21 emp. ¶ Limita primò, niſi † læſiſſet in modico, quia non tenetur. Bar.& Sal.in d.l. pen.C.de pac.quia in hoc uidetur ſibi data poteſtas,l.ſi de meis.§.receptiſſe.ff.de arbi. ¶ Secundò limita, niſi fuiſſet ſibi data latiſſima poteſtas, quia tũc non tenetur, niſi ex dolo uero, uel præſumpto. Ita Ange.de Are.in l.j. in prin. ff.de app.ſaluando gl.in d.l.fi. Sed cogita, quod ubi eſt læ-
* ſio enormis, præſumitur dolus,* Eſt text. in l.qui ſuperſtitis.C. de dolo.& ibi Paul.
22 de Caſt.& multi alij. ¶ Propter † conſiliũ iniuſtum ex dolo, uel ex culpa, poteſt doctor conueniri, etiamſi adhibuit omnem diligentiam, per partem, quæ ſuccubuit ex illo malo conſilio. Ita Spec.in tit.de requiſi. conſilij.§. conſiliarij.& Bart.in l.ex maleficij.§. ſi iudex. ff.de act.& oblig.
¶ Idem dicas in foro conſcientię. Ita Ant. in c.tua nos.de homi. & in c.ad aures. de ætate & quali. allegando ibi Petr. & Cy.in auth.ſi hodie.C.de iud.Ant. tenet in c.in calumniam.uer.quartò quæro, ſi clientulus.de pœ. Spec.in tit.de aduo.§.fi.uer.q ſi per imprudentiam. Hoſt.in Summa, de poſtul.§.fi.uer.tenetur etiam. & Ang.pulchrè in repe.l.ſi uacantia.C. de bon.uac. lib.10.ubi dicit, q aduocatus tenetur ad
* intereſſe,* ſi perdidit pars cauſam in foro conſcientiæ. Hoc dictũ allegat Ioa.de Ana.in c.excommunicamus. de hære. & allegat l.iudices.C.de anu. & tribu.libr. 10. ¶ De iſta materia ponit Archiepiſcopus Florentinus in Summula confeſſionum. ſub præcepto, Non furtum facies, uer.officiales quicunque. ibi pleniſſimè. Item Franciſcus de Platea in tractatu De reſtit. in primo genere reſtitutionis,uerſi. 107.cum tribus ſeq.ibi, de aduocato,iudice & procuratore. ¶ Glo.in uer.tenetur re-
23 gula ſit iſta, Iudex † pronunciet ſecundũ
* acta & probata omiſſa conſcientia. *Tangit hic Abb. Allego ultra omnes Bald.in præludijs ad II.librum Decretalium, ubi dicit, quòd propter cõſcientiam non recedat iudex a legum tramite, & ratio, quia conſcientia ſingulorum eſt, & non facit ius, lex eſt uniuerſalis ad omnes, l.lex eſt ff.de legi. Tenet hoc Ricba.de Mediauilla in 4.diſt.18.q.3.arti.2. Idem Thomas, ubi hic Abb.alleg. Idem Inno.in c.cũ dilecta.in gl.magna, in fi.de reſcrip.& gl.in c.paratus.23. q.j.in uer.ſecundum gloſſ. Bar.& Bal.in l.illicitas.§.ueritas.ff.de off. præſi. ¶ Limita primò, niſi conſcientia iudicis ſit informata a notorio, quia illam ſequi debet. Ita uoluit Dom.de ſan.Gem. in c.iudicet.3.q.7. Allegat gl.fi.in c.presbyter. 15. q. 5. dummodo de illo notorio conſtet iudici, ut iudici, non ut priuato, per §.quandoque. in 2. quæſ.j.ibi, ſi non notorium facti permanentis. quia tunc non poſſunt probationes tales eneruare notorium. ¶ Secundò limita, niſi ſit iudex ſupra leges, quia iſte indiſtinctæ põt præponere conſcientiam uctit. De hoc eſt deciſio Bar. & Bal.in l.j.C. ut quæ deſunt aduo. Et ſic in quocunque domino, cuius dictum habetur pro lege in ſuo territorio. Pro quib.eſt Inn. in c.cum inter R.de elect.& gloſſ.j. Facit unum, quod ponit Bal.in rub.ẽ.eo.& in c.j.ſi de feud.fue.cõtro.inter do.& uaſal. & in l.j. C. quomo. & quãdo iud.ubi dicit, q ſolus princeps mandare poteſt, Facias ſic, alij uerò dicũt
24 Facias iuſtitiam. ¶ Tertiò † limita in criminali, quia tunc debet imitari conſcien-

Regreſſum] *Vide ad hoc nota.& plene,do. Soc. con ſi. 24.incip. Viſis diligenter & maturè.uerſicul.tertia hæc opin. cum uerſicu. ſequen.in 2. parte, chart. 44.*

b *Tamen poteſt iudicem conuenire*] *Intelligo ex quo tulit ſententiam iniquam. Ita tenẽt Bal.& Angel.& Mod.in l. 5 ff.quod quiſque iuris.& ratio eſt, quia iudex, qui iniuſtè iudicauit, fecit litem ſuam, & tenetur in ſin. dicatur ad totale intereſſe parti, ut in l.fi. ff. de uari. & extraord. cog. Et intelligo etiam hoc, ſi pars potuit appellare, & non appellauit, ut hic per Fel. & Doc.in d.l.i. Et idem tenuit Bart. in d.l. iſt ſi res.in prin. ff. de alie. iud. mut, cauſa fac.& in l. minoris. in uerb. ſed ſecundũ hoc. ff.de admin. tutor. Ang.& Imol.in l.4.§.ſi tãuetiniũ ff.de dam. infec. Adde q iſtud habet locum etiãſi pars appellauit, & appellationem poſtea deſeruit. Inno.in c. ſæpe. de appella. Pau.de Caſt. Lud. Roma. in d.l. 5. ff. quod quiſ. iur. Adde fortius, quod ſi iudex appellationis confirmaſſet ſententiam iniuſtã, et ſecundum formã ſtatuti non poſſet amplius appellari, adhuc poteſt agere contra iudicẽ. ita Pau. de Caſt. & Lud. Roma.in d.l.i. Adde, q Ango.in l. fi.ff.de uari. & extraord. cog. tenet, quod pars poteſt conuenire iudicem, etiã ſi expreſſo renunciauit appellationi. Quod etiam tenet hic Fel. Et ſic contra do. Abba. hic. Adde in materia iſta, quando pars poteſt appellare, an habeat regreſſum contra iudicem, qui fecit litem ſuam? Vide omnino Barto.in d.l.fi. minoris. in 2. co. ff. de admi. tu.& in l. item ſi res.de alie. iudic. mut. cau.fa. Adde etiã & pone, q iudex primus tulit ſententiam, a qua fuit appellatum, & ſententia fuit confirmata per iudicem ſecundum, & ab iſta ſecunda ſententia non fuit appellatum, quis facit litem ſuam? an primus iudex, uel ſecundus? Vide Bal.in c.i.§.iudicet.de pa. iur.fir. & ibi tenet, q ſecundus.*

c *Arbiter*] *Adde in, quòd arbiter, qui negligit intra terminum arbitrari, facit litem ſuã, ſicut malo arbitrãdo. Lu. Rom.in cõſil.ſuo 328. quod incipit, in caſu propoſitæ quæſtionis, ſeu conſultationis.*

2 noſtris. ¶ De † amico uerò, utrum admittatur pro amico? Quòd admittatur pro amico cum cautione rati, tenet Sal. in l. exigēdi [a] C. de procur. Idem Spe. in tit. de aduocato. §. obijcitur uer. eſt & ordo. Ioa. An. in c. ſi. de poſtu. & facit c. requiſiſti. de teſta. iuncta glo. pen. in ſi. & in c. a. de teſta. in 6. ubi idem diſponitur in affectione præſtita ratione amicitiæ, quod ratione affinitatis. ¶ Tamen communis * opinio eſt in contrarium, ut latè probat Lud. Ro. in l. ſi uerò, §. de uiro. in 26. fal. ff. ſol. matri. Ang. in l. ſed & hæ perſonæ. ff. de procur. Bal. in l. t. C. qui accuſ. non poſſ. Ant. & Imo. in d. c. ſi. de poſtu. & Imol. in l. ea facto. §. ſi quis rogatus. ff. ad ſenatuſcon. Treb. maximè per tex. in l. 1. C. ſi per uim, uel alio modo. ubi ſpeciale eſt odio ſpoliantis, ut contra eum amicus poſſit agere pro amico. ¶ De

3 † coniuncta perſona facias unam concluſionem, ultra Ab. hic: Coniunctus admittitur pro coniuncto [b] cum cautione rati. Iſta eſt regula. Et quæ dicatur perſona coniuncta, dixi in c. nonnulli. de reſcrip. Ampliá, etiamſi coniunctus, pro quo uellem agere, eſſet minor. Ita Bald. in l. exigendi. in ſin. C. de procur. & Barr. in l. ſi actor. in ſi. C. de appel. de quo per Spe. in ti. de coniūcta perſona. in prin. Iſta ſit regula. ¶ Fallit primò in coniuncto uolente agere pro coniuncto habente tutorem, uel curatorē, qui non auditur, quia hoc ſpectat ad ipſos. Text. eſt in l. ſenatus. C. qui accu. non poſ. ubi Bald. in princ. ¶ Secundò fallit, ni ſi coniunctus dimiſiſſet procuratorē, quia uidetur omnem alium prohibuiſſe. Hoc uoluit Spec. in tit. de coniuncta perſona. uer. itē quod agit. Aug. in l. cùm prætor. ff. de iudic. Imol. in ca. ex parte decani. de reſcri. Quæ duæ fallen. non procedūt, ubi illi eſſent negligentes. Ita Pau. de Caſt. in l. ſi longiùs. ff. de iudic. ibi: ſi non ſit, qui

4 patris nomine agat. ¶ Fallit † tertiò in coniuncta perſona agente contra uoluntatē eius, pro quo agit. Text. in l. Pomponius. in ſi. ff. de procur. etiamſi offerat cautionē rati. Et ex hoc naſcitur, quod dixit Ioan. An. in addi. Spec. in tit. de coniuncta perſona. in uer. Obertus dicebat. quòd ſi coniunctus meus facit me procuratorem ſpecialiter in una cauſa, nō poſſum agere in alia, præter illā: quia uidetur aliàs prohibuiſſe, per l. maritus. C. de procur. & d. l. Pomponius. ¶ Quartò fallit, ubi coniunctus uellet præferri magis coniuncto, quia non admittitur, ſed proximior admittitur, & ſi eſſent pares coniunctiones, magis idoneum iudex admittet. Iſta ponit Sal. in d. l. exigendi. argu. l. ſi plu-

5 res. ff. de popu. actio. ¶ Vltimò † fallit in requirente ſpeciale mandatū, quia etiam cum cautione de rato coniunctus nō admittitur. Tex. in l. patri. ff. de mino. Ab. hic, gloſ. in c. conſtitutus. de reſti. in integ. præter quàm in 7. caſibus, extra iſtos ſeptem fallentia eſt uera. ¶ Primus, ubi coniunctus, pro quo agit, eſſet prodigus, uel furioſus, alium curatorem non habens, quia poteſt agere. Tex. in d. l. patri. in ſi. princ. ¶ Secundus in impetratione reſcripti, c. nonnulli. in ſi. de reſcri. & ibi eſt regula & fallētia, & in c. ex parte decani. eo. ti. ¶ Tertius caſus eſt, ubi materia eſt leuis præiudicij, quia tunc auditur.

a *In l. exigendi*] *Et ibidem uide ad hoc dom. Alex. de Imol. in l. non ſolùm. §. qui alieno. ff. de procur. ubi etiam per Bart. in 2. col. in uer. fallit in coniuncta perſona. & per do. Alex. in l. cum alienam. C. de legi. & adde Ludo. in ſing. in uer. amicus. quod eſt ſing. 656. incip. Cyuus in l. exigendi. uer. 2. & uide Fulg. in l. ſed & hæ. de procur. qui dicit, eum intelligendum de amico coniuncta maxima amicitia.*

b *Pro coniūcto*] *Ad quam materiā uide omnino do. Iaſ. May. in d. l. exigēdi. alle. in text. qui iſtam regulā quatuor modis extendit, & eam limitat 17. modis: ubi etiam uide dom. Frãciſ. de Aret. qui dicit, quòd quando coniuncta pſona non admittitur ad defendendum, habet locū ſatiſdatio. Vnde ſecundū eum, tenetur cauere de iudicato ſoluendo. Et adde, quæ ad hoc habentur etiā per authorem in c. ſane et alij. 3. de reſcript. cum remiſ. quas ibi in apoſtil. adduxi.*

ditur. Eſt de hoc deciſio Ioan. An. in c. conſtitutus. de reſti. in integ. de quo facit feſtum ibi Ab. Pro quo habēs allegatæ Bart. & pleniùs Lud. in l. qui bona. §. ſi alieno. ff. de dam. infect. in quantum tenēt, quòd coniunctus, qui agit, poteſt iurare de calumnia, dato quòd in iuramento calumniæ requiratur ſpeciale mandatum, c. ſi. de iura. cal. in 6. Et ratio, quia tale iuramentum eſt leuis præiudicij, & ideo poteſt iurare, quia uidetur fruſtra agere, ſi non poſſet iurare de calūnia. ¶ Quartus caſus eſt, quando eſſet conſors eiuſdem litis. Ita probat tex. in d. c. conſtitutus. de reſti. in integ. ubi frater pro fratre agebat, & facit c. cùm pridem. de pact. & clem. religioſus. de procur. bonus tex. in d. l. patri in prin. & ibi Bar. optimè loquens. ¶ Quintus caſus eſt, ubi coniunctus facit fidem de mandato, quia tunc admittitur, tex. in l. quod ſi de ſpeciali. ff. de mino. Ita not. hic do. Ab. ¶ Sextus caſus eſt in cauſa matrimoniali. Text. in c. accedens de procur. ubi pater auditur pro filia, & tamen requiritur ſpeciale mandatū, gloſſ. ſi. in c. qui ad agendum. de procur. in 6. & glo. in c. ſi.

6 eo. tit. & lib. in uer. contrahendum. ¶ Septimus † caſus eſt in materia ſpirituali, ut uoluit gloſſ. ſing. in c. cùm pridem. de pact. prima in ordine. Sed utrùm ſit uerum quòd in ſpiritualibus requiratur ſpeciale mandatum? Ab. hic dicit, quòd in cauſa ſpirituali coniūctus non admittitur, & ratio, quia in illis requiritur ſpeciale mandatum, & tenet Rot. in nouis, deciſ. 142. quæ incip. In cauſa beneficiali. & eſt 6. in tit. de procur. Et mouentur propter duas rationes. Prima, propter grauitatem materiæ. Secunda, quia non cadit cautio rati in ſpiritualibus.* Idem tenet Ab. in d. c. cùm pridem. in pe. col. contra gloſſ. ibi. Idem tenet Lap. alle. 70. Lodo. ſing. 619. quod incip. Tu audiuiſti l. exigendi. Car. in clem. 1. in 6. q. de proc. & in cle. non pōt. in 4. q. eo. tit. Bar. in l. ſi ſtipulatus fuerim illud, aut illud. ff. de uer. obl. in ſi. & Ab. in c. nōnulli. de reſcrip. Sed dicas, quòd de rigore iuris contrarium eſt uerum, uidelicet quòd ad agitandam cauſam ſpiritualem non requiritur ſpeciale mandatum. Et ita ſit uera gl. in d. c. cùm pridem. Allego dictum Card. in d. clem. 1. de procur. ubi mouetur per c. ſi. de procur. in 6. per locum à ſpeciali, ubi text. dicit, quòd ad contrahendum matrimonium requiritur ſpeciale mandatum. Dicit ergo, ſi eſt ſpeciale in contrahendo, non erit ſpeciale ad agendum in cauſa matrimoniali. ¶ Secundò mouetur, quia inter caſus requirentes ſpeciale mandatum, non reperitur enumeratus iſte caſus, c. procurator. de elect. in 6. ubi procurator non poteſt ſine ſpeciali mandato obligare dominum ad iuramentum. Et eſt alius caſus in clem. non poteſt de procur. Ergo ſi eſt ſpeciale in his, ſecus in alijs. Et eſt alius caſus in acceptando beneficium, glo. in c. ſi tibi abſenti. de præben. in 6. Tamen dicit Card. quòd ad euitandas opin. debet dari mandatum. Firmant hanc opin. do. de Rot. deciſ. 375. in nouis, quæ eſt in tit. de proc. 27. quæ incip. Fuit dubitatum. Et ibi dicunt, quòd in cauſa ſpirituali non requiritur ſpeciale mandatum. Ita dicunt fuiſſe deciſum in Rota: & ibi dicunt, quòd agitare cauſam ſpiritualem nō eſt tanti præiudicij, ſicut facere actum ſpiritualem, & ratio, quia laicus poteſt eſſe procurator in cauſa ſpirituali, c. 1. de procur. in 6. Secundò mouentur ipſi, quia nō eſt uerum, quòd in cauſa ſpirituali non poſſit præſtari cautio de rato, quia imo caueri poteſt de rato. Allegant gl. ſing. hic. Et pro iſta parte poteſt induci glo. in clem. 1. in uerbo ciuili. de offi. dele. quæ probat, quòd cauſa ſpiritualis magis accedit ad cauſam ciuilem, quàm ad criminalem. Ergo pote-

7 rit admitti coniuncta perſona. ¶ Quando † faciens dubium de mandato admittatur cum cautione rati? dicas, quòd regulariter ſemper, glo. hic, & in c. 1. de procur. & tex. in l. 3. apud Legiſtam, C. de procu. ¶ Fallit primò, quando per cautionem non eſſet plenè conſultum aduerſario. Ita Bar. in l. non ſolùm. §. qui alieno, ff. de procu. in 1. col. uerſ. tertius caſus. & in d. l. 3. Allegat tex. qui ponit exemplum in l. qui ita, ff. ad Treb. in uerb. poſſe reſtitui hæreditatem, &c. ¶ Fallit ſecundò in eo, qui dicit ſe habere mandatum publicum, puta, ſi eſt delegatus. De hoc eſt deciſio glo. & Bart. in d. §. qui alieno. & tex. in §. cos. in authent. de colla. & c. cùm in iure.

* *In ſpiritualibus*] *Adde Lap. al leg. 7. col. 2. Card. in clem. nō poteſt. in 4. q. de procu. Alex. in l. ſi ſtipulatus alle. in tex. in ſi. Iaſo. in d. l. exigendi. colu. 3. fal. 5. Rot. deciſ. 440. ſi committatur. in prin. I non. & Bellam. deciſ. 682. in cauſis.*

d

ſupra

ſuprà eo. & l. 1. C. de man. priuc. ¶ Tertiò fallit in ſolutione recipienda. Hoc uoluit Ab. hic, & eſt deciſio gl. & Cyn. in d. §. qui alieno & malè, ſecundum Bart. ibi, & in l. ſi ſine. ff. rem rat. hab. per text. in l. quòd ſi de ſpeciali. ff. de minor. Et ſic admittitur cum cautione rati. ¶ Quartò fallit, quando dominus eſſet præſens, quo caſu uerificari poteſt mandatum, quia non auditur, ſi facit dubium de mandato. Ita Aug. in l. mutus. §. ſi is, qui. ff. de procur. Et adde, quòd ſubſtitutus a procuratore, faciens dubium de ſubſtitutione, debet cauere procuratorem ipſum ratum habiturum, non dominum: & hoc, ſi poſt lit. conteſt. datus eſt: ſecus, ſi antè, quia tunc cauet dominum habiturum ratum, ſecundum Bart. in l. de cu ratore. in ſi. proc. ff. de cura. bo. dam. Et idem tenent Io. An. & Domi. de ſan. Ge. & Pet. de Anc. in c. ſi, qui de procur. in 6. Item adde, quòd iſta cautio rati poteſt peti etiam corã arbitro. Ita Bal. in l. in cauſæ. §. hæc autem cognitio. ff. de procu.

8 ¶ Vtrùm † per negationem fiat dubium de mandato, difficilè eſt intelligere. Ab. hic in reſponſione primi argu. Ratio eſt, quia ſicut non præſumitur quem eſſe debitorẽ, ita non præſumitur quem eſſe procuratorem. Ergo ſicut negatio aſſerti debitoris facit rem dubiã ita negatio negãtis quẽ procuratorẽ. Pro uera intelligẽtia facias regulã, ꝙ negatio facit rem dubiã, l. 3. C. qui ad liber. pro clam. nõ licet ubi negãs ſe ſeruũ, dum dicatur ſeruus, facit rem dubiã, gl. in c. 1. de of. dele. in 6. & gl. magna in medio, & gl. j. in c. ueniẽs. de te ſtib. ¶ Fallit primò, ubi dubietas oriẽs ex dubitatione tẽderet ad incommodũ negantis. Ita Abb. in c. j. in j. col. de proc. Ita reſpondeas ad arg. prædictum, & eſt reſponſio Bart. approbata in d. §. qui alieno. & in d. l. j. ad fin. C. de procur. quem ibi

★ omnes ſequuntur communiter*. Mouetur: quia ſi negans quem procuratorem, faceret rem dubiam, ſemper quilibet admitteretur cum cautione rati, quod eſt inconueniens. Ergo, &c. Et probatur, quia aliàs reo negante, & actore nõ probante, iudex abſoluere non poſſet, quia in re dubia non fertur ſententia, 11. q. 3. c. graue. Quod tamen eſt falſum, per c. 1. ut eccleſ. benefi. & ideo negatio non nocuit reo. Ad idem text. optimus in l. j. in prin. cum glo. in uer. iure. iurãdo tex. ibi alleg. in gloſſ. ff. ſi cui plus quam per l. Falc. ubi non ſufficit quælibet dubitatio oriens ex allegatione partis, ut res dicatur dubia. Et ibi Ang dicit, ꝙ ſimplex negatio non dat cauſam cautioni rati. Præterea eſto, ꝙ tranſactio oritur aliquando ex negatione rei faciente rem dubiã, etiam actore nihil docente, tamen ſi negatio facit rem dubiam, poteſt tranſactio prodeſſe neganti, l. de fideicommiſſo. ff. de tranſact. ubi tranſigens non dicit ſe læſum. ¶ Fallit ſecundò, ubi negatur id, in quod nulla cadit probabilis inſi ciatio. Ita Abb. in c. ſuper eo. in 2. not. de teſti. cog. Idem tenet Inn. in c. tua. de coha. cle. & mu. & in c. ex parte in Chriſto de uer. ſign. Faciunt duo dicta. Primum dictum Bal. primò in c. ad noſtram. in fi. de proba. ubi dicit, ꝙ reus factis legitimis probationibus ſemper condemnari poteſt. Ad idẽ glo. & Bar. in l. poſt rem. ff. de tranſactio. ubi dicit, ꝙ ſi contra negantem ſunt probationes paratæ, non fit res dubia. ¶ Fallit tertiò, ubi eſt præſumptio contra negantem. Inn. in d. c. ex parte. ut ſi epiſcopus petit iura epiſcopalia a clerico, clericus negat. Dicit Inn. ꝙ hæc negatio non facit rem dubiam. Arch. 2. q. 1. c. ſi peccauerit. §. quando. & Ant. in c. uenerabilis. de cenſi. & dn. de Rot. in nouis, deciſ. 327. quæ incip. ſi contra petentem. Abb. in c. ſi clericus. in 3. not. de fo. comp. & eſt gl. in l. ſi uerò. §. qui pro rei qualitate. in uer. dubitetur. ff. qui ſatiſ. cog. Quam ita allegat Aug. in l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pact. ¶ Fallit quartò in negatione facta extra iudicium. Ita Ioa. in c. uenerabili. de cenſi. & ibi Ant. Ita reſtringens. d. l. iij. licet aliter intelligat eam Bar

9 to. in l. tres fratres. ff. de pact. ¶ Quando † dicatur dubium de mandato? Tunc fit dubium, quando oſtenduntur iura ad cauſam facientia. Ita eſt tex. hic melius de iure, ibi, cum in-

★ ſtrumentis eiuſdem eccleſiæ. & hic Inn. glo. & omnes*. Idẽ tenet Bart. in l. uulgo. in ſi. ff. de admi. tut. & in l. 3. §. cauſæ. ff. de Carbo. edi. Idem Bald. & Ange. in l. Mæuia. ff. ſol. mat. & ibi clarius Imo. & Paul. de Lea. & Imo. in c. 1. de procu. & & Pau. de Caſt. in l. 1. C. eo. tit. Cõtrarium firmat Bal. & Salt. in d. l. 1. C. de procura. Bald. in l. j. §. Labeo. ff. de pact. quia potuiſſet iura ſubtraxiſſe, ſaluo quod in l. ſi. C. de pactis cõuen. ubi probatus in marito uolẽte agere in bonis paraphernalibus. Ant. hic tenet idem, niſi probet duo, primò, ſe habere dicta iura, ſecundò, ſe habuiſſe a domino. Tamen prima opin. communis eſt, ſecundum Imol. hic. Tenet idem Bald. in l. ſi quis per calumniam. C. de epiſ. & cle. in ſi. & Ant. in c. cùm dilectus. de reli. do. & Imol. in cle. 1. de procur. concludens idem eſſe, etiamſi non apparet dominum dediſſe, per tex. hic. ¶ Limita primò, niſi probetur dominum dediſſe inſtrumenta, quia tunc non ſolum fit dubium de mandato, imo non eſt opus cauere de rato, quia præſumitur mandatum. Ita Bal. & Imo. hic, ratio, ut illa traditio aliquid operetur, per d. l. ſi. C. de pact. conuen. Et ibi eſt text. expreſſus in uerb. nulla ratihabitione ab eo exigenda. Et hoc ſolùm ponunt hic Moder. Vide tu Ludou. ſingu.

★ 650.* quod incip. nunquid. ubi idem tenet. Primò allegat, quia contrariorum eadem eſt natura. Tunc ſi reſtitutio inſtrumentorum facta inducit expirationem. mandati, Text. in l. negotiorum. ſecundũ Ang. ſing. §. ſi. ff. de ap. ergo eodem modo datio inſtrumentorum inducit mandatũ. ¶ Secundò arguit, oſtenſio ſigilli perſonæ principalis abſque probatione traditionis eiuſdem, facit præſumi mandatũ. Ita Ioan. And. poſt Hoſt. in c. 2. de ſolu. ¶ Tertiò: oſtenſio inſtrumenti debiti cancellati facta a debitore, inducit præſumptionem liberationis, l. ſi chirographum. ff. de proba. & Bart. in l. fullo. §. qui tabular. ff. de fut. Ergo in ſimili præſumitur mãdatum. ¶ Secundò limita, niſi oſtẽdens dicta iura, & non probans ſibi dãta, eſſet perſona domeſtica & cohabitans domino, non facit dubium oſtendendo iura. De hoc eſt deciſi. Lud. Rom. in d. ſing. & plenius conſ. ſuo 446. quod incipit, Primus propoſitæ conſultationis articulus. ubi conſuluit hoc in terminis, & mouetur per tex. in l. unica. §. ille autem. C. de Lati. lib. tol. ubi tex. dixit, quòd inſtrumentum debiti, quod reperitur cancellatum penes domeſticum, non probat eum fuiſſe liberatum, & ratio ne detur occaſio domeſticis ſuadẽdi ſcriptuas ipſi domino. Eo modo in caſu noſtro. Ita pulchrè Ludo. ibi. De hoc tamen eſt dubium, quia tex. noſter loquitur indiſtinctè, & loquitur in clerico, qui erat clericus eiuſdem eccleſiæ. Ergo uidebatur domeſticus. Et ita tex. in l. j. C. eo. Et non obſtat. d. §. ille autẽ. quia ibi eſt inductum hoc propter euidens commodum, ad quod tenetur domeſticus aſpirare. Sed faciendo ſed reputari procuratorẽ, nullum euidẽs commodum cenſetur. Et ideo dato, ꝙ ſit domeſticus, faciet dubium de mandato, ſi oſtendit iura. Et hoc tene menti. ¶ Tertiò limita, niſi ille, qui oſtendit iura, eſſet perſona non conſueta procurare, quia uidendo, ꝙ habeat inſtrumenta, præſumitur potiùs quædam cuſtodia, quam ut cauſam ageret. Hoc uoluit Imo. hic argu. eorum, quæ habentur in l. cũ quid ff. ſi cer. pet. Tamẽ hoc uidetur contra ſtrictũ text. iuncto dicto Inno. in c. j. de obli. ad ratio. niſi dicat Imol. ſenſiſſe, ꝙ iſta oſtenſio non probet mandatum uerè, ſed faciet dubiũ de mandato. Ita text. hic. ¶ Fit etiam dubium de mandato, quando oſtenditur ſigillum domini, ſecundum Ioan. An. in c. 2. de ſol. dum modò oſtendat dominum dediſſe, alias dictum eſt falſum, ſecundum Domi. latè in c. quamuis. de procur. in 6. ¶ Et aliquando oſtenſio ſigilli adeo probat mandatum, ꝙ non eſt de cautione rati cauendum. Primò quando cõſuetudo ita ſe haberet, ſecundum Dom. in d. c. quamuis. Et ibi dicit, ſe uidiſſe Senis ita practicari. Idem dicas, quãdo ſigillum eſt determinatum ſolùm ad ſigillãda mandata procuratoria. De hoc eſt deciſio Bal. hic, & Imo. in d. c. 2. de ſolut. Pro quibus facit dictum Aug. in l. conſentaneum. C. quomodo & quando iud. ubi dicit, ꝙ oſtendendo ſigillum delegantis, probatur delegatio, ſi eum illo conſueuit ſigillare mandata delegatoria. Et ultra prædicta ponit Bal. in tit. de pa. conſtan. in uer. muniti. & in l. falſus in fin. C. de fur. & in l. procuratorem. ff. de procura. & in l. 1. in ult. col. C. eo. & Lu.

10 in ſing. & conſi. præalle. ¶ Tertiò † fit dubium de mandato, quando negaretur notarius, qui confecit mandatum fuiſſe notarium, quia tunc iſto caſu fit dubium, tamen admittetur cum cautione. Hoc uoluit Ang. in l. j. C. de procur. Idẽ, ſi negatur præſentantem mandatum eſſe illum, de quo mãdatum loquitur. Hoc intellige, niſi talis ueniret da partibus ſemotis

650.] Adde quod eſt ſing. 643 quod incip. nunquid per productionem inſtrumẽtorum. & adde Bart. in l. uulgo. ff. de adminiſ. tut. Bald. in l. 1. C. de procurat. Rom. cõſi. 446. incip. primus, in 2. dubio, Pau. de Caſtr. & ibi Alex. in l. Mæuia. ff. ſolu. matr. Alex. in d. l. 1. co. 2. & 3. C. de procurat.

remotis, quia habendo mandatum, præſumitur eſſe ille de quo loquitur mandatum. Ita Bal.in l.ſi qua per calumniam. C.de epiſc.& cle.Idem tenet Imo.in cle. j. verſi.quid ſi dicatur.de procur. Fortifico per dictum Spe.in tit.de inſtru.edi. §.reſtat. verſi.quid ſi producatur. ubi dixit, quod creditur literis officialis atteſtantibus quem eſſe notarium, ubicunque literæ producantur. Quod plenè etiam ponunt Ant. & Imol. in c.2.de fi.inſt. ¶Conſidera: quia ſi iſte ultra mandatū habet iura, res eſt clara, quia præſumetur procurator, ſed ubi haberet ſolum mandatum, uideatur, quod literæ teſtimoniales non ſufficerent ad probandum illum eſſe Titium, uel notarium: & hoc propter dictum Ang.in authen.de tabellionibus, & Pau. de Caſ.plenè conſilio 404.incip. Videndum eſt, utrum fides ſit adhibenda. ubi latiſſimè probat, quod literæ teſtimoniales non probant. Et ſic iſta pars cōtraria eſt verior, niſi cōſuetudo aliter ſe haberet: & ita ubicunque oritur probabilis dubitatio mandati. Et ſic ſunt iſta expedita. ¶No.ibi gl.æſtimabitur. Quantum læſa ſit eccleſia, quæ dicit, quod in cauſa ſpirituali quis admittitur ad agendum, & tenebitur ad intereſſe, ſi non habebit dominus ratum, quod per iſtam geſtū erit. Quod not ¶Glo.in uer. horum ueritate. No. iſtam gloſſ. quod ſicut debet fieri mentio de proceſſu, quando reuocatur iudex. per ſecundum reſcriptum, ita quando non reuocat, ſed datus ſibi adiunctus. Et eſt iſta glo.not. Hanc glo.ſequitur Imol.in c. ex literis.ſuprà eo.& ibi allegaui, & in c. cæterum.de reſcript. ¶Glo.in uer. admittere noluit. Cum ea capio glo.fin.quia dependet à penultima: facias unam regulam, quod

11 † delegatus tenetur admittere ſubdelegatum collegæ. ¶Fallit primò, ubi eſt clauſula, Vnus, uel alter ueſtrum.* ¶Secūdò, ubi eſt impedimentum perpetuum ¶Tertiò, ubi eſt tēporale & ineuitabile. ¶Quartò, ubi eſt clauſula prælectionis, ſcilicet quod ſi non oēs,* eu frater epiſcope. ¶Quintò, ubi eſt clauſula Appellatione remota,* ut hic per Doct. ¶Et pro intellectu ſecundæ fal.& ſequentis, dicas, quòd ubi impedimentum eſt perpetuum, uel temporale, ſed ineuitabile, quod dicitur delegatum nō poſſe, nec uerificatur clauſula ex ui uerbi ſui, ſed ex quadam iuris interpretatiōe, quod ius uult etiam ex uoluntate dictam clauſulam uerificari, c.prudentiam.§.adijcimus. ſuprà eo. Rectè ergo loquitur hic gl.in uer.quod non intelligitur capiendo impotentiā uerè, quando nullatenus poteſt: quia tunc omnino uerificatur clauſula, & ideo ſubdelegare non poteſt; ſed ubi uerè poſſet, ſed non ſine uexatione incōmodi, non eſt uerificata clauſula: & ideo ſubdelegare poteſt niſi in caſibus prædictis.

** Vnus uel alter ueſtrū] Adde Bar. in l.ſi fundum.§.his uerbis. de leg.1. Spe.de lega.§.excipi poteſt.verſ.quid ſi in reſcriptis.Bar.in l.heredes mei.§.fin. ad trebel.c.cum plures.de of. dele. in 6.c.prudentiam.& tit.& ibi Ab.*

** Quod ſi non oēs.] Adde Spec. de iud.deleg.§.ſequitur uidere.verſi.& ſic ſunt circa hoc. Rot. deciſio. 169.& 247.Rotæ, in nou. In. in c. prudentiam. col. 4.in gl.ſua.in uer.excommunicationis.de of.del.*

** Appellatione remota] Adde qd operatur iſta clauſula, Doct.in c. inter cæteras. de reſcr. Ium.in c. paſtoralis.in glo.ſua in uer.denunciare poteſt.& ibi Phil. Fran. poſt Panorm.de appel.& in c.ſecūda requiſi.in prin.eo.tit.*

SVMMARIVM.

1 *Recuſare poteſt quis ciuitatem, propter inimicitias ciuitatis. Hoc limita, ut num.2.*

3 *Citatus ad locum notoriè non tutum, non tenetur ire, ſed neque ſe excuſare, allegando locum notoriè non tutum.*

4 *Canonicus poteſt eſſe teſtis pro concanonico: item ſcholaris pro conſcholare, frater pro fratre.*

CAPITVLVM XXXV.

1 CVm B. CANONICVS. ¶Locus, ad quem reus accedere non poteſt, & canonicus in cauſa cō canonici recuſari poteſt H.D. Dicūt hic Moder. quòd † pro iſto tex.eſt tex.in cle.paſtoralis.in uerb. Piſani.de re iudi. ubi tex. dicit, quod propter inimicitias ciuitatis poteſt quis recuſare ciuitatem: & allegant c.accedens.el 2.ut lit. non conte, ubi text. dicit, quod quis non teneatur comparere in terris inimicorum etiamſi haberet ſaluum conductum. Dic tamen, quod ubi ſunt guerræ generales in loco, ſi poſſunt citati uenire cum literis ſalui conductus principis, uel guerram facientium, quod non excuſantur, ut eſt deciſ.do. de Rota 315.incip. Licet guerræ, & eſt de du. & contu.12. in nouis. ¶Item dicunt, quod locus iudicij debet eſſe tutus[a] parti, aduocato, teſti & procuratori. Allegant gloſſ.in c.bottamus. 3.q.8. ¶Item, quod non eſt opus appellare a loco notoriè nō tuto. Allegant Bal.in l.executorem. C.de exec.rei iudi. ¶Non obſtat gl.in cle.appellant.de appel.ubi notorium debet allegari: quia fallit iſto caſu, ſecundum eos. Allegant Inn.in c.præterea.de dila. ¶De ſecuritate reſpectu iudicij allego tex. ultra Doct. in c. præceptum.2.q.2.& tex.in c.ſiue de coniugij. 33.q.2. ¶Et hoc eſt uerum, nedum reſpectu partis & teſtium, ſed etiam reſpectu iudicis, & iſta una limitatio ad §. in nullo.in c.ſtatutū. de reſcrip.in 6.& de hoc eſt tex.in c.ſtatuimus. de offi.dele. li. 6. Et hoc intellige, ſcilicet dum modò delegatus eligat locum proximiorem & ſecurum. Ita Io. An.ibi, allegans tex. in cle.1.in prin.de ſo.com. Secundò c. ubi maius periculū. §.porro.de ele.in 6. Et iſtam declarationem not. Mari. in c. qualiter.el 2.q.4.art.10.& eſt tex.in c.cū dilecta.in fi.de cōfir.uti.uel inut.uer.tutū & comodū.& tex.in c.uenerabilib. §.ſecus.de ſent.exc.in 6.& in c.accepimus.de fid. inſtru. in uer.congruo & ſecuro.& in c.cùm perſonæ.de priui.in 6.& tex.in l.Fulcinius.§.quid ſit latitare.ff.ex quib. cau.in poſſ. ea.ibi, tyranni crudelitatem timens. Et ſic iſta probant, quod locus iudicij debet eſſe tutus. ¶Amplia, etiamſi quis obligaſſet ſe poſſe conueniri, ubicunque inuenitur: quia tunc etiam poteſt allegare ſibi locum non tutum. Hoc fuit dictū Ange. in l.cum tes.in prin.ff.de leg.1. quod Imol. reprobat ibi: quia promittens debuit cogitare hoc potuiſſe euenire.

a Tutus] Ad quā materiam adde, quæ habētur per authorem in d.c. accedens.el 2. & quod ibi in apoſtil.dixi.

b Tamen primum dictum eſt uerius[b], per id, quod notant Ant.& Im. in c.j.de iudi. ubi dicunt, quod dicta clauſula nunquam intelligitur de loco, ubi quis non fuiſſet ſpecialiter promiſſurus. Modo ſic non eſt uerisimile, quod quis ſe obligaſſet ad locum nō tutum. Ergo, &c. Et ſic optimè probatur iſta doctrina. ¶Amplia ſecundò, etiamſi haberet literas ſalui conductus: quia tunc etiam non tenetur credere inimico. Tex.eſt in c.accedens. el 2. ut lit. non

2 conteſ. ¶Primò limita hoc eſſe uerum, quando † quis timet gentes inimicas, populum, uel ſtatutum: ſecus, ubi timet ſolum iudicem, fortè propter ſententiā banni contra eum latam, quia tunc ſaluuſcō-

c ductus[c] plenè tollit cauſam timoris, iuxta ea, quæ ponit gloſſ.& Bart. in l.is, qui reus. ff. de pub.iud. Et iſta fuit limitatio Ang. in diſput.incip. Bononienſis ſuæ ciuitatis bannitus.in 5.q. idem tenet Saly. in l.reos.C.de accuſ.uer.expeditis contrarijs. ¶Quod dictum limita, niſi ſecundū morem patriæ talis ſaluuſconductus iudicis non redderet illum tutum, quia nō tenetur illi credere. Ita Ioa. An.in add.ad Spec. in ti.de accuſ.§.fi.uer.quid ſi bannitus. ubi exemplificat in bannito propter offenſam tyrannizantis in loco. ¶Secundò limita prædictam ampliationem, niſi poſſet comparere per procuratorem, quia tunc debet comparere, ex quo habet ſaluū conductum. Ang.in d. diſpu. uerſi. ſuper quarto. Allegat l.Papinianus exuli.ff. de minori. ¶Fallit hoc in tribus caſibus. Primò, ſi non reperit procuratorem, uel nō idoneum, quia excuſatur. Text.& ibi Bart.in l.idemque.ff. pro ſoc. ¶Secundò ubi timeret, nedum inferri uim perſonæ, ſed etiam cauſæ, quia nō tenetur mittere procuratorem. Ita limitauit Ang.in d.diſpu.& ita loquitur cle.paſtoralis.§.Piſana quoque ciuitas. ¶Tertiò, ubi eſt cauſa ardua, quia in cauſis arduis non tenetur mittere procuratorem, l. pen.§.ad crimen.ff.de pub.iud.& Imol.in l.de ætate.ff.ad Treb. Tex. in c.querelam.de procur. Et in iſto text.concurrebat alter ex iſtis duobus caſibus, aliter reſponderi non poſſet ad contrarium, &c. ſcilicet uel erat cauſa ardua, aut timebat uim cauſæ & perſonæ. ¶Amplia tertiò, etiamſi locus iudicij eſſet tutus,

b Verius] Adde idem tenere do. Alex. de Imol. in l.ſi conuenerit. in 10.fal.ff.de iuriſdict.om.iud.

c Saluuſconductus] Adde in, quod tex.in c.ex tranſmiſſa. de reſt. ſpol. dicat, quod quis non tenetur credere ſaluoconductui, ut ſe cōmittat capitali inimico. Et idem tenet Ludo.in l. 3.§.ſi ſerui.ff. de acqui. poſſ. in l. recuſare.§.ſi quis alio.ff.ad Treb. Bart. & Ang. in l. j.ad leg. Iul. maieſt.

eius, ſed oporteret tranſire per locum non ſecurũ, de hoc eſt text. in d. c. accedens. el 2. ¶ Amplia quartò, etiamſi locus eſſet ſecurus, ſed ciuitas habet ibi diuerſum ſtatutum, putà ſi citatur Guelfus ubi regnãt Gibellini. De hoc eſt glo. in c. ſtatutum. §. 1. in uer. non audiens. de reſc. in 6. ¶ Amplia quintò, etiamſi ſola ciuitas citati eſſet inimica loci, ad quem citatur, de hoc eſt text. ſing. hic, ſm do. Abb. ¶ Amplia ſextò, ut
5 † nedum citatus non teneatur ire, ſed neque ſe excuſare allegando locum notoriè non tutum, ſecundum Ab. in apoſt. in cle. appellanti. de app. & in c. ex parte. el 3. in fi. de app. ita limitantem gl. in d. c. appellanti. ¶ Nominatus de mandato alterius, dicitur nominatus a mandante. Tex. eſt hic cũ glo. in fi. Et ita not. hic do. Abb. Allegant Mod. tex. in l. unum. §. 1. ff. de leg. 2. Et ibi dixit Dy. q religioſi priuilegiati ſuper legatis pijs, fiendis locis, uel perſonis incertis, non capiũt legata facta pſonis, uel locis nominatis, nõ a teſtatore, ſed a commiſſario ſuo. Quod perpetuò not. Item dixit ibi Bart. poſt Dyn. q epiſcopi, qui debent habere quartam de relicta ad pias cauſas, niſi ſint relicta ad certos & determinatos uſus, ut ad faciendam eccleſiam, uel ſimilia, ut extra. de teſta. c. fin. non habebunt quartam de relicto centum, quod fecit teſtator ad pias cauſas, diſtribuẽdo, prout executor elegerit, ſi ipſe executor eligat fabricam eccleſiæ, quia perinde eſt, ac ſi teſtator ipſe elegiſſet ipſam fabricam in teſtamento. Vos uerò ad hoc allegabitis glo. in uer. obuentionibus. in cle. dudum. §. uerum. de ſepul. & do. Ab. in c. in cauſis. de elect. & ibi tex. cum glo. in uer. conſenſu. ubi dicit, q illud quod fit per commiſſarium, dicitur factum a committente. Et ibi infert hoc de fabrica, & allegat Bart. in d. l. unum ex familia. & Bart. conſ. 137. incip. conſtitutione Cameracenſis epiſcopi. ubi larè conſuluit ſuper hoc. Secũdò Mod. ipſi allegant Bar. in l. j. ff. de op. leg. ubi dicit, q officialis electus ab habente poteſtatem a concilio generali, dicitur electus ab ipſo concilio. Vltimò tu not. tex. in l. pater ex prouincia. ff. de manumiſ. uin. ubi manumiſſus a filio de mandato patris, qui præcepit incertum de certis manumittendũ, dicitur a patre manumiſſus, & ibi ſolam electionem filio conceſſit, ſed ipſe manumiſit. Secundò tex. in l. item eorum. §. parui ff. quod cuiuſque uni. nomine. ibi, parui enim refert, an ipſe ordo elegerit, an is, cui negotium cõmiſit, & facit q. Bar. Bria. 168. inci. Canonici cuiuſdam eccleſiæ. ¶ Glo. in uer. cum ſint eiuſdem ſocij.
4 Not. quòd † canonicus poteſt eſſe teſtis procõ canonico, ita ſcholaris pro conſcholari habitante ſimul, & fratre pro fratre, c. literas. de præſum. Tamen plus, uel minus creditur ſecundum qualitatem affectionis. ¶ Gloſſ. ibi, edictum prohibitorium. ſupple, certarum perſonarum, & permiſſorium regulariter, l. j. ff. de teſti. & cap. cum apud. de ſponſa. Ita loquitur & declarat hic Imo. ¶ In ea. gloſſ. ibi, pater in cauſa filij. Fallit in cauſa criminali. quia non eſt in hoc idoneus iudex[a]. ¶ Itẽ fallit in cauſa ciuili, quando eſt ordinarius: niſi actio eſſet tẽpore peritura, quia tunc poteſt eſſe iudex uſque ad cõteſ. lit. incluſiuè. Delegatus tamen poteſt eſſe in cauſa filij, quia fungitur uice delegantis. Et ita intellige glo. in §. tria. in uer. iudicem. allegata hic in glo. Intellige, ſaluo iure recuſationis. Nam ſi cõſanguineus recuſatur, c. poſtremò. de app. fortius pater, reſpectu namque patris in filium non erit differentia, quo ad alios conſanguineos, ut hic p Imo. Cui adde, quæ dixi in c. cauſam, quæ. 3. co. ¶ In eadẽ ibi, crimioſi iudices ſunt. Rõ differentiæ eſt, quia a iudice appella[r], a teſte nõ, & idõ cautius agendũ in admittendo teſtẽ, q iudicẽ, intellige de iudice crimioſo, non infame, quia ſi eſt infamis, nõ poteſt eſſe iudex,[*] c. ſciſcitatus. de reſcrip. Teſtis etiam criminoſus, etiam non infamis, ſemper repellitur, c. teſtimonium. de teſti. ¶ In ead. gloſ. in fi. ibi, purgatione canonica. Intellige, q par cauſa affectiõis tollit oẽm ſuſpicionẽ. ¶ Gl. 1 uerbo, eligat. Hanc gl. declaraui in notabilibus ideo nõ inſiſto.

a *Iudex] Ad quod a uide omnino do. Alex. de Imo. in l. qui iuriſdictioni. de iu. om. iud.*

* *Index.] Adde numquid poteſt eſſe arbiter, & dic q ſic. Spe. in ti. de arbitr. §. 4. uerſi. infamis. item numquid contra infamem. Bal. in l. cũ mulier. ff. ſol. ma.*

S V M M A R I V M.

1 *Excõmunicatus ob manifeſtam offenſam non abſoluitur, niſi prius ſatisfaciat, datò quòd ex ſola iniuſtitia agatur. Hæc regula fallit in quinque caſibus, quos uide per ordinem nu. 2. 3. 4. 5.*
6 *Teſtes qualiter & quando concordari poſſunt, ut eorum dicta ſaluentur.*
7 *Iudex tenetur pronunciare ſuper probationibus congruo tempore admiſſis. putà, ſuper ſententia, cuius iniuſtitia probata eſt poſt rem iudicatam.*
8 *An & quando partes poſſint renunciare ſententiæ, quæ tranſiuit in rem iudicatam?*
9 *Probationes factæ coram iudice appellationis appellatione deſerta, non ualent: quia factæ coram iudice incompetenti.*
10 *Probatio admiſſa contra præſumptionem iuris, & de iure, ualet.*
11 *Clauſula, Si & in quantum de iure poſſum, quid importet?*
12 *Satiſdatio cum clauſula, Si & in quantum poſſum, an ualeat.*
13 *Appellatio ſi interponitur, & iudex admittendo eam, Si & in quantum, uidetur ei detuliſſe.*
14 *Iſta autem clauſula nihil operatur, quando quis offendit in facto, licet operetur, quo ad iuris miniſterium.*
15 *Acceptatio beneficij, ſi placuerit regi, non ualet.*
16 *Renunciatio beneficij, ſi duci meo placuerit, ualet.*
17 *Confero tibi beneficium, ſi uacat, ualet collatio.*
18 *Iudex an poſſit omittere cognitionem ſuper exceptione, reſeruando ad finem cauſæ.*
19 *Libellus alternatiuus admittitur, ubi dubium eſt probabile.*

CAPITVLVM XXXVI.

CVM CONTINVAT. ¶ Si mandatur delegato, ut eum abſoluat, qui dicit ſe iniuſte excommunicatum, ante probationem illum abſoluere debet, ſi autẽ dicat, excommunicationẽ nullã, probationẽ nullitatis ante abſolutionẽ admittet ¶ Excõmunicatus † ob manifeſtam offenſam nunquam abſoluitur, niſi prius ſatiſfaciat[b], dato q ex ſola iniuſtitia agatur. Abb. hic, & eſt tex. in cap. ex parte. el j. de uer. ſign. ¶ Fallit primò in abſolutione impetranda in articulo mortis, quia tunc ſufficit cautio de ſatiſfaciendo. Ita Goſ. in c. in literis. de rap. quem ſequitur Ab. ibi dicẽs, hoc eſſe dictum ſolenne, ratio propter periculum, ne moriatur in excommunicatione. Facit in ſimili text. in c. t. 26. q. 7. ubi tex. dicit, q iſtis morientibus non eſt inducenda pœnitentia: ſed debet illi pœnitentiam dicere, & innoteſcere illi, & nõ ſignificare, quam pœnitentiam debent agere. Idem tenet Abb. in c. fi. in 3. uo. de ſepul. per illum tex. Quem dicit no. ¶ Intelligerem hoc eſſe uerum, niſi facultates illius ſuppeterẽt ad ſatiſfaciendũ, & tempus adeſſet. Tex. eſt de hoc in cle. j. in fi. de hære. & ibi gl. in uer. & tunc. quæ propriè utitur præ
2 miſſis uerbis. ¶ Fallit ſecundò, ubi † ſatiſfactio exigit longum factum, quia tunc ſufficit cautio. Ita eleganter Abb. in c. quæſtioni in ult. col. de app. per illum tex. uerum. in uer. pro poſſe. Idem Ab. in d. c. fi. de ſepol. putà ſi eſt excommunicatus, quia non fecit certam capellam, quam tenebatur facere: & eſt bonus tex. in ca. ſignificauit. de of. or. ubi tex. ponit de illis, qui promiſerunt ſtare in iudicio, ubi cauſa inci-
3 piat habere progreſſum. ¶ Fallit tertiò, ubi † ſatiſfactio exigit actum non congruentem excommunicato: gl. ſing. in c. ſolet. in uer. emenda. de ſen. exc. in 6. & fuit originaliter dictum Inn. in c. pro illorum. in uer. receperint. de præben. & ibi Ant. Ioan. Aud. & Ab. & Ab. in c. ex publico. de conuer. coniu. in uerb. ex quib. capias regulam. Et ibi ponit exemplum in excommunicato, quia uoluit recipere ordines.
4 ¶ Fallit quartò, quando † offenſa tangit ſolum Deum, putà, quando quis blaſphemauit. De hoc deciſio Cat. in c. qua frõte. de ap. & do. Ant. in c. j. quod met. cau. per illum tex. ubi fuerunt legati illi excommunicati, qui fecerant actum cõcernentem Deum ſolum. Et idem tenet Abb. in ca. ex parte in Chriſto. de uer. ſig. Et intellige, quãdo concernit Deum immediatè, ſecus, ſi mediatè & ſecundariò, putà in iniuria facta clerico. Text. eſt in c. accuſatid. 2. q. 7. ſecundũ ultimã
5 expoſitionem literæ. ¶ Fallit ultimò, ubi † materia non eſt apta recipere ſatiſfactionem, quia tunc ſufficit agere pœnitentiam, ut ſi iuſſus ducere ſponſam de futuro ſub pœna excommunicationis, fuit contumax, & cum alia contraxit de præſenti, quia in abſolutione ſatiſfacere nõ potuit: Hoc po

b *Satiſfaciat] Ad de Spec. in tit. de ſatiſfact. §. fin. & Phili. in d. c. qua fronte. alle. 5 tex. de appe. & Card. in cle. 1. de ſent. excom. 17. q. & uide eum in cle. j. de pœnis. §. & quia.*

nre

nit Ray.in Summa ſua in tit.de ſponſ.§.in ſumma ¶ Vbi uerò offenſa eſt dubia, ſufficit cautio de ſatisfaciendo poſt abſolutionem, d.c.ex parte in Chriſto.de uer.ſign. ¶ Fallit primò, ubi iniuria facta eſt eccleſiæ:quia præcedere debet ſatisfactio, glo.eſt ſing.in c.accuſatio.2.q.7.ubi ſpeciale eſt in eccleſia, ut pro eccleſia prius ſatisfaciat, & neceſſariò intelligitur de dubia, quia ſi intelligeret de publica & manifeſta, nõ eſſet ſpeciale, & ratio quia pro eccleſia præſumitur aſſerente ſe iniuriatam, dato etiam, quod ſit dubium, conſidera,quia fortè iſtud eſt contra d.c.ex parte.ubi Papa loquitur de capitulo Carnotenſi prætendente uiolationem priuilegiorum eccleſiæ, & ſic credo, quod iſta ſal.non ſuſtineretur. ¶ Secundò declara, quod ſi excõmunicatio eſt lata ad inſtantiam partis,tunc debet eſſe cautio fideiuſſoria,uel pigneratitia etiam hic in offenſa dubia, glo.in uer.cautione.in c.qua fronte.de ap. & ibi Ab.in fi. ¶ Gl.in uer.utriuſque partis. Dicunt hic Mode.

6 quod Bar.in l.2.§.fi.ff.ſi cer. pe.dicit, quod † tũc demum fit concordia, quando teſtes ſunt pares * allegando glo.hic,& dicunt, quod eſt alia ſimilis in c.in noſtra.de teſti. Et iſtam allegat Bald. in j. conſti.C.§.quibus. Sed dicunt ipſi, quod iſta gl.eſt falſa,quia hoc habet locum, etiamſi teſtes ſint diſpares numero,&c.quia c. cũ tu.loquitur indiſtinctè. Item ratio euitandi periurij, de qua ibi in illo tex.ita urget, quando teſtes partium ſunt inæquales , ſicut quando ſunt æquales,&c. Et ita reſidẽt Mod.hic. Opi. tamen gl.hic tenet Pau.de Caſt. in d.l.2.§.creditum. Et iſtam gloſſ. etiam ſequitur Flori.de ſancto Pe.in l.cum de ætate. ff. de proba.& Bart.in l.Gallus.§. ille caſus. ff.de lib.& poſth. Tamen contra gl. communiter * tenetur. Et quod dicunt Mod. uerum eſt, primò quia glo.uoluit contrariũ in c.in noſtra.de teſti.in glo.j & non eſt, ut dicunt Mod.ſimilis iſti,ſed omnino cõtraria iſti. Et illam glo. ſequitur ibi Ab. Et eſt alia gl.cõtra iſtam in §.ſi teſtes.4.q.3. Tertiò contra gloſſ. iſtam tenet hic Domi. Contra iſtam gloſſ. tenet & Imol. in l.inter ſtipulantem.§.j.ff.de uer.ob. Dicit tamen, quod fortè teneretur contrarium in practica propter authoritatem eius, & Inno. hic, & Abb. etiam reprobat iſtã gl. in d.c.cũ tu.de teſti. ¶ Itẽ no. quod c. cum tu. nõ habet locũ, quando eſt diſcordia inter dicta partiũ,& dicta teſtiũ, quia tunc nõ fit cõcordia. Ita Inn.hic,& hoc dictũ Inn. allegat Bal.in proœ.C.§.quibus.in j.col. Hoc dictum etiam allegat Flo.in d.l.de ætate. ff.de proba. Et ipſum allegat Bart.Pau.de Caſ.& Roma.in l.2.§. creditum.ff. ſi cer. pet. Hoc dictum allegant Ant.Ab. & Im. in c.cum tu. de teſti. & dicunt eſſe bonũ tex.in c. in præſentia. de proba. ubi pars dicebat, quẽ maiorem 14.annis, & tamen non fuit hoc dictum concordatum cum dicto teſtium , dicentium illum ſimpliciter maiorẽ ¶ Sed declara hoc eſſe uerum, ubi pars eſt confeſſa uno modò, & probationes ſunt factæ alio modo,ſed probatio tamen unius partis dubia, poteſt recipere lumen mediante confeſſione alterius. De hoc eſt tex.in cap.cum Ioannes.de fi. inſtr.& ibi hoc Ab.dicit,tealliumpto ſpecialiter dicto Inn.hic, nam ubi nec teſtes cõtradicerent inſtrumento, Papa præſumpſiſſet multiplicitatem actus , niſi ex confeſſione partis unicus actus apparuiſſet,i. quod fuit ſolum unus actus. ¶ Secundò declara, licet dicta partiũ non concordentur cum teſtibus,tamen ipſamet dicta partiũ apparentes repugnantia concordari poſſunt. Ita Bald.in l.j.ff ne quis eum. in aliquibus lect. prout ibi refert, & ſequitur Pau.de Caſ.ubi dixit,quidã in poſitionibus petebat liberari a petitione alicuius, quia petita non promiſi, & petitio-

* *Sũt pares] Adde ad hoc propoſitum quod quãdo teſtes ſunt hincinde pares ſtatur depoſitioni illorum pro quibus eſt aliqualis præſumptio g'. quam omnes not. § l.ſi duo patroni ff.de iureiur. quã ſequitur Cap.in conſ.60 colu.4. Bald.in l.non hoc col.fi.C.un.legit. Et aduerte, quod ſi teſtes ſunt hincinde pares,& ſibi inuicem contradicunt , puniuntur omnes de falſo.&*

* *eſt communis opinio ſecũdũ Are. conſ.71.col.3.uer ſi.Eſt autem regula. ubi multa ad hoc allegat. et ui. Abb.poſt Ioa.An. in c.in noſtra.hoc tit. & Ioan. An. in ad.Spec.tit. de teſte.§.iam de interrogatorijs. in add. incante &c. Fed.de Senis cõſ. 163.Ant.de Butr. in c.cũ tu.hoc tit. et Alex.conſ.42. p.4. niſi ab una parte. eſſent digniores. in tantũ quod prouocarent iudicem ad deferẽdum iuramentum. Ioan.And. ubi ſ. Alex.in l.quod ſæpe.§.fi.in fi. ff. de contrah.empt. & in l.inter ſtipulãtem.§.1.de uerb. oblig.*

ni præſcripſi non ſaluatur, i.dato quod promiſiſſem, præſcripſi. Cum hoc cõcordat Sal.in l.cum pactũ.in fi.C.de lib. cauſa. & ſentit Bal.in l.cum falſa.ad fi.C.de iur.& fact.ign. ¶ Glo.

7 in uer.nihilominùs. No.ex dictis Ab. hic, quod † quantum ad rem noſtram , iudex tenetur pronunciare ſuper probationibus incongruo tempore admiſſis putà, ſuper ſententia, cuius iniuſtitia probata eſt poſt rem iud. Ita tenet Ant. Abb.& Imo.in c.quoniam contra.de proba. Idem Ab.in c.1. de confir.uti.& Imo.in c.in præſentia.de renunciat. ¶ Sed ſi diceretur,non ualet ſententia contra ſententiam, c.inter monaſterium.de re iud.reſponde, quod illud eſt uerum,niſi appareat de notoria iniuſtitia, ſecundum Inno.in c. fraternitatis.de frigi. Et hic ita eſt, quia probationes faciunt notorium, c.cum olim.de uer.ſig. ¶ Item, ſi diceretur,ſententia facit notoriũ, c.fi.de coha.cle. Sed non ualet ſententia contra notorium, l.ciues.C.de ap.ergo non poſſet fieri ſnĩa contra primum,reſponde, quia uerum eſt, quod ſententia facit notoriam præſumptionem, nos loquimur in notorio ueræ probationis,cui primũ ſuccumbit,iuxta gl. fi. in ſimili in c.tranſmiſſæ. qui fil.

8 ſint legi. & tex. in l.ſi quis adulterij.C.de adul. ¶ Si † diceretur,partes non poſſunt renunciare ſententiæ,quæ tranſiuit in rem iudicatam,in l.ſi diuerſa.C.de tranſac. ergo acquieſcendo,&c.reſponde,quod hoc eſt uerum tranſigendo,quia trãſactio de ſui natura non fit, niſi de re dubia, l.j.ff.de trãſac. ſed bene alias per pactum renunciare poſſunt, l.iuriſgentiũ. & ibi Bal.in §.ſi paciſcar.ff.de pac. ¶ Noto ad hæc primò, quod ſufficit,partem uictricem proteſtari, quod probationes non admittantur, & dicere de nullitate , etiamſi non appellet. Ita probatur ex uerbis Bal.in l.certi conditio.§.quoniam in fi. ff.ſi cer.pet.dum dixit, quòd ſi contra inſtrumentum guarẽtigiatum non debet admitti probatio ex forma ſtatuti, ſi parte præſente & proteſtãte de nullitate admittitur, non ualet

9 etiamſi non appellet. ¶ Secundò noto, quòd † iſtæ probationes factæ coram iudice appellationis appellatione deſerta , non ualent,tanquam factæ coram incompetenti. Ita dicunt do.Ant.& Abb.in c.quoniam contra.de proba.per cle.ſi appellationem, de app. Saluo, niſi fuiſſet dubitatum, ſuper appellatione,& pronunciatum appellationem non deſertam, & ab hoc non appellatum, quia ualebunt probationes, ſecundum Imo.in c.in præſentia. de probat. Et in quanti di-

10 cit Abb.quòd probatio † admiſſa contra præſumptionẽ iuris,& de iure ualet,no.pro limi.ad cle.j.de proba. & ſimilia. adde Bal.idẽ tenentẽ in l.inter ſtipulantem.§.j.in j.col.ff.de uerb.oblig.quod ſummè no.ibi Imo.Idem tenet Lud.in l.ſi duo.ff.de acqui.hære.Idem tenet & Ant.in c.quia plerique in ult.char.de immu.eccle.& in c.cum dilecta.de reg.& Antun.& Imo.in c.quanto.de præſump. Fortifico per dictum Bal.in l.filium, quem.habentem.uerſi.& quia feci mentionem de inuentario.C.fa.ercis.dum dixit, hæredem,qui non confecit inuentarium, non teneri ultra uires hæreditarias , prout alias teneretur , ſi legatarij confeſſi ſint hæreditatem non eſſe ſoluendo, quia ratio finalis, quod præſumitur hæres ſubripuiſſe bona teſtatoris, ut in §.j.in auth.de hære. & Fal.tollitur per talem confeſſionem legatariorũ. Hoc ſequitur Pau. de Caſt.in l.in ratione.§.quod uulgo.ff.ad l.Fal. ¶ Sed cõtra hoc tenet Alex.in d.§.quod uulgo.quia in d.§.j.eſt dictio,Fortè[a],quæ dictio non denotat cauſam finalem,ut uoluit gl.in cle.j.in gl.2. de appel. ¶ Limita hæc de confeſſione & probatione admiſſa , niſi lex præſumens concernat animam,& probatio,uel cõfeſſio peccatum inducat, quia tunc nec confeſſio,neque probatio aliquid operantur. Ita intelligitur c.is, qui fidem. de ſponſ. quod per hæc non limitatur, ſecundum. Doc.ibi.Alias ſal. ad dictam regulam poſui in d.c.quanto. ¶ In ea.glo.ibi, niſi iudex ſub illa proteſta-

11 tione. De † clauſula, Si & inquantum de iure poſſum, allegant hic Mod.Bart.in l.& ſi conditionalis.ff.de author.tut. ubi quærit, utrum ualeat decretum iudicis dicentis, Si & in quantum? Dicit gl.ibi, Cogita. Tamen dicunt Mode.quòd Bal.in l.j.in ult.col.C.qui admit.tenet, quod ualeat[b] decretum cum iſta clauſula. In aditione enim hæreditatis, quòd non aditur cum conditione etiam de præſenti, eſt ſpeciale. Ergo non debet extendi ad aliũ

a *Dictio. Fortè] de hac dictione uide etiam, quæ habentur per authorem in c.1.j.ut li. non conteſt. & quod ibi in apoſtil.dictũ.*

b *Quòd ualeat] Adde Bartol. in l. cum procurator. de oper. no. nun.*

&

& do. Alex. de Imol. in d. l. eandem hoc flauem in tex. alle. in ult. col. in ... & ſimiliter hic Ang. ff. de re iud.

caſum. Et quòd non ualet decretum cum
conditione, eſt uerum de futuro, ſecus, ſi
de præſenti, per tex. in l. a diuo Pio. §. in
uenditione. ff. de re iud. ibi, ſi mobilia nõ
ſunt, capiantur immobilia. Et hæc condi-
tio eſt de præſenti, & non ſuſpendit. Ergo
12 eodem modo in caſu iſto. ¶ Sed quid † in
ſatiſdatione utrum ualeat admiſſio ſatiſ-
dationis cum hac clauſula? Certè ſic, l. prætor ait. ff. de dam.
infect. ¶ Quid autem in libello admiſſo cum dicta clauſula?
Allegant Mode. hic Bald. in repe. l. edita. C. de eden. in pen.
col. Allegat etiam Bart. in l. ſi quando. ff. de leg. j. Quid de
ſententia Abſoluo te, ſi iurauerit? Allegant Mode. gl. in l. cũ
iudex C. de ſent. & interlo. om. iud. Allegant etiam Moder.
Bart. ubi ponit aliam deciſionem in propoſito, in l. cum pro-
pter. ff. de leg. præſt. & Bart. in l. iudex poſtquã. ff. de re iud.
ubi dicit, quòd ſi iudex dicit, ſi ea tali delicto tantam pœnã me
retur, condẽno te in ea: ſi autem plus, uel minus, prout ſtatu
ta uoluut: quòd talis ſententia ualet, quia habet conditionem
de præſenti: & dicit, quòd hoc non eſt fiendum ſine cauſa: quia
ex hoc demonſtratur ignorãtia aſſeſſoris. ¶ Limita, niſi prius
in ſententia poneret uerbum Condemnamus, & deinde ſe-
queretur iſta clauſula, quia tunc non ualet talis ſententia.
Et cum hoc concordat Bald. in l. & ſi ſeuerior. C. de inſa. &
in l. quid ergo. § pœna grauior. ff. eo. tit. & in l. ſi quis filio.
§. fi. ff. de inoff. teſt. & in l. non dubium. C. de legi. Tamen
contrarium eſt uerius, quia poteſt illa reſeruatio ſequi con-
demnationem. Et ita tenet Ang. in d. l. iudex. Et Bal. in l. cer
ta. C. quãdo prouo. non eſt neceſ. Et ratio eſt, quia ante quã
ſententia ſit abſoluta, iudex poteſt eam corrigere, glo. eſt in
c. prædicator. 16. q. j. quæ dicit, quòd ualet illa ſententia, Condẽ
no, imo abſoluo. Secundò per gl in l. item Labeo §. ſed ſi pu-
rè, in uerb. purè. ff. de fa. erc. quæ dicit, quòd ualet iſta, in qua
iudex ponit hoc, ſ. ſaluo eo. quod ſ. dicã: & poſtea in fi. addit,
ergo eodem modo in caſu noſtro. Quam gl. facit ſing. Car. in
c. præſentata. de arb. & Ang. conſi. 289 & Sali. in l. ea quidẽ.
C. de accu. & Bal. in l. terminato. C. de fru. & lit. expen. Nõ
obſtat, quod uideatur incerta, quia ſufficit, quòd eſt certa per re
lationem ad certũ, l. in ſumma. ff. de re iudi. §. ait prætor. eo.
tit. ¶ Vlterius eſt conſilium Lo tot. inci. Omnipotẽtis, &c.
ut declarationem acceptat, ubi ponit ea, quæ ſ. dixerunt Mo
13 der. hic, & multò plura. Et ibi ſubdit, quòd † ſi appellatio inter
ponitur ex cauſa rationabili, iudex admittendo eam, ſi & in
quantũ dicitur ei detuliſſe, & eam admiſiſſe: monetur, quia
non dicitur iſta conditio facere ſuſpenſionem aliquam, ſed
habet in ſe latentem ueritatem, quia cum ſit rationabilis,
admittit eam, licet dicat, Si & in quantum, quia rationabi-
lẽ tenetur admittere. Ergo ſi eſt rationabilis, uidetur admiſ-
ſa ſub illa clauſula, Si & in quantum. Secus, ſi eſt irrationa
bilis, per ſuperius dicta, & per dicta maximè per Phi in c. ſæ
pe. de appe. & Ang. in conſil. 257. & Roma. in repe. l. j. ff. de
arbi. in j. col. Et allegat ibi Ludo. Bald. in l. edita. uer. nẽ du-
bitatur. C. de eden. ubi dicit, quòd cenſetur iudicem detuliſſe, ſi
erat clara de iure, licet dixerit, Si & in quantũ. Et dicunt Mo-
der. in c. ſæpe. in 2. no. de appell. quòd hoc male non intel-
ligunt. Et de iſta declaratione facta hoc modo, ponit Card.
in cle. quamuis. in fi. uer. tertiò quartò. de appe. ubi uidetur
dicere, quòd iſta non procedunt in iudice utente uerbis negati
uis, putà, non admitto, niſi quatenus de iure teneor: & hoc
ſaltem, quo ad literas dimiſſorias, ſed de hoc dubito per præ
14 dicta. ¶ Nota, quòd † nihil operatur iſta clauſula, quando quis
oſtendit in facto, licet operetur, quo ad iuris myſterium. Ita
Bald. per uer. ſingularia. in c. 1. §. hoc quoq;. de ſuc. feu. Exẽ-
plum, putà, ſi uaſallos irrequiſito domino alienat caſtrũ
difficilè recuperabile, cum clauſula, Saluo iure domini, & ſi
& in quantum de iure poſſem. Nam poterit puniri in amiſ-
ſione caſtri, quia quo ad factũ, iſta clauſula nihil operatur,
& hoc dixi in c. quæ in eccleſiarum. in fin. de conſti. ¶ Item
nota quòd confirmatio facta cum iſta clauſula, non mutat ma-
teriam confirmati. Imo in l. ſi quando. ff. de leg. j. Quod no.
¶ Tamen præbet cauſam præſcribendi. Ita do. Ant. in c. du-
dum. el 2. in ult. col. de elect. Facit, quod dicit Ang. in l. poſt
mortem. ff. de adop. ubi dicit, quòd titulus iniuſtus dat cauſam
præſcribendi. Item uide Lud. in repe. l. j. in ult. colu. de arbi.
ubi commendat Bart. in l. ambitioſa. ff. de decre. ab ord. fac.
maximè dum dicit, quòd ſtatutum inualidum factum cum

d. clauſula erit ipſo iure nullum, quod ſine clauſula fuiſſet
irritandum, & idem crederem in omni caſu, quo aliàs eſſet
irritandus. ¶ Item iſta uerba, Admitto, ſi & in quantum poſ-
ſum, intelliguntur, ſ. de iure. Ita declarat
a Bal. in l. j.[a] in j. col. C. quõ & quã in. ¶ De
materia iſta ponit etiam Bar. in l. ſi quan-
do. ff. de leg. j. & in l. eum propter. ff. de
leg. præſtan. ¶ Iuxta prædicta pono remiſ-
ſiuè octo concluſiones. Prima. Accepto beneficium ſi placue
rit regi, non ualet acceptatio: quia debet eſſe pura. Ita Do-
mi. in c. 2. de elect. in 6. per illum text. & ibi ponitur de ma-
15 teria ¶ Secunda concluſio. Si † executor dicit, confero tibi,
ſi tibi debetur, non ualet collatio, quia debet eſſe pura. Ita
16 Dom. in c. dodum. in fi. de præben. in 6. ¶ Tertia † cõcluſio.
Renuncio beneficio, ſi duci meo placuerit, ualet renuncia-
tio. Ita do. de Rota in tit. de renun. concluſ. 6. in antiquiori-
bus. ¶ Quarta. Peto mihi deferri iuramentum, in quantum
expediat, ualet petitio, & eſt utilis practica non publicatis
teſtibus. Ita Bald. in c. 2. de probat. ¶ Quinta. Si dicitur, di-
ſpenſo tecum ſi beneficium tibi canonicè conferatur, ualet
diſpenſatio. Ant. in c. dudum. el 2. de elec. in ult. col. ¶ Sexta.
17 Si † dicitur, cõfero tibi beneficium, ſi uacat, ualet collatio, ſi
uacat. Deciſio eſt Abb antiqui in c. ſignificaſti. de elec. & ui-
de Bald. in l. pe. in fi. C. de ſenten. quæ ſine cert. quant. & gl.
in c. 2. de elec. in 6 & ibi Domi. Et facit, quod ponit Ab. Mo
der. in d. c. ſignificaſti. poſt collecta ¶ Septima Conſentio in
uos, tanquam in iudicem, ſi non ſatisfecero, ualet iſta pro-
rogatio. Abb. anti. in cap. ſignificaſti. de fo. compe. in 3. no.
¶ Octaua. Abſoluo te a iuramento, ſi probaueris te læſum,
18 ualet abſolutio. Bal. in c. j. de iureiur. ¶ An † autem iudex poſ-
ſit omittere cognitionem ſuper exceptione reſeruando ad fi-
nem cauſæ? Conclude, quòd poteſt iudex dictam reſeruationẽ
facere, adeo quòd, etiam ſi reſeruet impedientes proceſſum, te-
net, ſi non appellatur. Tex. & ibi omnes, in c. ad diſſoluen-
dum. de deſponſ. impub. ¶ Secunda concluſio. Poteſt pars ap-
pellare ab eo ob hoc, & habet iuſtam cauſam cõtradicendi,
etiamſi reſeruentur, ſecundum Hoſt. & omnes hic cum glo.
¶ Fallit primò, ubi iudex mouetur ex præſumpta malitia. Ita
Hoſt. hic per c. nullus de præſump. Niſi excipiens offerret
ſe incontinenti probaturum, ſecundum Imol. hic, qui ſub-
dit, quòd tanta poſſet eſſe præſumptio malitiæ, quòd non purgare-
tur per probationem incontinenti. Ita intelligit glo. in c. fru-
ſtrata. de reſti. in inte. & Inno. in c. poſt electionem. in fi. de
conceſ. præben. Quod no. diligenter per tex. in c. literas. de
reſti. ſpo. ¶ Secundò fallit, quando eſt dubium, an exceptio
ſit admittenda, uel non, & cognitio exigit longam indagi-
nem. Ita omnes hic allegantes gl. ſ. in c. Cumana, de ele &
eſt tex. in l. 3. §. ibidem. ff. ad exhib. & tex. in l. ille, a quo. §. ſi
de teſtamento. ff. ad Velle. Idem Bart. in l. nam & poſtea. per
illum tex. ff. de iureiur. & in l. ſi pupilli. §. uideamus. de neg.
geſt. & in l. pen. C. de poſ. & in l. fi. C. de compenſa. Et illa di
citur requirere altiorem indaginem, in qua occuparetur tã-
tum tempus, quantum requireret negotium principale. Vel
dicas communiter, quòd hoc eſt arbitrarium. Ita Inno. in c. cũ
in iure. ã. eo. Sed Bar. latè in l. 4. §. cõdemnatum. ff. de re iud.
& in l. ſi is, a quo. ff. ut in poſ. leg. & in extrauagan. ad repri-
mendum. in uer. ſummarijs. cum concord. & uide etiã Bald.
in l. ſi ex falſis. C. de tranſac. & in l. fi. C. de or. cogni. ¶ Credo,
quòd iſta ſecunda fallentia debeat reſtringi, ſ. niſi ſit exceptio,
qua omiſſa iudicij ordo peruerteretur, quia ante omnia de-
bet diſcuti, putà non eſt iudex, uel tu non es procurator.
Et ita intelligo Hoſt. hic ut latè probat domi. Ab. conſil. 14.
incip. In cauſa, ſeu quæſtione. ubi ſemper uide, in j. uol. ¶ Et
eo caſu, quo iudex non uult admittere dilatoriam, ſed reſer
uare, poterit opponi poſt litem conteſ. contra regulas iuris.
Tex. eſt in c. ex conqueſtione. & ibi gloſ. in uer. poſt in fi. de
reſti. ſpo. & glo. in c. in primis. in uerbo, quærendum. 2. q. 1.
Et de iſta materia ponit Lud. & Imol. in d. §. ſi de teſtamẽto.
& Bal. in l. peremptorias. C. ſent. reſcin. non poſ. & in l. exce
ptionem. in ult. col. C. de excep. & Ant in c. exhibita. in ult.
19 colum. de iudi. ¶ Gloſſ. fina. Vbi † dubium eſt probabile ad-
b mittitur libellus alternatiuus[b]. Ita colligi
tur ex dicto Innoc. hic, & eſt de hoc text.
in c. conſtitutus. de reſtitu. in integ. & ibi
pulchrè Abb. Et ibi dicit, quòd præiudicat ſi-
bi, licet non utilem elegerit, ut eſt text. in

a In l. 1.] Et ibidem late do. Pet. de Suza.

b Alternatiuus] Ad quod adde, quæ habentur per do. Alex. de Imol.

in

in l.ubi autem.§. quando illud. de uer.oblig.

l.quod in hæredē.§.eligere. ff.de tributo. & ibi dicit gloſſ.a tale montone tale bochone.Et illa gl.loquitur uulgariter.Et ui de glo.magnam in princip.in c. abbate. de te ſud.in 6.& Abb. in c.ex parte.in 1.col.de foſtompe. & in c. fin.in 1.col.de ſurgi.& maleſi. & Pet.de Ancha. conſil. 383.incip.Primò & ante omnia conſiderandum. De libellis contrarijs ponit Inno.hic aliquid, & uide ſemper do. Phili. in c.dilecto.uerſi.decimooctauò quæritur de appel.ubi ſemper recurre.¶ Vltimò tene menti dictum Innoc. hic, quòd nullitas non includit iniuſtitiam, ſed bene econuerſo, quia dicens iniuſtum, & probans nullū, habet intentum, de quo per Imo.in l.ſi expreſſim.ff.de ap.& ibi per Aug.de Are. & dixi aliqd in c.ex literis.ē.eo.ubi uide.Quæ no. diligenter.

SVMMARIVM.

1 *Reſtituas, uerbum, intelligitur cum omni utilitate & integritate.*
2 *Spoliatus ante quam inquiratur de crimine, debet reſtitui, & tādiu poſſidere, quandiu caruit poſſeſſione.*
3 *proceſſus ſuper dilapidatione bonorum eccleſiæ, qualiter formetur, uide hic remiſſiue.*
4 *Prohibitus alienare, ſi alienat uendendo, quid iuris?*
5 *Prohibitio principis de alienando, habet uim legis prohibentis, in tantū quòd ſi prohibitus alienaret, non transferretur dominium.*

CAPITVLVM XXXVII.

VENERABILE.¶ Si ſubdelegatus delegati Papæ iuriſdictione uti cœpit, remoueri non poteſt, & ſi faceret contra mandatum, ſiue excederet formam, non te- 1 net proceſſus.¶ Not. quòd † uerbum Reſti* tuas,[e] intelligitur cum omni utilitate & integritate, ut hic per Ab.& eſt glo. mag. in prin.in c.quamuis.de reſcr. in 6. & gl. in c.j.in uer.beneficium de reſti.in integ. in 6.& eſt conſ. Anto.19.incip. Quia hic agitur.& eſt gloſ.plenè apud Legiſtas in l.Atilicinus.in gloſſ. fi. ff. de ſerui. ruſt. præd.¶ Limita, niſi agatur de præiudicio tertij, quia niſi uerba aliquid clarificent, intelligitur, ut reſtituatur, quatenus non præiudicetur tertio. Tex.eſt in d.c.quamuis.de reſc.in 6.¶ No.quòd illud dicatur poſitum ad maiorem expreſſionem, quod ſub intelligitur per alia iura, & de hoc eſt tex. in cle.j. in uerbo ipſios uerò filij. de pœnis.ibi, per lineam maſculinā.Et ibi Car. dicit, quòd non ſequitur, ſi hoc nō fuiſſet expreſſum, ueniſſet qualibet linea, ſcilicet fœminina, quia nō eſſet uerum, & ſic non uenirent fœminæ, per tex.in c. ubicunque.de pœnis in 6.¶ Secundò eſt text.in c.nimis.ad fin. de exceſ.præla.in uer.uniuerſis.& ſingulis. Vbi Io. And. dicit ſæpe bis idem imponitur ad euitandam malitioſam & ſophiſticam interpretationem: & ſic ad maiorem expreſſionem.¶ Tertiò allego Card.in cle.j.in prin.de priu.in 9. notab. dum dicit per illum tex. ut eorum utamur uerbis, not. quòd quandoque utimur locutionibus improprijs cauſa maioris expreſſionis.¶ Quartò allego Pao. de Caſt.conſi.99.incip.Notandum eſt, quòd dictum ſtatutum.ubi dicit, quòd in legibus & ſtatutis ſæpe replicatur idem per diuerſa uerba, non differentiæ gratia ſed eſt inculcatio uerborum, per gl.in l. lecta.& in l.certi condictio. ff. ſi cert. peta. ¶ Quintò de hoc ponit.ibi domi.Abb.quem uidiſtis, & ſic quandoque ponūtur uerba ad maiorem expreſſionem, quod no. ¶ No.ſecundò, ſecundum domi.Abb.quòd in quantum c.frequēs. de reſti. ſpo.dicit, quòd ſpoliatus in cauſa criminali una re tantum, non reſtituitur, intellige hoc ſanè, ſi non fuiſſet ſpoliatus ab accuſatore, quia non habet tunc locū d.c. frequens.quia accuſator, tanquam inimicus.repellitur. Ita Abb.in c. accedens.el.2.ut lit.non conteſt.in 2.no.¶no. quòd ubi agitur de dilatione, ſtatim poteſt inquiri ſuper ueritate. Ita Arc. in c. nobis.12.quæſt.2.& ſequitur Abb.hic, & ſic non agitur primò de ſuſpicione, ſed ſtatim inquiritur de ueritate. ¶ Not. hic, ſecundum Abb, quòd cōſenſus patris nihil operatur, quando forma concernit utilitatem eccleſiæ.Inn.in c. cum dilecta.in ult.col.de reſcrip.propriè in terminis noſtris ¶ Glo.in 2 uer.plenariè. Spoliatus † antè quàm inquiratur de crimine, debet reſtitui, & tandiu poſſidere, quandiu caruit poſſeſſione.Ita Vin.hic.¶ Limita niſi eſſet periculum aliquod in iſta tarditate, putà,in caſu iſtius tex.uel ſi eſſet hæreticus, ſecūdum Ab.Sed in exemplo de hæreſi reprehendi poteſt, quia hæreticus ſpoliatus non reſtituitur.Gloſ.eſt in c.in nomine Domini.23.diſtin.cum cōcor.niſi ſalues in eo,qui eſt ſuſpectus de hæreſi, puta,quia negat ſe hæreticum.Item conſidera, quòd dictum Vin.non uidetur neceſſarium, quia Ab. in c. not.dicit, quòd debet reſtitui ad fructus.Ergo non erit iſte terminus, ſi debet habere fructus.Et ſic erit idem, ac ſi expectaſſet tantum tempus, quòd poſſet habere fructus ex quo etiam reſtituitur ad fructus.¶ Gloſſ. in uer. dilapidatione De 3 † materia proceſſus in dilapidatione dic, ut per omnes hic maximè per Imol.& Abb.in captu. licet Heli.de ſimo. & omnes Doc.in cap fi.de accuſ.& eſt glo.in §.ſi quis.Inſt.de ſuſpe.tu.& ponit Bald.& Imo.in l.ſi forte.§.j. ff. de ſuſp. tuto. 4 & latiſſimè Mod.hic.¶ Quid ſi † prohibitus alienare, alienat uendendo,quid erit de hoc? Vide Pe.de Anc. conſ.261. inc. Ex his, quæ ſuperius narrata ſunt, ubi dicit, quòd imputatur emptori, & hoc habet locum in prælato, ſecus in alienatione alterius prohibiti.¶ Sed quid ſi Papa interdicat alienationem alicui, & interim iſte alienat, quid erit? Dicas, quòd alienatio facta per prohibitum alienare hoc ignorantem, non ualet. Text.eſt in capitul. primo, uerſ. adijciebatur. de conceſ.præben. & ibi Domi.& Lod.in l.is,cui bonis.ff.de uerb obl. ubi dicit, quòd geſta per prodigum, cui interdicta erat alienatio, & non fuit notificata, non tenent: tamē ſoluentes iſta, tanquam prælato, liberantur, ut plenè probatur in l.ſi urbana.ff.de condi.inde.& do. Abb. in c.qualiter. de elec.& Bart.in trac. De tyranno.in 7.q.& Ant.in c.in literis.in penul.char.de reſti.ſpo.& Pet.de Anch.conſi.188. incip. Viſis conſilijs.cum multis alijs, & iſtis adde quæ dicam 5 in gl.pen.¶ Gl.in uer.alienationis. Omnis † alienatio eſt hic prohibita, in tantum quòd non transfertur dominium, ſi alienaret. Ita Inn. amplians iſtam decretalem in c.fin. de accuſ. quia iſta prohibitio principis habet uim prohibitionis legis ex quo eſt prohibitio principis. Non eſt ſic in prohibitione priuati, in l.ra.C.de condi.ob cau. Et generaliter, quando prohibita alienatione transferatur dominium poſt alienationē, uide per omnes in c.Raynaldus.de teſta.& in l.filiusfa.§. diui.ff.de lega.j.¶ Secundò amplia, etiamſi ſit alienatio, ex qua non transferetur dominium.Ita Car.in d.c.fi.per text. hic in uer.omne genus.& ibi in uer. quomodolibet. Et ita limitatur l.in quorum.& ibi Bar.ff.de pig. ubi prohibita alienatione, non eſt prohibita pignoratio. Facit dictum Bal.in l.uolūtas. C.de fideicom.ubi dicit, quòd ſi trado tibi rem cum pacto, quòd non cadat manus tuas, ſi tu pignoras, cōtrauenis ¶ Limita primò, niſi uenderet aliquid de recuperans expenſis. Ita Car.in d.c.fi.per no.in c.1. & 3. de pig.facit c.cum ſecundū. de præb.¶ Limita ſecundò, niſi alienaret bona, quæ ſeruādo ſeruari non poſſunt. Ita do. Abb. hic: quia iſta poterit alienare, per tex.in l.lex,quæ tutores. C.de admi.tu. Et eſt glo.fin. in c.1.de cle.ægro. in 6.qui dicit, quòd etiam prohibita omni alienatione, poterunt alienari talia bona. Et eſt glo.in c.abbatib. 12.q.2.Ad idem dictum Bar. in l.ſi oleū. ff.de dolo.ubi per illum tex.dicit, quòd ſi res a litigioſa[a], uel ſequeſtrata, eſt talis, quæ ſeruando ſeruari non poteſt, quòd alienari poteſt: & hoc uoluit glo.4.in c.is, cui.de electio.in 6. Adde tex.in l.propter.& ibi Bal. ff.de poſ.Et pro hoc facit tex. in l.pro hærede.§.ſeruos.ff.de acqui.hære.ubi dicit, ſi hæres uendit res perituras hæreditatis, non dicitur per hoc adire hæreditatem: & caue,quia in caſu huius decretalis uendēdo talia bona, non debet precium exponere, ſed debet deponere.

Reſtituas] Ad de, ſi dicatur, Reſtituas & non moleſtes, quid operetur & dic, operari quod non poſſit moleſtare etiamſi ſibi ius poſtea ſuperueniat in re reſtituta. gloſſ. in l. permiſceri. §. ſpecies. in uer. reſtituere. ff. de acqu. poſ. Ange. & Pet. de Suz. in l. qui reſtituere. de rei uend.

a Litigioſa] In quibus caſibus res litigioſa alienari poſſit, uide Ange. in auth. de litt. §. 1. coll. 8. et Spec. in tit. de caſ. ad §. 1. uerſi ſic ait, & per do. Alexā. de Imo. in l. quamquam. §. Iulianus de aqua plu. arc. & uide glo. & in eccleſia ſanct. Mariæ. ut lite pend.

SVMMARIVM.

1 *Interlocutoria, per quam finitur iuriſdictio, reuocari non poteſt.*
2 *Limita, niſi ab interlocutoria eſſet appellatum.*
3 *Iudex, qui eſt datus non principaliter in cauſa, ſed accesſoriè, putà, executor, ſi pronunciat ſe non eſſe executorem, non finitur iuriſdictio, quin poſſit reuocare.*
4 *Iudex ſecularis ſi ſit negligens, an & quando ſit recurrendum ad iudicem*

dicem eccleſiaſticum.

5 *Pauperi, qui non poteſt proſequi appellationem ob paupertatem, debet dari biennium ad proſequendam appellationem.*

6 *Perſonæ miſerabiles quæ dicantur.*

7 *Legatũ factum perſonis miſerabilibus, dicitur factum ad pias cãs.*

8 *Vidua dicitur cuius maritus mortuus eſt, nec alium habet.*

9 *Partes ſi dant iuriſdictionem de facto cum pœnæ appoſitione, et una pars non ſeruat ſententiam, an incidat in pœnam.*

CAPITVLVM XXXVIII.

SIGNIFICANTIBVS. ¶ Si delegatus pronunciauit ſe iuriſdictionem non habere, ipſam etiam de conſenſu
1 partium non reaſſumit. ¶ Interlocutoria, per † quam finitur iuriſdictio, reuocari nõ poteſt. Tex. eſt hic regulariter ſecus in c. cum ceſſante. de app. ubi Ab. facit iſtum tex. ſing. & Ang. in l. j. C. ſent. reſcin. non poſ. & Bal. in l. poſt ſententiam. circa prin. C. de ſent. & in l. pe. ad fi. C. de pac. & in l. j. C. de confeſ. & ibi dicit, quòd arbitro pronunciante ſe non arbitrum, expirat compromiſſum. Et cum iſta decret. concordat tex. in l. dicere. ff. de arbi. & ibi Bart. tenet idem. Hoc firmat ibi, Bart. Imo. in l. quod iuſſit. ff. de re iud. ¶ Limita primò, ut procedat in delegatis: ſecus in ordinario. Iſta fuit limitatio Bal. in l. præſes. in j. oppoſ. C. quomodo & quando iud. Idem ſenſit in d. l. pe. C. de pac. Hanc approbat Pau. de Caſt. in d. a l. quod iuſſit.[a] & in l. pater. in fi. ff. ſi quis ius di. non obtem. Ratio: quia, ſi delegatus dicit ſe incompetenti, non habet poſtea fundamentum, ſi uelit reuocare: ſecus in ordinario, quia illi remanet firma iuriſdictio ordinaria. ¶ Contrarium firmat Ludo. in ſing. 15 n. inc. ſi iudex. & mouetur: quia ordinario habetur eadem ratio, ſicut in delegato: quia expirat officium ordinarij in illa cauſa. Ergo non poterit reuocari. Idem tenet Mart. in d. c. qualiter el j. de accu.* Tamẽ prima opi. uidetur uerior. ¶ Limita † ſecundò iſtum tex. niſi ab iſta interlocutoria eſſet appellatum, quia poſſet tunc delegatus reuocare iſtã interlocutoriam: quia per appellationem eſt extincta ſententia, c. ut nuentes de iureiur. cũ ſi. Et ideo de præſenti fingitur non lata, & ſic poteſtas iudicis remanet integra. Ergo ſuccedit regula ca. cum ceſſante. de app. Ita do. de Ro. deciſi. 71. inci. Idem ſi auditor. in nouis, de appe. 8. & deciſ. 86. incip. Item ſi à pronũciatione de ap. 18. ubi uel ſic; & ſi iudex ad quẽ pronunciauit appellationem deſertam, & ab iſta ſententia appellatur, põt reponere appellantem in primis terminis reuocando ſententiam. Et ita limitant iſtum tex. Hoc dictum do. de Ro. ſequitur Ant. & Ab. in c. peruenit de app. el 1. & Abb. & Im. in c. cũ ceſſante. de ap. & Ab. in c. cum dilectus. ultimò, de præb. & ibi tex. de hoc ualde ſing. ſm unum intellectum. ¶ Limita tertiò, ut procedat, qñ dixit ſe incompetentem ſuper negotio principali: ſecus, ſi ſuper aliquo dependente à principali negotio. Ita Sal. in l. poſt ſniam. C. de ſen. Et ita dicit ſe intelligere tex. in d. c. dilectus. quem intellectũ approbat Pa. de Caſt. in d. l. quod iuſſit. Fortifico ex uno dicto Domi. in c. ſi. de elect. in 6. ubi dicit, quòd licet interlocutoria, quæ habet uim diffinitiuæ, reuocari non poſſit, ut eſt ibi gl. in uer. inanes. tamen fallit, qñ eſt lata non ſuper principali, ſed ſuper incidenti, puta ſuper exceptione peremptoria: quia reuocari poteſt. ¶ Limita quartò, ut procedat iſte text. quan-
5 do † iudex, qui ſic pronunciauit, eſt datus principaliter in cauſa: ſecus, ſi acceſſoriè, ut eſt executor in cauſa beneficiali, quia ſi pronunciat ſe non eſſe executorem, non finitur iuriſdictio, quin poſſit reuocare. Ita Pau. de Lea. in ca. ſi ſuper gratia. de of. dele. in 6. & ibi Dom. in ult. col. dicens ita limitari hoc capitulum. Et ita eſt text. ſm alium intellectũ in d. c. dilectus. Ratio: quia ex quo durat principalis gratia, cui iſte datur acceſſoriè, nõ potuit eius pronũciatio auferre ius partis. Et quòd ſit acceſſoria, probat d. ca. ſi ſuper gratia. & facit gl. magna. in fi. c. ſi ſoli de conceſ. præben. in 6. ubi uiſ qua pronunciatio executoris, non nocet impetranti. ¶ Non obſt. prædictis fall. ſi dicatur, quòd interlocutoria habens uim diffinitiuæ, reuocari non poteſt, ut eſt glo. in d. c. ſin. in uer. inanes. quia poteſt dici, quòd illud non procedat ubi iudex reuocat parte tollerante, iuxta dictum Inn. in c. cum dilecta. de reſer. cum ſimi. Vel dicas, quòd gl. in uer. inanes nõ procedit in interlocutoria, de qua loquimur, ut puta tẽſiſſe oẽs prælegatos, in quo tñ cogita, quia adhuc mihi non ſatisfacit iſta ſol. Poteris per te cogitare, ſi aliam inueneris. ¶ Gl. in uer. pauperem ſe dixiſſet. Dicunt hic Mod. quòd non eſt ue-
4 rum illud, quod dicit hic Imo. uidelicet quòd † in defectum iuſticiæ poteſt recurri ad iudicem eccleſiaſticum, ſed dicit, quòd eſt recurrendum ad Antianos ciuitatis, etiãſi non ſit ibi iudex. Allegat tex. in auth. ut nulli iudicum. uerſi. primates ciuitatis. & Bart. in l. ubi ſunt. ff. de tut. & cu. da. ab his & Bal. in l. j. C. quando ſiſ. uel priua. Item dicunt, quòd perſona miſerabilis habitu tantum, non poteſt recurrere ad eccleſiaſticum, niſi data negligentia cuiuſque ſecularis ſuperioris, & ſic contra Inno. Mouentur primò, quia contra tarditatem iudicis eſt remedium, nam ab ea poteſt deduci querela corã ſuperiore. Tex. eſt & ibi Bart. in l. fi. §. illud. C. de temp. appe. ¶ Secundò per id, quod no. Inn. in c. uenerabilis. de elec. dn. & gl. in cle. j. de reſer. ubi dicit, quòd propter contumaciam
d prælati inferioris, non fit miſſio in poſſeſſionem, niſi data negligentia ſuperioris. ¶ Tertiò dicunt, hic agitur de præiudicio, uel ſaltẽ iure ſuperioris. ¶ Quartò, quia licet ſit hoc dictum Inno. tamen non probatur de iure, ſecundum eos, tamen poteſt reſponderi, quòd eo ipſo, quòd pauperi ſit iniuſticia, quòd opprimitur. Item dicunt, quòd ex dictis Innocent. hic debemus notare unum priuilegium paupertatis, hoc uidelicet, quòd poteſt agere coram eccleſiaſtico. ¶ Et tu
5 inuenies 6. priuilegia paupertatis, de quibus ponit unũ Bal. in l. a. §. ſi quis in iudicio. ff. ſi quis cau. ubi dicit, quòd ſi † perſona pauper non proſequitur appellationem propter paupertatem, eſt iuſta cauſa dandi ſibi biennium. Hoc eſt dictum Inno. in c. ea ratione. de appel. ¶ Secundum ponit Bald. in l. acceptam. C. de uſur. ubi dicit Bald. ſtatutum dicit, non ſoluenti onera non redditur ius. Fallit, dicit ipſe, in miſerabilibus perſonis. ¶ Tertium eſt, quia Bart. in l. omnes C. de anno. & tri. lib. 10. dicit, quòd adminiſtrator reipubli. poteſt remittere collectam pauperi. Idem tenet Ant. & Abb. in c. ſcientes. de decimis. ¶ Quartum eſt, uti dicit Bal. in c. ſedes. de regulat. quòd per clauſulam, Quoſdam alios, non poſſunt conueniri pauperes. ¶ Allegant quintò Mod. Bal. in l. magis puto. §. in primis. ff. de reb. eo. ¶ Sextò uide Angel. in l. non facile. ff. ſi cui plus quam per l. Fal. ubi dicit, quòd propter pauper-
6 tatem remittitur onus cautionis. ¶ Quæ † dicuntur perſo-
b næ miſerabiles?[b] Dicit Innocen. quòd eſt in arbitrio iudicis. Moderni. allegant Barto. in l. 1. quando impe. inter pupil. & uidu. ubi etiam dicit, quòd eſt arbitrariũ, & idem tenet Ludoui. in l. ſi conſtante. ff. ſol. mat. in prin. & Barto. in l. cum aliena. C. de lega. ¶ Vltra Moder. not. primò Innocen. hic, quòd ſi mercatores grauantur in pedagijs ſoluendis iniuſte, poſſunt cõ-
c queri coram iudice eccleſiaſtico,[c] quando ſunt in itinere, quia dicuntur miſerabiles, cum ſuſtineant in itinere multos labores & pericula, & allego Ioan. de Ana. & Petr. de Anch. in c. ſi. de Iudæ. ubi dicunt, quòd negotiantes exiſtentes in nundinis, poſſunt agere coram eccleſiaſtico. ¶ Item no. quòd ſi quis à Papa, uel ab alio impetrat reſcriptum contra miſerabilem perſonam, niſi dicatur, qua miſeria ſit ille affectus, non ualet reſcriptum. Ita Inno. hic. Et hoc didici a do. Car. conſi. 136. ad fin. incip. Factum ſic ſe habet, uacantibus canonicatu & præbenda. ¶ Item not. dn. Abb. in c. licet ex ſuſcepto. de foro. compe. quòd perſona miſerabilis habitu tantum, non poteſt appellare à iudice ſeculari ad eccle-
7 ſiaſticum. ¶ Item not. quòd † relictum ſeu legatum factum perſonis miſerabilibus, dicitur factum ad pias cauſas. Spec. in titu. de inſtr. edi. §. nunc aliqua. uer. & ſcias, quòd relicta. Ex quo ſequitur, quòd omnes fauores, qui præſtantur piæ cauſæ, præſtabuntur iſtis miſerabilibus perſonis. ¶ Item not. quòd in cauſa miſerabilium perſonarum, ſi leges uariantur a canonibus,[d] debent ſeruari canones pro ipſis etiam in foro ſeculari, ſecundum Anto. & Imo. in c. at ſi clerici. de iud. & eſt limitatio ad gl. in regula, poſſeſſor. de reg. iu. in 6.

a *l. quod iuſſit]* Adde Lud. in ſingul. uerſic. ſententia, quæ quis.

* *De accuſat.]* a Adde Aut. ibi. col. 5. fol. a. Rot. deciſ. 84. idem ſi auditor. in nou. de appell. 8. ſequuntur Doct. in c. peruenit. el 2. de appel. Ro. conſ. 358. in præſenti in fin. Pau. de Caſt. in l. 2. ad fi. et ibi Iaſ. col. 8. ff. ſi quis in ius uoc.

b *Miſerabiles]* Vide etiam do. Alex. de Imo. plene in l. ne quicquam. §. fi. de offi. procon. & le. & in ſuo cõſi. 1 a t. 2. parte, et Pau. de Caſt. in cõſi. 7.

c *Eccleſiaſtico]* Et facit, quod habetur per Spec. in tit. de compe. iud. adi. §. i. uerſi. 28.

8 in 6.& hoc fauore miſerationis. ¶Illa † uerò dicitur uidua, cuius maritus mortuus eſt, nec aliũ habet,[a] c.uidua.34.diſt.Item ſi eſt bannitus poteſt dicere ſe uiduam, ut eſt gl.in ſi C. de plagi. Quod eſt utile ad ſtatuta diſponentia, quòd in cauſis uiduarum procedatur de æquitate. Large uerò poteſt dici uidua, quæ nupſit nunquam, l.malum.§.uidua.ff.de uer.ſign. Tamen in materia ſtricta, ubi uerba capiuntur propriè, credo, quòd intelligatur ſolum de illa, cuius maritus mortuus eſt. Ita ſenſit Abb.in c.ex tenore.in fi.de fo.comp.pro quo alleg. tex. in authen. quomodo opor.epiſ.§.1.uer.ex uirginitate.ibi, non uiduã, neque ſeiunctam uiro. ¶Item not. quòd priuilegia data uiduis, intelliguntur de uiduis honeſtam uitam ſeruantibus: Tex.in l.his ſolit.C.de reuo.dona.& ibi Bar. & Salic.& eſt tex.in authen.iudex peius.C.de ſecun.nup.Item uide Ang. in l.cum quædam puella.ff.de iur.om.iud.& Spe.in tit.de tuto.§.nunc dicendum.uer.item excipitur & Bar. in l.quæ ſub conditione.ff. de teſta.tute.& Bal. in §. hos autem. Inſtit.de Atili.tut.Et ibi omnes tenent, q̃ uidua inhoneſtam uitam ſeruans, non gaudebit priuilegijs conceſſis uiduis: & facit pro hoc illud, quod dicit Io.And.in procæ.Gregoriano, ubi dicit, q̃ ſcholaris non ſtudens, uel non intrans, ſeu ludens, uel blaſphemans, non gaudet priuilegijs ſcholariũ. Item dicit tex.in c.cauete.22.q.5.q̃ ille mentitur ſe Chriſtianum, qui opera Chriſtiana non facit. ¶Item not. q̃ Iudea nouiter baptizata, dicitur miſerabilis perſona. Ita Inn. in c.Iudæi.de Iudæ.¶Glo.in uer.non debere. Nota ſingularitet, q̃ ubi reſcriptum eſt eludibile, & iudex pronunciat ſe non eſſe iudicem, expirat iuriſdictio ſua in totum. Ita probat hic ſingulariter iſta glo. ¶Glo.fi. Dicunt hic Moder. q̃

9 Bal. ponderat hic iſtam glo. q̃ ſi † partes dant iuriſdictionẽ de facto cum pœnæ appoſitione, & una pars non ſeruat ſententiam, q̃ non incidit in pœnam. Secundò Bal.in l.non dubium.C.de legi.ubi dicit quod ſtatutum dicens, q̃ de quolibet contractu debet ſolui gabella, intelligitur de contractu ualido. Tertiò alleg.tex.in l.non pucante.§. non quæuis.ff. de contra.tã.& ibi Bar.dicit, q̃ uerba debent intelligi, dum modò actus ualeat. Sed et allega glo.in l.ſi patronus hæres: §.fi.& gloſſ.incip. hac ſcilicet ratione.ff.ſi quid in frau. pat. Item eſt conſilium Bal.incip.In Dei nomine, amen: certum eſt, q̃ filia.ubi Bald.conſuluit, quidam donauit certa bona non facta inſinuatione, quæ donatio tranſcendebat ſummã à iure ſtatutam: & in inſtrumento poſuit iſtam clauſulam, q̃ ſi unquam perueniret ad eum reſtitueret illa: modo ille fecit, q̃ iudex annullauit inſtrumentum, tanquam inualidũ, quia non inſinuatum reuocato eo bona perueniebant ad eũ Bal.conſuluit, q̃ ille non tenebatur ad reſtituẽdum, ex quo inualidus fuit actus. ¶Item no.ſm Bald.in auth.habita.C. ne fi. pro pat.ubi quidam fecerunt ſtatutum, quod non tenuit: quidam contrauenit: dicit, q̃ non debet puniri: quia ex quo non tenet ſtatutum, ergo nec pœna. Et hoc ponit etiã Bart.in extraua.qui ſint reb. ¶Item allego Car.conſi.85.incip.Dominus Nico. Marchio Eſtenſis. ubi conſuluit, quòd ille marchio, q̃ promiſerat dare certas terras Bononienſibus, non incurrit pœnam appoſitam in promiſſione, ex quo promiſſio non tenebat. Et iſta, dicit Car.habent locum in contractu, qui eſt contra legem: ſecus, ſi eſt præter legem: quia ualeret cum adiectione pœnæ, per gl.in l.pacta.ff.de pac. Itẽ uide Ang.conſi.225.inci.punctus talis eſt: Marti.de Florentia.ubi dicit, q̃ promittens non reuocare procuratorem, poteſt eum reuocare abſq; metu pœnæ, etiamſi pœna eſſet ibi appoſita. Item uide Ab.in c.ſuper eo.de condi.appo. ubi dicit, aliquis contraxit matrimonium cum pœna: & eſt in caſu non permiſſo, putà, promitto contrahere tecũ, ſi Papa nobiſcum diſpenſet nunc pœnituit eum: dicunt ibi Doct. q̃ ſi ille non petiuit diſpenſationem, non tenetur ad pœnã appoſitam: quia contractus fuit nullus: meritò nec tenuit pœna. Sed pro iſta gl. ponderabitur gl. in c.P.& G.infrà eo.& eſt caſus ſingularis, iudicio meo.

[a] Nec alium habet] Adde Bal.in l.eleganter.§. qui reprobos. de pig. ac.et ibi per dom. Alex. de Imo.

SVMMARIVM.

1 *Arbitri ſi diſcordant, quis teneatur eligere tertium.* (dere.
2 *Arbitri tamen ſi ſint in maiori parte, an poſſint altero abſente proce*
3 *Et quæ dicuntur de iſtis arbitris, habent locum in arbitris ſtatutarijs.*

CAPITVLVM XXXIX.

SVSPICIONIS. ¶Arbitri electi ad cãm recuſationis, aſſignant partibus terminũ ad probandam ſuſpicionem, ſed iudex recuſatus compellit arbitros ad cauſam finiendam. ¶No. hic, q̃

1 ſecundum do.Abb.quis † teneatur eligere tertium, cum arbitri diſcordant: tu adde, & ſupplico depinge, quæ inferius dicã. ¶Et primò Bal.in l.hac edictali.§.his illud.C.de ſecun.nup.ubi dicit, q̃ ſi arbitratores diſcordant, partes tertiũ eligãt: ſed partibus diſcordãtib. iudex uenit in electione, ut compulſor, non elector. Contrariũ tñ uoluit Bal.in l.2.in pen.col.in lectura, C.de reſcin. uen. ubi dicit, q̃ æſtimatoribus à partib. electis diſcordantibus iudex eligit tertium, & tamen iſti æſtimatores uidentur arbitratores. Sed poteris dicere, q̃ loquitur in æſtimationibus. Item Car.conſi.86.inci.In cauſa, quæ uerſa eſt. ubi tenet, q̃ l.Itẽ ſi unus.§.principaliter.ff. de arbi. non habet locum in arbitratoribus: & uide Bal.in l.fi.in 10.quæſ.C.de contrahen.emp. ¶Vtrum uerò tertius ſolus debeat pronunciare, uel cum altero, ex iſtis

b [b] Ab. hic ponit pro quo allegat Bal.in l.j.in 2.oppo. C.de his, quæ pœ. no.ubi ſenſit, q̃ ſolus pronũciet. Alter ſẽtit Bald. in l.iubemus.C.de app.ubi dicit, ſtatutum dicit, q̃ cauſa committatur in duos, & eis diſcordantibus iudex ſiccertius, dicit, q̃ in iſto caſu ſtabitur arbitrio ſolius poteſtatis: ſecus, ſi eſt electus a partibus: quia tunc non habet, niſi unam uocem. Idem ſentit Bald.in ca.paſtoralis.in prin.ſ.de reſcrip.per tex.in c. legitima.de appel.in 6. ibi, cum ambo, uel alter ipſorum. Quod no. ¶Gl.in uer.ad quos omnia. Dicunt Mod. q̃ Bart.in l.ſi unus.§. ſi

2 plures.ff.de arbi.dicit, q̃ † maior pars iſtorum arbitrorum iuris, poſſunt pronunciare altero abſente: non ſic in uoluntarijs, c.2.de arbi. in 6. Secundò allegant Bal.in c.cum uigeſimum.ſ.eo. ubi dicit, q̃ l.Iulianus.ff.de arbi.non habet locum in arbitris, de quibus hic, & ſic in arbitris iuris. ¶Primò ego pro hoc allego Bal.l.j.C.de pari.& commo.rei.uen.ubi dicit, q̃ ſententia iſtorũ arbitrorum uocatur propriè ſententia. Sed Bal.alibi dicit, q̃ arbitrorum ſñia non dicitur propriè ſñia, ſed laudũ, ſ.in l.j.C.ne li.ter.prouo. Et omnia, quæ dicunt de iſtis arbitris, habent locum in arbitris, ſtatutarijs.

[b] Ex iſtis] Sed quid ſi duo ſunt electi una cum tertio, et arbitri ſint concordes? & tertius diſcordaret: cui ſententiæ ſtandum ſit, an ſententiæ arbitrorum? an ſententiæ tertij? Vide no. & planè, per do. Soc.conſil.94. incip. Abundè, & ſubtiliter. cũ omnibus uerſi.ſeq. uſque ad fi.in 1.parte, car.99.ubi eciam, an per electionem tertij arbitri uideantur amittere poteſtatem laudandi.

3 Pro quo uide Ab.c.cum dilectus.de arb, ubi dicit, q̃ † ab arbitris ſtatutarijs pôt appellari, ſicut ab iſtis, ut in c.ab arbitris. de off.dele.in 6.idẽ Imo.in l.j. in pe.col.ff.ſol.mat.& Dom. in d.c.ab arbitris.& Ang. in repe.l.ſi uacantia. C.de bo.ua. li.x.ubi dicit, q̃ licet arbiter non poſſit punire teſtem falſũ coram ſe dicentem, tamen arbiter iuris uel electos à ſtatuto pôt eum punire: quia iuriſdictionẽ habet. Vltimò uide Ab. c.fi.in ult.col.de re iud. ubi omnia ponit, quæ ipſe ponit & hic. ¶Gl.in uerb.ſunt cogendi. Extra gl.ponit hic Ab.unum dictum, an ſint uocandi arbitri, qui dicunt ſe diſcordes ante ſententiam ab illo tertio, qui eſt electus poſtmodum. Vide, quæ dixi in c.prudentiam.ſ.eo.in prin. ¶Et no. q̃ ſicut pro recuſatione habentis expedire actum extraiudicialem, recurritur ad arbitros, ita pro recuſatione habentis expedire actum extraiudicialem. Ita Anto.& Ioan.de Imo.& Abb. per glo.ibi in uerſi.oſtenſum in c. j.inſra de his. quæ fiunt a ma.par.cap.

SVMMARIVM.

1 *Intereſſe damni emergentis, & lucri ceſſantis, peti poteſt.*
2 *Laicus an poſſit ſe ſubmittere alteri epiſcopo ſine licentia ſui epiſcopi, ratione excommunicationis.*
3 *Sententia ualet etiam data impotentia.*
4 *Pactum tale, ſi non fecero tale quid, amittam beneficium, an ualeat.*
5 *Delegati poteſtas prorogari non poteſt. Quod limitatur ſex modis, ut hic per ordinem nu.eo.& 6.*
7 *Prorogatio non habet locum in cauſa appellationis, appellatio enim debet eſſe gradatim, non ergo poteſt uentilari apud incompetentem.*

Iudex

8 *Iudex, cuius iuriſdictio prorogatur, non exequitur ſententiã ſuam.*
9 *Prorogatio non habet locum in cauſa criminali mota per modum inquiſitionis.*
10 *Minor 25. annis non poteſt prorogare iuriſdictionem alterius iudicis, declinato ſuo, ſine authoritate tutoris etiã cum iuramento.*
11 *Procurator ex generali mãdato non poteſt prorogare iuriſdictionẽ.*
12 *Poteſtas officialium ex forma ſtatuti limitata, ſicut meduarũ et mercantiæ, non poteſt prorogari ad alias materias.*
13 *Exemptus ab ordinario ſi promittit coram eo ſtare lapſo certo termino, et prorogat iuriſdictionem, prorogatio non tenet, nec excommunicatio inde ſequens, etiam hoc iudice ignorante.*
14 *Excipitur unus caſus hic.*
15 *Error facti non ſolum impedit prorogationem, ſed etiã error iuris.*

CAPITVLVM XL.

PETRVS. ¶ Delegati iuriſdictio ad perſonas in reſcripto non comprehenſas, prorogari non poteſt. H. D.
1 ¶ Poteſt † peti intereſſe damni emergentis, & lucri ceſſantis, gl. eſt in c. cõqueſtus. de uſu. & tenet ibi Io. de An. in 4. col. & Ab. & idẽ tenet Ab. & plenius, in c. cum uenerabilis. de exce. & Inn. in c. in ſacro. 1 uerb. intereſſe. de ſen. exc. & ponit Ab. in conſi 38. inci. Illud de iure quæritur. in s. nodu. ubi dicit, q poteſt peti intereſſe, prout ſ. Et hoc eſt uerum de intereſſe reſultante poſt moram: ſecus, ſi ante morã: quia intereſſe ante moram peti non pôt. Addatur Ab. conſ. 64. co. 4. uol. 1. ubi dicit, q etiam hodie de iure canonico hoc intereſſe poſt moram peti pôt, & Summã Piſanam in uerbo, reſtitutio. §. 1. in add. noua inci. Ad prædictorum intelligentiã. & bea. Tho. 2. 2. q. 62. art. 4. in 2. arg. & eius ſol. ubi dicit, eſſe duplex dãnum. Primò, ablatio eius, q quis acta habet, ubi eſt opus reſtitutione. Secundò, damnum in impedimẽto, ne quis adipiſcatur, putà ſi eſſodi ſemina agri, uel ſui in mora reſtituendi mutuum, & tunc non eſt opus recompenſare æqualiter, quia minus eſt habere in uirtute, quam habere in actu: exiſtens autem in uia adipiſcendi, habet illud tantum uirtute, uel poteſtate: modò ſi redderetur, erit habere hoc in actu, quod eſt ablatum, non ſumptum, ſed multiplicatum, quod non eſt de neceſſitate reſtitutionis: tenetur tamen aliquam recompenſationem facere ſm qualitatem & conditionem perſonarum & negotiorum, ſm ipſum. ¶ Secundò allego Fran. de Platea in trac. reſtitutionum, in uerſ. reſtitutio. §. 6. & ponit Bal. latè in l. unica, C. de ſen. quæ pro eo, q intereſt. ¶ Gl. in uer. termino & loco. quæ eſt prima gl. De iſta gl. non curat hic Ab. ut uidiſti: ſed eam optimè declarat do. Anto. & Imo. & quæ ſequuntur. ¶ Gl. in uer. ſententias, promul-
2 gares. An † laicus ſine licentia epiſcopi poſſit ſe ſubmittere alteri epiſcopo, quam ſuo, ratione excommunicationis? Abba. hic declarat, & etiam, utrùm ualeat pactũ, q ego poſſim excommunicari ſine monitione lapſo termino, Dicunt hic Mod. q ualet hoc pactum contra opi. Inn. & Ab. & aliorum hic. Primò dicunt ipſi non eſt iure cautum, q monitio ſit in fauorem publicum, ergo eſt iuris priuati, cui renunciari pôt c. ad apoſtolicam. de reg. Secundò dicunt, q monitio eſt inducta, ut quis ſe corrigat. Ita omnes in c. ſacro. de ſen. exc. Ergo huic fauori renunciari poteſt. Tertiò, ubi apparet de incorrigibilitate, non requiritur monitio, c. cum non ab homine. de iud. Sed ita eſt hic. Ergo &c. Allegant ſimile, q ubi conſtat de non iure abſentis, non eſt opus eum citare, c. cũ olim. de re iud. Sed monitio eſt quædam citatio. Ergo, &c. Quartò dicunt, ubi dies eſt appoſita, illa interpellat pro homine[a], c. potuit de loca. l. magnã. C. de cõtrahen. & committ. ſtipu. Sed iſte promiſit intra mẽſem. Ergo finito menſe eſt in mora, & ex quo dies monuit, non dicetur excommunicatus ſine monitione. Quintò, monitio ſtatuti ſynodalis priuans executorem non exequentem, habet effectũ ſine aliqua monitione*. Ita Lud. plcoè conſ. 228. Inn. in c. humilis: de maio. & obe. Non obſt. c. ſacro. quia loquitur, ubi non præceſſit monitio. Sed hic præceſſit ſaltẽ in confuſo, licet non ſpecialiter. Et ſic dicunt, ualet hoc pactum, uolo ex communicari ſine monitione, ſi non ſoluam intra tale tempus. ¶ Sed q non ualeat tale pactum, primò facit: nam pactum turpe & cõtra bonos mores non ualet, c. ſi. de pac. etiam cum iuramento, regula, non eſt obligatoriũ. de reg. iu. in 6. Sed q innocẽs qui non deliquit, ſeparetur a Chriſto, ẽ cõtra bonos mores, c. inquiſitioni. de ſentẽ. excom. & not. Inn. hic. Sed pactũ, de quo agimus, eſſet tale. Ergo nullum. Secundò pactum contra naturam rei eſt nullum, l. cum precario. ff. de preca. & gl. mag. in c. 2. de conſue. in 6. Sed natura excommunicationis, quæ non profertur a lege, eſt ita, ut nunquã feratur, niſi præcedente culpa. Ergo pactum in cõtrarium non ualet. Tertiò: licet appoſitio diei ſit apta imponere incorrigibilitatem & contumaciam nõ tamen eſt apta apponere culpam. Sed ubi duo requiruntur copulatiuè, non ſufficit unum ſine altero. Ergo, &c. Et ſi tu diceres, imputetur paciſcenti, reſponde, q licitè poteſt contrauenire pacto nullo. Caſus eſt hic. ¶ Item non obſt. ſi dicat, cur ergo ualet ſententia non data culpa, dummodo tempus eueniat? reſpondeo, q eſt hoc ſpeciale inductum in ſententia, q etiã iniuſta teneat, & ad eius nullitatem requiritur error expreſſus. Vel reſponde per ea, quæ j. dicam, q imo non ligat impotentẽ & inculpabilem, &c. ¶ Subdunt Mod. hic
3 q † ſententia ualet etiam data impotẽtia & omnes hic. ¶ Limita, ſecundum eos, niſi iudici conſtet de impedimento quia ſententia non ualet, & mouentur per l. quæſitum. ff. de re iud. ubi ualet ſententia cõtra infirmum, ſi iudex ignorabat eum infirmum, ſecus, ſi ſciebat, ergo in caſu noſtro idem erit. Et addunt, q ubi iudex ignorat impedimẽtum, eo detecto facillimè debet abſolui. Ita omnes hic. Et pro hoc Mode. allegant l. 3. §. hoc edicto. ff. ſi mul. uen. nomi. Adde, q imo, docto de impedimento, iudici prius incognito, non eſt opus abſolutione, ſed ſi allegatur impedimentũ, & adhuc nõ probatur, à principio debet abſolui, ſi petat. Ita decidit Ab. c. 2. de teſt. cog. uer. ego in hac q. Et q non ſit opus abſolutione, tenet Spe. titu. de contumacia. §. pe. uer. quid ſi non ueniens. & Hoſtien. & Bal. d. c. 2. de teſti. cog. & do. Ant. ibi, Ab. c. Odoardus. de ſol. contra glo. ibi, in uer. non ualentem. Item dicunt hic Mod. Pactũ, per qđ corpus affligi pôt nõ ualet, & hoc per l. liber homo. ff. ad l. Aquil. tunc ſi anima precioſior eſt corpore, ergo anima per pactum ligari non poteſt, a fortiori reſpondebat, q hic anima affligitur per iudicem. Præterea iſta nõ eſt pœna, ſed medicina. Itẽ dicas, q pœna corporalis durat, & eſt irreparabilis, ſed excommunicatio reparari pôt petẽdo abſolutionem. ¶ Dicit hic Inn. q ſnĩa habens errorem uirtualiter, ſed non expreſſim, eſt ipſo iure nulla, poſui in c. trãſlato de conſti. in lec. ubi uideas. ¶ In gl. ibi, ſub pœna beneficij ſui ualet pactum de amittendo beneficio, ſi non fece-
4 ro tale quid. Declara hoc primò dũ† modo iſta obligatio fiat in manibus ordinarij, qui poſſit recipere reſignationẽ, aliter non ualebit, quia iſtud eſt unũ renunciare tacitè, ſed renunciatio facta nõ in manibus ſuperioris, non eſt ualida. Ita dicit Rota deciſi. 36. incip. Item ſi actor. in ſi. de renũ. & eſt 3. in nouis, & ita limitatur c. ſi. de crim. fal. ¶ Secunda declaratio. Ad euitandam iſtam pœnam ſufficit ſemiplene probata & per unum teſtem, & hoc intellige, cum quis ſe obligauit ad probandum aliquid. Hoc eſt dictum Io. de Ana. cap. ſi. de cri. fal. in j. col. Allegat Io. And. c. cum dilecti. de elec. Allegat no. c. 3. de calumnia. ubi ad probandũ uitium calumniæ ſufficit probare ſemiplene. ¶ Tertia declaratio, quòd inuito ſuperiore fieri non poteſt. Hoc ita Ab. in c. cum dilecti. in ſi. de ele. per no. l c. admonet. & c. quod in dubijs. de renum.

a *Pro homine*] *Quod dies interpellat pro homine quando locum habeat, uide per do. Soc. conſ. 117. incip. Vt in quæſtione. uer. ſit ergo concluſum. in ſi. in 1. parte, char. 72. Et adde do. Alex. in l. quoties. de uerb. obl. et in l. unum ff. ſi cer. pet. & in l. ſi ita ſtipulatus. de uer. obl.*

* *Monitionem*] *Adde Fel. de Se. conſ. 129. incip. caſus talis eſt in 1. dub. Cum. conſilio ta. incip. Ioannes ab armis uerſi. ad tertium Abb. conſ. 59. uiſo ante ſi. uerſi. uerũtamen. parte. 1. Aret. cõſil. 67. diligenter. in ſi. Auth. in ca. quoniam frequenter col. po. in prin. ut lit. non conteſt. & iſta eſt communis* opi. quæ tantum locum habet ſtantibus huiuſmodi ſinodalibus conſtitutionibus, quæ habent nimis ſimplicis monitionis ut ait Io. And. in c. 2. in gl. 1. ne cler. uel mon. Rot. deci. 444. inc. extra Rotam in nou. Lap. alle. 87. inc. Mathæus poſt nu. 3. Secus autem ſi non adeſſent huiuſmodi conſtitutiones, ut eſt communis opinio* quã tenent Fede. Abb. Aret. & alij ubi ſ. & adde Rom. conſil. 69. Viſo nu. 4. & conſ. 235. inc. quo ad primum. in 4. dubio Bar. in l. cum quidã. ff. de leg. 2. & in conſ. 142. inc. conſtitutione Camerin. epiſcopi & Auth. cõſ. 412. inc. contra heredes & pro curia epiſcopali. & iſta nota.*

Et ita intellige. Et uide Bal. in c. j. §. porro. quæ fuit prima cauſa benefi. amit. ubi dicit, ꝙ qui non poteſt ſoluere in termino, nota eſt genitrus. Allegat Inn. hic, pro quo uidere omnes, in l. quod te, ff. ſi cert. pet. glo. & oẽs in c. breui. de iure iur. Bar. in l. continuus. §. cum ita. ff. de uer. obl. Lod. in l. ſi. ff. qui ſatiſ. cog. ¶ Glo. in uerſi. nulla, &c. Dicta Abb. hic ſunt bene declarata: tamen ſuper iſto tex. facias unam concluſio-
5 nem, ſcilicet, quòd † poteſtas delegati prorogari non poteſt.ᵃ Tex. eſt hic in fi. ¶ Limita primò niſi ſit reſcriptum non ad lites, quod extendatur ad certũ genus perſonarum in materia ad alios adaptabili, quia ad alios prorogari poteſt. Ita dicit Domi. ſuprà in ſo-lutat. Greg. mouetur ex gloſ. ibi in uer. ex commorantibus, iuncta ſuppletione Ioa. And. ¶ Secundò limita, niſi cauſa quoquo modo tangat alias perſonas in reſcripto, non comprehenſas. Ita Abb. hic poſt Bal. in l. ſi quis ex conſenſu. C. de epiſ. audien. Adde Inno. & Abb. in ca. ueniens. el 2. de teſti. ubi dicit, ꝙ tertius pro ſuo intereſſe poteſt proponere ius ſuum coram delegato. Iſtud dictũ allegat Rota in antiquis, deciſ. 616. incip. Item ſi cauſa cõmittitur. & dicit hoc eſſe pulchrum dictum. ¶ Tertiò limita iſtum tex. ut procedat, quo ad perſonas principales: ſecus, quo ad acceſſorias, putà fideiuſſores. Vnde ſi laicus dedit clericum fideiuſſorem coram delegato Papæ, talis clericus, licet ſit perſona extranea non contenta in reſcripto, uidetur tamen ſubijci iuriſdictioni iudicis delegati, & illius iuriſdictionem prorogare: quia Papa, quẽ delegatus repræſentat, eſt ordinarius omnium clericorum in omni diœceſi totius mundi. ſing. eſt decriſio Cy. poſt Petr. in l. pen. ff. ſi quis in ius
6 uoc. ¶ Dubito tamen de hoc: quia ſequeretur, ꝙ † quilibet poſſet prorogare iuriſdictionem delegati Papæ, cõtra iſtum tex. Nec obſt. ꝙ repræſentet Papam quia repræſentat ſolũ in illa cauſa, non in alijs, ut hic per doc. Nec obſt. ꝙ neniens neceſſitatè quia modus cognoſcendi diuerſificabitur. Cogita tamen: quia notabile eſt. ¶ Quartò limita, niſi partes cõprehenſæ in reſcripto prorogent iuriſdictionem, conſentiendo in delegatum, cui delegans non potuit committere cauſam & tamen iuriſdictio delegantis potuiſſet prorogari, licet nõ fuerit prorogata: quia partes litigando coram ſuo delegato ita uidentur eius iuriſdictionem prorogare, ſicut potuiſſent prorogare iuriſdictionem delegantis. Ita Abb. conſi. 61. inci. Saluatoris, eiuſque, &c. in j. uol. quia cum gerat per omnia uicem delegantis, uidetur eius iuriſdictio prorogari. ¶ Quintò fallit, niſi eſſet perſona, quæ ſucceſſiſſet perſonæ comprehenſæ in reſcripto, c. j. de alte. iud. Facit tex. c. quia G. de iudic. & ꝙ habetur in c. ſignificantt. de reſcri. Tamen non eſt propter prorogatio, ex quo ſucceſſor fingitur eadem perſona. ¶ Sextò fallit in delegato ad uniuerſitatẽ cauſarũ. Ita gl. l. j. ff. de iud. de qua tamẽ gl. dubitat hic do. Ab. in j. col. Põt autẽ prorogari iuriſdictio iudicis, de cuius tamẽ iuriſdictio ne dubitatur: ſecus, ſi non dubitatur, hoc eſt dictum Ino. in c. paſtoralis. in prio. de reſcr. Sequitur Ang. l. j. ff. de iudi. & plenius in l. ſi per errorem. ff. de iu. om. iu. ¶ Si uerò Papa, uel Imperator reſeruant ſibi certam cognitionẽ, uel iuriſdictionem, partes, uelint nolint, erunt ſub eo, nec alterius iuriſdictionem poterunt prorogare. De hoc eſt dictum Inn. in c. Inter dilectos. de exceſ. præla. & in ca. cum M. de conſt. & ponit Arch. in c. ubi, qui de reſcr. in 6. Bal. in c. j. §. præterea. in ultimo, de prohi. ſea. alie. per Fed. facit c. ut noſtrum. cũ ma-
7 teria, de app. ¶ Item no. ꝙ † in cauſa appellationis non habet locũ prorogatio, qui appellatio debet eſſe gradatim. Ideo nõ põt ucotiari apud incompetentem. Ita Bal. in tı. de pace Cõſtã. in uer. ſm mores illius ciuitatis. Allegat auth. ad hæc. C. de iud. ¶ Si uerò partes litigant corã ordinario, tanquam corã delegato, & nulla eſt delegatio, quia facta ab incompetenti, non ualet proceſſus ex ui prorogationis. De hoc eſt deciſio Bald. l. j. C. qui pro ſua iur. & l. falſus. circa princ. uer. ad ueritatem, C. de furt. & Ludo. l. j. §. ſi quis ita de uerb. oblig. & ad gloſſ. in capitul. prudentiam. in uer. canonicè ſupra eod. ¶ Si autem partes compromittunt in delegatos, non uidentur in dubio renunciare reſcripto, imo utramque poteſtatem amplecti, & poteſt ſententia ex utraque parte ſuſtentari. Ita dicit Bal. in c. ſi inter partes. in prin. in tit. de l. Conrade. per tex. in c. niſi eſſent infra de præb. Et ꝙ quis poſſit procedere ex duplici authoritate, tenet Bal. in l. j. ad fi. C. de fur.
8 ¶ Iudex † uerò, cuius iuriſdictio prorogatur, non exequitur ſuam ſententiam. Tex. & glo. & Bal. in l. epiſcopale. C. de epiſco. audi. & ponit Lodo. in l. j. §. & poſt operis. ff. de oper. no. nun. & latè Ioan. And. in tit. de compenſat. in addit. §. j. ſubdens, ꝙ ordinarius hoc poterit ad mandatum iſtius. ¶ Aſcontra uerò epiſcopi, cuius iuriſdictionem laici prorogãt non appellatur. Text. eſt in d. l. epiſcopale. Quod uerum eſt in laicis, quibus imperator poteſt præiudicare, ſecus: eſt in clericis prorogantibus iuriſdictionem unius epiſcopi. Ita
9 Abb. in c. cauſam. de re iud. in j. col. ¶ In † cauſa autem criminali mota per uiam inquiſitionis, non habet locum prorogatio. Ita Bal. hic, & ĩ l. j. C. de ficat. quia in prorogatione requiritur conſenſus utriuſque partis, in
b l. j.ᵇ ff. de iud. & Ioan. de Ana. in c. ad petitionẽ de accuſ. Sed in inquiſitione altera que pars non conſentit, quia iudex non eſt pars. Ergo, &c. ¶ Contrariam tenet Frãci. de Are. c. j. in ult. char. de iudi. dicens, ꝙ ubi agitur de præiudicio duorum, requiritur eorum conſenſus: ſed quãdo tractatur de præiudicio unius, ſufficit eius conſenſus: l. Neſennius. ff. de neg. geſt. Pro quo Sal. in l. j. C. ubi de cri. agi. opor. ubi idem tenet, quia iudex obtinet uim reipub. Ergo partis. Idem ſentit in l. j. in 9. q. C. de iur. om. iud. Et adde, ꝙ etiam in accuſatione requiritur aliud, ſ. conſenſus iudicis, ubi fuit commiſſum delictum, ſecundum Pau. de Caſt. in d. l. j. C. ubi de cri. agi. opor. Quod puto uerum per id, quod dicit Abba. hic de intereſſe uindictæ, uel confiſcationis, quæ ubi nõ cõ-
10 curterit, forte tenenda eſſet hæc opi. do. Abb. ¶ Minor † 25. annis ſine authoritate curatoris, etiam cum iuramento, nõ poteſt prorogare iuriſdictionẽ alterius iudicis, declinato ſuo quia non habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio, l. clarum. C. de notho. præſtan. Ita Ang. in l. j. ff. ſi quis in ius uocan. dicens, ꝙ auth. ſacramenta. C. ſi aduer. uen. non habet locum in actibus, qui fiunt in iudicio. Ita Spe. in tit. de act. §. j. ¶ Limita, niſi iſta prorogatio eſſet omnino utilis minori, ſecundum Bal. in l. j. C. de iuriſ. om. iu. quia teneret iudiciũ tunc per eum agitatum, per tex. in l. nõ eo minus. C. de procu. Et ibi Bal. ſubdit, ꝙ illa lex habet ẽt locum in pupillo. Allegat gl. in l. neq; tutores. C. de admi. tut. & dicit ſe ita cõſuluiſſe Ferrariæ in fauorẽ pupilli expulſi ex Bononia. ¶ Pro-
11 curator † ex generali mandato non poteſt prorogare iuriſdictionem*. Ita omnes Doc. c. cum olim. el 1. ẽ. co. ¶ Primò no. tamen circa hoc, ꝙ ſufficeret mandatum generale cum libera. Secundò no. ꝙ ſi prorogat patiente domino ꝙ ualet prorogatio, ut in d. c. dictum fuit. ¶ Coram arbitro non poteſt fieri prorogatio. Ita Bal. in repe. l. ex compromiſſo. ff. de arb. in 7. q. quia non habet iuriſdictionẽ, ſed notionem, l. ait prætor. ff. de re iu. Põt tamen ipſius notionis fieri prorogatio in eadem materia, & dummodo fiat intra tẽpus compromiſſi: ſed ſi fieret poſt, diceretur
12 nouum compromiſſum. ¶ Poteſtas † officialium ex forma ſtatuti limitata, ſicut uidoarum, uel mercantiæ, nõ poteſt ad alias materias prorogari, ſecũdum Ab. hic: pro quo uide Maria. in c. ſignificaſti. de fo. cõpe. ubi refert, ſe ita conſuluiſſe. Mouetur per iſtũ tex. & per ea, quę dicũtur de delegato. ¶ Secũdò mouetur ꝗa qualitas dãs iuriſdictionem iudici, debet allegari, ut ꝑ Inn. in c. cum ſit. de fo. comp. Sed hic non poteſt allegari, niſi ſua propria. Ergo, &c. Tertia ratio, quia prorogatio non põt fieri ad ſpeciem omnino diuerſamᵉ, gl. in c. hi, qui. de præb. in 6. ¶ Si quis litigat corã iudice non ſuo, non intelligitur in dubio, ꝙ uelit prorogare iuriſdictionem. Ita Inn. in c. cum cauſam ſuper uerb. præſum-
13 ptionẽ. de teſt. ¶ Si † exemptus ab ordinario promittit ſtare corã eo, lapſo certo termino, & prorogat iuriſdictionẽ prorogatio non tenet, nec excõicatio ſequens, etiam iudice hoc ignorante. Iſta eſt concluſio

a *Non poteſt*] *Adde Pet. de Suza. in l. 2. alle. hic in tex. in 6. ſal. de iudi. poſt gl. & ibidem uide Guil. de Cu. De dicta prorogatione uide etiam. Alex. de Im. in conſil. 180. 2. parte.*

b *In l. 1.*] *Et ibi dem ad hoc uide do. Alex. de Imol.*

* *Iuriſdictionẽ*] *Adde Inn. in c. cum olim. il 1. ubi Feli. col. pe. uerſi. in ea gl. hoc ti. ſequitur Mil. in reper. in uer. procurator nõ poteſt. Rom. conſi. 131. incip. ut reſolu. n. 2. et Gui. Pap. q. 285. inci. ſtatuto.*

e *Diuerſam*] *Adde Bal. in l. ſi quis ex conſenſu in fi. C. de epiſ. aud. & in l. teſtamenta omnia, ubi tex. C. de teſtam. Bart. in l. inter conuenien tes ad munic. Bal. in l. repetita per il lum tex. C. de epiſcop. & cler. & in l. 2. §. ſed & ſi iudex de iudici. & Anch. in c. cauſam poſt prin. de iudic.*

clu ſio Io. And. in regula, ſcienti. in Mercu. diſputata per quē dam ſuum ſcholarem. Et intellige de exempto, qui exemptioni ſuæ renūciare non poteſt, ut ſunt ſubiecti Papæ, per tex. in c cum tempore. de arb. ſecus in alio exemplo. ¶ Error litigantium impedit prorogationem: gl. eſt ordinaria hic, quia impedit conſenſum, ſine quo prorogatio fieri non poteſt, l. ✱ ſi per errorem*. ff. de iuriſ. om. iud. ¶ Exci-
14 pitur † primò caſus prorogationis, quæ fit per uniuerſitatem, uel populum, litigātes coram incompetenti per errorem. Ita Bal. in l. 2. C. quæ ſit lon. conſue. Dicit, enim ibi, conſuetudo dat iuriſdictionem, c. cum contingat. de fo. comp. Sed conſuetudo induci poteſt non obſtante errore. l. quod non ratione. ff. de ll. Ergo ſi per errorem populus litigauit errando ualebit talis prorogatio. ¶ Secundus caſus eſt,
a quando iudex [a] prorogatus per errorem, pronunciaſſet ſe cō petentem, quia ſi ab iſta ſententia non fuit appellatum, habebitur & oportebit ei ſtari. De hoc eſt deciſio Ioo. in c. ſuper literis. de reſcr. & Bart. in l. 2. ff. ſi quis in ius uoc. ¶ Tertius caſus eſt, ubi litigatur coram iudice habente iuriſdictionem, ſed non plenum exercitium iuriſdictionis, quia tunc error litigantium non attenditur. Ita Inn. in c. prudentiam. in uerbo, excommunicationis. ā. eo. loquens in uno ex plurib. delegatis, & ſic facilius prorogatur uſus, quam iuriſdictio. Hoc dictum ſequitur Ang. conſil. 161. inci. Petita fuit. & in l. j. ff. de iudic. in d. l. ſi per errorem & in l. Pomponius. alias, ſi uni. ff. de re iud. & Bal. in l. ſi cōuenerit. ff. de iur. om. iud. ¶ Contrarium tenet Imo. in d. c. prudentiam. & ſentit ibi Abb. per tex. ibi: & probatur a fortiori, per ea. cum ſuper. ā. eod. ubi ille, qui erat competens per ſe tantum, & putauit per errorem non poſſe procedere, niſi cum alio, qui erat incompetens, talis error uitiat proceſſum. Ergo fortius, ubi iſte ſolus pcedere nō poteſt. Et uide Abb. in c. dilecta. uer. hęc ratio. de reſcr. ubi dicit, quòd ideo in caſu l. Barbarius. error litigantiū prorogat iuriſdictionē: quia in prorogatione illa agebatur de prorogatione publica, & plurimorum, ſed hic non de utilitate publica, nec plurimorum agitur, & facit, quod dixi in caſu pro-
15 ximo. ¶ Secundò no. q̃ † non ſolum error facti, ſed etiam error iuris impedit prorogationem. Ita Inn. in c. ad petitionem. de accuſ. & Abb. ibi, oct. no. bene hoc ultimum. Secus, ubi iudex poterat aliqua exceptione repelli, ut putà quia ſuſpectus: quia tunc, ſi non repellitur per errorem iuris, non poteſt amplius repelli, l. ſi conuenerit. de iuriſd. om. iu. Quod nota. ¶ Eſt etiam quartus caſus, in quo ultima concluſio non procedit, quia debet intelligi in prorogatione erronea illius, cui nullo modo partes ſubijciuntur: ſecus, ſi realiter habet iuriſdictionem in litigantes: excepto certo caſu, quia prorogatio facta in illo caſu, non uitiatur. Ita Inn. in d. c. ad petitionem. de quo Lud. Ro. ſing. 684. incip. Tu habes l. ſi per errorem. ¶ De prorogatione de tempore ad tempus, uide in c. de cauſis. ſupra eod. De prorogatione clericorum dicetur in c. ſi. de foro. comp. ubi ſequēti anno dicemus ea, quæ ſequuntur. Quod not.

✱ *Si per errorem*] *Adde ibidem ad hoc Paul. de Caſ. & Alex. & Petr. de Sur. in l. ij. ff. de iudici.*

a *Quando iudex*] *Adde ut et limita dictum Innoc. & Bart. ut procedat in illo, qui per cōparitionem poteſt prorogare: ſecus eſt in clerico, quia non poteſt: imo ſi eſt contumax, proceſſus eſt nullus, per tex. in c. ſi dili genti. de fo. comp. Bal. in l. ij. ff. ſi quis in ius uo. non ie. Iuxta hoc quærit Bald. in d. l. ij. de utili q. pone, poteſtas fecit citari aliquē pro delicto, qui erat clericus, tamen poteſtas ignorabat eum eſſe clericum, & quia erat contumax, bānniuit eum ex forma ſtatuti, numquid occidens clericum ſic bannitum excuſatur ab homicidio, ſtante ſtatuto, q̃ bannitus poſſit impunè occidi? Argum ad partes, & finaliter determinat, q̃ ſic ſcilicet q̃ excuſetur. Adde, quod iſtam q. late diſputauit Ioan. And. in regula, quod quis. de reg. iu. in 6. ubi refert idem fuiſſe deciſum. Idem tenet Alb. de Roſ. in 4. part. ſtatut. in q. 26. & ſeq. quæ incipit, quæris an ipſe Gādinus. Sequitur do. Alex. in conſi. 430. inci. Attenta diſpoſitione ſtatuti. Adde, q̃ contrarium notabiliter tenet ipſemet Bald. ſibi contrarius, in l. 1. C. ſi a non compe. iu. ubi tenet, q̃ nō excuſetur qui occidit, clericum bannitum, quamuis ignorauerit eſſe clericū. Sequitur do. Alexand. ſibi contrarius, in conſil. ſuo 422. inci. Viſis dubitationibus. Addetamē, q̃ prima opin. plus placet, & eſt tenenda. In criminalibus quādo uariæ ſunt opi. ſemper tenēda eſt illa pars, quæ tendit ad abſoluendū l. interpretatione. et l. ſanctio legū. ff. de pœn. Secundò, quia ad hoc, q̃ quis teneatur de homicidio, requiritur, q̃ homicidium ſit dolo commiſſum, Adde q̃ lex uel ſtatutum loquens de homicidio ſemper intelligitur de doloſo. Pau. de Caſt. in l. nemo deinceps. C. de epiſc. aud. et in conſi. 348. ubi dicis ſo ex hac regula multos iuuaſſe. & Bald. in l. data opera. C. qui accuſ. non poſ. Bald. & Saly. in l. ſi ſerui. C. de noxal. Auth. in ca. Latro. de homic. Cepol. caut. 2. nu. 12. 13. 14. & conſi. 29. 30. 31. 32. 33. Pau. de Caſt. in l. 1. de leg. i. Bal. in l. et ſi ſeuerior. C. de hijs q uot. inf. Ita dicit Bart. in l. qd ergo §. pœna grauior. ff. de infa. Bald. in l. omnes populi. ff. de iuſti. & iu. Ang. & Paul. de Caſt. in l. i. ff. de leg. I. Pa. de Ca. in l. & ſi ſeuerior. C. de infa. Sed quælibet cauſa*

b SVMMARIVM.

1 *Scientia ubi requiritur alicuius qualitatis, quando quis capitulat, ſi non exprimit illam qualitatem, capitula non tenent.*
2 *Commiſſio facta minori 18. annis, an teneat de conſenſu partium.*
3 *Populus an poſſit ſtatuere, quod proximus pubertati poſſit teſtari.*
4 *Pupillus an poſſit ſuccedere ad principatum ante pubertatem, dato ei tutore.*
5 *Princeps ſi ſciat ætatem minorem, & ſcienter cō mittat cauſam, an teneat commiſſio.*
6 *Papa ſi commendat alicui laico certum plebanum an talia uerba enunciatiua probēt eum eſſe plebanum.*
7 *Papa ſi mandat prouideri alicui impuberi, & non apponat clauſulā, Diſpenſamus, ſufficit, ut dicatur diſpenſaſſe.*
8 *Aetas epiſcopi, inquiſitoris, ordinādorum, abbatiſſæ, & aliorum, qualis debeat eſſe? Vide nume. 9. 10. 11.*

CAPITVLVM XLI.

CVM VIGESIMVM. ¶ Maior 20. annis poteſt a quocunque dari delegatus. Idē in maiore 18. dummodò cō ſentiant partes. Minor uero 18. dari non poteſt niſi a
t principe. H. D. ¶ Verum † minor 18. annis poſſit eſſe iudex? Vide hic do. Abb. quem hic approbant Moder. & id, quod dicunt de ſcientia iſtius, qui committit cauſam tali minori. Vnde inferūt, q̃ oportet, q̃ dicat ſcienter. Allegant gl. in c. concertationi. de app. In 6. in uerbo, ſcientia. quæ dicit, quòd ubi requiritur ſcientia alicuius qualitatis, quando quis capitulat, ſi non exprimit illam qualitatem, quòd capitula non tenent. Secundò allegant Angel. in l. j. C. de Nili agge. non tump. quòd ſtante ſtatuto. quòd præſtans opem nobili incurrat talem pœnam, quòd ſi quis preſtitit, & non fuit dictum, q̃ ſcienter, quod debet liberari. Item allegant Bart. in l. omnes. C. de agri. & cenſi. lib. 11. ubi dicit, q̃ ſi ſtatutum dicit, q̃ quicunque præſtiterit opem bannito ponatur tanta pœna, q̃ accuſatio, quæ non dicit illum ſciuiſſe bannitum fuiſſe, non tenet. Allegant etiā gl. in l. ex maleficio. §. longè minus. in uerbo ignorans. ff. de act. & obl. quæ dicit, quòd ignorans non punitur: & propter hoc dicunt: quòd fecerant ſolenne conſilium tempore, quo Cardinalis quatuor coronatorum gubernabat Bononiam in tali materia, ubi dicunt, euaſiſſe quendam qui fuerat allocutus exercitum, quia dicebatur, quòd ex forma ſtatuti incurrerat quandam pœnam: conſuluerunt notabiliter, quòd ex quo inquiſitio non dicebat illum fuiſſe ſcienter alloquutum, non tenebat: & ſic eum euaſerunt. Et ad hoc fecerunt aliud motiuum, ſcilicet, quòd alloquens bannitum contra formam ſtatuti, non dicitur incurrere pœnā banni, ſi eſt eum alloquutus de alia materia, quam non tangit ſtatutum re pub. Allegant l. prima. ff. ad l. Iuli. maieſt. Vos addatis Bald. in l. data opera. C. qui accuſa. ubi dicit, quòd gloſſ. in dicto. §. longe minus. eſſet ſcribenda literis aureis. Illam gloſ. allegat Ioan. de Ana. in rub. de accuſ. in fi. & Angel. in auth. de eccle. tit. §. fin. in fi. Sed in hoc reperio Bald. in l. j. C. qui accuſ. uer. ſuper ſecundo puncto. ubi dicit, q̃ iſtud de alleganda ſcientia, habet locum, quando quis accuſatur, q̃ non fecit tale quid uel omiſit facere: ſecus, ſi quis accuſatur, quod aliquid fecit quia probat accuſatio, licet non fecerit mentionem de ſciētia, uel ſupina ignorantia. Allegat gloſſ. in dict. §. longe minus. ¶ Et uide Ludou. Roman. ubi limitat iſta dicta, in conſilio

cū excuſat a dolo, (a, dolo) Adde l.ignaur. §. 1. de lib. ber. cau. l. plagij. la 2. C. de plagi. glo. in l. ſatis po na de in ius uoc. & in l. non poteſt dolo de reg. iur. ad uerte tamen, quod talis cauſa nunquam in delinquē te præſumitur, niſi uehementibus coniecturis, & præſumptionibus probetur, ita Bart. in l. inter omnes. §. recte. de furt. Ange. in l. Sed & ſi. §. ſcire de pet. hered. Aret. conſ. 8. inc. ſicut docet uer ſi. pro hac facit. ut in l. ſi quis. ff. de iuriſ. om. iu. Et quauis ille poſſit eſſe in aliqua culpa tamen in criminalibus lata culpa non æquiparatur dolo (Dolo) Adde ut moueatur. Bart. in l. 1. §. 1. ſi quis teſt. lib. eſ. ius fuer. tamen lata culpa a dolo non differt, niſi quia dolus cō mittendo, culpa uero ommittendo cō mittitur l. inter quos repertorium. ff. de adm. tut. et cōſequenter dolus uoluntatē poſſeſſū arguit culpa uero permiſſionē. l. Metrodorus. de pœn. l. Iulianus. in prin. Inno. l. ſterilis. §. cum per uenditorem. de act. emp. Ang. & Ar. Imo. in tract. maleſ. in uer. ſcienter in pri mo uerſi. glo. in actionibus in uerbo, non ob culpā. ff. de in lit. iur.

105. incip. Viſo themate. in prin. quod nō intelliguntur, ubi quis facit, quod eſt de genere malorum, ſicut occidere, furari. &c. Secus, ubi facit actum nō prohibitum, niſi propter aliquid accidens, ſicut alloqui banortum, tunc oportet capitulari de ſciētia. ¶ Secundò dicunt Mod. quod Bal. hic op-
2 ponit contra iſtum text. quod † de conſenſu partium non teneat commiſſio facta minori 18. annis. In contrarium dicit Bal. uidetur tex. l. quidam conſulebat. ff. de re iudi. ubi dicit, quod imo ualet. Soluit Bal. quod de iure Canonico non poteſt committi minori 18. annis, de iure autem ciuili poteſt. Et cum iſtis tranſeunt hic Mod. Vos dicatis, quod imo etiam de iure ciuili non poteſt fieri commiſſio minori 18. annis de conſenſu partium. Ita uoluit Io. de Imo. Nā ubi ſunt opiniones inter Legiſtas, in dubio debet ſtari iuri canonico, etiā in foro Cæſaris. Ita Doc. in c. ex literis. de reſcri. & ſcripſimus in c. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtit. ¶ Dominus Abb. hic non uult, quod princeps, etiam ſcienter, poſſit cauſam committere pupillo, quia impubes patitur defectum natalium, ut hic per eum Moder. hic arguunt contra Abba. primò de dicto Barto. in l. quidam. ubi dicit, populus poteſt eligere in principem, uel iudicem, etiam infantem, uel pupillum. Ergo ſi hoc poteſt populus, fortius princeps qui eſt maior populo. Secundò arguunt ex dicto Barto. in l. 113. ff. de teſta. ubi dicit, quòd populus poteſt ſtatuere, quod proximus pubertati poſſit teſtari. Si populus hoc poteſt, fortius princeps. Demum arguunt pro do. Ab. & dicunt, quòd pro eo eſt caſus in d. l. cum prætor. §. cū autem, ubi ponitur impubes pro pupillo a natura, & nō a præſumptione iuris. Et ad primum dictum Bar. ſic reſpondent, quòd non eſt uerum, quòd populus poſſit habilitare proximum pubertati ad teſtādum, ſecundum Ang. l. ſi quæramus. ff. de teſta. Et mouentur per l. penul. uer. ullo modo. C. qui teſta. fac. poſſ. Modò ſic, ubi ponitur uerbum Vllo modo, inferior a principe diſpenſare non poteſt, gloſſ. in clemen. 2. in uer. ullo modo. de ætate & quali. & in-
3 ver. nullatenus. Sed † populus eſt inferior a principe. Ergo diſpenſare non poteſt, ¶ Tamen tenent omnino contra do. Abb. Mouentur per dictum Bald. in l. fin. C. de teſta. mili. ubi dicit, quòd ciuitates Lombardiæ ſæpe eligunt in gubernatores, infantes filios magnificorum dominorum. Conſidera, ſi ipſe dicit infantem in gubernatorem, multò magis in iudicem. ¶ Item ſubdit ibi Bald. quod dignitas proueniēs ex radice, ut in dominis Alemaniæ, tranſit ipſo iure etiam in infantem, & adminiſtrabit per tutores. ¶ Ad l. cum prætor. reſpondent, quòd loquitur in pupillo non proximo pubertati, ut puta, in 8. uel 9. anno, non in 13. qui eſt proximus pubertati, & ex hoc tenent, quòd princeps tali proximo pubertati poſſit cauſam committere. ¶ Vos pro Abb. addatis Pau. de Caſtr. in dict. l. quidam. ubi expreſsè tenet, quòd pupillo non poteſt cauſa committi, per rationes Abba. ¶ Tamen teneo opin. contrariam, & Moder. hic, & allego gloſſ. in termīnis, quòd Papa poteſt committere cauſam pupillo, in capitu. ſtatutum. in uer. canonicis. de reſcrip. in 6. quæ dicit, quòd ſi Papa ex certa ſcientia committat cauſam pupillo, quòd ualet commiſſio. ¶ Ad l. prætor. reſpondeo, quòd licet princeps ex certa ſcientia non diſpenſet cum his, quæ ſunt iuris naturalis, eſſe uerum in totum, ſed non in una cauſa, quia in una poteſt, & huic defectui prouideri poterit per

acceptationem aſſeſſoris, dict. capi. ſtatutum. §. aſſeſſorem. de reſcript. in ſexto. ¶ Ad ſecundam limitationem, ſcilicet dum dicunt, dummodo committat minori ſciens, hoc eſt uerum, pro quo uide, quæ ſcripſimus in capitu. ad hæc. de reſcri. ¶ Dixit hic Abba. quòd pupillus ſuccedit ad principatum ante pubertatem, ſed datur ei tutor, penes quem erit adminiſtratio. Et dicunt hic Moder. quòd Barto. in dict. l. cum quidam. non dicit hoc. Secundò allegant Old. conſi. 1. incip. Ante finitam tutelam. ubi diſputat, an finita tutela pupilli, qui erat rex, detur ei curator, ſi non uult eum. Tandē ibi conſuluit, quòd ſit dandus ei curator finita tutela, per capitu. penult. de ſupple. negl. prælat. in 6. & per alias rationes ibi per eum. ¶ Vos dicatis, quòd imo Barto. ponit ea, quæ domi. Abb. allegat ſuprà, contra Moder. Secundò dicatis, quòd cum Oldr. tenet Domi. in capit. grandi. de ſupplen. negli. præla. in 6. Tamen Imol. tenet contra Oldr. prout refert ibi Domi. Mouetur, quia ex quo iure proprio ſuccedit in regno, omnia poteſt ſine curatore. Allegat l. ſi curatorem habens. C. de in integ. reſti. mino. Et ad l. contrariam allegatam in gloſſ. reſpondet, quòd loquitur in illis, qui non ſuccedunt iure proprio, ſed iure electionis. Tamen ego puto primam opinionem eſſe ueriorem, quia non uideo rationem differentiæ, an ueniat iure proprio, an iure electionis. ¶ In gloſſ. 1. & 2. aut nihil, aut parum ſcribunt Doct. quia faciles ſunt, ideo pertranſeamus & nos. ¶ Illud,
4 quòd † dicitur de arbitro, quòd debet attingere 20. annum [a], amplia, etiamſi pendente compromiſſo attingeret. Ita Spec. in titu. de arbi. §. 2. uer. item minor. & eſt tex. in ſimili in capitu. ſi eo tempore. de reſcrip. in 6. Idem puto in indice, per d. cap.

a 20. annum] *Ad quod uide omnino Ang. Are. Inſt. de ſi. in. uit. et.*

5 ¶ Limita † iſtum tex. & dicta Doct. in quantum dicunt, quòd ſufficit, quòd princeps ſcienter committet, & ſic, quòd ſufficit ſola ſcientia ætatis in committente. ¶ Limita, ut non habeat locum in beneficialibus. Ita Cal. plenè in titu. de reſcr. conſi. 8. Primò per clemen. 1. de præben. ubi bonus tex. qui dicit, quòd non dicitur data gratia ad curam animarum, etiāſi Papa dicat, Prouiſio, ne cura animarum negligatur. Secundò, quia literæ contra ſtylum curiæ non ualent, capitu. quam graui. de crimine fal. ¶ Contrarium puto uerius, per id, quod ſcribit do. Car. in certis notis cauſarum, not. 147. incip. obijcitur contra iura. ubi in eodem facto contrarium conſuluit, uidelicet quod ſufficiat Papam mandare ſcienter prouideri inhabili, licet ſuper inhabilitate alter non diſpenſet. Allegat tex. cum glo. in c. cum te. de æta. & quali. ¶ Secundò uide pro hoc, quod not. Compoſ. in c. cum adeo. & ibi omnes, de reſcr. quorum dicta probant, quod ſufficit, quod conſtet Papam uoluiſſe tali prouideri. Et ſubdit ibi Compoſ. non eſſe uerum, quod oporteat, quod Papa diſpenſet. ¶ Ad clem. 1. de præb. reſponde, quod loquitur, quando non fit mentio in ipſa gratia, ſed in clauſula adiecta gratiæ fit mentio acceſſoriè de aliquo, ſecus ergo, ubi in ipſa gratia fit mentio, ut loquimur nos. ¶ Ad illud de ſtylo curiæ, reſpondet Cardi. quòd iſte ſtylus eſt ad abundantem cautelam, non, quòd oporteat. ¶ Nō obſt. capitu. licet. & c. quam graui. de crimi. fal. quia hoc eſt uerum, ubi aliquid exprimitur contra ſtylum: ſecus ubi aliquid omittitur præter ſtylum; quia ponuntur aliquando multa in bullis, quæ nō ſunt de neceſſitate: puta, ſi dicitur,
6 Si pro alio non ſcripſerimus. Ita Card. ibi. Ad † idem facit, quod ſcribit Lap. allegatione 7. inci. diſputat, an literæ, &c. & ibi dicit, quòd ſi Papa commendat iudici laico quendam plebanum, quòd iſta uerba probant ſatis, illum eſſe plebanum, etiamſi ſint uerba enunciatiua, puta, ſi dicit, defendas talem plebanū, &c. quia uidetur Papa fundari in illis uerbis. Allegat tex. in clem. 1. de proba. ubi eſt optimus text. ¶ Adde Domi. in capitu. ſi eo tempore. de reſcrip. in 6. ubi dicit, quòd ſi Papa mandat, prouideri alicui impuberi, & non apponat clauſulam, Diſpenſamus ſatis eſt, ut dicatur diſpenſaſſe. Et Pet. de Anch. conſil. 65. incip. Pro clarinti, ubi dicit, quòd ſi apparet ex literis Papæ ipſum ſciuiſſe de incompatibilitate beneficiorum, ſatis eſt, ut dicatur diſpenſaſſe. Allegat l. idem Vlpianus. ff. de excuſa. tuto. ubi bonus textus. & Petr. de Ancha. conſil. 218. incip. Vltra alia ſolennia. ubi dicit, quòd ſufficit, quòd cōſtet de certa ſcientia Papæ ex uerbis ſuis, licet non dicat expreſsè ſe diſpenſare, per gloſſ. in capitulo ſtatutum in uerb. canonicis de reſcripi. in ſexto.

¶ Limita

7 ¶ Limita † iſta, niſi reſcriptum ſit contra ius, habens clauſulam derogatoriam ad reſcripta: quia tunc oportet derogare illi iuri per clauſulam, Non obſtante, uel, Non obſtantibus. Ita Domi. in capitu. 1. de conſtitu. in 6. ubi plene declarat gl. in uerſi noſcatur. Quæ ita intelligitur ſecũdũ prædicta. ¶ Quando uerò annus debeat eſſe completus, uel non, uide gl. in c. ad noſtram. in glo. 2. de reg. & gl. in c. ſubdiaconus. 77. diſt. & gl. in cle. generalem. de ætate & qualit. ¶ Si dicitur in 20. anno, &c. iſto caſu ſufficit inchoaſſe. Quid ſi dicatur, tibi unnorum 18? Oportet, ꝙ ſint completi, gl. eſt in cle. ſi. de æta & quali. in uerbo, decem & octo. Quid, ſi dicatur, Tali, cum, peruenerit in 19. annum? Dic, ꝙ ſufficit, ꝙ incœperit. Sed quid ſi dicatur, Cùm peruenerit ad annum 18? Dic, quòd tunc debet impleuiſſe: quia dictio, Ad [a], denotat extrinſecam qualitatem. Ita Bar. in l. nec putabam. ff. de cõdi. & demonſt. & Abba. in d. cle. ſi. De iſta differentia ponit plene. Lud. in l. qui hoc anno. ff. de uer. ob. poſt Imo. ibi & Imo. in l. ſi cui legetur. ff. de leg. 3. cum concord. aliis. ¶ De ætate epiſcopi habes c. cum in cunctis. de elec. ubi requiritur, ꝙ perfecerit annum 30.

a *Dictio Ad] De hac dictione, Ad, uide Archi. cap. ſi gratioſe. de reſcript. in ſexto & 78. diſtinct. preſbyter.*

8 ¶ De † ætate inquiſitoris habes, ꝙ debet eſſet in anno 40. cle. uolens. de hær. ¶ De ætate ordinandorũ, eſt tex. in cle. ſi. de æta. & qualit. ¶ De ætate in aliis inferiorib. dignitatibus dic, ꝙ debent eſſe 25. ann. c. cum in cunctis. & uide tex. in c. j. de æta. & qua. in 6.

9 ¶ De † ætate abbatiſſæ, dic, ꝙ eſt trigeſimus annus, ca. indemnitatibus, de elect. in 6. ¶ De ætate canonici, dic, ꝙ debet compleuiſſe 14. annum c. ſuper inordinata. de præb.

10 ¶ An † & quando pueri ſint capaces beneficiorum, uide Dom. in c. de his. 28. diſt. Et ibi dicit inter cætera, ꝙ in beneficio non curato ſufficit, ꝙ expleuerit ſeptimum. ¶ De ætate aduocati, ꝙ debet compleſſe 17. annum [b], per tex. in l. j. §. pueritia. ff. de poſtu. Et ibi Bart. dicit unum, quod eſt ad limitationem huius decretalis, ſcilicet, ꝙ doctor ante uigeſimum annum poteſt eſſe iudex in cauſa ſcholarium, iuxta auth. habita. C. ne fi. pro patre.

11 ¶ De † ætate doctoris omnis ætas ſufficit data ſufficientia. Ita Car. in prologo Decretalium. Tamen alibi dicit, ꝙ debet exceſſiſſe ſaltem 17. annum uidelicet in cle. 2. de magiſt. ¶ Vltimò de ætatibus hominum [c] eſt gl. in proœ. 6. in uerbo, perfectis. & ponit Ioa. And. in c. literas. ſuper uerbo, compleuiſſe. de deſpon. imp. & Arch. in c. j. de cleri. ægro. in 6. & plene Ioa. de Ana. in rub. de delic. puer. ubi uide.

b *17. ann.] Adde Bal. dicentẽ in l. i. C. qui & aduer. quos ꝙ minor poteſt eſſe aduocatus in cã propria, et non reſtituit ur aduerſus omiſſas allegationes.*

c *Hominũ] Quotuplex autẽ ſit ætas hominũ, uide Flor. in l. muliſ. ff. de teſti. et gl. in l. hæreditatum. ff. ad l. Fal. et Aul. Gel. lib. 9. c. 28.*

SVMMARIVM.

1 *Delegatus & arbiter in quo conueniant, uel differant.*

CAPITVLVM XLII.

VNO DELEGATORVM. ¶ Tempus pluriũ, arbitrorum, uel delegatorum ſimpliciter datorum, expirat per mortem unius.

1 ¶ In † quibus æquiparatur arbiter & delegatus, hæc eſt una ſimilitudo. Eſt alia ſimilis, quia delegatus non cognoſcit, niſi de expreſſis in reſcripto, capitulo cum olim. el 3. ſuprà eodem. Ita nec arbiter, l. non diſtinguemus. §. de officio. ff. de arb. Item delegatus non poteſt facere præceptum in confeſſum, de quo præcepto ponitur in l. ſi debitori. ff. de iudic. per text. in l. ſi reus paratus. ff. de procura. Vidimus in capitulo quærenti. ſuprà eodem. Ita nec arbiter facit præceptum in confeſſum. Ita Bal. in l. cos. C. de execu. rei. indi. Allegat iſtum text. ¶ Differunt tamen in pluribus. Primò, coram delegato habet locum reconuentio, capitulo primò, de muta. peti. ſecus coram arbitro, capitul. cum dilectus. de arbi. de quo per Abb. in dicto capitulo primo, in primo notabili. ¶ Item arbiter non poteſt ferre ſententiam, niſi partibus præſentibus, l. diẽ proferre. §. ſi quis ex litigatoribus. ff. de arbi. ſecus in delegato, capitul. conſultationibus ſupra eodem. ¶ Item delegatus, non cogit partes, ut perſonaliter ueniant, capitulo primo, de iudic. in 6. ſecus in arbitro, dicta. l. non diſtinguemus. §. ſi domini. ¶ Item differunt in c. ſi. de arbi. in 6. ¶ Itẽ per ſententiam arbitri non inducitur conſuetudo, ſecus in ſententia delegati. Ita Bal. in c. 1. de feu. cog. ¶ Item compromiſſũ non finitur triennio Bal. in c. ſi autem de reſcri. ſecus eſt in delegato, l. ꝓperandũ. C. de iudi. Et hoc de iure ciuili. De iſta ultima differentia dic, ut per Car. in cle. quamdiu. in 3. q. de app. & per Abb. in cap. cum dilectus. in ſi. de arbi. & Lud. in l. ſi quis arbitratu. ff. de uerborum oblig. Dicas tamen, quòd regulariter æquiparantur arbitri & delegati, ut per Abb. in capitu. tranſlato. de conſti. ¶ Et not. quòd requiritur, quòd allegans ſimilitudinem inter iſtos, alleget in caſu occurrenti, & eam oſtendat, ut per Abb. in ſimili, in dict. capitu. tranſlato. ¶ Iura canonica, quæ loquuntur de arbitris, habent locum, & in arbitratoribus. Ita hic Ioan. Andr. ſingulariter. ¶ Limita iſtum text. primò, niſi reſcriptum habeat clauſulam, Quod ſi non omnes: idem, Quòd ſi ambo, & cæ. Gloſ. eſt hic, ad quod uide Archi. in capitu. ſi. 65. diſt. ubi dicit, quòd quando eſt iſta clauſula, Quod iſti, & cæ. ſi collega rogatus, ut ueniat, uel committat, uel ſe excuſet, & non facit, alij procedere poſſunt: & ita dicit, ſeruare curiam Romanam, remittens ad notata ad capitu. cum cauſam. ſupra eod. ¶ Secundò limita, niſi unus committeret uices alteri, qui cœpiſſet uti ante mortem committentis: gloſſ. eſt hic, & text. in capitu. cum plures. eod. titu. in 6. ¶ Tertiò limita, niſi eſſet datus collega ſub nomine dignitatis, capit. quoniam abbas. ĩ. eo.

SVMMARIVM.

1 *Actus geminatus quid importet.*
2 *Verba denotantia propriam perſonam, non uerificantur in actu per alium expedito.*
3 *Perſonaliter, uel Per teipſum, uel Manibus proprijs, an hæc uerba ſemper importent electam induſtriam perſonæ.*
4 *Item an ſola magnitudo cauſæ faciat uideri electam eſſe induſtriã perſonæ.*
5 *Induſtria perſonæ quando eſt electa, an quis poſſit expedire actum per ſilium.*
6 *Miniſterium nudum expedire debens, an poſſit expedire per alium.*
7 *Procurator generalis ad negotia, poteſt ſubſtituere etiam in præiudicium domini. Quæ tamen regula patitur ſeptem limitationes, ut nu. 8. uſque ad finem capit.*
9 *Procurator ad negotium ſpeciale, non poteſt ſubſtituere, quia uidetur electa induſtria perſonæ.*

CAPITVLVM XLIII.

QVONIAM. ¶ Delegatus Papæ ſubdelegare poteſt, licet datus ſit ex officio, uel cum clauſula præelectionis, uidelicet, quòd ſi non omnes, tu cum alio exequaris. H. D. uſque ad §. is autem.

1 ¶ Quid importet actus geminatus [d], uide Ludo. uic. in l. ſi uerò. §. de uiro. ff. ſolut. matrim. in 31. fallent. de quo plura aliàs dicam. Sed nunc not. primò, quòd domi. de Ro. deciſi. 958. de præben. 31. in antiquis, dicunt, quòd † reſeruatio Papæ geminata, operatur multa, præſertim quòd reuocata prima reſeruatione, non eſt reuocata ſecunda. ¶ Secundò not. quòd Bald. in tractat. ſchiſma. quem ponit in rubric. C. ſi quis ali. teſta. prohi. dicit, quòd contra actum geminatum nunquam poteſt opponi de inconſideratione, uel inaduertentia: quia præſumitur deliberatio. Tertiò facit gloſſ. ſingu. in capitu. ex literis. in uerſicu. admonita. in fin. de diuor. quæ dicit, quòd confeſſio deliberata eſt irreuocabilis. Tamen communiter illa gloſſ. reprobatur per rationem Ioan. And. in capitu. fin. de iureiur. in 6. quia ſequeretur, quòd confeſſio iudicialis nunquam reuocare poſſet, quia in iudicio dantur dilationes ad deliberandum. Item uide Pau. de Caſt. conſi. 82. incip. Quòd præfata ſententia. ad fin. ubi dixit, ꝙ confeſſio extraiudicialis geminata, nocet [e]. Item uide Bal. in l. nec damnoſa. C. de praci. imp. offe. & in extra uagan. de pace Conſtant. in uer. priuilegia. ubi dicit, ꝙ uerbum futuri temporis

d *Geminatus] Ad quod adde, quæ ꝑ Authorem habentur in c. ſi quando, ſupra de reſcr. in uerſi. geminatio reſcripti. & quod ibi in apoſ. dixi, et adde Bal. in trac. De ſchiſma. & tex. in l. talis ſcriptura. et ibi Ang. de leg. i.*

e *Nocet] Adde, quæ habẽtur per Authorem in c. olim, ĩ. de reſcr. &*

quod ibi dixi in apoſt. Et adde, ꝙ confeſſio geminata operatur, quod non poſſit opponi excep.non.nu.pe. ut per do.Soc.cõſ. 67.inci. Circa primam q. uer.circa aliam q.circa.ſi.i i.parte,char.113. quod no.

geminatum, importat nullitatem ipſo iure, ſecus ſi ſimplex, & uide glo.in uer.iunodetur.in c.quicunque.de hære.in 6. & glo.in uer.omnia & ſingula.in c.ut circa. de elec. in 6.;quæ dicit, ꝙ ubi ponuntur talia uerba, non ſufficit ſimpliciter narrare factum, ſed etiam qualitates omnes ipſius facti.¶ Et uirtutes prædictas intelligc habere locum in actis, quæ fiunt ꝑ interuallum temporis,ſecus, ſi uno & eodẽ contextu, ut in tibus allegatis per Mode. hic. Pro quibus uide gl.in c.ab eo.in uer. inſtanter.de app.in 6.quæ dicit, ꝙ dicens Appello, dicitur ſemel appellaſſe, & nõ ſæpius.Ad idem gl. in c.Lotharius.31.q.1.Facit conſilium Bar.106.inci.in quæſtione uertente inter do.Nic.ubi dicit, ꝙ dicens multa uerba iniurioſa uno momento, unam tãtum iniuriam intulit. Facit tex.in l.qui bis.ff.de uerb.oblig.ubi qui bis promittit non tenetur, niſi ſemel, & in l.plane. §.ſi eandem.ff.de leg.j. ubi idem legatum ſæpius eodem teſtamento factum, unum legatum eſt.Ex quibus nõ uidetur illud dictum Bal.de quo hic Abba.procedere, & ipſum reprobat Car & Imo.non per prædicta,-ſed quia nunquam electa eſt induſtria perſonæ,niſi in caſibus a iure expreſſis, & dicunt ipſi duo, ꝙ hoc ratiõ occurreret, ſimiliter dictum Bald.de uerbo futuri temporis, non uidetur procedere.¶ Hanc limitationem intellige ſanè niſi uno contextu ponerẽtur plures actus cum interuallo tẽporis, quia tunc dicentur plures propter gl.in c. conſtitutionem. de ſen. exc.in 6.Circa quã uide ſemper do.Car.in cle. j.in prin.in 8.q.de uita & hone.cle.

§ Is AVTEM ¶ Is, cui committitur, ut negocium perſonaliter exequatur, alteri ſubdelegare non poteſt, niſi de partium conſenſu. Fallit in caſibus hic expreſſis, uel in ſimilibus,ſecundum do.Abb.hic uſque ad §.cæterum. ¶ Nota.ꝙ

a † uerba denotantia propriam perſonam, non uerificantur in actu per alium expedito,quod facit ad gl.in cle.j. de uita & ho.cleri. de qua hic Abb. Quam gl.ut dicunt hic Mod.facit ſingularem do.Car. in cle.j. de iureiur.uerſi.uigeſimoprimo noto.Et ſubdunt aliud,quòd ubi dicitur, Manibus proprijs ꝙ non poteſt fieri, per alium. Item allegant tex.in c.cupientes.de elect.in 6.in uerbo, perſonaliter compareas.& in c.ſi. in eo.uerb.de accuſ.& rea. in l.ſeruus ſi hære.ff.de ſta.lib.in uer.perſonæ.cui demonſtretur, adhæret.& Bal.in l.j.§.ne autem.C.de cad.tol.ubi dicit, quòd ſi teſtator mandauit alicui ut perſonaliter uiſitet monaſterium, ꝙ non poterit fieri per alium,& Bar.in l.per hãc.C.de erog.mi.ann.lib.12.in uerb. manu propria.ubi dicit, ꝙ ſtipendiarij debent capere ſalarium manu propria. Et idem dicit de doctoribus,per tex. in §.in criminali.5.q.3.ubi uerbum Faciat perſonaliter,importat, quòd non per alium.Allegant etiã c.periculoſæ.de pœn. diſt.j.ubi uerbum Manibus,denotat actum perſonalem. & allegant tex.in l.probatorias.C.de diuer.offi.lib.10.& in d. cle.j.de iureiur.in uer.per manus noſtras. Item allegãt Bal. in c.j.§.ſi quis.de pace iura. firman. ubi uindicta permiſſa in ſtatuto,non poteſt per alium expediri, & allegant Io.An. in c.ſicut dignum de homicid. ubi ſtatutum puniens occidentem proprijs manibus,non habet locum in eo, qui occidit per alium, Allegant etiam tex.in l.nulli.C.de epiſco.& cler.in uer.pro ſua conſcientia & allegant gl.in l.ſi cui.ff.de arbi.glo.in l.ſingulos.ff.de teſta.ubi qui tenetur ſigillare ꝓprio ſigillo, non poteſt alieno.Allegant & Bal.in rubr.ff. de iniciurand. ubi dicit, quod teſtis nõ poteſt iurare per alium. Tex.in c.licet ex quadam.de teſti.& ibi dicit Anto.de But. Item allegant text.in l.ſæpe.ff.de offi.proconſ.ubi dicunt, quòd uerſi.ipſe, denotat actum perſonalem. Pro quo facit text.in capit.coram.ſupra eod.in uer.tu ipſe.¶ Vltimò allegant Dom.in cap.ſecundo,de teſta.in 6.ubi dicit,quòd executor teſtamenti, habens diſtribuere ſecundum ſuam conſcientiam,non poteſt alteri committere. Ad idem allegant Oldr.conſi.96.& Bal.in l.nulli.C.de epiſc.& cler.in uerſic. qui pro ſua conſcientia. Vltra ipſos allegabitis Dom.plenè in capitul.ut circa.§.penul.de elect.in 6. Et hoc propter gl. ibi in uerb.proprium iuramentum.Item gl.ſecunda in capitul.fin.de dilatio Per quæ infert ibi Abb. quod ubi requiritur præſentia alicuius, non poteſt actus fieri per procuratorem.Item text.in l.fi.ff.de execu.tut.& ibi Bal.per illum text. in uer.dummodo per ſe exerceat. Item text.in capitul.licet. de deci.ubi priuilegium datum facientibus actum proprijs manibus,non habet locum in his,qui faciunt per alios. Et ibi dom.Abb.in notabilibus facit illum text.ſingul. ¶ Item Bal.in c.quamuis.ẽ.eo.ubi dicit ꝙ ſi ex quatuor conſulibus debent,intereſſe tres ad conſulendum & pronunciandum, illi tres non poſſunt alios ſubſtituere. ¶ Declara primò,ꝙ uerba denotantia actum perſonæ, reducuntur ad aliam perſonam, quando materia, in qua proferuntur,eſt prohibitiua perſonæ,ad quam diriguntur. Tex.eſt cum glo.in uer.cæterum.in c.cum epiſcopus.de offi.ord.in 6.& ibi Domi.in pen. col.¶ Secundò declara,quòd ubi dicitur Manibus, & nõ dicitur Proprijs , non uidetur denotari propria perſona. Ita probatur in c. ſi quis ſuadente. 17.quæſti.4.iuncto cap.mulieris de ſentent.excommu. in 6.in quo non eſt uerbum noui iuris promulgatorij, &c.¶ Tertiò declara in actu, qui eſt in poteſtate principis non præiudiciali , quia tunc uerbum Manibus proprijs, non habet effectum, de quo ſupra, ſecundum Card.in clem.prima,de iureiur.per illum tex.in quantum dicit , Imperatorem coronari manibus proprijs, quæ declaratio pendet ab his, quæ dicam. ¶ Vtrum partes poſſint renunciare formæ? Primò opponitur de text.in l.ſeruus ſi hæredi.ff.de ſtatuliber. iuncto dicto Bald.in capitulo primò,§.ſi quis.de pace iura.firman.ubi dicit, quòd ſtatutum permittens uindictam, non habet locum in expediente per alium, ecce, quod uerba denotantia perſonam in fauorem partis, non poſſunt per alium expediri. Ergo, & cæt.¶ Primò dicunt Moder.quòd iſtud dictum eſt dubium. Item reſpondent , quòd illud eſt pœnale, & contra ius commune. Vel dic, ut dixi in capit.quæ in eccleſiarum,de conſti.in primis chartis, in uer.nonus caſus. quòd illud dictum Bald. non procedit ex eo, quòd l. fouent uindictam, ſed quia excuſat illum , qui facit uindictam, quia non poteſt temperare iuſtum dolorem , quæ ratio ceſſat in expediente per alium.

¶ Secundò opponitur de dicto Bal.in l.j. C.qui admit. ubi dicit, quòd in ſtatuto prohibente mulierem contrahere ſine conſenſu propinquorũ, non ſufficit ratificatio, quia a forma ſtatuti non poteſt mulier recedere, ecce, quòd iſta forma eſt data in fauorem partis,& tamen ab ea, non poteſt recedere. Dicunt Moder. quòd illud dictum Bald. non eſt in fauorem partium, ſed in fauorem reipublicæ, quia intereſt, ne quis male tractaretur. Vel reſponde, ꝙ non ualet renunciatio ſtatuti,quia qua facilitate ac facultate induceretur ad cõtrahendum malè, eadem ad renunciandum.¶ Tertiò opponitur de dicto Bal.in auth. iubemus.C.de iudi.ubi dicit, ꝙ ubi eſt data forma, conſenſus partium,nihil operatur. Reſpõdent, ꝙ debet intelligi niſi forma ſit data in fauorem partis. ¶ Quartò opponitur de una gl. in l.a diuo Pio.ff.de re iu. quæ dicit, ꝙ ubi actus eſt nullus ipſo iure, conſenſus partium nihil operatur, dic. ut ſtatim dicetur.¶ Adde, ꝙ iſte text. fallit in forma data in literis ad beneficia fauore impetrantis,quia illi renunciari non poteſt , per text.in c.cui.de non.de præb.in 6.¶ Secundò limita, niſi eſſet clauſula decreti,quia tunc non poteſt recedi ab iſta forma, etiamſi ſit,in fauorem partis,glo.in c.dilecto.in uer.in clauſula.de præb.cũ his,quæ dixi in c.cum acceſſiſſent.in prin.in uerſi.tertia declaratio.Et ſic intelligitur gloſ.in d.l.a diuo Pio.quæ loquitur, ubi clauſula eſt decreti, & ideo renunciari non poteſt.

¶ Vltimò no. quòd ubi Papa tacitè, uel expreſſe elegit induſtriam perſonæ, non poteſt alteri ſubdelegari. Hodie eſt tex. in c.is,cui.de offi.deleg.lib.6.& tex.hic notabilis.¶ Vtrum per iſta uerba, conſcientiam tuam oneramus,is, cui diriguntur, ſubdelegare poſſit[a]? Abb.ponit, & ad hoc Mod.allegãt Io.An.& omnes in c.2. de teſta.in 6.ubi dicit, ꝙ uerbum Conſciẽtiæ tuæ, impedit ſubſtitutionem.Secundò Bal.in l.nulli.C.de epiſ.& cle.ubi tenet idẽ.Tamen dicunt, ꝙ pro do.Abb.eſt deciſio Ang.in auth.ad hæc.C.de iud.ubi refert Ang.fuiſſe expertum in facto id,quod dicit do.Abb.Primò mouetur Ange,quia expreſſio eorum quæ tacitè inſunt, nihil operatur,l.j.ff.de leg.j.Sed omnino intelligebatur,ꝙ deberet facere ſm conſciẽtiã. Ergo,&c. Secundò eſt caſus in cle.exiui.de uer.ſig.ubi Papa onerat conſcientias. Multa tamen delegari poſſunt. Et cum hoc

a *Poſſit] Adde Io. de Por. in l.q liberis.§.hac uerba. de uulg. & pup. & do. Alex. de Imol. in l. more.de iuriſdi. om. iu.ꝑ Lud.in ſing. uer.quæro.uerſic.quæro, utrum.*

hoc tranſeunt Moderni. ¶ Primò, ꝙ per uerba iſta Conſcientiam tuā oneramus, non ſit electa induſtria perſonæ, tenet ipſe Ab. in c. cum in ueteri. de elec. in prin. Et ibi etiam dicit ita conſuluiſſe, & ꝙ poteſt ſubdelegari. ¶ Secūdò uide Pe. de Anc. in cle. j. in 15. notabili, de ſu. comp. ubi tenet idē, quod Abb. hic. ¶ Tertiò allego Ro. deciſ. 441. incip. Fuit dubitatū, utrum executor. in nouis, ubi latiſſimè diſputant iſtum paſſum, & dicunt fuiſſe pronunciatum, ꝙ ſic: licet Collector dicat ſe & plurimos tenuiſſe contrarium. ¶ Contra do. Abb. ꝙ imo denotet electam induſtriam perſonæ, facit deciſio præallegata in fi. Secundò uide Bal. in c. ſi pro debilitate. ē. eo. in ſecundo commento, ubi dicit, ꝙ non poteſt ſubdelegare, & Bal. in l. & in epiſtola. C. de fideic. prope fi. ubi dicit, ꝙ executor datus ſuper conſcientiam, non poteſt delegare. Item Domi. in c. 2. in §. ſanè. in uerſi. uot. incidenter. de teſta. in 6. & Bal. in d. l. nulli. Idem tenet Imo. hic, dicens de clauſula, De tua prudentia, uel circunſpectione, plenius confidentes, & allegat Inn. hic, & dicit eius dictum eſſe diligenter notandū quia ſæpiſſimè iſta uerba apponuntur in literis. Et tu perpetuò not. quia poteris infringere mille ſubdelegationes. Pro hoc facit gl. in l. ſi conti. ff. de arbi. quæ dicit, ꝙ motus animi non poteſt alteri committi. Facit dictum Bal. in l. cum magiſtratus. C. qñ prouo. nō eſt ne. ubi dicit, ꝙ arbitri, tutores, executores, non poſſunt animi ſui motus alteri committere. Vltimò contra Abb. facit dictum Arch. & Io. And. in c. unico, ne ſede uac. Alb. in 2. parte ſtatutorum, q. 101. ubi dicit, ꝙ is, cum cuius conſilio habet aliquid expediri pro me, nō poteſt ipſum ſubdelegare: quod not. & ſic eodem mō cum conſcientia. Dic tu circa hæc, ꝙ aliquando in commiſſione alicuius dicitur, Super quo conſcientiam tuam oneramus, adijciendo hoc in uim executionis, uel monitionis, & in iſto caſu procedat opi. do. Abb. & Dom. de Ro. Ratio, quia uidetur potius appoſita ad tenorem delegationis, & ſic in uim monitionis. Facit text. in clem. 2. de præb. Aliquando uerò non apponitur dicta clauſula, ſed dicitur Decidas ſecundum conſcientiam: & tunc habent locum rationes & authoritates contrariæ, quia non poteſt dici, ꝙ hoc ſit in uim tenoris ſed, in uim executionis, niſi ſubdelegaret dando formam, dicendo, Decidas ſic & ſic, & ita limitatur iſte ſecundus caſus, ut uidimus in c. ſi pro debilitate. ē. eo. & pro hoc adduco dictum Bald. in rubr. C. de exerc. ubi dicit, ꝙ prohibitus ſubſtituere, poteſt per nuncium explicare. ¶ Verum
3 † hoc uerbū perſonaliter, uel Per reipſum, uel Manibus proprijs, importet ſemper electam induſtriam perſonæ? Dicūt hic Mod. ꝙ in negotio paruo non uidetur electa induſtria perſonæ. Ita Inn. hic. Et pro hoc allegant gl. in authen. minoris debitor. C. qui da. tut. poſ. ubi ſtatutum loquens in debitore, non habet locum in debitore paruo. Item allegant l. ſenatus. §. Marcellus. ff. de leg. j. ubi l. prohibens emere domum, non habet locum in domuncula. Item allegant Bald. in l. 2. C. de ædili. act. ubi dicit, ꝙ ſtatutum loquens in uulnere, non habet locum in uulnuſculo. Tamen iſtis non obſtātibus tenent opin. Ab. uidelicet ꝙ in materia etiam parui præiudicij, uidetur electa induſtria perſonæ, quia alias hoc uerbum nihil importaret. ¶ Tu adde primò contra do. Ab. pro Inn. tex. in clementi. 1. de iure iur. & ibi Card. in 21. notabili. Tamen hoc non obſtante, teneo cum Ab. & pro hoc allego Bal. & Imo. in l. j. ff. de lib. & poſthum. ubi dicunt, ꝙ ubi aliquid eſt datum pro forma etiamſi uideatur modicæ ſolennitatis, eſt omnino ſeruandum, & non habet locum regula dicenz, ꝙ de modico non eſt curandum. ¶ Adde etiam do. Abb. conſi. 96. in pen. col. ubi dicit, ꝙ leuis ſolennitas aliquando eſt omnino neceſſaria, ut ſatisfiat iuri. ¶ Item adde Ant. in c. Piſanis ac Lucanis. de teſtit. ſpo. ubi dicit, ꝙ ommiſſio formæ in minima parte proceſſus, uitiat proceſſum. Adde etiā Ange. in l. hac conſultiſſima. C. qui teſta. facere poſſ. ubi dicit, ꝙ ſi ſtatutum in certo caſu requirit cōſilium ſapientis, dicit, ꝙ hoc debet requiri in caſu claro. Ad cle. 1. de iureiur. reſponde, quòd ibi non fuit commiſſum ſuperioris, in quo lateret aliquid intrinſecum, prout conſiderat hic Abbas, iden ipſemet ſtatuens potuit a-
4 ctum intrepide committere. ¶ Vtrū † an tē ſola magnitudo cauſæ faciat uideri electam induſtriam perſonæ? & ſic impediat ſubdelegationem? Mod. tenet hic pro indubitato opinio. Inn. ꝙ ſic. Mouentur, propter arduitatem rei receditur a regulis iuris communis, ſi receditur, ergo ab illa regula, ꝙ delegatus a principe ſubdelegat receditur propter materiam arduā. Item hoc probant per tex. in c. per uenerabilem §. rationibus. qui fil. ſint leg. ubi in rebus arduis Papa nihil facere poteſt ſine cōſenſu Cardinalium.* Item allegant Inn. in c. 1. de procura. ubi dicit, ꝙ in arduis ſolus prælatus non poteſt conſtituere procuratorem ſine conſenſu capituli. Itē allegant Hoſt. in c. literas. de reſt. ſpo. ubi dixit, ꝙ conſuetudo in arduis non dat iuriſdictionem, licet aliàs ſecus, per c. cum contingat. de ſo. comp. Item allegant Bal. in l. j. §. j. ff. de magiſt. conuen. ubi dicit, ꝙ in arduis, quæ fiunt a capitulo, debent exprimi nomina ſingulorum. Idem tenet Spe. in tit. de ſyndi. §. 1. uer. item ꝙ nullæ. Itē allegant Inn. in c. edoceri. de reg. ubi dixit, ꝙ in rebus arduis epiſcopus nihil poteſt, niſi cum capitulo. Item allegant Inn. in c. cauſam, quæ. de reg. ubi dixit, nō poteſt conuentus in bonis menſæ ſuæ conſtituere procuratorem ſine abbate & eius conſenſu. Allegant etiam Abb. in c. at ſi clerici. de iud. §. de adulterijs. ubi dixit, ꝙ in rebus arduis non ualet diſpenſatio epiſcopi ſine conſenſu capituli ſui. Item allegant Inno. in c. 2. de nou. ope. nun. ubi in arduis uocantur canonici, & Bal. in l. iudices. C. de iud. ubi notatur in arduis nō poteſt ſcribere propriam commiſſionem, & in l. nulli. C. de iud. & hic, ubi dicit, ꝙ materia ardua non tranſit in ſucceſſorē, etiam nominata dignitate. Item allegat tex. in l. fiſtulas. §. frumenta. ff. de contrahen. empt. ubi dicit, aſſumens in ſe caſus fortuitos non intelligitur de arduis inſolitis.* ¶ Contrarium tamen tenens per l. j. §. ſi autem. uer. ſi nō talis. C. de cad. tol. ibi, uerborum conceptio & facti natura. Pro opi. Abb. hic adde eundem in c. quoniam abbas. ē. eod. & text. in c. uenerabili. ē. eo. iuncto c. 1. de cle. ægro. in 6. & c. maiores. de baptiſ. & c. nulli. 19. diſtinct. Tamen de iure ciuili ſuſtineri poſſet opin. Inn. per id, quod ſcribit Bar. in l. j.[a] ff. de off. eius, cui mand. eſt iuriſ. & Cyn. in l. j. in 2. q. C. qui pro ſua iuriſ. & Bal. in l. nec quicquam. §. ubi decretum. ff. de off. proconſ. & Ioan. And. in Specu. in tit. de iud. deleg. §. ſi. uer. idemque eſt delegatus. ubi dicunt, ꝙ ideo cauſæ meri & mixti imperij de iure ciuili non poſſunt delegari, quia in eis propter magnitudinem cauſæ, & rei uidetur electa induſtria perſonæ iudicis, & ſic eſt impedita ſubdelegatio, per textum tex. & per l. 1. ff. de offi. præfect. prætor. ibi, pondus rei. & ibi Bal. ſequitur expreſſè Inn. hic. ¶ Sed quia de iure canonico dictæ cauſæ delegari, & ſubdelegari poſſunt, c. quod ſedem de off. ordin. ideo ratio Legiſtarum nō urget apud nos, prout ſentit Ioan. And. in loco præallegato. ¶ Fallit in reſeruatis principi in ſignū ſpecialis priuilegij, quia etiam a delegato Papæ de iure canonico delegari non poſſunt

* *Cardinalium*] *Adde Bal. in l. cū multa. C. de bon. quæ lib. & eſt dictum Ioan. mon. in cap. ſuper eo. de hæret. in 6. & tenet Car. in repet. c. perpēdimus. col. 6. de ſent. excom. And. Sic. in trac. Card. in 3. q. 1. p. prin. & in conſ. 2. ex facto, car. 2. et §. par. 1. Adde tamen quod communis* opinio eſt in contrarium, ut dicit Dom. in d. c. ſuper eo. per c. contra per mandum. 9. q. 3. ubi. abſque ulla ſinodo, ut Papa liberam habet poteſt atem. cle. 2. ut lit. pend. c. 2. de præben. in 6. c. ſignificaſti. in fin. de elec. ergo alios non tenetur requirere gl. in cle. dudū. in uer. libere. de ſepul. glo. in c. fundamenta. §. decet in uer. contigat. de elec. in 6. et hoc cōmuniter teneri dicit Ioa. de An. in c. firmiſſime, de hær. et hæc no.*

* *Inſolitis*] *Ad de quod uera eſt opinio cōmunis* cū Barto. in l. ſed & ſi quis. §. quæſitū. ſi quis caut. alibi Bart. in l. Sato. §. medico. de an. lega. Bald. in l. ſalſus. col. pen. & ſi. cer. mod. C. de fur. Bal. & Sal. in l. licet C. locati. Ange. conſ. 176. prætermittendū eſt. ſub nu. 2. uerſ. ſi quis ergo. Ant. de But. & ibi Ab. in c. 1. de con. Alex. cōſi. 28. uiſis col. 4. cōſi. 107. Fel. conſi. 193. incip. factū ſuper quo. Adde tamen Bald. contrarium tenentem in d. §. quæſitum, col. pen. quem ſequuntur Ang. Fel. & Roma. ibi iſta quæſtio eſt longa & ardua, & eam alibi tractam, ideo ommitto hic, hoc unum tamen dicam, quod cum iſta qualitas caſuum inſolitorum conſideretur ſecundum diuerſitatem & opinionem hominū, ideo in hoc attēdi debet mens contrahentium ex cōiecturis quæ reſultare ſolent ex uerbis pacti apponi ſolitis, quando talia ſint quod ſit locus coniecturis ſecus quando ſint expreſſo concepta.*

a *In l. 1.*] *Et ibi dem omnino uide do. Alex. de Imol. in l. iubere. de iuriſdict. om. iud.*

nit Ray.in Summa ſua in tit.de ſponſ.§.in ſumma ¶ Ubi uerò offenſa eſt dubia, ſufficit cautio de ſatisfaciendo poſt abſolutionem, d.c.ex parte in Chriſto.de uer.ſigo. ¶ Fallit primò, ubi iniuria facta eſt eccleſiæ: quia præcedere debet ſatisfactio, glo.eſt ſing.in c.accuſatio. 2.q.7.ubi ſpeciale eſt in eccleſia, ut pro eccleſia prius ſatisfaciat, & neceſſariò intelligitur de dubia, quia ſi intelligeretur de publica & manifeſta, nõ eſſet ſpeciale, & ratio quia pro eccleſia præſumitur aſſerente ſe iniuriatam, dato etiam, quod ſit dubium, conſidera, quia fortè iſtud eſt contra d.c.ex parte.ubi Papa loquitur de capitulo Carnotenſi prætendente uiolationem priuilegiorum eccleſiæ, & ſic credo, quod iſta fal.non ſuſtinetur. ¶ Secundò declara, quod ſi excõmunicatio eſt lata ad inſtantiam partis, tunc debet eſſe cautio fideiuſſoria, uel pignoratitia etiam hic in offenſa dubia, glo.in uer.cautione.in c.qua fronte.de ap. & ibi Ab.in fi. ¶ Gl.in uer.utriuſque partis. Dicunt hic Mode.

6 quod Bar.in l.2.§.fi.ff.ſi cer.pe.dicit, quod † tũc demum fit concordia, quando teſtes ſunt pares * allegando glo.hic, & dicunt, quod eſt alia ſimilis in c.in noſtra.de teſti.Et iſtam 8 allegat Bald. in j. conſti.C.§.quibus. Sed dicunt ipſi, quod iſta gl.eſt falſa, quia hoc habet locum, etiamſi teſtes ſint diſpares numero, & c. quia c. cũ tu.loquitur indiſtinctè. Item ratio euitandi periurij, de qua ibi in illo tex.ita uiget, quando teſtes partium ſunt inæquales, ſicut quando ſunt æquales, & c. Et ita reſidẽt Mod.hic. Opi. tamen gl.hic tenet Pau.de Caſt. in d.l.2. §.creditum. Et iſtam gloſſ. etiam ſequitur Floria.de ſancto Pe.in l.cum de ætate. ff. de proba.& Bart.in l.Gallus §.ille caſus. ff.de lib.& poſth. Tamen contra gl. communiter * tenetur. Et quod dicunt Mod. uerum eſt, primò quia glo.uoluit contrariũ in c.in noſtra.de teſti.in glo.j & non eſt, ut dicunt Mod.ſimilis iſti, ſed omnino cõtraria iſti. Et illam glo. ſequitur ibi Ab. Et eſt alia gl.cõtra iſtam in §.ſi teſtes.4.q.3. Tertiò contra gloſſ. iſtam tenet hic Domi. Contra iſtam gloſſ. tenet & Imol. in l.inter ſtipulantem.§.j.ff.de uer.ob. Dicit tamen, quod fortè teneretur contrarium in practica propter authoritatem eius, & Inno. hic, & Abb. etiam reprobat iſtã gl. in d.c.cũ tu.de teſti. ¶ Itẽ nõ. quod c. cum tu. nõ habet locũ, quando eſt diſcordia inter dicta partiũ, & dicta teſtiũ, quia tunc nõ fit cõcordia. Ita Inn.hic, & hoc dictũ Inn. allegat Bal.in proœ.C.§.quibus.in j.col. Hoc dictum etiam allegat Flo.in d.l.de ætate. ff.de proba. Et ipſum allegat Bart. Pau.de Caſ.& Roma.in l.2.§. creditum.ff. ſi cer. pet. Hoc dictum allegant Ant.Ab. & Im. in c.cum tu. de teſti. & dicunt eſſe bonũ tex.in c. in præſentia. de proba. ubi pars dixerat, quẽ maiorem 14 annis, & tamen non fuit hoc dictum concordatum cum dicto teſtium, dicentium illum ſimpliciter maiorẽ ¶ Sed declara hoc eſſe uerum, ubi pars eſt confeſſa uno modò, & probationes ſunt factæ alio modo, ſed probatio tamen unius partis dubia, poteſt recipere lumen mediante confeſſione alterius. De hoc eſt tex.in cap.cum Ioannes.de fi. inſtr.& ibi hoc Ab.dicit, reaſſumpto ſpecialiter dicto Inn.hic, nam ubi nec teſtes cõtradicerent inſtrumento, Papa præſumpſiſſet multiplicitatem actus, niſi ex confeſſione partis unicus actus apparuiſſet, i. quod fuit ſolutus unus actus. ¶ Secundò declara, licet dicta partiũ non concordentur cum teſtibus, tamen ipſamet dicta partiũ apparentes repugnantia concordari poſſunt. Ita Bald.in l.j. ff ne quis eum. in aliquibus lect. prout ibi refert, & ſequitur Pau.de Caſ.ubi dicit, quidã in poſitionibus petebat liberari a petitione alicuius, quia petita non promiſi, & petitio-

* Sũt pares] *Adde ad hoc propoſitum quod quãdo teſtes ſunt hincinde pares ſtatur depoſitioni illorum pro quibus eſt aliqualis præſumptio gl. quam omnes not. ĩ l.ſi duo patroni ff.de iureiur. quã ſequitur Cap. in conſ.60 colu.4. Bald.in l.non hoc col.fi.C.un.legit. Et aduerte, quod ſi teſtes ſunt hincinde pares, & ſibi inuicem contradicunt, puniuntur omnes de falſo. &*

* *eſt communis* * *opinio ſecũdũ Arc. conſ.71.col.3.uer ſi.Eſt autem regula. ubi multa ad hoc allegat. et ui. Abb.poſt Ioa.An. in c.in noſtra.hoc tit. & Ioan. An. in ad.Spec.tit. de teſte.§.iam de interrogatorijs. in add. incipiente &c. Fed.de Senis cõſ. 163.Ant.de Butr. in c.cũ in.hoc tit. et Alex.conſ.42. p.4. niſi ab una parte. eſſent digniores. in tantũ quod prouocarunt iudicem ad deferẽdum iuramẽtum. Ioan.And. ubi ſ. Alex.in l.quod ſæpe.§.ſi.in ſi. ff. de contrah.empt. & in l.inter ſtipulãtem.§.1.de uerb. oblig.*

Et ita intellige. Et uide Bal.in c. j. §.porro.quæ fuit prima cauſa beneſi.amit. ubi dicit, ꝙ qui non poteſt ſoluere in termino, ucta eſt perinitus. Allegat Inn.hic, pro quo uidere omnes, in l.quod te, ff.ſi cert.pet. glo. & oẽs in c.ſicut.de iureiur.Bar.in l.continuus.§.cum ita.ff.de uer.obl.Lud.in l.ſi. ff.qui ſatiſ.cog.❡ Glo.in uerſi.nulla, &c.Dicta Abb.hic ſunt bene declarata:tamen ſuper iſto tex. faciat unam concluſio
5 nem, ſcilicet, quòd † poteſtas delegati prorogari non poteſt.ª Tex.eſt hic in ſi.❡ Limita primò niſi ſit reſcriptum non ad lites, quod extendatur ad certũ genus perſonarum in materia ad alios adaptabili, quia ad alios prorogari poteſt. Ita dixit Domi. ſuprà in ſa. lutat. Greg. mouetur ex gloſ.ibi in uer.ex commorantibus, iuncta ſuppletione Ioa. And.❡ Secundò limita, niſi cauſa quoquo modo tangat alias perſonas in reſcripto, non comprehenſas. Ita Abb.hic poſt Bal. in l.ſi qui ex conſenſu. C.de epiſ.audien. Adde Inno. & Abb.in ca.ueniens.el ².de teſti. ubi dicit, ꝙ tertius pro ſuo intereſſe poteſt proponere ius ſuum coram delegato. Iſtud dictũ allegat Rota in antiquis, deciſ.616.incip.Item ſi cauſa cõmittitur.& dicit hoc eſſe pulchrum dictum.❡ Tertiò limita iſtum tex.ut procedat, quo ad perſonas principales:ſecus, quo ad acceſſorias, putà fideiuſſores. Vnde ſi laicus dedit clericum fideiuſſorem coram delegato Papæ, talis clericus, licet ſit perſona extranea non contenta in reſcripto, uidetur tamen ſubijci iuriſdictioni iudicis delegati, & illius iuriſdictionem prorogare: quia Papa, quẽ delegatus repræſentat, eſt ordinarius omnium clericorum in omni diœceſi totius mundi.ſing eſt deciſio Cy.poſt Petr.in l.pen.ff.ſi quis in ius
6 uoc. ❡ Dubito tamen de hoc:quia ſequeretur, ꝙ † quilibet poſſet prorogare iuriſdictionem delegati Papæ, cõtra iſtum tex.Nec obſt.ꝙ repræſentet Papam, quia repræſentat ſolũ in illa cauſa, non in alijs, ut hic per doc. Nec obſt. ꝙ ueniant acceſſoriẽ quia modus cognoſcendi diuerſificabitur. Cogita tamen:quia notabile eſt. ❡ Quartò limita, niſi partes cõprehenſæ in reſcripto prorogent iuriſdictionem, conſentiendo in delegatum, cui delegans non potuit committere cauſam & tamen iuriſdictio delegantis potuiſſet prorogari, licet nõ fuerit prorogata: quia partes litigando coram ſuo delegato ita uidentur eius iuriſdictionem prorogare, ſicut potuiſſent prorogare iuriſdictionem delegantis. Ita Abb.conſ.61.inci. Saluatoris, eiuſque, &c.in j.uol. quia cum gerat per omnia uicem delegantis, uidetur eius iuriſdictio prorogari ❡ Quintò fallit, niſi eſſet perſona, quæ ſucceſſiſſet perſonæ comprehenſæ in reſcripto, c.j.de alie.iud. Facit tex.c.quia G.de iudic.& ꝙ habetur in c.ſignificauit.de reſcri. Tamen non eſt propriè prorogatio, ex quo ſucceſſor fingitur eadem perſona.❡ Sextò fallit in delegato ad uniuerſitatẽ cauſarũ. Ita gl. l.j.ff.de iud.de qua tamẽ gl.dubitat hic do. Ab.in j.col. Põt aũt prorogari iuriſdictio iudicis, de cuius tamẽ iuriſdictione dubitatur:ſecus, ſi non dubitatur, hoc eſt dictum Inn.in c.paſtoralis.in prin.de reſcr. Sequitur Ang.l.j.ff.de iudi. & plenius in l.ſi per errorem.ff.de iu.om.iu.❡ Si uerò Papa, uel Imperator reſeruant ſibi certam cognitionẽ, uel iuriſdictionem, partes, uelint nolint, erunt ſub eo, nec alterius iuriſdictionem poterunt prorogare. De hoc eſt dictum Inn.in c.inter dilectos.de exceſ.præla.& in ca. cum M.de conſt.& ponit Arch.in c.ubi, qui de reſcr.in 6. Bal.in c.j.§.præterea.lo ultimo, de prohi.feu.alie.per Fed. facit c.ut noſtrum.cũ ma
7 teria, de app.❡ Item no. ꝙ † in cauſa appellationis non habet locũ prorogatio, quia appellatio debet eſſe gradatim. Ideo nõ põt uentilari apud incompetentem. Ita Bal. in tr.de pace Cõſtã.in uer.ſm mores illius ciuitatis. Allegat auth.ad hæc.C. de iud. ❡ Si uerò partes litigant corã ordinario, tanquam corã delegato, & nulla eſt delegatio, quia facta ab incompetenti, non ualet proceſſus ca ui prorogationis. De hoc eſt deciſio Bald. l.j.C.qui pro ſua iur.& l.falſus.circa princ.uer.ad ſuriam, C.de furt.& Ludo.l.j.§. ſi quis ita de uerb.oblig.& ad gloſ.in capitul. prudentiam.in uer.canonicè ſupra eod. ❡ Si autem partes compromittunt in delegatos, non uidentur ut dubio renunciare reſcripto, imo utranque poteſtatem ampleci, & poteſt ſententia ex utraque parte ſuſtentari. Ita decis.Bal.in c.ſi inter partes.in prin.in ti.de l.Contra dt.per tex.in c.niſi eſſet.infra de præb.Et ꝙ quis poſſit procedere ex duplici authoritate, tenet Bal.in l.j.ad fi.C.de fur.
8 ❡ Iudex † uero, cuius iuriſdictio prorogatur, non exequitur ſuam ſententiam. Tex. & glo.& Bal.in l.epiſcopale. C.de epiſco.audi.& ponit Ludo.in l.j.ſi.& poſt operis. ff. de oper.no.nun.& latè Ioan.And.in tit.de compenſat. in addit.§.j. ſubdens, ꝙ ordinarius hoc poteſt ad mandatum iſtius.❡ A ſententia uerò epiſcopi, cuius iuriſdictionem laici prorogãt non appellatur. Text.eſt in d. l. epiſcopale. Quod uerum eſt in laicis, quibus imperator poteſt præiudicare, ſecus: eſt in clericis prorogantibus iuriſdictionem unius epiſcopi. Ita
9 Abb.in c.cauſam.de te ſad.in j. col. ❡ In † cauſa autem criminali mota per uiam inquiſitionis, non habet locum prorogatio. Ita Bal.hic, & in l.j.C.de ſicar.quia in prorogatione requiritur conſenſus utriuſque partis, ut in l.j.ᵇ ff.de iud.& Ioan.de Ana.in c.ad petitionẽ de accuſ. Sed in inquiſitione utraque pars non conſentit, quia iudex non eſt pars. Ergo, &c.❡ Contrarium tenet Frãci.de Are.c.j.in ult.char.de iudi.dicens, ꝙ ubi agitur de præiudicio duorum, requiritur eorum conſenſus:ſed quãdo tractatur de præiudicio unius, ſufficit eius conſenſus:l. Neſennius.ff.de neg.geſt.Pro quo Sal.in l.j.C.ubi de cri.agi.opor. ubi idem tenet, quia iudex obtinet uim reipub.Ergo partis. Idem ſentit in l.j.in 9.q. C.de iur.om.iud. Et adde, ꝙ etiam in accuſatione requiritur aliud,ſ.conſenſus iudicis, ubi fuit commiſſum delictum, ſecundum Pau.de Caſt.in d.l.j.C.ubi de cri.agi.opor. Quod puto uerum per id, quod dicit Abba. hic de intereſſe uindictæ, uel confiſcationis, quæ ubi nõ cõ
10 currerit, forte tenenda eſſet hæc opi. do. Abb. ❡ Minor † 25. annis ſine authoritate curatoris, etiam cum iuramento, nõ poteſt prorogare iuriſdictionẽ alterius iudicis, declinato ſuo quia non habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio, l.clarum.C.de autho.præſtan. Ita Aug.in l.j.ff.ſi quis in ius uocatus non ierit. can.dicens, ꝙ auth.ſacramenta. C. ſi aduer.uen.non habet locum in actibus, qui fiunt in iudicio. Ita Spe.in tit.de act. §.j.❡ Limita, niſi iſta prorogatio eſſet omnino utilis minori, ſecundum Bal.in l.j.C.de iuriſ. om.iu. quia teneret iudiciũ tunc per eum agitatum, per tex. in l.nõ eo minus. C.de procu. Et ibi Bal. ſubdit, ꝙ illa lex habet ẽt locum in pupillo. Allegat gl.in l.neq; tutores. C.de admi.tut.& dicit ſe ita cõſuluiſſe Ferrariæ in fauorẽ pupilli capulſi ex Bononia. ❡ Pro
11 curator † ex generali mandato non poteſt prorogare iuriſdictionem *. Ita omnes Doc.c.cum olim.el t.ſ.co. ❡ Primò no. tamen circa hoc, ꝙ ſufficeret mandatum generale cum libera. Secundò no. ꝙ ſi prorogat patiente domino ꝙ ualet prorogatio, ut in d.c.dictum fuit. ❡ Coram arbitro non poteſt fieri prorogatio. Ita Bal.in repe.l.ex compromiſſo.ff.de arb.in 7.q. quia non habet iuriſdictionẽ, ſed notionem, l.ait prætor.ff.de re iu. Põt tamen ipſius notionis fieri prorogatio in eadem materia, & dummodo fiat intra tẽpus compromiſſi: ſed ſi fieret poſt, diceretur
12 nouum compromiſſum ❡ Poteſtas † officialium ex forma ſtatuti limitata, ſicut uiduarum, uel meretricum, nõ poteſt ad alias materias prorogari, ſecũdum Ab.hic: pro quo uide Matt.in c.ſignificaſti.de fo.cõpe.ubi refert, ſe ita conſuluiſſe. Mouetur per iſtũ tex.& per ea, quę dicũtur de delegato. ❡ Secũdò mouetur quia qualitas dãs iuriſdictionem iudici, debet allegari, ut p Inn.in c.cum ſit.de fo.comp. Sed hic non poteſt allegari, niſi ſua propria. Ergo, &c. Tertia ratio, quia prorogatio non põt fieri ad ſpeciem omnino diuerſam °, gl.in c. ſi, qui.de præb.in 6. ❡ Si quis litigat corã iudice non ſuo, non intelligitur in dubio, ꝙ uelit prorogare iuriſdictionem. Ita Inn.in c.cum cauſam ſuper uerb.præſum
13 ptionẽ.de teſt.❡ Si † exemptus ab ordinario promitteret ſtare corã eo, lapſo certo termino, & prorogat iuriſdictionẽ prorogatio non tenet, nec excõicatio ſequens, etiam iudice hoc ignorante. Iſta eſt concluſio

a Non poteſt] Adde Pet. de Suza.in l.a. alle.hic in tex.in 6.ſal.de iudi.poſt gl.& ibidem uide Guil. de Cu. De dicta prorogatione uide dom. Alex.de Im. in conſil.180. 2. parte.

b In l.1.] Et ibidem ad hoc uide do.Alex.de Imol.

* Iuriſdictionẽ] Adde Inn.in c.cum olim.il i.ubi Feli. col.pe. uerſi.in ea gl.hoc ti.ſequitur Mil. in reper. in uer.procurator nõ poteſt.Rom. conſ. 132. incip.ut reſulit.n.a. et Gui. Pap.q.285.inci. ſtatuis.

° Diuerſam] Adde Bal.in l.ſi quis ex conſenſu in ſi. C.de epiſ.aud. & in l. teſtamenta omnia, ubi tex.C. de teſtam. Bart. in l. inter conuenientes ad monet. Bal. in l.repetita per illam tex.C.de epiſco.& cler.& in l.a.§.ſed & ſi iuder de iudic.& Auth. ut c. cetero non poſt prin. de iudic.

cluſio Io.And.in regula, ſcienti. In Mercu.diſputata per quẽdam ſuum ſcholarem. Et intellige de exempto, qui exemptioni ſuæ renũciare non poteſt, ut ſunt ſubiecti Papæ, per tex.in c.cum tempore.de arb.ſecus in alio exemplo. ¶ Error litigantium impedit prorogationem: gl eſt ordinaria hic, quia impedit conſenſum, ſine quo prorogatio fieri non poteſt, l. ✱ ſi per errorem*. ff. de iuriſ.om.iud. ¶ Exci-14 pitur † primò caſus prorogationis, quæ fit per uniuerſitatem, uel populum, litigantes coram incompetenti per errorem. Ita Bal.in l.2. C.quæ ſit lon.conſue. Dicit, enim ibi, conſuetudo dat iuriſdictionem, c.cum contingat.de fo.comp. Sed conſuetudo induci poteſt non obſtante errore. l. quod non ratione. ff.de ll. Ergo ſi per errorem populus litigauit errando ualebit talis prorogatio. ¶ Secundus caſus eſt, a quando iudex [a] prorogatus per errorem, pronunciaſſet ſe cõpetentem, quia ſi ab illa ſententia non fuit appellatum, habebitur & oportebit ei ſtari. De hoc eſt deciſio Inn.in c. ſuper literis.de reſcr.& Bart. in l.2.ff.ſi quis in ius uoc. ¶ Tertius caſus eſt, ubi litigatur coram iudice habente iuriſdictionem, ſed non plenum exercitium iuriſdictionis, quia tunc error litigantium non attenditur. Ita Inn. in c.prudentiam. in uerbo, excommunicationis. ẽ.eo.loquens in uno ex plurib.delegatis, & ſic facilius prorogatur uſus, quam iuriſdictio. Hoc dictum ſequitur Ang.conſil. 16. inci. Petita fuit. & in l.j.ff.de iudic.in d.l.ſi per errorem. & in l. Pomponius. ulti.ſi uni.ff.de re iud.& Bal.in l.ſi cõuenerit.ff.de iur.om.iud. ¶ Contrarium tenet Imo. in d.c.prudentiam.& ſentit ibi Abb.per tex.ibi: & probatur a fortiori per ex.cum ſuper. ẽ.eod. ubi ille, qui erat competens per ſe tantum, & putauit per errorem non poſſe procedere, niſi cum alio, qui erat incompetens, talis error uitiat proceſſum. Ergo fortius, ubi iſte ſolus pcedere nõ poteſt. Et uide Abb.in c.dilecta.uer.hęc ratio.de reſcr.ubi dicit, quòd ideo in caſu l. Barbarius.error litigantiũ prorogat iuriſdictionẽ: quia in prorogatione illa agebatur de prorogatione publica, & plurimorum, ſed hic nec de utilitate publica, nec plurimorum agitur, & facit, quod dixi in caſu primo. ¶ Secundò no. q † non ſolum error 15 facti, ſed etiam error iuris impedit prorogationem. Ita Inn.in c.ad petitionem.de accuſ.& Abb. ibi, uer.no.bene hoc ultimum. Secus, ubi iudex poterat aliqua exceptione repelli, ut putà quia ſuſpectus et quia tunc, ſi non repellitur per errorem iuris, non poteſt amplius repelli, l.ſi conuenerit. de iuriſd.om.iu. Quod nota. ¶ Eſt etiam quartus caſus, in quo ultima cõcluſio non procedit, quia debet intelligi in prorogatione erronea illius, cui nullo modo partes ſubijciũtur: ſecus, ſi realiter habet iuriſdictionem in litigantes: excepto certo caſu, quia prorogatio facta in illo caſu, non uitiatur. Ita Inn.in d.c.ad petitionem. de quo Lud. Ro.ſing.684.incip. Tu habes l. ſi per errorem. ¶ De prorogatione de tempore ad tempus, uide in c.de cauſis. ſupra eod. De prorogatione clericorum dicetur in c. ſi.de foro.comp. ubi ſequẽti anno dicemus ea, quæ ſequuntur. Quod not.

✱ *Si per errorem] Adde ibidem ad hoc Paul.de Caſt. & Alex.& Petr. de Suz in l. ij. ff. de iudici.*

a *Quando iudex] Adde tu et limita dictum Innoc. & Bart. ut procedat in illo, qui per cõpetitionem poteſt prorogare: ſecus eſt in clerico, quia non poteſt: imo ſi eſt contumax, proceſſus eſt nullus, per tex.in c.ſi diligenti. de fo.comp. Bal.in l. ij.ff.ſi quis in ius uo. non ie. Iuxta hoc quærit Bald in d.l. ij. de utilo q.pone, poteſtas fecit citari aliquẽ pro delicto, qui erat clericus, tamen poteſtas ignorabat eum eſſe clericum, & quia erat contumax, bãniuit eum ex forma ſtatuti, nunquid occidens clericum ſic bannitum excuſetur ab homicidio, ſtante ſtatuto, q bannitus poſſit impunè occidi? Argum ad partes, & finaliter determinat, q ſic ſcilicet q̃ excuſetur. Adde, quod iſtam q.latè diſputauit Ioan. And. in regula, quod quis. de reg.iu.in 6. ubi refert idem fuiſſe deciſum. Idem tenet Alb.de Roſ.in 4.part.ſtatut. in q. 56. & ſeq. quæ incipit, quæris an ipſe Gãdinus. Sequitur do. Alex.in conſi. 430.inci. Attenta diſpoſitione ſtatuti. Adde, q contrarium notabiliter tenet ipſemet Bald. ſibi contrarius, in l. i.C.ſi a non compe.iu. ubi tenet, q nõ excuſetur qui occidit clericum bannitum, quamuis ignorauerit eſſe clericũ. Sequitur do. Alexand.ſibi contrarius, in conſil.ſuo 452.inci.Viſis dubitationibus. Adde tamẽ, q prima opin.plus placet, & eſt tenenda. In criminalibus quãdo uariæ ſunt opi. ſemper tenẽda eſt illa pars, quæ tendit ad abſoluendũ l.interpretatione. et l. ſanctio legũ. ff. de pœn. Secundo, quia ad hoc, q quis teneatur de homicidio, requiritur, q homicidium ſit dolo commiſſum, Adde q lex uel ſtatutum loquens de homicidio ſemper intelligitur de doloſo. Pau.de Caſt.in l. nemo deinceps.C. de epiſc.aud.et in conſi.348.ubi dicit ſe ex hac regula multos iuuaſſe. & Bald.in l.data opera. C. qui accuſ.non po'.Bald. & Saly.in l.ſi ſerui.C.de noxal. Auth.in ca.Latro.de homi. Cepol.cautel. 2. nu.12.13. 14. & conſi.29. 30. 31. 32. 33. Pau.de Caſt.in l. 1. de leg.1. Bal.in l.et ſi ſeuerior.C. de hijs q not. inf. Ita dicit Bart. in l.qd ergo §.pœna grauior.ff. de muſa. Bald. in l.omnes populi. ff. de iuſti. & iu. Ang. & Paul. de Caſt. in l. i.ff. de leg.1. Pa.de Ca.in l.& ſi ſeuerior.C.de infa. Sed qualibet*

SVMMARIVM.

1 *Scientia ubi requiritur alicuius qualitatis, quandò quis capitulat, ſi non exprimit illam qualitatem, capitula non tenent.*
2 *Commiſſio facta minori 18.annis, an teneat de conſenſu partium.*
3 *Populus an poſſit ſtatuere, quod proximus pubertati poſſit teſtari.*
4 *Pupillus an poſſit ſuccedere ad principatum ante pubertatem, dato ei tutore.*
5 *Princeps ſi ſciat ætatem minorem, & ſciẽter cõmittat cauſam, an teneat commiſſio.*
6 *Papa ſi commendat alicui laico certum plebanum an talia uerba enunciatiua probẽt eum eſſe plebanum.*
7 *Papa ſi mandat prouideri alicui impuberi, & non apponat clauſulã, Diſpenſamus, ſufficit, ut dicatur diſpenſaſſe.*
8 *Aetas epiſcopi, inquiſitoris, ordinãdorum, abbatiſſæ, & aliorum, qualis debeat eſſe? Vide numo.9.in.cc.*

CAPITVLVM XLI.

C VM VETVSSIMVM. ¶ Maior 50. annis poteſt a quocunque dari delegatus. Idẽ in maiore 18. dummodò cõſentiant partes. Minor uero 18. dari non poteſt niſi a 2 principe. H.D. ¶ Verum † minor 18. annis poſſit eſſe iudex? Vide hic do. Abb. quem hic approbant Moder. & id, quod dicunt de ſcientia iſtius, qui committit cauſam tali minori. Vnde inferũt, q oportet, q dicat ſcienter. Allegant gl. in c.concertationi.de app. In 6.in uerbo, ſcientia. quæ dicit, quòd ubi requiritur ſcientia alicuius qualitatis, quando quis capitulat, ſi non exprimit illam qualitatem, quòd capitula non tenent. Secundò allegant Angel.in l.j. C.de Nili agge.non rump.quòd ſtante ſtatuto. quòd præſtans opem nobili incurrat talem pœnam, quòd ſi quis preſtitit, & non fuit dictum, q ſcienter, quod debet liberari. Item allegant Bart. in l.omnes.C.de agri.& ceoſi.lib.11.ubi dicit, q ſi ſtatutum dicit, q quicunque præſtiterit opem bannito puniatur tanta pœna, q accuſatio, quæ non dicit illum ſciuiſſe bannitum fuiſſe, non tenet. Allegant etiã gl. in l.ex maleficio.§.longè minus.in uerbo ignorans.ff.de act.& obl. quæ dicit, quòd ignorans non punitur: & propter hoc dicunt: quòd fecerant ſolenne conſilium tempore, quo Cardinalis quattuor coronatorum gubernabat Bononiam in tali materia, ubi dicunt, euaſiſſe quendam qui fuerat allocutus exercitum, quia dicebatur, quòd ex forma ſtatuti incurrerat quandam pœnam: conſuluerunt notabiliter, quòd ex quo inquiſitio non dicebat illum fuiſſe ſcienter alloquutum, non tenebat: & ſic eum euaſerunt. Et ad hoc fecerunt aliud motiuum, ſcilicet, quòd alloquens bannitum contra formam ſtatuti, non dicitur incurrere pœnã banni, ſi eſt eum alloquutus de alia materia, quam nõ tangit ſtatutum re pub. Allegant l.primam. ff. ad l. Iuli. maieſt. Vos addatis Bald. in l. data opera. C. qui accuſa.ubi dicit, quòd gloſſ.in dicto §. longe minus. eſſet ſcribenda literis aureis. Illam gloſ. allegat Ioan. de Ana. in rub. de accuſ.in ſi.& Angel.in auth.de eccle.tit. §.fin.in ſi. Sed in hoc reperio Bald. in l.j. C. qui accuſ.non. ſuper ſecundo puncto. ubi dicit, q iſtud de allegando ſcientia, habet locum, quando quis accuſatur, q non fecit tale quid uel omiſit facere: ſecus, ſi quis accuſatur, quod aliquid fecit quia probat accuſatio, licet non fecerit mentionem de ſciẽtia, uel ſupina ignorantia. Allegat gloſſ. in dict. §.longe minus. ¶ Et uide Ludo. Roman, ubi limitat iſta dicta, in conſilio

cũ excuſat a dolo, (a, dolo). Adde Legatur. §. 1. de liber. cau. l. plagij. la 2. C. de plagi. glo. in l. ſiatis pœnæ de in ius uoc. & in l. non poteſt dolo de reg. iur. ad uerte tamen, quod talis cauſa nunquam in delinquẽte præſumitur, niſi uehementibus coniecturis, & præſumptionibus probetur, ita Bart. in l. inter omnes. §. recte. de furt. Ange. in l. Sed & ſi. §. ſcire de pet. hæred. Aret. conſ. 8. inc. ſicut docet ; per ſi. pro hijs facit. ut in l. ſi quis. ff. de teſta. om. Et quamuis iſte poſſit eſſe in aliqua culpa tamen in criminalibus lata culpa non æquiparatur dolo (Dolo) Adde ut mortepuniatur. Bart. in l. 1. §. 1. ſi quis teſt. lib. eſ. ius fuer. tamen lata culpa a dolo non differt, niſi quia dolus cõmittendo, culpa uero ommittendo cõmittitur l. inter quæ repertorium. ff. de admi. tut. et cõſequenter dolus uoluntatẽ poſſeuñ exigit culpa uero permiſſiuã. l. Metrodorus. de pen. l. Iulianus. in prin. Iuno. l. ſeruilis. §. cum per uenditorem. de alt. emp. Ang. & Ar. l mo. in tract. maleſ. in uer. ſcilicet in primo uerſi. glo. in actionibus in uerbo, non ob culpã. ff. de in lit. iur.

tos. incip. Viſo themate. in prin. quod nõ intelliguntur, ubi quis facit, quod eſt de genere malorum, ſicut occidere, furari. & c. Secus, ubi fecit actum nõ prohibitum, niſi propter aliquid accident, ſicut alloqui bannitum, tunc oportet capitulari de ſciẽtia. ¶ Secundò dicunt Mod. quod Bal. hic opponit contra iſtum text. quod † de conſenſu partium non teneat commiſſio facta minori 18. annis. In contrarium dicit Bal. uidetur tex. l. quidam conſulebat. ff. de re iudi. ubi dicit, quod imo ualet. Soluit Bal. quod de iure Canonico non poteſt committi minori 18. annis, de iure autem ciuili poteſt Et cum iſtis tranſeunt hic Mod. Vos dicatis, quod imo etiam de iure ciuili non poteſt fieri commiſſio minori 18. annis de conſenſu partium. Ita uoluit Io. de Imo. Nã ubi ſunt opiniones inter Legiſtas, in dubio debet ſtari iuri canonico, etiã in foro Cæſaris. Ita Dnc. in c. ea literis, de reſcri. & ſcripſimus in c. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtit. ¶ Dominus Abb. hic non uult, quod princeps, etiam ſcienter, poſſit cauſam committere pupillo, quia impubes patitur defectum natalium, ut hic per eum Moder. hic arguunt contra Abba. primo de dicto Barto. in l. quidam. ubi dicit, populus poteſt eligere in principem, uel iudicem, etiam infantem, uel pupillum. Ergo ſi hoc poteſt populus, fortius princeps qui eſt maior populo. Secundò arguunt ex dicto Barto. in l. iij. ff. de teſta. ubi dicit, quòd populus poteſt ſtatuere, quod proximus pubertati poſſit teſtari. Si populus hoc poteſt, fortius princeps. Demum arguunt pro do Ab. & dicunt, quòd pro eo eſt caſus in d. l. cum prætor. §. cũ autem, ubi ponitur impubes pro pupillo a natura, & nõ a præſumptione iuris. Et ad primum dictum Bar. ſic reſpondent, quòd non eſt uerum, quòd populus poſſit habilitare proximum pubertati ad teſtãdum, ſecundum Ang. l. ſi quæramus. ff. de teſta. Et mouentur per l. penul. uer. ullo modo. C. qui teſta. fac. poſſ. Modò ſic, ubi ponitur uerbum Vllo modo, inferior a principe diſpenſare non poteſt, gloſſ. in clemen. 2. in uer. ullo modo. de ætate & quali. & in

3 uer. nullatenus. Sed † populus eſt inferior a principe. Ergo diſpenſare non poteſt. ¶ Tamen tenent omnino contra do. Abb. Mouentur per dictum Bald. in l. fin. C. de teſta. mili. ubi dicit, quòd ciuitates Lombardiæ ſæpe eligunt in gubernatores, infantes filios magnificorum dominorum, Conſidera, ſi ipſe dicit infantem in gubernatorem, multò magis in iudicem. ¶ Item ſubdit ibi Bald. quòd dignitas proueniẽs ex radice, ut in dominis Alemaniæ, tranſit ipſo iure etiam in infantem, & adminiſtrabit per tutores. ¶ Ad l. cum prætor. reſpondent, quòd loquitur in pupillo non proximo pubertati, ut puta, in 8. uel 9. anno, non in 13. qui eſt proximus pubertati, & ex hoc tenent, quòd princeps tali proximo pubertati poſſit cauſam committere. ¶ Vos pro Abb. addatis Pau. de Caſtr. in dict. l. quidam. ubi expreſsè tenet, quòd pupillo non poteſt cauſa committi, per rationes Abba. ¶ Tamen teneo opin. contrariam, & Moder. hic, & allego gloſſ. in ter minis, quòd Papa poteſt committere cauſam pupillo, in capitu. ſtatutum. in uer. canonicis. de reſcrip. in 6. quæ dicit, quòd ſi Papa ex certa ſcientia committat cauſam pupillo, quòd ualet commiſſio. ¶ Ad l. prætor. reſpondeo, quòd licet princeps ex certa ſcientia non diſpenſet cum his, quæ ſunt iuris naturalis, eſſe uerum in totum, ſed non in una cauſa, quia in una poteſt, & huic defectui prouideri poterit per

2 ponit contra iſtum text.

uerſationem aſſeſſoris, dict. capi. ſtatutum. §. aſſeſſorem. de reſcript. in ſexto. ¶ Ad ſecundam limitationem, ſcilicet dum dicunt, dummodo committat minori ſciens, hoc eſt uerum, pro quo uide, quæ ſcripſimus in capitu. ad hæc. de reſcri. ¶ Dicit hic Abba. quòd pupillus ſuccedit ad principatum ante pubertatem, ſed datur ei tutor, penes quem erit adminiſtratio. Et dicunt hic Moder. quòd Barto. in dict. l. cum quidam. non dicit hoc. Secundò allegant Old. conſi. 2. incip. Ante finitam tutelam. ubi diſputat, an finita tutela pupilli, qui erat rex, detur ei curator, ſi non uult eum. Tandẽ ibi conſuluit, quòd ſit dandus ei curator finita tutela, per capitu. primo, de ſupple. negl. prælat. in 6. & per alias rationes ibi per eum. ¶ Vos dicatis, quòd imo Barto. ponit ea, quæ domi. Abb. allegat ſuprà, contra Moder. Secundò dicatis, quòd cum Oldr. tenet Domi. in capit. grauis. de ſupplen. negli. præla. in 6. Tamen Imol. tenet contra Oldr. prout refert ibi Domi. Mouetur: quia ex quo iure proprio ſuccedit in regno, omnia poteſt ſine curatore. Allegat l. ſi curatorem habens. C. de in integ. reſti. mino. Et ad l. contrariam allegatam in gloſſ. reſpondet, quòd loquitur in illis, qui non ſuccedunt iure proprio, ſed iure electionis. Tamen ego puto primam opinionem eſſe ueriorem, quia non uideo rationem differentiæ, an ueniat iure proprio, uel iure electionis. ¶ In gloſſ. 1. & 2. aut nihil, aut parum ſcribunt Doct. quia faciles ſunt, ideo pertranſeamus & nos. ¶ Illud,

4 quòd † dicitur de arbitro, quòd debet at-

a tingere 20. annum [a], amplia, etiamſi pendente compromiſſo attingeret. Ita Spec. in titu. de arbi. §. 2. uer. item minor. & eſt tex. in ſimili in capitu. ſi eo tempore. de reſcrip. in 6. Idem puto in iudice, per d. cap.

a 20. annum] Ad quod uide omnino Ang. Are. Inſt. de ſ. in. uis. ad.

5 ¶ Limita † iſtum tex. & dicta Doct. in quantum dicunt, quòd ſufficit, quòd princeps ſcienter committat, & ſic, quòd ſufficit ſola ſcientia ætatis in committente. ¶ Limita, ut non habeat locum in beneficialibus. Ita Cal. plenè in tractu. de reſcr. conſi. 8. Primò per clemen. 1. de præben. ubi bonus tex. qui dicit, quòd non dicitur data gratia ad curam animarum, etiãſi Papa dicat, Prouiſio, ne cura animarum negligatur. Secundò, quia literæ contra ſtylum curiæ non ualent, capitu. quam graui. de crimine fal. ¶ Contrarium puto uerius, per id, quod ſcribit do. Car. in certis notis cauſarum, not. 147. incip. obijcitur contra iura. ubi in eodem facto contrarium conſuluit, uidelicet quod ſufficiat Papam mandare ſcienter prouideri inhabili, licet ſuper inhabilitate alter non diſpenſet. Allegat tex. cum glo. in c. cum te. de æta. & quali. ¶ Secundò uide pro hoc, quod not. Compoſ. in c. cum adeo. & ibi omnes, de reſcr. quorum dicta probant, quod ſufficit, quod conſtet Papam uoluiſſe tali prouideri. Et ſubdit ibi Compoſ. non eſſe uerum, quod oporteat, quod Papa diſpenſet. ¶ Ad clem. j. de præb. reſponde, quod loquitur, quando non fit mentio in ipſa gratia, ſed in clauſula adiecta gratiæ fit mentio uel ſucceſſione de aliquo, ſecus ergo, ubi in ipſa gratia fit mentio, ut loquimur nos. ¶ Ad aliud de ſtylo curiæ, reſpondet Cardi. quòd iſte ſtylus eſt ad abundantem cautelam, non, quòd oporteat. ¶ Nõ obſt. capitu. licet. & c. quam graui. de crimi. fal. quia hoc eſt uerum, ubi aliquid exprimitur contra ſtylum: ſecus ubi aliquid omittitur præter ſtylum: quia ponuntur aliquando multa in bullis, quæ nõ ſunt de neceſſitate: putà, ſi dicitur,

6 Si pro alio non ſcripſerimus. Ita Card. ibi. Ad † idem facit, quod ſcribit Lap. allegatione 7. inci. diſputat, an literæ, & c. & ibi dicit, quòd ſi Papa commendat iudici laico quendam plebanum, quòd iſta uerba probant ſatis, illum eſſe plebanum, etiamſi ſint uerba enunciatiua, putà, ſi dicit, defendas talem plebanũ, & c. quia uidetur Papa fundari in illis uerbis. Allegat tex. in clem. j. de proba. ubi eſt optimus text. ¶ Adde Domi. in capitu. ſi eo tempore. de reſcrip. in 6. ubi dicit, quòd ſi Papa mandat, prouideri alicui impuberi, & non apponat clauſulam, Diſpenſamus ſatis eſt, ut dicatur diſpenſaſſe. Et Pet. de Anch. conſil. 65. incip. Pro clariori, ubi dicit, quòd ſi apparet ex literis Papæ ipſum ſciuiſſe de incompatibilitate beneficiorum, ſatis eſt, ut dicatur diſpenſaſſe. Allegat l. idem Vlpianus. ff. de excuſa. tuto. ubi bonus textus. & Petr. de Ancha. conſil. 218. incip. Vltra alia ſolennia. ubi dicit, quòd ſufficit, quòd cõſtet de certa ſcientia Papæ ex uerbis ſuis, licet non dicat expreſsè ſe diſpenſare, per gloſſ. in capitulo ſtatutum in uerb. canonicis de reſcript. in ſexto.

¶ Limita

7 ¶ Limita † iſta, niſi reſcriptum ſit contra iua, habens clau-
ſulam derogatoriam ad reſcripta: quia tunc oportet dero
gare illi iuri per clauſulam, Non obſtante, uel, Non ob-
ſtantibus. Ita Domi. in capitu. 1. de conſtitu. in 6. ubi ple-
ne declarat gl. in uerſi. noſcatur. Quæ ita intelligitur ſecũdũ
prædicta. ¶ Quando uerò annus debeat eſſe completus, uel
non, uide gl. in c. ad noſtram. in glo. 2. de reg. & gl. in c. ſub-
diaconus. 77. diſt. & gl. in cle. generalem. de ætate & qualit.
¶ Si dicitur in 20. anno, &c. iſto caſu ſufficit inchoaſſe. Quid
ſi dicatur, tibi annorum 18? Oportet, ꝙ ſint completi, gl. eſt
in cle. ſi. de æta & quali. in uerbo, decem & octo. Quid, ſi di-
catur, Tali, cum, peruenerit in 19. annum? Dic, ꝙ ſufficit, ꝙ
incœperit. Sed quid ſi dicatur, Cùm peruenerit ad annum
18? Dic, quòd tunc debet impleuiſſe: quia dictio, Ad [a], denotat extrinſecam qua
litatem. Ita Bar. in l. nec putabam. ff. de cõ
di. & demonſt. & Abba. in d. cle. ſi. De iſta
differentia ponit plene. Lud. in l. qui hoc
anno. ff. de uer. ob. poſt Imo. ibi & Imo. in
l. ſi cui legetur. ff. de leg. 1. cum concord. a-
lijs. ¶ De ætate epiſcopi habes c. cum in
cunctis. de elec. ubi requiritur, ꝙ perſece-
8 rit annum 30. ¶ De † ætate inquiſitoris habes, ꝙ debet eſſet
in anno 40. cle. uolẽtes. de hær. ¶ De ætate ordinandorũ, eſt
tex. in cle. ſi. de æta. & qualit. ¶ De ætate in alijs inferiorib. di
gnitatibus dic, ꝙ debent eſſe 25. ann. c. cum in cunctis. & ui
9 de tex. in c. 1. de æta. & qua. in 6. ¶ De † ætate abbatiſſæ, dic,
ꝙ eſt trigeſimus annus, ca. indemnitatibus, de elect. in 6.
¶ De ætate canonici, dic, ꝙ debet compleuiſſe 14. annum
10 c. ſuper inordinata. de præb. ¶ An † & quando pueri ſint ca-
paces beneficiorum, uide Dom. in c. de his. 28. diſt. Et ibi di
cit inter cætera, ꝙ in beneficio non curato ſufficit, ꝙ exple-
uerit ſeptimum. ¶ De ætate aduocati, ꝙ debet compelere
17. annum [b], per tex. in l. 1. §. pueritia. ff. de
poſtu. Et ibi Bart. dicit unum, quod eſt ad
limitationem huius decretalis, ſcilicet, ꝙ
doctor ante uigeſimum annum poteſt eſ-
ſe iudex in cauſa ſcholarium, iuxta auth.
11 habita. C. ne ſi. pro patre. ¶ De † ætate do-
ctoris omnis ætas ſufficit data ſufficien-
tia. Ita Car. in prologo Decretalium. Ta-
men alibi dicit, ꝙ debet exceſſiſſe ſaltem
17. annum uidelicet in cle. 2. de magiſt.
¶ Vltimò de ætatibus hominum [c] eſt gl. in
proœ. 6. in uerbo, perfectis. & ponit Ioa.
And. in c. literas. ſuper uerbo, compleuiſ-
ſe. de deſpon. imp. & Arch. in c. 1. de cleri.
ægro. in 6. & plene Ioa. de Ana. in rub. de
delic. puer. ubi uide.

a *Dictio* Ad] *De a hac dictione, Ad, uide Archi. cap. ſi gratioſe. de reſcript. in ſexto & 78. diſtinct. preſbyter.*

b 17. *ann.*] *Adde Bal. dicentẽ in l. 1. C. qui & aduer. quos ꝙ minor poteſt eſſe aduocatus in cã propria, et non reſtituitur aduerſus omiſſas allegationes.*

c *Hominũ*] *Qũo tuplex autẽ ſit ætas hominũ, uide Flor. in l. muiti. ff. de teſti. et gl. in l. hæreditatum. ff. ad l. Fal. et Aul. Gel. lib. 9. c. 28.*

SVMMARIVM.

1 *Delegatus & arbiter in quo conueniant, uel differant.*

CAPITVLVM XLII.

VNO DELEGATORVM. ¶ Tempus pluriũ, ar-
bitrorum, uel delegatorum ſimpliciter dato-
1 rum, expirat per mortem unius. ¶ In † quibus
æquiparatur arbiter & delegatus, hæc eſt u-
na ſimilitudo. Eſt alia ſimilis, quia delegatus
non cognoſcit, niſi de expreſſis in reſcripto,
capitulo cum olim. el 1. ſuprà eodem. Ita nec arbiter, l. non
diſtinguemus. §. de officio. ff. de arb. Item delegatus non
poteſt facere præceptum in confeſſum, de quo præcepto
ponitur in l. ſi debitori. ff. de iudic. per text. in l. ſi reus para-
tus. ff. de procura. Vidimus in capitulo quærenti. ſuprà eo-
dem. Ita nec arbiter facit præceptum in confeſſum. Ita Bal.
in l. cõs. C. de execu. rei. iudi. Allegat iſtum text. ¶ Diffe-
runt tamen in pluribus. Primò, coram delegato habet lo-
cum reconuentio, capitulo primò, de mutu. peti. ſecus co-
ram arbitro, capitul. cum dilectna. de arbi. de quo per Abb.
in dicto capitulo primo, in primo notabili. ¶ Item arbiter
non poteſt ferre ſententiam, niſi partibus præſentibus, l. diẽ
proſcite. §. ſi quis ex litigatoribus. ff. de arbi. ſecus in dele-
gato, capitul. conſultationibus ſupra eodem. ¶ Item delega
tus, non cogit partes, ut perſonaliter ueniant, capitulo pri-
mo, de iudic. in 6. ſecus in arbitro, dicta. l. non diſtingue-
mus. §. ſi domini. ¶ Item differunt in c. ſi. de arbi. in 6. ¶ Itẽ
per ſententiam arbitri non inducitur conſuetudo, ſecus in
ſententia delegati. Ita Bal. in c. 1. de ſeu. cog. ¶ Item compro
miſſũ non finitur triennio Bal. in c. ſi autem de reſcri. ſecus
eſt in delegato, l. pperandũ. C. de iudi. Et hoc de iure ciuili.
De iſta ultima differentia dic, ut per Car. in cle. quamdiu. in
3. q. de app. & per Abb. in cap. cum dilectus. in ſi. de arbi. &
Lud. in l. ſi quis arbitratu. ff. de uerborum oblig. Dicas ta-
men, quòd regulariter æquiparantur arbitri & delegati, ut
per Abb. in capitu. tranſlato. de conſti. ¶ Et not. quòd requi
ritur, quòd allegans ſimilitudinem inter iſtos, alleget in ca
ſu occurrenti, & eam oſtendat, ut per Abb. in ſimili, in dict.
capitu. tranſlato. ¶ Iura canonica, quæ loquuntur de arbi-
tris, habent locum, & in arbitratoribus. Ita hic Ioan. Andr.
ſingulariter. ¶ Limita iſtum text. primò, niſi reſcriptum ha-
beat clauſulam, Quod ſi non omnes: idem, Quòd ſi ambo,
&c. Gloſſ. eſt hic ad quod uide Archi. in capitu. ſi. 65. diſt.
ubi dicit, quòd quando eſt iſta clauſula, Quod iſti, &c. ſi
collega rogatur, ut ueniat, uel committat, uel ſe excuſet, &
non facit, alij procedere poſſunt: & ita dicit, ſeruare curiam
Romanam, remittens ad notata ad capitu. cum cauſam. ſu-
pra eod. ¶ Secundò limita, niſi unus committeret uices al-
teri, qui cœpiſſet uti ante mortem committentis: gloſſ.
eſt hic, & text. in capitu. cum plures. eod. titu. in 6. ¶ Tertiò
limita, niſi eſſet datus collega ſub nomine dignitatis, capit.
quoniam abbas. ẽ. eo.

SVMMARIVM.

1 *Actus geminatus quid importet.*
2 *Verba denotantia propriam perſonam, non uerificantur in actu per alium expedito.*
3 *Perſonaliter, uel Per teipſum, uel Manibus proprijs, an hæc uerba ſemper importent electam induſtriam perſonæ.*
4 *Item an ſola magnitudo cauſæ faciat uideri electam eſſe induſtriã perſonæ.*
5 *Induſtria perſonæ quando eſt electa, an quis poſſit expedire actum per filium.*
6 *Miniſterium nudum expedire debens, an poſſit expedire per alium.*
7 *Procurator generalis ad negotia, poteſt ſubſtituere etiam in præiudicium domini. Quæ tamen regula patitur ſeptem limitationes, ut nu. 8. uſque ad finem capit.*
9 *Procurator ad negotium ſpeciale, non poteſt ſubſtituere, quia uidetur electa induſtria perſonæ.*

CAPITVLVM XLIII.

QVONIAM. ¶ Delegatus Papæ ſubdelegare poteſt, li
cet datus ſit ex officio, uel cum clauſula prælectio
nis, uidelicet, quòd ſi non omnes, tu cum alio exe
quaris. H. D. uſque ad §. is autem. ¶ Quid
importet actus geminatus [d], uide Ludo
uic. in l. ſi uerò. §. de uiro. ff. ſolut. matrim.
in 31. fallent. de quo plura aliàs dicam.
Sed nunc not. primò, quòd domi. de Ro.
deciſi. 958. de præben. 38. in antiquis, di-
1 cunt, quòd † reſeruatio Papæ geminata,
operatur multa, præſertim quòd reuoca-
ta prima reſeruatione, non eſt reuocata
ſecunda. ¶ Secundò not. quòd Bald. in tra
ctat. ſchiſma. quem ponit in rubric. C. ſi
quis ali. teſta. prohi. dicit, quòd contra a-
ctum geminatum nunquam poteſt oppo
ni de inconſideratione, uel inaduerten-
tia: quia præſumitur deliberatio. Tertiò
facit gloſſ. ſingu. in capitu. ex literis. in uerſicu. admonita-
io fin. de diuor. quæ dixit, quòd confeſſio deliberata eſt irre
uocabilis. Tamen communiter illa gloſſ. reprobatur per ra-
tionem Ioan. And. in capitu. fin. de iureiur. in 6. quia ſeque
retur, quòd confeſſio iudicialis nunquam reuocare poſſet,
quia in iudicio dantur dilationes ad deliberandum. Item ui
de Pau. de Caſt. conſi. 82. incip. Quòd præfata ſententia. ad
fin. ubi dixit, ꝙ confeſſio extraiudicialis
geminata, nocet [e]. Item uide Bal. in l. nec
damnoſa. C. de preci. imp. offe. & in extra
uagan. de pace Conſtant. in uer. priuile-
gia. ubi dicit, ꝙ uerbum futuri temporis

d *Geminatus*] *Ad quod adde, quæ ꝑ Authorem habentur in c. ſi quando. ſupra de reſcr. in uerſi. geminatio reſcripti. & quod ibi in apoſ. dixi, et adde Bal. in trac. De ſchiſma. & tex. in l. talis ſcriptura. et ibi Ang. de leg. 1.*

e *Nocet*] *Adde, quæ habẽtur per Authorem in c. olim. ẽ. de reſcr. &*

quod ibi dixi in apoſt. Et adde, q confeſſio geminata operatur, quod non poſſit opponi excep. non.nu.pe. ut per do. Soc. cõſ. 67.inci. Circa primam q. uer. circa aliam q. circa. ſi. i 6. parte, char. 113. quod no.

geminatum, importat nullitatem ipſo iure, ſecus ſi ſimplex, & uide glo. in uer. innodetur. in c. quicunque. de hære. in 6. & glo. in uer. omnia & ſingula. in c. ut circa. de elec. in 6. quæ dicit, q ubi ponuntur talia uerba, non ſufficit ſimpliciter narrare factum, ſed etiam qualitates omnes ipſius facti. ¶ Et uirtutes prædictas intelli ge habere locum in actis, quæ fiunt p interuallum temporis, ſecus, ſi uno & eodẽ contextu, ut in iuribus allegatis per Mode. hic. Pro quibus uide gl. in c. ab eo. in uer. inſtanter. de app. in 6. quæ dicit, q dicens Appello, dicitur ſemel appellaſſe, & nõ ſæpius. Ad idem gl. in c. Lotharius. 31. q. 2. Facit conſilium Bar. 106. inci. in quæſtione uertente inter do. Nic. ubi dicit, q dicens multa uerba iniurioſa uno momento, unam tãtum iniuriam intulit. Facit tex. in l. qui bis. ff. de uerb. oblig. ubi qui bis promittit non tenetur, niſi ſemel, & in l. plane. §. ſi eandem. ff. de leg. j. ubi idem legatum ſæpius eodem teſtamento factum, unum legatum eſt. Ex quibus nõ uidetur illud dictum Bal. de quo hic Abba. procedere, & ipſum reprobat Car & Imo. non per prædicta, ſed quia nunquam electa eſt induſtria perſonæ, niſi in caſibus a iure expreſſis, & dicunt ipſi duo, q hoc iurò occurreret, ſimiliter dictum Bald. de uerbo futuri temporis, non uidetur procedere. ¶ Hanc limitationem intellige ſanè niſi uno contextu ponerẽtur plures actus cum interuallo tẽporis, quia tunc dicentur plures propter gl. in c. conſtitutionem. de ſen. exc. in 6. Cites quã uide ſemper do. Car. in cle. j. in prin. in 8. q. de uita & hone. cle.

§ IS AUTEM ¶ Is, cui committitur, ut negocium perſonaliter exequatur, alteri ſubdelegare non poteſt, niſi de partium conſenſu. Fallit in caſibus hic expreſſis, uel in ſimilibus, ſecundum do. Abb. hic uſque ad §. cæterum. ¶ Nota. q

a † uerba denotantia propriam perſonam, non uerificantur in acto per alium expedito, quod facit ad gl. in cle. j. de uita & ho. cleri. de qua hic Abb. Quam gl. ut dicunt hic Mod. facit ſingularem do. Car. in cle. j. de iureiur. uerſi. uiceſimoprimo noto. Et ſubdunt aliud, quòd ubi dicitur, Manibus proprijs q non poteſt fieri, per alium. Item allegant tex. in c. cupientes. de elect. in 6. in uerbo, perſonaliter compareas. & in c. ſi. in eo. uerb. de accuſ. & tex. in l. ſeruus ſi hære. ff. de ſta. lib. in uer. perſonæ. cui demonſtretur, adhæret. & Bal. in l. j. §. ne autem. C. de cad. tol. ubi dicit, quòd ſi teſtator mandauit alicui ut perſonaliter uiſitet monaſterium, q non poterit fieri per alium, & Bar. in l. per hãc. C. de erog. mi. ann. lib. 12. in uerb. manu propria. ubi dicit, q ſtipendiarij debent capere ſalarium manu propria. Et idem dicit de doctoribus, per tex. in §. in criminali. 5. q. 3. ubi uerbum Faciat perſonaliter, importat, quòd non per alium. Allegant etiã c. periculoſæ. de pœn. diſt. j. ubi uerbum Manibus, denotat actum perſonalem. & allegant tex. in l. probatorias. C. de diuer. offi. lib. 10. & in d. cle. j. de iureiur. in uer. per manus noſtras. Item allegãt Bal. in c. j. §. ſi quis. de pace iura. firman. ubi uindicta permiſſa a ſtatuto, non poteſt per alium expediri, & allegant Io. An. in c. ſicut dignum de homicid. ubi ſtatutum puniens occidentem proprijs manibus, non habet locum in eo, qui occidit per alium, Allegant etiam tex. in l. nulli. C. de epiſco. & cler. in uer. pro ſua conſcientia & allegant gl. in l. ſi cui. ff. de urbi. glo. in l. ſingulos. ff. de teſta. ubi qui tenetur ſigillare proprio ſigillo, non poteſt alieno. Allegant & Bal. in rubr. ff. de iureiuran. ubi dicit, quod teſtis nõ poteſt iurare per alium. Tex. in c. licet ex quadam. de teſti. & ibi dicit Anto. de But. Item allegant text. in l. ſæpe. ff. de offi. procon. ubi dicunt, quòd uerſi. ipſe, denotat actum perſonalem. Pro quo facit text. in capit. coram. ſupra eod. in uer. tu ipſe. ¶ Vltimò allegant Dom. in cap. ſecundo, de teſta. in 6. ubi dicit, quòd executor teſtamenti, habens diſtribuere ſecundum ſuam conſcientiam, non poteſt alteri committere. Ad idem allegant Olde. conſi. 96. & Bal. in l. nulli. C. de epiſc. & cler. in uerſic. qui pro ſua conſcientia. Vltra ipſos allegabitis Domi. plenè in capitul. ut circa. §. penul. de elect. in 6. Et hoc propter gl. ibi in uerb. proprium iuramentum. Item gl. ſecunda in capitul. fin. de dilatio. Per quæ infert ibi Abb. quod ubi requiritur præſentia alicuius, non poteſt actus fieri per procuratorem. Item text. in l. fi. ff. de exeu. tut. & ibi Bal. per illum tex. in uer. dummodo per ſe exerceat. Item text. in capitul. licet. de deci. ubi priuilegium datum facientibus actum proprijs manibus, non habet locum in his, qui faciunt per alios. Et ibi dom. Abb. in notabilibus facit illum text. ſingul. ¶ Item Bal. in c. quamuis. ĩ. eo. ubi dicit q ſi ex quatuor conſulibus debent, intereſſe tres ad conſulendum & pronunciandum, illi tres non poſſunt alios ſubſtituere. ¶ Declara primò, q uerba denotantia actum perſonæ, reducuntur ad aliam perſonam, quando materia, in qua proferuntur, eſt prohibitiua perſonæ, ad quam diriguntur. Tex. eſt cum glo. in uer. cæterùm in c. cum epiſcopus. de offi. ord. in 6. & ibi Domi. in pen. col. ¶ Secundò declara, quòd ubi dicitur Manibus, & nõ dicitur Proprijs, non uidetur denotari propria perſona. Ita probatur in c. ſi quis ſuadente. 17. quæſt. 4. iuncto cap. mulieris de ſentent. excommu. in 6. in quo non eſt uerbum noui iuris promulgatorij, &c. ¶ Tertiò declara in actu, qui eſt in poteſtate principis non præiudiciali, quia tunc uerbum Manibus proprijs, non habet effectum, de quo ſupra, ſecundum Card. in clem. prima, de iureiur. per illum tex. in quantum dicit, Imperatorem coronari manibus proprijs, quæ declaratio pendet ab his, quæ dicam. ¶ Vtrum partes poſſint renunciare formæ? Primò opponitur de text. in l. ſeruus ſi hæredi. ff. de ſtatulíber. iuncto dicto Bald. in capitulo primò, §. ſi quis. de pace iura. firman. ubi dicit, quòd ſtatutum permittens uindictam, non habet locum in expediente per alium, ecce, quod uerba denotantia perſonam in fauorem partis, non poſſunt per alium expediri. Ergo, &c. ¶ Primò dicunt Moder. quòd iſtud dictum eſt dubium. Item reſpondent, quòd illud eſt pœnale, & contra ius commune. Vel dic, ut dixi in capit. quæ in eccleſiarum. de conſti. in primis chartis, in uer. nonus caſus. quòd illud dictum Bald. non procedit ex eo, quòd l. foueat uindictam, ſed quia excuſat illum, qui facit uindictam, quia non poteſt temperare iuſtum dolorem, quæ ratio ceſſat in expediente per alium. ¶ Secundò opponitur de dicto Bal. in l. j. C. qui admit. ubi dicit, quòd in ſtatuto prohibente mulierem contrahere ſine conſenſu propinquorũ, non ſufficit ratificatio, quia a forma ſtatuti non poteſt mulier recedere, ecce, quòd iſta forma eſt data in fauorem partis, & tamen ab ea, non poteſt recedere. Dicunt Moder. quòd illud dictum Bald. non eſt in fauorem partium, ſed in fauorem reipublicæ, quia intereſt, ne quis male tractaretur. Vel reſponde, q non ualet renunciatio ſtatuti, quia qua facilitate ac facultate induceretur ad cõtrahendum malè, eadem ad renunciandum. ¶ Tertiò opponitur de dicto Bal. in auth. iubemus. C. de iudi. ubi dicit, q ubi eſt data forma, conſenſus partium, nihil operatur. Reſpõdent, q debet intelligi niſi forma ſit data in fauorem partis. ¶ Quartò opponitur de una gl. in l. a diuo Pio. ff. de ritu nup. quæ dicit, q ubi actus eſt nullus ipſo iure, conſenſus partium nihil operatur, dic. ut ſtatim dicetur. ¶ Adde, q iſte text. fallit in forma data in literis ad beneficia fauore impetrantis, quia illi renunciari non poteſt, per text. in c. cui. de nou. de præb. in 6. ¶ Secundò limita, niſi eſſet clauſula decreti, quia tunc non poteſt recedi ab iſta forma, etiamſi ſit, in fauorem partis, glo. in c. dilecto. in uer. in clauſula. de præb. cũ his, quæ dixi in c. cum acceſſiſſent. in prin. in uerſi. tertia declaratio. Et ſic intelligitur gloſ. in d. l. a diuo Pio. quæ loquitur, ubi clauſula eſt decreti, & ideo renunciari non poteſt. ¶ Vltimò nu. quòd ubi Papa tacitè, uel expreſſe elegit induſtriam perſonæ, non poteſt alteri ſubdelegari. Hodie eſt tex. in c. is, cui. de offi. deleg. lib. 6. & tex. hic notabilis. ¶ Vtrum per iſta uerba, conſcientiam tuam oneramus, is, cui diriguntur, ſubdelegare poſſit[a]? Abb. ponit, & ad hoc Mod. allegãt Io. An. & omnes in c. 2. de teſta. in 6. ubi dicit, q uerbum Conſciẽtiæ tuæ, impedit ſubſtitutionem. Secundò Bal. in l. nulli. C. de epiſ. & cle. ubi tenet idẽ. Tamen dicunt, q pro do. Abb. eſt deciſio Ang. in auth. ad hæc. C. de iud. ubi refert Ang. fuiſſe expertum in facto id, quod dicit do. Abb. Primò mouetur Ange. quia expreſſio eorum quæ tacitè inſunt, nihil operatur, l. j. ff. de leg. j. Sed omnino intelligebatur, q deberet facere ſẽm conſciẽtiã. Ergo, &c. Secundò eſt caſus in cle. cui. de uer. ſig. ubi Papa onerat conſcientias. Multa tamen delegari poſſunt. Et cum hoc

a Poſſit] Adde Io. de Por. in l. q liberis. §. hæc uerba. de uulg. & pup. & do. Alex. de Imol. in l. more. de iuriſdi. om. iu. & Lud. in ſing. uer. executor. uerſic. quæro, utrum.

hoc tranſeunt Moderni. ¶ Primò, ꝙ per uerba iſta Conſcientiam tuã oneramus, non ſit electa induſtria perſonæ, tenet ipſe Ab. in c. cum in ueteri. de elec. in prin. Et ibi etiam dicit ita conſuluiſſe, & ꝙ poteſt ſubdelegari. ¶ Secũdò uide Pe. de Anc. in cle. j. in 15. notabili, de ſo. comp. ubi tenet idẽ, quod Abb. hic. ¶ Tertiò allego Ro. deciſ. 441. incip. Fuit dubitatũ, utrum executor. in nouis, ubi latiſſimè diſputant iſtum paſſum, & dicunt fuiſſe pronunciatum, ꝙ ſic: licet Collector dicat ſe & pluximos tenuiſſe contrarium. ¶ Contra do. Abb. ꝙ imo denotet electam induſtriam perſonæ, facit deciſio præallegata in fi. Secundò uide Bal. in c. ſi pro debilitate. ĩ. eo. in ſecundo commento, ubi dicit, ꝙ non poteſt ſubdelegare, & Bal. in l. & in epiſtola. C. de fideic. prope fi. ubi dicit, ꝙ executor datus ſuper conſcientiam, non poteſt delegare. Item Domi. in c. a. in §. ſanè. in uerſi. not. incidenter. de teſta. in 6. & Bal. in d. l. nulli. Idem tenet Imo. hic, dicens de clauſula, De tua prudentia, uel circunſpectione, plenius confidentes, & allegat Inn. hic, & dicit eius dictum eſſe diligenter notandũ quia ſæpiſſimè iſta uerba apponuntur in literis. Et tu perpetuò not. quia poteris infringere mille ſubdelegationes. Pro hoc facit gl. in l. ſi cui. ff. de arbi. quæ dicit, ꝙ motus animi non poteſt alteri committi. Facit dictum Bal. in l. cum magiſtratus. C. quã prouo. nõ eſt ne. ubi dicit, ꝙ arbitri, tutores, executores, non poſſunt animi ſui motus alteri committere. Vltimò contra Abb. facit dictum Arch. & Io. And. in c. unico, ne ſede uac. Alb. in 2. parte ſtatutorum, q. 101. ubi dicit, ꝙ is, cum cuius conſilio habet aliquid expediri pro me, nõ poteſt ipſum ſubdelegare: quod not. & ſic eodem mõ cum conſcientia. Dic tu circa hæc, ꝙ aliquando in commiſſione alicuius dicitur, Super quo conſcientiam tuam oneramus, adijciendo hoc in uim executionis, uel monitionis, & in iſto caſu procedat opi. do. Abb. & Dom. de Ro. Ratio, quia uidetur potius appoſita ad tenorem delegationis, & ſic in uim monitionis. Facit text. in clem. 1. de præb. Aliquando uerò non apponitur dicta clauſula, ſed dicitur Decidas ſecundum conſcientiam: & tunc habent locum rationes & authoritates contrariæ, quia non poteſt dici, ꝙ hoc ſit in uim tenoris ſed, in uim executionis, niſi ſubdelegaret dando formam, dicendo, Decidas ſic & ſic, & ita limitatur iſte ſecundus caſus, ut uidimus in c. ſi pro debilitate. ĩ. eo. & pro hoc adduco dictum Bald. in rubr. C. de exec. ubi dixit, ꝙ prohibitus ſubſtituere, poteſt per nuncium explicare. ¶ Vtrum
3 † hoc uerbũ perſonaliter, uel Per teipſum, uel Manibus proprijs, importet ſemper electam induſtriam perſonæ? Dicũt hic Mod. ꝙ in negotio paruo non uidetur electa induſtria perſonæ. Ita Inn. hic. Et pro hoc allegant gl. in authen. minoris debitor. C. qui da. tut. poſ. ubi ſtatutum loquens in debitore, non habet locum in debitore paruo. Item allegant l. ſenatus. §. Marcellus. ff. de leg. j. ubi l. prohibens emere domum, non habet locum in domuncula. Item allegant Bald. in l. s. C. de ædili. act. ubi dicit, ꝙ ſtatutum loquens in uulnere, non habet locum in uulnuſculo. Tamen iſtis non obſtãtibus tenent opin. Ab. uidelicet ꝙ in materia etiam parui præiudicij, uidetur electa induſtria perſonæ, quia alias hoc uerbum nihil importaret. ¶ Tu adde primò contra do. Ab. pro Inn. tex. in clementi. 1. de iure iur. & ibi Card. in 2. notabili. Tamen hoc non obſtante, teneo cum Ab. & pro hoc allego Bal. & Imo. in l. j. ff. de lib. & poſthum. ubi dicunt, ꝙ ubi aliquid eſt datum pro forma etiamſi uideatur modicæ ſolennitatis, eſt omnino ſeruandum, & non habet locum regula dicens, ꝙ de modico non eſt curandum. ¶ Adde etiam do. Abb. conſi. 96. in pen. col. ubi dicit, ꝙ leuis ſolennitas aliquando eſt omnino neceſſaria, ut ſatisfiat iuri. ¶ Item adde Ant. in c. Piſanis at Lucanis. de reſtit. ſpo. ubi dicit, ꝙ ommiſſio formæ in minima parte proceſſus, uitiat proceſſum. Adde etiã Ange. in l. hac conſultiſſima. C. qui teſta. facere poſſ. ubi dicit, ꝙ ſi ſtatutum in certo caſu requirit cõſilium ſapientis, dicit, ꝙ hoc debet requiri in caſu claro. Ad cle. 1. de iureiur. reſponde, quòd ibi non fuit commiſſum ſuperioris, in quo lateret aliquid intrinſecum, prout conſiderat hic Abbas, ideo ipſemet ſtatuens potuit a-
tex.Idem But.poſt Inn.j. eo. conquerente.pe.col.uer.ad quæſtionē.& Pet. de Anch.io c.j.de præſcri.in 6.Idem ſentit Cal. de ſenten.excom.conſi.6.in fi.Et procedit indubitanter,quando epiſcopus uoluiſſet ſemel exercere iuriſdictionem, & fuiſſet prohibitus per inferiorem, quia tunc decurſa eſt præſcriptio cum iſta qualitate excluſiuè deducta, in quaſi poſſeſſione iuriſdictionis, ſecundum eum. Pro quo uide text.in ſimili de ap. ſignificante. per quæ dicit ibi Ab.poſt alios in primo no. quòd ſi longo tempore aliquis iuit ad furnum, uel molendinū alicuius,licet propter hoc non obligetur ad continuandum, Cy. in l.2.C.quæ ſit lon.conſue.Inn.de cau.poſ. cum eccleſia.Bar.ff.de uſur.cū de in tem uerſo.Abb.ti.præcedenti quoad.& ibi dixi, tamen ſi ille uolens mutare molendinum,fuit prohibitus, & acquieuit inhibitioni per tempus legitimum ad præſcriptionem inducendam,inducitur præſcriptio:de qua exclamat Philip.ibi, pulchrè hoc dilatans:pro quo uide ad idem Ab.de teſti.ſpo.c.fi.in fi.Et amplia, etiamſi dicta ꝓhibitio fuit facta iudicialiter,& pro bono pacis ei obtemperatum fuiſſet. Ab. de: net.ſig.abbate.2.col.extollens illum text. ad hoc. ¶Tempera iſtas limitationes duobus modis. Primò,dum modò ille, qui acquiſiuit iuriſdictionem contra ſuperiorē, ſit uigil in cauſa expedienda. Sed data ipſius negligētia, ſuperior eam exercere poterit ex ſua generali poteſtate,c. irrefragabili. in prin.j.eo. De quo facit ibi ſeſtum Abb. j.col.& alij ibi addendi.Intellige,dū modò ille iudex maior, ſit aliàs ordinarius iudex, & generalis loci, in quo eſt ille minor. Sed ſi nullam habet iuriſdictionē, non ſupplet eius negligētiā, per id, quod dicit Ab.hic,& alij de quibus j.uolētes archiepm nō ſupplere negligētiā epoꝝ ſuoꝝ, quia non eſt iudex generalis in eorū diœceſib.¶Tēpera ſcdo, niſi ille inferior eſſet abſēs, & officium uacaret:quia ſuperior expediet actum.Ang. in d.l.ſi uacantia.2.col.dicens ſe ita obtinuiſſe, per l. ubi abſunt. ff. de tu.& cu.datis ab his.Et benè facit præcedēs temperamē tum, æquiparando impotentiam negligentiæ, uel uolūtati. Et habet locum iſtud, etiāſi inferiori eſſet data poteſtas per uerba taxatiua,iuxta tertiam limitationem,de qua ſ. ſecundum Ang. Cui adde, quæ dixi in rubr.de ap.5. col.ubi poſt Ab.apoſtillaui Bar.in d.l.ubi abſunt.¶Intellige proximè dicta,dum modò ille, qui non uult,uel non poteſt uti iuriſdictione ſpeciali,ſit inferior altero. Sed ſi eſſet eo maior,uel æqualis, & haberet iuriſdictionem priuatiuè ad alium, non credo, q in dictis caſibus poſſet ſe alius intromittere, per c. 2. ti.præce.& per dictum Hoſt.& aliorum ſ.eo. ſignificauit. dum dicunt, q data deſidia, uel malitia delegati extra materiam peccati, non habet locum ille text. Si autem eſſemus in caſu,in quo daretur uni expreſſè facultas procedendi,data negligentia alterius,etiam æqualis,tūc res eſt clara.Exēplum in c.cauſa de offi.dele.& eo.tit.cum plures.lib.6.cum ſimi. Et cum iſta clara & breui aduna ntia pertranſeo, licet in locis præallegatis ſis inuenturus multa inuoluta, maximè propter lōgas diſtinctiones,quas tradit Bald.in d.c.ſtuduiſti.& Ang.in d.l.teſtamenta.& in d.l.cum prætor. & ibi Ang. Attentis membris ſuæ diſtinctionis uidetur pro maiori parte ponere pro regula, q imo iuriſdictio ſpecialis ueniat priuatiuè pro regula. Sed dicta ſua poſſūt adaptari ſub limitationibus prædictis, & alios ſenſus habuit ipſe in hac materia in d.l. teſtamenta. de qua etiam per Bald. & Salic. C.de iuriſ.om.iu.l.fi.& Bal.& Imol.ff.de lib.& poſth.l. Gallus.§.ille caſus,ad fi.cum concor.de quibus etiam per Alex. d.l.Titiæ.& per Firmanū in uerbo,iuriſdictio.pe.col. uerſi. iuriſdictio generalis.In quibus locis non inuenies materiā ita ordinatam. ¶In quātū dicunt regula, q archiepiſcopus tātum poteſt circa ſubditos ſuffraganeorum, quantum eſt iure expreſſum,& non amplius,per tex.in c.1.de ſup.neg.præla.in 6.adde,qđ in ſimili dicit,de pœnis.c.in quibuſdam. Simile habetur 18.q.2.hoc tātum. Simile in c.is, qui. de ſen. excom.in 6.Simile dicit gl.magna in c.ſuſceptum. de reſcr. in 6.cum ſuis concor. Simile dixit But.de præſen.ſi diligenti.Simile dixit gl.de cle.coniug.diuerſis.& 55.diſ.c.pœnitentes . in quibus locis ſecundum diuerſa propoſita eſt modus loquendi, quòd in multis aliquid non inducitur, niſi in caſi
6 bus a iure expreſſis. ¶Circa † nouam opi. Abb. quòd propter negligentiam epiſcoporum non deuoluitur actus ad archiepiſcopum,uide eundem latiſſimè in repe.c.ſi quis cōtra clericum.27.col.de fo.com.uerſi.aggredior nunc materiam extrinſecam,ubi idē firmat, exceptis duobus caſibus. Primus eſt in abſolutione ab excommunicatione, ſ. eo. ad reprimendam. Scđs in correctione criminum notoriorum, de cenſi.Romana.§.notoria.in 6.Ratio ſpecialis eſt propter periculum,quod poſſet mora afferre : nec remanebunt delicta impunita in alijs caſibus,quia archiepiſcopus coget epiſcopum,ut procedat,quod poteſt ratione peccati, c. quorundam,74.diſ.Idem Abb.de increpat. nullus. in fi. dicens, q in caſu iſto poteſt archiepiſcopus compellere epiſcopū, ſed ipſe non poteſt prouidere. Idem Car.ibi, & ſ. eo.duo. & hic,& Bria.in repert.in uerbo, Metropolitanus. 2. col. propter theoricham Inn.de conceſ.præb.quia pœna deuolutionis de uno in alium unquam imponitur, niſi iure exprimatur.Idem etiam tenet do.Ab.in c.graue ad fi.j.eo.per iſtum tex.in uerbo,nullam.iuncto dicto lo.ibi qui dicit, q hæc dictio uniuerſalis excludit iuriſdictionem mediatam & immediatā, item principalē & acceſſoriā. ¶Vniuerſus mundus tenet oppoſitū, ſecundū Pau.de Lez. in d.c.5. de ſup. neg. prælat.in 6. uidelicet q negligētia epiſcopi deuoluit iuriſdictionē ad archiepiſcopū. Et hanc opi.credit ibi Dom.eſſe ueram, per tex.9.q.3.cum ſimus.ubi in concernentibus etiā exercitium iuriſdictionis archiepiſcopus ſupplet negligentiam ſuffraganeorum. Et per hoc ceſſat fundamentum partis contrariæ,dum dicitur, hoc non eſſe iure expreſſum. Et hanc opinionem tenent multi, quos allegat Abb.in d.repet. ¶Conſiderabam tria. Primò, quod ad c. cum ſimus.non uidit Domi.reſponſionem Abb.hic. & in d.repetit. quæ uidetur ſufficiens, maximè dum conſiderat,quod ibi dicitur,pariter de ſupplenda negligentia archiepiſcopi per epiſcopum in caſu illo:Et q abſurdum eſſet dicere, q archiepiſcopi ſemper ſupplerent negligentiam epiſcoporum: & ſicut ille tex. probat opi.communem, ſecundum Domi. ita probaret, & hoc ſecundum dictum, quod nemo concederet. ¶Conſidero ſecundo ultra omnes pro opinione communi d. §. notoria. non in eo,quod ibi deciditur,ſed in ratione decidendi, quę generalis eſt, dum dicit, cum ſuper his meritò notari poſſit epiſcoporum negligentia,quaſi expreſsè arguat ſic: Conſtat de negligentia epiſcopi, ergo actus deuoluitur ad archiepiſcopum.¶Conſidero tertiò, q quando epiſcopus eſſet negligens in miniſtrando iuſticiam ſubdito,uidetur poſſe recurri ad archiepiſcopum [a] per
a uiam querelæ,iuxta c.romanabilibus.§.1. de ſen.excom.in 6. ubi de grauamine illato per epiſcopum ſubdito,poteſt fieri querela ipſi archiepiſcopo. Quòd autem a tarditate iudicis poſſit recurri ad ſuperiorem per uiam querelæ , licet propter tarditatē non poſſit appellari,uide Bald. in l.fi.§.illud. per illum tex. C.de temp.appel.per eundē in l.fi.1.col.C.de ſen.& in l.ſed ſi.§.ait prætor.ff.ex quibus cau.ma.Latiſſimè p Phi. de Au. ex ratione.27.col.& per Alex.de ope.no.nun.de pupillo.§.ſi quis ipſi.5.col.Et ubi epiſcopus requiſitus ter, ut iuſtitiam miniſtret,recuſat, tunc ab illa tarditate appellari poteſt, per id,quod not.Io.An.de appel.dilecto. quem extollit Abb.de app.ex parte. lo ult.in princ.& Alex.pulchrè de dam. infec. quamuis . ad fi. Et iſto caſu credo deuolui ad archiepiſcopū cognitionem illius cauſæ , quia appellatio operatur effectum deuolutionis *, ut habuimus ſ. eod. ad reprimendam.ſecus fortè in caſu querelæ , quia archiepiſcopus remittit illum ad epiſcopum,aſtringendo,ut faciat iuſticiam , prout in ſimili dicitur in d.c.nullus. Et ſi epiſcopus non facit iuſtitiam , proſequetur archiepiſcopus, exaggerando in eum pœnas, adeo q

a Ad archiepiſcopum] Adde, quæ habentur ad materiam per Car.in cle.ij.§. 2. in fi.de rel.do.

** Deuolutionum] Adde Bart.in l.ſi expreſſim.col. pe. q.4.de appe. Rot. deciſ.361.ſuis du bitatum . in nou. c.ſolicitudinem.c. dilectus.& c.dilecti.*

Eli. de appel. Rot. deciſ. 763. ex hoc inſurrexit. in fin. in nou. & ad materiam no. Rot. de ciſ. 5. tit. de cauſa poſſ. & prope. in antiq. Biſig. 2. deciſ. 131. intenta- to. in nou. & deciſ. 436. nota in an tiq. & deciſ. 6. & 302. in antiq. Ad uerte tamen quod appellatio ut deuoluat reſpectu appellati quo ille non deuolit, debet eſſe legitima et le gitime intimata. c. cordi. in princ. iunct. c. concertationi. et c. Romana in prin. cum ſeq. de appell. in 6. c. dilecti filii. eo. tit. cle. cauſam. de elect. alias, licet ad Papam fuiſſet interpoſita, non deuolueret, nec aliū iuris effectum operaretur. c. quāuis. 2. cupientes. ubi glo. in uer. appellatio. de elect. in 6. & c. in primo. in uer. deuoluta. de ſuppl. negl. prælat. in 6. Rot. deciſ. 385. Si appelletur. & 422. ſi appelletur manifeſte friuole. in nouis; ut autem deuoluat in qualibet cauſa, quomodo debeat præſentari in Ro. cur. de cet Rot. deciſ. 690 Dic quod dominus Petrus. in antiq. & ni. Rot. deciſ. 4. et 768. ſciē dum eſt. eo. lib. & Biſign. in tit. de appell. deciſ. 17. nunquid.

tādem inducatur ad iuſtitiam reddendā, niſi ageretur de peccato, uel periculum eſſet in mora, ut hic per Abb. eſt uerum, q Hoſt. in c. 1. de ſup. neg. præl. in 6. uoluit, q elapſo termino aſſignato per archiepiſcopum epiſcopo, poſſit archiepiſcopus ſupplere. Sed Domi. ibi, & Abb. hic, & in d. cap. ſi quis. non uidentur eum ſequi. Et hæc nota, tanquam diſputabilia & noua. ¶ Vltra Scribentes ſunt alij caſus hinc iu

7 de ſpatſi circa gl. hic. Vnde no. q † archiepiſcopus poteſt tollere prauam conſuetudinem in diœceſi ſuffraganeorum, & excommunicare eam ſeruantes. Tex. & Inno. in c. ex frequentibus. de inſtit. Quem caſum tepatat ibi Ab. 3. notabili, non guſtatum: Sed certè ea quo conſuetudo non poteſt eſſe nun notoria, uidetur, q abſq; alia mentione committatur negligentia ordinarij, & ſumus in caſu tito d. §. notoria. ¶ Archiepiſcopus non diſpenſat cum ſubditis ſuffraganeorum ſuorum. Butr. & Dom. de fi. presby. ad extirpandas. reputātes hoc bene notandum, q diſpenſatio non poteſt exerceri cum non ſubdito. Reſpondet ad c. j. de pœni. & re. in 6. & c. fin. de cenſi. eo. lib. q loquitur in his, quæ reſpiciunt forum pœnitentiale. Limita dictū iſtorū, niſi in caſib. in quib. pōt archiepiſcopus iudicare quia in eiſdem poteſt cum prædictis diſpenſare. Spec. de leg. §. ſunt quoque. 1. col. uer. archiepiſcopus. Et ibi etiam dicit, q poteſt diſpenſare cū male inſtitutus a ſuo ſuffraganeo, de quo dubito per prædicta. Et de diſpenſatione archiepiſcopi, quo ad ſubditos ſuos, uide aliquid in Spe. de leg. §. nunc de epiſcoporū. quaſi in fi. Archiepiſcopus debet conferre ſacramenta, uel ordines, ſubditis ſuffraganeorum: gl. 7. c. 1. de offi. ordi. in 6. Doct. de cenſi. c. fi. eo. lib. ¶ Non concedit priuilegium ſubditis ſuffraganeorum ſuorum gl. fi. 16. q. 6. cum qua tranſit ibi Archi. & ſequitur But. de re iud. cum inter. §. j. & ibi bonus tex. ubi confirmatio archiepiſcopi fuit ſubſcripta ab epiſcopo: quia alias, non ualuiſſet. Ad idem c. ſicut unire. de exceſ. prælat. ¶ Limita, niſi concederet priuilegium cum conſenſu omnium epiſcoporum prouinciæ, ſecundum gl. in d. c. placuit. & Arch. 9. q. 3. archiepiſcopus. & Abba. in d. c. cum inter. 5. col. dicit tamen ipſe in uer. ego dico. q iſtud de conſenſu epiſcoporum procederet incōcernentibus ſtatum totius prouinciæ, ſed in facto concernente præiudicium unius epiſcopi ſufficit illius conſenſus, ſecundum eum. Et ſic etiam intellige Imo. ibi, dum reprobat d. gl. circa conſenſum epiſcoporū. Nō ualet ſtatutū concilij prouincialis, q archieps poſſit cognoſcere de cauſis ſubditorū ſuffraganeorū, eis & inuitis, in ſua propria diœceſi. Rota de conſt. 2. in antiquioribus. & de conſue. 19. in antiquis. Secus, ſi ſubditi uellent, ut per gl. in præcedenti, nouit. Intellige de ſubditis laicis: quia in clericis ultra uoluntate eorū requiritur conſenſus ſui ordinarij, de ſo. cōp. ſignificaſti. Subdit latè Rota, q ſicut archieps poſſet punire aliquos delinquentes in ſua diœceſi, ita pōt conſentire, q eps offenſus ab eis exiſtentibus in eadem diœceſi, puniat eos, dando ſibi territorium, qa a quo ipſemet archieps hoc poſſet, ita pōt alij committere, ut per eos latius. Qđ guſta ad

8 materiam c. fi. de fo. cōp. ¶ Pōt † archieps aſſignare terminū epiſcopo, ut conſtituat ſibi uicarium, uel officiale, quo elapſo, archieps prouidebit. Abb. late j. eo. quoniam. circa medium. Dum dicit Ab. hic, ualere conſuetudinem cuiuſq; eccleſiæ in diuinis, uide eundem j. eo. quoniam. 2. notabili, per illum tex. Quando archiepiſcopus per loca exempta tranſit

intra prouinciam, pōt ante ſe facere deferri crucem, & benedicere. Tex. cum gl. in cle. j. [a] & fi. de priui leg. & ibi late Doc. & Nico. Mylus in uerbo, archiepiſcopus. c. 3. Archieps non pōt petere charitatiuum ſubſidium a ſuffraganeis, neq; ab eorum ſubditis. Bria. in uerbo, metropolitanus. Allegat Inn. de cenſi. cum Apoſtolus. qui non dicit hoc, ſed q archieps non pōt compellere ſubditos ſuffraganeorum, ut ſoluant ipſis ſuffraganeis, quia non eſt eorū iudex, ut hic. Quod nota. Tō in iſtis uerbis pōt colligi, q eſt dictum. Et hæc, quoad poteſtatem archieps in ſubditis ſuffraganeorū, plura generaliter de metropolitano ponit Brix. ubi ſ. doctius cæteris. Sed dictis ſuis adde notabilem theoricam Io. An. de uoto. magnæ. 2. colū. ſuper uerbo, aſtrictus. ubi quærens, quare de licentia archieps non pōt eps peregrinari, ſnt, ſm Hoſt. ibi, q in materia epiſcoporum metropolitanis intelligitur prohibitū, quicquid expreſſe non inuenitur conceſſum. Facit, quod no. Io. An. de iure pat. nullus. dicens, q metropolitanus non eſt iudex epiſcopi, niſi in caſibus hic notatis. Vnde in caſu illo dicit recurrendum ad Papam. Ex quibus dictis habes theoricam, q ſicut archiepiſcopus non impedit ſe de ſubditis ſuorum ſuffraganeorum, niſi quantum de iure exprimitur, ita neque de ipſis ſuffraganeis, quod apertius non legi alibi.

a In cle. i.] Et ibi dem uide Car. & adde gl. in c. fi. ut li. pend.

§. PRAETEREA. ¶ Mortuo delegato Papę, qui excommunicauit reum, uel actorem in poſſeſſionem induxit, ſi eius ſucceſſor in delegatione ſuccedit, abſoluere & reſtituere poſſeſſionem poterit, alias ſolus Papa reſtituet & abſoluet, præterquam in mortis articulo, ne tamen currat annalis præſcriptio, reus coram ordinario, uel publicis perſonis de ſtan

9 do iuri, cautionem præſtabit. ¶ Eſt ergo regula, quòd † ab excommunicatione lata ab homine, alius homo non abſoluit. Ita quotidie allegatur iſte tex. ſecundum Abb. hic. Facit text. ſupra eod. cum ab eccleſiarum. & c. j. de treu. & pac. Eſt gl. magna circa fi. 11. q. 3. ſi inimicus. Vnde dixit gl. in cle. j. in uerbo, a canone. de priuile. & ibi Imo. 10. col. q pœna appoſita ibi abſoluenti excommunicatum, a ſtatuto alterius, non habet locum in excommunicato per ſententiam, quia licet abſolutio non teneat, non incidit in illam pœnam, cū ſit diuerſa. Et pro intellectu huius regulæ, reduxi fallentias examinatas, quas in literis, neque in apoſtillis alienis reperi cumulatas. ¶ Et iſtam regulam deduxit etiam Lud. conſil. 387. 2. col. uolens, quòd a ſententia excommunicationis lata per hominem confirmata per Romanum Pontificem, nullus abſoluit, Præter Papam, ſine ſpeciali mandato, per text. cum gl. de inſti. in c. ex frequentibus, in uerbo, confirmantes. Et illam gl. ſequitur etiam Abb. ibi in fin. poſt alios, niſi excommunicatio eſſet lata per conſtitutionem inferioris, quia licet eſſet confirmata a Papa tamen ſi abſolutio non eſt reſeruata in conſtitutione, alius abſoluet, per ea quæ dicētur in j. fallentia. Et ſic etiam no. Io. And. in Spe. de ſent. prola. §. ut autem. uerſi. quid ſi Papa. ¶ Amplia regulam etiam in ſuſpēſione lata per ſententiam hominis, quia ab illa non poteſt, alius abſoluere. Car. poſt Pau. copioſe. in cle. j. uerſic. quis. 4. q. de reb. eccle. non alie. & ibi Imo. in 4. col. poſt Io. de Lig. & Imo. in c. graue. 5. col. de præb. per c. cum ab eccleſiarū. ſ. eo. & c. inferior. 21. diſt. ¶ Fallit primò dicta regula in excommunicatione lata per conſtitutionem hominis. Io. And. Abba. & Imo. de proba. graue per c. nuper de ſen. excom. æquiparando conſtitutionem inferiorum canoni Papæ. Idem Abba. in d. c. nuper. 1. col. & Car. poſt Pau. in d. uer. ſi quis in 5. & 6. q. & Imo. hic, & Dom. late 17. diſt. in ſumma, per text. de inſti. ex frequentibus. ubi Papa mandat ſuffraganeis, ut relaxent excommunicationem latam ſtatuto archiepiſcopi, niſi præmiſſa ſatisfactione. Et illum tex. extollit & Ab. ibi, in ultimo notabili. & Imol. in d. capitul. graue. 4. colum. ¶ Ampliant hoc, etiamſi ſtatutum inferioris eſſet confirmatū per Papam, ut per Abb. dict. cap. ex frequentibus. in fin. per illum tex. cum gloſſ. Eſt uerum, quod But. in d. ca. graue. nō tenet hanc fallentiam, quia Papa in d. ca. nuper. hoc prouidit ſpecialiter in ſuo canone propter locorum diſtantiam. Sed prædicti eum reprehendunt, quia, ſecundum Abbas, ibi, Papa in c. nuper. proceſſit ſolum ex coniecturata mente conditoris canonis, & non fecit ſpecialem prouiſionem. Præterea, ſecundum Dom. ubi ſ. ſtatuta inferiorum inter-

pretantur ſecundum ius commune, c.ex literis.de conſti.c.cum dilectus.de conſue. Sed ius diſponit, ꝙ quando conditor canonis ſibi non reſeruat abſolutionem, uidetur alijs concedere. Ergo eam interpretationem debent pati ſtatuta inferiorum. Nec mirum eſt, ꝙ ca.nuper.loquatur ſpecialiter de conſti.Papæ, ſed de conditore canonis. Et ita ſe habet ibi interrogatio & reſponſio, ſecũdum Dom. pro quo facit: quia appellatione canonum ueniunt etiam ſtatuta inferiorum. Cal. de regul.conſi.19.de conſti.conſi.16. Dixi de conſti.ca.1.in prin. Cum iſtis concordat Cal.de ſen.exc. conſi.6.dicens, ꝙ ab excommunicatione incurſa ex conſtitutione regulæ, poteſt ſuperior immediatè abſoluere religioſum, per d. cap.nuper. niſi conſuetudo hanc poteſtatem reſeruet magiſtro ordinis, uel alteri prælato, quia in his operatur conſuetudo. Allegat de fo. compe.cum contingat. ¶ Fortius uoluit Imol.in d.c.graue.uer.aduerte tamen. Quòd ab excommunicatione lata ab homine per ſentẽtiam generalem, ita poſſit alius abſoluere, ſicut ſi eſſet lata per ſtatutum. Et ꝙ regula prædicta procedat in excommunicatione ſpeciali, mouetur per d.ca, ex frequentibus. ubi fuit lata ſententia generalis, non per uiam ſtatuti, ſecundum eum. Non legi hoc alibi. Et obſtat d.c. nuper. diſponens ſpecialiter de ſententia lata per uiam canonis. Et ideo cum tex.hic, & in alijs iuribus dicat, ſecus de excommunicatione lata per ſententiam: non uidentur iſta iura eſſe reſtringenda, ex quo iure non cauetur. Neque obſtat d.c.ex frequentibus. quia re uera omnes Doct.ibi, excepto Imo.intelligunt, ꝙ archiepiſcopus tulerit ſententiam per uiam ſtatuti, quod uerisimilius eſt, cum fuerit generalis pro futuris culpis, quæ regulariter ferenda non eſt per uiam ſententiæ, c.Romana.§.caueant.de ſen.exc.in 6.licet poſſet ferri per ſtatutum, c.1.de conſti.in 6. & utrobique per glo.& Doct. Eſt uerum, ꝙ in c.ex frequentib. præceſſit culpa & mora illorum intruſorum: quo caſu poteſt ferri ſententia generalis, d.§.caueant. Sed ex quo fuit lata ſententia excommunicationis etiam in eos, qui de cætero occupabunt, procedit uera ſimilitudo, quam dixi, ꝙ fuerit per uiam ſtatuti. Et poſito, ꝙ alias ferretur una generalis excommunicatio per uiã ſententiæ, quã præcedit culpa, mora, uel offenſa, adhuc crederem habere locum iſtum tex.per prædicta: quia ut dixi, regula iſta non eſt limitata per c.nuper. niſi in excõicatione lata per conſtitutionem. Ergo extra illum caſum ſtabit firma iſta regula l.nam quod liquidæ.§.fi.ff.de penu.leg.cum ſimil. Et iſta nota, ut nouiſſima. ¶ Hanc primam fallentiam amplia I ſuſpenſione: quia ſi abſolutio a ſuſpenſione lata per conſtitutionem, non eſt reſeruata, competit alteri. Inno.de ſolu.ſi quorundam, quod dicit ibi But. circa fi.eſſe bene notandũ pro extenſione d.c.nuper. Idem gl.1.poſt prin.in c.ſi quis deinceps.16.q.7.licet Brix.ibi contra. Idem etiam Ab.in c.quã ſit.in fi.de exceſ.præl.& Imo.in d.cle.1.de re ec. Allegat Innο.& multos alios de elec.quiſquis.& Io.de Lig.in d.ca ex frequentib. Idem Imo.latè poſt Car.in c.graue. Allegat Inn. in d.c.ſi quorundam. & Pau.in d.cle.1. Et quia excõicatio, ſuſpenſio, & interdictum continentur ſub uno uocabulo, ſ. cenſuræ, de uer.ſig.quærenti.& facit de app.ad hæc, quoniã ſecundum eum, niſi ſuſpenſio eſſet lata a canone ad tempus certũ: quia licet abſolutio non eſſet reſeruata, non poſſet inferior abſoluere: gl.in c.cupientes.§.cæterum.in uerb.ſuſpenſus.de elec.in 6. & in cle.1.in uerbo, excommunicationis.circa fi.de hære.& ibi Card.in §.uerum.in 3.oppoſi.& Ab.in d.c.quam ſit.in fi. & Dom.poſt Imo.de regula.non ſolum.in 6. & in d.§.cæterum.in ult.co.poſt Pau.Ibi uide. Habet igitur locum iſta ampliatio, quando ſuſpenſio non eſt ad tempus, ſed pro contumacia, id eſt, donec aliquid factum fuerit, ut etiam declarat Abb.in d.c.ſi quorundam.& Card.in d.cap.ſi quis. Si autem eſſet ſuſpenſio perpetua, & in pœnam, quæ haberet uim priuationis, tunc oportet uidere, an ſit tale crimen, ſuper quo epiſcopus poſſit diſpenſare: & utrum diſpoſitio d.cap.nuper. habeat locum in diſpenſatione, ita quod ubi canon non reſeruat eam ſibi uideatur concedere inferiori: quæ duo ꝑponunt oẽs in d.§.de adulterijs.de iud.& ibi alias dixi. Et iſtam etiam ſentit Abb. de teſti.cum literis.ultimo notabili. An autem ſuſpenſio intelligatur in dubio a temporalis, uel perpetua, tangit Imol.in d.clem.1. Dixi poſt alios de cõſti.ex his ris. ¶ Limita hanc primam fallentiam, niſi to † incurrens excommunicationem, uel ſuſpenſionem l. eſſet exemptus ab ordinario: quia etiamſi excommunicatio non ſit reſeruata in canone, & licet ſuſpenſio ſit pro contumacia, nihilominus ſolus Papa abſoluet. Fede. conſi.14. Monachus Perusinus. & ſequitur Dom. in d.c.non ſolum.5.col. quia ſolus Papa cenſetur epiſcopus exemptorum. Allegat gl.d.c.authoritate.in uerbo, ſe app.de priui.in 6. Nec poſſunt tales abſolui a prælatis regularibus: quia ubicunque dicitur, ꝙ canon uidetur relinquere abſolutionem inferioribus, intelligitur de ſolis epiſcopis, non de inferioribus. Et ita dixit do. Berengarius, qui fuit unus de compilatoribus Sexti, ſecundũ Fede. pro quo facit ſolenne dictum Inn. in c.2.de eo, qui furti.uel.ſuſce. dum dicit, ꝙ permiſſa diſpenſatione a canone, intelligitur permiſſa ſolis epiſcopis. Et idem Inno.in c.ſi.in fi.de poſtul.præla. Spe.de lega.§.ſunt quoque.in fi. Arch.in c.eccleſia.16.q.1. Ab.in c.j.2.col.de noto. in c.j.de priui. in c.cum ad monaſterium.pe.col.de ſta.mo. Dom.in c.cum ex eo.2.col.de elec.in 6.in c.cum nullus.ult.col.de temp.or.e.lib. Ab.in c.nuper.de ſen.exc. Dixi in d.§.de adulterijs.& uide Ab.in c.2.de ſen.exc.ubi latè ſequitur d.conſi.Fed. Cũ ergo epiſcopi non poſſint abſoluere exemptos, ut eſt dictũ, ſequitur, ꝙ ſolus Papa eos abſoluet. Et de hoc eſt ampla diſputatio Ab.duo clericali.in 1.dubio, de qua ipſe meminit de foro comp.ſignificaſti.3.col. Ex quibus dubito de conſil. Cal. de ſen.exc.in 6.dum dicit, ꝙ prælati religioſorum poſſunt eos abſoluere in caſu c.ut periculoſa.ne cle.uel mo.in 6. Sed in quantum poſtea loquitur de excommunicatione incurſa ex conſtitutionibus regulæ, credo dictum eius procedere & erit notabilis declaratio ad dictum conſi. Fed. Quid autem de legato ꝑpendet ex notatis per Dom.de elec.ſi abbatẽ.in 6. & de exceſ.præl.c.j.eo.lib.3.co.ibi, quæro, an legatus. Et ex

de loco uer. ita ſervatur. et Bal. in auth. habita. 7. col. C. ne fi. pro patre.

11 ibi dictis uidetur, ꝙ non poſſit abſoluere. ¶ Fallit † ſecundo regula huius tex.in delegato Papæ: quia data negligentia, uel iniuſta denegatione illius, qui excommunicauit, poterit ipſe abſoluere quantum ad effectum ut poſſit agitari cã ibi cõmiſſa, c.prudentia.§.ſexta.& §.fi.de offi.dele. Et rationem aſſignat ibi Abb.in §.fin.in fi.poſt alios: ubi uide. ¶ Fallit tertiò in eo, qui ſuccedit excommunicato in ipſa cã. Et intelligunt Doc.idem, ſi non ſuccederet in honore, ſed in onere. Pro quibus uide Dom. poſt Lap. de offi.dele.cum plures in fi.in 6.ubi dicit, ꝙ ſi in caſu illius c.unus ex delegatis, ꝙ competat procedere, excommunicauit partem, & poſtea eſt mortuus, uel impeditus, uel nõ uult procedere, poterit collega, qui uirtute illius c.reaſſumit cauſam, illum abſoluere, per tex.hic, & in regula, is qui.lib.6. Et idem dicit in ſubdelegato delegati, qui excommunicauit & ſubdelegauit in totũ, ꝙ ipſe ſubdelegatus poſſit abſoluere. Si autem ſubdelegans reſeruaſſet ſibi abſolutionem, nõ poſſet ſubdelegatus abſoluere. Sed ſi ſubdelegans eſſet impeditus, adeo ꝙ non poſſet procedere, tunc ſubdelegatus poſſet abſoluere, etſi ille inhibuiſſet, quia ſubdelegatus in caſu impedimenti aſſumit iuriſdictionem, non uirtute ſubdelegationis, ſed a lege. Et idem eſt ſi ſit par ipſi delegato impedito, non poteſt ille inhibe-

12 re abſolutionem, ſecundum prædictos. ¶ Fallit quartò † in articulo mortis, ut eſt tex.hic, & de rapto.in literis.cum gl. & de ſponſ. non eſt cum conc. Et not. ꝙ requiritur ſatisfactio in tali abſolutione, uel cautio de ſatisfaciendo. Ab. & Ant. poſt Gof.in d.c.in literis.in fi. Eſt uerum, ꝙ Imo.poſt Lap.in cle.j.2.co.de hære.dicit eſſe ibi caſum mirabilem, in quo nõ ſufficit cautio in articulo mortis, quicquid dicat gl.ibi in uerbo, & tunc ſecundum eos. Sed uerior eſt opinio gl.ibi, ꝙ ſi tempus non patitur, ſufficit cautio, ſecundum Car.ibi in §.uerum.4.oppo. quia ad impoſſibile nemo tenetur, ſecundum eum, propter uerbum Puto, quod ubi nec ſatisfacere, neque cauere poſſet adhuc abſolueretur: quia non omittitur abſolutio, licet deficiat totalis impotentia ſatisfaciendi, uel cauendi, ut in iuribus allegatis per gl.1.in regula, peccatum.lib.6. Bene eſt hic una ſpecialitas, quòd ubi alias pro manifeſta offenſa non ſufficit cautio, ſed requiritur ſatisfactio, ca.ex parte.de uerb.ſig.lo 3. iſto caſu ſufficit cautio, ſecundum prædictos poſt Gof.in d.c.in literis. dixi de offi.deleg.cum contingat. Hoc modo intellige uerba conſtitutionis Martini V. excommunicamus. de quo per Archid. Florentin. de cenſur.capitu. 76.ubi in excommunicatione, quæ fertur annuatim in curia in cœna Dñi, reſeruatur abſolutio, niſi in articulo mortis, &

a *Vel perpetua*] *Adde Spe. in tit. de accuſa. § ſecundo*

tis: & tuoc præſtita ſatisfactione, uel cautione ſufficienti. Et idem de iure, ſecundum Ana. poſt Car. & Hoſt. in c. excommunicamus. §. credentes. de hære. ubi dicunt, ſententiam omnis Papæ, non eſſe canonam generalem, tamen hoc dictū uidetur deſtrui per id, quod no. Inno. in c. graue. in fi. 4. col. ibi & ex prædictis uidetur. de præb. ubi in iſtis terminis colligit ex dictis Ioan. Andr. ibi æquiparati ſententiam generaliter latam, & per uiam ſtatuti, quoad poteſtatē abſoluendi, licet non quo ad alia, ut patet ultra eum ex c. Romana. §. caueant. de ſent. exc. in 6. in octo c. 2. reſponſo. de conſti. eod. tit. cum gl. Vnde retuli ſ. in j. fal. Et no. q Paulus II. addit d. conſtitutioni Martini, q abſoluentes taliter excommunicatos in cœna Domini, incidant in eandem excommunicationem Papalem, a qua non poſſint abſolui per inferiorem a Papa, niſi in articulo mortis. ¶ Fallit quintò in Papa, qui abſoluit excommunicatum ab alio, etiam a conſilio: Lud. conſil. 3. 54. Circa propoſitam. poſt prin. inducit pro ſing. gl. fi. ſ. eo. ad reprimendam. dum dicit, ordinarium poſſe abſoluere ex-

13 communicatum a plebano ſubdito ſuo. ¶ Fallit ſextò † in abſolutione, quæ fit teſti pro ferēdo teſtimonio, iuxta c. ueniēs el 2. de teſti. quia poteſt fieri a iudice cauſæ. Old. conſi. 278. Licet quantum uero, ſuper tertiò. Pro quo faciunt, quæ habētur in c. præterea. de offi. dele. & in l. 2. ff. de iur. om. iud. Et etiam non eſt mirum, quia iſta non eſt propriè abſolutio, ut dixi ſ. eo. ad reprimendam. 2. col. Tamen Old. mer tenet cōtrarium conſi. 145. Quæritur. in prin. & Io. An. in Spe. in rubri. de teſta. & Dom. in c. ſolet. in prin. 7. col. de ſent. exc. in 6. contra Arch. & Io. Mo. ibi ſequendo Io. An. qui reſpondet ad d. c. præterea. q non ueniunt ea, ſine quibus poteſt cauſa agitari, licet non ita commodè. Sed iſti loquuntur in delegatis: fallentia autem procedit in ordinario. Et ita loquuntur d. conſilia Old. Et de ordinario eſt deciſio Hoſt. in d. c. ueniens quam omnes referunt. Et per ipſam ita debet limitari iſta materia, ſecundum Bellencinum ibi in apoſtillis impreſſis, in fi. remittentem ſe in hac materia ad ſuam apoſtillam in c. ex frequentib. de iuſt. quæ non eſt impreſſa. Habentur autem hæ ſolum impreſſæ, aliæ non. Ideo alias non allego. Et ex dicto Hoſt. colligit ipſe Bellen. unū generale, de quo poſſet fieri alia fallentia, uidelicet q regula ſ. poſita habet locū, in abſolutione perpetua, ſed abſolutio ad tempus poteſt fieri ab alio, quam ab excommunicatore, per illud dictum. Et pro hoc facit ſtylus curiæ, quo oratores & impetratores beneficiorum abſoluuntur, quantum expedit reſpectu actus tunc imminentis, licet ſint ab alio excommunicati quãuis per præcedentem fallentiam poſſet dici ſpeciale eſſe in Papa. ¶ Licitum eſt confiteri laico in neceſſitate, gl. hic quæ ſemper allegatur, ſecūdum Doct. Concordat gl. fi. in c. 2. de pœni. & re. in 6. & in c. a nobis. lo 2. in uer. poſtremo. de ſen. exc. & c. ueniens. de tranſact. & c. inferior. 21. diſt. & Abb. in ca. quanto. de conſue. & in Spec. in reper. de pœ. & remiſ. §. nūc aliquas. circ. prin. & ibi, q etiam mulieri. Notat etiam Hoſt. in ſum. de pœ. & re. §. cui confitendum. a. co. ibi, ſeptimò pro tempore neceſſitatis. ¶ In quo nota duas declarationes. Prima declaratio. Iſtud procedit, quoad oſtendendam fidem ſacramenti. Vnde ſi ſic moritur, ſaluatur. de bap. Debitum. ſacramentum tamen deficit, ut ibi: quia nullus poteſt abſoluere, ut uerum ſit ſacramentum, niſi ſacerdos. c. j. §. une. de ſum. trin. Ita gl. & omnes hic, & Hoſt. de uer. ſeptimò. Vnde dicit Tho. 4. diſt. an. q. 1. art. 1. q talis actus prodeſt, quo ad damnationem æternam euitandam: nō tamen diminuit de pœna purgatorij, ut faceret abſolutio ſacerdotis. Et hinc eſt etiam, q ſiuito periculo, debet confeſſio reiterari ſacerdoti. Tho. in 4. diſtin. 17. q. 3. art. 3. & Hoſt. ubi ſ. ¶ Fortius dixit Imo. l. 2. 6. col. uer. adde in eo, quod dicit. ff. de pub. iu. q ex quo iſte non eſt abſolutus ab excommunicatione, quãtum ad eccleſiam, ut in hac glo. quam reputat ſingularem, nō ſepelietur corpus eius in cœmiterio, tanquam corpus excommunicati, per c. ſacris. de ſepul. niſi apparuerint ſigna contritionis, & de illis conſtet: nam tunc poſt mortem declarabitur abſolutus, de ſen. excom. a nobis. lo 2. ſecundum eum. Conſidera, utrum ſi conſtat, q fuit confeſſus laico, uideãtur apparere ſigna contritionis, & certè uidetur, q ſic. Et ſi diceres, q fortè ſuperuixit per tempus poſt periculum, hoc nihil eſſet: quia tunc certum eſſet illum actum confeſſionis expi-

14 raſſe, per prædicta. ¶ Secunda declaratio. Iſte † caſus eſt de cōſilio, non de præcepto, ut in ſumma Piſana, in uerbo, confeſſio. 3. §. utrum liceat confiteri laico. & ſequitur ibi Nic. Allegat Summam confeſſorum. Contrarium tenet Domi. poſt Vgu. c. unum orarium. §. criminis. 3. col. ibi, ad ſecundū 25. diſt. per ca. qui uult. de pœni. diſt. 1. & c. quem pœnitet. uer. confitearis laico. quod uidetur ut præceptiuum. ¶ Item propter uerecundiam quę fuit cauſa inducendi confeſſionem ſacramentalem: & ita militat erga laicum, ſicut erga clericū ſecundum ipſum. Conſidera bene, q licet iſta ſit opinio tutior, tamen prima uidetur benignior: quia per iſtam ſequeretur, q non confitens incurreret pœnam, c. omnis. de pœni. & remi. attenta æquiparatione quam faciunt iſti de ſacerdote & de laico in caſu neceſſitatis. Præterea laicus audiens confeſſionem, nō aſtringitur ad celationem, per pœnam d. c. omnis. loquentis de ſacerdote, licet peccet mortaliter reuelando hoc quod eſt ſibi dictum in ſigillo ſecreti, non in ſigillo cōfeſſionis, ut per Richar. in 4. diſt. 21. q. 5. art. 4. Sed q ibi cadat ſigillum confeſſionis, non reperio ſcriptum. Vnde aſperum uidetur aſtringere quem inuitum ad reuelãda peccata ſua homini ad celationem nō obligato. Nã contingere pōt, q prodoctus in teſtē cogeretur id teſtificari, p ea q̄ dixi ſ. c. ſi ſacerdos. ubi ſolus ſacerdos dicit ſcire ut Deus, & nō ſufficit dicere, Dico ubi in pſentia, niſi ibi ſit poteſtas clauiū. Vnde nō eſt mirū, ſi gl. & oēs de materia loquētes, utuntur uerbo poteſt, aut Licet. Nullus autem dicit Debet, uel Tenetur. Et uerba d. c. quem pœnitet. uidentur permiſſiua. Cogita: quia punctus eſt nouus. ¶ Signa gl. hic, quis dicatur in articulo mortis? & adde Bar. in l. j. 12. col. ibi, quæro ergo circa hoc. C. de ſacroſanct. eccle. ubi ſequitur iſtam gl. licet dicat, q hoc uerbū in lata interpretatione poſſit uerificari in quolibet uiuente: quia omnes ſumus continuè in periculo mortis[a] tamen propriè loquendo procedit iſta gl. Quando autem dicatur factum aliquid a laborantibus in extremis, uide Bald. in c. 2. ad fi. de pac. ubi dicit, quòd omnis ille, qui ex illa infirmitate procedit abſque ſanit interuallis, dicitur laborare in extremis, per text. unicum in l. alumnæ. §. fin. ff. de an. leg. Et multa de conſtituto in extremis accumulat Andr. Sic. de teſtam. Raynutius. 1. chart. Et an conſtitutus in articulo mortis, poſſit examinari in teſtem[b], uide Bal. in li. non. cont. quoniam 15. col. Bar. de iureiu. c. fi. 6. col. Bal. de pa. Conſtan. in uerb. ualalli. circa fi. cum concur. de quib. per Alex. C. de teſta. hac conſultiſſima. 4. col. Et an poſſit facere pacē, & an ſtetur dicto ſolius ſacerdotis, q eū audiuit in confeſſione, uide Are. de teſta. nuper. j. char. Et an pax euaneſcat, ſi non moritur, uide in li. Maleſ. fo. 182. 3. co. Et de eo qui inculpat, uel exonerat aliū in articulo mortis, dicendo, q fuit, uel non fuit ab eo uulneratus, uide ibidem[*]. Et de eo qui deſponſat concubinã in articulo mortis, uide Bu. & omnes. qui filij ſint legit. tantia. Et de renunciante beneficio in articulo mortis[c], uide in c. a. de renun. in 6. & Ap. de collu. c. 1. alias 3. Et de baptizato a laico in articulo mortis, uide text. & Do. capitulo primo, §. ſacramenta. de ſumma trin. & capitulo ſanctum. & capit. mulieri. de conſe. diſtinct. 4. Thom. in quarta diſtinct. 7. quæſt. prima arti cul. 2. gloſ. fin. in clem. prima de bap. cum conc. Et ſcias, quòd nutrices Chriſtianæ poſſent baptizare clanculo infantulos Iudæorum con-

a *Mortis*] *Adde, quod maxime regum & dominorum cauſa eorum mors frequens ſit ut per do. Soc. con ſi. 165. incip. Viſis inueſtituris. uerſi. primo, quod diſpoſitio. in fi. in 2. part. char. 28.*

b *In teſtem*] *Adde Bar. in l. admonendi. in 12. col. uerſi. quod ſi dictū teſtis. ff. de iureiu. & Ang. in l. ſi uacantia. de bo. ua. lib. 10.*

* *Vide ibidem.*] *Adde, quod exculpatio offenſi adeo ualeat inquiſitū & omnia alia cōtraria inditia debilitat, ut ex eis torqueri non poſſit nec condemnari niſi crimine manifeſte liquidato. Bal. et Iaſ. in l. 2. col. fi. C. com. de lega. Alex. in conſ. 24. col. 4. uerſ. fortiſico uel. 2. allegãdo tex. in l. Paulus. §. 1. de bon. libert. ſequitur Auth. in c. 1. ad fi. de præſumpt. & hoc quo ad exonerationem, quo autē ad inculpationem in qua Author. idem eſſe uidetur innuere dicat gl. licet exculpatio proſit, non tamen nocet inculpatio Alex. conſi. 14. ponderatis col. 1. uol. 3. poſt Ang. in l. 2. de calūniat. ex reg. quia fauorabilior ſemper eſt liberatio quam condemnatio. l. Arianus. de act. & oblig. l. Præſes. & l. abſentem. de pœnis cum ſim. Angel. de maleſ. in uer. q iudex n. 6.*

c *Mortis*] *Adde Bal. Ang. et Alex. in l. ſed et eſt quæſitū. §. ſpadonem. de lib. & poſthu. & Io. de Im. in l. ſi quis poſthumos. in fin. princip. & ibi per Alex. e. ti.*

ſtitutos in articulo mortis. Frã. Paui. in conſ. qđ fecit his annis in eã bea. Simonis, impreſſo poſt cõſilia Old. Allegat quẽdã Theologũ ſuper Sũma Raymundi, ut ibi per eum. Et in his, tanquã impertinẽtibus, ſufficiat iſta dilatabilis breuitas.

SVMMARIVM.

1 *Poteſtas ordinarij quando alteratur, efficitur delegata.*

2 *Signa cognoſcendi quando uideatur dari iuriſdictio delegata, non autem excitatur ordinaria, enumerantur, & nu. 3.*

4 *Summarie, uerbum poſitum in commiſſione facta iudici alias competenti, facit eum delegatum, quando cauſa de ſui natura non eſt ſummaria.*

5 *Verba reſcripti in ſui apparentia ſi non uideãtur alterare, diminuere, uel augere iuriſdictionẽ ordinariam, tamen ſi re ipſa augente præſumitur, quod princeps in dubio uideatur dare delegatã, quando alias poſſet reddi proceſſus nullus.*

6 *Princeps licet in concernentibus iuriſdictionem uoluntariam imponat neceſſitatem alicui inferiori faciendi aliquid, non tamen uidetur aſtringere, ut delegatam, ſed ut ordinariam iuriſdictionem excitet.*

7 *Verba, Authoritate, uel Vice noſtra, quamuis importent delegatã iuriſdictionem, hoc tamen uerum eſt quando illa uerba apponuntur in diſpoſitione principali.*

8 *Religioſi an ueniant appellatione clericorum.*

9 *Religioſi qui proprie dicantur, uide remiſſiue.*

CAPITVLVM XII.

Licet in corrigendis. ¶Datur una principalis regula, quod † ubicunque alteratur in cõmiſſione poteſtas ordinarij, efficitur delegatus, ſecundum omnes ita limitantes iſtum tex. Et dicit Domin. hoc eſſe bene notandum propter commiſſiones, quæ quotidie fiunt officialib. per dominos. Et dicit Imo. iſtud eſſe magni effectus propter appellationem interponendã. Item propter ſportulas, quæ non dãtur ordinarijs de ui. & ho. cum ab omni. Sed bene delegatis etiam eccleſiaſticis, & hoc de conſuetudine, ſecundum ipſũ de cuius ualiditate traditur in d. c. cum ab omni. Et dicit Pe. de Anc. de præb. hi, qui. in 6. quod ubi aliquid additur, uel detrahitur iuriſdictioni ordinariæ, tũc datur delegata, propter gl. fi. ibi, per quam dicit ipſe, ut ſequitur ibi Domi. ad fi. quod ſi Papa concedit alicui ordinario, quod procedat contra exemptos de hæreſi, erit delegatus. Item, quod ſi epiſcopus committat uicario ſuo, quod poſſit conferre beneficia, uel inquirere ſuper criminibus, erit delegatus, de quo latius per Dom. poſt Lap. de offi. uic. c. 2. §. eo. in 6. ubi idem tenet niſi a principio cõmitterentur iſta ſpecialia cum clauſula generali, quoad alia in eodem mandato, ut per Io. An. in addi. ad Spe. ſuper rub. de offi. uic. Hoc modo intellige Rotam de offi. uic. 7. in nouis, ubi dicit, quod a collatione facta per uicarium uirtute ſpecialis mandati, appellatur ad epiſcopum, quia uicarius cenſetur in hoc delegatus. Adde etiam Bal. ff. de iuſt. & iu. ius ciuile. 1. col. ubi dicit, quod ſi princeps committit cauſam ordinario in forma iuris communis, iſta non eſt noua commiſſio, ſed ſi committit extra formam iuris communis, tunc dicitur noua commiſſio. Allegat c. cum aliquibus. de reſcr. in 6. qđ eſt utile ſcire propter modum procedendi, ſecundum Ang. ibi 2. col. & Imo. de præſcr. cum ex officij. Et dicit Aug. ff. de iu. om. iud. l. & quia. quod ſemper iniunctum cenſetur ut ordinario, niſi ſint expreſſa aliqua uerba augentia, diminuentia, aut alterantia iuriſdictionem. Allegat Ino. hic, & Doc. in d. l. ius ciuile. Tu dic, uel niſi commiſſio etiam ſimpliciter facta, redderetur eluſoria, intelligendo, quod non facit delegatum, ut dicetur ĵ. in 2. declaratione poſt exempla. Et uide Ludo. in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter. 4. col. ff. de uerb. obl. ubi dicit, quod commiſſio facta ordinario in ſpectantibus ad eum, operatur regulariter excitationem: tex. & glo. in l. ſæpe. cum l. ſeq. ff. de offi. præſi. adeo quod commiſſa correctione criminũ nihil poteſt in exemptos. ĵ. eo. grauẽ. ¶Fallit primò, ſecundum eum. ubi dicit, Authoritate noſtra, d. c. cum aliquibus. ¶Secundò, ubi additur, uel detrahitur ordinariæ poteſtati. Ita intelligit gl. in l. ſi prætor. de offi. eius. cui mand. eſt iur.

2 ¶Signa † cognoſcendi, quando uideatur dari delegata iuriſdictio, non autem excitatur ordinaria, enumerãtur per Doctor. hic, & alibi: quibus adde, quod ſi dicitur, procedas authoritate noſtra & tua, ſi cauſa eſſet talis, in qua aliàs ordinarius nõ poterat procedere, cenſeretur delegatus. Inn. & Hoſt. de corp. uitia. ſignificauit. & Domi. hic. ſed certè, ſecundũ Domi. ibi idem eſt, ſi alias poterat: quia illa uerba hoc innuũt. Non .n. dixiſſet Tua, ſi non potuiſſet ibi authoritate ꝓpria diſpenſare. Verbum Concedimus, eſt ſignum iuriſdictionis delegatæ. Domi. hic per c. hi, qui. cum gl. fi. præallé. De quo dubito per d. c. cum aliquibus. Non obſtat c. hi, qui. quia ibi ſolum uerbum Concedimus, non uidetur mutare poteſtatem, ſed uerbum Authoritate Apoſtolica [a], ut ibi per Domi. 3. no. ¶Verbũ † Præcipimus, importat delegationem, gl. 1. in uerbo, facultatem. d. c. cum aliquibus. & But. & Imo. & Domi. hic, & Domi. ibi in 4. col. notans accuratè illam gl. & dicens, eſſe utile propter appellationem. Contrarium ſentit Iac. But. in d. l. ſæpe. quia exprimitur, quod tacitè ineſt. Ergo nihil debet operari, quia iudex tenebatur iudicare, l. munerum. §. iudicandi. ff. de mu. & ho. Reſpondet Alex. in d. §. ſi quis ſimpliciter. ad fi. quod expreſſio fit aliter, quam ineſt, quia ubi ſine expreſſione tenebatur cognoſcere per ſe, uel delegatum, tunc propter uerbum præceptiuum tenebitur per ſe tantum, iuxta gl. in d. l. ſæpe. de qua ſatis ſcripſi ſequendo eam. de reſcr. cã te. ¶Cogitabam tunc ſuper iſta reſponſione, quia licet præceptum operetur, quod non ſubdeleget, tamen non ſequitur, quod commiſſio fiat aliter, quàm ineſſet. Fateor, quod modus exercẽdi iuriſdictionem aliter inerat. Sed ipſa iuriſdictio ita aſtringebat iudicem: ſicut nunc. Tamen negari non poteſt, quin alteretur iuriſdictio ordinaria. Erat enim prius in aliũ tranſmiſſibilis iure delegationis, l. a iudice. C. de iud. nunc eſt cõſolidata in ipſo ordinario. Vnde adde apparentẽ alterationẽ habitu & exercitio. Hoc procedit tenendo glo. in d. l. ſæpe. Sed ſi eſſet falſa, prout dicunt multi allegati in d. c. cam te. caderet iſta reſponſio Alex. Præterea non probaretur dictum Doc. in d. c. cum aliquib. Conſidero enim, quod Abb. hic nõ dicit, prout alij, quod præceptum inducat delegationem, ſed præceptum circa id, ad quod ordinarius tenebatur, non ita præcisè. Sic etiam uidetur propriè loqui Domi. 8. q. 2. licet 2. col. dicens, quod ſi præcipitur ordinario, ut conferat non dicendo, cui, dicetur collatio facta authoritate ordinaria, ſed ubi dicit, cui: tunc eſt delegata. Non dicas cauillando, quod Ab. hic non utitur uerbo Præcipio, ſed uerbo Mando, inter quæ eſt differentia, ut per gl. in d. l. ſæpe. dixi in c. cam te. quia non habuit hic Ab. reſpectum ad iſtam ſtrictam proprietatem. Imò ſentit ſimpliciter de præcepto, dum fundat ſe ſuper gl. in d. cap. cum aliquibus quæ utitur uerbo Præcipio. Neque dicas ibi eſſe glo. pro communi dicto, quia ibi ante præceptum non tenebatur ordinarius eo modo, quo non tenetur poſt præceptum, quia licet teneretur conferre, iuxta glo. fi. de præben. relatum. non tamen tenebatur conferre ei, pro quo non præceptiuè ſcribitur. Vnde non mirum, ſi alterata poteſtate ordinaria dicitur delegatus, uel executor Apoſtolicus, & non ordinarius. ¶Sed, ut dixi, tenendo glo. in dict. l. ſæpe, tranſire poteſt commune dictum, quamuis non probetur in d. c. cum aliquib. ubi non dantur delegati ratione ſolius præcepti, ſed propter alterationem poteſtatis cauſatam à præcepto. Si autem dicitur, Mandamus, tunc fatentur omnes non iudaci delegatam, per iſtum tex. in uer. mandatis. Propter quòd dubito, dum dicunt de uerbo Committimus, quod dat delegatam, quia profectò hoc nõ reperio iure probari, neq; uidetur differre a mandato. Vñ Matheſilanus no. 89. no. quod ubicunq;, &c. faciendo doctrinã de iſto tex. ſimpliciter dicit, quod uerbum Mandamus, & uerbum Committimus, ſunt excitatoria poteſtatis ordinariæ. Cogita ſuper iſtis, quia nouiſſima ſunt. ¶Verbum † Summarie, [b] poſitum in commiſſione facta iudici alias competẽti, facit eũ delegatum, quando cauſa de ſui natura non eſt ſummaria. Lanſ. in rep. c. quoniam. 2. char. uer. & eſt notandũ. de prob. Allegat Inn. hic, & dicit quod Legiſtæ tranſportauerunt hoc dictum in l. & quia. ff. de iur. om. iud. Adde Bal. idem tenentem in addit. Spe. de lega. ult. col. & Aug. conſ. mihi 137. Viſis omnib. ſtatutis. ad fi. Di

a *Authoritate Apoſtolica*] *Quid autem uerba Authoritate Apoſtolica, ſignificent, et cuius importãtiæ ſint, uide do. Soc. in conſ. 260. inc. in cauſa Nouarienſis. uerſic. ſecunda principalis, cum uerſ. ſeq. in 2. parte, char. 260.*

b *Verbum, Summarie*] *Adde tamẽ, ut quantum in dictis iuribus habetur, quod quando ſuperior delegat cauſam ordinario, & uerba*

xit etiam Aug. conſi. 24. In cauſa accuſationis. 1. col. q ſi ſcribitur ordinario, ut cognoſcat, & ante executionem referat, iſta alteratio iuriſdictionis circa relationem, ad quam non tenebatur, facit eum delegatum. Allegat notata hic. ¶ Vbi mandatur ſimpliciter iudici ordinario, q cognoſcat de certis cauſis inter aliquas perſonas ſibi ſubditas, præſumitur tunc fieri delegatus ſecus, quando ſcribitur ei, quòd audiat generaliter cauſam aliquorum ſubditorũ ſuorum. Ita formaliter Inn. hic, & ſequitur Dom. & alij tranſeunt. Sed certè nõ capio hanc differentiam. Sicut enim commiſſio generalis cauſarum non facit eum delegatum inter ſubditos: quia ſolum uidetur excitari iuriſdictio ordinaria, ut hic, ita pari ratione non uidetur fieri delegatus quando fit ſibi ſpecialis commiſ-
6 ſio de una cauſa aliquorum: quia utroque caſu exprimitur id, quod in eſſe & præ-
8 ſupponitur, q cõmiſſio ſit ſimplex. Vnde ex quo non concurrit aliquod ſignum alterationis iuriſdictionis ordinariæ, non uidetur, q iſto caſu ſit recedendum a regula huius literæ, & c. pe. j. eo. Et adde, q cõmiſſio perpetua facit quem ordinarium, temporalis delegatum. Bald. latè in l. s. in 9. q. ff. de offi. conſulis. Et ſi rex ſcribit magiſtratib. locorum, faciendo eos delegatos non tenentur ſeruare formas ſtatutorum loci, eui præſunt: ſecus ſi excitat ordinariam poteſtatem. Bal. hic, dicens ad hoc eſſe iſtud c. bene no. ¶ Vltra effectus, qui reſultant, quando uidetur dari dele. ord. de quibus hic per Doc. conſidera alium effectum ultra eos: quia morte delegantis re integra expirabit iſta commiſſio. Et ſi eſt ſub nomine proprio, expirabit morte delegati, ut ſcis: quia ſicut ipſi dicunt, cauſa exempli iſtum haberi p delegato, quo ad
7 ſportulas, & quo ad app. Ita ſentiant generaliter, quo ad alios effectus. ¶ Obſtant notę per Bart. & omnes, in l. fundi. ff. de acqui. poſſ. per illum tex. & per Doct. de offi. deleg. ſi ſuper gratia. per illum tex. lib. 6. cum concedi. ubi mandatum ſi factum ſuper eo, ad quod quis tenebatur ex officio ordinario, non expirat morte mandantis, uel mandatarij. Poteſt dici, q Doct. ibi loquuntur, quando mandatum non alterat
9 naturam poteſtatis mandatarij, id eſt, q nõ facit eum delegatum uel executorẽ principaliter. Sed hic loquimur, ubi ipſa cõmiſſio facit eum delegatum abſque alia conſideratione, uel mixtura poteſtatis ordinariæ. Et iſtud eſt de mente Bart. in l. & quia. ſ. col. ibi, declaro, &c. de iu. om. iud. dum dicit, q ubi mãdatum, fit ei, qui alias habet iuriſdictionem in his, quæ pertinent ad officium ſuum, dicitẽ propriè iuſſus, nõ autem delegatio: quia ante ſibi competebat. Ideo non expirat morte mãdantis. Ergo ſentit. q ſi taliter committeretur ſibi, q efficeretur delegatus, tunc expiraret. Et ſic intellige ea, quæ dixi. d. c. cam te. ¶ Prædicta omnia recipiunt tres notabiles de-
5 clarationes. Prima eſt, q † etiamſi uerba reſcripti in ſui apparentia non uideantur alterare, diminuere, uel augere iuriſdictionem ordinariam, tamen, ſi re ipſa augent, præſumitur q princeps in dubio uideatur dare delegatam, maximè quãdo alias poſſet reddi proceſſus nullus. Ita eleganter Car. hic dicens, q appellatum fuerat a delegato principis ad principem, qui cõmiſit cauſam poteſtati ordinario loci, dicendo, fiat ius per poteſtatem: nã licet aliqui dicerent, q erat excitatio ſui officij, tamẽ Card. reſpondit contrarium, Padox: quia de iſta cauſa ap. nõ poterit cognoſcere poteſtas, cum eſſet inferior delegato, ſed ſolum delegans. Ideo commiſſio principis nõ ualuiſſet, niſi importaſſet delegationẽ. Vnde in dubio debet fieri interpretatio, ut res potius ualeat, quam pereat, de uer. ſigni. abbate. & ſequitur hic Imo. & eſt etiã poſitum formaliter in lec. Bott. impreſſa, non nominato Car. ſed puto, q ſit additio, & eſt dictum aureum. ¶ Secunda decla-
6 ratio. In † concernentib. iuriſdictionẽ uoluntariam, licet princeps imponat neceſſi-
8 tatem alicui inferiori faciendi aliquid, non tamen uidetur aſtringere, ut delegatum, ſed ut ordinariam iuriſdictionem exercet. Rap. & Aret. in l. 1. §. ſi quis in appellatione. per illum tex. ff. de ap. quia ſi conſul fuiſſet ibi delegatus a principe, uidetur uictus ad minorem appellaſſe, cum delegatus principis ſit maior quocunque ordinario, de offi. dele. ſanè. Et tamen ibi dicitur appellaſſe ad parem. Ergo erat ordinarius, non delegatus. ¶ Conſidera tria. Primò, quomodo ageretur ibi de iuriſdictione uoluntaria. Secundò, quomodo eſſet ibi alterata iuriſdictio ordinaria, quia certè hoc non apparet. Tertiò, quomodo reſponderetur ad dict. capitu. cum aliquibus. & d. c. hi, qui. ubi in actu uoluntariæ iuriſdictionis, ſi ſcribitur alterando iuriſdictionem, uidetur data poteſtas delegata, non excitata ordinaria. ¶ Tertia decla-
a *Epiſcopus] Ad a de in, quod idem tenet do. Ab.in c. ſignificaſti.de for. compet. in ult.co. in uer. ultima gl. quæris. Sed contra Ab.ibi, & cõtra Fel. hic tenuit Ang. in l.cui iuriſdictio.ff. de iu. om.iu.& dicit, pone, ꝙ epiſcopus delegauit cauſam petitionis hæreditatis uni laico: nã ſi contingat opponi, quod ille n: ſit uerè filius, & ſic, ꝙ matrimonium de iure non tenuit, non poterit laicus de matrimonio cognoſcere, quamuis ultra non poſſit in cauſa principali procedere, eo, quia laicus non eſt capax iuriſdictionis ſpiritualis, nec principaliter, nec incidenter, c.tuã. de or.cog. & c.lator. qui fil.ſint legi. Et reputat hoc Ang. eſſe ſingulare. Adde tu, quod iſta limitatio non eſt uera in terminis Ang. quando epiſcopus delegauit laico: quia laicus cũ fungatur uice delegantis, l. i.§.ſi ff. de of. eius cui manda. eſt iuriſ. diceretur habere iuriſdictionem eccleſiaſticã nõ laicalem, ut expreſſè inquit do. Abb. in d.c.ſignificaſti. de fo.compe. in fi. ſicut econtra, ſi laicus committeret cauſam epiſcopo, diceretur epiſcopus in illa cauſa habere iuriſdictionem ſecularem ex perſona delegantis, non autẽ eccleſiaſticam, & ideo non poſſet in illa cauſa excommunicare, ut not. Bal.in auth.quis litigantium. C.de epiſco.aud. in ult.no. Iſta ergo limitatio procederet, quando talis delegatio eſſet facta a laico, quia tunc de cauſa ſpirituali, quamuis impediret principalem commiſſionem, non poſſet cognoſcere delegatus, ſicut nec delegans. Sed in laico delegato epiſcopo eſt ſecus, ut prædixi.*

De officio iudicis.

TITVLVS XXXII.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus an poſſit compelli ad patrocinandum.*
2 *Aduocatus an poſſit compelli ad patrocinandum gratuitò pro pauperibus.*
3 *An pauperi competat actio ad patrocinandum.*

CAPITVLVM PRIVS.

EX LITTERIS. ¶In † quantum concludit Abb.poſt alios, aduocatum poſſe compelli ad patrocinãdum, adde gloſ. in l.2. uerſi. conſenſum.C. de præpo.ſacro.ſcri. li. 10. quæ dicit, doctorẽ poſſe cõpelli ad conſulendum. Et eam ſequitur Butr. de offi.dele. ga. ſi pro debilitate. ibi, an quis poſſit. Idem Bald. Inſt. de emp.& uẽdi.in ſi.& Sal. in l. Sancimus.C.de aduo.di.iu. Et dũ ſub-
2 dit Abb. poſſe † compelli aduocatum ad patrocinium gratuitũ pro pauperibus,* adde Speculat. de ſala.§.ſi.uerſi. ea præmiſſis. & glo.in c.ſtatutũ.§. inſuper. in uer. pauperes.in ſi.de reſcrip.in 6. Idem in medico circa ægrotum pauperem,[a] glo.83.diſ. in ſumma. quia plus debet ualere apud Deum uita illius, quàm propria pecunia. ¶Limita, dum modò cauſa pauperis importet eius extremam neceſſitatem, adeo ꝙ ſi cauſa rueret, morerentur famè, tunc enim iſta denegatio patrocinij poſſet eſſe occaſio mortis, quæ imputaretur bene huic aduocato, 86.diſ.paſce. Secus, ſi non agitur de tanto periculo, quia tunc aduocatus non cõpellitur gratis aduocare pro paupere. Nemo enim compellitur ad bonum faciendum, 23.q.5. ad ſi. Et idem in medico,* ſi poteſt ſubueniri infirmo aliunde, non tenetur curare eum. Alias enim oporteret aduocatum & medicum omnia negocia prætermittere, & pro ſolis pauperibus intendere. Ita diſputando, concludit beatus Thomas 2.2.q.71.arti.1. ¶An
3 † autem pauperi competat actio contra aduocatum, ut cogatur patrocinari,* pendet ex eo, quod tangit gloſſ.in c. ſicut in uerb. eſurientium.47.diſ. quæ dicit, ꝙ pauperes poſſunt petere eleemoſynam nõ directo iudicio, ſed denunciare eccleſiæ illum, qui non dat, & eccleſia eũ coget. Idẽ glo.in c.domino ſancto. in uerbo, neceſ-

* *Pro pauperibus] Adde quod Aduocatus peccat mortaliter ſi non adiuuando impotentem ipſi impotenti ſequatur notabile damnum. S.Th.2.2.q.71. ſi autem leue dãnum ſequatur, peccat uenialiter. ita omnes ſummiſtæ. adde.l. 1. §. ait prætor. de poſtulã.l.1.§.nec quicquam. ff. de offic. procon.*

a *Ægrotum pauperem] Adde Bar. in l. archiatri. C. de profeſ. et medi.lib.x.*

* *In medico] Adde S.Thom.ubi ſ. artic. 2.in cor. q. imo pauperib. ſoluere non ualentibus nedum tenetur mederi gratis ſed etiam ſoluere medicinas ſi ipſe poteſt, & ipſi non poſſunt. glo.83.d. §.1. intellige tamẽ ut per S.Tho. ubi ſ. quem uide.*

* *Patrocinari] Adde l.prouidendum.§. ſi quis uero.C.de poſtu.arg. l.moris*

*l. mo*rie *§. in prin. ff. de pœ. & in l. 1. ff. de offic. præf. urb. An autem no ſarius teneat gratis ad præceptum ſuperioris conficere inſtrumentum impotenti. Bal. in d. l. prouid. dic. §. ſi quis uero concludit; quod ſi non fecerit, poteſt priuari officio.*

ſe. l. diſt. & in c. eiiciunt. in gl. 1. in fi. 1. q. 7. Et cum hac ſententia concordat Ab. & Ana. in c. ſi quis per neceſſitatem. de fur. Ana in c. ad Apoſtolicam. in prin. de ſimo. But. in c. 1. de emp. & uen. Abb. in c. at ſi cleric. §. de adulterijs. de iudi. Ludo. in l. 1. in prin. uerſi. quinquageſimusquintus. ff. ſol. matri. Iacob. Zocbus. in c. inter opera. de ſponſ. Spe. de inſtru. edi. §. nunc aliqua. uerſi. ſed an pauperes habeant actiones. Abb. in c. 1. diſt. 1. ubi de hoc latius ſcripſi. Et attentis dictis Thomæ, ubi ſ. credo iſtud procedere ſolũ in paupere cõſtituto in extrema neceſſitate. Et adde Bal. in l. ſi ad excludendam. uerſ. 3. C. de rebus credit. ubi dicit, quod iuramentum aduocati de non aduocando ſine ſalario, nõ intelligitur pro cauſis, uel perſonis pauperũ. Et idem dixit de iuramento præſtito a doctoribus de nõ doctorãdo aliquẽ gratis, quis non extenditur ad pauperes. Reliqua de aduocatis habentur ĩ. tit. de poſtulando.

SVMMARIVM.

1 *Officium iudicis non eſt proprie idem quod actio.*
2 *Interpellatio facta parti non conſtituit eam in mora quando competit ſolum officium iudicis.*
3 *Statutum ſi denegat actionem uel exceptionem, per hoc non impeditur pars implorare officium iudicis, ſi competat ſibi.*
4 *Officium iudicis licet ſtricto non ſit actio, tamen late ſumpto uocabulo poteſt dici actio.*
5 *Libelli narratio quid continere debeat.*
6 *Iudex ad priuatam utilitatem non tenetur impertiri officium ſuum niſi petatur.*
7 *Iudicis officium non extenditur ad ea quæ occurrunt ante lit. conte. ſed poſt.*
8 *Officium iudicis, nobile, & mercenarium, & quod ſint.*
9 *Officium iudicis merum quid ſit.*
10 *Officium iudicis quando principaliter imploratur contra certam perſonam, plena cauſa cognitio requiritur.*
11 *Officium iudicis ſi imploratur ſuper cauſa ſummaria non requiritur libellus, neque litis conteſtatio.*
12 *Petitio quando dirigitur contra certam perſonam, citantur etiam quorum intereſt, & ſi comparent, ſit litis conteſtatio.*
13 *Lite conteſtata procedi non poteſt in caſu in quo lex expreſſe diſpenſaret.*
14 *Ad diffinitiuam procedi non poteſt ubi non eſt prouiſum de remedio miſſionis.*

CAPITVLVM POSTERIVS.

IVdicis Officium. ¶ Materia eſt aurea, & ſubtilis, longo commento repetita per Imo. hic. ¶ Primò in quantum Abba. concludit, quod
1 officium † iudicis non eſt propriè idem, quod actio, poſt Bart. clare loquentem in l. j. 5. col. ibi, quæro tamen. ff. de iuriſd. omn. iud. adde tex. in l. quòd ſi minor. §. fi. ff. de mino. ubi expreſſè dicitur, quòd pro reſtitutione danda non competit actio ſed iudicis officium. Et no. latè Ang. Aret. Inſti. de act. in princ. bonus tex. in l. hæreditas. in fi. ff. de pet. hæ. ubi dicitur, quod licet ſtricto iure nulla actione cocãtur hæredes ad monumẽtũ faciẽdum, de quo teſtator dixerat, tamen officio ſuperioris compelluntur ad præſtandum obſequium ſupremæ uoluntatis. Ad idẽ l. quintus. in prin. ff. de an. leg. Per quẽ dicit ibi Barto. quòd fratres Minores, qui non poſſunt petere iure actionis aliquid, quod eſt eis relictum per cle. exiui. de uerb. ſig. poſſunt implorare iudicis officium, ut hæredes compellat. Et notat Bal. in l. 1. C. de fideicommiſ. & Bart. in l. ſeruos. ff. de ali. & cib. le. & in l. nec quicquam. §. fi. ff. de offi. proconſ. & in l. ſeruo. de leg. 1. ¶ Ex his ſequuntur effectus utiles, nã
2 † interpellatio facta parti, non conſtituit eam in mora, quãdo cõpetit ſolum officiũ iudicis, l. cũ poſtulaſſem. in princ. ff. de dam. inf. quia pars non erat adhuc obligata. Ergo nulla interpellatio eidem facta, potuit eam in mora conſtituere, ſed iudex poteſt cogere partem ad ſic faciendum. Ergo eſt a iudice, & per conſequens, in iudicio poſtulandum. Secus in eo, quod mihi competit iure actionis, quia interpellatio unica, etiam extraiudicialis, conſtituit quem in mora.

a Tex. in l. mora[a]. ff. de uſur. in l. qui Romæ. §. cohæredes. de uerb. obl. Ita Bart. in d. l. 1. & Ang. Aret. ubi Dom. Et Imo. hic ſimiliter ſequitur, quòd quando competit officium iudicis, dicitur implorari miſericorditer: gloſſ. ſing. ſecundum Flor. ibi in rubrica. ff. de inter act. quia pars non eſt ad hoc obligata: neque iſtud, quod actor uult, dicitur ſibi deberi, ſed iudex ex ſua gratia & miſericordia poteſt facere, ut actori illud præſtet. Dicit tamen Barto. in l. 1. & ſequitur hic Imo. quòd etiam, quando miſericorditer imploratur, tamen ſi aliquando denegatur per iudicem, dicitur grauare partem, per l. 1. §. permittitur. & ibi etiam ſingulariter Bart. ff. de aqua quo. & æſti. niſi aliquid reſideret in mero arbitrio iudicis: quia ſi uult, poteſt illud denegare. Inno. in cap. fi. de fer. Et de hoc ultimò opportunè ſcripſi de excep. exceptionẽ in princip. ubi habes, an & quando poſſit appellari, ſi non impertit iudex officium petitum, uel non facit id, quod facere poteſt ex poteſtate ſibi attributa a lege. ¶ Sequitur etiã
3 ex his, quòd ſi ſtatutum † denegat actionem, uel exceptionem, per hoc non impeditur pars implorare officium iudicis, ſi competat ſibi: & probatur in l. plane. ff. de peti. hæred. Per quam dicunt ibi Barto. Bald. & Angel. quòd ſtante ſtatuto, quòd contra inſtrumentum guarentigię non poſſit opponi exceptio, per hoc non repellitur pars uolens implorare officium iudicis per quod repellatur actor ab agendo, ſecus, ſi ſtatutum diceret, quòd nulla exceptio, uel defenſio admittatur: tunc enim non poſſet officium iudicis implo-
b rari[b]. Barto. in l. 1. §. & parui. uer. item aduerte, quia ſtatutum. ff. quod ui, aut clàm de quo exclamat Ange. Areti. Inſt. de act. ubi ſuprà, dando aliquas remiſſiones, quas etiam repetit Inſti. de excep. in rub. & in l. ab executore. §. fin. ff. de appell. Sed uide bonam apoſtillam Alexand. in d. l. planè & quæ dixi de offic. deleg. ex parte.
4 s. ¶ Dicit tamen hic Imo. quod licet † ſtrictè officium iudicis non ſit actio, tamen latè ſumpto uocabulo, poteſt dici actio: & ita ſaluatur opin. Marti. & ſequentium, Inſti. de actio. in prin. & facit, quod no. Barto. in d. l. 1. col. 5. ff. de iuriſdi. om. iudi. bonus text. in l. actionis uerbo. in uer. inſtar. ff. de act. & obli. ubi officium iudicis habet inſtar actionis. Ex quo infert ſingulariter Alex. in l. 1. pe. cha. ff. de iuriſ. om. iu. quod ſtatutum etiam exorbitans a iure communi, loquens in actione, comprehendit officium iudicis, quia etiam in exorbitantib. fit extẽſio ad caſum, qui ſublata ſignificatiõe uocabuli poterat comprehẽdi, ut probat in l. filium habeo. ff. ad Mace. iuncta. l. iuſta. ff. de uerb. ob. cum concor. de quib. per eum poſt Imo. in l. ſi uerò. §. de uiro. in 1. fallentia, ff. ſol. ma-
5 tri. ¶ In † quantum dicunt etiam hic Bu. Ab. & Imo. poſt Barto. in d. l. 1. narrandum eſſe in libello tale quid, per quod cõcludatur iudicem debere, uel poſſe facere id, quod petitur, non autem, quod pars teneatur, adde Spec. de lib. concep. §. fi. uerſic. ſis autẽ cautus. ubi etiam uidetur uelle, quod ſi libellus in hoc peccaret, & ille, qui debet implorare officiũ iudicis, diceret, in libello, ago contra T. & in concluſione libelli imploraret officium iudicis, certè talis libellus ſuſtineretur: quia nomen actionis eſt generaliſſimum, d. l. actionis uerbo. Et pro hoc facit: quia licet officium iudicis non præſupponat propriè debitum, uel obligationem, l. qui per colluſionem. ff. de ac. emp. tamen præſupponit quaſi debitum ab aduerſario, ut eſt gl. no. in l. ſi ſeruum. §. fi. in uer. peti poſſit. ff. de uerb. ob. quam ad hoc pro no. ponderat ibi Ang. & refert Imo. & idẽ notat Bart. in l. fi. ff. de iniur. dicens, quòd officium iudicis
c largo modo præſupponit obligationem[c], ut ibi probat. Et uerba libelli poſſunt impropriari, ut ſaluetur: Bart. in l. ulti. C. loca. cum ſimi. Crederem tamen, quòd eſſet ineptus libellus, in quo proponeretur actio, & in eo non imploraretur officium iudicis, quia ita ſentit Spe. ubi ſ. licet Ioan. And. in addit. Spec. ſuper rub. de off. iudi. uideatur ſimpliciter uelle poſt Goff. quod ipſa propoſitio actionis importet implorationem officij iudicis. ¶ In quantum Abb. ponit de multiplici officio iudicis poſt Bar. plenius loquentem in d. l. j. de iur. om. iu. uide Spe.

a *In l. mora*] *Adde do. Alex. de Imol. in l. ſi ex legati cauſa de uer. ob. & in l. interdum. §. fi. eo. ti.*

b *Implorari*] *Ad de Pet. de Anc. in clem. i. §. 1. & ibi Car. de probi. ſequeſt. & Paul. de Caſt. conſ. 71.*

c *Obligationem*] *Fatri, quod habetur per do. Soc. cõſil. 164. inci. Viſa bulla Boniface. uer. non omitto. in fi. in 2. parte.*

6 latiſſimè in titu.de offi.iud. Et datur † una regula, q ad utilitatem priuatam non tenetur iudex impertiri officium ſuum, niſi petatur, l.4.§.hoc autem.ff.de dam.infec. ¶ Fallit in multis caſibus, de quibus per Scribentes ibi. Vide etiam Firmanum in ſuo reper. in uerbo, officium iudicis. ubi pulchrè accumulauit multos caſus, in quibus competit parti officium iudicis[a]. Tamen cum dicimus, officium competit parti, eſt locutio impropria: continet enim repugnantiam in ſe ipſa, uidelicet q officium ſit iudicis, & ſit partis, uel in partem, ut per Bart.in d.l.1. ibi, ſed aduertendum. Ideo dicit, quòd officium iudicis, prout parti competit, aliter debet nominari de iure. Quãdoque enim nominatur proprio nomine, ut reſtitutio in integrum, & excuſatio a tutela: eſt enim ius interpretandi officium iudicis ſuper excuſatione, & tamen appellatur excuſatio: ubi autem non reperitur propriũ nomen, appellatur proſecutio, l.pecuniæ. 7 §.proſecutionis.ff.de uerb.ſig. ¶ In † quantum dicitur, quòd officium iudicis nõ extenditur ad ea, quæ occurrunt ante litis conteſt.ſed poſt, per l.ædiles. allegatam in glo.uide Inno.in rub. j.de re iud. But.in c. 1.co.tit. Bal.in l.ampliationem.in princip.in 1.col.C.de appell. Io. Andr.in Spec.de diſpu.& alle.§.ſatis.uer.quid de fructibus. Ange.in l.Paulus.ff.de re iud.Imo.& Abb.de fi.inſtr.c.inter Butr.in c.grauis.de teſti.ſpo.& in c.cum M.de conſti.& in c.2.1.co. de procu. In quibus locis inuenies, quòd in libello debent peti fructus percepti. Neque eſt neceſſe, quòd petantur percipiendi: quia illi ueniunt officio iudicis: & intellige de percipiendis poſt litem conteſt.non autem de his, qui non sũt percepti, ſed percipi potuerunt: quia illi debent peti in libello, ſicut percepti. Et bonam practicam in petitione fructuũ ponit Ang.in l.ait prætor.§.per hanc. ff. de his quæ in frau.

8 credit. ¶ De † duplici officio, nobili ſcilicet & mercenario, ſubtiliter ſcribit Bal. in l.incerti.in ult.col.C.de inter.dicẽs inter alia, q nobile dicitur, quando iudex aditur principaliter ob hoc ipſum, mercenarium uero, quando principaliter ob aliud, ſed aditur in conſequentiam. Allegat notata l.1.ff. de præto.ſtipu. Et q officium iudicis dicatur nobile, quando non deſeruit actioni principaliter intentatæ, declarat pulchrè Bar.in l.iubere.in ult.col.ff.de iuriſ.om.iud. Bal.in l.epiſcopale.C.de epiſ.audi. Facit, quod uo.gl.in l.4.C.depoſiti. Et dicit Bal.in auth. contra, qui propriam.C.de non nu. pecu. q officium iudicis mercenarium deſeruit quandoque actori, quandoq; reo. Et idem Pau.in l. nam poſtea.§.ſi minor.ff.de iureiur.ad fi.dicens, officium iudicis poſſe proponi agendo, & et excipiendo. Et nota, q qñ iudex eſt aditus, propoſita actióne, ſua pronunciatio ſit officio iudicis mercenario, adeo q per talem pronunciationem functus eſt officio ſuo, et in interlocutoria, poſtquam non ſperatur diffinitiua, per c.ſignificantibus.de off.del. Ita no. Bar.in l.quod iuſſit.ult.col.ff.de re iu.ibi, quæro, quid in ſententia.dicens, ſecus, quãdo iudex aditur implorato officio iudicis nobili, ut q detur tutor, uel interponatur decretum ſuper alienatione rei minoris, tunc enim non finitur officium iudicis nobile, & adhuc ſuper illo poterit adiri, & cauſa cognita poterit reuocare, l.quãuis.ff.de reb.co.ſecundũ eum, cuius dicta reaſſumunt ibi Scribentes, & Imo.poſt Ang.in l.1.§.fi.in ult.colũ.ff.de præto.ſtipu. Et q mercenarium finiatur lata ſententia, uide etiam Bar.in l.a diuo. §.ſententia.ff.de re iud. Dicit implorari incidenter officium iudicis, quando petitur, non principaliter propter ſe, ſed propter cauſam. Idem ubi propter ſe petitur, ſed ratione rei poſtmodum habendæ, uel litis proponendæ, ut cum petitur miſſio in poſſeſſionem.l.j.C.ut in poſſeſſio.leg. Et idem, ubicunque interponenda eſt cognitio ſummaria. Ita Inno.hic, & ſequitur Dom.poſt alios, & latè Rota in nouis deciſi.19.quæ eſt de teſti.in integ.3.in ad

9 ditio. ¶ Merum † officium iudicis eſt, quando non mouetur ad inſtantiam partis. Zenze. in extraua. execrabilis. ſuper uerbo, inquiſitionem.allegat capitul. primò, ut eccleſiaſtica beneficia.& Innocen.de ſimo.licet Heli. Et hoc, tam per iudices eccleſiaſticos, quam ſeculares, quod eſt nota.dignum, ſecundum Franc. Paui. in conſi.beati Simonis, poſito poſt. conſilia Old.in prin. Facit, ſecundum eum, gl.j.in c.2.de acc uſ.in 6. Vel expone Merum, id eſt, liberum. Allegat Bart.in l.imperium.ff.de iur.om.iu. uel merum, ideſt, motu proprio ſecondum Bal.de conſue.cum inter. Et Merum dicitur, ideſt purum[b] & ſyncerum. Allegat Arc.in c.ſtatutum §.ſi ſuper.de reſcr.in 6.& tex.in c.1.de conſec.diſt.2.& in c.cũ dilecti.de accu.& tex.cum gl.Inſti.de diuiſione ſtipu. in uerbo mero.& Ang.in l.5.in prin.ff.de uerbo.ob. Et quando proceditur ex mero officio inquirendo, non eſt opus, q præcedat diffamatio, neq; traditio copiæ per articulos. Ang.in l.ſi uacantia.uer.quintò nota, & uer.item fallit, ubi iudex.C.de bo. uac.li.10.& Bu.de accuſ.qualiter.2.3.col. Ita ſcribit Angelus de Aret.in lib.maleſi.in uerbo, mero officio. Tamẽ Ange.ibi in add. ſuper uerbo, hæc eſt quædam inquiſitio. uidetur dubitare de hoc propter Gandinum & Hoſt.de quibus

10 per eum, quem uide. ¶ In † quantum concludit Abb.hic in duobus locis, quòd ubi officium iudicis imploratur principaliter contra perſonam certam, & requiritur plena cauſæ cognitio, tunc debet dari libellus, & fieri conteſtatio litis, alias non, adde Hoſt.in Summa, in iſto tit.§.utrũ.ubi de hoc late ponit, de quo etiam optimè per Bal.in l.nec quicquam.§.ubi decretum.ff.de of.procon.ſ.ubi tandem concludit, quòd non fit in hac materia litis conteſtatio, niſi concurrentibus duobus. Primò, q iudicium ſit formatum ex tribus perſonis ſcilicet iudice, actore, & reo. Secundò, q cauſæ ordo hoc deſideret, ut ibi latiùs, ubi etiam de libello, & de citatione, & dicit Bal.in rub.ff.de inter.ac. q ubi officium iudicis miſericorditer imploratur, propter aliud, non propter ſe, ibi nõ eſt neceſſarius libellus, aut officio iudicis petitur datio, uel factum principale, & tunc bene requiritur libellus, niſi ubi concluderetur, nõ contra certam perſonam, ſed ad remotionem cuiuſdam obſtaculi. Allegat d.auth. ſi omnes. & ibi gl. Et dicit Ang.in.§.illud quoque.1.in ult.col.in auth.de triẽ. & ſemiſ.propter gl.ibi, quòd quando aliquid emergit in iudicio, poſt litis conteſt. debet officio iudicis explicari ſuper emergenti non conteſtata lite, ſed ſufficit conteſtatio in cã principali. Si uerò ante litẽ conteſt.emergeret, ſuper illo debet fieri ſpãlis litis conteſtat. De iſto articulo uide copioſiùs & elegantius, quàm alibi, per do. Maria.in cap.quoniam in princip. ut lite non conteſt.ubi inter alia concludit quòd ubi petitur aliquid dari, uel fieri per partem, & petitur a perſona certa, exigitur litis conteſt.& libellus, quæ duo, quãtum ad iſtos terminos, regulantur eadem ratione, ſecundum eſt per text.hic. Vnde ſi imploratus officium iudicis pro habendo ſalario, debet lis conteſtari. Allegat Barto.in d.§.ubi de

11 cretum. & in l.1.ff.de eden. ¶ Limitat † hoc, niſi imploretur officium iudicis ſuper cauſa ſummaria, putà ſuper alimentis, quæ petũtur præſtari officio iudicis nobili a parentibus uel econtra, quia talis cauſa expeditur ſine libello & litis cõteſt.l. ſi qs a liberis.§.uel ſi parẽs.ff.de lib.aguo. Et poſt multos caſus concludere uidetur cum Imo. hic, quòd ubi iudicis officium non ſuccedit loco actionis, non eſt neceſſaria conteſtatio litis, alias ſecus[c]. Vide de hoc etiam Bald. in dicta authenti.contra, qui propriam.in pen.col.in fin. Et eius dicta pulchrè coniungit, & ſequitur Salicet.ibi in 8.quæſt. Dixit etiam Rota de reſtit. in integ. 3. in nouis, quòd ſi petitur reſtitutio in integrum propter lapſum fataliũ, non eſt neceſſaria conteſtatio litis, quia non petitur principaliter, ſed incidenter.

Tandem refert ibi Collector, ſe audiuiſſe Richardum de Saliceto Bononiæ ita diſtinguentem, quòd aut imploratur officium iudicis dumtaxat reſcindens etiam principaliter, ut quia petatur ſententiam contra minorem, uel contra maiorem habentem latam reſcindi, & tunc non eſt neceſſaria litis conteſtatio, aut imploratur principaliter officium, nedum reſcindens, ſed reſciſſorium, ut quia nedum petitur ſententiam reſcindi, ſed etiam aliquid adiudicari, & tunc neceſſaria eſt litis conteſtatio. Et ſic intelligit iſtum text. & eſt maxima declaratio, quam etiam ſequitur Rota de litis conteſta.5.ad fin.in nouis. Et de hoc officio reſcindente, an poſſit intentari ſimul cum actione reſciſſoria, uide latè Abba. de reſtit.in integ.cum ex literis. ante-

pen.

a *Officium iudicis*] *Cui officium iudicis competat, uide do. Soci.conſil.266.incip. In cauſa, quæ uertitur.uer. poſtremo alia uia. circa medium, in 2.parte, chart. 175. Et quando competat. uide per eum in conſil. 108.incip. In hac conſultatione, circa fi.6.col. in 1.parte.*

b *Id eſt, purum*] *Adde do. Alex.de Imo.in l. ſtipulationum in prin.de uerb.ob.*

c *Alias ſecus*] *Adde do. Alexan. de Imo.in l.ab hoſtibus.ex quibus cauſis maio.& in l.2. §.ſi publico, de adulr.*

pe. col. poſt Inno. ibi, ſa per uerbo, præſentibus. De iſta ma-
teria uide etiam Ange. Are. Inſt. de act. in princip. in 5. colũ.
Bal. in l. 1. in antepe. col. C. de inter. & in auth. ſed ſi quis. 4.
col. C. de teſti. & ibi Salic. q. 3. Bal. in l. 2. q. 3. C. de teſta. &
12 Bart. in l. Papinianus. §. fi. ff. de mino. ¶ In † quantum Abb.
in duobus locis poſt Bal. in d. auth. ſi omnes. concludit hic,
quòd ubi petitio non dirigitur contra certam perſonam, ta
men citantur, quorum intereſt: & ſi comparent, fit litis con
teſtatio, propter gl. auream in c. per uenerabilem. in uer. nõ
ſeruatum, qui fi. lite legi. adde Bal. in l. ſi quis. in princip. C.
fini. reg. ubi dicit, quòd quando utraque pars eſt præſens,
non poteſt ferri diffinitiua lite non conteſta. per d. gloſſ. Per
illam glo. dicit etiam Bal. in authen. qua in prouincia. a. co.
C. ubi de cri. agi. opor. iſtam eſſe regulam, quòd licet inter-
dum poſſit procedi lite non conteſtata, tamen hoc uerum
quando reus eſt abſens, ſed quando eſt præſens in iudicio,
debet lis conteſtari, & ſeruari ordo iudiciarius ad plenum.
Per illam glo. dixit Bal. in authen. ſed & ſi quis. 4. col. C. de
teſti. quòd in omni petitione, per quam deſideratur diffiniti
ua ſententia, ſi partes ſunt præſentes, ſemper debet lis conte
ſtari. Sed ſi actus ſolùm ordinaretur ad interlocutoriam, pu
ta ad pronunciandum teſtibus fidem perpetuam eſſe adhi-
bendam, tunc ſecus, at ibi latiùs per eum, & Salice. ibidem
in 3. q. poſt Iac. Bu. Per illam gl. dixit Bal. in l. j. C. ne lic. ter.
proui. quòd in cauſis, quæ ſunt priuilegiatæ ut procedi poſ
ſit lite non conteſt. intelligitur, niſi partes ſint præſentes. Vi
detur tamen uelle, quòd ſi partes præſentes de concordia
procedunt lit. non conteſt. ualet iudicium: cui dicto obſtat
glo. de offi. deleg. de cauſis. cum concord. ubi dicitur ꝙ litis
conteſt. non poteſt omitti de partium conſenſu, niſi dicas,
ꝙ illa loquuntur, quando ſumus in cauſa, in qua litis con-
teſtatio de iure eſt neceſſaria: ſed Bal. loquitur, ubi non eſt
neceſſaria, niſi quo caſu partes ſint præſentes: quia tunc de
earum conſenſu poſſet omitti, ſicut omitti poſſet abſente
parte. Illam gl. ſequitur etiam Bal. in add. rit. de teſte. uer. u-
bicunq;. Et uide Spe. ubi in §. nũc tractemus. in fi. ubi dicit,
ꝙ in omnibus caſibus, quibus procedi poteſt lite non cõte.
intelligendum eſt altera parte ſe contumaciter abſentabte:
ſi enim aliter fit, non ualet proceſſus, niſi, quo ad omnia, iu-
ris ordo ſeruetur: & allegat d. gl. quam etiam ſequitur Bald.
in l. 1. C. de interdict. Et pro dicto Abb. hic uide Bal. in auth.
qui ſemel. ibi, conſultum puto uerum. C. quomodo & quan-
do iudex. ubi dicit, ꝙ in officio iudicis non requiritur con-
teſt. lit. ſi non eſt, cum quo fiat: quia proceſſus eſt extraordi-
narius per d. auth. ſi omnes. Et dicit Lud. in rub. de arbi: uer.
decimo pone. in fi. illius arr. ꝙ in cauſa ſummaria debet lis
conteſtari partibus præſentibus. Allegat gl. in d. c. per uene-
rabilem. in uer. ſeruatam. & Bal. in auth. offeratur. C. de li-
13 tis conteſt. qui in libro meo non ponit de hoc. ¶ Limita † præ
dicta, niſi eſſemus in caſu, in quo lex expreſſè diſpenſaret ut
★ poſſet procedi lite non conteſt. Ita uolunt communiter* om
nes in d. c. per uenerabilem. exemplificantes in cauſis ſum-
marijs per cle. ſæpe. in uer. litis conteſtationem non poſtu-
let. de uer. ſig. Per quem tex. Do. de Rot. deciſ. 601. de iud. di-
cunt correctam eſſe d. gl. Tñ extra terminos, de quibus lo-
quitur illa gl. uideat, ꝙ prædicta procedant, quæ ſunt quo-
tidiana ualde. ¶ Conſiderabam tñ, ꝙ ſi dicta iura corrigunt il
lã gl. ſequitur, ꝙ erit correcta in cauſa ſummaria, per d. cle.
ſæpe. propter qđ caderent multa ex dictis Bal. præallegatis,
niſi dicas, ꝙ cle. ſæpe. intelligitur, quando partes etiam præ-
ſentes concorditer nolunt litem conteſtari, ut ſonat illud uer
bum, Exigat: ſed ubi ſunt præſentes, & actor, uel reus uult,
ꝙ fiat litis conteſtatio, uidetur tunc fienda, per d. gloſſ. quæ
hoc modo erit magnæ importantiæ. Tamen cogita: quia ꝓ-
dicta conglutinatio eſt noua, ardua & inſolita ad gl. in d. c.
14 per uenerabilem. ¶ In † quantum Ab. tangit de illa theorica
Legiſtarum, ꝙ ubi non eſt prouiſum de remedio miſſionis
in poſſeſſionem, poteſt procedi ad diffinitiuam, unde ad ſa-
turitatem Alex. in l. ſi finita. §. Iulianus. uer. in eadem gl. ibi
in quibus actionibus. ff. de dam. infe. ubi tandem ſequitur
opi. Bart. & communem Legiſtarum contra Imo. ibi & re-
fert Ludou. & Pau. ibi tenentes communem per plura, & re
ſpondet ad c. tuæ. ut lit. non conte. quòd licet ibi permitta-
tur excommunicatio, tamen non negatur, quin contra con-
tumacem poſſit procedi ad diffinitiuam, ſecundum Lud. Et
dicit Alex. ibi quòd non uelit ſumi argumentum a contra-
★ rio*, in d. c. tuæ. quia induceretur corre-
ctio aliorum iurium, de quibus ibi per
Doc. uidelicet text. in l. qui ſe dixit & ibi
Bart. ff. de iudi. & in c. 1. de eo, qui mit. in
poſ. in 6. & in d. auth. ſi omnes. cum ſimi
lib. & uide, quæ dixi in d. c. tuæ. ¶ Vltimò,
dñ Ab. allegat gl. I l. ſi ſoror. C. de colla. ad
de decem concordantias, de quibus per
Firmanum in uerbo, offi. iudicis. ad fi. cui
adde, quæ dixi de exce. l. exceptionem.
Reliqua ad iſtum titulum uide ad ſaturi-
tatẽ p Spe. ti. de off. iu. & ibi Io. An. & Bal.
in add. & Hoſ. in ſum. huius ti. & Im. hic.

★ *Argumentum a contrario.] Adde Alex. in l. 1. ff. de off. eius col. 11. & conſili. 17. inc. Viſis uolu. 2. l. apud antiquos ubi gl. Bart. & alij. C. de furt. Rom. conſi. 11. incip. in propoſita quæſtione num. 5. & conſilio 391. inc. circa primum. num. 25. & latius conſ. 399. inc. ut præſens. nu. 6. Bal. in l. omnes populi. col. pe nu. ff. de iuſt. & iur. & in l. conuenticulam. col. 1. uerſi. ſuper hac materia. C. de epiſ. & cler.*

De maioritate et obe dientia,

TITVLVS XXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Maioritas quotuplex ſit.*
2 *Doctor quis præcedere debet alios doctores.*
3 *Licenſiatus, poſtea doctor effectus, præcedit eũ, qui medio tempore fuit doctoratus.*
4 *Doctor præcedit militem.*
5 *Clericus ſecularis an præcedat regularem.*
6 *Religioſi qualiter debeant ordinari in proceſſionibus & alijs actibus.*
7 *Vita actiua an ſit dignior uita contemplatiua uel econtra.*
8 *Præminentia qualiter cognoſcatur. Vide nu me. 10.*
9 *Iudex debet honorare conſiſtoriales principis.*
11 *Dauid an fuerit maior omnium prophetarum.*
12 *Ioannes Baptiſta an ſit maior Ioanne Euangeliſta.*
13 *Maiores & anteceſſores dicuntur ultra tritauum: & parentes dicuntur uſque tritauum.*
14 *Frater maior in diuiſione ille dicitur, qui diutius adminiſtrauit, non qui primo natus eſt.*

1 ¶ Prõ † notabili ornamento huius ru-
bricæ, quæritur, quotuplex eſt maioritas?
& de hoc uide Abba. infra c. prox. in prin.
& infra eod. ſtatuimus. 2. notabili. Brix. in
uerbo, maior. §. 7. glo. in cap. lex eſt 2. diſt.
in capit. ſi pluribus. in uerbo, maioris. de
præben. in 6. Abb. in c. quæſiuit. in princ.
de his, quæ fiunt a maio. par. ca. tex. & Do
cto. in c. ſuper eo. 2. de teſti. gloſſ. in cap. ſe
des. in uer. digniores. de reſcr. Bart. Zab.
archiepiſcopum Spalatenſem latiſſimè cõ
ſi. 11. Martinum epiſcopum 4. char. Ab. j.
eo. ſolitæ. 17. notabili, ubi dicit per illum
tex. quòd etiam in dignitate ſubditorum
cognoſcitur maioritas pulchrè Archi. &
Dom. 2. q. 7. quanquam. ubi etiam dicunt
quòd ratione dignitatis, ſeu maioritatis
officij aliquis dicitur maior altero. Hac
ratione Archidiaconus maior ẽ archipreſ
★ bytero*, ſed in ordine minor eſt, ſicut ab-
bas in minoribus maior eſt presbytero in
dignitate, uel officio, minor in ordine. Et
in hoc dicit Dom. in c. epiſcopus. 17. diſt.
quòd in diuinis archipresbyter præcedit
archidiaconum, non in alijs. Vnde ex-
tra miſſam præcedit archidiaconus in.

★ *Archipresbytero] Adde ultra dicta ab Auth. hoc. Aa ſcilicet Archidiaconus præferatur archipresbytero qui eſt maior ipſo Archidiacono ĩ ordine, uos. per gl. in ca. in nouo. 21. diſt. glo. in c. deliberatione. de of. lega. in 6. & tex. in c. perlectis. ibi. Archipresbiter uero ſe eſſe ſub Archidiacono eiuſq; ꝓceptis, &c. 25. diſtin. bonus tex. in c. 1. de ætæ. et qua lit. ordin. & licet tex. cum glo. in §. hic autem. in Auth. de ſanc. epiſco. collat. 9. uideatur in contrarium, tamen prima melior ut per Luc. de Pe. in l. quæcunque. col. ul. poſt princ. C. de oraꝭ. & exe cut. lib. 12. intelligendo prout intelligis Author hoc. cui adde t. in cap. quanquam. 2. q. 7. Archidiaconus enim eſt maior poſt epiſcopum. Ioann. An. et Ab. in rub. de of. archidiac. et eſt de iure uicarius Epiſcopi. c. 1. eod. tit. dignitate ergò maior, nõ ordine, ut hic.*

✻ *Conſiſtorio Papæ] Adde quod in hoc ſeruatur conſuetudo Roma. cur. c. legimus. 93. diſt. Sed ubi non appareret conſuetudo. Primum locum de iure obtinet Papa. 20. diſt. c. 1. & 2. ſecundum Cardinalis Hoſt. quia Papam conſecrat, & imp. inungit. Tertium Patriarcha Conſtanti. Quartum Alex. Quintum Antioch. Sexto Hieroſol. c. renouantes. 22. diſtin. ſucceſſiue Cardinales epiſcopi e inde presbyteri, poſtea diaconi. 89 diſt. oportebat. & c. in nomine domini. 23. diſt. tamen hodie poſt Papam ſedent Cardinales ordine prædicto, nam faciunt unū corpus cum Papa et totum orbem iu dicant. c. per uenerabilem. qui filij ſint legit. c. 1. de offi. leg. c. ſolicie. de peru. in 6. Old. conſ. 46. Card. in d. c. in nomine. et Hoſ. in c. ſacroſancta. de electio. cū infinitis, quæ omitto.*

✻ *Decretorū doctorem] Adde ad hoc quod licentiati in utroque procedunt licentiatū in altero iurium tantum, licet non præcedant doctorem legiſtam aut canoniſtam ſimplicem, quia habens plures gradus, quorum nullus de per ſe ſufficit ad præcedendum alium, non præcedet uirtute omnium ipſorum. & ita dicit Rom. in d. conſil. quē ui. licet enim appellatione doctoris licentiati contineantur in fauorabilibus. ſecus in odioſis. Bal. in l. 1. col. pen. ff. ſol. matri. & in l. pen. ff. de teſtam. mil. Roma. in d. conſil. & Auth. in proœm. Gregor. col. 1. ante fin.*

✻ *Doctoratus] Adde Rom. d. conſi. 333. verſi. ſunt autem hæc diſſimi lia. Auth. in dict. proœm. Gregor. colum. 5. verſi. verū autem appellatione doctoris. Adde Iaſ. contrarium tenentem in l. moribus. §. prius. in 2. lectu. de aulg. & pup. & in l. filia licet. col. 1. verſi. adde not. tex. C. de collat. ubi reſpondet ad l. 1. C. de conſuli. de qua in text. ut ibi per eum. & in d. §. prius. col. 8. & in conſ. 192. incip. Exorta eſt. col. ult. verſi. nec obſtat tex. volu.*

loco, in uoce, iuriſdictione, & ſimilibus. Et quòd minor ordine, maiori tamen adminiſtratione præferatur, allegat cap. placuit. 17. diſt. ſic intellige glo. 1. & tex. ibi, & in ca. j. de offic. archipresb. & quod notat Ana. de Iudæ. ad liberandam. ubi dicit ſe uidiſſe bis dubitari de hoc Bononiæ, & dubitatio forte ipſum tetigit, cum eſſet ibi Arch. de iſtis prælationibus inter eccleſiaſticos, uide melius quam alibi, per Domi. in d. c. epiſcopus. Ponit etiam Domi. ibi, quomodo ſedeant prælati in conſiſtorio Papæ*, & quòd poſt Papam Oſtienſis eſt primus, deinde quatuor patriarchæ, & etiam alij patriarchæ, licet de iſtis ſit dubium, poſtea cardinales, niſi aliud habeat conſuetudo. De quo etiam optimè ponit Petrus de Monte, in ſua monarchia col. 24. ibi, quartò quæro, ponēs ordinem ſeſſionum concilij, & quid de archiepiſcopo Mediolanenſi & Rauennatenſi: de quibus per gloſ. 96. diſt. bene quidem. uer. Mediolanenſi. dixi in cap. cum dilecta. de reſcri. in uer. ordo ſcripturæ. & nititur Pet. multa indagine circa ſuprascriptiones Decretalium, & ordinem literæ arguendo ab illis, & decidit multa, de quibus fuit interrogatus in concilio Baſilienſi, ut dixi in uoce, de quo etiam per Albe. in l. 3. C. de ſum. trin. ¶ Et in præcedendo attenditur quis ſit de meliori ſanguine, & ille præcedit, cæteris paribus. Bald. in l. nemini. per
2 illum text. C. de aduo. diuer. iudi. Et † epiſcopus, qui eſt doctor præcedit epiſcopū non doctorem, etiam prius promotum. Domi. in cap. Iſidorus. 16. diſtinc. propter gloſſ. j. ibi dicentem, quòd non attenditur prioritas temporis, ſed maioritas authoritatis: per quam glo. dixit Dom. in c. epiſcopus. j. colum. 17. diſt. quòd ſi unus canonicus eſt maior altero nobilitate, uel ſcientia, præcedit alium etiam prius receptum. Ad quod etiam allegat, quod not. gloſſ. in cap. ſexta ſynodus. 16. diſt. & Archi. in cap. quoniam. ea. diſt. ubi infert Archi. in fin. ſuæ gloſſ. maioris, quòd maior præponitur, quamuis tempore ſit poſterior: quia ibi una ſynodus poſterior tempore præfertur propter maiorem authoritatem. Pro quo etiam dicit facere, quod habetur in l. 1. iuxta fi. C. de conſulib. lib. 10. ubi uide, ſecundum eum. Habens plures gradus, quorum nullus per ſe ſufficit ad præcedendum alium, non præcedet uirtute omnium ipſorum. Ludo. conſil. 333. Quo ad primum. uer. quoad ſecundum. nolens, quòd licentiatus in Decretis & magiſter in Artibus non præcedit Decretorum Doctorem*. Vide ibi. ¶ Primò † licentiatus, poſtea doctoratus, præcedit illum qui medio tempore fuit doctoratus*.
3 Ang. Are. in §. quædam. Inſtitu. de ac. per text. ſing. in l. j. C. de conſulibus. libr. 10. quem tenementi: quia fuit in facto, ſecū dum eum, cuius uerba ponit Alexan. in l.

2. ſed primam tenet Bartol. Socin. in l. cum quid. alleg. in tex. colum. 2. verſicu. ultimo. & conſilio 79. incip. uiſum primo licentiatus. in 4. par.

✻ *Recedi] Adde Barbat. in tract. de præſtan. Card. quæſt. 1. colum. 26. verſ. facit tex. ualde ſingularis. & glo. in c. ut apoſtolicæ. in ver. dignitatum. in fi. de priuil. in 6.*

1. ff. de obſequijs. in apoſtillis. Iunior excellens uirtute, & probitate, præfertur antiquiori: gloſſ. in §. ordinatione. in uer. omnino. in authen. de mona. quam ſequitur Ang. ibi, & Ludo. in l. cum quid. ff. ſi cer. pe. & ibi Alexan. & notat Sal. in l. prouidendum. per illum text. C. de poſtul. & Ludo. in l. ſi uerò. §. de uiro. 4. falleo. ſolu. ma. addens text. in cap. epiſcoporum. 74. diſt. & in l. unicuique. C. de præpoſ. ſacro. ſcri. lib. 12. Et ibi dicit eſſe text. quòd talis maior excellentia probatur per 15. teſtes. ¶ Scholaris optimi intellectus & ſummæ peritiæ, præferendus eſt doctori in honoribus & commoditatib. Ludo. in d. l. ſi uero. §. de uiro. Allegat gloſſ. 1. in l. 1. C. de anno. ciui. lib. 11. de qua exclamat: ſed non credo uerum quia nulla peritia confert alicui priuilegia doctoratus, ſecundū Card. in clem. 2. q. 2. uer. 8. de magiſt. Tamen illa gloſſ. poteſt procedere eo modo, quo loquitur, dicens, facilius aduocari ſcholares optimos, quam doctores inſufficientes: quam etiam allegant Ludo. & Alexan. in d. l. cum quid. addentes text. in l. ſed & reprobari. ff. de exc. tut. in uer. ualde tamen diſciplinis inſtructos. & quod ibi Bal. dicens, propter ſcientiam multum eminentem maiorem prærogatiuam debe-
* it, & poſſe a ſtatuto recedi*. & hoc uerbū quotidie allegatur ad multa, ut etiam per Ludo. in l. ſi cum dies. §. ſi arbiter. ff. de arbi. per illum text. in uerſi. quod putu uerū ſi & eius ſit authoritatis arbiter, & cæ. ubi conceditur arbitris magnæ authoritatis, quod poſſit pronunciare in receſſibus: ex pone, in uiridarijs, uel alijs locis delectabilibus, quæ ſunt extra ciuitatem, ſecundum gloſſ. in §. multæ. in uer. aditis. in authen. de teſti. & Alb. in dict. §. ſi arbiter. in fin. ¶ Præcedit etiam, qui diu legit, & ma-
* iora ſtipendia habuit*. Abba. in capi. clerici. de in. pro quo facit l. 1. C. de offi. magiſtri offi. ſecundum Alex. in d. l. ſi quid quem, & ſi alias non ſolitum in talibus inſtare, puto ibi ſe extendiſſe, dum Paduæ legeret propter acerrimam contentionē, quam de præceſſione habuit cum Bartho. Cæpo. utpote fortè ſibi imparem ex aliqua dictarum imparitatum, & ſubdit iu-
* niorem præferri*, quando habet dignitatem, & antiquior eam non habet: & allegat notata in c. ſtatuimus. Et de hia etiā per Ioan. de Platea. in l. 1. C. de conſulib. & ibi etiam per Anto. de Barulo, ſecundū eum. ¶ Præcedit etiam Canoniſta Legiſtam, Legiſta Artiſtam, Doctor utriuſque Iuris merū Canoniſtam, Theologus om-
• nes*; hæc latè per Abb. An. Sic. & Fran. Are. in c. clerici. de iud. ubi etiam inuenies, quòd Legiſta, qui habet titulum in utroque iure, & ignorat canones, non præcedit bonum canoniſtam, poſt Petr. de Anc. in c. j. de pato. dū loquit de legiſtis neſcientibus Decretū: & hodie uidemus multos

✻ *Habuit] Adde tex. ſingu. in l. Herennius. tunc, gloſſ. ff. de decuri. & tex. cum gloſſ. in §. audiens. in Auth. de defenſ. ciuit. in uer. iudice. ubi glo. collat. 9. ubi gloſſe dicit argumentum pro doctoribus antiquis contra nouos tex. in l. Tyrones. C. de Tyron. libr. 12. ubi Barto. notat. illum contra iuuenes qui uolūt celſiorem locum obtinere et omnibus anteire.*

✻ *Iuniorē præferri] Adde gloſſ. in §. ordinationē. ſuper uer. tempus. in Auth. de monach. collat. 1. & Ange. ibi. Roma. & Socin. in l. cum quidam. & ibi Iaſo. columna penul. & fin. ff. ſi cert. pet. Saly. in l. prouidendam. per illum text. C. de poſtul. Roman. in l. ſi uero. §. de uiro. fallent. 53. ſol. matrimo. Specul. in titu. de aduoc. §. 4. col. ulti. verſicu. iuniores. tex. in l. unicuiq. C. de prox. ſacr. ſcrin. lib. 12. iuniore inuenis habēt dignitatem cū adminiſtratione præfertur antiquiori habenti dignitatem ſine adminiſtratione. l. 2. ut dignior. ſeruet. l. uls. C. ubi ſenat. uel clariſ. & ibi Caſtr.*

✻ *Theologus omnes] Adde quod hoc eſt inquantum ſubiectum alicuius ſcientiæ eſt nobilius alterius ſcientiarum ſubiectis, ut dicunt doctor. citati in textu. & hinc eſt quod Bartol. in capitu. clerici. alleg. in text. arguit ad utranque partem de præcedentia iuriſtæ, & doctoris artium & medicinæ. tamen omnes ibi concludunt pro iuriſta. & tenet Luc. de Pen. in rub. C. de profeſſ. & medic. lib. 10.*

tales.

tales. Et quando Canoniſta præfetatur theologo in promotionibus, uide omnes poſt Hoſt. in cap. 1. de conſan. & affi.
4 ¶ Doctor † præcedit militem. Bald. in proœ. ff. in fin. & in l. quod conſtitutum. ff. de teſta. mili. poſt gloſ. ibi. Fallit in doctorellis, ſecundum Bal. in d. proœmio, & ſequitur Alexã. in l. centurio. ff. de uulg. & pupil. Pro quibus uide ſtupendũ uerbum And. Sic. in proœmio Clemẽtinarum, ubi dicit fuiſſe deciſum in curia Ro. tempore Eugenij IIII. quòd prærogatiuæ datæ per regulas cancellariæ doctoribus, non competunt doctorellis imperitis & idiotis*. Ex quo ipſe infert fortius, quòd impetrans beneficium, nulliter impetrat, ſi narrat ſe doctorem, & eſt merus occupator illius tituli propter excellentem ignorantiam. Sed certè utrumque dictum eſt falſum: quoniam doctor quamuis ignarus, gaudet priuilegio doctoris, ut acutiſſimè probat Frã. de Are. præceptor meus, in d. c. cleri. de iudi. ubi uide. Adde etiam, quòd miles, qui militat ad latus principis, præcedit doctorem. Angel. in l. in teſtamento. ff. de teſta. mili. Facit l. s. C. de præpo. lib. 12. ibi, quos noſtri lateris decus illuſtrat. Per quem dicit Bal. in rubr. ff. de offi. proconſ. quod dignior eſt Cardinalis, qui aſſiſtit Papæ in curia, quam qui extra curiã. Item in actibus militaribus præcedit indiſtinctè miles. Alexan. in d. l. centurio. per tex. qui bene facit, in l. j. in prin. C. de offi. ui. & ita per illum tex. diſputando terminauit Signorellus de Homodeis de Mediolano, ſecũdum Mart. de Lau. in tract. De dignitatibus, concluſione 16. Et prædicta procedunt in actibus indifferentibus[a]. ¶ Miles imperialis præcedit ducalem*. Frau. Tigrin. in l. 2. per illum tex. ff. de albo inſcri. ſecũdum And. Sic. in c. quod clericis. de fo. compe. Facit, quod not. Abb. in c. poſtulaſtis. de conceſ. præb. dicens, quòd inter milites ille eſt dignior, qui a digniore eſt factus. Vnde miles Papalis alios præcedit, ſecundum eum. Rector ſtudij non præcedit epiſcopum, niſi ſit ſcholaris in illo ſtudio. Abb. in c. auditis. de elec. & in d. c. poſtulaſtis. Epiſcopus, qui eſt in capitulo, ut canonicus non præcedit capitulum: tamẽ ratione dignitatis debet ſaltem habere ſecundum locum abbas in d. c. poſtulaſti. Et ſi canonicus eſt uicarius ſui epiſcopi ſedi in c. & choro in loco alias ſuo, quando eſt ibi, ut canonicus. Do. in c. a collatione. ad fi. de app. in 6. Et ibi etiam de epiſcopo ſcholari, quem rector præcedit*, ſecundũ eum. Archidiaconus præfertur præpoſito* Bal. in conſi. in c. Arch. Quid poſſit in iſtis præceſſionibus conſuetudo, dicã poſt Abb. infra eo. ſtatuimus. in prin. Ille dicitur dignior, qui eſt magis dignus ratione naturalis originis & antiquioris. Dom. in c. 1. j. diſt. colligens hoc ex glo. ibi, ex quo not. ſecundum eum, quando habes ordinare homines, uel prælatos, quem debeas præferre. Perfertur habens dignitatem in nobiliori loco, licet ſit eiuſdem nominis. Inno. in c. fraternitatem. in fi. de do. dicẽs quòd dignior eſt canonicus eccleſię cathedralis, quam canonicus alterius eccleſiæ, licet in redditibus ęqualiter ſuperabundẽt. Facit c. ſtatutum. §. j. de reſcrip. in 6. & facit glo. 1. in c. a ſenatu. §. ſan c. de hære. in 6. quæ dicit, quòd magis priuilegiatus præfertur.
5 ¶ Clericus † ſecularis præcedit regularem. Patet in c. legi epiſtolã. & c. alia 16. q. j. Notat Ioan. And. in regula, delictũ lib. 6. in Mer. & glo. fin. in c. qualiter. lo 2. de accuſ. dicens, quod dignior eſt cœtus clericorum, quam monachorum. Notat Do. in c. epiſcopus. 17. diſt. & dicit Chry. in ſuo dialogo, Si talem mihi aliquẽ adducas monachum, qualis, ut ſecundum exagerationem dicam, fuit Helias, non tamẽ illi comparandus eſt, qui traditus populis, & multorum peccata ferre compulſus immobilis perſeuerauit, & ſubdit, Si adminiſtranti ſacerdotium monachales ſudores conferas, tantum eos diſtare reperies, quantum inter priuatum diſtat & regem. Sed caue, quia iſta uerba Chryſo. loquuntur de epiſcopis, ſecundum Tho. in Quolibetis, quolibeto 3. art. 17. ubi latiſſimè diſputat, utrum presbyteri parochiales & archidiaconi ſint maioris perfectionis, quam religioſi? & per multa concludit, quòd non, maxime per talem rationẽ, lex priuata, quæ eſt lex ſpiritus ſancti, ut eſt c. licet. de reg. nunquã ducit hominem de ſtatu magis perfecto ad ſtatum minus perfectum, ſed facit hominem aſcenſiones in corde ſuo diſponere, ut in Pſal. Sed lex priuata ducit clericos ſeculares ad uitã regularẽ, c. duę ſunt. 19. q. 1. Ergo ſtatus religioſorũ eſt perfectior, quã ſtatus plebanorum. Vide ibi ſolenniter, & cum dictis ſuis coniunge omnino Aug. de Anc. in ti. De poteſtate eccleſia. quæſt. 104. art. 2. ubi ſimpliciter præfert religioſos presbyteris, etiam curatis, quo ad ſtatum perfectionis, facta mentione Chryſ. ubi ſupra, & dicit cap. duæ ſunt. non muto per hoc, quod eſt dictum de præceſſione clericorum. Hoc enim ſuadet antiquitas ſtatus, ſuper quam procedunt. Non enim ſequitur, talis ſtatus eſt perfectior, ergo honorabilior, ſed inſpicitur anterior origo. Glo. in c. quorundam. in uer. prædictorum. de ele. in 6. & infra dicam. ¶ Simplex ſacerdos præfertur militi ſeculi. Ioan. And. in c. quo libentius. de ſeruis non or. per c. ante omnia. 40. diſt. & c. Iulia. 11. quæſt. 3. & ſequitur But. & Dom. in d. c. ex quibus. Adde bo. eca. in cap. quis dubitet. 96. diſtin. ubi ſacerdotes dicuntur patres regum & principum. Quæ iura & ſimilia not. contra illos miſeros ſacerdotes, qui hodie faciunt ſe familiares capellanos & caſtaldos, &, quod deterius eſt, plerunque lenones potentum laicorum exiſtimantium eſſe ſibi ad unum granum gloriæ, imperare & conculcare in uiliſſimis obſequijs illos, quibus data eſt poteſtas ligandi & ſoluendi, quaſi habentes clauigerũ in famulum ac uile mancipium, liceat eis libere peccare, quibus licet clauium miniſtro inſolenter abuti, & hi ſunt, qui de nobis dicunt, Vbi eſt Deus eorum? cui abuſioni præbent magnam cauſam diſpenſationes, quæ per obreptionẽ & ſubreptionem obtinentur a multis religioſis a Papa, & religionum uicarijs generalibus, per quas a iugo clauſtri abſoluti uagantur per curias potentum, dicentes, Laqueus contritus eſt, &c. ut per glo. in clem. in pleriſque. de ele. Iſtos, quoties loqueris, inſere text. in c. quantumlibet. in fi. 47. diſtin. ¶ Fratres prædicatores pręcedunt minores, glo. in c. quorundam in uer. prædicatorum. de elec. in 6. & gl. 2. in c. fi. de pac. eo. lib. Ioan. And. in c. Ioannes. de teſta. ratione antiquioris inſtitutionis[b]. Vnde ordo literæ hoc indicat in dictis iuribus, & in capitulo in his. de priui. & in capitulo primo, § ſanè de reli. dom. in 6. & in capitulo primò, de priui. eod. libr. & in capitulo uenis. ſecunda de exceſ. præ. Notat Baldus in dict. l. obſeruare. § antè quàm. & Petr. de Mon. in dict. tractatu De Papa & conci. 24. colum. uerſicul. quintò quæro. Facit etiam capitu. primò, de deci. in 6. in ſuprascriptionẽ. Notat Petr. de Ancha. ponens tempora inſtitutionis dictorum ordinum, conſil. mihi 180. Franciſcus antiquus patriarchinus ſancti Romani. Quæ tempora ponit etiam Ioan. Andr. in dicto capitul. quorundam. Et ſequitur ibi Domi. in priu. dicens per illam gloſſ. haberi,
6 qualiter † religioſi debeant ordinari in proceſſionibus & alijs actibus, quibus interſunt religioſi. ¶ Monachi præcedunt canonicos regulares. Abba. anti. & modernus in capitul. auaritiæ de præbend. reſpondendo ad ſubſcriptionem illius c. cui etiam reſpondetur per Card. &

Idiotis] *Adde eundem Barba. cõſ. 57. col. 6. uerſ. præterea lib. 2. & in d. c. clerici. col. 5. de iudic.*

a *Indifferentibus*] *Adde do. Signo. de Medio. in ſuo conſ. incip. in nomine Domini: amen. Verũ doctor in ſignum honoris &c.*

Ducalem] *Adde etiam quod ducalis fuerit prius creatus. ut no. Abba. & Anch. in c. per tuas. infra eo. & Luc. de pen. in l. un. § 1 equeſtri. C. de digni. libr. 12.*

Rector præcedit] *Adde an idem ſit in uice rectore. Bar. in l. filius. ff. de legat. Rom. ſingul. 367. per tex. in c. fi. 93. diſtin. Abb. in c. cũ olim. 2. no. de offi. dele. Car. in cle. i. in 6. opp. de offic. iudi. Barb. in c. ſane. il 1. col. 1. de offi. de leg. Alex. in rub. ff. de offi. eius. col. antep. Aug. in rubri. inſt. de excep. col. 6. uerſi. ſecundo ex dicto gl. & in §. cum autem colũ. 2. inſt. quib. mo. ius pat. pot. ſoluit.*

Præpoſito.] *Adde quod conſ. Bal. allegatũ eſt 335. inc. Archidiaconus habet uolu. 3. & adde tex. in c. perfectis. §. hi ſic cum ſeq. 25. diſt. niſi ex conſuetudine imperet præpoſitus, nam tũc præcedet Archidiaconum, etiamſi contingeret Archidiaconum gerere uices Epiſcopi ſede uacante. ut no. Io. And. & Domi. in c. fi. de offi. leg. in 6. Adde Rot. deciſ. 4. in. de eloc. in nou. inc. fuit dubitatũ utrum præpoſitura et 17. tit. de cõceſ. præb. it. fuit dubitatum utrum ſi habens decoſ. 9. tit. de præben. inc. De theſauraria in eiſdem.*

b *Inſtitutionis*] *Adde, quod ordo Prædicatorum ſancti Dominici incepit anno Dom. M. 216. & ordo fratrum minorum incepit anno Domini M. 216. Ordo uero ſeruorum ſanctæ Mariæ incepit anno Domini M. 234. Et adde, quod ſanctus Dominicus obijt anno Domini M. 221.*

Imo.ibidem teucores. Facit c.Deus,qui.de ui.& hone.cle.
& rub.de ſtatu mo.& cano. re. ubi præponuotur monachi.
Et de origine & antiquitate,uitæ monachalis,latè ſcribis Po
lycratus in 7.li. c.21.quod incip.licet autem.Facit & c.2.de
ſup.negli.præla.ubi primò nominantur monachi. Ad idem
c.pernicioſam.18.q.2.ubi Papa enuncians quaſdam regulas
approbatas,incipit a regula ſancti Benedicti & Baſilij,& po
ſtea nominat Auguſtinum, a quo dicuntur regulam babuiſ
ſe canonici regulares. Ergo arguendo ab ordine literæ, mo-
nachi præcedunt : de quo arg.dixi ſatis de reſcrip.cum dile-
cta.uer.ordo ſcripturæ.*Et ſecundum præ
dicta uidi cõſultum per ſingulatem & ſo
mutari. quia reſpondetur ex dictis Archid. 5.diſt.in ſumma. in prin. dum dicit poſt beatum Tho. quòd lex dicitur mutari dupliciter, quædam eſt mutatio additiua, & iſta non prohibetur etiam reſpectu legis diuinæ, ſeu naturalis, quæ in hoc non dicitur immutabilis: alia eſt ſubtractiua, uel detractiua: & iſto reſpectu lex diuina dicitur immutabilis. Et ſequitur Dom. ibi, & idem dicit ipſe in terminis iſtis, in d.c.2.§. eod. Non ob. dictum Bart. in d.l. fin. quia uel non procedit, uel tex. in quo ipſe fundat ſe, non probat, quia expreſſè prohibet augeri illum numerum. uel loquitur, ubi a lege eſt data forma: quo caſu nulla additio eſt permiſſa, ut latè dixi de reſcrip. cum dilecta. probando, quod tunc præter, & Contra, æquiparantur: uel loquitur, ubi mutatio non coadiuuat primam naturam, ſed alterat: nos autem loquimur, ubi ſit additio non mutans, ſed adiuuans & fortificans. Præterea quod ille, qui addit alicui materiæ, non dicatur propriè mutare, expreſſè ſentit Abb. in c.2. de libel. obla. 13. col. uerſi. nunc uenio ad aliam particulam. ubi poſt Ioan. And. & alios ibi, & poſt l. cgiſtas in l. edita. C. de eden. facit expreſſam differentiam inter eum, qui mutat libellum, & eum qui addit libello, concludendo, quòd addens non dicitur libellum mutare. Vnde poſſet dici, quod quando additio dicatur ſapere mutationem, debet inſpici ratio ſubiectæ materiæ, ut dixi in d.c. 2. ult. ebat. uerſi. quum ulta omnes, & facit, quod not. Ludo. conſi. 45. dicens, quòd addens, uel detrahens dicitur nouam rem facere, quando ex hoc antiqua diſpoſitio augetur, uel diminuitur. Allegat Bal. in l. ius ciuile[a] a le². ff. de iuſtitia & iure. ¶ Omnia autem dicta in iſta 7 fal. intellige procedere, quando diſpoſitio ſtatuti augeat ius canonis, non tamen eſt expreſſe contra canonem, putà ſi epiſcopus ante cle. 2. de æta. & quali. ſtatuit, quod canonicus, qui eſt in minoribus, non poſſit eligere: nam ius commune non diſponebat antea expreſsè contrarium, ſed ſimpliciter admittebat canonicum ad electionem. Ita procedat glo. 1. in d. cle. 2. Idem, ſi eſt dubium de intellectu iuris, putà in caſu c. ex tuæ. de cler. non reſi. Nam aliqua iura uidentur uelle, quod fiat ipſo iure priuatio clerici non reſidentis, c. ex tuæ. in uer. ſpoliati. & c. qualiter. de cleric. non reſiden. Aliqua, quod fiat per ſententiam, c. inter quatuor. eod. tit. Nam ſuper hoc dubio ualet ſtatutum epiſcopi, inducens priuationem ipſo iure, dummodò ſeruetur forma iuris in monitionibus. Ita procedat dictum Car. in d.c. ex tuæ. contra Gaſ. Cal. ibi. Sed quando conſtitutio epiſcopi diſponeret in eo, quod diſponit expreſſè ipſum ius commune, diſponendo contrarium illius, tunc non ualet ſtatutum. Ioan. And. in addi. Spe. ſuper rubr. de elect. Nam ius commune diſponit electionem factã, contempto uno canonico, non eſſe nullam, ſed annullandam, de elect. quod ſicut. Ideo ſi conſtitutio epiſcopi ſtatuat eam eſſe ipſo iure nullam, non ualet, ſecundum eum: quia diſponunt contra id, quod expreſsè eſt ſtatutũ a iure. Et ita declarat Imo. in d.c. ex tuæ. adaptando multis uerbis uarietates, quæ ſunt inter Cal. & Car. ibi. Et dũ dixi, quod ualet ſtatutũ epiſcopi firmans certam opi. ſuper intellectu iuris dubij, uide tex. & ibi Io. And. in c. ex parte 1. de uerb. ſig. ſuper uer. tertiam. licet illa interpretatio eſſet conformis iuri, ſecundum Dom. in c. ſi. ad ſi. de appel. in 6. ubi allegat c. requiſiſti. cum gl. r. de teſta. Et illud etiam tenet Ana. de hære. fraternitatis pe. col. ¶ Item de ualiditate ſtatuti arctantis canonicos ad reſidentiam, uide omnino Old. conſi. 181. De authoritate conſtitutionum. Et ſecundum proximè dicta poſſet fortè adaptari notabile conſilium Oldr. 259. impugnatur electio ubi uult, quod non ualet ſtatutum capituli alterans formam c. quia propter. de elect. etiam addendo putà quod uocentur illi, qui ſunt extra prouinciam. Et pro dicto Ioan. And. in d. rub. de elect. uide Albe. de Roſa. in l. de quibus. 1 col. uer. Item quæritur, an circa electiones, ff. de legi. ubi idem firmat, uidelicet, nõ ualere ſtatutum irritans ipſo iure electionem factam non uocatis abſentibus. Et ita dicit fuiſſe determinatum in curiu Rom. ſuper electione facta in eccleſia R iten ſi, etiamſi ſtatutum eſſet iuratum: quia iuramentum non obligat ad ſtatuta inualida. Valeret tamen ſtatutum, quod contractus & alia negotia eccleſiæ facta non uocatis abſentibus non ualerent. Rationem differentiæ ponit Arch. in apoſtillis ad Inno. in c. 1. de condi. appoſi. quia collationes beneficiorum, ordinum, monachatus, & ſimilia, non pendent ex ſolo conſenſu conferentis & recipientis, ſed ex poteſtate ſpirituali, quam habet conferens ratione ordinis & dignitatis. Contractus autem ex ſolo conſenſu contrahentis conſequuntur effectum ut latius per Albe. ubi ſ. poſt Old. in d. conſi. Impugnatur.

10 ¶ Fallit octauo & ultimò, quando † ſtatutum diſponit contra ius canonicum in materia, in qua induci poteſt conſuetudo contraria iuri permittente canone: quia cum conſuetudo & ſtatutum idem ſint in effectu, licet differant, ut tacitũ & expreſſum, ſicut poteſt induci conſuetudo, ita & ſtatutũ, Fed. conſi. 17. Quæſtio talis eſt: nunquid conſtitutio. uer. ſic non obſtat, quod quinto loco per c. ex parte. 3. de uerb. ſign. iuncto c. certificari. de ſepul. Et hoc dictum ſequitur Alex. conſi. mihi 547. perſpectis his, quæ in themate ſupraſcripto ibi, nono probatur*. ¶ Sed profecto aut iſtud non capio, aut eſt difficilis ſuſtentationis: quia uidemus, quod lex canonica approbat conſuetudinem clericorum cõtra canones, c. fi. de conſue. Ergo omne ſtatutum eorum, dummodo rationabile, deberet ualere per iſtud dictum. Hoc autem eſſet hæreticũ in iure, per prædicta. Et hinc eſt quod Abb. in d.c. fi. ibi, & eſt unum mirabile. inſiſtit in iſta ratione differentiæ, quare clerici poſſint introducere conſuetudinem, & non legem contra canones, ut ſ. retuli. Nec obſtat d.c. ex parte. quia illud ſtatutum fuit conforme canoni, ut dixi paulò antè poſt Dom. Dicas tamẽ quod ſi ſtatutum epiſcopi contra ius habet ſecum concurſum conſuetudinis, quæ interpretatur ius commune, eo modo, quo loquitur ſtatutum, tunc ex uiribus conſuetudinis ualet ſtatutum. But. de conſuet. cum dilectus. uerſi. ex quo infertur, quod licet non ualeat, per illum tex. ſecundum unum intellectum. Et no. hoc, quia non habes alibi, ſecundum eum. Et de hoc dicto poſſet fieri noua fallentia. ¶ Dixit etiam mirabiliter Bal. in c. cum omnes. pe. col. uer. ſed nunquid §. de

11 conſti. quod † licet epiſcopus non poſſit committere cauſam appellatione remota•, glo. in c. ſi. de hære. in 6. dixi in c. 1. de reſcrip. tamen poteſt facere ſtatutum, ut in ſua diœceſi procedatur in certis cauſis ſummariè. Et ita dicitur ſeruari de facto, quia aliud eſt committere, aliud eſt ſtatuere. Nam ſtatutum eſt generale & fauorabile: ſed delegationes ſunt particulares, & quodammodo odioſæ. Cõſidera: quod ſi non poteſt committere ex eo, quia nõ poteſt tollere ius, certè eadem ratione non poteſt ſtatuere. Et multum obſtant dicta ipſius Bal. in d.l. omnes popu. li. Tamen fortè ex maxima cauſa hoc facere poteſt, per id, quod dixi in 1. fall. Sed etiam tunc uidetur requirendus ſuperior ut ibi dixi. Poſſet tamen facere commiſſionem de proceſſu ſummario ex iuſta cauſa, ut per Imo. cap. ſi. per illum tex. de trãſac. quia tunc cauſa imminens iuſtificaret commiſſionem, ſi non poſſet adiri ſuperior: ſed non iuſtificat ſtatutum attento quòd in omni caſu poſtea occurrente nõ ſemper ſubeſſet fortè illa cauſa inductiua ſummarietatis. Et ubi illa poſſet ſemper ſubeſſe, tunc putarem diſtinguendum, quòd aut Papa potuit requiri in editione ſtatuti, & ſi non fuit requiſitus, ſtatutum non ualet. Aut non potuit requiri, & ualet a principio, poſtea uerò, ſi non fuit requiſitus pro confirmatione, quam citò commodè potuit adiri, non crederem quod ſtatutum ualeat, arg. c. eos. de ſent. excommu. in 6. Et iſta conſideratio fundatur ex dictis Abb. in d.c. dilecti. de appel. Et iſta adapta etiam ad primam fal. de qua ſ. circa quam uulgates rudiſter diſcentiunt. ¶ Ponit etiam Bal. in d.l. cum om-

12 nes. an † ualeat ſtatutum epiſcopi, quòd in ſua curia poſſit opponi exceptio non numeratæ pecuniæ, uſque ad quatuor

a *In l. ius ciuile] Adde, quæ habentur ibidẽ per Bar. & Paul. de Caſtr. & per Ang. in l. ſcire. de uerb. obl. & per do. Alexã. de Imo. in l. 1 §. ſi quis ſimpliciter. de uerb. oblig. (& ad de Auth. in c. ſicut ante num. 9. de re iud. Rom. cõſ. 65. Viſo themate. ante nu. 4. & conſil. 481. in caſu ante fi. Alex. in l. edita. nu. 12. C. de eden. cum concor.)*

* *Probatur] Adde quod eſt conſil. 106. in 2. uol. in quo per totum ipſe Alex. ponit iſtã materiam tactam ab Authore hoc.*

• *Appellatione remota] Adde quod iſta clauſula non poteſt poni in reſcripto per inferiore a principe, etiamſi ſit legatus de latere niſi ab interlocutorijs gl. in uer. ſine certa. in l. ſi. et ibi Bar. in 1. colu. in ſi. in uerſic. & ſecundũ hoc ſi opponas. C. de ſent. Quod uerum ad effectum ut deroget iuri, ſed quo ad deſeruiendum iuri poteſt apponi, a quocunque ordinario. ſecundum Bal. in addit. Spec. de appell. in primis addit. uerſi. clauſula appellatione remota.*

a *Ad quatuor annos*] *Adde quod ad hoc ſingulariter habetur per domi. Soc. conſ. 241 inci. Circa primã difficultatem. uer. confirmo hoc per ea, quæ. in 2. par. obſeru. 122. quod ex quo lex ciuilis uolebat, q exceptio non numeratæ pecuniæ intra quinquẽnium poſſet opponi, & hodie ſic limitata intra biennium, poſſit opponi, tamen ex quo ſemel competens eccleſiæ & perſonæ eccleſiaſticæ poteſtas opponendi except. non nu. pec. intra quinquennium ex diſpoſitione l. antiquæ, hodie etiam poterit opponere intra quinquenniũ & non tenebitur probare, ſed creditur, quia non potuit quinquenniũ ad biennium redui cum præiudicium eccleſiæ, & perſonæ eccleſiaſticæ.*

a quatuor annos [a]: & quid ſi ſtatueret, q clerici non poſſent opponere hanc exceptionem. Scias etiam, q epiſcopi & legati poſſunt facere ſtatuta contra leges ciuiles. Domi. in c. a. ante fi. 2. eo. dicens, hoc ſentire gl. pen. in fi. c. 1. de loca. Et not. q etiam, quando prælati ſtatuunt circa caſus a iure non determinatos, poſſunt ſtatuere ſuper negotijs maioribus. Glo. in c. a. 2. eo. Et exemplificat ibi But. & Domi. putà ſuper his, quæ ſunt reſeruata princi pi, ut circa reſtitutionem famæ, de re iud. cum te. uel circa legitimationem, uel circa creationẽ notariorũ, & ſimilia, de qb. per Inn. in c. cum P. de fi. inſtr. Certa intelligunt gl. in §. porro. 3. diſt. & 18. diſt. in ſũma. ¶ Et adde Io. An. in regula, ea quæ. ubi diſputat de ualiditate ſtatuti epiſcopi ꝓhibentis fucationes & ſuperflua ornamẽta mulierum. Et eum refert Pet. de Anch. in c. 1. uerſi. ſuper hoc membro. de conſt. ſubiungens etiam quædam alia ad materiam iſtam. Dicit etiam Archi. in c. Eleutherius. in fi. 91. diſt. q epiſcopi non poſſunt immutare id, quod ab Apoſtolis, uel ſanctis patribus ſtatutum eſt. Sed in his, quæ circa ſolennitatem tantum eccleſiæ conſiſtunt, quæ conſuetudine, non præcepto maiorũ, ſunt introducta, mutare poſſunt & ſtatuere. Et de hoc uerbo meminit Bal. in rub. de conſue. An autem in condendis ſtatutis teneatur epiſcopus requirere capitulum, uide Arch. & Dom. 18. diſtin. in ſumma: But. & Abb. in c. quanto. de his, quæ fi. a præla. Domi. in c. 1. de cõſtitu. in 6. Abb. poſt alios de conſue. cum conſuetudinis. Quando autem poſſit epiſcopus diſpenſare contra canones per uiã diſpoſitionis, uide Inn. c. dilectus. de tem po. ordi. & plenè Spe. de leg. §. nunc de epiſcoporum. ubi ponit 168. caſus, in quib. epiſcopus poteſt diſpenſare, & multos, in quibus non poteſt diſpenſare, plenè ſcribunt Butr. Imo. & Abb. in c. at ſi clerici. §. de adulterijs. de iud. & ibi ſu leo ponere. Et nota bene regulam, q ubi lex dat epiſcopos executores iuris expreſſè, non poſſunt diſpenſare contra talia iura, ſecundum Archidiac. & Io. An. in c. decet. de immu. eccle. in 6. q multum notat ibi Domin. in §. ordinarij. poſt priu. Et de poteſtate epiſcopi circa ſtatuta concilij prouincialis, uide Domi. 17. diſt. in ſumma, in fi. Et iſta omnia perpetuò no. quæ aliàs poſui in repe. c. fi. de conſue. ſed non ita plenè, & alibi non inuenies materiam ita reductam, niſi paulò poſt alius commentator laruatus hæc eadem propria eſſe dicat, ſperans loquacitate ſua noſtrum quietum ſilentium perſuadare.

SVMMARIVM.

1 *Crimen non poteſt probari per inſtrumentum.*

2 *Hæc regula patitur octo fallentias, ut hic per ordinem, nu. hoc, & 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.*

CAPITVLVM X.

1 C VM IN ECCLESIIS. ¶ Datur regula, q † crimen non probatur inſtrumento, ut per Ioan. And. in regula, ſemel. & per Ab. hic, quia reus debet conuinci teſtibus. Itẽ, quia in inſtrumẽto poſſet eſſe ſcriptus teſtis minor 20. annis, & tamen eius uoci non crederetur in criminali, de uerborum ſignific. forus. Item, quia in criminali teſtes exhibentur coram iudice, l. iudices. C. de fide inſtr. Ergo nõ ſtabitur inſtrumento, ubi teſtes non exhibentur. Item, quia teſtes non debent teſtificari per ſcripturam *, ſed uiua uoce, 3. q. 9. teſtis. Et officiũ notarij non extenditur ad talia, ut latius per Io. And. ubi ſ. cuius diſputationẽ reaſſumit Cy. in l. ſciant. C. de proba. & de ipſa ſæpe meminit Bart. remittendo ſemꝑ ad ſeipſum, in l. in ſenatus [b]. ff. ad Turp. ubi etiam firmat hanc regulam quam etiã ipſe firmat poſt Iac. de Are. in l. diuus. 2. in fi. ff. de cuſto. reo. & in auth. ſi quis in aliquo. 2. colũ. ibi, item non poteſt notarius eſſe rogatus. C. de eden. per l. 3. § diuus. ff. de teſti. ubi in criminali opus eſt teſtibus, non teſtimonijs. Idem Bal. in addi. Spec. tit. de accuſ. uer. crimen non probatur. & in l. contra negantem. in fi. C. ad l. Aquil. & in l. 2. ad fi. ff. de fer. aſſignãdo pulchrè rationem regulæ, quam etiam ipſe ponit in l. neque fatales. 4. col. uerſi. & ſi dicatur imò debet. C. de probat. & in l. fi. §. cũ igitur. 8. col. uer. ulterius quæro. C. de iure delib. Et pulchrè Lud. in d. l. 2. de ferijs. & per Io. And. in addi. Spec. ſuper rub. de fi. inſtru. 4. col. Dicit tamen Old. conſi. 199. Pro fundamento. 1. col. q maleficium non poteſt probari inſtrumento, in quantum ẽ nude factum, ſed in quantum eſt ibi iuris diſpoſitio, putà an homicidium ſit cũ defenſione licita, an non, poteſt probari inſtrumento. Allegat ad primum dictum iura, de quibus per Ioan. An. in d. regula, ſemel. in argumentis ad partem affirmatiuam. Ad ſecunda dicta allegat Inno. de off. deleg. ſtatuimus. quod hodie eſt c. 1. eo. ti. in 6. ¶ Sed per prædicta uidetur, q primũ dictum Old. non procedat. Tamen ex iſtis uerbis Oldr. ꝓum factam fuiſſe pulchram addi. Io. And. in Spec. de accuſ. §. 1. uer. quid ſi accuſatus. ubi declarat, q multi actus ex quibus maleficium eſſe poteſt, cadunt in intellectum teſtis, per quorum tamen depoſitionem maleficium non probatur, nam licet teſtis deponat, quòd ego occidi, poteſt eſſe, quod id feci me defendendo, uel caſu, ita q maleficium non eſt probatum. Sed iudex ex diſpoſitionib. illis percipere poterit, q maleficium commiſit, ſic aggrediendo, uel inſultando & occidendo, habet enim diſcernere licitum ab illicito, & tamen fateri oportet, q etiam teſtes uiderunt aggreſſionem, inſultum & uoluntatem occidendi, & ſic de prædictis deponere poſſunt. Et facit glo. a. in c. 1. de offi. deleg. in 6. ſecundum eum remittentem ſe ad unam aliam ſuam additionem Spec. ¶ Prædi-

2 cta † regula uidetur recipere octo fallentias. ¶ Fallit primo, qñ agitur de probatione criminis, quæ oritur indirectè ex ipſo inſtrõ, uel coadiuuat probationem criminis, puta accuſo te, q incendiſti domũ meam, teſtibus probo incendiũ, dominium domus inſtrõ. Io. An. in d. regula, ſemel. ponẽs plura alia iura. Et ita intelligit c. pleriſq; 2. q. 7. c. cũ ad ſedem. de reſt. ſpo. c. a. de uer. ſig. in 6. c. 1. de ſchiſma. eo. li. c. quanto. cum gl. de his, quæ fi. a præl. Et idem firmant Bu. Imo. & Dom. hic, & Bal. in l. fi. pe. col. C. de proba. & Dom. in d. c. pleriſq;. & Cy. Bal. & Sal. in d. l. ſciant. C. de proba. & Sal. in l. ſinguli. C. de accuſ. & Bar. in d. l. in ſenatus. Facit dictũ Bar. in l. 1. §. item illud. ff. ad Sylla. ubi dicit, q notarius poteſt eſſe rogatus de uulneribus corporis mortui, & ex illa ſcriptura poterit iudex procedere ad inueſtigandum de ipſo maleficio. ¶ Dixit tamen Bald. in rub. C. de fide inſtrumen. 8. colũ. ibi, ſed adhuc dubitatur. quòd illud inſtrumentum non probat uulnus, niſi eſſet tabellio, qui de hoc haberet cauſæ cognitionem commiſſam ſibi, quando poteſtas mittit notarios ad ſcribenda uulnera. Adde etiam hic Bal. in d. l. contra negantem. ad fin. ubi dicit, quòd circunſtantiæ delicti poſſunt probari per inſtrumentum, utputè in l. Aquilia, dominium, uel poſſeſſio, quæ requiruntur ex parte agentis. Et quod inſtrumenta adminiculentur ad maleficium, tenet Bald. in dict. l. ſecunda, ad fin. ff. de ferijs, propter gloſſ. ibi. Sic intelligi debet quod ſcribit Ioan. Andr. de reſtit. ſpoli. cum ad ſedem. ſuper uerbo, inſtrumenta. ubi dicit eſſe argumentũ expreſſum, ſm Hoſt. ibi, q uiolẽtia po teſt probari per inſtrũm [c]. Ad q uide omnino Tho. Falloli dubio Ro. 1. ¶ Fallit † ſe-

3 cũdo, niſi ꝓducatur inſtrũm ad probãdũ

* *Per ſcripturã*] *Adde c. primates. 2. q. 1. c. a nobis q matrim. ac. poſ. c.*

b *L. in ſenatus.*] *Et ibidem uide domi. Alex. de Imo. ſ princ. et in l. prætor. de eden.*

relatum. 5. q. 2. c. tua. de cohab. cle. & mule. c. perſeri pia. 2. q. 8. Specu. & Ioan. And. tit. de teſte. §. tractandum. uerſ. quid de muto. Ant. Abb. et alij in d. c. a nobis Ant. in c. fi. in fi. de teſt. cog. Bal. in l. iuſiurando. C. de teſti. Anch. in c. fi. col. pr. in 6. no. de re iud. in 6. Inno. in ca. ex noſcitur. de his quæ fiunt a prœl. ſine conſi. c. Barb. poſt alios in c. licet in beato. de accuſat. Doct. in l. de minore. §. plurium. ff. de quæſt. contra Barto. in l. Theopompus ff. de dote prælegata.

c *Per inſtrumentum*] *Adde domi. Alexan. de Imol. in d.*

in d.l. in ſenatus. ad Turpil. allegatas in tex.

crimen, ad finem ut ille, qui conſenſit inſtrumento, puniatur pœna, cui potuit ſe obligare, non alia pœna corporali. Abba. hic ſingulariter. Et hoc modo intelligi poteſt dictum Ioan. Mo. in c. conſtitutionem. de uerb. ſig. in 6. ubi dicit, prout refert ibi Dom. in §. cæterum. in fi. ſe diſputando determinaſſe, ꝙ per inſtrumentum poteſt probari crimen, quando eſt confectum de uoluntate illius, contra quẽ producitur: aliàs non ita. Intelligit tex. ibi in c. ſi. 88. diſtin. Sed hanc declarationem Abb. intelligo, ubi producitur inſtrumentum, ut principaliter probet delictum commiſſum extra ipſam ſcripturam. Sed ſi ipſum inſtrumentum, uel ſcriptura, contineret in ſe delictum, ꝙ eſſet commiſſum ſcribendo, tunc uidetur, ꝙ probet delictum, quoad omnem pœnam illi conuenientem, per id, quod dicitur in proximis fallent.

4 ¶Fallit tertiò, niſi † delictum fuerit commiſſum per ſcripturam, putà faciendo ſtatutum contra libertatem eccleſiaſticã quia hoc probatur per ipſam ſcripturam, per c. nouerint. de ſen. ex com. Ita Bart. in d.l. in ſenatus. & Imo. & Domin. hic, & Salic. in d.l. ſciant. Bald. in d.l. contra negantem. Domin. in d. ca. pleriꝙ. dans etiam exemplum, ſi quis ſcriberet ſe credere aliquid, quod eſſet hæreticum. Allegat c. ſanè. 2. alias incipit, ſi fortè iſti libri. 24. q. 2. Ad hoc c. 1. 15. q. 6. Ita procedit tex. in c. ſi. de iureiuran. in 6. quem declara, quoad propoſitum, ut eleganter per Fede. conſi. 55. Domine Alea. ¶Et dicit Bal. hic, ꝙ delictũ probatur per inſtrumentum, quãdo eſt commiſſum per ipſum, uel in ipſo: putà, quia eſt falſum. Cum iſtis concordat Flor. poſt Barto. in l. 3. §. Item diuus. ff. de teſti. facit c. ſi quis presbyterorum. de re. eccleſiaſt. non alie. Et duæ ſequentes fallentiæ uidentur ponere eundem caſum cum iſta, licet Dom. hic ponat tanquam caſus ſeparatos.

5 ¶Fallit quartò, niſi † agatur de probando delicto, quod committitur contrahendo. Vnde ſi aliqui faciunt coniurationes, ſubſcribendo ſe promiſſioni, talis coniuratio probatur per illam ſcripturam. Domi. hic, & in d. c. pleriꝙ. Allegat d. c. 2. cum glo. de uerb. ſig. in 6. Idem Bart. in d.l. in ſenatus. & Bal. & Salic. d.l. ſciant. & glo. & Bart. in l. non intelligitur. §. tacita. ff. de iure fiſci. & Salic. in l. ſinguli. C. de accuſ. ¶Amplia etiamſi talis ſcriptura eſſet ſcripta manu priuata, ut patet in ſcribente ſe recepiſſe uſuras. Ita probat gl. in d. c. ſane. in uer. eorum librorum. & text. in clem. 1. de uſur.

6 ¶Fallit quinto, niſi † inſtrumentum fuerit factum de mandato ipſius delinquentis, & probari poſſit. Ita procedit glo. in c. ſi. 87. diſtin. Vnde ſi nomino, ſeu mando ſcribi tutorem a lege prohibitum in teſtamento, tale teſtamentum probabit me deliquiſſe ea tali denominatione, ut uult illa gl. ſecundum Domi. hic, & in d. c. pleriꝙ.

7 ¶Fallit ſextò, ubi † agitur de præiudicio leui, & ſcriptura authentica eſt confecta a perſona in dignitate conſtituta. Ita eſt caſus hic. Nam de iſto text. opponit hic But. contra regulam, de qua ſ. ut refert Domi. hic, & in d. c. pleriꝙ. licet in But. meo non habeam hoc. Et ſoluendo dicit, ꝙ aut inſtrumentum eſt confectum a perſona non conſtituta in dignitate, & non probat: aut a perſona conſtituta in dignitate, & tunc ſi producitur in his, quæ ſunt grauis præiudicij, eſt idem: aut in his, quæ ſunt leuis præiudicij, & probat: quia non erat magnum præiudicium, ꝙ iſte eſſet excommunicatus, cum ex præſtatione cautionis ueniat abſoluendus, c. ex parte. de uerb. ſign. Et iſtud uidetur uoluiſſe Inno. hic, dicens, ꝙ hic non probatur delictum, quantum ad depoſitionem, ſed quantum ad abſolutionem. Et fortè idem eſſet, ſi ſcriptura non eſſet confecta a perſona in dignitate conſtituta, licet hoc ita euenerit de facto: quia Inno non habet reſpectum ad qualitatem ſcribentis. ¶Pro iſta fallentia facit, quod notat Flor. in l. 1. uer. demum uo. ff. de teſti. ubi dicit, ꝙ inſtrumentum probat in paruis criminibus, ut ſi dicatur tabellioni, ut faciat inſtrumentum, quomodo denuncio Titio, ꝙ non ingrediatur fundũ meum me inuito: & ſi ingrediatur, facit mihi uiolentiam. Ita dicit tenere Iac. But. ibi ſub dubio fortè. Ad idem, ꝙ not. Ludo. conſi. 359. Dum quæritur, an ad excommunicationẽ. ubi late conſuluit, ꝙ per inſtrumentum poteſt probari uiolenta iniectio manuũ in clericum, ad finem ut probetur excõmunicatio in uim dilatoriæ, non in uim peremptoriæ: quia non agitur de magno præiudicio, cum ſtatim actori competat remedium abſolutionis contra hanc dilationem iudicij & probat multipliciter, quòd facilius proceditur in probanda excommunicatione in uim dilatoriæ, quàm in uim peremptoriæ*.

8 ¶Fallit ſeptimò, niſi † agatur de crimine ciuiliter, per iſtum tex. ubi agebatur ad iuſtificandam excommunicationẽ: nam tunc probatur per inſtrumentum: & ita etiam procedat text. in c. cum ad ſedẽ. de reſti. ſpo. quia ibi non agebatur, ut ſpolians puniretur de ſpoliatione, ſed ut reſtitueret rem, qua ſpoliauerat alium. Et ita firmat Dom. hic, dicens iſtud fuiſſe dictum Lap. de Caſtel. hic pro quo uide Bal. in d.l. contra negantem. quaſi in fi. ubi dicit Iac. But. dixiſſe, ꝙ quando agitur ciuiliter, facilius probatur crimen per inſtrumentum.

** Peremptoriæ.] Adde Ro. in nouis. de excep. 8. in op. licet ſit concertatio & de ſen. excom. in eiſdem deciſ. 8. incip. ſi quis petat & de excep. deciſ. 5. in antiq. Hoſt. cũ gl. in c. pia. de excep. in 6. ubi an poſſet probare per denũciationẽ et famam & ui. Rom. in l.i. in prin. col. i. uerſi. quoad ſecundũ ff. de nou. op. nũc. Auth. in c. cum cõtingat. col. 2. uer. quod autem. de reſcri.*

9 ¶Fallit octauò & ultimò † in inſtrumẽto confeſſionis factæ in iudicio, uel ſententiæ condemnatoriæ, quia per talia, inſtrumenta legitimè confecta, probatur plenè maleficium. Bal. in d.l. ſciant. pe. co. ita intelligens illum tex. in uer. apertiſſimis documentis. & facit, ſecundum eum, l. quoniam. cum ſua gl. ff. de iuſti. & ſequitur Flor. in l. 3. §. item diuus. ff. de teſta. Facit, quod no. Ab. de iud. at ſi clerici. in pri. in primo notabili, per illam text. Et dicit Bal. in l. 1. ad fi. C. quo. appel. non reci. ꝙ contumacia poteſt probari per inſtrumentum, licet uergat ad crimen: quia debet ſcribi in actis, l. properandum in fi. C. de iudi. Et ex his habes ordinatum iſtum paſſum melius, quàm alibi. Quando ſuſpecto da periurio deferatur iuramentum, dixi ſatis de offi. ord. ad reprimendam.

SVMMARIVM.

1 *Cardinales habent in ſuis titulis in eccleſiis ſibi ſubiectis, iuriſdictionem epiſcopalem.*

2 *Capitulum & eccleſiæ inferiores an ſuccedant ſede uacante? & concludit, quid ſit.*

CAPITVLVM XI.

1 HIS, QVAE. ¶Cardinales † habent in titulis ſuis, in eccleſijs ſibi ſubiectis, iuriſdictionem epiſcopalem. Tex. hic, quem omnes extollũt. Adde Inno. de c. no. dilectus. in glo. hoc ius. uerſi. poſſet dici. ubi dicit per iſtam text. quòd Cardinales in ſuis titulis pinguius habent ius, quam plebani, quia in ipſis inſtitutio & deſtitutio ſpectat ad cardinales, ſed in alijs eccleſijs ſpectat ad epiſcopũ, de offi. ord. conquerente. Et iſta uerba Inno. ſequitur Ioan. And. & etiam Butr. de offi. arch. dilecto. ibi, oppono gl. 1. Idẽ Imo. in clem. ne Romani. ibi, quartò quæro. de elec. dicens, ꝙ Cardinales in ſuis titulis habẽtur loco epiſcoporum quo ad iuriſdictionalia, & quo ad epiſcopalia, ſi ſunt epiſcopi, alias, quoad iuriſdictionalia tantum. Allegat tex. hic. Vnde habent ſub ſe pleno iure cappellas, quas de iure communi non habet aliqua eccleſia non epiſcopalis. Allegat Inno. ubi ſ. & uide Card. in d. cle. ne Romani. uerſ. item. ubi concludit, ꝙ tituli cardinalium comparantur eccleſijs epiſcopalibus, quia habent iuriſdictionem quaſi epiſcopalem, in ſuis parochijs. Et ibi ponit, an comparentur eccleſijs matricib. Et dicit Bald. hic, quòd Cardinales non epiſcopi, non habent in iſtis titulis ea, quæ ſunt ordinis epiſcopalis, ſed ſolum ea, quæ ſunt iuriſdictionis epiſcopalis. Iſtum text. allegat etiam pulchrè Domin. in §. 1. 21. diſt. dicens, quòd inſtitutio & deſtitutio talium eccleſiarum ſpectat ad cardinales in eis intitulatos. Idem Dom. poſt alios in c. j. de maiori. & obed. in 6. ¶Et dicit Card. de excep. cum uenerabilis. ad fin. quod plebes non fundant intentionem ſuam in capellis de iure communi, niſi eccleſia matrix eſſet tituli Card. per iſtũ text. Et ita dicit ſe ſæpius conſuluiſſe, maximè in ardua lite inter plebem de Cento & eccleſiam Centi, & eſt conſilium ſuum 67. Thema tale eſt, plebs ſanctæ Mariæ de Cento. de quo memini in dicto capitul. cum uenerabilis. 13. colum. uer. ad tertium notabile. ubi tradidi regulam cum fallentijs nouis ſuper hoc, quòd regulariter pleba non fundat intentionem in capellis ſibi ſubditis. ¶Et iſtis adde Frã. Paui. in tract. uiſitationum. fol. 4. ubi dicit, ꝙ Cardinales in

iſtis

iſti in ſuis titulis habent facultatem uiſitandi, ſicut epi-
ſcopi in ſuis epiſcopatibus, per iſtum text. & uide eundem
Franc. Paul. in tract. De ſede uac. fol. 38. dum enumerat ali-
qua priuilegia cardinalium, inter quæ dicit fuiſſe eis conceſ-
ſum a Sixto IIII. ꝙ liberè poſſint cõferre omnia beneficia ec-
cleſiarum, in quib. intitulati ſunt, uel commendatarij, non
obſtantib. expectatiuis, neq; reſeruationib. niſi uacent in cu
ria. Et de illis Papa nõ prouidebit, niſi de expreſſo ipſius cardi
nalis ordinarij, uel cõmẽdatarij cõſenſu. Quæ aũt ſint eccle
ſiæ, in quib. cardinales intitulant, enumerat Pet. de Mõte in
tract. De Papa, 47. col. & Alb. in rubr. ff. de ſtatu homi. ¶ Ne-
2 dum † in eccleſia cathedrali ſuccedit capitulum uacante ſe-
de, ſed etiam in eccleſia inferiori. Abb. hic eleganter per iſtũ
text. Idem Abb. de app. bonæ. 4. col. ibi, notabis bene duo. &
in c. cum dilectus. de conſuet. 3. colum. ibi, nullus tamen
Doc. licet referat Inn. ſenſiſſe. de conſti. cum acceſſiſſent. Idẽ
etiam Car. poſt Laudi. in cle. ne in agro. §. abbate. a. q. de ſta.
mo. dicens, ꝙ mortuo abbate tota adminiſtratio ſpiritualis
& temporalis tranſit ad conuentum. Et ita dicit ſeruari de
facto. Et idem Imo. ibi 25. col. uer. quid de caſu mortis. Idem
etiam Ab. latè de ſta. mo. ea, quæ. 2. col. Facit dictum Domi.
poſt Lau. & quoſdam alios in c. 2. de teſta. in 6. ubi dicit, ꝙ
ſede uacante poteſt conuentus monachorum dare mona-
cho licentiã acceptandi executionem teſtamenti: quia ſecũ
dum eum, conuentus ſuccedit in temporalibus & ſpiritua-
libus, ut probant iura allegata per Lap. ibi: ſed reuera non
loquuntur de capitulo eccleſiæ inferioris. ¶ Limita primò,
niſi eſſemus in caſibus, in quibus iura prohibent, ne capitu
lum ſe intromittat, putà in alienationibus in litigando, in
conferẽdis beneficijs, & ſimilibus, de quibus ĩ. ne ſede uac.
per totum, & aliquid ĩ. eod. cum olim. Ita Card. & Imol. in
d. cle. ne in agro. ¶ Limita ſecundò, niſi inter illos ds capitu-
lo naſcatur ſcandalum, adeò ꝙ ſuſpecta ſit eorum admini-
ſtratio. Abb. de reſcrip. cum dilecto. 3. notabili, ad hoc extol-
lens text. ibi, & in c. fi. de ſtatu reg. ¶ Limita tertiò, niſi ab-
bas eſſet remouendus propter culpam ſuam, & conuentus
eſſet ſuſpectus de eadem culpa. Abb. in d. c. ea, quæ. per illũ
text. ¶ Sed aduerte, ꝙ pro opi. contraria, ꝙ capitulum eccle-
ſiæ inferioris nõ ſuccedat in iuriſdictione uacãte ſede indu
co nouiſſimè ſeptem motiua. Primò eſt deciſio Inn. in c. cũ
acceſſiſſent. in glo. ſed nunquid. in fi. de conſti. ubi dicit, ſe
non credere, ꝙ uniuerſitates poſſunt exercere iuriſdictionẽ
deficientibus rectoribus. Et ꝙ iſta uerba intelligantur de u-
niuerſitate eccleſiaſtica, uide Car. conſil. 33. In hac dubia q.
3. col. licet But. in d. c. cum omnes. in 2. uer. tantum uidea-
tur intelligere de uniuerſitate ſeculari, colligens ex hoc, nõ
eſſe tantam communicationem inter uniuerſitates ſecula-
res, & eorum capita, quanta eſt inter prælatum & capitulum.
Sed ex quo Inn. loquitur ſimpliciter, poteſt intelligi de utra
que ſcilicet eccleſiaſtica & inferiori ab epiſcopo, & de ſecula
ri: de qua uide etiam Bald. in l. 1. q. 19. ff. de offic. conſu. &
quod ſcripſi in rub. de app. 5. col. uerſi. ad quintam. ¶ Secun-
dò eſt deciſio Inno. hic, quem ſequitur But. Imol. & Domi.
hic, dicentis, ꝙ ſi eſt capitulũ eccleſiæ tit. cardinalatus, tũc
capitulum ſuccedit, niſi reſeruetur, prout hic fuit factũ. Et
ideo ſicut capitulum eccleſiæ cathedralis ſuccedit, ĩ. eo. cũ
olim. ita ſuccedit capitulum titulorum cardinalium. Si au-
tem loquimur de alijs matricibus eccleſijs habentibus ec-
cleſias, tunc capitulum de iure nihil uendicat ſibi, uacante
eccleſia in talibus capellis, quia licet aliqua iura percipiant
prælati in talibus capellis, ut no. Inno. de offi. ord. dilectus.
& de capel. mo. dilectus. iſtud eſt de conſuetudine, non de
iure: & ideo in hoc ſtandum eſt conſuetudini, ſecundũ Bu.
& Dom. ¶ Ecce quomodo ponunt differẽtiam manifeſtam
inter eccleſiam cathedralem & inferiorem, quo ad ſuccedẽ-
dum uacante ſede. Et ideo dicit Imol. hic in fi. quòd fruſtra
quæritur an mortuo prælato matricis eccleſiæ poteſtas tran
ſeat in aliumquia ſi ille prælatus non eſt cardinalis, nõ ha-
bet poteſtatem, neque iuriſdictionem, in eccleſijs ſibi ſubdi
tis. Tamen dicas ꝙ nos quærimus, poſito ꝙ prælatus ha
beret iuriſdictionem de iure ſpeciali, utrum illa ſpecialis
poteſtas tranſeat in capitulum uacante ſede. ¶ Conſidera e-
tiam uerba Bart. in l. ubi adſunt. ff. de tuto. & cura. da. ab
his..dum dixit, quòd capitulum ſuccedit uacante ſede epi-
ſcopali, & collegium cardinalium uacante Papatu. Allegat
Inn. hic, quaſi expreſsè ſentiens, ꝙ hoc non competat infe-
rioribus capitulis, uel collegijs. ¶ Tertiò facit, quia iſte tex.

ponit unam ſpecialitatem in eccleſijs & capellis ſubditis ec
cleſiæ, quæ eſt tit. cardinalis. Et quòd ſit in eis ſpeciale, fir-
mat hic Imol. 2. colum. uer. ſed certè uolens contra Bu. hic,
ꝙ capitula inferiorum eccleſiarum poſſunt congregari ſine
licentia ſuperioris, & ſcrutinium & baptiſmum facere: quia
ſi hoc ſpecialiter eſt prohibitum in eccleſijs ſubditis eccle-
ſiæ cardinalis, ergo ſecus in alijs, l. ius ſingulare. ff. de legi.
ſecundum eum. Vnde uidetur etiam idem in facultate ſuc-
cedendi, quæ competit talibus eccleſijs, per iſtum tex. dum
ſit in eis ſpecialis reſeruatio Papæ, innuens manifeſtè, ꝙ a-
liàs capitulum ſucceſſiſſet. ¶ Quartò arguitur ſic: omnis iu
riſdictio eſt aut a lege, aut ab homine. Inn. de offi. ord. cum
ab eccleſiarum. Sed iſta iuriſdictio competens ſpecialiter
alicui prælato inferiori, non reperitur de iure apertè tranſi-
re in capitulum uacante ſede, neque ea diſpoſitione legis,
neque hominis. Ergo tranſibit ad ſuperiorem. Minor proba
tur, quia omnia iura, quæ dicunt capitulum ſuccedere uacã
te ſede, loquuntur de capitulo eccleſiæ cathedralis: & iſte
tex. loquitur de eccleſia, quæ eſt tit. cardinalis. Vnde Domi.
fuit motus incautè, in d. c. 2. de teſta. in 6. dum dixit, ꝙ iu-
ra ibi allegata per Lap. probant, ꝙ conuentus ſuccedit abba
ti in iuriſdictione. Imò Arch. & Io. And. ibi firmant, ꝙ epiſ.
ſuccedit abbati in danda illa licentia: quia ſecundum eos, epiſ. ha-
bet curam ſtatus monaſterij uacante ſede, & ipſe dat admi-
niſtrationem in temporalibus, & ſpiritualibus. Et ſic ex-
preſsè decidunt pro iſta parte. ¶ Quintò facit, & fortiter: nã
prælati inferiores ab epiſcopo non poſſunt habere iuriſdi-
ctionem, niſi ex iure ſpeciali: quia ſolus epiſcopus habet de
iure communi iuriſdictionẽ in omnibus eccleſijs ſuæ diœ-
ceſis, 16. q. 7. omnes baſilicæ. Tunc ſic: Ea, quæ competunt
alicui prælato de iure ſpeciali, non tranſeunt, in capitulum
uacante ſede gl. in uer. tempore. in c ſcriptum. de electio. &
ibi Abb. Inn. de ſo. comp. uerum. & ibi ſatis diui in ptin. Er-
go iuriſdictio, competens prælato inferiori ab epiſcopo, cũ
competat iure ſpeciali, non eſt tranſitoria ad capitulum.
¶ Sextò ſic iuſtificando prædicta: nam maior eſt communio
inter epiſcopum & capitulum, quàm inter prælatos inferio
res & conuentus. Patet: quia capitulum ſuccedit epiſcopo
negligenti, in collatione beneficiorum, c. 2. de conceſ. præb.
Sic conuentus abbati, clem. 1. de ſup. negli. præla. Vnde di-
cit Rota de ſup. negli. præla. 1. in antiquis, & antiquior. ꝙ
propter negligentiam abbatis, uel alterius inferioris ab epi
ſcopo, non transfertur collatio ad conuentũ, ſed ad epiſco-
pum, quia conuenientius eſt, ꝙ per ſuperiorem ſuppleatur
negligentia inferioris, quam per parem & inferiorem. Facit
dictum Innoc. in c. 2. de conceſ. præben. dum dicit, deuolu-
tiones debere regulariter aſcendere, non deſcendere. ¶ Septi
mò facit c. ea, quæ. §. ꝙ ſi abbas. de ſta. mon. Et non in uaco,
in quantum conuentus non ſuccedit ibi abbati, quia reſpõ
deret quiſpiam, illud eſſe propter ſuſpicionem, quæ eſt con-
tra conuentum, ut in ſimili dicit Abb. de reſcr. cum dilecta.
3. notabili, ſed pondero illum text. in uer. per illum detur. &
in uer. prouideatur. ubi non ſunt uerba, quæ in caſu illo dẽt
epiſcopo commiſſionem nouam, ſed excitatur officiũ eius,
iuxta gl. in l. ſi ſoror. C. de colla. & Ab. in c. 2. in fi. de of. ord.
in 6. Facit, quod habetur in c. grauæ de of. or. ¶ Aduerte tamẽ
in hoc ultimo, & circa prædicta, quia uidentur concedendi
duo caſus. Primus eſt, quãdo non quærimus de iuriſdictione
cõpetente ſpecialiter prælato inferiori, ſed de adminiſtratio
ne bonorum. Et hoc caſu uidetur, ꝙ conuentus ſuccedat
prælato inferiori, per d. c. ea, quæ. & c. fi. de regula. & d. c. cũ
dilecta. & d. clem. ne in agro. Et no. expreſsè Ab. in d. c. ea,
quæ. niſi remoueatur propter ſuſpicionẽ, per prædicta iura:
quãuis Arc. & Ioa. An. in d. c. 2. de teſta. in. 6. aliud dicant.
Quibus obſtat &, quod no. Imo. in c. unico, pen. col. ut ec
cleſiaſtica beneficia. ubi dicit poſt Io. An. ꝙ in eccleſia colle-
giata inferiori, cuſtodia eccleſiæ ſpectat ad collegium ipſius
eccleſiæ, per c. non licet. & c. illud. 12. q. 2. niſi illi de collegio
ſint ſuſpecti, per d. c. ea. quæ. uel ſint inſufficientes: quia tũc
cuſtodia ſpectat ad epiſcopum, niſi ad aliquem ſpectaret ex
priuilegio, uel conſuetudine, per id, quod habetur de inſti.
cum ueniſſent. ¶ Secundus caſus quãdo materia ſpectat iu-
re ſpeciali ad prælatum inferiorem, & ſuum capitulũ ſimul,
quia tunc, uacante ſede ipſius prælati, bene ſuccedit conuẽ-
tus, per c. fi. de reg. in 6. & facit c. unicum ne ſede uacan. eo.
lib. Vbi autem iuriſdictio ſpectat de iure ſpeciali ad ſolum
prælatum inferiorem, tũc, ut uidiſtis, communiter tenetur,
ꝙ capi-

ꝗ capitulum ſuccedat in illa. Et iſta opinio ſequenda eſt, tũ propter authoritatem Abb. hic, & eorum, quos allegat: tum propter cõſuetudinem, quæ eſt optima dubiorũ interpres: de conſue. cum dilectus. Et de ipſa atteſtantur Doct. in d. ele. ne in agro. Tamen in puncto iuris poſſent ſuſtineri præ dicta, quæ intelligas dicta ſolum, ut cognoſcatur materiã eſſe dubitabilem, & per Doctor non digeſtam. Et iſta adde ad Fran. Paui. quem uidi eis iam editis, in aureo libello De poteſtate capituli ſede uac. fol. 7. uer. ſeptima ſedes eſt abbatialis. ubi inſiſtit, quis ſuccedat in iuriſdictione mortuo abbate, uel priore. Et per prædicta plus ornantur, quæ ipſe ponit, quàm iſta ex ſuis. ¶ Vltimò, dum probat late Abb. ꝗ habeat iuriſdictionem, in c. fi. de offic. ordi. & quod dicetur, poteſt per alium expedire, quæ ſunt ordinis, adde text. optimum de elect. is, cui. lib. 6. & glo. in c. pen. in uer. ſpiritualibus. de ſup. neg. præla. eo. lib. & quod dicetur j. c. prox. de monialibus habentibus curam animarum. Et dum Abb. ponit pulchrè de pœnitentiario capituli uacante ſede, guſta, ut dixi, de reſcrip. eam te. per Card.

SVMMARIVM.

1 *Mulier ſuccedens in dignitate, efficitur capax iuriſdictionis.*
2 *Canonici ſeculares an dicantur perſonæ religioſæ, & an gaudeant priuilegio canonis, ſi quis ſuadente.*
3 *Mulier non eſt capax eorum, quæ ſunt ordinis.*
4 *Etiamſi eſſet conſuetudo, quod abbatiſſa poſſet excommunicare, quia talis conſuetudo non ualet.*
5 *Mulier recipit ordinem, ſeu benedictionem ſufficientem ad dicendũ ſolenniter horas ſeu officium, licet non ſit de ſeptem ordinibus eccleſiæ, nec recipiat characterem.*

CAPITVLVM XII.

1 DILECTA. ¶ Dum † tangit Abb. ꝗ mulier [a] ſuccedẽs in dignitate, efficitur capax iuriſdictionis, adde Ang. in repe. l. eã, quam. C. de fideicom. & in l. fœminæ. ff. de reg. iur. & in l. cũ prætor. ff. de iudic. ubi idem tenet, dicens, ꝗ poteſt adminiſtrare iuriſdictionalia etiam per ſeipſam. Et ita dixit feciſſe reginam Ioannam quam uidi ſedentem in ſolio regali, & ferentem ſententiam capitalem contra illus de Balſo: & exemplificat etiam in comitiſſa Mathilda, de qua facit mentionẽ gl. in l. ult. C. de arbi. Et cum iſtis concordat Abb. de reſcrip. ſignificauit. & aliàs dicetur. Et per iſtum text. & dictum Hoſti. benè infert. Rota de præb. 21. in antiquioribus. ꝗ licet cura animarum non poſſit cadere in mulieribus, quo ad exercitium actuale, tamen ius curæ poteſt competere monaſterio monialium, ut exercitium cõmittat uiro capaci illius poteſtatis. Et guſta, ꝗ habetur hic de inuocatione brachij alterius iudicis, ut competat non ſolũ habenti ordinariam de iure communi, ſed etiam dicitur in delegato, & per Ioan. An. & omnes, de offic. dele. ſignificaſti. optimus tex. in c. dilecto. in fi. de ſen. excom. in 6. iuncta gl. 1. ibi. ¶ Dum tangit Ab. ultra alios, nunquid † iſte canonicæ ſeculares dicantur perſonæ religioſæ? & uult, ꝗ non gaudeant priuilegio canonis, ſi quis ſuadente. adde Rotam de regu. t. in antiquis. ubi tandem idem tenet. Allegat Io. An. hic. Dicit tamen aliquos diſtinguere, utrum uerberentur eo tempore, quo ſeruiunt in eccleſia, & habent habitum religionis, & tunc uerberans incurrit excommunicationem, aut tempore, quo non ſeruiunt, & nõ habent habitum religionis, & non incurrat. Et hanc diſtinctionem ſequitur Rota & Domi. hic, dicens, quòd pro ea poteſt adduci text. de ſent. excom. religioſo. in 6. ubi nouitius gaudet priuilegio dicti canonis, licet poſſit contrahere matrimonium. Et ita etiam dicit Rota, quòd licet iſtæ poſſint contrahere, tamen quia de præſenti religioſè uiuunt, uidentur perſonæ eccleſiaſticæ, ſicut clerici in minoribus non ligantur alio uoto, & tamen gaudent priuilegio canonis. Vide etiam Rotã de iurepa. 7. in fi. in antiquioribus. quæ dicit, benignè ſunt conuerſi uidẽdæ coram eccleſiaſtico, tanquam perſonæ miſerabiles, & non uidentur merè perſonæ ſeculares, maximè cum portant habitũ, & gaudent priuilegio canonis. Et ita dicit intelligi Io. And. hic. ¶ Item quòd ſolum uotum caſtitatis & paupertatis cum mutatione habitus, non facit quem religioſum, niſi ingrediatur religionem: uide gl. 2. ad fi. in c. de uiduis. 27. q. 1. bonus tex. & Doct. in c. ex parte de conuer. coniug.
3 ¶ Nota bene dicta Abb. ꝗ † ea, quæ ſunt ordinis, non poſſunt competere mulieribus. Et guſta ad ea, quæ dixi de off. ord. ſi ſacerdos. dum dixi, quòd ad ualiditatẽ excommunicationis non requiritur ſacerdotium in excommunicante, ut per Ab. de ele. c. tranſmiſſam. 1. notabili, de reſcr. ab excommunicatis. & Hoſt. in Summa, de ſent. excom §. quis poſſit. ad fi. uer. nedum autem ius. Tamẽ requiritur ordo. Et cogita, an ſufficiant ordines minores, nam iſti ſentiunt, ꝗ ſic, quaſi ſufficiat clericatus aptus ad habendum beneficium, uel iuriſdictionem ſpiritualem, de trãſac. c. ex literis.
4 ¶ Amplia, etiamſi † conſuetudo eſſet, quòd abbatiſſa poſſet excommunicare, quia non ualet. Ita Inn. hic. ¶ Obſtat dictũ Ion. de teſtib. ſpo. olim. 3. cum concor. quæ dixi de offi. ord. ſi ſacerdos. ubi conſuetudo poteſt dare facultatem excommunicandi ſimplici clerico. Ergo fortius abbatiſſæ, quæ dicitur habere dignitatem, ut c. indemnitatibus. de elect. in 6. Sed. In muliere eſt incapacitas ordinis, ut per Docto. hic, per c. ſacratas. 23. diſtin. Et conſuetudo nihil operatur circa perſonam incapacem, de præſcrip. cauſam. Io. An. de præb. c. 1. in 6. Omnes in c. quãto. per illum tex. de conſuet. ¶ Sed dices, mulier poteſt eſſe diaconiſſa, auth. diaconiſſa. C. de epiſ. & cle. & c. diaconiſſam. 27. q. 1. Soluit glo. in d. c. diaconiſſam. ꝗ nõ ordinatur, ſed conſequitur quoddã ſpirituale officium, fortè legendi homilias, uel euangelium ad matutinum, uel aliud, quod non licebit alijs. Et ſi mulier ordinaretur, non reciperet characterem, ut latè per Arch. ibi, & in alio loco ibi per eum allegato. Et eius dicta reaſſumit Paul. in repe. c. ſi celebrat. de cle. excom. mi. 7. col. ibi, eſt tamen ſciendum, ꝗ moniales. licet non alleget Arch. & concludit,
5 ꝗ † mulier recipit ordinem, ſeu benedictionem ſufficientẽ ad dicendum ſolenniter officium, licet non ſit de ſeptem ordinibus eccleſiæ, nec conferatur character. Et illa dicta Archi. fuerunt Gof. in ſumma, de æta. & qua. §. quid de muliere. Ex quibus latè infert Maria. in repe. c. ad audientiam. ar ti. 5. ad fi. de homi. quòd mulier non poteſt incurrere irregularitatem: quia ex quo ordinari non poteſt, ceſſat in ea effectus irregularitatis, qui uidetur eſſe ad impediendum promotionem ad ordinem promotom, uel ad adminiſtrandum in ſuſceptis. Neque placet ſibi, ꝗ poſſit incurrere irregularitatem, etiam quo ad benedictionem prædictam, ut latius ꝑ eum repugnantem hoc nouum. Cogita: an idem uelint Doc. hic, dicendo, abbatiſſam non poſſe ſuſpendere ſuſpenſione apta, & irregularitatem inducere. Demum multa prohibita & multa permiſſa mulieri, ponit Firmanus ſo uerb. mulier. & ſcias gl. in c. neque illud. in uerb. coſta. 24. q. 5. quæ ponit, quare mulier ſuit creata ex coſta.

a *Mulier*] *Adde tu, quid quædam ſunt dignitates, ſeu officia merè perſonalia: & illa mulier poteſt habere, l. fœminæ. ff. de ſenato.* Adde *bo. text. in c. dilecti. de arbi. & in c. ſignificauit. de reſcrip. Et de materia ultra hæc ſcribentes, uide in c. nona. de pœnit. & remiſ.* Adde, ꝗ *etiam mulier poteſt habere dignitatem cum adminiſtratione in duobus caſibus. Primo, quando princeps conceſſit, & in reſcripto dicit, non obſtante tali l. Secundo ex conſuetudine, aliàs ſecus, ut in l. fin. C. de arbi.* Adde, *an mulier poſſit eſſe executrix in teſtamento?* Dic, quòd *ſi illud officium eſt explicandum in iudicio, non poteſt, ut in l. alienã C. de procu. Si autem eſt explicandum extra iudicium, tunc poteſt, l. 3. §. 1. ff. de neg. geſt. & Bart. in l. fœminæ. ff. de reg. iur. Adde tamen, ꝗ aliqui tenuerũt contrariũ, ꝗ fauore defunctorum poſſit. De quo poſſis uide per Bar. in l. fi. in princ. ff. de ali. & cibar. leg. & uide Bar. d. l. fœminæ. Et adde Spe. in tit. de ſyndico. uer. quod de mulieribus. Et ad de ad materiam no. in l. cum ſe. & ibi Cyn. C. de nuptiis. & gloſſ. in auth. de conſul. §. ſi autem etiam uxorem, col. 4.*

SVMMARIVM

1 *Canonici ueniunt appellatione capituli non autem archipresbyter, archidiaconus, & ſimiles.*
Iuramenta diuiduntur in multas & uarias formas. Vide poſt nu. 1. uerſi. dum Abbas.
Dominus alicuius loci, an poſſit, hominibus illius loci inuitis, alienare & ſubijcere illum locum alteri. Poſt num. 1. uerſi. hominibus inuitis.
2 *Eccleſia quando potitur intereſſe, quilibet auditur in fauorem eccleſiæ, ſicut in concernentibus intereſſe populi.*
3 *Quilibet de populo. auditur ad inſtaurandum matrimonium malè ſepa-*

ſeparatum.

Conſuetudo an ualeat introducta ſuper certa præſtatione iura uenſorum.

CAPITVLVM XIII.

DILECTI. ¶Tene menti dictum Abb. q † ſoli canonici ueniunt appellatione capituli, non autem archipresbyter, archidiaconus, & ſimiles. Idem Domi. latè in c. fi. in 4. col. de præb. in 6. & Abb. de re iud. cum olim. 5. col. & de conceſ. præb. poſt electionem. 3. col. & ibi, q appellatione capituli non uenit caput. Quod latius reaſſumpſi in proœmio Decretalium, uer. cæterum in propoſito. Et ibi dictis adde omnino Imol. in cle. 1. in 6. col. ibi, a uoce autem. de reg. & Abb. hic. Dum Ab. allegat iura de diuerſis formis iuramentorum, adde c. tibi domino 63. diſtinct. ubi eſt forma iuramenti regis erga Papam. Iuramentum Imperatoris in coronatione, habes in cle. 1. de iureiur. Iuramentum reuertentis ab hæreſi, habes in c. quoties. 1. q. 2. & per Ioa. And. in c. commiſſi. de hære. in 6. Iuramentum uaſalli habes in c. de forma. 22. q. 5. & in c. 1. de forma fidel. in uſi. feu. Iuramentum clericorum, contra quos inquiritur, in c. qualiter. el 2. §. debet. de accuſ. Iuramentum teſtis ſynodalis, in c. epiſcopus. in ſynodo. 35. q. 6. Iuramentum clerici purgantis ſe de hæreſi, in c. ego Berengarius. de conſec. diſtinct. 2. Iuramentum teſtis, glo. in c. fraternitatis. de teſti. Iuramentum Iudæi [a], Spec. de iur. cal. §. reſtat. uer. ſed nunquid. Iuramentũ ingredientis nouum magiſtratum, in authen. ut iuſiurandum, quod præſtatur ab his. Iuramentũ notarij in creatione, Hoſti. & alij, ne cle. uel mo. ſicut iuramentũ comparationis literarum, in l. comparationes. C. de fide inſtr. Iuramentum æſtimatorũ in l. hac edictali. C. de ſecũ. nupt. Iuramentum obſtetricum, gl. & Doct. de prob. propoſuiſti. Iuramentum tutoris, Specu. de tuto. poſt prin. Bar. & alij in l. prætor. in prin. de ope. no. nun. Iuramentũ nuncij publici, Spec. de cita. §. ſequitur. uer. ſed nunquid creditur. Iuramentum aduocati, in l. rem non nouam §. patroni. C. de iudi. Iuramentum calumniæ, gloſ. 3. in c. 1. de iur. cal. Iuramentum purgationis canonicæ, Hoſt. de purg. cano. §. qualiter. in prin. Iuramentum abſolutionis excommunicati, in c. cum deſideres. de ſent. excom. Iuramentũ rectoris eccleſiæ, Ioa. And. de iureiur. tua nos. Iuramentum, quod præſtant uicarij poſiti per Papam in terris de temporali iuriſdictione eccleſiæ, pone extrauag. Sixti 1111. dilectis filijs, & c. poſita in tract. Franc. Paui. de ſede uacante, in fi. Et de modo iurandi in communi, & de prædicto iuramento, quod facit imperator Papæ: & de forma iuramenti, quod faciunt epiſcopi Papæ, & de iuramento, quod faciunt presbyteri curati epiſcopo, uide Arch. Flo. in 2. parte ſuæ Summæ, tit. 10. c. 4. Iuramentum multiplex, quod præſtatur per partem in iudicio, Hoſt. de iureiur. §. quot ſpecies. in princ. Pulchrè Abb. in repe. c. per tuas. de arb. De his etiam per Bal. in repe. l. 2. 24. char. ibi, uideamus de iuramento. ff. de iureiur.

a *Iudæi*] *Qualiter autẽ Iudæus iurare habeat, uide nos. per do. Soc. conſ. 68. inc. Fruſtra uerſic. primus quidem effectus. cum uer. ſeq. in 1. parte, char. 116.*

a conſuetudine ª præter ius ſufficiunt decem anni, iuxta glo. 3. in c.fi. de conſue. in 6. Adde glo.in c.conſuetudo.12.diſt.& in cap.ut litigantes.in uer.ſtatuimus. de offi.ord.in 6.& Dom.in c.mos eſt.1.diſt. & in c.conſuetudinis. 51. diſt. & Rotam de conſue.6.in nouis,& Abb.in c.1.in fi. de ſta. mo. & omnes in c. fin. de conſue. Quicquid dixerit gloſ.in c. inter cætera. 10.q.3. Et habet locum iſta concluſio & in conſuetudine, quæ eſt cõtra ius, quod nunquam fuit receptum moribus utentium. Cal.& Card.& Imo.in c.1.ij. ti.pro xi. Et ibi dicetur. ¶ Limita primò ſingu-
2 lariter, niſi † conſuetudo præter ius ueniat ad detrahendum iuri alicuius eccleſiæ, quia ſicut in præſcriptione contra eccleſiam requiruntur quadraginta anni, de præſc.de quarta. ita in iſta conſuetudine. Inn.de conſue. cum dilectus in glo.fi. quem ualde extollunt Bur.Abb.& Dom. in c.fi.de conſue. Dom.pulchrè in d.cap. mos eſt. & in d.c.cõſuetudinis. & Lud.in ſing.103.conſuetudo. Et Bald.in authen. quas actiones. C.de ſacroſan.eccle. Rationẽ huius limitationis proſequit Rota latiſſimè, ubi ſ̃. & Dom.in c. fi. in prin. de conſue.in 6.& Bur.& Domi.in c. fi. quia, quando conſuetudo uult detrahere iuri alicuius, iſta non eſt propriè conſuetudo, ſed præſcriptio, ut patet ex dictis Docto. in d.c.fi. de conſue. in differentijs inter præſcriptionem & conſuetudinem, ſicut intelligent c.cum de beneficio.cum glo. 3.de præb.in 6.& c.cum eccleſia.de cauſa poſ.

a *In conſuetudine*] *Adde tu, ſi quæritur, quantum tempus requiratur ad inducendam cõſuetudinẽ? dic, q̃ aut quæritur de iure ciuili, aut de iure canonico. Primo caſu * communiter tenetur, ut ſufficiat tẽpus x. annorum, etiamſi conſuetudo ſit contra ius, quod probant Legiſtæ. Hoc modo, iura requirunt lõgum tempus ad inducendam conſuetudinẽ, ut C. quæ ſit lon. conſue. in rubro & nig. & in l.2.C. de ſeru. Sed longum tempus dicitur x. annorum, ut C. de præſcri. long.tẽp. Ergo, &c. Et idẽ tenet Bar. in l. de quibus. ff. de legi. Cy. in d.l.2. De iure uerò canonico dic, quod ſi conſuetudo eſt præter ius ſufficit tempus x. annorum, ut hoc per Scribentes..*

ſa poſ. & c. abbate. de uerb. ſign. quia licet latè ſumpto uocabulo loquantur in conſuetudine, tamen illa eſt propriè præſcriptio. Et per multas rationes concludit Rota, quòd imo in inducenda conſuetudine optandi, de qua in c. ſi. de conſue. in 6. requiruntur 40. anni, quicquid dicat ibi gl. quia iſta conſuetudo non eſt præter, ſed contra ius: quoniam per illam acquiritur nouus titulus præbendæ pinguioris abſque collatione, quod eſt contra ius: de quo in ca. 1. de reg. iur. in 6. Item tenet renunciatio non facta in manibus ſuperioris, contra c. admonet. de renun. & ſequitur Dom. in d. c. ſi. concludēdo, quòd reſpectu expectantis eſt præſcriptio. Per quæ dubito de eo, quod dicit Card. conſ. 63. In eccleſia Bellunenſi. dum uoluit, quòd decanus potuit acquirere ius conferendi, excluſo capitulo, ſpatio decem annorum, propter glo. in d. c. ſi. q̃ꝰ inſpecto iure capituli uidetur potius præſcriptio. Et amplia hanc regulam, ſiue ſit conſuetudo contra eccleſiã particularem, ſiue uniuerſalem, cum ſit eadem ratio, ſecundum Abb. in d. cap. ſi. de conſue. uer. de iure uerò canonico.

3 ¶ Limita ſecundò, niſi † conſuetudo, quæ eſt præter ius, ſit contra rationem expreſſam in l. quia ita requiruntur 40. anni, ac ſi eſſet contra l. Ita probat gloſſ. in uer. ſtatuimus. in d. cap. ut litigantes. quam extollit ibi Domi. & idem Dom. 12. diſtinct. in ſumma, allegando Pau. in clem. 2. de elect. Bene facit dictum Bald. in authent. quas actiones. C. de ſacroſan. eccleſi. & Pet. de Anch. in repe. cap. 1. de conſtit. ubi dicunt, quòd licet lex antiqua non dicatur correcta, niſi quatenus exprimitur iure nouo, C. de appel. præcipimus. tamen ſi ratio expreſſa in l. noua facit ad correctionem legis antiquæ, habetur perinde, ac ſi expreſsè corrigeret antiquam. Ad idem, quod not. Innocent. de appellat. cum ſpeciali. dicens, quòd ſicut ſententia lata contra legem expreſſam, eſt nulla, capitu. 1. de re iudic. ita ſi eſt lata contra rationem legis, ſequitur Butr. in dict. cap. ſ. & ibi dixi in prima ampliatione.

¶ Primò receptus authoritate Papæ, præcedit ſecundò receptum eadem authoritate, quamuis maiorem ordine. Innocen. Butr. Imol. Abba. & Domin. hic: ſed Hoſtien. hic, & Archi. in capitu. ordinationes. 2. 75. diſtinct. intelligunt hoc in præbenda aſſignata: ſecus, ubi ſimpliciter receptis iſtis duobus eſt adiudicanda præbenda uacans: quia tunc præfertur maior ordine. Tamen dic idem etiam in aſſignanda: quia primus præcedit, per capitul. tibi, qui. de reſcript. in 6. ubi primus impetrans præfertur in præbenda etiam aſſignanda ſecundò impetranti, non diſtinguendo, an ſecundus ſit maior ordine, uel non. Ad idem capitul. duobus. de reſcript. in 6. Ad iſtum text. reſpondit Abba. quòd habet locum in receptis authoritate capituli. Melius reſpondit Imol. quòd loquitur in ſeſſionibus, aut in portione, non in præbenda, uel in canonicatu. Et iſtud dictum Innocent. ſequitur Imol. in capitu. ſin. de conſtit. inferens contra Barto. in l. omnes populi. de inſti. & iure. in pulchra quæſtio. ut latius teci tani in d. cap. ſin. ubi uide. Et iſtud dictum Innocen. quotidie allegatur in materia præcedenti, quòd licet ſecundò promotus ſit dignior, aut ratione facultatis, aut reſpectu honoris: tamen per hoc non præcedit priorem in tempore: de quo tamen uide, quæ allegaui ſupra in rubrica.

4 ¶ Quamuis † receptus authoritate capituli non habeat ius affectionum ad præbendam poſt uacaturam, c. relatum. & quod ibi notant, de præbend. tamen ſi capitulum recepit alium ad præbendam uacantem, quando poteſt recipere primum, tenetur illi primo ſpreto prouidere de alimentis. Innocent. hic, quem omnes ſequuntur. Hoc dictum appellat Abb. peregrinum, de præben. inter cætera. ad fin. Et de ipſo etiam exclamat eod. titul. cap. dilectus lo 2. ultimo notabili, tanquam ualde amplians illum text. ubi dicitur, quòd ſi capitulum habens poteſtatem conferendi, non conferat illi, quem receperat de mandato Papæ, tenetur illi prouidere de redditibus, donec præbendam habeat. Ampliatur enim hoc non ſolum in præcepto hominis & legis uiuæ, id eſt, Papæ, ſed etiam in præcepto legis mortuæ: nam ea non uult, quòd canonici prouideant recepto a ſede, de præben. dicto capitulo relatum. & ſic eſt mandatum legis mortuæ, cuius tranſgreſſio ita obligat iſto caſu, ſicut tranſgreſſio præcepti Papalis. Non obſtat, quòd mitius debet agi cum lege, quam cum homine, l. Celſus. ff. de arbit. quia illud non procedit reſpectu pœnæ incurrendæ, in quo potentior eſt lex, quam homo. Bartol. ff. rem ra. ha. amplius. & Abb. in dicto capitulo, dilectus. dicens, iſtam extenſionem pœnæ illius, c. eſſe propter identitatem rationis, licet hoc dictum prima facie ſit forte, ſecundum eum. Et dictum Innocen. hic ſequitur etiam Abb. in c. cum ſuper. de conceſ. præben. Et pro dicta æquiparatione legis uiuæ & mortuæ, facit dictum Innocen. in capitul. 2. de accuſ. de quo meminit Abb. in dicto cap. dilectus. & in c. ad diſſoluendum. de deſpon. impu. Et pro intellectu reſponſionis datæ ad l. Celſus. eſto memor eorum, quæ ſcribit Car. in cle. cõſtitutionem. §. inſuper. de ele. ubi nouiſſimè mordet uulgata illa uerba Bar. I d. §. amplius.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiſcopus delinquẽs in diœceſi ſui ſuffraganei, non ſortitur ibi forum: ſecus, ſi in diœceſi alterius ſuffraganei, niſi crimen exigat depoſitionem.*

2 *Maior, non tamen ſuperior, an poſſit puniri a minore, ſi delinquat in ſuo territorio.*

3 *Domini duo eiuſdem loci fungentes pari imperio, ſi unus delinquit, uel contrahit in eo loco, intelligitur eo ipſo ſe ſubmittere iuriſdictioni ſui condomini.*

4 *Condemnare qui poteſt, poteſt etiam abſoluere.*

5 *Hæc regula patitur duas fallentias.*

6 *Delegatus poteſt poſt annum reinducere in excommunicationem a ſe excommunicatum, ſi non paruit mandato eius.*

CAPITVLVM XVI.

1 CVM INFERIOR. ¶ Archiepiſcopus † delinquens in diœceſi ſui ſuffraganei, non ſortitur ibi forum: ſecus, ſi in diœceſi alterius ſuffraganei, niſi crimen exigat depoſitionem: uerba Inno. & omnium hic. Adde gloſſ. 1. 10 ſi. in ca. 1. de rapto. & ibi plenè Cald. in uerſic. & alterius ſuffra. quos refert Ana. pen. & ult. col. ibi, concludẽdo etiam, q̃ archiepiſcopus non ligatur ſtatuto ſui ſuffraganei licet ibi delinquat: in quo ſecutus ſemper ad Io. An. in regula, cui licet. in Merc. quia, ſm eum, ibi negari non pôt, quin archiepiſcopus in diœceſi ſui ſuffraganei habeat ordinariã poteſtatẽ metropoliticam. Et ſi dicas illã reſtringi ad certos caſus, de off. ord. paſtoralis. fatetur, quoad ſubditos epiſcopi ſed non, quo ad ipſum epiſcopum: quia ſic immediatè ſibi ſubeſt, ut clericus epiſcopo, ideo igitur illius immediatæ iuriſdictionis ſtatuto epiſcopi ligari non poterit.

2 Quòd † aũt ille, qui eſt maior, non tamen ſuperior, poſſit puniri a minore, ſi delinquat in eius territorio, uo. Pe. de Anc. in cle. 1. uo. t. de ſo. comp. dicens, q̃ etiamſi patriarcha delinquat in diœceſi Bononiæ, pôt puniri ab illo epiſcopo. Sequitur Ana. ubi ſ. referens & dictum Bal. in c. j. §. ad hæc. de pace iur. fir. & l. ſi quis ſerno. ad ſi. C. de ſur. & alia, de quibus per eũ. ¶ Et ad de Arch. & Dom. in c. j. 3. q. 6. ubi quicquid dicat ibi gl. concludunt, ſi Archiep̃s. delinquit in diœceſi ſui ſuffraganei, dicitur delinquere intra terminos ſuæ iuriſdictionis: & ideo cõueniendus eſt coram patriarcha, uel Papa, per c. ſubmittitur. 21. diſ. Sed ſi delinquẽs nõ eſt proprius archiepiſcopus, ſed extraneus, tunc ratione illius delicti poterit epiſcopus eum excõicare. Et procedat ita additio Bar. poſita per gl. in d. c. j. & gl. in c. ſi quis. in uer. dignitate. in ſi. 92. diſ. Cum iſtis cõcordat latè Pe. de Anc. in repe. c. poſtulaſti. uer. ſextò opp. de ſo. comp. & Cal. in c. cum excommunicatio. 11. q. 3. in pe. q. & Dom. in c. 2. ibi, quæro, an archiepiſcopus. de conſti. in 6. & aliquid Abb. in c. ſanè. de ſo. comp. dicens, q̃ epiſcopus in diœceſi alterius cenſetur perſona priuata: & infert contra Bur. in q. de qua ibi. Et ex hic infert Abb. de teſti. dilecto. q̃ maior teſtificans falſum coram minore, non poteſt ab eo puniri, quando ille maior habet iuriſdictionem in minorem, ſecus ſi iſte teſtificans eſt maior ſed non ſuperior: arg. l. 3. ff. de offi. præſi. Et ita intellige Spec. de teſte. §. j. uer. quid ſi is tulit. ubi aliter loquitur. ¶ Declarantur iſta duobus modis.

3 Primò, niſi † eſſent duo domini[a] eiuſdem loci, fungentes pari imperio: quia ſi unus delinquit, uel contrahit in eo loco, intelligitur eo ipſo ſe ſubmittere iuriſdictiõi & imperio cõdomini. An ge. in l. eſt receptum uer. uſi ſi duo domini ff. de iur. om. iud. ſicut dicimus in clerico

a *Duo domini]* *Adde tu, q̃ hoc uerum eſt, quando ciuitas, uel princeps, aut rex, qui non cognoſcit ſuperiorem, hoc faciunt*

ciunt non coacti, quia ſi nolunt poſſunt ſe ſubmittere iuriſdictioni minoris, uel æqualis. Ita Bar. in l. eſt receptum. ff. de iur. om. iud. Fallit in Papa, quia nō pōt ſe ſubmittere laico, de quo uide, q̃ poſui in c. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſti. Et hoc modo intelligas hic Fel.

delinquente, uel cōtrahente in foro alterius epiſcopi, nā eo ipſo tacitè ſe ſubmittit, licet alias non poſſit expreſſe ſine licētia epiſcopi, de ſo.comp. ſignificaſti. Non obſt. l. qui duos. ff. de proc. ubi unus procurator non exercet mandatum cum procuratore: quia hoc non uidetur ei permiſſum. Sed in caſu prædicto tacitè uidetur ille, ſe ſubijcere iuriſdictioni, ſecundum Ang. Contrarium tenet Pau. de Caſt. in dicta l. eſt receptum. quia par in parem, &c. Et ſequitur ibi Alexand. copioſè. Allegat etiam noſtros Doctores, maximè Imo. in c. prudentiam. in prin. de offi. delega. ubi dixi. ¶Non obſtat, q̃ ratione delicti quis ſortitur forum, c. fi. de foro compe. quia fallit, quo ad pares, uel minores, ut clare probatur in l. 3. in §. fin. cum l. ſeq. ff. de arbit. ubi iudex cogit arbitrum, qui acceptauit, niſi ſit ſuperior, uel par. Et pro iſta reſponſione uide optimè Imo. hic in pen. col. qui reprehendit Butri. hic titubantem ſuper communi opinione, per d. cap. fin. ¶ Declara ſecundò ampliando, etiamſi epiſcopus unius loci uellet punire ſuum archiepiſcopum delinquentem in alio epiſcopatu, quem epiſcopus tenet, ut

* hic per Inn. quem ſequuntur hic communiter* alij, & Arc. & Domi. in c. 1. 3. q. 6. & Pe. de Anc. in d. cap. poſtulaſti. uerſ. ſexto oppoſ. Contrarium tenet hic ſubtiliter Abb. pro quo facit, quia uidemus in multis caſibus, quòd illud, quod nō poteſt una perſona conſiderata uno modo, ſæpe poteſt conſiderata alio modo reſpectu alterius qualitatis, ut in §. tria. uer. item ſi contra patrem. 3. q. 8. & in cap. poſtulaſti. de conceſ. præb. & in cap. 1 collatione. de ap. in 6. Et faciunt multa iura allegata per Ludo. in l. 2. in princ. de uer. obl. probante multipliciter, q̃ in eadem perſona poteſt concurrere mixtura diuerſarum qualitatū, ſecūdum quas diuerſimodè de ipſa iudicatur. Et facit optimè in propoſito tex. peregrinus in §. is ita. in uer. item cū Dauid. 2. q. 7. ubi ponitur tex. de quo in 2. lib. Regum, c. 11. 12. & 22. dum dicitur, Nathan propheta, qui erat ſubditus regi Dauid, redarguit ipſum regem de adulterio & homicidio: & dicit, q̃ propheta, in quantum erat rege ſuperior, executus eſt ſuum officium, non autem uſurpauit ſuum officium, in quo erat rege inferior, monuit autem, ut per pœnitentiam ſuam expiaret peccata: non tulit eum ſententiam, qua morti traderetur, tanquam adulter & homicida, ecce quòd etiam ille, qui eſt ſubditus, ſi tamen alio reſpectu iſte eſt ſuperior, poteſt exercere, quod ad ipſū ſpectat iure ſuperioritatis, non obſtante, quòd ex alio capite ſit inferior. Ita hic, licet iſte ſit ſubditus archiepiſcopo, tamen ſi ex alio capite eſt ſuperior, non repugnat prima qualitas ſecundæ, quo minus poſſit exercere officium ſuum. Si diceres, Nathan non puniuit regem, ergo archiepiſcopus non punietur: Reſpondetur, quòd Nathan habebat officiū reprehendendi uice Dei, non autem puniendi: ſed epiſcopus poteſt punire delinquentem in ſua diœceſi: & iſte, qui deliquit, ſuperior eſt, ſed non in eo loco. Cogitabis: quia pūctus eſt diſputabilis.

4 ¶Regula eſt, quòd† qui poteſt condemnare, poteſt abſoluere, ut hic in glo. Vnde dicunt hic utiliter But. Imol. & Domi. quòd ſi mandatum eſt alicui, ut cauſa per ipſum examinata compellat debitorem ad ſoluendū; poterit etiam eum abſoluere, ſi appareat eum non eſſe debitorem. ¶Similiter ſi in compromiſſo dicitur, quòd arbiter cōdemnet Titium, ſi apparet eum debitorem, poterit etiam eum abſoluere. Fortius dicit Butr. de re iud. cauſam. 4. notabili, quòd ſi committitur alicui, ut condemnet Titium, ſi eſt debitor Sempronij, poterit eum abſoluere, etiamſi Sempronius uideatur probaſſe eum eſſe debitorem, quia licet probet, & tamen ſeratur contra eum ſententia, non eſt ea hoc nulla, quia uerba mandati intelliguntur, ſi probauerit ita quòd iudici uideantur probationes fore ſufficientes, q̃ non ſemper animus iudicis, &c. ut ibi in tex. ¶Per iſtā regulam infertur etiam, q̃ ſicut concilium prouinciale nō poteſt epiſcopum condemnare, ita nec abſoluere, But. in cap. 3 in. col. uer. oppo. quintò, quòd cauſæ. de iudi. Abb. de re iudi. non poteſt. Dom. 3. q. 6. accuſatus. & 12. diſt. præceptis. in fine, & ibi etiam allegat glo. 2. in medio, in cle. cum a tepulſione. de appel. Et ſic reprobatur Arch. 3. q. 3. ſalquo. & Hoſt. in ſum. de ſen. excom. §. quis poſſit. 2. col. uerſi. eſt & alia regula. ¶ Fallit primò dicta regula, quando ius dat utranque poteſtatem uni, & ius nouum correctorium aufert ei poteſtatem condemnandi abſque certa ſolennitate: quia poterit abſoluere abſque illa ſolennitate, prout prius poterat: non enim receditur a iure communi, niſi quatenus appareat eſſe correctum, glo. in clem. 1. in uerſi. contra eos. de hære. Et eam ſequitur ibi Car. reſpondendo motiuis Pe. de Anch. ibi contrarium tenentis. Sed difficultatur illa glo. uolendo inueſtigare, utrum regula iuris antiqui æquiparans duo, ſi corrigatur in uno, dicatur correcta in alio. Vnde audio, quòd do. meus de Aret. in rub. ff. de acqui. poſſ. reprehendit gloſ. & Car. ubi ſuprà. Sed adde ultra eum, quòd Ioan. An. in certis additionibus ad glo. Clementinarum, reprobat dictam glo. quia non minus periculum eſt in abſolutione. Tamen illam glo. ſequitur ibi Imo. in 4. col. Allegat notata in ſimili per glo. in l. hæres abſens. ff. de iudi. & in cap. 1. ne cleri. uel mona. & in c. licet canon. in uer. parochialis. de elect. eo. li. ¶Poſſet dici, d. glo. non procedere, non ex eo, q̃ iſta fallentia ſit falſa, ſed quia in abſolutione eſt per omnia eadem ratio, quæ in condemnatione exprimitur in proœmio dictæ clem. Et ideo ſufficit, quòd ratio legis nouæ poſſit corrigere legē ueterem, iuxta theoricam Bal. in auth. quas actiones. C. de ſac. ſan. eccl. de qua dixi ſ. eo. ſtatuimus. Vbi autem non eſſet eadem ratio, tranſibit iſta fallentia, quam firmat Domi. in c. inferior. 21. diſt.

5 ¶Fallit ſecundo, quando † alicui competit poteſtas abſoluendi per priuilegium, quia ille talis non poterit ligare, licet poſſit abſoluere. Ioa. And. in c. canonica. de ſent. excom. & ſequitur Dom. in d. c. inferior. Vnde prior ordinis Hieroſolimitani poteſt ex priuilegio abſoluere generalem ab excommunicatione propter iniectionem manuum in clericum: licet ille generalis ſit ſuperior illi, non tamē poteſt eum excommunicare. Ad idem, quod dicimus de legato de latere, qui abſoluit non ſubditos ab excommunicatione, cap. pen. de offic. legat. & tamen non poſſet illos ligare. Et rationem ponit Ioan. Andræ. ubi ſuprà. & Imol. hic: quia abſolutio eſt iuriſdictionis uoluntariæ, & fit quaſi extra iudicium: ideo poteſt fieri extra legationem: ſed excommunicatio non debet fieri, niſi cauſa cognita, cap. ſacro. de ſen. excommuni. cap. 1. eod. tit. in 6. Et uidetur eſſe actus iudicialis & iuriſdictionalis: ideo non poteſt fieri extra legationem, arg. cap. fin. de conſti. in 6. ¶ Fallit tertiò, quando committitur excommunicatio alicui, tanquam executori: quia non habet poteſtatem abſoluendi. Cenſetur enim nudus executor, & nihil poteſt expedire extra actum nudi miniſterij ſibi commiſſi: gloſſ. 1. & omnes* hic, & gl. fi. 7. q. 1. peruenit. & ibi Dom. in fi. & Arch. & Domi. in d. cap. inferior. ¶ Intellige primò, niſi Papa expreſsè abſolutionem committat, glo. 2. in c. ſi homo. 27. diſt. ¶ Intellige ſecūdò, niſi committatur iuriſdictio, quia excommunicando in cauſa ſibi delegata, poteſt etiam abſoluere. Butri. Imol. & Ab. hic, Domi. in d. cap. inferior. glo. in d. cap. ſi homo. & ſcotis glo. hic. ¶ Sed ſi delegatus eſſet datus ad tempus, & uellet abſoluere poſt tempus, diſtingue, aut tempus eſt ſtatutum iuriſdictioni, & poſt ipſum abſoluere non poteſt, quia abſoluere eſt iuriſdictionis, gloſſ. de elect. tranſmiſſam. Et poſt tempus non habet iuriſdictionem, etiam ad exequendum. Io. An. & alij, de offic. deleg. de cauſis. Ergo non abſoluit. Et ita procedit gloſſ. in d. c. ſi homo. de qua meminit Cardinal. in d. cle. unica, §. ſecus. 8. q. de conceſ. præben. Aut non eſt ſtatutus terminus iuriſdictioni, ſed diffinitioni, & tunc poteſt abſoluere poſt terminum, quia durat poteſtas exequendi etiam poſt pronunciationem, de offi. dele. querenti. Et abſolutio concernit executionem ipſius ſententiæ. Ita infertur ex dicto Io. An. in d. c. de cauſis. ad fi. ſecundum Domi. in d. c. inferior. ¶ Hoc intellige, ſecundum ipſum, quando cauſa fuit determinata infra menſem, & iudex excommunicauerat non cōparentem, propter contumaciam. Sed ſi excommunicaſſet contumacem, neque cauſam principalem terminaſſet infra menſem, uel aliud tempus ei ſtatutum, non poſſet poſtea illum abſoluere, quia cum diffinitiua non ſit prolata, non poteſt dici, quòd duret iuriſdictio, d. c. de cauſis. & c. ſuper eo. 2. de offi. deleg. Allegat Ioan. Andr. de re iud. quod ad conſultationem. qui hoc diſputando firmat ſuper uer. prorogari. Et eius dicta abbreuiatè ſequuntur Butr. Imol. & Abb.

Abb. lb. 3. in fin. Recurrat ergo tunc excommunicatus ad Papam & condemnetur in expenſis, & ad hoc intereſſe, ſecundum Ioann. Andr. ſubdentem, quòd ſi tamen ueniens infra menſem uellet prorogare terminum a delegato ſtatutum, & ſatisfacere de expenſis, intereſſe, poſſet abſolui, per c. paſtoralis. in fin. de offi. deleg. & non aliter inuito actore: quia nec aliter eſſet uera pœnitentia, cap. ſi res. 14. quæſtio. 5. de uſu. cum tu. Et pro prædicta differentia, an tempus adijciatur in delegatione iuriſdictioni, an uero diffinitioni, quo ad propoſitum executionis, uide pulchrè Card. poſt Pau. in

6 clemen. 1. quæſt. 32. de deci. ¶ Scias etiam, quòd † poſt annum a die ſententiæ poteſt delegatus reinducere in excommunicationē abſolutum a ſe, qui nō paruit mandatis. Rub. de ſen. exc. 33. in nouis: quia uidetur eum abſoluiſſe ſub cōditiōe, ſi paruerit, & ſic non uidetur functus officio, niſi ceſſet conditio. Et ad iſtas regulas, quòd qui poteſt ligare, poteſt abſoluere: & qui poteſt ſoluere, poteſt condemnare, uide ſex plures fallentias in Summa Hoſt. de ſen. excō. §. quis poſſit. uer. ſi uero ſententia. ubi ad primam ponit 7. fall. ad ſecundā duas. ¶ Demum uide Old. conſi. 270. Quod domino epiſcopo. ubi latiſſimè probat, quòd prioratus erectus in eccleſiam cathedralem, non perdit priuilegia, quæ habebat ut prioratus dummodo ſint priuilegia apta conuenire dignitati epiſcopali. Et faciunt motiua ſua ad quæſtionem d. §. eo. per tex. de ordinato per Papam, qui ordinatus ad alios ordines per inferiorem à Papa, an perdat priuilegium, & faciunt etiam ad quæſtionem de pedona facta regina, de qua per Doct. in ca. quoniam de offi. dele.

SVMMARIVM.

1 *Corpora plura quando coniungi poſſint, vt faciant unam congregationem.*

2 *Renunciari an poſſit reductioni ad arbitrium boni viri.*

3 *Citandus eſt nemo, niſi ille, contra quem dirigitur petitio.*

4 *Citandus eſt ille, quem negotium tangit principaliter, non ille, quē tangit ſecundario. Qualiter hoc intelligatur, uide nu. 5.*

6 *Irregularitas proueniens ex homicidio voluntario, an ſit de iure diuino? uide hic remiſſiuè.*

7 *Argui quando non debet de toto ad partem.*

8 *Papa an poſſit diſpenſare ſuper horis dicendis.*

9 *Papa non poſſet ſtatuere, quod iuramentum non ligaret.*

CAPITVLVM XVII.

1 HVMILIS. ¶ Multa tacta hic, maximè ab Inno. & Io. de Imo. reduxi de conſt. cum omnes. Ideo † breuiter tranſeundo primò no. dū Ab. ponit, quando plura corpora coniungantur ad faciendam unam congregationem. Et ad idē uide ipſum de ſtatu mo. in ſingulis. col. 1. & in c. 3. in fi. de paro. & conſi. 57. & Ang. in l. 3. ff. de reb. uend. & Bart. in l. fi. ff. de colleg. illici. & omnino Abb. in c. paſtoralis. ad fi. prin. de reſcri. & quod ibi addidi. ¶ Item dum tangitur per Inno. de uocatione per edicta, uide Dom. in c. fin. ad finem, de elect. in 6. & quod dixi de conſt. c. 2. uerſi. circa ſextium. Et dum dicit Inn. quòd ſufficit conuocare prælatos & capitula, non autem totum clerum, facit glo. in rub. C. quæ ſit long. conſue. dicens, illud dici factum a toto populo, quod fit per conſilium populi: quam facit ſing. Ana. de ſimo. dilectus. 2. 12. col. & Imo. de conſt. cum omnes. 18. col. De quo per Old. limitantem, niſi delinquat, conſil. 66. An ex delicto. Facit etiam glo. 1. in l. ſed ſi hac. §. qui manumittitur. ff. de in ius uoc. & per Alex. in l. omnibus. in prin. ff. ad Trebe. Et de hoc alias. ¶ Dum tangitur hic, quando abſentes uocentur, & qui dicantur abſentes, adde quæ dixi in d. c. cum omnes. de conſti. ſi partes committentes dederunt poteſtatem arbitratori arbitrandi alte & baſſe, prout ipſi uoluerit, non poteſt prætexto læſionis peti reductio ad arbitrium boni uiri[a]. Hoſt. hic ſingul. quem omnes hic extollunt. & Bald. in cap. 1. §. inter pares. de lege Conrad. & Ludo. in ſubs. de arb. 10. colum. uer. pone 31. & Bal. in l. & in maioribus. C. de appella. Sed iſtud dictum pendet ab alio magno dubio, uidelicet

2 † an poſſit renunciari per pactum dictæ

b petitioni reductionis? & ſi[b] renunciatio ualet, uſque ad quem gradum læſionis extēdatur? de quo pleniſſimè per omnes, de iureiur. Quintauallis. & ibi latè Abb. col. 19.

c Et quòd[c] ſimplex renunciatio non ualeat, ſi poſtea lædatur, probatur in d. c. Quintauallis. & in l. ſi libertus ita. ff. de ope. libe. & in c. ueniens. cum glo. ſ. de iureiur. Bal. optime in l. pen. C. de arbi. Sali. poſt Bartol. in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. ff. pro ſoc. Ang. ſolenniter in diſputa. Duo ad inuicem litigantes. ¶ Sed quando partes promittant adinuicem non petere reductionem ad arbitrium boni uiri ratione læſionis qualiſcunque, tunc eſt maius dubium tamen adhuc reſtringuntur iſta uerba ſecundum diuerſos gradus læſionis, ut per Doct. in dictis locis: eleganter per Ange. Are. in l. 1. §. ſi quis aute. ff. a quibus app. non licet. Et utrum ſit uerum, quòd laudum poſſit emologari, ante quam feratur, de quo hic per Abb. uide text. & Doct. in d. l.

3 pen. C. de arbi. Et de prædictis † poſſent allegari multa conſilia, præcipuè famoſum conſilium But. 24. q. hæc dubia habet uulgaria, &c. Sed melius eſt reſeruare ad d. c. Quintauallis. ¶ Quædam uerba Innu. hic quotidie allegantur: & uide Bald. in l. ab eo. in fin. C. quo & quando io. ubi dicit, quòd pro ſubſtantia iudicij nemo eſt citandus, niſi ille, contra quem dirigitur peti-

d tio[d]. Alleg. Inno. hic. Sed pro extenſione præiudicij debent citari omnes, quorum intereſt, ſecundum Bal. Et iſtud dictū Inno. ſequitur etiam Imo. poſt Ang. in l. decem. 6. col. ff. de uer. ob. & Pau. de Caſt. in l. de unoquoque. ff. de re iud. in l. cum filius. in fi. prin. ff. de uer. ob. & Lud. in l. pertegre. §. quibus. in 1. col. ff. de acqui. poſſ.

4 ¶ Et tene menti iuxta hoc, quòd † citandus eſt ille, quem negotium tangit principaliter, non autem ille, quem tangit incidenter uel ſecundario. Tex. in l. 1. §. denunciari. ff. de uen. inſpi. ibi, primò gradu hæredi inſtituto, non etiam ſubſtituto. Quem tex. pro no. ad hoc allegat Bald. in rub. C. de ſucc. edi. ad fi. & in l. iubemus. 2. col. ſi. uer. citabuntur ergo. C. ad Tre. & in l. obſeruare. §. proficiſci. ff. de offi. procon. & & l. eo. inter quatuor. & in l. ſi curatorem. C. de iure deli. & Bar. conſi. 91. In quæſtione uertente. pe. col. & Bal. in l. ſi ſuſpecta. in fi. prin. ff. de inoff. teſt. & eſt gl. no. in l. de uno quoq; ff. de re iud. Facit, quod no. gl. ſi. in c. quamuis. de pac. in 6. dicens, quòd licet iuramentum non operetur in præiudicium tertij tamen ſi eſt in præiudicium tertij, ſecundario, non autem principaliter, ualet. Et per ipſam dicit ibi Do. quòd ſtāte ſtatuto, quòd citetur ille, cuius intereſt, citabitur prætendens intereſſe principaliter non autem ſecundario. Quomodo autē dicatur actus tangere aliquem principaliter, uel ſecundario, uide Bal. in l. principaliter, la. 2. C. de li. cau. ubi dicit, quòd dicitur pertinere principaliter ad illum cuius magis intereſt ſecundario autem ad illum, ad quem pertinet per quandam conſequentiam, puta, manumiſſi ſeruum, quidam tertius dicit eſſe ſeruum ſuum, ergo dico, eſt libertus meus, quæſtio libertatis principaliter pertinet ad manumiſſum, ſed quia ex manumiſſione inſurgit iuſpatronatus, intereſt etiam mea

5 per quandam conſequentiam. ¶ Intellige † prædicta, quo ad hoc, ut actus ualeat, quia non requiritur citatio illius cuius intereſt ſecundario: ſed quo ad hoc, ut ſibi præiudicetur, oportet eum citari ſaltem per generale proclama Bald. in l. ſi eo tempore. per illum text. C. de remiſ. pig. & per Bar. in extrauag. ad reprimendum in uer. per edictum. Facit glo. in

a *Boni uiri*] *Vide ad hoc Pau. de Caſtro. no. & plenè in conſ. 70. & in conſ. 82.*

b *Et ſi*] *Adde tu, quòd ex dictis hic per Fel. colligitur, quòd ubi renunciatum eſt in compromiſſo de non reducendo laudū ad arbitriū boni uiri, uel ubi data eſt poteſtas arbitratoribus, quòd poſſint alte & baſſe arbitrari, quòd ſi læſio erit nimia, tunc poteſt fieri reductio ad arbitrium boni uiri, non obſt. quòd poteſtas fuerit ampla conceſſa. Adde tu, pone, quòd in terminis iſtis fuit iuratū, & iurans fuit enormiter læſus ab arbitratoribus an poterit uenire contra iuramentū licet nō appareat de dolo ex propoſito. Vide per dom. Ab. c. cū contingat de iur. iur.*

c *Et quòd*] *Adde, ſi tenor citatum fuit in inſtrumento cōpromiſſi, reductiō ad arbitrium boni uiri, intelligitur ſi arbitrator fuerit iuſte arbitratus. Ita Bart. in l. ſi ſolutum. in uer. et prædicta faciūt ff. de cond. inde. et in l. quæro. §. inter locatorem ff. loca. in princ. Adde Pau. de Caſ. in cōſil. ſuo 70. 71. 72. do. Alexand. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de uerb. oblig.*

d *Petitio*] *Facit, quod no. habetur per do. Socin. conſi. 251. inci. Quoniam in præſenti conſultatione. uer. ſi. prima concluſio. cum uerſi. ſeq. in 3. parte, charta 144.*

in l.cum miles.in uer.facienda.ff.ex quibus cau.maio. Et ita declarat Lu.in l.peregre.§.quibus,ff.de acq.poſſ.& Alex. in d.l.de unoquoq;.ad fin.prin. Facit, quod no.And.de Iſer. in c.ſi uaſallum.ſi de feud.fuc.contr.inter do. & agna.ubi dicit, quòd ſententia lata contra unum uaſallum habentem ſeudum antiquum,non nocet ſequentibus agnatis,ad quos illo deficiente ſeudum ueniebat,ſi non fuerunt citati, uel nõ ſciuerunt cauſam agi.Reſpõdet ad l.j. ff.de uen. in ſpi.quòd ibi non erat præiudicium irreparabile.Erat enim ſaluum ius ſubſtituto probandi partum fuiſſe ſuppoſitum,l.1.§.ſi.ff.de Carbo.edi.Facit, quod not. Bartol.in l. filiusfa. §.diui. ff.de leg. 1.ubi dicit, quòd ſententia lata contra prohibitum alienare , non nocet ei , in quem ex fideicommiſſo res illa erat peruentura , ſi non fuit citatus : tamen in hoc eſt concertatio inter Legiſtas, ut uidebis per Alexand.ibi in 5.column.

6 Et ex his dictis pendet tota iſta intelligentia, & ultra reſpõſionem datam ad l.1.poteſt dici,quòd etiam † ubi præiudicium eſt reparabile,non nocet actus iſti tertio non citato, per prædicta.¶Extra materiam , quam tetigi in cap.a.ſupra eod.uer.& dicit Bald.hic, utrum irregularitas ex homicidio uoluntario ſit de iure diuino ? & promiſi dare hic remiſſiones pe[illegible]as ſcripta iam lectione illa, ideo uide Ana.poſt Cardina.in capitul.petito.ulti.col. de homi.Ana. in rub.de cle. excom.mi.5.colum.poſt Imo.in c. niſi pridem.de renun.ubi etiam uide Innoc.in uer.irregularitas.& eundem in ca.ſi celebrat circa medium.de cle. excom.mi.Butr.in cap.ſuper eo.3.col.de biga.glo.in c.ſi.in uerb. homicidij.de temp.or. & in c.ponderet.in uer.Dauid.l.diſ. gloſſ.& Archid.in §.1, 22.diſt.& ibi Dom.in fi.Abb.in c,clerici.lo 2.de ui.& hone. cle.& in c.ſicut dignum.3.col.de homi.poſt gloſ.penul.ibi: Ana.poſt Abb.in c.ad audientiam. 1.col.de homi.Specu.de lega.§.iuxta.quaſi in fi.glo.in c.de his.1. diſt.Dom.in c.minor.circa medium,ibi:quæro,an Papa.l.diſt.in c.ſi quis poſt acceptum.4.no. ea.diſt.in c.clericum. prope fi.ea.diſt.Abb. in c.j.qui cle.uel uo.& in c.ego N.in fi.de iureiu.In quibus locis inuenies,quòd licet irregularitas ex homicidio uoluntario habeat in ſe rationem & mentem iuris diuini,per tex. in §.1.de conſec.diſt.1. tamen ſuper ea poteſt Papa ex cauſa diſpenſare,licet de hoc nõ ſit plena concordia inter Scribentes,ut etiam per Martin. in reper.d. c. ad audientiam.ſol.penul.uer.ſed hic inſurgit dubium.& Augu.de Anch.in li. De poteſ.eccleſ.q.12.artic.2 ¶Et, ut plerunque dixi & tetigi in d.c.a.ſupra eo.uer.uideretur. quando fit mentio de poteſta-

7 te Papæ,in his, quæ ſunt de iure diuino, Non debetis † arguere de toto ad partem, dicendo, Non tollit hoc ius in toto, c.quidam.25.q.1, ergo nec in parte. Multiplex enim inſtantia datur ad oſtendendum aliud eſſe loqui de particulari conſtitutione limitatiua iuris diuini, ſeu de diſpenſatione ex cauſa: & aliud eſt loqui de uniuerſali contraria ordinatione. Ecce exempla. Non poſſet Papa ſtatuere uniuerſaliter ſuper non ſolutione decimarum , & tamen particulariter ſtatuit, & diſpenſat cum aliquibus: gloſſ.2.in capit.a nobis. de deci. Et ibi Doct. ¶Non poſſet Papa ſtatuere, quòd ſtaretur dicto unius teſtis in omni cauſa , 3. quæſt. 9.iudicas. Dixi in cap.conſtitutus.de reſcri. Nec,quòd duo teſtes non ſufficerent, quia eſſet contra illud , In ore duorum, &c.c.in omni.de teſti. Et tamen certis caſibus ſtatuit ſtari dicto unius,ut per Spec.de teſte.§. reſtat de numero. Et aliquando auget numerum teſtium.c.præſul.2.quæſt.4. dixit in ca.per

8 tuas. ſupra eo.¶Non † poſſet Papa ſtatuere generaliter,quòd clerici in ſacris non eſſent obligati ad horas canonicas , quia hoc eſſet contra ius diuinum : Septies in die, &c.c. 1.de celeb.miſ. Et tamen cum uno poteſt diſpenſare, ſi non ſuper toto,ſaltem ſuper tanto.Cardin. poſt Laud.in clementi.1.in 6.uot.de cele.miſ.per Abb.in cap.ſi.3.col.eo.tit.¶Non poſſet ſtatuere , quòd die Dominico quilibet exerceret artem ſuam:quia eſſet contra ius diuinum, Sabbata ſanctifices, capitul.1.de ferijs.Tamen diſpenſat ex cauſa cum aliquibus, ut poſſint piſcari die Dominico , capitul.licet.de fer. Non poſſet ſtatuere generaliter contra deciſionem Apoſtoli,quia ut ipſe dixit ad Gal.1. Etiamſi angelus de cœlo aliud euangelizauerit, quam quod Euangelizaui ſummus , anathema ſit, 11.quæſtio.tertia,ſi is, qui præſt. Tamen ex cauſa diſpenſat Papa cum aliquo contra dicta Apoſtoli.Innocen.& omnes,in capitul.ſuper eo.de biga.gloſſ.& Domin.in c.lector. 34.diſtin. Tho.quolibeto 4.artic.14.Petr.de Anch.conſi.mihi 118.Circa bigamos.Imo.in capitu. propoſuit, 14.column.de conceſ.præben.Ioan.de Turrecremata,Car.ſancti.Sixti in trac.de Papa.quæſt.63.Ro.de biga.1.in nouis,Domin capitul.poſt.4.colum. de renun.Gof.in ſumma,de biga.

9 in fin. ¶Non poſſet † ſtatuere, quòd iuramentum non ligaret propter reſiſtentiam iuris diuini , de quo in capitu.& ſi Chriſtus.cum ſi de iureiuran. Tamẽ ex cauſa diſpenſat cum aliquo : dixi in capitul.conſtitutus. uer.generaliter autem, de reſcrip. Non poteſt ordinare, quòd coniuncti matrimonialiter ſeparentur ex toto, per cap. quos Deus 33.quæſtio. 2.cap.1.de coniu.lepro. Tamen ex cauſa diſſoluit [a] ex toto matrimonium,c.gaudemus,de diuor. Item facit ex cauſa , quòd duret ad tempus. Ioan. And.in regula, actus legitimi.lib.6.in Mercu. ubi refert dicentes, quòd d.c.ſunt quidam. non prohibet contra Euangelium diſpenſare, ſed Euangelium deſtruere. Non poſſet generaliter ſtatuere, quòd uſuræ eſſent permiſſæ propter Euangelium, Mutuum dantes, nihil inde ſperantes, & tamen ex cauſa ſtatuit, quòd aliquando fructus non computẽtur in ſortem, c.ſalubriter.cum ſimi,de uſur. Demum faciunt,quæ dixi in cap.ſi quando. de reſcrip.ponendo, quòd etiam ſuper uoto continentiæ poteſt ex cauſa diſpenſare , faciendo de monacho non monachum. Per quæ,& alia undique occurrentia, reſpondebis ſæpe ad multa, & remanet etiam ſuſtentabile, quod dixi in d. c.a.ſuprà eodem. Papam poſſe ex cauſa ſubijcere unum clericum iudici ſeculari. Videtur etiam in q.de homicida, quòd etiam cum uoluntario poſſit ex cauſa diſpenſare, ſicut & Paulus, qui prius fuit uir ſanguinis, & Chriſtianorum ſæuiſſimus macellator , meruit diſpenſatiue inter Apoſtolos præhonorari.

[a] *Diſſoluit*] *Potentia Papæ quæ ſit tam ſuper matrimonio , quam ſuper uerbis Euangelij, uide not. per do. Soci. conſ.18. uol. Circa primũ quæſitu.uer. quæ, in principal.iter, cum uerſ. ſeq.uſque ad fi.*

De treu. et pace.

TITVLVS XXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Iudex an poſſit partes compellere ad concordiam.*
2 *Offenſus eſt ſuaſionibus inducendus, ut remittat iniuriam,non cogendus. Fallit in cauſa criminali,ut nu.3.*
4 *Princeps qui non habet ſuperiorem poteſt quandoque compellere partes ad concordiam.*
5 *Iudex poteſt compellere partes ad concordiam , quando lis diu durauit. Item quando imminet timor armorum,uel rixæ.uer.fallit quartò.*
6 *Item, quando eſt diſſenſio inter partes inſignes, per quam reſpublica turbatur.*
7 *Iudex poteſt compellere partes ad concordiã, quando diſcordia tendit ad incommodum alterius.*
8 *Conſanguinei ſi diſcordant de maritanda puella,appellabitur ad iudicem, qui ſe interponet.*
9 *Iudex eccleſiaſticus poteſt compellere etiam laicos ad faciendas treugas.*
10 *Timens offendi ab aliquo, poteſt implorare officium iudicis , ut ipſũ compellat ad præſtandam cautionem de non offendendo.Hæc regula recipit nouem pulchras declarationes , quas hic uide per ordinem.*
11 *Adhærentes qui dicantur.*

1 REgulariter † non poſſunt partes litigantes compelli per iudicem ad concordiam: Bar.in l.congruit.de offi.præſi.Abb.hic, & tex.in §. fin.in fi.in auth.ut liti. iurent.ubi iudices prohibentur cogere partes, ut faciant pacta,aut tranſactiones cum aduerſarijs. Et ibi dixit Angel. quòd compromiſſa, pacta & tranſactiones, quæ fiunt per coactionem poteſtatis , uel capitanei , nullius ſunt momenti per illum text. Similiter dixit Barto.in l.furti.§.qui iuſſu.ff. de infami. quòd iudex non poteſt cogere partes ad tranſigendum, neque ad compromittendum in arbitratores,propter

pter glo. ibi quam dicit eſſe no. Et ſequitur ibi Bal. Similiter dicit Bald. in l. ex ſtipulatione. C. de ſenten. quòd concordia poteſt perſuaderi, non imperari: ideo non poſſunt partes cogi ad compromittendum in arbitratorē, etiamſi timeatur ſcandalum: neque poteſt cogi offenſus ad pacem faciendam: imo debet poteſtas uindicare & punire. Similiter dicūt Bald. & Aug. in l. æquiſſimum. ff. de uſufru. quòd in ciuilibus iudex poteſt hortari, ſed non arctare ad concordiam amicabiliter faciendam, ſeu per uiam iuris, ſeu per uiam facti. Idem Butr. in c. 1. de mutu. petit. Allegat gloſſ. in l. 1. §. & poſt operis. ff. de ope. non. nunc. Idem Abb. pulchrè in capitul. cum pridem ultimo not. in ſi. a. uio. preſ. & in cap. cum inter R. de electio. Similiter dicit Bald. in l. 1. §. qui æs. ff. de
2 offic. præfec. ut quod † offenſus eſt ſuadendus, non cogendus, ut remittat iniuriam, quia æquitatis ratio non patitur, ut quis cogatur inuitus parcere iniurianti, niſi in foro pœnitentiali: ſed ante factum bene debet obuiare iudex, ne iniuria committatur, ut ibi per eum. Similiter dicit Bald. in capitulo primo. §. fin. de pace tenen. quod licet partes poſſunt hortari ad pacem ante factum, tamen poſt factum debent puniri: & non poſſunt partes cogi ad compromittendum in amicum, controuerſiam, quam habent. Et ſequitur Iacob. Alua. in dict. capitul. primo, §. ſi miniſtrales. Allegat etiam Bald. in l. prima. §. qui æs. ff. de offic. præfec. urb. Et quòd extra caſum ſtatuti, cogentis compromittere [a] non compellantur generaliter partes compromittere, not. etiam Alexand. conſilio. mihi 82. In cauſa uertente inter Petrum & Ioannem, in princip. ¶ Fallit primò in cauſa criminali Bartol. in dicta l. congrui. in fin. & Abba. hic, quia per talem cauſam poſſet reſpublica lædi, l. ſi quis ingenuam. §. final. ff. de capt. Et dicit Butr. in dicto capitul. primo, de mutu. peti. quòd ubi materia eſt criminalis, & in qua non poſſet cadere tranſactio, ibi non fit concordia, neque prætor cogit: ſecus, ſi poteſt cadere tranſactio. Quæ autem ſint crimina tranſigibilia, uide gloſſ. in uerb. gratiam. in capitul. primo, de colluſio. & gloſſ. magnam in capitul. præuaricator. 2. quæſt. 3. & in l. tranſigere. in uer. prohibitum. C. de tranſacta. & aliquid per gloſ. in c. fi. in uer. ſacramentum. de tranſact. Similiter dicit gl. 1. in c. ſtudendum. 90. diſt. quod partes inducuntur ad pacem, quando ciuiliter agitur de crimine, uel dum agitur de crimine iniuriarum: ſecus, ubi ageretur merè criminaliter. Expedit enim peccata nocentium eſſe nota. Idem glo. in c. 1. 90. diſt. dicens, quòd ſicut partes regulariter non poſſunt tranſigere in criminibus ne crimina remaneant impunita, ita nō poſſunt cogi cōponere. Et dicit Arc. in d. c. ſtudendum. quòd in priuatis criminibus pōt induci concordia, non in publicis. Et ubi iudex non pōt diſpenſare, ſiue ſint ciuilia, ſiue criminalia ibi non poteſt compellere. Non. n. poteſt diſpenſari, uel componi, ut uir ſua uxore dimiſſa habeat aliam, c. fi. de tranſact. uel, ut monachus habeat proprium. Iſtis modis debent intelligi uerba Bal. in d. l. ex ſtipulatione. ¶ Conſidera tamen,
3 quòd † non multum differt cauſa criminalis a ciuili: nam etiam in criminali, in qua poteſt tranſigi, non fit compulſio, niſi dubitetur de turbatione reipublicæ: & certè quando hoc ē, poteſt fieri compulſio etiam in ciuilibus, ut dicetur in 4. fal. ¶ Quando autem materia eſt criminalis, in qua non poteſt tranſigi, ibi non fit compulſio ad hoc, ut delictū puniatur. Et ſic iſte caſus comprehenditur ſub regula, quamuis Bart. in d. l. congrui. & Abb. hic, faciant differentiam inter criminalia & ciuilia: nam in alijs locis Bart. eſt indiſtinctè loquutus. Et ſic etiam Butr. in d. c. 1. ¶ Dicas tamen, quòd in criminalibus poteſt partes compellere ad concordiam, ante quam naſcatur delictū. Et hoc modo poteſt iſta eſſe uera fal. quæ probatur in l. denunciamus. C. de his, qui ad eccle. confu. & in l. illicitas. §. ne potentiores. & ibi Barto. ff. de offi. præſi. Et no. Bal. in d. l. ex ſtipulatione, dicens, quod iudex ante factum debet obuiare iuxta poſſe. Item Bald. in d. l. æquiſſimum. dicens, quòd ante factum debet iudex reducere partes ad concordiam, ſed poſt delictum commiſſum debet ſtudere ad uindictam, ne delictum ſit impunitum. Dicit tamen Bal. in l. tranſigere. ibi, iſta ſol. eſt not. C. de tranſact. quòd iudex non debet ſe intromittere ad concordiam partium, delicto iam commiſſo, antequam puniat: ſed poſtquam puniuit, poteſt ſtudere de concordia ipſarum. Et ſequitur ibi Salice. 8. oppoſ. & Alexand. ibi, & in d. §. & poſt operis. propter gloſſ. in dict. l. tranſigere. ¶ Fallit ſecundo dict. regula, in principe: Innoc. in cap. cum inter R. in primis uerbis, de elec. per illum tex. in uer. inuitum coegit. Et eius uerba, & illum text. clarius notat ibi Abb. in 2. not. dicens, non reperiri ita alibi expreſſum. Et illum text. notat etiam Pau. de Ca. in l. quidam æſtimauerunt. ff. ſi cert. peta.
4 dicens, quòd † princeps [b], qui non habet
b ſuperiorem, compellit interdum partes ad compromittendum. Et idem Alex. ibi in d. §. & poſt operis. ¶ Tempera, ut per Butr. in d. c. 1. ad fi. de mut. pet. ut hoc procedat in his, in quibus princeps habet liberam adminiſtrationem: ſed in priuatis iuribus aliorum non putat, quòd poſſit compellere ad concordiam, niſi cauſa ſubſit. Item pulchrè Abba. in titu. ſeq. cum pridem. ultim. not. dicens, quòd Papa non cogit ad componendum, niſi res, de qua litigatur, ſit in libera diſpoſitione Papæ. Et infert, quòd ſicut nullus prælatus compellitur inuitus permutare, ut in ſtatuto concilij Baſilienſis, de quo ipſe mentionem ſæpè facit, ita litigans ſuper prælatura non cogitur ad compromittendum, uel componendum, ita ut habeat prælaturam dimittere. Tamen uidetur, quòd ex cauſa urgenti hoc poſſet Papa, ſicut poteſt cogere epiſcopum inſontem, ut ex cauſa urgenti renunciet dato ſibi cambio. ut per Innoce. de renun. c. ſi cum pridem. Et ita Abb. in d. c. cum inter R. tibi, an autem poſſit Papa. ubi uide. Et procedit hoc in beneficialibus, in alijs autem materijs procedit dictum Butr. in d. c. 1. ¶ Et pro ratione diuerſitatis inter beneficialia, & alia, uide, quæ dixi in cap. quæ in eccleſiarum. de conſtit. Et conſidera bene, quòd Legiſtæ in dictis locis non habent reſpectum ad beneficialia. Et ideo dictum eorum uidetur parum importare apud principem ſecularem, niſi dicamus, quòd poſſit cogere ad componendum, quando concurrit aliqua ex illis cauſis, de quibus in ſequentibus fallen. ¶ Si diceres, princeps non aufert alicui dominium rei ſuæ, ut not. omnes in dict. cap. quæ in eccleſiarum, & tamen cogendo aliquem cōpromittere, inducit ad periculum amiſſionis rei, propter ſententiam futuram arbitri, cui ſtare oportet, l. diem proferre. §. ſtari. ff. de arbi. Reſpondet ſolus Domi. in d. ca. quæ in eccleſiarum, quòd maior huius argu. procedit, quando princeps aufert alicui certitudinaliter dominium rei, ſed quando non certitudinaliter, ſed occaſionaliuè, tunc ſecus, ut quando compellit ad compromittendum, quia licet poſſibile ſit, quòd arbiter auferat ſibi de iure ſuo, tamen iſtud non eſt certum: quia poterit eſſe, quòd arbiter non auferet. Et per hoc dicit poſſe ſaluari ſtatuta cogentia aliquod. genus perſonarum ad compromiſſum. Quod ultimum firmat etiam per prædicta Pau. in d. l. quidam. dicens, quòd talia ſtatuta concernunt publicam utilitatem. & allegat Bald. in proœmio. Feud. in prima conſtitutione. ¶ Conſidera bene, quòd longè plus eſt, compellere ad componendum, quam ad compromittendum: quia coactus compromittere poteſt appellare. Pet. de Ancha. in cap. ab arbitris. de offi. deleg. in 6. per illum tex. Bar. in l. fin. C. de iudi. Dixi de re iudi. cap. ult. Tamen illud eſt in coacto a ſtatuto: fortè ſecus in coacto a principe, qui non dicitur cogere, ſed inducere inductione ſibi a lege permiſſa in certis caſibus, & modis, de quibus ſuprà. Tamen hoc non reperio tactum, licet uideatur per omnia eadem ratio, ex quo præſupponitur, quòd neceſſitate præcepti principis deueniatur ad compromiſſum.
5 ¶ Fallit tertiò, quando † lis magno tempore durauit, & eſt adeo intricata, quòd de facili extirpari non poteſt, nam tūc iudex poteſt compellere partes ad concordiam, licet cauſa ſit ciuilis: tex. in c. placuit 90. diſt. De quo facit textum Butr.

a *Compromittere*] *Adde dom. Sa. eandem tenentem in ſuo conſ. 231. inci. Viſa diligenter facti. uer. concurrat etiam, quo in 2. part. charte. 97. Et an, & quā do neceſſitatur, uide per eum in conſil. 4. incip. Viſis actis, & actitatis. circa princip. cum uerſi. ſeq. in 1. parte.*

b *Princeps*] *Adde in, quòd an princeps poſſit inciſenter de iure cōpellere, partes ad compromittendū? Felin. hic non aperte ſed quòd princeps non poſſit, dixit in, ſuo in. quod not. can. Nam compulſus ad aliqd faciendum, per agere ad reſcindendum actū, actione quod metus cau. ff. quod met. cauſa. per totum. Quare dic pro firma concluſione, quòd princeps poteſt cōpellere partes ad compromittendū, in his, quæ pendent a poteſtate ſua, ut puta Papa pōt in beneficialibus, & alijs.*

dant in conſentiendo contractui talium perſonarum, iudex ſupplebit*. Et dicit Rota de teſti. 43. Et ſciendum, in antiquis quod ſi partes coram auditore facti palatii diſcordant in eligendo iudicem, remiſſiue remittuntur ad auditorem contradictoriarum, ut ibi conueniant de iudicibus, ſi uolunt. Et dicit Abb. in cap. fi. de re iudic. quod ubi duo domini non poſſunt concordare in regimine terrarum ſuarum communium, & non diuiſarum, ſuperior inducet eos ad concordiam, ut regant alternis uicibus. Allegat gloſſ. fin. in fin. in cap. licet 16. quæſt. 5. Et ſi canonici diſcordant pari numero in gratificando alteri ex duobus impetrantibus per omnia paribus, ſuperior eos compellet ad electionẽ in termino; quo elapſo ipſe eliget, glo. in cap. duobus. in uer. teneantur. de reſcrip. in 6. Angel. in l. ſi duobus. C. communia de leg. Ana. in ca. fi. de ſortileg. ¶ Et ſi pluſes diſcordant in eligendo legatum in dãnum tertii, poteſt ille tertius implorare officium iudicis, ne ſibi damnum in bonis inferatur, l. huiuſmodi. §. fi. de leg. 1. & etiam appellare, ſecundum Ange. Areti. in d. l. fin. ff. de appel. recip. ¶ Et ſi illi, quibus debentur alimenta, diſcordant in modo percipiendi, iudex eos componet. Specu. qui fil. ſint legi. ad fin. uer. quid ſi diſcordant. ¶ Et ſi aliquis, etiam ſuperior, recuſat ſine cauſa cõſentire, poteſt adiri alius ſuperior, qui eum conſentire compellat, capi. nullus. de iure patro. & ibi copioſè Bellenci. in apoſtil. impreſſis. Hæc & ſimilia intellige, quando ſumus in materia requirente conſenſum omnium: ſed quando ſufficit conſenſus maioris partis, ſemper præualet maior pars, l. quod maior. ff. ad munt. Quando autem requiratur conſenſus omnium, & quando ſufficiat conſenſus maioris partis, dixi in capitu. cum omnes. de conſtit. Et ex prædictis poteris apoſtillare apoſtillantes. Barto. in dic. l. in
legio, & non fuit uſus tur etiam per Cald. in ſimili, de præben. conſi. 19. ad fi. ¶ Et in propoſito dicit Bar. in proœmio ff. §. & antea. quòd deſuetudine, quæ deuiat a lege, ſeu diuertit a uero intellectu, tollitur lex: ſed ex eo, quòd nullus utatur lege, abijt a ſeculo, ut dicatur tolli, l. illa. Idem Cyn. & Bart. in l. fin. C. de iur. do. impe. dicentes, quòd lex, uel ſtatutum nunquam tollitur per non uſum, ſed per contrarium uſum ſic. Mouetur per illum tex. ubi corrigitur, quòd uſitatum non fuit tanto tempore, cuius initij non eſt memoria. ergo tenet, quia priuatio præſupponit habitum, de deſpon. impu. ad diſſoluendum. cum ſimil. Similiter pulchrè Card. in ſuis notis cauſarum, nota 146. incip. Ad excludendam, &c. quòd ſi mille annis ſemper appellent ad Papam, & non ad patriarcham, non per hoc foret ſublata poteſtas appellandi ad patriarcham: nam conſuetudo non inducitur ex mero non uſu, ſed oportet quòd habeat implicitum uſum contrarium. Allegat Io. And. in d. cap. Ioannes. Hoc modo poſſunt intelligi uerba Alb. in 1. part. ſtatu. q. 143. in fin. dum dicit, ſe putare, quòd ſtatutum non tollitur per deſuetudinem, ſicut neque lex communis, ut dixit ſe dixiſſe in proœmio ff. per illũ text. ibi, quas æternas fieri optamus, ubi uide eum in fi. princ. dicentem, ſe de hoc plenè dixiſſe in l. 1. §. quib. C. de nouo Co. compo. & in rubr. C. quæ ſit lon. conſue. uer. & quia ſuprà diximus, quòd conſuetudo. Et dicit ſe pleniſſimè dictum in l. de quib. ff. de legib. ubi non inueni, quòd hoc tangat. Et quòd per deſuetudinem tollatur lex, allegat ipſe in d. proœ. text. in eo. proœ. §. & antea. ibi cæteris iam deſuetis. & gloſſ. hic. & 4. diſtinct. §. in iſtis. ¶ Intellige hæc ſanè, ut dicunt proximè allegati, niſi iſte non uſus habeat in ſe tacitum actum contra diſpoſitionem iuris, putà, lex defert hæreditatem indiſtinctè maſculis & fœminis, l. maximè. C. de libe. præt. Sed conſuetudo defert primogenito, & nunquam fœminæ. Vnde licet illi nunquã ſint uſi illo iure communi tamen inducta eſt conſuetudo contra illud ius non uſitatum per actus contrarios. Et ita intelliguntur iura alle. in regula loquentia de inuſitatione, uel deſuetudine. Et ita declarat latè Ioan. And. in d. capitu. Ioannes. 4. opp. & ibi omnes, præſertim Imo. uer. in quarta, & etiam Abb. ibi ad ff. & Ab. in c. fin. ibi, ultimò circa hanc remiſſionem. de fo. comp. & latè Maria. de conſue. cum conſuetudinis, ibi, ſed circa prædicta. Aliquid Abb. de reſcrip. inter cæteras, in fi. & elegantiſſimè Ang. Are. in d. proœ. Inſti. §. igitur. But. in capitu. fina. ibi, ex his infert. de conſue. & ſunt dicta antiquorum in l. de quibus. ff. de legi. & in l. 2. C. quæ ſit lon. conſue. & Hoſt. in ſumma, de conſue. §. fin. uer. ſed nunquid. Et ſecundum hæc intellige etiam gloſſ. 41. q. 4. in ſumma. circa med. ibi, per non uſum, &c. Ex iſta intelligentia dixit Ang. Aret. in l. 1. in ff. prin. & in l. ſi expreſſim. ff. de ap. non eſſe uerum dictum Pet. de Anch. in d. clem. 1. de reb. eccle. non alie. de ſententia contra ſtatutum non uſitatum, quia, ſecundum eum, uerum eſt, dicere ſententiam eſſe contra conſtitutionem, ergo nulla. Et multæ ſunt leges quæ non ſeruantur, & tamen ignorantia non excuſat. Sed puto Pet. de Anch. intellexiſſe dictum ſuum, ſecundum prædicta, uidelicet, quòd ſtatutum ſit inuſitatum per deſuetudinem habentem in ſe actus tacitè contrarios ipſi ſtatuto. Et ita intellige, quæ dixi de re iudic. capitu. 1. in fin. 2. ampliationis. Dubito etiam ex prædictis, an ſit uera gloſſ. 3. in cap. cum multæ. 1. q. quæſt. ult. quam extollit hic Ab. quia licet eccleſia non ſit uſa illo iure, tamen non extat memoria, quòd conſtitutus in ſacris duxerit uxorem, & ideo non uidetur eueniſſe caſus deſuetudinis, quæ ſufficiat ad legis abrogationem. Et ita illam gloſſ. mordet Abb. de fo. comp. cum ſit. ibi, ſecundò proſequendo gloſſ. Tamen ſi caſus occurriſſet in aliquo loco, & illa pœna non fuiſſet ſeruata, tunc in illo loco procederet dictum illius gloſſ. quia eſſet inducta ſufficiens deſuetudo, & tamen in alio loco non operaretur illa deſuetudo Abb. in cap. 2. ad fin. de choa. cler. & mu.

11 ¶ Quinta declaratio. Si † à principio aliqui ſuſcipiunt l. in eodem loco, aliqui non, & Papa ſimpliciter ſuſtinet, nec aliquid ſuper illo diſponit, tunc tolerantia Papæ non excuſat à peccato, nec diſpenſationem inducit. Abb. hic per cap. iamdudum. de præb. Idem Abb. in d. capitu. cum olim. ibi, & ex hoc no. de cle. coniu. & Butr. in capitu. quia circa. ad fin. de conſan. & affi. & ibi alij. ¶ Limita hoc tripliciter. Primò, niſi tolerantia Papæ ſit ſpecifica, & ex certa ſcientia, ut, quia dicat tolerandus, eſſe illos innobſeruantes, maximè cauſa expreſſa, putà ad euitandum ſcandalum, quia quantum ad illos non ſeruantes, hoc continet uim diſpenſationis. Ita Do. hic dicens, eſſe propriè caſum in d. capitu. quia circa. ſecundum communem intellectum. Et idem etiam dicit ibi Abb. ad fin. dicens, quòd quando conſtitutio fuit a principio recepta, & ex poſt aliqui tranſgrediuntur, tunc tolerantia Papæ non prodeſt, per d. capit. cum iamdudum. niſi Papa ſpecificè ſcribat, quòd uult certum actum diſſimulare, ſeu tolerare, quia talis diſſimulatio habet uim diſpenſationis, ut ibi. Et per illum text. dicit Abb. in c. niſi eſſent, uerſi. mihi placet. de præb. quòd ubicunque princeps ſcribendo, uel reſpondendo dicit, Toleramus, uidetur ſuper illo actu diſpenſare. Secus ubi tolerat de facto non reſiſtendo, quia tunc nõ inducitur diſpenſatio. Et ſic intelligit d. capitu. cum iamdudum. Quod ultimum intelligo quando ſimpliciter tolerat contrauentionem aliquorum, ſecus, ſi contrauentio eſſet uniuerſalis, uel maioris partis, per prædicta, neque aliter puto ſenſiſſe Abb. inſpectis dictis ſuis, in d. capitu. quia circa. Et dicit Abb. in c. niſi. Hoſt. ibi malè locutum, dum dicit, quòd ubi Papa reſcribendo dicit, Toleramus, non uidetur diſpenſare, licet ipſum alij ſequantur, ut per Imol. ibi, uer. gloſſ. 3. Fortè dictum Hoſt. procedit, quando conſtat per alia uerba reſcripti, quòd tolerat, animo tamen non diſpenſandi, per text. in d. cap. cum iamdudum. Et dicit Augu. de Anch. in lib. De pot. eccle. quæſtio 69. arti. 1. ad fin. quòd in antiqua compilatione in cap. cum non ignores. de præben. ita ſolet contineri, Mirabile gerimus & indignum, quòd tu in eccleſia tua uis introducere conſuetudinem eccleſiæ Gallicanæ, quæ cum unum ad plura beneficia recipiat, contra ſacrorum canonum inſtituta, non approbatur a nobis, licet non poſſit præ multitudine delinquentium emendari. Et per illum tex. dicit Augu. ubi ſupra. quòd Papa non poteſt omnes abuſiones de eccleſia tollere propter difficultatem correctionis, & conſuetudo irrationabilis eſt dicenda abuſio. ¶ Limita ſecundò, dum modò maior pars populi recipiat legem, nam tunc peccat minor pars eam non obſeruando: ſecus eſſet, quando maior pars populi non obſeruaſſet. Nam in conſuetudine inducenda attenditur maior pars populi [a], & non, quod facit minor. Imo. in d. capitu. cum iamdudum. & ibi Abb. ad fin. & Abb. in d. capit. quia circa. per id, quòd no. Ioan. And. in capitu. fi. de conſue. & per l. quòd maior. ff. ad muni. cum ſi. ¶ Limita tertiò, niſi lex a principio recepta ab omnibus uel a maiori parte, ex poſt uniuerſaliter ab omnibus non obſeruaretur, & Papa ſciret, & toleraret, quia tunc credit Butr. in d. capitu. quia circa. quòd hoc ius tollitur per deſuetudinem, quaſi uideatur Papa uelle, quod uult uniuerſalis collectio fidelium, ex quo non contradicit. Allegat d. §. leges. & l. de quibus. ff. de legib. ¶ Attende bene, quia dictum in ſe habet magnam uim. & tangit caſum non diſcuſſum per Scribentes in hac materia, uidelicet, utrum tolerantia Papæ operetur diſpenſationem contra ius non ſolum nunquam obſeruatum, ſed etiam contra ius obſeruatum a principio, poſtea per deſuetudinem ſublatum. Et hoc dictum recitant ibi ſimpliciter Zochus & Alexan. de neuo: ſed Abb. ibi. & Præpoſitus Mediolanenſis, hodie epiſcopus Alexandriæ, & auditor Rotæ celeberrimus, referentes, diſtin. Butr. tacent illud membrum, quod fortè habuerunt pro difficili, tum, per d. capitu. cum iamdudum. tum, quia lex ſemel firmata debet tolli per deſuetudinem rationabilem & præſcriptam, capitu. fin. de conſue. Et conſidero ualde, quòd Imo. in d. c. cum iamdudum. recitando dicta But. in d. capitu. quia circa refert iſtud uerbum, & ponit uerba, quæ non ponit Butr. Nam dicit iſto caſu requiri ſpacium 40. annorum, per d. c. fin. Tamen, ut dixi, Butr. hoc non dicit, ſed quòd Papa uidetur uelle id, quod uult uniuerſalis collectio fidelium. ¶ Si diceres, ſequendo Butr. quòd diſpoſitio capitu. fina. de conſue. procedit in conſuetudine inducenda, nos autem loquimur in inducenda deſuetudine, per quam in caſibus occurrentibus lex non fuit ſeruata, quia tunc tollitur, accedente ſcien-

a Maior pars populi] ad quod adde not. & plenè, de. Soc. in conſ. 7. inci. Nũc quæſitum. uerſi. circa ſecundã principalẽ q. cum uerſi. ſeq. in 1. parte.

te ſcientia principis: profectò iſtud non conſonat, quia hic naſcitur conſuetudo contra legem, quæ derogat ipſi legi: ideo puto tutius eſſe, quod iſte caſus ſeruiat ad materiam. d. c. fin. quæ propriè eſt de conſuetudine contra legem firmatam moribus utentium, nos autem hic agimus de nunquam recepta. Et quod contra firmatam requirantur 40. anni, probabitur etiam j. in 7. declara. verſi. conſiderabam tertiò. Cogitabis tamen maximè propter dicta, & proximè ſequentia. Et quæ dicta ſunt in hac declaratione procedunt etiam in ſtatutis inferiorum, ſecundum Butr. & Abb. in d. c. quia circa. quos recitat ibi ſimpliciter Zochus, & Alex. de Neuo, & Præpoſitus, qui præ cæteris guſtat ſimpliciter hoc ultimum de ſtatutis inferiorum. Secundum quæ dicta debet intelligi quod no. ſimpliciter Arch. in c. obeuntib. 63. diſt. dum dicit derogatum eſſe illi canoni per conſuetudinem, quam Papa ſcit & tolerat. Et ſic uidetur tacitè approbata, ſecundum eum. ¶ Similiter dicit Arch. in c. non confidat. 1. diſt. quod Papa tacet, & permittit, quod epiſcopi ordinent quotidie illiteratos, ideo excuſantur, quaſi ex generali conſuetudine eccleſiæ, contra quam tamen eſt hodie c. ſi de temp. ord. lib. 6. Faciũt uerba Arch. 8 u. q. 1. ſanctorum. dum dicit, ſiue hoc fiat de iure, ſiue non: quotidie tamen fit ab epiſcopis, & Papa tolerat. Et de iſtis dictis feci mentionem in c. omnes leges. 8. diſti. Facit, quod ſcribit Ana. in c. 1. 2. col. de ſchiſma. dum allegando Bart. & Bald. ponit de imperatore tolerante, quod Ianuenſes eligant ſibi ducem. Facit, quod no. Ana. in c. 2. de cler. uena. referendo Angel. in l. iniuriarum actio. §. ſi quis me prohibet. ff. de iniur. De tolerantia Imperatoris circa Venetos prætendentes dominium in Gulfo maris Adriatici [a], facit, quod no. Ana. de Iudæ. ſicut dum ponit dictum Sali. C. de Iudæ. nullus. quod ſi princeps tolerat bannitum in ciuitate, uidetur eum rebannire. De quo dubitaui in d. c. ſicut. per clem. fi. de ſenten. excom. Tamen ipſum ſequitur Alex. conſil. mihi 248. Pro intelligentione prædictorum. ad fi. Et iſta dicta unde impreſſa in certis apoſtil. ad Butr. in d. c. quia circa. attribuens cuidam Moderno. Sed Deum teſtem habeo, & angelos eius, ſuper animam meam, quod ego illam apoſtillam, dum eſſem ſcolaris, crebra diligentia glomeraui ad Butr. meum, quo mihi ſubtracto, deuenerunt, hæc ad uulgi notitiã. Sed quæ ibi iuueniliter inueniet, excuſari debent attenta ætate mea, de qua ibi dicitur, & attenta domeſticæ ſcripturæ tunc non uериſimili propagatione. Et conueniunt, quæ dixi de præſcr. cum non liceat. quãdo inferiores ab Imperatore poſſint præſcribere iura imperij. ¶ Et de iſta patientia Papæ circa ea, quæ ſunt de genere malorum, de iure poſitiuo, uide omnino Hoſt. in ſumma, de ſententia. §. quot ſunt eius ſpecies. uer. ſed nunquid hoc eſt ſimpliciter uerum: Et ibi etiam, quod patientia inferiorum prælatorum circa non ſeruantes ius poſitiuum nihil operatur. Quod etiam firmat But. in d. c. quia circa. & clarius Præpoſitus ibi, ad fi. Cui adde Hoſt. in d. loco. Cogitabam tamen nunquid dictum But. de quo in prin. huius tertiæ limitationis poſſet habere locum eodem modo, quo ipſe uidetur loqui, uidelicet in deſuetudine uniuerſali omnium fidelium, non ſeruantium canonem Papa ſciente. Impugnationes autem prædictæ habeant locum in deſuetudine particulari quorundam locorum. ¶ Sexta declaratio.

a Adriatici] Ad de, quod Veneti ſint domini maris Adriatici, & litorũ eius, in genere tãtum: nõ autem in ſpecie, quia litora ſunt ciuitatũ adiacentium litori, ſecundum Bal. in l. pen. C. de condi. inſer. Vide Salic. in l. 3. C. de naut. fœn. & Bart. in l. quo minus. 2. q. de flu. & in l. Sane. ff. de iniur. et Barbat. Capo. in l. cũ, qui uectigal. de uer. ſig. & in tra. de ſer. ruſti. tit. de ma. re.

12 Primi † incipientes uiolare legem præceptiuam, incurrunt peccatum mortale, quia non obſeruantia & inobedientia potius grauat peccatum, c. fi. in princip. de conſue. Et facit c. 2. ẽ. tit. prima. Ita procedit dictum Hoſt. hic quem ita intelligit Pau. in cle. fi. de æta. & quali. & etiã dicetur in tertia cõſideratione ſeptimæ declarationis. Sed quantũ ad illos, qui poſtea uenerunt, reperientes legem non ſeruari, & qui eam non ſeruauerunt, põt induci conſuetudo quã potuerunt exiſtimare, quod ex aliqua rationabili cã illa lex nõ fuit ſeruata. Ita declarat Ab. & Dom. hic, arg. notatorum per gl. de præſc. de quarta. & de rerepa. cura. ¶ Intellige hæc quatuor modis. Primò, niſi illi primi mouerentur ex aliqua iuſta & rationabili cã, propter quã ipſemet ſuperior indulſiſſet relaxationẽ legis, ſi eam ſciuiſſet: quia tunc non peccant. Ab. hic, propter dictum Arc. in c. utinam. 76. diſt. ubi dicit, quod licet ueniens cõtra ius diuinum, peccet mortaliter, non tamen ſic ligatur ueniens contra ius humanum, nam poteſt euitare mortale, ſi habet aliquam cauſam rationabilem contrauenienti. Et ſequitur etiam Ab. de teſti. licet ex quadam. de proba. quoniã ult. nota. Dixi in c. 8. 6. fal. & in c. nam concupiſcentiam. de conſti. Bene facit d. c. fi. de conſue. ubi poteſt induci conſuetudo rationabilis contra legem, & tamen primi inducentes, non peccant, quia adeſt ibi ſaltem tacitus conſenſus principis, & ita etiam adeſt hic, ut dicetur proximè in quarta intelligentia. ¶ Intellige ſecundò, niſi qui condidit legem, ſciat de inobſeruantia alicuius populi, uel maioris partis, quia uidetur tacitè diſpenſare, ſi non contradicit, cum poſſit, per prædicta, licet Car. in cle. fi. de æta. & quali. in fi. 3. oppo. uideatur uelle, quod primi uiolatores nõ excuſentur propter ſciẽtiam ſuperioris, ſed bene ſucceſſores, nam in utriſque uidetur eadem ratio, ſaluo, niſi ſubtiliter dicas, quod iſta intelligentia, ibi differat a præcedenti, loquitur de inobſeruantia non rationabiliter inducta, quo caſu bene poſſunt differre primi a ſucceſſoribus. Nam, per prædicta, ſucceſſores credentes primos bene motos, excuſantur, non autem primi de proprio errore conſcij. ¶ Intellige tertiò, niſi præceptum legis non reſpiciat commodum priuatorum, quia tunc ſine peccato tolli poteſt deſuetudine per ipſos priuatos, ſicut per pactum & remiſſionem poteſt tolli ipſa lex, de regula, ad apoſtolicam. Ita glo. in d. l. de quibus. & But. & Imo. & Domi. hic. ¶ Intellige quartò aduertenter, quando illi primi cœperunt prius ſeruare legem aliquo tempore, poſtea deſtiterunt quia ſi ſimus extra caſus proximè dictos, peccant mortaliter, ex quo lex iam erat firmata moribus utentium. Sed ſi a principio noluerunt legem nouam obſeruare, non peccant, ſecundum Domi. ualde ſingulariter in d. §. leges. ad fi. Nam uolens tollere rationem Hoſt. hic, dicit iſta aurea uerba, quod non eſt uerisimile, principem uelle ſubditos ligare, ex quo lex moribus utentium non approbatur, quia uidetur a principio ſtatuere ſub tali conditione, uidelicet ſi moribus utentium recipientur. Patet in d. §. leges. Facit ultra eum d. l. de quibus. ibi, nulla alia cauſa tenent, quàm quod iudicio populi receptæ ſunt, & ſic deſuetudo habẽs ſaltem tacitum conſenſum principis condendo legem, fecit eam ſubiectam tali cõditioni. Ergo non ſeruantes eam, non dicuntur uenire contra præceptum ſuperioris, ſecundum eum. Quæ uerba ſunt noua, & ſubtilia in hac materia. Et hinc eſt, quod Domi. hic dicit, hanc declarationem de peccato, loqui expreſsè, quando primò cœperunt obſeruare, poſtea deſtiterunt, & tunc notãtur de peccato, nõ autem, quando ſtatim recuſarunt legem obſeruare. Et dicit Dom. in c. de libellis. in fi. 20. diſt. declarãdo glo. fi. ibi, quod licet eccleſia orientalis non receperit canones loquentes de continentia clericorum, tamen non incidit in hæreſim, quia canon dicitur approbari per admiſſionem inferiorum, d. §. leges. Et caue, quia, quod dictum eſt, ſucceſſores excuſari, uidetur procedere, quo ad hoc, ut poſſit in eis inchoari præſcriptio legitima contra legem, in qua præſcriptione non computatur tempus antecеſſorum, ſed tempus ſuæ præſcriptionis, ut notatur in d. c. de quarta. & d. c. cura. & debet eſſe 40. annorum contra canonem, ut dicetur in fi. huius materiæ, ibi, ſecundo modo poſſumus. ¶ Se-
13 ptima & ultima declaratio cæteris difficilior. Ubi † talis inobſeruantia, uel deſuetudo non habet ſecum notitiam ſuperioris, qui legem condidit, requiritur præſcriptio 40. annorum, & quod ſit fundata in ratione Abb. hic ſingulariter, & ſequitur ad literam Mari. de conſue. cum conſuetudinis. Quibos adde Car. in proœ. Cle. uer. ſecundò quæro. ubi dicit, quod ſi abuſio eſt talis, quæ inducat conſuetudinem, ſecundum modos, de quibus in c. fi. de conſue. illa tollit legem, ſi autẽ illa eſt ſimplex inobſeruantia, uel non receptio legis tunc excuſat non recipientes, quando per conſuetudinem contrariam non eſt recepta, quam conſuetudinem generalem princeps ſcit, & tolerat. Ita loquitur c. in iſtis. & c. ſequens, 4. diſt. Alias autem non uſus, ſeu non receptio, nihil operatur, ſecundum Cald. referentem ad moniales, quæ non receperunt conſtitutionem de clauſuris, de qua in c. 1. de ſta. regul. in 6. ¶ Conſidera tria diligentiſſimè. Primò, quod hoc ſecundum membrum diſtinctionis Ab. hic, nihil affert noui, quod

ad

ad iſtam gl. ſed eſt decidere id, quod deciditur de directo, in c.fi.de conſuetu. Et uult expreſſè Abb. ꝙ eaſdem qualitates debeat habere deſuetudo, quæ inducitur ad impediendum uinculum legis nouæ, ignorante principe, quas habet conſuetudo, quæ inducitur ad præſcribendum contra legem. Et reuera iſta particatio eſt contra id, quod ipſe dicit in primo membro, quando uult, ꝙ ſciente principe non requiritur tempus ad firmandam deſuetudinem, ſed ſufficiunt actus contrarij. Ratio eſt, quia, ſecundum eum, non agitur ibi de pſcribendo contra legem, ſed de impediendo uinculo legis nouæ. Ergo per illam rationem, uidelicet cum non agatur, niſi de impediendo uinculo legis nouæ, non uidetur, ꝙ ſolennitas c. fi. de conſue. requiratur in impedienda lege noua, cum differat ab uſitata, & ideo Abb. in d.c.cum olim. de ele.coning.2. col. nihil dicit de 40. annis, quando princeps ignorat, ſed ſolum dicit, ꝙ non recipientes ſaltem per longa tempora excuſantur. ¶Conſidera ſecundo, ꝙ Cald. hic uult plus uidelicet, ꝙ etiam ſuperiore ignorante ſufficit tempus 10. annorum, & ſequitur hic Imo. in prin. dicens hanc opi. eſſe multum notandam, & approbari per Butr. & Cald. hic: quia præſcriptio 10. ann. dicitur longum tempus, adeo ꝙ ſufficiat ad tollendam legem ciuilem, ut no. omnes in l. de quibus. ff. de legi. & in d. c.fi. Quod autē dicitur ibi de præſcriptione 40. anno. ad tollendam l. canonicam, habet locū, quando agitur de tollenda l. iam firmata per obſeruantiam. Et ita loquuntur notata in d.c.fi. & gl.5. in c.decreuit. 2. q. 5. Sed hic agitur de impediendo uinculo legis nondum acceptatæ, in quo non eſt opus conſuetudine quadragenaria. Ideo ſufficit deſuetudo longi temporis, quòd eſt 10. an. ſecundum glo. 3. in c. fi. de conſue. in 6. Et eſt ampliatio pulchra ad glo. iſtam. ¶Si diceres, quare non ſufficiunt hic aliqui actus contrarij abſque inobſeruantia decennali ignorante principe, ſicut ſufficiunt illi actus, quando princeps ſcit, ut eſt dictum in regula, poſt Abb. Reſponderetur, ꝙ ubi concurrit notitia principis, quæ ſola ſufficit ad inducendam tacitam diſpenſationem, & ad coniecturandam tacitam uoluntatē principis, in illa diſpenſatione oportet elicere eam duobus concurrentibus, uidelicet tolerantia ſua & actibus contrarijs, ſed ubi ignorat inobſeruantiam, opus eſt longo tempore, per quod appareat de continuata & uniformi inobſeruantia ſubditorū, quæ non cognoſcitur ex paucis actibus. Vnde dicit Domi. in c. ex parte. ult. col. de conſti. ꝙ momentanea obſeruantia ſtatuti, non tollit ſtatutum. Ita dicit incidenter probari ex uerbis Io. An. ibi. Cum iſtis poſſumus tranſire propter authoritatem Cal. & ſequacium, quamuis forsè ſine periculo attentari poſſet, ꝙ etiam ubi princeps ignorat, ſufficiat generalis inobſeruantia per aliquos actus popularitèr factos, & ea illis inducatur, quo ad hoc, deſuetudo, iuxta c. ita nos. 25. q. 2. Ex quo ſequeretur in effectu, ꝙ nullo caſu eſſet neceſſarius conſenſus principis. Induco uerba Domi. in d. §. leges. ad fi. ubi dicit, ꝙ in iſta materia ſufficit tacitus conſenſus principis, uel tacita ſcientia, quia ex quo diſpoſuit, ꝙ conſuetudo legitima tollat legem, d.c. fi. uidetur in talibus conſuetudinibus præſtare aſſenſum, dato, ꝙ alio modo non innoteſcāt in indiuiduo. Ita dicit fuiſſe de mente glo. ibi, dum refert opi. Bri. Et hoc dicit uelle Arc. ibi, & ita tenere Inno. in c. cum P. in fi. de fide inſtr. nam difficile eſſet, ꝙ Papa ſciret particulares conſuetudines, & conſenſum præſtare ſecundum gl. in d. §. leges. Pro quo allego tex. optimum in authen. de fideiuſ. in princ. ibi uſum uerò neſcimus, quemadmodum approbatum. Præterea authoritates allegatæ ſ. in regula ſimpliciter loquuntur de deſuetudine, & nihil de expreſſa ſciētia principis. Et bene facit, quod notat Abb. hic, dum impugnat Butr. per c. fi. de conſuetu. Si forsè quiſpiam diceret, fateor, ꝙ tacitè approbat ſuperior cōſuetudinem præſcriptam & rationabilem. d. cap. fin. ſed non approbat meram deſuetudinem non præſcriptam, reſpondet Domi. ubi ſ. ꝙ imo eam etiam approbat, quia ipſe deſuetudo habet tacitum cōſenſum principis. Præſumitur enim in ſua l. appoſuiſſe tacitam conditionem, ſi obſeruabitur, ut dixi in fine ſextæ declarationis. Quòd autem in inducenda conſuetudine contra legem non requiratur ſcientia principis, uide Alex. allegantem loca ordinaria conſi. mihi 142. Viſa facti. 2. col. Notant omnes in d. c. fi. non obſtante uarietate gloſſarum. ibi, & alibi, Niſi agatur de inducenda conſuetudine in ſacramentalibus, quia non tenet ſine ſcientia Papæ, gl. fi. in fi. de ſec. nup. in uer. uir autem. quam extollit ibi Ab. & ſequitur eum hic. Item requiritur conſenſus principis in certis alijs caſibus, quos enumerat Dom. in d. c. fi. 5. col. uerſ. ex dic latius in d. paſſu. de quibus feci ſex fallen. legendo d. c. fin. ¶Conſiderabam tertiò, iam ſcriptis prædictis, quòd Ioan. de Imol. hic in fine uidetur dubitare de eo, de quo ſ. fecit feſtam poſt Cald. & But. de tempore 10. annorū, nā dicit illud poſſe procedere ſm leges: ſed ſm canones eſt magis dubium, & uidetur, ꝙ requirantur 40. anni ad inducendam deſuetudinem contra l. nouam, quia tantum tēpus requiritur ad tollendum canonem, d. capitu. fina. cum glo. neque obſtat glo. 5. in d. cap. fin. de conſue. in 6. quia loquitur in conſuetudine, quæ eſt præter, nō contra ius. Non obſtat text. in d. §. leges. quia ille eſt text. Gratiani, qui non habuit poteſtatem condendæ legis, ut dicunt omnes poſt Ioan. And. in cap. 1. de reſcr. Et dicit iſtud forsè eſſe uerius, licet dictum Cald. & Butr. ſit menti tenendum. Et idem tenet Imo. in d. clem. fi. 2. col. de æta. & quali. Quæ uerba mirabiliter turbant hanc materiam, maximè tollendo text. radicalem in hac materia in d. §. leges. & cogerent quemlibet de hac materia incautè loquentem ſubſiſtere. ¶Nihilominus ex prædictis confidera accuratiſſimè, quòd duobus modis loquimur in hac materia circa deſuetudinem. Vno modo in deſuetudine circa legem nunquam obſeruatam. Alio modo circa l. a principio & actenus obſeruatam. ¶Primo modo, ſi conditor legis ſcit deſuetudinem, non eſt opus tēpore, ſed ſufficiunt tot actus maioris partis populi, ex quibus eliciatur ſuperioris tolerantia. Et procedit text. in §. leges. allegatus & approbatus uniuerſaliter per omnes gloſſatores & magiſtros noſtros, & conueniunt multi text. allegati in regula, & difficilè, ut puto, audiretur in practica, qui negaret d. §. leges. toties allegatum. Sed ſi conditor legis ignorat deſuetudinem, tunc quicquid ſ. dictum ſit, tutius eſt tenere, quòd requirantur 10. anni, & illi ſufficiant, ut per Cald. & But. licet ſit etiam probabilis illa opin. quòd ſufficiant plures actus continuati contra legem, ut dixi in proxima conſideratione. Non obſtant notata in d. cap. fina. de conſue. quia loquuntur in conſuetudine, quæ uenit ad tollendam legem iam firmatam moribus utentium. Sed hic ad impediendum ne leges, in quo minus tempus ſufficit, quaſi illa non ſit lex omni integritate perfecta, iuxta ſententiam Pau. & Matth. in procœmio Cle. qui dicunt tria requiri ad eſſe leges, primò, quòd conſtituatur, ſecundò, quòd promulgetur, tertiò, quòd moribus utentium approbetur, & ſi quid horum deficit, non eſt, nec poteſt dici conſtitutio, per dictum §. leges. ſecundum eos. Eſt uerum, quòd gloſſ. magna in dicto procœmio, in uerſicu. & quòd liga uerit. tenet, quòd imo publicatio ſit ultimus actus perfectiuus legis, per l. humanum. C. de legi. Et hoc uerius, ſecundum Cardi. ibi. Tamen poteſt dici, quòd licet publicatio perficiat legem, uidetur poſtea neceſſaria obſeruantia, propter gloſſ. hic, & per prædicta. Bene facit, quod in ſimili dixi in rubr. de conſtit. poſt Bald. in d. l. humanum. ad fin. C. de legi. & Petr. de Anchar. in regula, nemo. in fio. lib. 6. in illa quæſtione longa, utrum de eſſentia legis ſit ſcriptura, nam, ſecundum iſtos, quo ad formam ſubſtantialem, non eſt de eſſentia, ſed bene, quo ad accidentalem, id eſt, ad inducendam obligationem ex lege. ¶Secundo modo poſſumus loqui de conſuetudine contra l. a principio approbatam, & tunc, quicquid dicat Butri. in d. capitu. quia circa uidetur uera iſta opin. Imo. quòd hoc caſu requirantur 40. anni, ut etiam tetigi in 3. limitatione quintæ declarationis. Neque credo, quòd tunc ſufficeret ſcientia principis, quia eſt potius quædam patientia, quàm tolerantia diſpenſatiua, iuxta capitu. cum iam dudum. Sed non eſt ſic in l. nouiter promulgata, quia ut eſt declaratum in proxima declaratione, uidetur lata ſub tacita conditione, ſi uniuerſaliter, uel a maiore parte populi reciperetur: in l. autem uſitata iam eſt adimpleta illa conditio. ¶Nec uidetur bene probari iſta limitatio ad capitu. fina. de conſue. uidelicet, quòd reſpectu temporis non habeat locum, quando princeps ſcit, & tolerat inobſeruantiam legis firmatæ ſemel utentium moribus. Et pro iſta differentia inter legem nunquam receptam, & l. ſemel receptam poſtea uſitatam, ut in prima operetur conſenſus principis, non in ſecunda, uidetur aperta deciſio Cardina. in clemen. fin. in fin. 3. oppo. de æta. & qualita. ſi bene legatur.

iunctis

iunctis uerbis Pauli ibi relatis per eum. ¶ Demum aduerte quia dato, ſed non conceſſo, quòd eſſet uera indiſtinctè opin. Abb. & Ioan. de 40. annis, quæ uidetur placere ipſi Cardin. in proœmio Clem. tamen procederet in deſuetudine contra ius Canonicum, ſed contra ius ciuile, uel ſtatutorum, procedet indubitanter, quod eſt dictum de decennio, ut fatetur hic Imol. & conſuluit Alexand. d. conſi. 147. Per quæ idem puto de ſactudine contra ſtatutum epiſcopi. Tamen quando epiſcopus, uel alius ſciret de inobſeruantia, tunc uiderentur ſufficere actus contrarij, ut hic per Abb. Si autem ignorat, & ſuum ſtatutum a principio non ſeruatur, adhuc uidentur ſufficere actus contrarij. Si autem ſeruatur, poſtea incipit non ſeruari, tunc illa noua deſuetudo requirit decennium. Et idem in l. ciuili. Lex autem canonica a principio tollitur per actus contrarios, ſciente ſuperiore, ex poſt autem requiruntur 40. anni, ſi fuit a principio obſeruata etiamſi princeps ſciat, per ſuprà dicta. Quæ omnia reducuntur ad iſta ultima uerba. Ruminabis iſtum paſſum nullibi ita plenè & ordinatè examinatum. Reliquis, qui de hac materia loquentur, alleuiauimus laborem ordinandi tot uarietates, ſupereſt eis ſolus labor aliquid alonis meditandi. ¶ Vltimò not. bene gloſſ. hic, ſecundum Abb. quòd ubi confirmatio exigitur a pari, capitur pro obſeruantia. Vnde infert, quòd ſi quia promiſit, quòd Titius confirmabit talem contractum, debet intelligi, quòd ille obſeruabit & approbabit, quod in eo erit. Quod bene no. ſecundum eum. Sed Domi. hic notat iſtam glo. quòd quis dicitur confirmare actum, quando ipſum ſeruat, licet aliter expreſſè non confirmet. Vnde infert notanter, quòd ſi aliquis promiſit confirmare laudum latum, uel facturum & curaturum, quòd aliquis confirmabit, talis dicitur hoc feciſſe, ſi ille ſeruat, licet aliter non confirmet. Quod nota, ſecundum eum. ¶ Pro dicto Abb. uide Bald. in l. fina. uer. ulterius nota. C. de legi. ubi dicit, quòd confirmatio eſt manifeſtum ſignum ſuperioritatis. Et dixit Hoſtien. in capitu. qualiter. 2. de elect. quòd concilium non confirmat conſtitutiones, ſed approbat. Papa eas confirmat, quæ fiunt in concilio, quia confirmatio eſt actus ſuperioritatis, & ſequitur Cardin. in capitu. licet. in 10. contrario, de electio. Facit ad dicenda in capitu. 2. in prin. titu. prox.

SVMMARIVM.

1 *Securitas ſi detur alicui in eundo, debet etiam gaudere eadem ſecuritate in redeundo.*
2 *Iudex ſecularis ſi relaxat illum, quem capit in eccleſia, & dũ fugit ad eccleſiam, iterum capitur, non dicitur libere relaxatus.*
3 *Sermo ſimplex regulariter uerificatur in prima uice, unde ſecuritas ſi datur bannito ueniendi, intelligitur in dubio pro prima uice. Hæc regula recipit 7. fallentias.*
4 *Diſpenſatio ad duo curata, intelligitur de primis.*
5 *Promittens reaptare molendinum, intelligitur pro una uice.*

CAPITVLVM II.

INNOVAMVS. ¶ Dum dicit Abb. quòd ſecuri-
1 tas† data in eundo, debet intelligi etiam in redeundo, poſt Bartol. in l. utimur. ff. de ſepul. uio. Idem Abb. & Imo. in c. quia diuerſitatem 1. col. de conceſ. præben. per illum text. & Imol. hic, ſubdens per iſtum textum, quòd ſi detur alicui ſecuritas, ut poſſit uenire ad ciuitatem, & ipſe non poſſit uenire, niſi cum equo, intelligitur data ſecuritas pro equo. Item quòd ſi alicui data eſt ſecuritas, ut poſſit cõducere mercantias, uidetur data, quòd etiam poſſit reducere. Adde text. in titu. de pace Conſtan. in uer. nobis intrantib. Per quem not. ibi Bal. quod quando imperator intrat Lombardiam, debent uiæ & potens adaptari ſufficienter in eundo & redeundo. Et adde text. ſimilem iſti in capitu. ego N. de iureiur. in uer. eundo & redeundo. & ibi Abba. dicit idem quod hic, & tex. in c. ſtatuimũ. §. fi. de reſc. in 6. ibi, ueniẽdo, ſtando & redeundo. Facit dictum Bart. in l. 1. ff. de acqui.
2 re. do. ubi dicit, quòd† ſi ſecularis iudex relaxat illum, quẽ cepit in eccleſia: & dum fugit ad eccleſiam, iterum capitur, nõ dicitur relaxatus libere: quia debet eſſe relaxatus, dum ſibi tali libertate, quòd difficilis ſit eius proſecutio, per illam legem, & per l. qui neque. §. ſolutum. cum ſua gl. ff. de uerb. ſig. Idem Arch. c. minor. 17. q. 4. dicens, quòd non dicitur fieri reſtitutio, niſi fiat eodem loco, per c. te integranda. 3. q. 1. Eſt tex. optimus. j. de procu. accedens. probans, quòd qui tenetur aliquem reſtituere, non liberatur ab obligatione, relaxando eum in ſuo territorio: ſed debet illum facere ſecurè produci extra territorium ſuũ ad locum, ubi poſſit morari ſecurè. Et ideo ſecundum Abb. ibi, non ualent contractus facti per carceratos, qui extrabuntur ex carcerib. & ſtatim facto contractu reponuntur. Quod bene no. ¶ Sed Dom. hic tenet contra prædicta, quòd imo ſecuritas data pro eundo ad locum non tutum non uidetur includere ſecuritatem etiam redeundi. Inducit illum tex. qui non expreſſiſſet de redeundo, ſi ſuffiſſet ſatis dicere de eundo: alias iſta expreſſio fuiſſet fruſtratoria. Idem tenet Dom. in c. diſciplina. in antep. uo. 45. diſt. & in d. c. ſtatutum. §. pe. per illos tex. ponentes iſta ut diuerſa. Ergo unum non comprehendit aliud. ¶ Pro reſponſione uide Bar. in l. 1. ad fi. C. de nauicul. lib. 11. ubi primo dicit per illum tex. quòd ſecuritas ueniendi, includit ſecuritatem recedendi & redeundi[a]. Et ſi diceres, quòd imo ille tex. facit in cõtrarium: quia non expreſſiſſet de eundo & redeundo, niſi neceſſe fuiſſet: Reſpondet Bar. quòd imo eo ipſo, quòd conceditur ſecuritas ueniendi, uidetur conceſſa ſecuritas redeundi, non enim dicitur ſecurè uenire, qui ſecurè redire non poteſt, l. ſciẽdũ. ff. de legat. 10. l. de ætate. ff. ad Treb. & d. l. utimur. Idem Bar. in l. relegati. In fi. ff. de pœn. Et ſic tollitur fundamentum Domi. cui etiam reſponderi poſſet, quòd plerunque cauſa maioris expreſſionis lex utitur uerbis plenioribus quam ſit neceſſe, ut dixi in c. ſolitæ. ĩ. in. proxi. ponendo de uerbis quæ aliquãdo nihil operantur. Cognoſcitur autem uerborum ſuperfluitas, quando unum de ſui natura ſufficiebat: & ita in propoſito, ut dicit Bart. ubi ĩ. & Ab. hic. Tene menti concluſionem Abb. quòd ſimplex ſignatura refertur ad narrata. Et quòd ſignatura non ſimplex ſed determinata, inſpicienda eſt, & non ſimplex, narratiũ, confirmant multis modis, de reſcri. ſuper literis. uer. quarta concluſio. t.
3 omnia obſtantia, & c. ¶ Tene† etiam menti famoſam regulã, de qua hic per Abb. quòd ſimplex ſermo regulariter uerificatur in prima uice, per legem, boues. §. hoc ſermone. ff. de uer. ſigni. ubi hoc ſermone, dum nupta erit primæ nuptiæ intelliguntur. Vnde ſecuritas ueniendi data bannito, intelligitur in dubio pro prima uice[b]. Ab. hic poſt Barto. in l. 1. ff. ad l. Iuliam maie. Idem Bar. in l. dotis. 2. ff. de iure do. & Ang. in l. utimur. ff. de ſepul. uiola. & Rap. in l. ſi mihi & Titio. de uerb. obl. Corrobora regulam pluribus antea dictis ab alio non reductis. Deinde limita per 7. fall. quibus erunt ordinata multa, quæ apud me paulatim glomerauerã, apoſtillando apoſtillantes, d. §. hoc ſermone. licet de his non tractet aliquis Modernus, prout atteſtari poſſum, cum omnium Moderniſſimorum & Apoſtillatorum habeatur copia in mea bibliotheca rerum omnium curioſiſſima. ¶ Di-
4 ſpenſatio† ad duo curata intelligitur de primis, c. non põt. §. 1. de præb. in 6. Ad quod uide Card. in cle. fi. in 3. oppo. de præb. Illegitimus diſpenſatus ſuper curato, intelligitur de primo. Ita pronunciauit Bonifacius VIII. ut refert Archid. in c. 2. de fil. presb. in 6. Tamen Io. And. & alij ibi late inſiſtunt, ut ibi per Domi. qui uidetur cum Lapo uelle, ut hoc procedat in diſpenſatione: ſecus in legitimatione: de quo ſi per Rotam de fi. presby. j. in nouis & Pe. de Anc. conſ. mihi 397*. Tria dubia l. cauſa Vlrici. & ibi & inuenies multipliciter probatum, quòd ſufficit ſemel impleuiſſe obligationem, nec eſt opus eam iterato implere. Vide etiam Nic. Mylũ in uer. diſpẽſatio. §. 2. Similiter ſi eſt dictũ quòd arbitri poſſunt prorogare terminũ cõpromiſſi, & non eſt dictum ſemel, uel pluries, intelligitur de una & prima prorogatione. Bal. in c. fi. ibi, dubitatur inſuper. de conſuetu. & in

a *Redeundi] Adde Bart. in auth. habita. ne filius pro patre. in 1. col. in uerſi. quæro, illud priuilegium et de. Alexa. de Imo. in ſuo cõſi. 46. 2. parte. Vide tamen gl. contrariã in auth. de man. prin. §. neque autẽ in gl. in uer. cogemur.*

b *Pro prima uice] Adde do. Alexan. de Imo. in d. l. 1. ff. ad l. Iul. ma. alleg. in text. & Gem. in c. 1. §. ille uero. in 2. not. de fil. presby. facit l. boues §. hoc ſermone. de uerb. ſig. & do. Alex. ſuo conſ. 15. 4. parte.*

* *397.] Adde quòd eſt conſ. 404. ubi per tot. & præſertim num. 6. ponit ea quæ recenſet hic Author.*

in e.ſpitu. nlim. de reſcr. & Spec.de arb.§.excipitur.uer.]ſed quid ſi fuerit actum.per d. l. boues. Si autem eſſet dictum, quòd poſſent prorogare pluries, uide tunc Bald. in locis allegatis per Alex.in l.qui bona.§.fi.ff.de dam.infect. Cui adde Bald.in c.præſentata.de teſti.& in d.c.fi. Facultas data patribus concilij generalis de eligendo locum concilij, intelligitur de prima electione. Ideo non uariant. Abb.in ſermone habito in concilio Baſileæ.inci. Maximum. Si quis emit nuas uiridarij, uel roſas, quæ fructificant bis in anno, debet habere primum fructum tantum, & non ſecundum. Bald. in l.diuortio.§.quod in anno.ff.ſol.mat.dicens ita fuiſſe diſputatum ultra Montes, per illum text.& ſequitur ibi Imo. per d.l.boues.reſpondens ad quædam contraria formata ibi per Bald.& non ſoluta. Si eſt data poteſtas arbitrandi, intelligitur ſemel tantum. Bald.in l.ſi ut proponis.1.col.ad fin.C. quomodo & quando iud. Allegat Inno.de iureiur. ueniens. Si teſtator relinquit ſimpliciter eleemoſynam tali conuentui in feſto ſancti Laurentij, intelligitur ſolum de primo feſto uenturo poſt mortem teſtatoris. Bar. l.pen.ff.de annuis.leg. ¶Licentia data monacho, ut poſſit eſſe procurator, intelligitur de una uice tantum. Idem in licentia data clerico de ſe abſentando. Idem in licentia data parochiano de confitendo alteri: & idem in ſimilib. Cald. in diſputa. incip. Ex octo ſtudentibus.ibi, prima licentia: &c. ¶Si promitto dare in calendis, intelligitur de primis, niſi illa die eſſent calendæ, l. eum, qui calendis.ff.de uerb. obligat.latè Maria. in capitu. de illis uer. octauò uo. de condi. ap. Allegat alia multa. Et quòd ſi emo fructus prædij, intelligitur de primis, ut eſt dictum. ¶Si teſtator reliquit uxorem dominam, & uſufructuariam, & ſuperuiuens ducat ſecundam uxorem, non intelligitur teſtamentum de illa ſecunda*. Bal. in l.fi.C. de ind.uidu. Sequitur Franc. de Crema. notabili ſuo 8. Sed ipſum impugnat Alex.conſi. allegando ĵ. in 5. fallen. ibi, pro iſta fallentia.& ibi aliquid dicetur. ¶Si princeps dat tibi priuilegium pro te & hærede tuo, intelligitur de primo. Alb. de Roſa.poſt Pet.in l. beneficium. uerſi.ſi autem in priuilegio. ff. de conſti. princi. per l.cum antiquitas. C. de uſufr. ¶Pro-
5 mittens † reaptare molendinum, intelligitur pro una uice obligari, ſecus, ſi promiſit reaptare, & manu tenere reaptatum. Bald.in l.licet in 4. q. C. man. ¶Licentia de ingrediēdo monaſterium monialium, expirat per unum actum, etiamſi ille ingrediatur eo die, quo licet omnib.ex priuilegio ingredi. Alber.in 1. parte ſta. q.181. Per dominum fratrem Vbertum. de quo tamen ibi latius. ¶Epiſcopus, uel alius prælatus habens poteſtatem nominandi unum in prima ſui creatione, ꝙ recipiatur in canonicum in aliqua eccleſia, ſi nominet unum qui acceptet, poſtea renunciet, non poteſt nominare ſecūdum: Rota de præb. 1. in antiquis:* quia per illius acceptationem nominatio ſortita eſt effectum, ſecus, ſi non acceptaſſet. Ita procedat c. ſi electio. de elect.in 6. Si ille, qui eſt obligatus ad dotem, conſtituit illam ſemel, non tenetur amplius dotare. Bal.in l.ſi.C.de do.promiſ. ¶Statutum, ꝙ ſi locator nihil dixit ante finitam locationem, intelligatur domus reconducta eiſdem pactis, habet locum ſolum in prima locatione. Alex.conſi.mihi 300*. breuiter in caſu præmiſſo. ¶Edictum, ꝙ ſi quis ceperit uexillum hoſtium, habeat tale præmium, intelligitur de primo. Bar. in l. hoc articulo.ff.de hære.inſtit. ¶Promittens repræſentare aliquem coram iudice ad ipſius iudicis mandatum, liberatur per primam præſentationem, glo. in l. duobus. §.1.uer.exhibuerit.ff.de iureiu. per quam dicunt ita ibi Benedi. de Plum.& Pau. de Caſ. Idem Io. An.in Spe.in 3.par.de accu. addit.inci.Odoſ. ¶Si promitto iactum retis, uel fructus, intelligitur de primis, & ſi prima uice nihil capiatur, uel fructus nō naſcuntur, nihil debeo in ſecunda uice. Et obligatus ſeruire certo tempore, ſi non poteſt ſeruire in illo non tenetur ſupplere in alio. Domin.poſt Archid.allegando caſus legum, in c.ſpit. ſi propter de reſcr. in 6.]Et omnia iſta ſimilia ſunt fundata per regulā d.l.boues.§.hoc ſermone.cū ſimilibus: nec credo, quòd ſis inuenturus ab alio aggregata. ¶Fallit primò dicta regula, quando primus actus nō tenuit: quoniā reiterandus eſt. Bald. de reſcrip.olim. dicens, quòd ſi datur poteſtas arbitro prorogandi, neque aliud adducitur, intelligitur de prima prorogatione, & hoc, ſi prorogatio ualuit, ſed ſi non ualuit, intelligitur de prima, quæ ualebat, per l.hæc conditio.la 1. ff.de condi.& demon. & l.ſ per ſalutem. ff. de iureiur. Faciunt, quæ habentur per Bart. in l.ij.§.j.ff.de optio. leg. Quando faciens actum, fecit inutiliter, an poſſit reiterare, De quo pulchrè per Inno.in c. in literis.de offi.dele.& ibi dixi in 8.limitatione, per Bal. in l.ſi ut proponis.la 1.ad fin.C.quomodo & quando iud. & in l. fi.C.de eden.& in l.quod quis.in fi.C.de proc. omnino per Alex.in l.ſerui electione.de lega. 1. aliquid in d.l. qui per ſalutem.ff.de iureiur. Domi. poſt Imol. in c. ſi compromiſſarius.§. 1.de elc.in 6.& in c.ne captandæ. de conceſ. præbē. eo.lib. Bal.pulchrè l.fi.ibi, quartò quæro. C. de contrahen. emp. Rota de præb.1. in antiquis, Ludo. conſi.359. *Et facit, quod dicetur ĵ. in 3. fallētia, de compromiſſo, quod expirauerit. Et faciunt multa, quæ dixi, c. ex tenore: de reſcrip.ornando glo. ibi, & regul.non præſtat.de reg.iur.in 6. ¶Fallit ſecundò, ubi ſimplex ſermo profertur in materia quæ de conſuetudine requirit iterationē. Bald.l.j.C.de fideicom.dicens, ꝙ ſi teſtator mandat hæredi, ꝙ debeat ueſtire uiduā, intelligitur, donec in uiduitate permanſerit, per l. plenum. §. equitij. ff. de uſu.& hab. & non ſufficit, ꝙ det unum ueſtimentum pro tota uita mulieris, quia ueſtes tritæ non ſufficiunt ad uiuendū, ſed moris eſt, ꝙ renouentur quolibet anno, ſecundum eum. ¶Fallit tertiò, ubi datur licentia in materia fauorabili, & quæ recipiat benignam interpretationem. Calde.latiſſimè d.diſp.ex octo ſtudentibus. decidens per multa, ꝙ ſi ſcholaris debitor iurauit non exire diſtrictum ſine licentia creditoris, deinde licentiam exeundi ſimpliciter petat, & ſimpliciter concedatur, intelligitur licentiatus, ut nō obſtante iuramento poſſit exire, quoties uoluerit. Secus, ſi licentia eſſet determinata, ut ibi per eū. Illud autem, quod ipſe dixerat in argumentis, ut regula s̄. ꝙ licentia data clerico de ſe abſentando, & ſimilis uerificatur in prima, & diſpēſatio uerificata in prima, intelligitur in materia odioſa & ſtricta. ¶Sed iſta licentia eſt fauorabilis, quia reponit debitorē in libertate ei conceſſa a iure communi. Poſtea finita diſputatione, habuit Cal. notitiam de diſputatione Old. concludentis, ꝙ ſecuritas data banito ſimpliciter, qui eam ſimpliciter petijt, intelligitur de prima uice, & reprobat eius deciſionem reſpondendo omnibus legibus per eum adductis. Et ita reſidet. ¶Re uera opin. Old. allegatus & approbat per Bar.d.l.j.ad l.Iul.maieſ. quem ſequitur Abb.hic, & multi s̄. allegati. Sed quod mirandum eſt, illi, qui allegant Bar. nō reſpondent rationibus Cal. neq; enim nominant. Si diceres, ꝙ loquuntur in diuerſis terminis, quia Bar. loquitur in ſecuritate, Cal. autem loquitur in licentia data debitori, profectò iſti caſus ſunt ualde ſimiles. Nam ſecuritas data banito, ut detur benignè interpretanda, ſicut illa licentia data debitori de exeundo, nam utraq; reponit quodammodo ligatum in libertate. Vnde quæſiui ſatis, & nō inueni aliquē decidētē, quis melius loquatur, an Old. an Cal. Cogitabis uſq; in craſtinū. ¶Crederem dictum Cal. eſſe uerum propter rōnes ſuas, & quia iſtud uidetur conſuetū, ꝙ ſi dico ſimpliciter debitori, Do tibi licentiā exeundi, intelligitur relaxatum in totum iuramētum, ex quo ipſe indefinitè petijt, & materia eſt fauorabilis. Sed dictum Old. & Barto. loquitur in ſecuritate

✻ *Secunda] Adde Oldr.conſ.312. incip. Quidam in ſuo teſtamēto ſub rubr. de uerb. ſig. & titu.de lib. & poſth. Alex.conſi. 166.uol. 3. Can. in c.ſi pater.de teſtam. in 6. & ui. Auth.infra notato loco ad quem ſe remittit.*

✻ *In antiquis] Adde Abb. in c. quod autem.& in c. cum autem. per illum text.de iurepat.gloſſ.in cle. plures. eo. tit. & ui. Rot. infra tit. de conceſ.præben. in antiq.deci.31. inc.nota quod ubi habet Epiſcopus. quòd intellige, niſi hoc expreſſe conceſſum fuerit. & adde text. in l. ſi quis iuſiurandū. C.de iureiur. Bal. in Auth. habita. col.8.nu.35.C.ne fil.pro pat. Alex. in l.ſi ex toto.§.ſi. colum. pen. ff. de leg.1. Cald.conſi. 26. incip. an laicus. ſub Rubr. de iure patron.*

★ *300] Adde quod eſt conſi. 16.in 4. uolu. & incip. ut hic ab Autho. in quo conſil. uideas fere omnes caſus quos hic ponit Autho.incip. a uerſi. tene etiam menti, & infra.*

★ *359.] Adde Oldra.conſ.307.incip. quod quando dies.nu.3. Auth. in c.ex tenore.poſt nu.3.uerſ.& acceptatio inualida de reſcr.Bal.conſ. 218.inci. per ſanctiſſimum libr. 3.* Caſtren.ſing. 26 incip.teſtes. Rom. conſil. 413.incip. in caſu propoſito. Ieſ.in l. diuortio. §. quod in anno nu.26.ff.ſol.ma.*

tate data baunito, quæ uidetur expirare per primum actũ, duplici ratione. Primò, quia illa uidet odioſa, intereſt enim reip. ut bannitus, qui eſt hoſtis patriæ, non reuertatur ad eam. Secundò, quia ad relaxationem banni communiter da tor certa forma cancellando de libro bannitorum, unde ſim plex ſecuritas de ueniendo, non uidetur operari eam cancel lationem, meritò uerificatur in prima uice. Cogita tamen, quia multi tenent contra Cal. per d. §. hoc ſermone. cui ipſe non uidetur dare ſpeciale reſponſum. ¶ Pro iſta fallentia fa cit conſi. Old. 212. Quidam in ſuo teſtamento. ubi dicit, quod in diſpoſitione fauorabili ſermo indefini tus æquipollet uniuerſali, per l. inter ueteres [a]. uer. maximè. C. de fideicom. lib. & alia, de quibus per eum. Ex quo conſuluit Alex. conſil. mihi 411 *. Viſo proceſſu cauſæ, quia ſi teſtator [b] legat alimẽta uxori Titij, intelligitur tam de prima, quam de omnibus fauore alimentorum ſicut ui demus, quod fauore teſtamenti, ſi quis inſtituit poſthumum ſibi naſciturum, intelligitur non ſolum de primo, ſed de pluribus, l. placet. cũ l. ſeq. ff. de lib. & poſthu. Feder. conſil. 43. Teſtator inſtituit. Ioan. An. in add. Spec. in rub. de teſta. Ad idem, quod concludit Bart. & alij, l. ſi pluribus, in prin. de leg. 1. dum per illum tex. & l. ſi quis ita. ff. de aur. & arg. leg. uolunt quòd indefinita appoſita circa perſonas, æqui pollet uniuerſali, ſi ſumus in materia fa uorabili ¶ Bene facit elegans conſiliũ But. Trigeſimum. caſus Titius quidã teſtator. alias incipit, Dubium mgent. ubi latè te net, quod ſi teſtator reliquit habitationem do mus filiæ ſuæ in caſu uiduitatis nõ intelli gitur de prima uiduitate tantũ ſed de qua libet, quia indefinita locutio refert ad oẽm uiduitatẽ, & quia iſte actus eſt de ſui natura multiplicabilis, adeò quod teſtator uerisimili ter hoc cogitauit. Vnde inſpecta eius mẽ te, eſt eadẽ ratio in omni uiduitate. Reſpõ det ad d. l. boues. §. hoc ſermone, quatuor modis, quòd loquitur, ubi agitur inter ui uos, quo caſu uoluntas obligandi ſemper eſt ad id, quod eſt minus, l. inter ſtipulantem. ff. de uerb. obl. & reſtringitur l. quic quid. eo. tit. Vel loquitur, quando mutatur pars, cui effectus quæritur obligationis. Vel, quando ad graue præiudiciũ con tingit ite rationem fieri, quia non idem reiteratur, ſed diuerſum multiplicatur. Vel quando ratio ſuadet potius reſtringi diſpoſitionem, quam ampliari. Quæ reſpõſiones, ſi ueræ ſunt, multum declarant dictam regulam. Sed profectò inſtricta diſputatione uelem, quo tranſirent, maximè propter dictum Bald. in l. fina. C. de indi. uidui. & per alia allegata in regula. Sed ex dictis Alex. d. conſi. Viſo proceſſu. ſuſtentari poteſt dictum Butri. & dictum Bald non procedit, uel loquitur, ubi teſta tor habebat uxorem tempore teſtamenti, cuius affectio, uel meritum mouet teſtatorem ad legatum, l. cum alienam. C. de lega. l. nec adiecit. ff. pro ſoc. meritò non extenditur ad ſecundam uxorem, & ſic ra tio ſubiectæ materiæ ſuadet intelligi de prima. In caſu autem Alexan. teſtator relinquebat id contemplatione Titij, non uxoris ſuæ, quam nondum habebat, & ſic eſt clara ratio extendendi legatum ultra primam uxorem. Sic & in caſu Bu. in d. conſ. 30. Coniecturata mens teſtatoris nedum reſpiciebat primum caſum uiduitatis, ſed omnem uiduitatem, ex quo indefinitè de filia uidua locutus eſt. Vnde, ut dicit Butr. per inſpectionem ſubiectæ materiæ, & mentis diſponentis cognoſci tur, quãdo ſermo uerificatur in prima occurrentia, & quando non: ut etiam deno tant hic omnes fallentiæ. ¶ Fallit quartò, ubi licentia ueniendi & recedendi eſt data uſque ad certum tempus. quia non intelligitur pro prima uice, ſed quoties uoluerit infra illud tempus. Rapha. l. ſi mihi & Titio. ff. de uer. oblig. per nota. per Barto. ibi, & per l. ſicut in anno. ff. quib. mo. uſuf. amit. ubi ſi alicui relictus eſt uſusfructus, quandiu uiuat, uidetur repetitum legatũ, quoties amiſſum eſt. Idem dicas, ſi cõceſſio ſit pro certa cauſa, ut puta, conceſſa eſt ſecuritas ueniẽdi & redeundi pro pace fienda, tunc enim debet intelligi, quòd poſſit ipſe ire & redire, donec pendet ille tractatus pacis; Bartol. dict. l. 1. ad legem Iul. maieſ. & Abb. hic, arg. l. continuus. §. qui Inſulam. ff. de uerbo. obligat. ¶ Fallit quintò, quando per primum actũ non eſt ſatisfactum menti diſponentis. Bald. l. fideicommiſſa. §. ſi quis decem. de leg. 3. inſerens ad ſtatutum [*] de compromiſſis propinquorum, ut non ſit ſatisfactum ſtatuto per primum compromiſſũ quod expirauit, ſed debet iterum comprom mitti [c], cum adhuc uendicet ſibi locum ratio ſtatuti, quæ eſt, ut lites finiantur, & ſic reſpondet ad §. hoc ſermone. Et de hoc dicto loquitur copioſè Lud. conſi. 504. In caſu propoſito. 1. colum. Ad idem allegat Bald. optimè l. inuitus. ad fi. C. de procu. ubi dixit, quòd uerbum quod poteſt referri ad plures actus, tũc debet referri ad primum actum, quandò primus actus ſumit effectum ſecundum intentionem loquentis, ſed quando non eſt ita, tunc ipſa uerba intelliguntur etiam de actu ulteriori, per l. hæc conditio. la grande, ff. de cond. & dem. Et ideo infert ibi Bal. quod procurator conſtitutus ad appellandum, non intelligitur de prima appellatione tãtum, ſed etiam de ſecunda, quia per primam appellationem ſolam, non eſt cauſa totaliter examinata, ideo non ſatis ſit animo conſtituentis. Et Ampliat hoc Ludo. etiam ſi lex loquatur per uerba denotantia certum numerum, ut eſt expreſſum ſecundum eum in l. ueluti. §. hæc uox. ff. de eden. Et iſtud de compromiſſo firmat etiam Bald. d. §. hæc uox. ubi Alex. allegat ad idem Bald. l. qui per ſalutem. ff. de iniur. & Ludo. l. prætor. §. hoc autẽ inter dictum cõpetit ff. de dam. infec. & l. 2. ult. not. ff. de reſti. in inte. & per Raph. l. ſi cũ dotem. §. 1. ſol. matr. Idem Alex. l. qui bona. § ſi. prope. fin. ff. de dam. infect. Et facit, quod in ſimili notat Bald. l. ea, quæ pen. colum. ibi, tu aduerte. C. de cond. inde. Vide etiam Bal. l. 1. ibi, quartò quæro: teſtator. C. de his, quæ pœn. no. Pro iſta ſal. uide etiam Maria. c. de illis. de cond. appo. ibi, & prædicta faciunt, ubi dicit ſe conſuluiſſe Florentiæ, ſtante ſtatuto ibi, quòd dotes puellarum poſſint conſtitui ſuper monte, cum nubunt tamen mulier, quæ fuit ſemel dotata, poteſt ſibi amplius facere dotem ſuper monte, ſi fortè remanſit uidua, quia cum adhuc poſſit nubere, non eſt ſatisfactum menti ſtatuti, propter primam conſtitutionem dotis. Et allegat doctrinam Bal. d. l. inuitus & Pau. de Caſtr. l. 2. §. fi. ff. qui ſatiſd. cog. dum pulchrè ponit, quando promittens ſimpliciter præſentare quem iudici, liberetur per unicam præſentationem & diſtinguitur, ut per eum, & copioſius ibi per Alexan. quem uide, quoniam faciunt illa dicta ad hanc materiam. ¶ Fallit ſextò, ubi profertur ſermo negatiuus: quia extenditur ad quemlibet actum. Oldr. conſi. 16. Thema tale eſt: Titius habens unam filiam, dicens, quòd ſi teſtator dicit Inſtituo filiam meam, ſi nupſerit nobili, & ſi nupſerit mercatori,

a Per l. inter ueteres] Ibidem ui- de Salic. & adde Bart. l. omnes populi. 5. q. 5. in princip. de iuſt. & iur. & ibi per do. Alexan. 11. col. et Oldra. conſil. 172. & do. Alex. de Imol. conſil. 25. 4. parte, & Paul. de Caſtr. conſil. 148. & dom. Socin. conſil. 43. incip. Viſa prouiſione. uerſic. primò, quia. cum ſequen. in 1. parte, chart. 84. & conſ. 150. inci. Et nos introducere. uerſic. ſuccedit alia. circa princ. d. parte chart. 226. Sed unquid uideatur æquipollere uniuerſali, à qua uniuerſali negatiua nihil excipi ſolet? Vide per præfatum domin. Socin. conſil. 238. incip. Circa primã q. uer. primum probatur. circa prin. in 2. part. chart. 209. et conſ. 229. inci. Primo aſpectu concludendum. uerſic. reſpondee. in d. parte, chart. 106. Et adde Bal. in Margn. uerſic. teſtator. in fin. Et adde Flor. in l. ſi ſeruitus. in princip. ff. de ſer. urb. præd.

* 411.] Adde quod eſt conſ. 171. in 2. uolu. ubi nu. 3. Alex. dicit hoc quod Author. refert hic. num. 3. & nu. 7. quem omnino uide pro omnib. poſitis hic ab Auth.

b Si teſtator] Adde quod Bar. in l. hic articulus. ff. de hære. inſt. poſuit q. ſimilem, pone, quòd teſtator legauit cuilibet ſuæ filiæ, quæ fuerit uidua, certum quæritur, an ad legatũ admittitur illa, quæ uidua erat tẽpore teſtamenti, an illa, quæ poſt eſt contigerit uiduari. Et ibi Bar. tenet, quod in dubio in ultimis uoluntatibus uerbũ fuerit debet intelligi in futuro ſebinac. [illegible]

* Statutum] Adde laſ. poſt alios in l. qui per ſalutem nu. 4. ff. de iniur. in l. ſi quis ex argentarijs. §. prætor ait. alias in l. ueluti. §. ex hoc. quam ſimul legit cum illo. §. in 7. not. ff. de eden. & in l. prætor ait. §. deinde in 8. no. ff. de no. op. nuncia.

c Iterum compromitti] Adde dom. Soc. conſi. 221. incip. Viſa & diligenter facti. uer. primo circa ea. uer. ſeq. in 2. parte, char. 197. quod quando ex diſpoſitione l. quis tenetur facere compromiſſum, & fecerit nec habuit effectum, quia nõ fuerit laudatum tunc tenetur iterum facere, donec res decidatur, ſecus autem, quando quis tenetur ex diſpoſitione hominis, quia tunc dicitur per ſuum actum ſatisfactum, licet non habuerit effectum.

tori, priuo eam hæreditate, filia nupſit primo mercatori, deinde illo mortuo uult nubere nobili, priuabitur hæreditate, quia ſermo negatiuus actu primario non finitur. Allegat l.fin.ff.de uerbo.oblig. & l.hoc genus. ff.de condit. & demonſtr. Credo dictum eſſe uerum, ſed exemplum iſtud de matrimonio pendet ex notatis per Doct.cap.1.de ſponſ. Vtrùm ualeat prohibitio pœnalis tollens libertatem nubendi, uide, quæ ibi dixi in quadam mea repe. & text.in l.Titio, ſi non nupſerit. ff.de condit. & demonſt. & Bald. & Imol.l. hoc modo. ff.de condit.& demonſtr.& tex.l.ibi præcedenti: Barto.l.2.ff.de his, quæ pœn.no. Et iſtud conſilium Old.ſequitur Paul.de Caſt.d.l.hoc genus. dicens, quòd ſemel fuit recordatus de illo conſi.& de illo text. & habuit honorem, tamen non allegat conſilium in diuiduo. Facit, quod not. Rapha.l.iuriſgentium.§.ſed ſi fraudandi.ff.de pact.dicens, quòd licet regulariter indefinita æquipolleat uniuerſali ex benignitate, non ex proprietate ſermonis, ut traditur cap.ut circa.de elect.in 6. tamen ubi profertur negatiué, æquipollet uniuerſali propriæ. Vnde iſta propoſitio, Nullus faciat, æquipollet iſti, Nullus quicunque ſit. ¶ Fallit ſeptimò & ultimò, quando diſpoſitio inducta per uiam priuilegij eſſet temporalis, intelligendo de prima uice, quia hoc eſſet contra naturam priuilegij, quæ eſt, ut ſit perpetuum, regula, decet. libro 6. Ita Domi.poſt Ioan. Andr.cap.licet.§.1.de priuileg.in 6. uolens latè, quòd priuilegium dans alicui licentiam ingrediendi eccleſiam tempore interdicti familiaribus, intelligitur etiam de familiaribus, accipiendis loco primorum. Sic etiam Domi.poſt Ioan.And.ca.fi.ibi,ſed pone,quòd epiſcopus.de uerbor.ſignific.in 6.dicit, quòd licentia data prælato, ut quatuor clerici ſecum reſidentes, percipiant fructus in abſentia, non intelligitur de clericis tantum, qui nunc ſunt, ſed etiam de futuris loco illorum ſurrogandis. Et omnia iſta nota, quia non reperi per aliquẽ accumulata, & quotidie inſeruient.

De pactis.

TITVLVS XXXV.

SVMMARIVM.

1 *Supraſcriptio concilij quid importet ſine nomine Papæ.*
2 *Actio non oritur ex pacto nudo de iure ciuili.*
3 *Exceptis certis caſibus, nu.4.*
Quid autem de iure canonico, uide poſt nu.4.uer.circa ſecundum.et nu.5.& 6.
7 *Agi non poteſt ex ſimplici pollicitatione, etiam de iure Canonico.*
8 *Item, qualiter iſtud intelligatur.*
9 *Obligatus ad factum compelli debet de æquitate canonica ad implendum, ſi poteſt facere.*
10 *Pactum nudum, quod producat actionem de iure canonico, hoc non habet locum inter ſubiectos imperio, ſed bene denunciatio euangelica, ad implenda ea, quæ pacto nudo ſunt promiſſa, quam denunciationem practicare poſſumus.*
11 *Nuda promiſſio quot modis accipi poteſt.*
12 *Pactum nudum non habet locum in ſponſalibus de futuro, ut ex eo aliquis compellatur ab eccleſia.*
13 *Pactum nudum quibus caſibus producat actionem.*
14 *Fideiuſſor non obligatur ex pacto nudo, etiam de iure canonico.*
15 *Pactum nudum ſine cauſa non producit actionem, etiam de iure canonico.*

CAPITVLVM I.

1 ANTIOONVS. ¶ In quantum Abb.pulchrè poſuit, quid † importet ſupraſcriptio concilij ſine nomine Papæ: & quid ſi habet nomen Papæ & cõcilij: uide ad idem Ab.c.1.de ſponſa. & c.conſenſus.de re. eccle. nõ alie. Dicit etiam Cardina.in procem. Clemen. quòd aliquando dicitur in concilio generali, aliquando dicitur non meo loco, ſed dicit, quòd nomen Concilium Papæ, dicitur generale, 17.diſtinct.in princ. & cap.2. Sed apponitur non meo loco, ut poſſit apponi in contractu, ut per eundem in d.procem. Facit gloſſ.cap.ubi periculum.§.1. uer. concilio. iuncta ſupraſcript.de elect.in 6. Et adde, quòd ubi lex renouatur in alio concilio, denominatur congruentius a ſecundo, quam a primo, ſecundum gloſſ. ibi. Et adde, quòd concilium dicitur etiam, ubi eccleſia caret paſtore, ſi prælati ſe congregant. Domin.ca. peupé.lo 1. in fin. 18. diſtin. loquens de congregatione facta Piſis. Et adde, quòd ſententiæ Papæ præualet ſententiæ concilij, niſi ubi de fide agitur gloſſ.cap.in iſtis.4.diſtin.& cap.quocunque 24. quæſtio. 1. & cap.ex multis.uer.principali.1.quæſtio.7. Dixi cap. 3. de conſt.in amplia. Et ad hoc uide, quæ dixi de iudic.at ſi clerici.§.de adulterijs. Et adde, quòd ubi Papa dicit, Statuimus de conſenſu concilij, uel, Nobis deferente concilio, ut facit c.ſcelus.2.quæſt.1.& cap.nimis.de iureiur. cum ſimi. tunc illa eſt potius conſtitutio concilij, quam Papæ, ſecundum. Abb.ſing. in ſermone, quem fecit in concilio Baſilienſi, in cap.Maximum.15.col.uerſi. in ultima parte huius particulæ. Inducit pulchrè, quòd no. Arch. 17.diſt.in prin.ubi dicit, quòd ſtatutum concilij prouincialis dicitur, ſiue dicatur, Nos concilium, ſiue Archiepiſcopus de conſenſu concilij. Secus, ſi diceretur, De conſilio concilij, quia concilium non neceſſitat, capitu.cum olim de arbit. cum concor. Et guſta etiam hoc ut dixi in c.cũ te.uer. ſi Papa ſcribit.de reſc. Et adde, quòd aliàs unus canon intitulatur duob. pontificib. 12.q.2. neceſſaria, fortè quia ſecũdus aliquid addidit. Facit l.fin. de ope.pub ibi, manentib.priorũ titulis. ubi idè opus intitulatur inchoãti, & perficienti, uel ornãti. Et adde, quòd concilium nõ confirmat cõſtitutiones Papæ, ſed approbat, dixi c.1.in fi. ſupra titu.proxi. ¶ Circa quæſt.tertiam, utrum de iure canonico oriatur actio ex nudo pacto uidenda ſunt breuiſſimè quatuor. Primò aliquid circa regulam iuris ciuilis, quæ eſt negatiua. Secundò aliquid contra opinionem Canoniſtarum. Tertiò corroboranda eſt ipſa communis opinio. Quartò circa eam colligendæ ſunt nouem declarationes. ¶ Circa primum eſt regula firma, quòd † de iure ciuili non oritur actio
2 ex pacto nudo, l.iuriſgentium.§.igitur nuda. ff.de pact. & ibi uide Alex. qui multa ponit in cognoſcendo pactum nudũ & ueſtitũ, & ultra alia exempla pacti nudi addit aliud, uidelicet, ſi in inſtrumento dicitur, quòd T.conuenit cum S. dare ſibi decem, nam intelligitur pactu nudo. Ita importat illud uerbum Conuenit, l.lecta. uer. conuenitque. ff.ſi cert. peta. & ibi gloſſ.& plenius. Bartol. Secus, ſi in inſtrumento, uel alia ſcriptura priuata reperiatur hoc uerbum Promiſit, quia intelligitur per ſtipulationem, & ſic eſt pactũ ueſtitum §.ſi ſcriptum.Inſt.de inuti. ſtip.pleneoo.l.1. C.de uſu.& l. ſciendum, de uerbor. obliga. ¶ Caſus † au-
3 tem ᵃ quib. de iure ciuili oritur actio ex pacto nudo, enumerat Hoſtien. hic, quem referunt alij, excepto Abba. Sunt autem certi alij caſus ultra illos quos ponit Alexand.ubi ſupra. Alium caſum ponit Bald. de offi. deleg.l.i pro debilitate.ibi, ſecũdo modo.dicens, quòd bona fides requiritur in his, qui plurimum negotiantur, & in his non differt pactum nudum a ſtipulatione. Allegat l.j.ff.de conſt.pec. Vnde campſores, qui tenẽt menſam authoritatẽ publica, nõ habet beneficiũ excuſſionis, ſecundum & eſt hoc pulchrum, ſecundum Alex.ubi ſ.in fi. Tamen non ponit, pro conſtanti. Aliũ caſum poſuit gloſ.ff.mã.quintus.dicens, quòd uerecundia eſt, alicui recuſare, quòd promiſit pacto nudo. Et idẽ Sal.C.de iudi. placuit. Vnde dixit egregiè Bart.d.l.quintus. quòd in curia mercatorum, ubi poteſt decidi negotium bona æquitate, non poteſt opponi iſta exceptio, ſi non interuenit ſtipulatio, ſed fuit pactum nudum. Ad quòd uide Bart.l.ſi ꝓcuratori.§.quædam. ff.manda. & l.ſi fideiuſſor.in ꝓ. ff.de fideiuſ. cum concor. Allegatis per Alexand.in apoſtillis ampleƈis, ad d.l.quintus. ubi omnino. uide, quia de hoc dubitauit Ludou.l.filiusfamil. ff.de dou. Et obſt.deciſio Bal. C.de ſen. uend. ubi dicit, quòd ſi cauſa committitur iuſti

a *Caſus, quem] Adde ta, ultra cõmuniter enumerata, hic per ſcribentes, & primo, ubi per pactum nudũ eſt facta promiſſio in inſtrumento guarentigiato. Item, quando eſt deductum aliquid in pacto nudo, quod erat primo debitũ de iure communi, gl.in l.legitima. ff.de pac. Adde etiam, quod ſi eſt promiſſũ aliquid per pactum nudũ quod erat debitũ de iure naturali. Adde ad iſta Frã. de Are.in l.bonæ fidei.C.de pac. Adde etiam, quod pactum nudum in inſtru.deductum, habet executionẽ paratam, ſtante ſtatuto, quod inſtrumenta.*

tia & ueritate, non poteſt opi ex pacto nudo. Tamen dixit Lud. in rub. de arb. ꝙ ſi in compromiſſo dicitur, quòd arbiter procedat ſecundum æquitatem, poterit arbitrari non obſtante exceptione, quòd pactum fuit nudum, & quia æquum eſt pacta ſeruari [a], licet ſtipulatione uallata non ſint, l. j. ff. de conſtit. pec. & l. j. ff. de pact. ¶Eſt etiam alius caſus de iure ciui-
4 li, quando † interuenit pactum nudum in iudicio: quia aſſumit ſufficiens ueſtimentum calore iudicij. Ludo. & Alex. l. 1. ff. de uerb. obligat. propter glo. pen. l. 1. de interro. act. uolentē, quòd cautio nuda a cauſa, ſi facta ſit in iudicio, habet effectum, ac ſi facta eſſet cum cauſa. Et ultra alia, quæ allegant, uide Paul. de Caſtr. in l. tale. §. qui prouocauit, in prin. ff. de pac. ubi dicit, quòd nudum pactum uidum factum in iudicio debet mitti executioni, iuxta glo. ſing. in aut. generaliter. uer. conſcribat. C. de epiſc. & cler. ſed imò tale pactum nudum habet executionem paratam. Facit dictum Ang. l. ſi unus. §. pactus. ff. de pac. quòd licet, quando quis facit pactum nudum, de non petendo parte abſente, & nemine recipiente, non obliget, tamen fallit, ſi ſit in iudicio. Allegat l. poſtquam liti. C. de pac. & allegat etiam glo. d. l. 1. de interro. act. Idem Ange. l. duob. §. fi. ad fi. ff. de pac. Eſt etiam alius caſus de iure ciuili, uidelicet in pacto ueſtito iuramento, Matthæ. no. 35. no. nouam, ubi dicit, quòd licet ex iuramento ſimpliciter de aliquid præſtando in futurum, non oriatur actio de iure ciuili, l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſ. tamen ſi pactum nudum eſt ſuffultum iuramento, ſtatim uel ex interuallo appoſito producit actionem, per l. ſi quis maior. C. de tranſact. Ad quòd uide Sal. l. legem. C. de pact. Bald. d. l. iuriſgentium. §. 1. ff. de pac. & Lud. d. l. 1. ff. de uerb. obligat. Idem etiam dicunt legiſtæ, quando pactum nudum eſt geminatum, per text. §. de conſtituta. Inſt. de act. iuncta l. 1. §. debitum. uer. uel natura ſufficit. ff. de conſt. pec. Ita Bald. & Ang. l. fi. C. ad l. Fal. & eſt de mente Hoſt. infrà de arb. per tuas. & ibi Butr. in no. & Ang. & Sal. C. de pa. petens. & Matthæ. d. nota. 35. & Ludo. l. ſi uero. §. de uiro. 31. fal. ff. ſol. ma. corroborantur in ſimili per alios effectus, quos operatur geminatio actus. Et ad caſum doctis, qui etiam exceptuatus de iure ciuili, l. ad exactionem C. de do. promiſ. glo. l. 1. ff. ſol. ma. uide latè Bal. Nouellum, lib. de iure do. fol. 16. ¶Circa ſecundum de obſtaculis, quæ habet communis opi. Canoniſtarum, uide Inno. & Car. hic, quos recitant Imo. & Abb. Voluerunt enim ipſi, quòd etiā de iure Canonico regulariter non detur actio, ſed imploretur officium iudicis. Et hanc opi. egregiè defendit Ioan. de Imo. in repe. c. cum contingat. uer. de iure Canonico, &c. de iureiu. tenens, quòd etiam ex iuramento non oriatur actio de iure Canonico. quia illud, ꝙ eſt in officio iudicis, non eſt in obligatione, l. qui per colluſionem. ff. de act. emp. Et officium iudicis non eſt propriè actio. Dixi c. fina. de offic. iud. Quòd autem pro obſeruantia iuramenti competat officiū iudicis patet c. fi. de fo. comp. in 6. ubi dicitur, quòd coactione præmiſſa cogatur iurans per cenſuram ad obſeruantiam iuramenti. Non obſtat, quòd habetur l. ſtatuas. ff. de acq. re. do. ubi dicitur, ꝙ ſi lex dat remedium, agitur ex illo, quia illud procedit, ubi non reperitur prouiſum, qualiter debeat fieri obſeruantia iuramenti. quòd ceſſat in caſu iſto, cum reperiatur prouiſum, qualiter ſeruari debeat, d. c. fi. Non obſtant multa iura loquentia de obſeruantia iuramenti, quia non dicunt, quòd oriatur actio. Non obſt. iſte text. quia nō dicit, quòd oriatur actio ex pacto nudo. Vnde poteſt dici, ꝙ competit officium iudicis, dum dicitur hic, quòd per eccleſiaſticam diſciplinam quis poteſt cogi, ſicut de iuramento dicitur, d. c. fi. Hāc opi. reaſſumit Imo. poſt Car. c. cum uenisſent. ult. chart. 1. col. de inſt. quia iuramentum eſt quædam aſſeueratio, hoc eſt aſſertio affirmatiua, uel negatiua, addēs uinculum religionis ſimplici aſſertioni, & ſic iuramentum non includit conſenſum, per quem iurans uelit obligari alteri, ſed formalitas iuramenti conſiſtit in hoc ſolo, ut addat uinculum religionis, hoc eſt, quòd per reuerentiam, quæ debetur Deo, obliget ſe Deo ipſe iurans. Et ideo ſecundum

ſtrumenta habeat executionem paratam. Ita Bal. in l. 2. in fi. C. de exec. rei. iud. & in l. ex placito. in fine. C. de rer. permut.

a *Seruari] Die uerū de pactis & conuentionib. nuli dis, non aliis de prohibitis & innalidis. ut per do. So. conſ. 163. inc. Nō fuiſſet opus ulteriori diſcuſſione. uer. ad ſecundū uerò, quod. in fin. 2. parte, char. 22.*

eum, non oritur actio ex iuramēto, quia ad hoc non uidetur tendere. Verum quia non debet permitti, quòd iurans uiolet religionem, ideo ex officio eccleſiaſtici iudicis poteſt quis cogi ad obſeruantiam iuramenti, c. debitores. de iureiu. & d. c. fin. de for. compet. in 6. Et idem per omnia dicet in pacto nudo, quia iura loquentia de ipſo, & de iuramento uidentur pro obſeruantia eorum inducere officium iudicis, cum dirigant uerba ad iudicem. Fatetur tamen, ꝙ in practica ſeruaretur communis opin. Canoniſtarum, quicquid dixerit Innoc. hic. Hanc opin. ſenſit Pet. de Anc. conſil. mihi 327. Viſis diligenter actis. ul. co. reſpōdens ad iſtum tex. dum facit mētionem de pacto, ut intelligatur de pacto ſolenni, non autem nudo. Hanc opi. efficaciter tenet Sal. in l. legem [b]. 7. q. C. de pac. poſt Ric. & Sal. ibi, uolens poſt multa adducta pro utraque parte, ꝙ imo de iure Canonico non oriatur actio ex pacto nudo: quia iſte text. poteſt intelligi de pacto ueſtito, non de nudo. Patet: quia non addit iſte tex. nouum robur pacto nudo, ſed dicit, ſuam firmitatem obtineat. & ſic per illud uerbum Suam, confirmat robur antiquum, ſicut dicitur in ſimili confirmatione priuilegiorum in forma communi c. 1. cum materia, de confir. uti. uel inuti. Benè facit ultra eum, l. omnes. in uer. ſuo robore. C. de præſcr. 30. anno. & ibi Ang. cum concor. quas dixi de clauſula, Saluo iure in c. inter monaſterium. de re iud. Sic ergo ſuam firmitatem obtinet in agendo ſi eſt ueſtitum: uel in excipiendo, ſi eſt nudum. Hanc opin. Sal. & aliorum approbat Ang. Are. in §. in perſona. ult. col. Inſti. de act. Quia cum iſte tex. non ſit clarus, non debet per ſubauditionem induci correctio iuris ciuilis: & glo. uulgata in cap. cupientes. §. bn. in uer. petere. de elect. in 6. Ergo non ſubaudiemus pacta, ſcilicet nuda. Non obſt. argum. Bartol. in d. l. ſi quis pro eo. de d. l. ſtatuas. quia ad hoc Angel. dat reſponſionem, quam in effectu dedit Imo. in d. capit. cum contingat. licet eum non alleget. Subdit tamen Are. quòd ſubmittit ſe dominis Canoniſtis. Voluiſſem quòd iſti reſpondiſſent ad ca. qualiter. infra eo. niſi reſpondeas, quòd uerbum Cōpellantur, importat per denunciationem
5 Euangelicam. ¶Circa tertium. Pro † corroboratione [c] communis opin. quam firmāt hic Bu. Bal. Imo. Dom. & Abb. adde Bal. in l. legitima. & in l. petens. C. de pac. & Ange. in l. ſi certis annis. 3. colum. C. de pac. Butr. & Imol. in cap. per tuas. de arb. gloſ. & Arch. in cap. iuramenti. 22. quæſt. 5. gloſ. in cap. quicunque ſuffragio. 12. q. 2. Ludo. in l. 1. §. ex his. 2. colum. de uerb. oblig. glo. 2. in capit. 1. 17. quæſt. j. Imo. in capit. Quintauallis. in 19. differentia, in-

b *In l. legem] Et ibi uide do. Bar. So. qui dicit, quòd licet communis opi. ſit, ꝙ de iure canonico oriatur actio ex pacto nudo & ut tenent communiter Canoniſtæ, per hunc text. in uerb. pacta cuſtodiantur. Tamen in puncto iuris contrarium ſuſtineri poſſet intelligendo, quod pacta cuſtodiantur, prout intelligit Iuriſconſultus in tex. §. ꝑtor ait. Nec eſt abſonum, quod lex canonica a l. uete ciuili interpretationem recipiat all. l. non eſt nouū & l. nam & poſteriores. & ibi Bar. ro. ff. de legi. prout etiam tenet Richa. & Sal. ibi in d. l. legem. Sed ſonando communem opin. pro ea habetur tex. quem ibi ponderat do. Ant. in c. 1. de iudi. & text. quem etiam pōderat do. Ant. ſubtiliter in ca. 10 infra de prob. Qđ limita tamen, prout limitat do. Socī. in d. l. legem. quem omnino uide, quia plenè & pulchre cōprobat ſuas limitationes adductas per plures concluſiones, ut ibi. Et adde do. Iaſ. May. in l. lecta. ff. ſi cer. peta. ubi ponit & enumerat nonnullas fallentias, quod nudum pactum regulariter non producit actionem, et plenius per eum in d. l. Iuriſgentium. ff. de pac. ſupra alle. in text. Ad quam materiam adde notandas & peregrinas limitationes, quas ponit do. Fran. de Are. in l. bona fidei. C. de pact. ultra per Doct. communiter dicta, primo, quod fallit, ubi inſtrumentum, in quo eſt pactum nudum, continet guarentigiam. Item fallit, quando illud quod eſt deductum in pacto nudo, erat primò debitum de iure cōmuni, ut ſignanter dicit tenero gloſſam in l. legitima. ff. eo. Pro hoc uide no. tex. in l. inter ſocerū. §. conuenit. ff. de pa. do. Et idem dicit eſſe dicendum quando illud, quod eſt deductum in pacto nudo, erat primo debitum naturaliter, ut not. dixit Bartol. in d. l. fi. C. ad l. Fal. ſupra in text. alle. dicendo, quod ibi eſt tex. qui tamen ſecundum Fran. Are. non recte probat.*

c *Pro corroboratione] Adde iu, quod iſta eſt communis opinio, uidelicet*

dolicet quod ex pacto nudo de iure canonica oritur actio a qua nō eſt recedendum, nec uariando, nec conſulendo. Et iſtam opin. ultra hic allegatos tenuit gl. 2. in c. 1. 7. q. 1. & tex. in c. 3. eo. tit. multum ſtringit pro iſta opin. Adde, quod ex iſta opi. infert no. Ioan. in c. Quoniam alijs, in 19. differentia, de iureiur. quem ſequitur do. Alex. in l. 1. ff. de leg. 2. quod licet de iure ciuili compromiſſum factum pacto nudo ſine adiectione pœnæ nihil ualet, quia laudū eſſet eluſorium, l. nō diſtinguemus. §. 1. ff. de arb. tamen de iure canonico ualet, cum ex pacto nudo oritur actio, & ita de iure Canonico derogatur illi legi, nō diſtinguemus. §. 1. quod nota pro ampliatione iſtius opin.

ſra de iureiur. quem in utili propoſito refert Alexan. in l. 1. 6. colum. ibi, ex quo inſertur. ff. de leg. 2. & idem tenent multi infra allegandi. ¶ Probatur iſta communis opi. multipliciter, præſertim triplici ratione, ſecundum Dom. hic: & prima eſt talis: canon prouidet principaliter contra peccatum, & arctat ad obſeruandum omne id, quo non ſeruato, eſſet peccatum, capi. fin. de conſue. cap. à de maio. & ob. Pactū autem nudum nō ſeruatum inducit mortale. Ergo tale pactum ſecundum ius canonicum habet firmitatem. Sed iſta decretalis mandat ſeruari pacta, quæ habēt firmitatem. Ergo mandat pacta nuda ſeruari. ¶ Secunda ratio. Ius canonicum inſequitur iuſtum & æquum, ſecūdum eum. Sed Deus inter ſimplicem loquelam, & iuramentum, &c. cap. iuramenti. hic alle. in glo. Ergo pactum nudum habet firmitatem, ſecundum ius canonicum: quia habet ſecundum Deum. ¶ Tertia ratio eſt quia pactum nudum habens l. concurſū producit actionem, l. legitima. ff. de pact. Sed hic datur concurſus iuris naturalis & iuris diuini, quod ius diuinum inſequitur lex canonica, de teſta. cap. relatum. de præſcrip. capit. fin. Ergo neceſſario ex pacto nudo oritur actio, ſecundum Domi. hic. Et iſta tertia ratio ſtringit adeo, quòd per ipſam Imol. hic ſequitur communem opin. Et ſi diceres, ſi datur concurſus iuris diuini, ergo etiam ſecundum leges deberet dari actio, reſpondet Imol. quod illud contingit, quia principaliter ius ciuile non inſequitur finem iuris diuini, ſed finem publicæ utilitatis, gl. in regula, poſſeſſor. & de iureiu. cum contingat. Et iſtā rationem ponit etiam hic Abb. pro principali, & adducit Imo. pro communi, c. per tuas. de arb. ubi laudū nullum ualidatur per emologationē & præcedit actionem. Facit etiam alia ratio: quia maius periculum fraudis eſt in teſtamentis, quam in pactis, & tamen in teſtamentis relaxat canon ſolennitates legales de teſta. c. relatum. & c. cum eſſes. Ergo & in pactis, facit c. 1. de prob. Et ibi dicit But. in prin. quòd coram eccleſiaſtico poteſt laicus agere ex pacto nudo. Et dicit Abb. in cap. dilecti. 3. colum. de iud. quod licet nomen ac remedium actionis non ſit neceſſario exprimendum in libello de iure canonico, per illū tex. tamen non improbatur actio de iure canonico. Vnde competit etiam pro pacto nudo, quicquid dicat ibi Butr. ¶ Pro
6 iſta † opin. communi facit in ſimili ſolenne dictum Arc. in c. ſunt nonnulli. 1. q. 1. ubi dicit, quòd licet incertitudo rei aliquando ſecundum rigorem iuris ciuilis habeat uitiare cōtractum, l. ita ſtipulatus. cum ſimi. de uer. oblig. tamen de æquitate canonica omnis contractus, omnis promiſſio, & diſpoſitio ualet, non obſtante incertitudine, & poterit ſemper agi, ut promiſſio certificetur ſecundum arbitrium boni uiri & ſic illud, quod eſt ſpeciale in dote ſecundum leges, l. cum poſt. §. gener. ff. de iu. do. extenditur de æquitate canonica ad omnes contractus. Et hoc dictum ſequitur Butr. de cēſ. ex parte, dicens, hoc eſſe uerbum no. & perpetuo menti tenendum. Et dicit Alexan. in d. l. ita ſtipulatus. q. hoc dictum eſt Legiſtis incognitum. Tu adde Io. de An. in c. cum in iuramento. 1. col. de homi. ubi extollit hoc dictum. Allegat etiam But. in d. c. ex parte. Vide Abb. in c. 2. poſt medium, de deciſ. ubi exclamat de iſto d. dicens, eſſe bonū tex. ibi in uer. at primitiæ. Et uide eundē in d. c. ex parte. ubi pulchre loquitur. Et illud dictum Arch. ſequitur etiam Bald. in l. qui mutuam. §. ſalarium. in lectu. anti. ff. man. Bene facit, quòd ſcribit Flo. de ſan. Pet. in l. cum quidam. §. fi. ff. de uſu. quòd ſi teſtator dicat, lego pro anima, & non exprimat quid, uel quantum, ualet legatum, & taxabitur arbitrio commiſſariorum inſpectis inſpiciendis, per l. quidam in teſtamento. de leg. 2. ubi fauore religionis ualet relictum incertum. Idem dicit in relicto pro redemptione captiuorum, uel pro maritandis puellis, & putat ſe dicere rem nouam. Sed de hoc eſt deciſio Matthæ. in clem. 1. de teſti. quem ſequitur ibi Card. q. 18. Dixit etiam Spe. de inſtr. edi. §. nunc aliqua. quòd ſi teſtator dicit, relinquo pro anima mea, quòd iuſtum uiſum fuerit, ualet fauore religionis. Et ſequitur ibi Ioan. And. & etiam iſtis apoſtillabis Arch. ubi ſ. & uidebis ſcire non iterata. Communem opi. ſequitur etiam Bald. in auth. ad hæc. ibi. ſed dubitatur primò. C. de uſur. reprehendens Inn. in c. nouit. de iud. qui dixit obligatum ex pacto nudo eſſe denūciandum eccleſiæ, nam imò competit uia ordinaria, ſ. conditione ex iſto canone. Ideo ſuperuacuum eſt ad iſtam extraordinariam denunciationem recurrere, reliqua fundamenta communis opi. uide per Doct. hic, & in locis allegatis & al-
7 legandis. ¶ Circa quartum † de declarationib. huius opi. communis, no. 8. declarationes. Prima declaratio. Non poteſt agi de iure canonico ex ſimplici pollicitatione. Ab. in c. cum inter uniuerſas. in fi. de electio. quia iſte text. loquitur de pa-
a cto, quòd differt a pollicitatione[a]. Sed bene peccat retrocedēdo ſeu recuſando ille, qui pollicitus eſt, & non ſeruat, propter illud Pſalmiſtæ, Quæ procedunt ex labijs meis, non faciam irrita. Pro hoc facit, nā ſpeciale eſt, quod poteſt agi ex pollicitatione in cauſis pijs. Bar. & Bald. in l. illud. C. de ſac. ſan. eccl. Abb. in cap. ex parte. de cenſ. Ioan. Andr. in Specu. in titu. de ceſſ. act. Imo. in cap. 2. de conſue. Ergo in contrarium eſt ius commune. Sed contra iſtā declarationem tenet Abb. ſupra eo. qualiter. per illum tex. in uer. permittuntur. Poſſet reſponderi, quod intelligitur, ſecundū Ioan. And. ibi, ſcilicet per ſtipulationem, uel pactum, & non per pollicitationem. Item poſſet procedere ex qualiter. in cauſis pijs. Item, quando acceptilatio eſſet acceptata, quia tunc concurrit conſenſus duorum, ſicut in pacto, tamen Butri. de cēſ. ex parte indiſtincte uult, quòd ex pollicitatione oriatur actio de iure canonico nam ex ea obligatur quis, & compellitur per eccleſiam, ut ibi: & ſic ex nudo conſēſu ſub ratione uoti, & ex ſimplici pollicitatione: & facit gl. j. in cap. ſcimus. 12. q. 2. late Tho. 2. 2. q. 89. concludens, quod, ſi quis uouit ingredi religionem, poteſt compelli. Intellige de uoto habente diſpoſitionem deductam ad actum: ſecus, ſi eſſet ſimplex diſpoſitio. But. in capit. 2. in 2. oppo. de uoto. per cap. 1. eo. titu. ¶ Secun-
8 da declaratio. Iſte † tex. procedit in pacto facto inter te & me de dando, uel faciendo mihi, ſed ſi promiſiſti mihi dare, uel facere alteri, per pactum nudum non oritur actio illi, cui eſt facta promiſſio. Nō enim poterit agi per ipſum, cui eſt promiſſum quia ſua nō intereſt, non per iſtum cuius fauore eſt promiſſum, quia illi abſenti per alium quæri non potuit, l. ſtipulatio iſta. §. alteri. de uer. ob. Ita Abb. de fi. inſtr. ſi cautio. antepe. col. Poterit tamen iſte agere remedio denunciationis Euāgelicæ. Et ſic ſaluatur glo. trita in c. quoties cordis oculus. 1. q. 7. de qua opportune ſcripſi in glo. 1. in uer. ſeruna. in proœ. Dec. no. Lud. in authen. ſimiliter. C. ad l. Fal. & in l. ſi tutor. ff. ſi quis can. & in l. ſtipulatio iſta. §. ſi ſtipuler. ¶ Tertia declaratio.
9 De æquitate † canonica obligatus ad factum, ſi implere poteſt, cōpelli poteſt præcisè ad faciendum. Ludo. in l. ſtipulationes non diuiduntur. ibi, octaua cōcluſio. de uer. ob. Primò propter doctrinam cap. qualiter infra eo. ubi text. loquens de promiſſione in genere, deſiderat eius implementum formale, & ſpecificum. Patet in uer. opere, Secundò, quia inter ſimplicem

a Pollicitatione] Adde do. Bar. Soc. in rub. C. de pact. ponentem iſtā differentiā inter pollicitationē & pactum cum pollicitatio ſit ſolius offerentis promiſſio, & ſit in pollicitatione dicit ipſe, eſſe tantum conſenſum promittentis ſed in pacto cōſenſum duorum. Alleg. l. 1. ff. de pactu. & l. pactū. ff. de pollicita. Tenet ipſe in ſuo cōſil. 179. incip. Viſo teſtamento do. M. uer. ſed poſſet contra hoc. in 2. parte chart. 62. Tamen contrarium dicit facere, ſi pollicitatio fiat alicui præſenti et tacenti, quia eo quo tendit in commodum eius, cenſetur ille conſentire. Alleg. text. in l. qui patitur. ff. mand. Ergo erit, dicit ipſe, conſenſus duorum, & ſic pactum, & non pollicitatio. Cui obiectioni reſpondet ipſe, quod dicatur fieri præſenti & tacenti, puta, ſi fuerit promiſſio ex titulo oneroſo. Et no. quod pollicitatio dicitur, quando fit abſenti, uel præſenti, qui dicat, ſe nec conſentire nec diſſentire prout dicere coacti fuerunt, Ioan. de Imol. in capitu. cum contingat. de iureiu. & Abb. in capit. per tuas. de arbi. & Pan.

& Paul.de Caſtr. in l.1.ff.eod.tit. in recollectis Florentinis, & quidam Moder.in q. rubr.C.de pact. quia tunc dicit ipſe,non præſumitur conſenſus, ex quo promiſſio poſſit habere etiam ad commodū, iuxta no.per Bar. in l. quæ dotis. ff. ſolu. matr. Et conſequenter ibi eſſet conſenſus minus, & eſſet poſſibilitate.

loquelam, &c. Sed ſi promiſſio eſſet iurata, poſſet cogi præciſè, l. ſi quis maior. C.de tranſac.gloſſ. in l. ſi pecuniam. ff.de condi.indeb. cum concor. Ergo idem ſi ſimpliciter promiſit. Reſpondet Ludou. ad dicto capitul.dilecti. de arbi. ubi non aſiſtente compromiſſo iurato non cogitur quis præciſè ad obſeruantiam laudi, ſed liberatur præſtando pœnam, uel ſoluendo intereſſe, quod ibi ideo hoc eſt; quia enim grauetur pars compromittens in hoc, quod arbiter ſine timore retractationis poteſt arbitrium ferre; quamuis iniquum, l.diem proferre.§.ſtari.ff.de arbi. ideo releuatur in hoc, quòd ſi pœnam ſoluit ſtatim, uel intereſſe, non compellitur obſeruare laudū. Hanc tamē deciſionē dicit ſe deciſiuè non affirmare. ¶Cōſidera, q promittens factum, promittit duo, ſ. factum, & aliud tacitè, ſ.intereſſe, d.l. ſtipulationes. §. Celſus. Et eſt in electione promittentis, quid uelit dare, l. plerunque. ff. de iu. do. Ergo ſoluendo intereſſe adimplet. Et hoc uoluit Ioan. And.poſt Vinc.ī c.cu. qualiter. Præterea ſecundum hoc dictum aſſent duæ ſpecialitates de iure cano. Vna, quòd agatur ex pacto nudo; alia, quòd quis compellatur præciſè ad factum, hoc eſt contra l.1.C.de do.promiſ. nec ſatisfacit

10 reſponſio data ad d.c.dilecti. ¶Quarta declaratio. Inter † laicos ſubiectos imperio nō habet locum iſta communis opi. Ang.in quodam conſ.de ciuitate Piſarum, conſi.26. Panctas & caſus talis eſt, Arnoldus. & in l.ſi certis annis.C. de pac. Bald. in auth.ad hæc. C.de uſur. Sed inter eos habet locum denūciatio euangelica. quam poſſunt practicare in curia epiſcopi, ſecundum omnes hic. Et not.Imo.in c.2.de proh. Bu. in d.c.dilecti.3.not. de iud. Sed in terris ſubiectis eccleſiæ, bene habet locum communis opi.etiam in foro ſeculari. Imo. in c.quæ in eccleſiarum.de conſti. quia in terris eccleſiæ præualet canon legi, & in foro ſeculari, dicit in c. eccleſia. ſ. q. de conſt.quamuis Petr.de Anc.d.conſi. Viſis diligenter. uideatur uelle, quòd dato, quòd opin. Canoniſtarum ſit uera, nō procedit in foro ſeculari, neque in terris imperij. ¶Quin

11 ta declaratio circa † forum conſcientiæ ſumitur ex dictis Rich.de Mediauilla, in 4.ſen.diſtinct. 38. q. 3. ubi dicitur, quòd nuda promiſſio aliquādo dicitur, quæ non eſt firmata fidei interpoſitione, neque iuramento, & quandoque ex promiſſione ſic nuda oriri poteſt obligatio, ſi promittens intendit ſe obligare. ¶Si accipiatur nuda promiſſio, quæ nō eſt firmata fidei interpoſitione, neque iuramento, neque promittens, intendit ſe obligare ad illud, quòd promiſit, ex promiſſione ſic nuda non oritur in foro conſcientiæ obligatio, cuius impletio neceſſaria ſit ad ſalutem. Pro hoc inducit capitu.literaturam.de uoto. ubi ille dixit, non diu hic morabor, proponens in animo, quòd religionis habitum eſſet aliquando ſuſcepturus, quòd ſi plus non eſt ex uoto proceſſum, tranſgreſſor iudicari non poterit, ſi nō impleat quòd dixit. Et gloſſ.ibi dicit, quòd non dixit hoc, animo ſe obligandi, & nemo ſe obligat, niſi qui habet animum ſe obligandi. Quamuis enim ex iure naturæ obligetur promittens adimplendum, quòd promittit, illa tamen obligatio non eſt neceſſitatis, niſi ſic ſe obligare intenderit, ſed honeſtatis, & congruitatis, & ideo contrauenicēs non peccat mortaliter, ſed uenialiter. Nec mireris, quia ſicut in lege ſcripta comprehenduntur aliqua, tanquam ad ſalutem neceſſaria, & aliqua ad ſalutem non neceſſaria, ſed expedientia, ita in l. naturæ comprehenduntur quædā obligantia de neceſſitate, & quædam obligantia de cōgruitate & honeſtate. Et hoc uidetur rationabile, quia multi ex deliberatione aliqua bona dicunt ſe facturos, qui hoc non dicerent, ſi per hoc crederent ſe obligatos ad faciendum tanquam neceſſaria ad ſalutem. Refert Rich. aliam opi. quòd nuda promiſſio ex deliberatione facta, promittentem obligat obligatione neceſſaria ad faciendum, quòd promittit, ſi uult conſequi ſalutem, per c. quicunque ſuffragio. 12.q.2.& c.quia Ioannes. 12. q. 5. quamuis promittens non intendet ſe obligare obligatiōe neceſſaria explicita. Et ita tranſit Rich. nō aperiēs, quæ opi. ſit melior, ſed primā uidetur magis acceptare, Iſta ult, opi, ui detur procedere in foro contētioſo canonico, ſed in foro conſcientiæ diſtingue, ut clarius per Ab.poſt alios, in d.c.literaturam.& per beatum Tho. 2.2.quæſtio.88.articu.1.qui dicunt in effecto, quòd aut præcedit ſola promiſſio abſque deliberatione, & non obligat, aut præcedit deliberatio cum propoſito, & obligat, & capitur deliberatio pro cogitatione, ut per fratrem Nicol.de Auſmo, in Summa Piſana, in princi.& unde quod not. Abb.de iureiur. ſicut in 2. Et quòd aliquando capiatur deliberatio pro cogitatione, inducit optimè text.in cap.ſi tranſitas.79.diſtinct.iuncta glo. 8. quæſt.

12 2.in ſumma. ¶Sexta declaratio. In † ſponſalibus de futuro nō habet locum iſta regula, quòd ex pacto nudo aliquis compellatur ab eccleſia. Abb. in capitulo requiſiuit. in fin. de ſponſal. per text. ibi, ubi etiam ſi iuramentum interuenerit, ſponſa non compellitur. Sed dic contra, quòd imò compellitur, etiam ſi non interuenit iuramentum. Abb. in cap. ex literis. 2.in 3.not. de ſpon. tex.in cap.1.de ſpon.duo. & ibi Abb.2.no.& tex.in cap.ſicut ex literis.de ſpon.& ibi Abb.poſt Inn.3.no.& ibi plenè Io.Zoch.in cap.is, qui.pe.& ult.col.de ſpon. dummodo ambo eſſent in ætate tempore ſponſalitium. Abb.pulchrè in capit.de illis.in 2. quaſi in fin.de deſpon. imp. & ibi latè Zoch. ult.char. Sed ſi ſequeretur ſcandalum, non compelluntur. Abb. in d.cap.ex literis. in fin.ſic intelligens d.cap.requiſiuit. Facit, quod not. Abb. in cap.1 ext.ſed quæro, quid ſi mulier.de diuortio. Et idem in hoc de ſcandalo, dicit Raymundus in Summa. de ſponſ. Tamen eccleſia non ita ſtudioſè compellit non iurantem ſponſalia, ſicut iurantem. Abb.in d.c.ex literis. 3.not. Et ſi ſponſus de futuro contrahit cum alia de præſenti, diſſoluū tur illico prima ſponſalia d.cap.ſicut ex literis. Idem ſi ambo ſponſe recedant a ſponſalibus.capit.2. eod. titu. Et tene menti hanc ſucci plenam declarationem. ¶Septima declara

13 tio. Aliquando † pactum nudum habet æquitatem præſtationis, & tunc de iure canonico oritur obligatio naturalis, & canonica, & per conſequens actio, ut hic. Aliquando nō habet in ſe æquitatem præſtationis, ut in contractibus innominatis, putà, permutationis ante implementum, l.ex placito.C.de re.perm.& tunc etiam de iure canonico pro illo, qui non implet ex parte ſua, non eſt obligatio naturalis contra alium. Bal.in l.cum quis, ibi, ulterius etiam poſſunt poni exempla.C.de iur.& fac.igno. Et ex hoc infert Ange.Are.in §. in perſona. penul. colum. Inſt. de act. quòd omnia pacta, quæ ſunt nuda, quoad ſolennitatem uerborum, ſed non reſpectu cauſæ, ut in contractibus nominatis, inducunt actionem de iure canonico, ſed non in contractibus innominatis, niſi implemento ſecuto. Inducit etiam, quod ſcribit Bald. in l. ſiue apud acta. ibi, unde omnia iura. C. de tranſac. ubi dicit, quòd omnia iura ciuilia, quæ loquuntur de contractibus innominatis, habent etiam locum de iure canonico. Vnde contractus innominatus non parit actionē [a] et de iure canonico, niſi poſt implementum. Allegat in.de ele.cum inter R. Et iu hoc dicas, q ſi aduerſarius paratus eſt ſeruare fidem, non poſſum ego recedere a promiſſione etiam in contractib. innominatis. Et ſic de iure canonico habet locum l.ſi pecuniam. ff. de condi. indeb. volens in contractibus innominatis eſſe locum pœnitentiæ re integra, ſoluto intereſſe. Ita Bal.in rub.C.de re.perm.& Ang.in l.in traditionibus.in fin.ff.de pact. Pro quibus. adducit Alexand. contra Lud. in dict.l.ſi pecuniam.quia de iure canonico ex nuda conuentione oritur actio, ſicut ex ſtipulatione, ut hic. Et quando interuenit ſtipulatio, non eſt locus pœnitentiæ in contractibus innominatis, dict.l.ex placito, quia ſtipulatio eſt contractus nominatus. Bartol.in l.ſecunda, C. de cond. ob cau.Paul.in rubr.de uerbo.obligatio. & conſi. 9. Ergo idem de iure Canonico. Vbi eſt nuda conuentio, non erit locus pœnitentiæ, ſi alius uult fidem ſeruare, ſi autem aduerſarius non eſt paratus fidem ſeruare, non poteſt ipſe agere contra alium ad obſeruantiam, & aduerſarius contra quem ille eſt in mora, poteſt recedere re integra a contractu, ut per Alexand. ubi ſupra. Et ſic uides, quòd de iure canonico ille qui deſiderat, quòd contractus innominatus adimpleatur, tollit aduerſario uiam pœnitentiæ, ſi ipſe eſt paratus fidem ſeruare. Vbi autem non eſt paratus, non poteſt agere

a Actionē quas] autem actiones pariat, uide Specu. in titu. de act. ſeu peti.§.ſequitur uidere. uer. ſed & ubi.

agere ex pacto nudo, etiam de iure canonico. Et ſic intelliges iſtam declarationem ponentem in hoc caſu ſubtilem & notabilem conformitatem inter leges, & canones in materia pacti. Et ad hoc uide etiam Bald. in l. de diuiſione. in fi. C. fa. erc. & in capitu. cum pridem. infra eod. ¶ Octaua de-
14 claratio. Fideiuſſor † non obligatur ex pacto nudo, etiam de iure canonico. Bald. hic in penul. colum. uerſicu. pactum nudum. quia iſte text. debet intelligi in illis, qui ſuo nomine agunt, & fideiuſſor non poteſt obligari pacto nudo, niſi interueniat ſtipulatio, l. quinta, §. ſatis acceptio. ff. de uerbor. obligatio & l. blanditur. C. de fideiuſſ. niſi fideiuſſor fideiubeat apud acta, ſecundum eum, per l. cum uiteondimus. §. fina. ff. de fideiuſſ. tu. & pro hoc facit, quia ius ciuile non reperitur correctum iſto caſu. Ergo, &c. capitu. 2. de oper. nou. nunc. Tamen ratio iſtius tex. uidetur eadem in caſu fideiuſſionis, & facit capitu. qualiter. infra eod. in uer. promittantur. quod eſt uerbum generale. Adde tamen, quòd ad pias cauſas fideiuſſor nullo pacto obligatur. Ludo. in authen. ſimiliter. in uer. quartum. C. ad l. Fal. dicens eſſe text. ſingul. in l. fin. C. ad Vel. ¶ Nona & ultima decla-
15 ratio. Pactum † nudum [a] ſine cauſa non producit actionem de iure canonico. Bal. in l. ſi diuiſionem. in fin. C. fam. er. & in l. petens. ad fin. C. de pact. Vnde ſi promiſi nudo pacto, & ſine cauſa, dare alicui decem, non obligor de iure canonico: quia non plus poteſt pactum nudum de iure canonico, quam ſtipulatio de iure ciuili, ut colligitur ex iſto text. Et ideo ſicut ſtipulatio eſt inefficax de iure ciuili ſine cauſa, l. ij. §. circa. ff. de do. exc. ita & pactum. Quid autem, ſi habet cauſam præſumptam? Dicit Bald. in d. l. petens. quòd non producit actionem de iure canonico, ubi concurrant duo ſpecialia, uidelicet quòd pacto nudo agatur, & quòd fingatur cauſa. In contrarium facit, quia in ſtipulatione præſumptio donationis eſt efficax, l. Cãpanus. ff. de ope. lib. Ergo idem de iure Canonico. Neque dicunt hic eſſe duo ſpecialia, quia ius canonicum non curat de ueſtimento pacti, ſed ſufficit, ſecundum Bald. hic, quòd eſt ueſtimentum robore canonicæ ſanctionis. Vnde dicit iſtud ueſtimentum eſſe addendum ad ueſtimenta pactorum. ¶ Demum uide Arch. in dict. cap. quicunque ſuffragio. ubi dicit, quòd apud Cathelanos non datur actio ex promiſſo, tamen Cathelanus, qui detinet uiatorem uariis promiſſionibus, & inutilibus inuitationibus debet teneri ſaltem de dolo. Allegat Vincen. in proœ. Decre. quem refert etiam ibi Ioan. Andr. in uer. fratrem Raymundum. & Abba. in d. capi. cum inter uniuerſas. ¶ Scias etiam non ualere ſtatutum epiſcopi, quòd ex pacto nudo agi non poſſit, ſecundum Abb. in capitu. dilecti. de iud. ¶ Et ex his habes iſtum paſſum melius ordinatum, quàm alibi. Et iſta ſufficiant pro hoc anno 1482.

*a Pactum nudum] Adde tamen, quod etiam iuramentum introductorium obligationis promiſſum ſine cauſa, non inducit obligationem, & ſic non oritur actio ex eo, uerbi gratia, iuro, quod … go debet. ubi concomitante præcedente cauſa, tunc iuramentum non eſt modus inducendæ obligationis. Ita Bartol. in l. iuſiurandum. quod ex conuentione. in princip. ff. de iureiuran. Adde Bald. in l. prima, C. de ope. lib. & in l. cum antea. C. de arb. Cano. in capitul. nouit. de iudi. & in capit. cum uenissent. de teſti. in integ. Io. de Imo. in capitu. cum contingat. de iureiur. & magis communis * opin. eſt cum Bartol. in d. l. iuſiurandum. quod non inducat obligationem.*

FINIS PRIMAE PARTIS.

SERIES CHARTARVM.

* A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z. Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ij Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr: Omnes ſunt quaterniones, præter Rr duernionem.

ERRATA.

Nota, quod col. 1181: in addit. Temporalibus. in prin. dum dicit, & aliæ, uult dicere. ube, et dum dicit, ſi in, uult dicere ni.

Emptus [illegible] cum alijs [illegible]
die 17. 7bris 1590.

[illegible]

[illegible]

LABORATORIO PER IL RESTAURO DEL LIBRO
FERNANDO FERRACCI
1961
ASSISI